




Wt·xx

Councils
LABBÉ (Philippe) & Gabriel COSSART

15 vols in 16

$125.00

2 further vols. of apparatus
were published but usually missing

182

CONCILIORUM
TOMUS PRIMUS.

SACROSANCTA
CONCILIA
AD REGIAM EDITIONEM
EXACTA

QUÆ NUNC QUARTA PARTE PRODIT AUCTIOR
Studio PHILIP. LABBEI, *&* GABR. COSSARTII,
Soc. JESU *Presbyterorum.*

TOMVS PRIMVS
Ab initiis æræ Christianæ ad annum CCCXXIV.



LUTETIÆ PARISIORUM,
Impensis SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum Ecclesiasticorum jussu Regis constitutæ.

M. DC. LXXI.
CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

SYLLABVS

EORUM QUÆ TOMO I. CONCILIORUM CONTINENTUR.

*Quæ asterisco * notata sunt, non erant in prioribus aliis editionibus.*

Quæ quæ continentur, supra suis quæque locis temporibusque collocata sunt.





CONCILIORVM GENERALIVM, NATIONALIVM, PROVINCIALIVM, &c. NOVA ET AMPLISSIMA COLLECTIO GR. ET LAT.

PRÆFATIO DIONYSII EXIGVI IN SVAM PRIMAM CANONVM COLLECTIONEM.

† Soloni-tano. [a] *Corrige:* Salonitano ex Cassiod. c. 23. divinarum Lectionum.

Domino venerabili mihi patri Stephano † episcopo, Dionysius Exiguus in domino salutem.

QVAMVIS *carissimus frater noster Laurentius assidua & familiari cohortatione parvitatem nostram regulas ecclesiasticas de Græco transferre impulerit, confusione credo priscæ translationis offensus; nihilominus tamen ingestum tuæ beatitudinis consideratione suscepi, cui Christus omnipotens Deus, solita populo pietate prospiciens, summi sacerdotis contulit dignitatem, ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus ecclesiam domini morum sanctitate condecoras, etiam sacratissima jura pontificalibus per Dei gratiam digestis conventibus intemerata conservans, perfecto regimine clerum plebemque moderareris. nullatenus nostri cleri * more continentes, quo plenius consideramus recta nosse atque perficere: sed divino adjutus auxilio, quæ fieri præcipis, ante perficies, ut efficacissimo fidelibus præsis exemplo. Magna est siquidem jubentis auctoritas, eadem primitus jussa complentis: quatenus ecclesiastici ordinis disciplina inviolabilis permanens, ad percipiendum perenne præmium Christianis omnibus præstet* accessum, per quem & sancti præsules paternis muniantur exemplis.*

[a] ascensum.

In principio itaque canones, qui dicuntur apostolorum, de Græco transtulimus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum ignorare vestram noluimus sanctitatem: quamvis postea quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Deinde regulas Nicænæ synodi, & A *deinceps omnium conciliorum, sive quæ antea, seu quæ postmodum facta sunt usque ad synodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, à primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum-quintum, sicut habentur in Græca auctoritate, digessimus. Tum sancti Calchedonensis concilij decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus.*

Ne quid præterea notitiæ vestræ videamur velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis concilij, atque Africani, quæ Latine sunt edita, suis a nobis numeris cernuntur esse distincta. Universarum vero definitionum titulos post hanc præfationem strictius B *ordinantes, ea quæ in singulis passim sunt promulgata conciliis, sub uno aspectu locavimus, ut ad [a] inquisitionum cujusque rei compendium aliquod attulisse videamur.*

[a] inquisitionem.

[a]** Ab hac Dionysij Exigui Romani abbatis epistola collectionem conciliorum à se per plures annos magno labore ac studio elaboratam auspicatus est bene meritus de antiquitate ecclesiastica V. C. Severinus Binius. Nos eidem & alteram ejusdem Dionysij subjungemus epistolam, quam ex codice τῷ μακαρίτῃ R. P. Iacobi Sirmondi S. I. presbyteri eruditissimi ediderunt in lucem duo juris antiqui peritissimi, Franciscus Florens, & Christophorus Iustellus.

**PRÆFATIO ALTERA DIONYSII EXIGVI IN SVAM COLLECTIONEM DECRETORVM ROMANORVM PONTIFICVM.

Domino venerabili mihi Iuliano presbytero" tituli Sanctæ Anastasiæ, Dionysius Exiguus.

" Titulus iste deest in veteri codice MS. ' sedulis provocatus officiis

*SAnctitatis vestræ' piis exercitatus studiis, quibus nihil prorsus eorum quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, omittit inquirere, præteritorum sedis apostolicæ præsulum constituta, quæ valui cura diligentiaque collegi; & in quendam redigens ordinem, titulis distinxi compositis: ita dumtaxat, vt singulorum pontificum quotquot a me præcepta reperta sunt, sub vna numerorum serie terminarem, omnesque titulos huic præfationi subnecterem,' eo modo quo dudum de Græco sermone patrum transferens canones ordinaram. Quod vobis nimium placuisse cognoveram. Quia vero sincerissimo affectu Deum diligitis, & idcirco famulos ejus laudanda sollicitudine continetis. Quis enim peregrinantium serviens Christo, vestro non fovetur hospitio? Iustum credidi vobis in hac parte famulari: quatenus industriam vestram, quam' cœlestibus impenditis regulis, & præsens imitetur ætas, & posteritas' admiretur. Nam præ virtutis amore cuncta quæ sunt vtilia desideratis agnoscere, licet omnem venerandi' juris observantiam moribus impleatis. Quantique sit apud Deum meriti beatus papa Gelasius, & nos qui eum præsentia corporali non vidimus, per vos alumnos ejus facilius æstimamus: cujus eruditione formati gradum' presbyteri sancta conversatione decoratis; vt in vestrorum morum perspicuo munere ejus quodammodo videatur actio' prælucere. Quem, sicuti vestra' relatione comperimus, tantum bonæ voluntatis extitisse gratulamur, vt annuente Domino principatum in ecclesia pro multorum' salute suscipiens, eum serviendo potius quam dominando sustolleret, vitæque castimoniam doctrinæ meritis ampliaret. Denique' omne opus ejus aut oratio fuisse memoratur, aut' lectio. Interdum quoque scribendi curam sumebat, prout causa vel ratio poposcisset, servorumque Dei maxime consortio atque societate gaudebat: quorum spiritali collatione tanto' divini amoris studio, tanta verbi Dei meditatione' fruebatur, vt huic etiam quod' psalmista cecinit, aptaretur: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum; vt mitiges eum à diebus malis. Hujus enim sæculi malos dies ita domino mitigante atque gubernante transegit, vt universas tentationes' mira prudentia & longanimitate' sufferret, delicias jejuniis' sperneret, superbiam humilitate calcaret, tanta misericordia animi alacritate clarescceret, vt omnes fere pauperes' satians inops ipse' moreretur. Profecto beatus hac inopia, per quam divinis laudibus semper inhærebat: sicut propheta dicit ad dominum: Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Fuit enim vir ingenio luculentus, vita præcipuus, auctoritate reverendus; & ideo tot virtutum ornatus insignibus, ad tam celsum officium non accessit indignus; honorem summæ dignitatis grave' nimis onus' existimans, parvamque negligentiam pontificis ingens animarum discrimen esse' contestans. Idcirco nullo se desidioso otio tradidit, nec luxurioso convivio effusoque servivit: ex quibus rebus & animarum morbi nascuntur & corporum. Hic itaque' pastor summi atque boni pastoris imitator existens, egregius præsul sedis apostolicæ fuit, qui divina præcepta fecit & docuit. Vnde eum magnum inter' sanctos esse confidimus, juxta promissionem Christi domini dicentis: Qui fecerit & docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum. EXPLICIT.

' meo ' cœlesti operi ' committetur, vel comitetur. ' v. legis ' presbyterij. ' perlucere. ' opera ' & aliorum. ' omnis actio ' flammatus ' fovebatur. Psal. 93. 14. ' vitæ pericula ' sustineret. ' deliciis jejunia præponeret ' satiari. ' mereretur. Ps. 73 21. ' æstimans. ' contendens. ' patet. ' magnos Matth. 5. 19.

PRÆFATIO ISIDORI MERCATORIS IN SVAM COLLECTIONEM CANONVM.

Isidorus peccator, servus Christi," conservo suo & parenti fidei, in Domino salutem.

" Gratianus c. 4. dist. xvi. * Lector inserit MS. V.C. Iustelli de quo plura dicemus in notis nostris.

COmpellor à multis tam episcopis, quam reliquis servis *Christi, canonum sententias colligere, & in vnum volumen redigere, & de multis vnum facere. Sed hoc me opido conturbat, quod diversæ interpretationes varias sententias faciunt, & licet vnus sit sensus, diversæ tamen sunt sententiæ, & aliæ longiores, aliæ breviores. Ea vero concilia, quæ Græco sunt edita stylo, amplius quam

* Dei.

quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta reperimus. Quod si veritas est quærenda è pluribus, Græcorum sequamur stylum, eorumque imitemur 'editiones atque exemplaria. Sin minus, ipsi dicant atque exponant, quibus tot sunt exemplaria, quot codices. Nobis tamen videtur, cum in * nostro discrepaverint sermone, vt vnitas & veritas ab ipsis quærenda sit, quorum lingua edita esse noscuntur. Quod & nos fecimus, & sicut a veris eorum reperimus magistris, in volumine, cui hæc præponitur præfatiuncula, inserere curavimus.

'dictiones.

* Romano.

Canon autem Græce, Latine regula nuncupatur; regula autem dicta, quod recte ducit, nec aliquando 'aliorsum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, sive quod distortum pravumque quid corrigat. Synodum autem dicunt ex Græco interpretari comitatum, vel cœtum. Concilij vero nomen tractum ex more Romano. " Tempore enim quo causa agebatur, conveniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant. Vnde & concilium a communi intentione dictum, quasi consilium, & consilium quasi considium, D in L literam transeunte. Vel concilium dictum ex communi intentione, eo quod in vnum omnes dirigant mentis obtutum: cilia enim oculorum sunt. Vnde & qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non sentiunt vnum. Cœtus vero, conventus est vel congregatio, a coeundo, id est, conveniendo in vnum. Vnde & conventus est nuncupatus, quod omnes ibi conveniant: & sicut conventus & cœtus, sic concilium dicitur à societate multorum in vnum.

' retrorsum

Etym. VII. 16. & apud Grat. dist. xv. c. 1.

" Hæc absunt à c. Iustelli.

In principio vero voluminis hujus, qualiter concilium apud " nos celebretur, posuimus: vt qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant quod justo canonicoque atque sapientissimo consilio judicaverint. Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præposuimus canones, qui dicuntur apostolorum (licet a quibusdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & sancti patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. Deinde quarumdam epistolarum decreta virorum apostolicorum interseruimus, id est, Clementis, Anacleti, Evaristi & ceterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas vsque ad Silvestrum papam. Postmodum vero Nicænam synodum constituimus, propter auctoritatem ejusdem magni concilij. Deinceps diversa concilia Græcorum & Latinorum, sive quæ antea, seu quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum capitulis suis distincta, sub hujus voluminis aspectu locavimus, subjicientes etiam reliqua decreta præsulum Romanorum vsque ad sanctum Gregorium, & quasdam epistolas ipsius, in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum extat auctoritas; quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in vnum à nobis coacta atque digesta, & sancti præsules paternis instituantur regulis, & obedientes ecclesiæ ministri vel populi spiritualibus imbuantur exemplis, & non malorum hominum pravitatibus decipiantur. Multi enim pravitate & cupiditate depressi, accusantes sacerdotes oppresserunt. Ideo sancti patres leges * constituerunt, quas sanctos canones appellaverunt. Multi ergo idcirco alios accusant, vt se per illos excusent, aut eorum bonis ditentur. Plerique vero boni Christiani propterea tacent, & portant aliorum peccata quæ noverunt, quia documentis sæpe deseruntur, quibus ea quæ ipsi sciunt judicibus ecclesiasticis probare non possunt: quoniam licet vera sint quædam, non tamen judicibus credenda sunt, nisi quæ certis indiciis demonstrantur, nisi quæ manifesto * indicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Nullus enim qui suis est rebus spoliatus, aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur, & ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriæ regulariter restitutus, ejus multo tempore libere potiatur honore, juxta canonicam accusari, vocari, judicari, aut damnari institutionem potest. Vnde & ecclesiastica historia ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam, quæ pro castitate à marito accusabatur, ait: Præceptum vel * interdictum est ab imperatore lege lata, vt primo permitteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde respondere objectis. Hæc omnes leges tam ecclesiasticæ quam & vulgares publicæque præcipiunt.

" Hispanum fuisse; atque ab Isidoro Hispalensi Antist. qui anno 636. obiit, planè diversum, inde meritò arguas.

" Grat. mox cit.

* composuerunt.

* judicio

* Indictum.

Horum vero 'concinnantiæ, si omnia ponerentur, ante deficeret dies, quam horum 'singula explicarem, & nimis prolixa fieret epistola. Ex pluribus tamen aliqua hic ad provocationem aliorum inserere judicavimus. Ait namque sanctus Leo Romanæ ecclesiæ antistes in epistola Calchedonensi concilio missa, cujus initium est: Leo episcopus synodo Calchedonensi: Optaveram quidem, dilectissimi, & reliqua: in qua inter cetera sic testatur, dicens: Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres injuste sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos, his primitus vulneribus adhibeatur medicina justitiæ: nec quisquam ita careat propriis, vt alter vtatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquant, vt nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo jus proprium reformetur. Eadem & antiqui apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicænam, sanxerunt. Eadem synodus, quæ habita est in * Larissa sub Valeriano, loquitur. Eadem plurimæ Romanæ synodi testantur. Eadem papa Symmachus & ceteri sancti patres sanxerunt: Quorum statuta, prolixitatem vitantes, hic inserere distulimus. Si quis autem hæc plenius scire & legere voluerit, suis in auctoribus invenire & legere pleniter poterit. Nobis vero hæc in præfatiuncula ista sufficiant. Et sicut militi ex multis armis illa sufficiunt, quæ ferre congruenter super se poterit, sic nobis de multis sententiis vna aut duæ, vel quantum tunc temporis necesse fuerit, sufficiunt: quoniam sicut cum vno telo aut duobus inimicum vincimus, sic cum vna aut duabus sententiis auctoritate plenis æmulum superamus. Si enim de mulieribus & sæcularibus hominibus hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris & sacerdotibus sunt concessa. Hæc eadem vero & ecclesiastica jura jubent, & sæculi leges præcipiunt. Similiter accusatores & accusationes, quas sæculi leges prohibent, canonica funditus repellit auctoritas. Synodorum vero congregandarum auctoritas, apostolicæ sedi privata commissa est potestate; nec vllam Synodum ratam esse legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Hæc canonica testatur auctoritas, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc sancti patres confirmant.

'concinnantia

'similia

* Lampsaco sub Valentiniano.

Scire autem vos octoginta episcopos, qui hoc opus me incipere & perficere coegistis, & cunctos reliquos

reliquos domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa viginti capitula, quæ apud nos habentur, Nicænæ synodi reperimus, & in decretis Iulij papæ septuaginta capitula ejusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cetera decreta apostolicorum posuimus, hæc scrutantibus, & cunctis nosse volentibus " rimanda. Nam quod plura quam viginti capitula sint Nicæni concilij, in multis invenitur locis. Legitur enim in Constantinopolitano concilio ita: Manifestum est quod illa quæ sunt per vnamquamque provinciam ipsius provinciæ synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse concilio. Legitur & in epistola Innocentij papæ, Victricio Rothomagensi episcopo directa, ita: Si quæ causæ vel contentiones inter clericos & laicos, vel inter clericos tam majoris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, placuit vt secundum synodum Nicænam, congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis, judicium terminetur, & reliqua. Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus episcopus, suis in epistolis meminit, in concilio Nicæno statutum esse, vt ab VIII. Idus Martij, vsque in diem Nonarum Aprilis, diebus scilicet 28. qualiscumque Luna nata fuerit, in quolibet medio spatio * perhibet facere initium primi mensis, XIV. vero à XII. Kalendas Aprilis vsque * in XVIII. Kalendas Maij, solerter inquiri, & si etiam die sabbatorum inciderit, consequenti die dominico, id est luna 15. pascha celebrare conscripsit: & si die dominico luna * 13. ejusdem mensis, id est primi mensis, evenerit, ipsa hebdomada transmissa, * in alterum diem dominicum pascha sine dubio celebrare conscripsit. His & aliis

A quamplurimis exemplis patet, plura esse quam viginti Nicæni concilij capitula, & veram esse prædictam Iulij papæ epistolam. Nobis autem quidam è consortio fratrum nostrorum orientales, testati sunt se vidisse concilium Nicænum, habens potiorem quatuor evangeliorum magnitudinem, continens in se sessiones episcoporum, & introductiones, judiciaque querimoniarum atque definitiones, & constitutiones, nec non & subscriptiones eorum: ad cujus similitudinem magnum Calchedonense concilium conscriptum esse confirmaverunt, & demum alia Constantinopoli * condita: vnum videlicet sub Iustiniano imperatore contra

B Dei impugnatores, Origenem, Didymum, & Evagrium, & aliud temporibus " Agathonis papæ, & Constantini imperatoris, contra Macarium episcopum, & Stephanum ejus discipulum, ac reliquos episcopos, qui pro frumento zizania in ecclesia seminaverunt, vinum miscuerunt aquæ, & proximo potum dederunt * eversione turbida, & tamquam lupi agni simulabant mendacium, & veritas vt mendacium refutabatur.

Nosse etiam oportet, licet cetera non infirmentur, quatuor esse principalia concilia, *&c.* Vide paulo supra. *In hoc errasse Binium & R.C. docebimus editione Suriana deceptos.*" **

C Primo quidem ordo, vt prædictum est, de celebrando concilio ' incertus habetur, & postmodum canonum apostolorum, ac primorum apostolicorum (id est, à sancto Clemente vsque ad sanctum Silvestrum) decretorum, atque diversorum conciliorum breviarium interpolatur, sequens ordinem suum."

Marginal notes: " rimandam. " ita & MS. Iustelli codex. * ad XIV. * 14. ex c. Iustelli aliisque. * ad. — * edita; " Hinc quoque arguas ab Hispalens. Isidoro diversum esse hunc Mercatorem. * eversionem turbidam, Grat. l. c. ' insertus " Sequitur in MS. Aurelio Carth. ep. asserta epistola cum rescripto Damasi papæ.

ORDO
CELEBRANDI CONCILII,

DESVMPTVS AB ISIDORO MERCATORE

ex quarto concilio Toletano cap. 4. & Garsiæ Loaisæ Hispanicorum conciliorum editoris "diligentia emendatus. Quare sciat lector non esse generalem hunc ordinem, sed tantum forte servatum in Toletanis, vel aliis in Hispania celebratis conciliis.

Marginal note: " ex cod. Vigilano, sive Alverdens. qui asservatur in Bibl. Scorialēsi sancti Laurentij.

ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

HORA itaque diei prima, ante solis ortum, ejiciantur omnes ab ecclesia; obseratisque foribus, cuncti ad vnam januam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent. Et convenientes omnes episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempus residant. Post ingressum omnium episcoporum, atque consessum, vocentur deinde presbyteri, quos causa probaverit introire. Nullus inter eos ' audeat ingredi diaconorum. Post hos ingrediantur diacones probabiles quos ordo poposcerit interesse: & corona facta de sedibus episcoporum, presbyteri à tergo eorum resideant; diacones in conspectu episcoporum stent; deinde ingrediantur & laici, qui electione concilij ' interesse meruerint. Ingrediantur quoque & notarij, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit: & obserentur januæ. Sedentesque in diuturno silentio, ' dicat archidiaconus: Orate: Statimque omnes in terra prostrabuntur, & orantibus diutius tacite cum fletibus atque gemitibus,

vnus ex episcopis senioribus surgens, orationem palam fundet ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus, dicens.

D Adsumus, domine sancte Spiritus, adsumus; peccati quidem ' humanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni, ad nos, ' adesto nobis, & dignare illabi cordibus nostris: doc nos quid agamus, quo gradiamur ostende, ' quid ficiamus operare. Esto solus & suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre & Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui ' summe diligis æquitatem. Vt in sinistrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat, sed junge nos tibi efficaciter, solius tuæ gratiæ dono: vt simus in te vnum, & in nullo deviemus à vero: qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus ' cum moderatione pietatis justitiam, vt hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis

Marginal notes: ' se ingerat ' concilio ' atque cor totum habentes ad Dominum sacerdotes. — ' immanitate ' esto nobiscum, ' efficere debeamus vt te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. ' summam ' moderamine

consequamur

consequamur præmia sempiterna. Amen.

Te condonante, qui cum Patre & Filio vnus permanes Deus per infinita sæcula sæculorum.

In qua oratione, nec oratio ' paterna, nec benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmetur. Quando autem plurimi " metropolitani fuerint, tunc ab altero hæc oratio dicitur:

' dicatur

" desunt in V.C. Iustelli.

Alia.

Domine, qui nos justitiam loqui, & quæ recta sunt præcipis judicare, tribue nobis, vt nec iniquitas in ore, nec pravitas inveniatur in mente; vt puro corde purior sermo consentiat, procedat in operibus justitia, nec appareat dolus in lingua.

A tertio vero metropolitano, loco tertio, hæc oratio pronunciatur.

Iesu Domine, qui sacro verbi tui oraculo promisisti, vt vbi duo vel tres in nomine tuo fuerint aggregati, medius dignareris adesse, adesto cœtui nostro propitius, & cor nostrum perlustra misericors, vt ita rectum justitiæ tramitem teneamus, ne à bono misericordiæ aliquatenus aberremus.

Alia.

Dissolve, Domine, nostrarum mentium ligaturam, & obligationis impiæ confringe catenam, vt tibi laudem pro liberatione reddamus, cujus vltionem pro transgressione pavescimus.

Alia.

Deus, qui veritatem loqui filios hominum cupis, & eorum casto judicio delectaris, mentem nos dignare habere rectam; vt possimus labiis veram depromere justitiam.

Finita autem oratione, & responso ab omnibus, Amen, rursus dicit archidiaconus: Erigite vos. Et confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei, & disciplina, tam episcopi, quam presbyteri sedeant. Sicque omnibus in suis locis in silentio considentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiat, id est, ex concilio Calchedonensi, " æra XVIII. item ex capitulis orientalium patrum, quæ Martinus episcopus de Græco in Latinum vertit, æra XVIII. de synodo facienda. item ex concilio Toletano IV. æra III. Item ex concilio Agathensi, " æra XVI. sive ex sermone sancti Ambrosij de pace, vel aliud de canonibus, quod metropolitano aptius visum fuerit vt legatur. Finitisque titulis, metropolitanus episcopus concilium alloquitur, ' dicens:

" Loaisa & alij Hispani scribunt Era vel Hera. In c. Iust. scribitur æra, & qq variant. XXXV.

' exhortatione ista

Exhortatio.

Ecce, sanctissimi sacerdotes, præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, & per divinum nomen obtestor, vt ea, quæ à nobis de Deo, de sacris ordinibus, vel ' vestris moribus, vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo ' commotionis, in nostrorum omnium ' collatione, ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat; qualiter, Deo ' mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione conjuro, vt nullus vestrum in judicando, aut personam excipiat, aut quolibet favore vel munere pulsatus ' à veritate discedat, sed cum tanta pietate quidquid cœtui nostro se judicandum intulerit ' judicet, vt nec ' discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum ' inveniat; nec item in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat.

' sanctis

' contentionis

' copulatione

' auxiliante

' à justo judicio scienter avertatur.

' aut.

' tota

' retractate,

Post " allocutionem concilij, qua metropolitanus solet synodum alloqui vniversalem, statim rex cum suis optimatibus ingreditur in concilium;

" hanc exhortationem.

A & in primis, corona sacerdotum post se dimissa, ad altare conversus ", ibi orationem dicit: sed ipsa oratione supra acta, ad concilium conversus dicit: Et homo " prostratus, atque inde se erigens, & seipsum precibus sacerdotum commendat, & alloquendo concilium, vt justissime agant, religiosa exhortatione insinuat. Postquam autem expleverit exhortationem suam, à diacono dicitur: Oremus.

" quæ dicuntur de rege desunt in C. Iust.

" Scribendum omnino vt habet Loaisa, humo, licet Binius & R. C. habeant homo.

Tunc rege converso ad orientem, omnes sacerdotes in terra pariter prosternantur, sicut & prius: sicque dicatur hæc oratio dominica.

Rex Deus, à quo regum regitur regnum; quo gubernante sublime, quo deserente fit fragile, famulo tuo N. moderator assiste. Da ei domine fidei B rectitudinem firmam, & legis tuæ custodiam indefessam: ita morum honestate præpolleat, vt tuæ majestati complaceat: ita nunc præsit populis, vt coronetur post transitum cum electis. Pater noster.

Benedictio.

Benedicat tibi, serenissime princeps, virtutum dominus, & omnipotens Deus. Amen.

Inspiret tibi facere misericordiam, & temperare justitiam. Amen.

Qui tibi tribuit regnum, ipse cor tuum conservet illæsum à nocibilitate omnium populorum. Amen.

Et qui conventum nostrum pro domino venerarís, cum tuis omnibus post longa sæcula coroneris. Amen.

C Per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre, & sancto Spiritu, vnus Deus gloriatur in sæcula sæculorum.

Qua benedictione suscepta, dicitur illi à diacono:

In nomine domini nostri Iesu Christi, ite cum pace.

Sicque cunctis respondendum est: Deo gratias.

Statimque idem princeps secedit à conventu concilij.

Post egressum igitur regis, & exhortationem metropolitani, quæ prius dicta est, introibunt omnes quique fuerint presbyteri, diacones, vel religiosi ad audiendam doctrinam. Sicque archidiaconus lecturus est canonem Toletani " concilij XI. D æra I. Ne tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, statim concilium Ephesinum ex ordine perlegetur: deinde collatio pariter & instructio de mysterio sanctæ Trinitatis habebitur, simulque & ordinibus officiorum, si in omnium sedibus ejusdem celebritatis vnitas teneatur. Pro his quoque causis, prout spatium diei permiserit, & epistolæ papæ Leonis ad Flavianum episcopum de erroribus Eutychetis, & mysterio sanctæ Trinitatis legendæ sunt: canones quoque de vnitate officiorum.

' vniversi

" hinc arguas non esse autorem hujusce ordinis Isidorum Hispalensem.

Nec aliud aliquid ante ' transibitur, quam ista omnia explicentur; ita tamen, vt in totis tribus diebus litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, nisi sola collatio de mysterio sanctæ Trinitatis, E & de ordinibus sacris, vel officiorum institutis, ita vt hæc tota ' peragantur per istos tres dies; nihil aliud, sicut jam dictum est, nisi sola quæstio, de his quæ prædicta sunt, habeatur; ita vt lectio semper congruens ' causam ordinis, quæ quærenda est, antecedat.

' transeatur

' partiantur.

' ordini & causæ

' Hæc in C. Iustelli cum sequenti alieno loco reperitur adscripta, & in editione Surij.

Item oratio in secundo die in inchoatione Concilij dicenda.

Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium, quæsumus, vt bonum quod nobis à te requiritur, exequamur, scilicet vt promptatibi sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile judicium faciamus, ac misericordiam diligentes clareamus ' tecum studiis

' tecum

studiis tibi placitæ actionis.

Item oratio, die tertio, quæ in inchoatione concilij dicitur.

' proclamantes A te, Domine, interni clamoris vocibus ' vnanimiter postulamus, vt respectu tuæ gratiæ solidati, præcones veritatis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui."

" Hic desinit editio Surij.

Post hæc in quarto die reliquæ causæ per ordinem admittendæ sunt. Sicque omnes qui de religiosis in retroactis diebus pro spirituali instructione interfuerunt concilio, foras egredientur: residentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus ' ordinaverit honorandos. Per singulos tamen illos tres dies litaniarum, episcopi, vel presbyteri cum admonitore primum orationibus ' prostrabuntur. Sicque collecta a metropolitano oratione, & dicente diacono: Erigite vos, consurgent, & de divinis tantum, vt dictum est, rebus collationem habebunt. In reliquis tamen diebus, cunctis adstantibus, oratio colligenda est. Et sic considentes causarum negotia ' judicabunt. Nullus tamen tumultus, aut inter considentes, aut inter adstantes habebitur. Eodem autem modo, eodemque ordine ad concilium omnes per singulos dies ingrediantur, quo superius jam præmissum est. Nam etsi presbyteri, & reliqui, aut diaconus, clericus, sive laicus de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, ecclesiæ metropolitanæ archidiacono causam suam intimet, & ille concilio denuntiet: tunc illis & introeundi ' & proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a cœtu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adveniat. Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita vt quæcumque deliberatione communi finiuntur, episcoporum singulorum manibus subscribantur. Ita tamen vt ante duos vel tres dies, quam solvatur concilium, omnes constitutiones à se editas diligenti consideratione retractent. ' Item in die, qua concilium absolvendum est, canones qui in sancta synodo constituti sunt coram Ecclesia in publico relegantur. Quibus explicitis, respondetur ' , Amen.

' probaverit

' se prosternant

' juste & religiose cogitent, vel, colligant

' singulatim

' ne in aliquo offendissent.

' in choro

Deinde ad locum redeuntes, vbi in concilio residebant, canones ipsos subscripturi sunt. Admonendi quoque a metropolitano sunt, de pascha ventura ' , quoto veniet. Admonendi sunt etiam quo tempore, superveniente anno, ad concilium

' venturo quo veniat die.

A faciendum veniant, & eligendi etiam de episcopis, qui cum metropolitano dies festos ' nativitatis domini, & sanctum pascha debeant celebrare. Post hæc dicente archidiacono ' , Oremus, omnes simul in terram pariter prostrabuntur, vbi diutissime orantibus, hanc vnus ex majoribus orationem dicturus erit:

' natali '

' orate,

Oratio.

Nulla est, Domine, humanæ conscientiæ virtus, quæ inoffense possit tuæ voluntatis judicia expedire. Et ideo, quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæsumus, quod perfecto æquitatis fine concludere præoptamus: te in nostris principiis ' occursurum poposcimus; te quoque in hoc fine judiciorum nostrorum indultorem nostris excessibus ' speramus: scilicet vt ignorantiæ parcas, vt errori indulgeas, vt perfectis votis perfectam ' efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsan voluntas impulerit justitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus, vt si quid offensionis in hac concilij celebritate ' attraximus, te condonante, remissibile habeamus: vt in eo quod soluturi sumus aggregatum concilium, à cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus delictorum: qualiter & transgressores venia, & confitentes tibi subsequatur remuneratio sempiterna. ' Per Dominum, *&c.*

' occursorem

' adesse precamur.

' operis

' condonare ac remissibile facere digneris.

' Huic orationi oratio paterna adjungatur, & cunctis adhuc jacentibus hæc benedictio explicetur, ' quod ipse præstare dignetur, &c.

Benedictio.

Patris Dei Filius, qui est initium & finis, complementum vobis tribuat caritatis. Et qui vos ad expletionem hujus fecit pervenire concilij, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen.

Vt ab omni reatu liberiores effecti, absoluti etiam per donum Spiritus sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illæsi. Amen. '

Præcedente lumine divinitatis Domini nostri qui omnia regit in sæcula sæculorum.

Quibus ' explicitis, dum dictum fuerit ab archidiacono: Erigite vos, omnes illico pariter exurgentes, residente metropolitano, ab ipso primum incipientes, osculum sibi invicem omnes pariter dabunt. Sicque post datam sibi invicem pacem, ' dicit diaconus.

' expletis

' conventus concilij absolvatur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi eamus cum pace. Deo gratias.

Et sic conventus totus absolvitur.

EXHORTATIO AD PRINCIPEM,

ALIAS VIA REGIA, EX EODEM GARSIA LOAISA ADIECTA.

Ex codice Alveldensi, bibliothecæ regiæ sancti Laurentij in Hispania.

DEvs omnipotens, ô clarissime rex, quando voluit, & vbi voluit de regali nobilique genere te nobiliter procreavit, & misericorditer ad lavacrum regenerationis perduxit, caput tuum sacri chrismatis oleo linivit, & dignanter in filium adoptavit; constituit te regem populi terræ, & proprij filij sui in cœlo fieri jussit hæredem; his etenim sacris ditatus muneribus, rite portas diademata regis; primum, quia de femore regis, regalique descendis prosapia, decenter tibi convenit & bene multa regere regna. Secundo, quia te regem esse & sacri chrismatis vnctio, & fidei confessio operisque confirmat & actio. Tertio, quia vt æternum

Vngebantur Hispaniæ reges

E cum Christo perciperes regnum, misericorditer adhuc te parvulum rex regum adoptavit in filium. Hæc te perspicua claraque indicia ab infantia regem clamitant, regemque confirmant. Superest, vt hæc ipsa regalia, quæ percepisti, bona a domino munera sollicite salva custodias, & operibus pariter moribusque defendas: exiguo etenim tempore in hac, qua vivimus, morabimur vita: quia viam vniversæ carnis pergimus, & celeri cursu ad promissam quotidie patriam festinamus. Restat ergo, vt de illa tantum sollicite interrogemus via, quæ nos a latronibus tutos, vitiisque defæcatos desideratam feliciter ducat ad patriam: hortatur etenim nos

Ierem. 4. nos de hac re propheta, cum dicit: *State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis; & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris.* Sollicite ergo hæc a nobis. discreteque quærenda est via, quæ nos salvos ad requiem perducat æternam: & cum, domino nobis monstrante, fuerit inventa, caute discreteque ambulandum est per eam, ne ad dexteram inclinantibus, aut ad sinistram, occurrat illa, de qua Prov 14. propheticus sermo denuntians clamitat: *Est via, quæ videtur hominibus recta, cujus novissima demergunt ad inferna.* Sed ne aliquis nostrum per ignorantiam in hoc oberrans incidat devium, pie nos Isa. 30. propheta admonet Isaias, & ad rectam sanctamque viam dulciter revocans clamat: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Nam & Israeliticus populus cum per aliena transiens regna, ad repromissionis tenderet patriam, nuntios misit ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens: *Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus ad dexteram, neque* Deut. 17. *ad sinistram; sed per viam regiam gradiemur, donec pertranseam fines tuos.* Et tibi ergo, nobilissime rex, si vis ad supernam feliciter promissionis tendere patriam, diligenter regia quærenda est via: quia, cum sis rex in terra, ad cœlorum properans regna, per regiam debes currere viam: trita etenim via est, & antiquitus sanctorum regum vestigiis confricata. Per illam Iosue firmissimo properans gradu, multorum regum colla comminuit, & nefandorum phalanges stravit, Ierichuntinos muros evertit, & Israelitico populo terram repromissionis distento fune divisit: per illam David indeclinabiliter gradiens, persecutori Sauli pepercit, lapideo ictu Goliam extinxit, & ab improperio allophylorum Dei populum liberavit, & sibi regnum perpetuum solidavit: per illam firmiter ambulantem Ezechiam misericorditer dominus visitavit, à mortis termino revocavit, & quinquies ternos ad vitam addidit annos: per illam adhuc ambulans Salomon, quasi fluvius aqua impletus est sapientia; & ab illa recedens, inexpiabilem gloriæ suæ intulit maculam: per illam intrepidus Iosias rex justus ambulans, excelsa comminuit regna, abominationes diversas a populo Dei abstulit, & justificationes a domino multiplices accepit. Ecce conspicis perspicue, rex nobilissime, qualiter per regiam ad dominum reges ambulant viam, & ad cœlorum regna cum ceteris sanctis reges quoque feliciter volant. Via etenim Isa. 35. regia est, quæ per prophetam vocatur sancta: *Per quam non transibit pollutus*, ait idem propheta, *nec invenietur ibi leo*, diabolus scilicet, qui rugiens circuit quærens quem devoret; *nec mala bestia*, dæmon videlicet, *ascendet per eam*: sed est directa via, & ambulabunt, qui redempti à domino, & liberati fuerint, per eam, per quam & te quotidie, auxiliante domino, ire cognoscimus & gratulamur, & ad æternam gloriam te esse venturum fideliter credentes non dubitamus. Tantum est, vt quod cœpisti bonum perficias, & vsque ad perseverantiæ finem perducas: quia non qui inchoaverit, sed qui perseveraverit, salvus erit.

De observandis mandatis Dei.

Attende ergo, ô clementissime ac mitissime rex, quantum nos diligat dominus noster Iesus Christus, qui cum promissione suam a nobis exigit dilectionem, & Spiritum sanctum dicit nobiscum esse in æternum mansurum, si post dilectionem suam mandata ejus servaverimus: ab ipso enim, vt jam superius diximus, nobis omnia bona conceduntur; & velle bonum, & operari, ab illo prius nobis largitur: diligimur enim vt diligamus, amamur, vt amemus, cognoscimur vt cognoscamus, adjuvamur vt operemur, & operando virtutibus ditemur. Ergo si te dilectio Dei proximique demulcet, consequens est vt facias quod ille præcepit: quia intantum diligis inquantum facis: neque enim potest sincere Deum diligere qui mandata ejus fideliter non custodit. Ipso te Domino docente, intellige: ait enim: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: &: *Qui non diligit me, sermones meos non servat.* Ioannes quoque apostolus dilectione Dei repletus in epistola sua ait: *In hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observamus. Qui dicit se nosse eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in eo veritas non est: qui servat verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta est.* Liber quoque Iob ore domini sacratus, de hoc ipso testis est, maxime de regibus dicens: *Non auferet à justo oculos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illuc eriguntur: revelat quoque aurem eorum, vt corripiat; & loquitur, vt revertantur ab iniquitate. Si audierint & observaverint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria: si vero non audierint, transibunt per gladium, & stultitia consumentur.* De se quoque ipse Iob bonum rectumque dans testimonium, ait: *Vestigia Dei secutus est pes meus: viam ejus custodivi, & non declinavi ex ea: a mandatis labiorum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus.* Tale ergo de te, ô bone rex, volumus semper audire testimonium; tale videre frequenter & opus. Ipse quoque dominus de dilectione sua, atque mandatorum suorum observantia populum Israeliticum admonens, dicit: *Et nunc Israel audi præcepta & judicia quæ ego doceo te, vt faciens ea vivas in eis. Observa & cave ne quando obliviscaris domini Dei tui; & negligas mandata ejus, atque judicia & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, ne postquam comederis & satiatus fueris, domus pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis, habuerisque armenta & ovium greges, argentum & aurum, cunctarumque rerum copiam, elevetur cor tuum, & non reminiscaris domini Dei tui. Et nunc Israel, quid dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac servias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasque mandata & ceremonias ejus, quas ego præcipio tibi hodie, vt bene sit tibi? Si autem audieris, vt facias omnia mandata ejus, faciet te dominus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra: benedictus eris in civitate, & benedictus in agro: benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ: mittet dominus super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum benedictionem: dabit dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te, corruentes in conspectu tuo.* Addit quoque dominus adhuc ad Israelem, dicens: *Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat: auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros: persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis: persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum ex vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in*

(Marginal references, right column: Ioan. 14. — Ibidem. — 1. Ioan. 2. — Iob 36. — Iob 23. — Deut. 28. — Levit. 26 — Levit. 26.)

conspectu vestro. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: si spreveritis leges meas, & judicia mea contempseritis, vt non faciatis ea quæ a me constituta sunt, vt ad irritum perducatis pactum meum, ego hæc faciam vobis: visitabo vos velociter in egestate & ardore: corruetis coram hostibus vestris, & subjiciemini his qui oderunt vos, fugietisque nemine persequente. Per Isaiam quoque dominus ad
Isa. 48. Israel clamat, & dicit: *Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua: & justitia tua sicut gurgites maris: & fuisset sicut arena semen tuum; & stirpes vteri tui, vt lapilli ejus: non interisset, & non fuisset attritum nomen ejus.* Bonum ergo tibi est, ô rex, vt diligas dominum Deum tuum, & ob dilectionem ejus nimiam sollicite & diligenter custodias illius præcepta: sancta sunt enim mandata ejus & justa: observantibus vero salutaria: propterea Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ad te venient, & in perpetuum lætam mansionem facient; & beatus eris in perpetuum, tali hospite visitatus: propterea complebuntur in benedictionibus dies tui, & in gloria anni tui.

De judicio.

Ecclés. 4. *In judicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater.*
Iob 29. Iob quoque ait: *Oculus fui cæco, & pes claudo; pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam: flebam quondam super eum qui afflictus erat, & compatiebar pauperi.* Nam & hanc regiam esse virtutem rex Salo-
Prov. 29. mon approbat dicens: *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.* Si vis ergo, ô rex, vt thronus tuus a domino in æternum firmetur, non cesses justificare pauperem & pupillum, non cesses subvenire viduæ & oppresso, non cesses defendere advenam & desolatum: subveni misero, eleva jacentem, solida confracta, conforta & robora lassum: divitiis non cesses fulcire mendicum, de manu peccatoris non cesses liberare oppressum. Audi quid regibus, regumque judici-
Psal. 81. bus dominus per David clamitat, dicens: *Iudicate egenum & pupillum; humilem & pauperem justificate: erigite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberabit eum.* Huic sententiæ concordans liber Ecclesiasticus ait: *Libera eum qui injuriam patitur de manu superbi.* Cap. 4. Isaias nihilominus prædicans ait: *Quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana munda erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Cap. 1. Vide ergo & diligenter attende, rex, quid defensoribus evenit pauperum: se illis esse debitorem, seque redditorem pronuntiat Deus; nivis candorem peccatoribus promittit, & albæ lanæ munditiam pollicetur: postremo bona terræ comedere tribuit, terræ scilicet illius de qua scriptum est: *Sancti in terra sua duplicia possidebunt*; Isa. 40. & de qua psalmista ait: *Credo videre bona domini in terra viventium.* Psal. 26. Vides quia bona terræ æternæ illis regibus conceduntur, qui hic pauperum defensores existunt, illis in escam fructus æternæ conceditur terræ, qui hic pauperes sciunt defendere pie; fructus optimos, scilicet angelorum, fructus æternos, fructus perpetuos, fructus dulcissimos & amantissimos, plenos saturitate & pinguedine, plenos lætitia & gaudio, plenos felicitate & gloria. O quam beata est vita regum justorum, quæ & hic temporalibus rebus fulta nitescit, & in æternum cum angelis immortaliter requiescit: hic terrenis nutritur delitiis; illic gloria vestitur decorus: hic populorum constipatur catervis, illic choris comitatur angelicis: hic hominum multitudine delectatur; illic cum angelorum choro lætatur: hic illi militia imperatoris obtemperat; illic in militia redemptoris exultat: hic stola vestitus regali nitescit; illic gloria immortalitatis indutus refulget: hic regis diademata portat; illic gaudio exultationis resultat: hic terreni regis filius vocitatur; illic cælestis regis filius confirmatur: hic terreni regni decenter magnam capit hereditatem; illic cælestis regni felicem feliciter accipit portionem. Hæc vt tibi eveniant, clarissime rex, totis viribus laborare non cesses: nullus te felicior erit, si tibi hæc, auxiliante Deo, evenerint: nullus te transcendet in gloria, si hæc tibi a domino feliciter fuerint collata. Amen.

*** INCIPIT PRÆFATIO CONCILIORUM ex cod. MS. V. C. Claudij Hardy.

CONCILIVM sacrum venerandi culmina juris
Condidit, & nobis congrua fræna dedit.
Vt bene fundatus justo moderamine possit
Intemerata regens clericus ordo regi.
Pontifices summi veterum præcepta sequentes
Planius hæc monitis exposuere suis.
Hinc fidei nostræ se pandit semita, & omnes
Errorum damnant dogmata sancta vias.
Quisque Dei famulus fuerit Christique sacerdos
Hoc sale conditus dulcia mella fluet.



DE



DE QVADRVPLICI SYNODO APOSTOLORVM, IVXTA GLOSSAM ORDINARIAM,

In Actis apostolicis per sanctum Lucam evangelistam diversis in capitibus studiose descripta.

Glossa ordin. colgit tantum has 4. alij alias & plures.

[a] Hæc Crabbus, quem secuti sunt Surius, Nicolinus, Binius, & R. C. absunt vero ab vtraque Merlini editione.

EX Actis apostolicis colliguntur a scriptoribus ecclesiasticis, ac potissimum Glossa ordinaria, conventiones sive concilia aliquot apostolorum, primitivæ quoque ecclesiæ: in quibus exempla, formæ, imagines ac ceremoniæ certæ conciliorum, tam generalium quam provincialium, traduntur; postea per sanctos patres & ecclesiæ catholicæ posteros observandæ [a].

Nota Severini Binii.

Sunt qui, posthabito Glossæ ordinariæ judicio, harum Synodorum apostolicarum quasdam omittunt: alias vero, quas scilicet S. Lucas Actorum 4. & 11. descripsit, addunt. Nos ordinariam Glossam, cujus major est auctoritas quam cui tam leviter a curiosis quibusvis novatoribus sit contradicendum, imitantes, neque ordinem mutamus, neque numerum augemus.

Observatio Phil. Labbe S. I.

Radij duo in huncce modum [a] efformati ac singularum pene paginarum marginibus inserti, totidemque in ipso orationis contextu adscriptis Radiis [a] respondentes, additas à Philippo Labbe Soc. Iesv Theologo emendationes, notulas, observatiunculasque designabunt. Quæ enim majoris momenti fuerint atque operosiores Notæ, eæ rejicientur ad calcem singulorum tomorum, aut potius operis vniversi, ne nimia observationum copia confusionem pariat. Cum vero vnicus radius occurrerit hac ratione expressus ', collectas ab eodem ex MSS præsertim codicibus varias discrepantesque a Regiæ editionis contextu Lectiones commonstrabit. Quotiescumque autem inserendum ipsimet contextui occurrerit aliquid hactenus in eadem collectione Regia desideratum, Radiis duobus, totidemque Asteriscis vnà iunctis ad maiorem Lectorum commoditatem designabitur hoc pacto [a] **. Ceterum Dionysij Exigui ad Stephanum Salonitanum episcopum, & ad Iulianum presbyterum titulo sanctæ Anastasiæ epistolas', Præfationem Isidori Mercatoris in suam Collectionem SS. Canonum, ordinem celebrandi Concilij ex IV. Toletano desumptum, Viam Regiam, siue Exhortationem ad Principem, & plura aliunde collecta præmisit ingentis operis qualecumque πρόθυρον; eaque non tam sua, quam aliorum sponte τοῖς προλεγομένοις inseruit, ne in primo hujusce amplissimæ compilationis aditu a Binio recedere longius videretur.

[a] I. Synodvs apostolorvm.

Act. 1. de electione Matthiæ.

DE prima apostolorum discipulorumque Christi conventione, legimus Actorum primo capitulo, quod statim post ascensionem domini in cælum, reversi sunt Hierosolymam a monte Oliveti, manentes in cœnaculo Petrus, Ioannes, Iacobus, &c. perseverantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. *In diebus illis exurgens Petrus*, velut principalis & caput, *in medio fratrum, dixit:* Erat autem turba hominum simul fere CXX.) *Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum*, &c. *Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos dominus Iesus*, &c. *testem resurrectionis ejus nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos*, &c. *& orantes, dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus*, &c. *Et dederunt sortes eis.* [b] *Et cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim apostolis.*

Exemplũ orandi in Conciliis.

Notæ Severini Binii.

[a] *I. Synodus apostolorum.*] Hoc 1. concilium apostolorum habitum est Hierosolymis anno Christi 34. [a] in domo Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, apostolis & discipulis domini præsentibus. Causa habiti concilii est, vt in locum Iudæ traditoris alius subrogaretur, aliusque episcopatum eius acciperet. Duobus igitur discipulis domini, Iosepho & Matthia, constitutis, per sortem Matthias electus est. Baronius anno Christi 34. num. 236.

[a] Anno potius 33. ex nostra supputatione.

[b] *Et cecidit sors.*] De sorte, quæ cecidit super Matthiam, hæc Dionysius de ecclesiast. hierarch. parte 3. cap. 5. *De illa forte*, inquit, *divina quæ Matthiæ divinitus obtigit, alii quidem alia sensere, meo quidem judicio, non recte. Aperiam autem & ipse quid sentiam.' Videtur mihi, scripturam sortem appellasse, divini quiddam, & præcipui muneris, per quod illi choro insinuaretur, qui esset divina electione declaratus.* Vnde liber prænotatus hoc titulo, Sortes apostolorum, qui olim circumferebatur, recte censura Gelasij, canon. Sancta, dist. 15. inter apocrypha [a] rejectus est.

[a] Extat quoque nunc MS. in schedis nostris.

[a] II. Synodvs apostolorvm.

Act. 6. de diaconorum septem electione.

DE secunda in Hierusalem apostolorum & discipulorum Christi synodo, legimus Act. 6. *In diebus illis crescente numero discipulorum, factum est* [b] *murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur* [c] *in ministerio quotidiano viduæ eorum.*

ANNO CHRISTI 34. " aut 33.

A *Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum*, ac ceterorum credentium, quæ jam ad multa millia excreverat, *dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, ex vobis viros boni testimonii septem, plenos*, &c. *Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto*, &c. *Hos* (à multitudine electos) *statuerunt ante conspectum apostolorum*, qui erant episcopi fidelium: *& ipsi apostoli orantes, imposuerunt eis manus*, per orationem & manus impositionem ipsos diaconos ordinando.

2. Synodus ob 7. diaconorum institutioné.

Sequitur effectus hujus ordinationis: *Et verbum domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde.* Ex quo liquet, etiam hoc concilium esse Hierosolymis celebratum. *Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat signa magna & prodigia in populo. Surrexerunt autem*, &c. *& non poterant resistere sapientiæ & Spiritui sancto qui loquebatur.* Actorum quoque 8. prosequitur sanctus Lucas de prædicatione Philippi diaconi, *&c.*

Effectus istius ordinationis.

B

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *II. Synodus apostolorum.*] Hoc concilium apostolorum habitum est Hierosolymis, anno Christi 34. b ante martyrium S. Stephani, qui post Christi in cælos ascensionem, mense septimo " & biennio ante Pauli conversionem, lapidatus est. Causa habiti concilij hæc est: discipuli domini, qui ex Iudæis in Græcia habitantibus conversi erant, Christianas viduas suæ nationis, ministerio mensarum præpositas, a Iudæis in Palæstina habitantibus contemni querebantur. Placuit igitur, vt ex gratia & concessione dumtaxat, non ex jure, credentium multitudo ex 70. discipulis domini, teste Epiphanio, lib. 1. cap. 21. septem viros boni testimonij eligeret, seu potius postularet. Cum facta esset electio, Stephani, Philippi, Prochori, Nicanoris, Timonis, Parmenæ & Nicolai: apostoli electis, qui non tantum communibus, sed etiam sacris mensis & functionibus præficiendi essent, prævia communi oratione, manus imposuerunt, iisque quotidianum vtriusque mensæ ministerium, evangelii prædicationem, & sacramentorum quorumdam dispensationem & administrationem, commiserunt: adeo vt non immerito 16. canon 6. Synodi " velut illegitimæ matris illegitimus & spurius filius censendus sit, quod per illum septem diaconos ab apostolis electos sacris ministeriis non ministrasse decernatur. Quod autem diaconi ordinati, dicuntur mensis communibus præfecti; non sic accipiendum est, vt, quod est ministrorum mensarum, ceteris accumbentibus, quæ ad cibum potumque pertinebant, illuc inferrent: sed quod ea, quibus cuique opus esset, eleemosynas dividendo, curarent. Baron. anno dicto 34. num. 243. & 287. & anno 35. num. 1.

Locus & tempus. " 33. " hoc dubium. Causa.

C

" In Trullo habitæ.

D

b *Murmur Græcorum adversus Hebræos.*] Iudæorum scilicet in " Græcia habitantium, adversus Iudæos in Palæstina habitantes: nondum enim gentibus evangelium Christi prædicatum fuerat: itaque quod habitassent cum Græcis, Græci appellabantur: qui vero Iudæi in Palæstina commorabantur, Hebræi nominabantur. Baronius prædicto loco.

" in provinciis natorum, vbi familiaris lingua Græca.

c *In ministerio quotidiano.*] Sicut Christus in vltima cœna, ita ecclesia primitiva mensam communem & sacram quotidie conjunxit, vt patet 1. Cor. 11. Vtriusque autem ministerio & servitio fideles viduæ præpositæ erant. Et quia vtraque mensa, sacra & communis, quotidie parabatur, (vt patet Actorum 2. cap.) hoc ministerium quotidianum appellatum est.

E

d *A multitudine electos.*] Ex gratia & concessione Petri, non ex jure, vt supra dixi. Vide Baron. prædicto loco. Bellarm. lib. 1. de clericis.

a III. SYNODVS APOSTOLORVM.

DE tertia conventione apostolorum, quæ fuit plenaria conciliorum forma, postmodum a summis pontificibus & sanctis patribus observata & observanda, legimus Actor. 15. Hæc fuit celebrata b anno 14. post mortem & resurrectionem Christi in Ierusalem, & 14. anno conversionis apostoli Pauli, c anno 4. Claudii Cæsaris, secundum Bedam, Dionysium & alios, quos vide de his latius. Vnde de hac Synodo apostolorum loquitur apostolus Paulus ad Galat. 2. *De-*

Act. 15. de circumcisione Gentilibus nõ imponenda.

A *inde post annos 14. ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito, & contuli cum eis evangelium quod prædico in gentibus*, &c. Sequitur: *Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos inter gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantum vt pauperum memores essemus:* &c.

ANNO CHRISTI 51. " aut 49.

De hac ergo tertia apostolorum conventione legimus Act. 15. sic: *Et* d *quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres*, fideles scilicet ex gentilitate conversos: *quia nisi circumcidamini secundum morem*, &c. *statuerunt*, scilicet fideles, *vt ascenderent*, &c. *ad apostolos & presbyteros* (veluti primarios ecclesiæ prælatos) *in Ierusalem super hac quæstione*, &c. *Cum autem venissent*, &c. *Surrexerunt autem quidam de Pharisæorum secta, qui crediderunt*, &c. *Conveneruntque apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus*, (tamquam apostolorum supremus & caput) *dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis*, &c. *Nunc ergo quid tentatis?* &c. *sed per gratiam domini Iesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi.* e *Tacuit autem omnis multitudo*, consentiens Petro, *& deinde audiebant Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt*, (scilicet Barnabas & Paulus) *respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me: Simon narravit*, &c. *Propter quod ego judico, non inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, vt abstineant se a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine*, &c. Sequitur determinatio negotij. *Tunc placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam & Silam viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum. Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus, salutem. Quoniam audivimus quod quidam ex nobis*, &c. *Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: vt* f *abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a quibus vos custodientes, bene agetis. Valete.*

3. Synodus ob circumcisionem Gentibus non imponendam.

B

Petrus primo loquitur.

C

Secundo Barnabas & Paulus.

Tertio Iacobus, ceu in sua diœcesi.

Determinatio negotii.

Synodica epistola.

D

Illi autem dimissi, descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine, tradiderunt epistolam; quam cum legissent, &c.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *III. Synodus apostolorum.*] Hoc concilium apostolorum, quod Hierosolymitanum appellari solet, habitum est Hierosolymis, anno Christi " 51. & 9. Claudii, quo cum Iudæis & Christianis Petrus Roma expulsus est: quique est 15. post conversionem Pauli. Causam huius concilii celebrandi præbebat hæc controversia: An Christiani ad circumcisionis aliasque ceremoniales leges Iudæorum observandas obligentur? Præter legem evangelii, ceremonialem legem Mosaïcam observandam esse ", Cerinthus hæresiarcha primus propugnavit, & pertinaciter defendit. Hujus controversiæ definiendæ judicio, cum presbyteris & plebe, apostoli per orbem terræ longe lateque divisi, Dei instinctu & revelatione ante admoniti (quod de se Paulus ad Galat. cap. 2. fatetur) interfuerunt: apostoli tamquam hujus controversiæ judices, ad decidendum & definiendum: presbyteri, velut inquisitores veritatis, ad disputandum & consultandum: plebs autem non vocata interfuit, non quidem ad examinandum, sed ad audiendam apostolorum sententiam, cui obtemperare deberet. Post multam causæ hujus disceptationem, non ex scriptura, sed suffragio apostolorum, & judicio Petri principis apostolorum, definitum est; Neminem Christianorum lege circumcisionis, vel vlla alia ceremoniali Iudaïca, obligari. Quod vt fidelibus omnibus innotesceret, ad Antiochenos legatio decernitur, & Synodica

Locus. Tempus. " imo potius 49. Causa.

E

" Cerinthus, Κήρινθος. Qui interfuerint.

Acta concilii.

epistola

Anno Christi 51. " aut 49.

epistola hic extans, transmittitur. Hoc eodem concilio, Paulo Gentium, Petro eorum qui ex circumcisione ad fidem venissent, cura, sollicitudo, & patrocinium commissa fuerunt: non quidem quod Petro Gentibus evangelium Christi annuntiare non licuerit, adeoque ille vniversæ ecclesiæ pastor esse desierit: sed vt circumcisionis ministerio, velut honestissimo quodam titulo, ac singulari prærogativa, soli Christo, Christique successori Petro debita, solus Petrus Christi successor nobilitaretur. Baron. anno dicto 51. num. 26 & seq.

b *Anno* 14.] Verius 17. Si enim anno 14. conversionis Pauli finito, habitum est hoc concilium, vt bene collector horum concedit, ipse autem Paulus anno post mortem Christi secundo conversus est, quod ex Martyrologio Romano, aliisque probatis auctoribus, & optimis rationibus Baron. anno dicto 36. num. 1. & sequentibus asserit, evidens est, hanc Synodum non 14. sed 17. anno post mortem & resurrectionem Christi celebratam esse.

c *Anno* 4. *Claudij.*] Verius anno 9. Claudij, qui (vt ex Annalibus illustrissimi Cardinalis Baronij constat) cum 51. anno Christi " incidit.

" Ex nostra ac veriore supputatione cum 49.

d *Quidam descendentes de Iudæa.*] Cerinthus hæresiarcha hujus erroris summus auctor & acerrimus propugnator fuit, adeo vt & ipse, adversus Paulum & Barnabam legem hanc propugnaturus, Hierosolymam petierit, teste Epiphanio, hæresi 28.

e *Tacuit autem omnis multitudo.*] Hinc constat, plebem interfuisse concilio, non vt definitivam sententiam concilij examinaret, sed potius attente & humiliter audiret.

f *Abstineatis vos ab immolatis.*] Apostoli tempore legis evangelicæ, harum rerum abstinentiam nova & positiva ecclesiastica lege huiusmodi, quæ conscientias fidelium, etiam extra periculum scandali, obligaret, præceperunt; non propter observantiam legis Mosaicæ, sed quo facilius Christianorum, Iudæorum, & Gentium, simul habitantium, animi conglutinati, in vnum populum coalescerent, sublatis rebus hisce quæ vehementius eos dissociare atque alienare possent. Iudæi, propter antiquam consuetudinem, esum sanguinis & suffocatorum incredibiliter aversabantur, & exhorrescebant: esus eorum, quæ simulacris immolata erant, magnum illis scandalum afferebat, suspicantibus, id esse argumentum Gentium ad idololatriam redeuntium. Postea vero, cum ecclesia crevisset, & Iudæi & Gentes in vnum coaluissent, illique duo parietes, vnus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, in angulari lapide, Christo, compaginati essent, cessante causa, cessat etiam effectus. *Quis jam hoc Christianus observet,* (inquit S. Augustinus lib. 32. cap. 13. contra Faustum) *vt turdos, vel minutiores aviculas, non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est?* Manifesta est omnibus veritas Christianæ doctrinæ, non coinquinare hominem, quod per os intrat, Luc. cap. 7. nihilque rejiciendum, quod cum gratiarum actione sumitur, 1. Tim. cap. 4. Quare cum hæ rationes, & pericula scandali, apud omnes Christianos cessent, ipsa quoque lex, totius occidentalis ecclesiæ consensu laudabiliter est antiquata. Fornicatio prohibetur, quia plerique Gentilium existimabant, simplicem fornicationem non esse per se malam, neque illicitam. August. prædicto loco. Bellarm. de conc. lib. 2. & 3.

" **EADEM SYNODVS EX CAP. I. libelli Synodici G. L. a Pappo & Iustello editi.

HIEROSOLYMITANA, APOSTOLORVM.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις, ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων ἁγίων ἀποστόλων, καὶ μυσταγωγῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς ἀδελφῶν· κατὰ τῶν ἐπιχειρησάντων πιστῶν φαρισαίων, κρατύνειν τὴν ἐν σαρκὶ περιτομὴν, καὶ τηρεῖν τὰ νόμιμα ἔθη μετὰ τὸ εἰσδέξασθαι καθάπαξ τοὺς πιστοὺς, τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ *προσκύνησιν καὶ λατρείαν, καὶ χάριτι καὶ νόμῳ δουλεύειν, οἱονεὶ δυσὶ κυρίοις· ὅπερ ἀπεῖπεν ὁ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν πάροχος, καὶ τῆς κατάρας τοῦ νόμου ἐξαγορησάμενος ἡμᾶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν.

*χιώνσι.

Μετὰ γοῦν τὴν τῶν ἀποστόλων σύνοδον, ἐξανέστη Σίμων ὁ μάγος, καὶ Κήρινθος, οὓς ἀπεκήρυξαν οἱ

A κορυφαῖοι τῶν ἀποστόλων, τὸν Σίμωνα, Πέτρος, τὸν δὲ Κήρινθον, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος Ἰωάννης. Μετὰ τούτοις ἐξανέστη Οὐαλεντῖνος, Σεκοῦνδος, Μαρκίων, Βασιλείδης, Σατορνῖνος, Καρποκράτης, Αἰβίων, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς.

SYNODVS divina & sancta, Hierosolymis a divinitus edoctis sanctisque apostolis, & mysteriorum præfectis presbyteris, aliisque, qui cum ipsis erant, fratribus celebrata: contra eos, qui fidem susceperant, Pharisæos: qui & circumcisionem, in carne quæ fiebat, retinere, & legales consuetudines, post receptam quoque a fidelibus eam, quæ in spiritu & veritate fit, adorationem & cul- B tum, observare: atque ita gratiæ & legi, tamquam duobus dominis servire conabantur. Quod quidem is ipse, qui maxima illa supra mentis nostræ captum nobis confert munera, & a legis maledicto nos redemit, Christus Deus noster prohibuit.

Post Apostolorum autem synodum, Simon magus exsurrexit & Cerinthus, quos apostolorum refutarunt principes: Simonem quidem, Petrus: Cerinthum vero is, qui Theologus cognominatur, Ioannes. Post istos Valentinus exurrexit, Secundus, Marcion, Basilides, Saturninus, Carpocrates, Æbion, Hermogenes, Alexander Ærarius, eorumque complices.

C [a] IV. SYNODVS APOSTOLORVM.

DE quarta primitivæ ecclesiæ congregatione seu synodo, scribitur Actor. 21. in qua declaratum fuit, teste Beda, Dionysio Cartusiano, & aliis, licitum esse conversis Iudæis vti cum fide & sacramentis novi testamenti, etiam circumcisione & aliis ceremoniis & sacrificiis veteris testamenti, quamdiu templum & sacrificia legis in Ierusalem stabant: non quasi lex evangelica non sufficeret, sed vt mater synagoga paulatim cum honore sepeliretur, & non statim velut impia, & mortifera; instar idolorum culturæ, damnaretur, cum fuerit a Deo fundata, & tempore suo in remedium & salutem genti Iudæorum data. Cum ergo Pau- D lus ab æmulis suis, velut destructor & damnator legis, esset vehementer & falso apud Hierosolymam infamatus, communi concilio, Iacobus, & Paulus, & seniores statuerunt, ex Iudaismo conversos legis ceremonias pro tempore illo non damnare, sed licite observare posse, dummodo spem salutis suæ in illis non collocarent. Hinc scribitur Act. 21. *Et cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum,* &c.

Act. 21.

Permissio legalium ad tempus, donec synagoga cum honore sepeliretur.

Hic autem secundum doctores catholicos diligenter notandum venit, quædam in lege Mosis vsque hodie vniversos Christianos obligare, videlicet præcepta moralia, & omnia quæ ad bonos mo- E res & virtutes directe & immediate pertinent. Nam hæc in evangelio ipse dominus replicavit, & perfectius observari mandavit. Enimvero principalis divinæ legis intentio est, homines bene instituere ad amorem Dei. Quod cum recte fieri nequeat, nisi addatur & modus, qualiter sese juste habere debeant tam erga seipsos, quam erga suos proximos: hinc data sunt præcepta moralia, quæ mentibus hominum & rectæ rationis dictamini sunt inscripta, quod Deum super omnia quisque diligere debeat, & proximum sicut seipsum. Modus autem colendi Deum per externos ritus & ceremonias legis, quia hæc fuerunt figura & vmbra Christi tunc venturi, & mysteriorum eius: ideo

In lege quænam hodie obligent Christianos, & quæ non.

Præcepta moralia.

Ceremonialia.

Anno Christi 58 " aut potius 56.

adveniente veritate evangelica, evanuerunt, & illicita jam facta sunt. Nihil enim per duplicitatem simulatorie egit divinus apostolus, sed pro scandalo fratrum amovendo, seque a falsa infamia purgando, fecit, quod tunc (vt dictum est) conversis Iudæis ad tempus licuit: sed modo destructo templo, sepulta Synagoga, & vbique divulgato evangelio, nequaquam liceret. Præcepta autem judicialia legis, qualiter justitia servari debeat erga proximum, jam non obligant, nisi a judice potestatem habente, in sua ditione suaque auctoritate denuo statuerentur.

Iudicialia.

Nota Severini Binii.

[a] *IV. Synodus apostolorum.*] Quarta Hierosolymitana synodus, habita est Hierosolymis, anno Christi 58." circa festum pentecostes. S. Paulus, cum senioribus, eidem interfuit. Iudæi enim, qui receperant evangelium, quorum erat numerus multorum millium, omnes legis æmuli, pene infenso animo fuerunt in Paulum, quod accepissent, ipsum a Moyse discessionem prædicasse. Quare vt tempori inserviendo, omnes lucrifaceret, factus Iudæus Iudæis, ad solenne festum pentecostes, Hierosolymam festinat accedere, vt declaret, se patrias leges non adeo aversari. Huc cum venisset, seniorumque conventio facta esset, rogatum est, ne credentes Iudæi legalibus vti prohiberentur. Decernitur rata ac firma ea esse debere, quæ de Gentibus ad fidem conversis, superiore synodo statuta fuerunt: Iudæis vero credentibus, vsus legalium permittitur. Paulus, qui hanc ob causam Antiochiæ Petro in faciem restiterat, qui sæpius antehac scriptis epistolis, de legalibus abrogandis, contenderat; huic seniorum conventui tantum detulit, vt se illorum voluntati, ad evitandum eorum scandalum, subjecerit, & vt probaret se legis Mosaïcæ observantissimum esse, vna cum Nazaræis votum exsolventibus, in templo, adhibitis ritibus Num. 6. cap. requisitis, postquam non tam ex lege, quam pia & consueta abstinentia, 30. diebus a vino abstemius fuisset, capillos sibi abradi, eosque juxta consuetudinem Nazaræorum, in sacrificio pacifico pro se oblato, cremari permisit. Baron. anno Christi 58. num. 118. & seq. Nonnulli, vt supra dixi, quartam hanc apostolorum synodum omittunt ", faciuntque ordine præsenti nonnihil mutato, ex decimoquinto Actor. cap. quartam, ex sexto tertiam, ex quarto secundam, idque hoc modo.

" 56.

" Ex Crabbo alij.

De secunda conventione apostolorum, & discipulorum Christi notabili, legimus Actor. 4. quod vbi post adventum Spiritus sancti per prædicationes apostolorum multi credidissent in Christum, factus est numerus eorum quinque millia. De qua re dolentes sacerdotum principes, & magistratus templi, posuerunt Petrum & Ioannem in custodiam. Et postquam examinassent eos, videntes Petri constantiam atque Ioannis, comminati sunt eis, & denuntiaverunt ne omnino loquerentur nec docerent de cetero in nomine Iesu. Petrus vero & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: *Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate.* Sequitur conjunctio apostolorum & discipulorum Christi. *Dimissi autem, venerunt ad suos, & annuntiaverunt eis, quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Quæ cum audissent, vnanimiter* simul omnes congregati *levaverunt vocem ad Deum* per inspirationem Spiritus sancti, *& dixerunt: Domine, tu es qui fecisti cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes?* &c. *Et nunc Domine respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati* in signum exauditionis supplicationum eorum. *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto*, ampliori scilicet gratia & caritate confortati. Vnde sequitur effectus hujus: *Et loquebantur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam, eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Nota, ex hoc decreto apostolicam fundatam esse vitam, & conversationem omnium religiosorum, vitam beatorum in patria, vbi omnia sunt communia, imitantium. Sequitur: *Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis: neque enim quisquam egens erat inter illos.*

Act. 4.

Hic cœtus non fuit concilium, sed oratū est pro gratiæ incremento.

Psal. 2.

Anno Christi 58. " aut potius 56.

Effectus donorum Spiritus sancti.

Apostolorum decretum.

Nota Severini Binii.

Præter hæc quatuor apostolorum concilia ex Actibus apostolorum desumpta, duosque alios eorum conventus in iisdem Actis cap. 4. & 11. descriptos, & apostolorum conciliis ex quorumdam sententia, vt patet supra, adnumeratos, alia tria apud SS. Patrum & veterum doctorum scripta inveniuntur. Quorum primum illi in Iudæa ipso divisionis ac separationis suæ tempore collegerunt, anno Christi 44." Baron. anno 44. num. 14. & 15. in quo symbolum quod eam ob causam apostolorum nuncupatur, composuerunt. Clem. ep. 1. ante medium. Cypr. in exposit. symb. prope initium. Ambr. serm. de jejunio Eliæ, & epist. 81. ad Siricium. Epiph. hæresi 72. ante medium. Ruffin. in pref. expos. symb. Aug. serm. 115. & 181. de tempore. Leo papa epist. 13. ad Pulcheriam Aug. & serm. 11. de passione. Venant. Fortunat. in præfat. expos. symb. & alij multi. Idque non scripto, sed traditione communicarunt. Colligitur ex Irenæo lib. 1. cap. 2. & lib. 3. c. 4. Hier. epist. 61. ad Pammach. adversus errores Ioan. Hieros. post medium. Aug. lib. 1. de fide & operib. c. 9. Ambr. epist. 81. Leone epist. 13. Ruffin. loco citato. S. Maximo Taurin. in expos. symb. initio. Et ex sententia Genebr. aliorumque quorumdam, canones qui apostolorum passim vocantur, & a Clemente Romano conscripti habentur, statuerunt: licet Onuphrius initio catalogi quem Platinæ præfixit, eos referat ad celebre concilium Hierosol. de quo supra. Credibile etiam est de eodem concilio verba facere Franciscum Turrianum, cum scribit ecclesiasticos SS. apostolorum canones non in concilio Antiocheno, sed in Hierosolymitano fuisse constitutos. Loquitur enim de eo concilio in quo demum data est abstinentia a sanguine & suffocato. Turr. lib. 1. pro canonibus cap. 25. ". Constitutiones item apostolicas octo libris Clement. Rom. conclusas sanxerunt. Sacrosanctam liturgiam seu missam in octavo earumdem constitutionum libro cap. 12. alias 16. descriptam disposuerunt. Vide Genebrard. in Petro.

" 42. aut superiori 41.

Alia tria concilia, nisi conventus fuisse malis.

Acta cõcilij apostolorum quæ?

" Hæc dubia.

Aliud eo tempore ab apostolis coactum est, quo beatiss. Virgo Maria diem extremum obiit, nempe vt triumphali ejus in cælos assumptioni interessent. Cujus rei testes sunt, Dionys. Areopagita lib. de divin. nominib. cap. 3. post medium. Iuvenalis episcop. Hierosolym. in oratione quam hac de re ipse habuit coram Martian. Aug. & quidem a Niceph. transcriptam lib. 15. hist. cap. 14. S. Gregor. Turon. lib. 1. de gloria martyr. cap. 4. S. Ioannes Damascen. orat. 2. de dormit. S. Deiparæ prope finem. Andr. Cretens. ser. de dormit. Deip. Epiph. presbyter ser. de Deip. Niceph. lib 2. cap. 22. Genebr. in Petro, aliique permulti, quamvis de anno non constet. Baron. anno 48. num. 4. & seqq. præsertim 24. Quandoquidem Euseb. in chron. anno 48. Virg. Deiparæ obitum anno Christi nati 48. attribuit, adeo vt si quatuordecim vel quindecim addideris annos, quos illa partus domini tempore egerat, Baron. anno 48. num. 7. mortua omnino censenda sit anno ætatis suæ 62. vel 63. At contra Epiph. presbyter jam nominatus, ac Cedrenus in compendio, in Tiberio, quos refert Baron anno 48. n. 5. 7. illam existimant vixisse annos 72. Ex quibus si quos dixi annos 14. vel 15. subtrahas, non poterit illius mors ante annum Christi 57. contigisse. Atque hæc dinumerandi ratio magis est consentanea testimonio S. Dionysij, qui non ante annum Christi domini 52. ad fidem conversus est: sicut nec Paulus ante annum 57. in vrbem Hierosolymitanam vltimo profectus. Baron. anno 48. num. 7. Illud quod Antiochiæ habitum fuisse testatur Pamphilus martyr, vide infra post notas canonum apostolorum.

In morte B. Mariæ Virg. apostoli congregati fuerunt.

Quo anno B. Virgo mortua fuerit.

ΚΑΝΟΝΕΣ [A]

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΣΕΠΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

α'.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β'.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

γ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ἐπιτηδευτά, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω, πλὴν νέων χίδρων, ἢ σταφυλῆς, τῷ καιρῷ τῷ δέοντι.

Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω προσάγεσθαί τι ἕτερον * εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. [* ἔστω τι.]

δ'.

Η ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε'.

Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. Ἐὰν δὲ * ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δέ, καθαιρείσθω. [* ἐκβαλῇ.]

ϛ'.

Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω· εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

ζ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

η'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. Καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω· εἰ δὲ μὴ λέγει, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενό-

[a] CANONES

[a] APOSTOLORVM.

[a] Gentiano Herveto interprete.

I.

[b] EPISCOPVS a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

II.

Presbyter ab vno episcopo ordinetur, B & diaconus, & reliqui clerici.

III.

[c] Si quis episcopus, vel presbyter præter domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel vel lac, vel pro vino siceram, vel confecta, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam nova legumina, tempore opportuno.

Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre, quam oleum ad luminare, C & incensum tempore sanctæ oblationis.

IV.

Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ episcopo & presbyteris. Clarum autem est, quod episcopus & presbyteri diaconis & reliquis distribuunt.

V.

D Episcopus, vel presbyter, vel diaconus [d] vxorem suam ne ejiciat religionis prætextu: sin autem ejecerit, segregetur; & si perseveret, deponatur.

VI.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus sæculares cu[ra]s non suscipiat: alioqui deponatur.

VII.

E Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, [e] sacri paschæ diem ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebraverit, deponatur.

VIII.

Si quis episcopus, presbyter, vel diaconus, vel ex sacerdotali catalogo, facta oblatione [f] non communicaverit, causam dicat: & si probabilis fuerit, veniam consequatur: sin vero minus, segregetur, vt qui populo offensionis causa sit,

[a] SS. & omni veneratione dignorũ.

[a] Petrus Crabbus Gregorij Haloandri interpretationem adhibuit, eumque secuti Ioannes Sagittarius Burdegalẽsis, & Franciscus Ioverius Valentinus; Hervetianam Surius, Nicolinus, Binius & R. C. nosque eorũ exemplo.

Gentiani exemplar non habuit, ἢ σταφυλῆς, id est, vvam.

Citatur a S. Greg. lib. 7. Reg. epist. 30.

ſit, & ſuſpicionem dederit adverſus eum qui obtulit, tamquam non digne obtulerit.

IX.

De conſec. diſt. 1. cap. Omnes fideles.

[g] Quicumque fideles ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, in precatione autem & ſacra communione non permanent, vt eccleſiæ confuſionem afferentes, ſegregari oportet.

X.

[h] Si quis cum excommunicato, vel in domo, vna precatus fuerit, is ſegregetur.

XI.

Si quis, cum ſit clericus, vna cum eo, qui eſt depoſitus, oraverit, deponatur & ipſe.

XII.

[n] Can. 5. Nicæn.

Si quis [n] clericus vel laicus ſegregatus, ſive non recipiendus, diſcedens, in altera vrbe receptus fuerit abſque [i] literis commendatitiis, ſegregetur, & qui excepit, & qui exceptus eſt. Sin autem eſt ſegregatus, ejus intendatur ſegregatio.

XIII.

Citatur a Conſtantino epiſt. 2. ad Euſeb. & Antioch. Epiſcopos ſcriptis. Extāt apud Euſeb. de vita Conſtant. lib. 3. cap. 57. Nic Can. 16. Antioch. cap. 3. [n] Vide lib. 3. de vita Conſtantini cap. 61. edit. Valeſianæ.

Epiſcopo non liceat ſua relicta parochia ad aliam tranſilire, etiamſi a pluribus cogatur: niſi ſit aliqua cauſa rationi conſentanea, quæ eum cogat hoc facere, vtpote ad majus lucrum, cum poſſit ipſe iis, qui illic habitant, pietatis verbo conferre: idque non ex ſe, ſed multorum epiſcoporum judicio & maxima exhortatione.

XIV.

[k] Si quis preſbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta ſua parochia, in aliam abſceſſerit, & cum penitus tranſierit, præter ſui epiſcopi ſententiam in alia parochia maneat, [l] eum non amplius celebrare jubemus, maxime ſi eum adhortante epiſcopo vt rediret, non paruerit, in contumacia & inſolentia perſeverans: is tamen vt laicus communicet.

XV.

[n] Nic. can. 16.

Sin [n] autem epiſcopus nihili faciens adverſus eos decretam a munere ceſſationem, eos vt clericos receperit, ſegregetur vt immodeſtiæ & inſolentiæ magiſter.

XVI.

Diſt. 33. Si quis poſt.

[m] Qui poſt ſanctum baptiſmum duobus conjugiis fuerit implicitus, [n] vel habuerit concubinam, non poteſt eſſe epiſcopus [n], vel preſbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero ſacerdotali.

[n] S. Baſil. can. 12. ad Amph. Diſt. 4 Si quis viduam.

XVII.

[o] Qui viduam accepit, vel ejectam,

A μένος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν * ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος.

* ἐμποιήσας

θʹ.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας * τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

* τῆς ἐκκλησίας

ιʹ.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω.

ιαʹ.

B Εἴ τις καθῃρημένῳ * κληρικὸς ὢν ὡς κληρικῷ συνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.

* κληρικῷ ὡς κληρικῷ

ιβʹ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος, ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει, δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς· εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμὸς, ὡς ψευσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

ιγʹ.

C Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾷν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται· εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ ἡ τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

ιδʹ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς,

D διατρίβῃ ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ· ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

ιεʹ.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, παρ᾽ ᾧ τυγχάνουσι, παρ᾽ οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ᾽ αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

E

ιϛʹ.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιζʹ.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην,

ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται A εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιη'.

*ἀδελφιδῆν O δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ * ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιθ'.

Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

κ'.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως B ἔφυ, καὶ ἔστιν ἄξιος, γινέσθω.

κα'.

O ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ'.

Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω, φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

κγ'.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη C τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

κδ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἁλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. * ὁμοίως δὲ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει ὑποκείσθωσαν.

*ὡσαύτως δὲ καὶ

κε'.

Τῶν εἰς κλῆρον προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας, καὶ ψάλ- D τας * μόνους.

*μόνον

κϛ'.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, *ἐθέλοντα καὶ διὰ τοιούτων φοβεῖν * θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ αὐτὸς τυπτόμενος, οὐκ ἀντέτυπτε· λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει. πάσχων, οὐκ ἠπείλει.

κζ'.

E

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος *καθαιρεθεὶς * καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, οὗτος παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

κη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέ-

vel meretricem*, vel servam, vel mimam seu scenicam, non potest esse presbyter, vel episcopus, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali. *Vide leg. 3. de summa Trin.

XVIII.

p Qui duas sorores duxit, vel consobrinam, non potest esse clericus.

XIX.

q Clericus fidejubens deponatur.

XX.

r Eunuchus si ex hominum quidem injuria factus sit, vel in persecutione virilibus privatus sit, vel sic natus est, & dignus est, fiat. Dist. 3. Eunuchus si.

XXI.

f Qui seipsum mutilavit, ne sit clericus: est sui homicida, & Dei opificij hostis. Ibidem.

XXII.

Si quis cum sit clericus, seipsum mutilaverit, deponatur: est enim sui homicida. Nic. concil. can. 1.

XXIII.

Laicus qui seipsum mutilavit, tribus annis segregetur: est enim suæ ipsius vitæ insidiator.

XXIV.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel perjurij, vel furti convictus, d ponatur, & non segregetur. Dicit e im scriptura, Non vindicabis bis in idipsum. * Similiter reliqui quoque clerici. *Nahum, 1. * S. Basil. can 3. epist. ad Amphil.

XXV.

Ex iis, qui non ducta vxore ad clerum promoti sunt, jubemus, si velint, vxorem ducere lectores & cantores solos.

XXVI.

Episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, qui verberat eos qui peccant, vel infideles qui ir juriam fecerunt, & per hæc vult perter efacere, deponi jubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit. contra autem ipse verberatus, non repercussit: maledictis appetitus, maledicta non retulit: patiens, non minatus est.

XXVII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, iuste ob manifesta crimina depositus, sibi aliquando creditum ministerium attingere audeat, ab ecclesia omnino abscindatur. Calched. conc. ca. 6.

XXVIII.

Si quis episcopus per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, dep natur & ipse, & qui eum ordinavit, & a ommunione omnino

excin-

Actor. 8. excindatur, vt Simon magus a me Petro.

XXIX.

Si quis episcopus sæcularibus principibus vsus, per eos ecclesiam adeptus sit, deponatur, & segregetur, & omnes qui illi communicant.

XXX.

Si quis presbyter, contempto proprio episcopo, seorsum congregationem fecerit, & alterum altare fixerit, episcopo suo in religione ac iustitia nulla in re a se condemnato, deponatur, vt imperium obtinendi cupidus: est enim tyrannus. Similiter & reliqui clerici, & quotquot ei accesserunt. Laici autem segregentur, eaque post vnam alteramque ac tertiam admonitionem fiant.

XXXI.

Si quis presbyter vel diaconus ab episcopo " sit segregatus, non liceat alii eum suscipere, quam qui ipsum segregavit: nisi forte sit mortuus episcopus qui ipsum segregavit.

" Athanasius epist. ad orthodoxos.

XXXII.

Nullus externorum episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum sine commendatitiis recipiatur: iisque afferentibus, examinentur. Sin minus, iis quæ sunt necessaria, aliis exhibitis, ad communionem ne admittantur, multa enim per surreptionem fiunt.

XXXIII.

ᶜ Episcopos vniuscujusque gentis nosse oportet eum qui in eis est primus, & existimare vt caput: & nihil facere, quod sit arduum aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere vnumquemque, quæ ad suam parochiam pertinent, & pagos qui ei subsunt. Sed nec ille absque omnium sententia aliquid agat. Sic enim erit concordia, & glorificabitur Deus per Dominum Iesum Christum.

XXXIV.

Episcopus " ne audeat extra suos fines facere ordinationes in vrbibus & pagis non ei subjectis. Sin autem hoc fecisse convictus fuerit, præter eorum sententiam, qui tenent pagos illos vel civitatem, deponatur & ipse, & ii quos ordinavit.

" Antioch. can. 9.

XXXV.

Si quis ordinatus episcopus non suscipiat " ministerium & curam sibi commissam, sit segregatus, donec eam susceperit: similiter & presbyter, & diaconus.

" Conc. Ephesinũ.

A σθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος * ἀπὸ ἐμοῦ Πέτρου. * ὑπ' ἐμοῦ

κθ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

λ'.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς * συναγωγὴν, καὶ θυσιαστήριον * συναγάγη

B * πήξῃ, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος· τύραννος γάρ ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ, καὶ ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται· οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω. * ἕτερον πήξῃ

λα'.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἀπὸ ἐπισκόπου γένηται * ἀφωρισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτὸν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσῃ ὁ ἀ- * ἐν ἀφορισμῷ

C φορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

λβ'.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι· καὶ ἐπιφερομένων * αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ εἰ μὲν ὦσι κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, * τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε. πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται. * δὲ αὐτῶν * τὰ πρὸς τὰς χρείας αὐτοῖς

λγ'.

D Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτως γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται * ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι. *, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

λδ'.

Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾷν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πό- E λεις καὶ χώρας· εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας, ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ, οὓς ἐχειροτόνησεν.

λε'.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται· ὡσαύτως καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος.

Εἰ

* δὲ ἀπελθὼν, ἀλλ

* μενέτω

Εἰ * καὶ μὴ δεχθείη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, A ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς * μηνέτω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτου λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγίνοντο.

λϛ'.

Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλοις τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν· ἅπαξ μὲν τῇ τετάρ- B τῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

λζ'.

Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω. C

λη'.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

λθ'.

Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τῶν ἰδίων τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλεῖψαι· καὶ μὴ προφάσει D τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἔσθ' ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. Δίκαιον γὰρ τοῦτο παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας * πημαίνεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον * δυσφημίαις περιβάλλεσθαι. E

* δημεύεσθαι

* δυσφημίᾳ

μ'.

Προστάττομεν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν μᾶλλον δέοι ἐπὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι, καὶ τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου τοῦ θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας· μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας * αὐτοῦ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν,

* αὐτοῦ

Sin autem recesserit, nec susceptus fuerit, non sua quidem voluntate, sed propter populi improbitatem, ipse quidem maneat episcopus, clerus autem civitatis segregetur, quod ejusmodi rebellis & insolentis populi institutores non fuerint.

XXXVI.

u Bis in anno fi[at] episcoporum Synodus, " & inter se [e]xaminent decreta religionis, & incidentes ecclesiasticas controversias componant: semel quidem quarta hebdomada pentecostes, iterum autem * Hype[r]beretæi duodecimo.

" Nic can. 5.

* id est, Octobris.

XXXVII.

x Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus curam gerat, & eas administret tanquam Deo i[n]tuente. Ne liceat autem ex eis aliquid sibi vendicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, largiri. Sin autem sunt pauperes, vt pauperibus suppeditet: sed non eorum prætextu vendat quæ sunt ecclesiæ.

XXXVIII.

Presbyteri & diaconi sine sententia episcopi nihil per[f]iciant: ipse enim est, cujus fidei popu[l]us est creditus, & a quo pro animabus ratio exigetur.

XXXIX.

y Manifestæ sint episcopi res propriæ, si quidem res habet proprias, & manifestæ res Dominicæ: vt s[i]t in potestate morientis episcopi, prop[riis] quibus vult & vt vult relinquere, & non rerum ecclesiasticarum prætextu res episcopi intercidant, qui nonnunquam vxorem habet & liberos, vel cognatos, vel famulos. " Est enim justum apud Deum & homines, vt nec ecclesia damnum aliquod accipiat propter rerum episcopi ignorationem: nec episcopus vel ejus cognati ecclesiæ prætextu proscribantur, vel in negotia litesque incidant, qui ad eum attinent, & ejus mortem maledictis infaustisque verbis prosequantur.

Qu. xi. c. Sint manifestæ.

" Antioch. can. 24.

XL.

Iubemus episcopum rerum ecclesiæ potestatem habere ". Si enim pretiosæ hominum animæ sunt ei credendæ, multo magis ei sunt committendæ pecuniæ, vt in ejus sit facultate omnia administrare, & iis qui egent per presbyteros & diaconos subministrare cum Dei timore & omni religione, & etiam, si sit opus, in necessarium suum vsum accipere, & fratrum qui hospitio excipiuntur,

Qu. xii. c. Præcipimus.

" Antioch. can. 25.

ita vt ipse nullo modo egeat. Lex enim Dei hoc habet, vt qui altari assident, ex altari alantur: quandoquidem nec miles vnquam suo viatico adversus hostes progreditur.

παρεδρεύοντας, sic enim habebat Gentiani exemplar.

A ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτὸν ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ * ὑπηρετοῦντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τρέφεσθαι· ἐπείπερ οὐδὲ * στρατιῶταί ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων * ἐπιφέρονται.

*παρεδρεύοντας *στρατιώτης *ἐπιφέρεται.

XLI.

Dist. 35. c. Episcopus aut presbyter.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, aleis & ebrietatibus vacans, vel cesset, vel deponatur.

μα'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων, καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

XLII.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor similia faciens, vel cesset, vel segregetur. Itidem & laicus.

μβ'.

B Ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ οἱ λαϊκοί.

XLIII.

Dist. 47. Episcopus aut presbyter.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, pecunias mutuo datas cum fenore exigens, vel cesset, vel deponatur.

μγ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

XLIV.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel solum comprecatus est, segregetur. Sin autem eis tamquam clericis aliquid operari permiserit, deponatur.

μδ'.

C Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, αἱρετικοῖς συνευξάμενος * μόνον, ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

*, μόνον hoc loco diversa distinctio sensum diversiss. facit.

XLV.

a Episcopum, vel presbyterum, qui hæreticorum baptismum vel sacrificium admiserit, deponi jubemus. *Quæ est enim conventio Christi cum Belial? vel quæ pars est fideli cum infideli?*

2. Cor. 6.

με'.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν * δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. Τίς γὰρ συμφώνησις * τοῦ Χριστοῦ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς * πιστοῦ μετὰ ἀπίστου;

*δεξαμένους *Χριστῷ *πιστῷ

XLVI.

Episcopus, vel presbyter eum a qui vere habet baptismum, si de integro baptizaverit, vel si eum qui ab impiis pollutus est, non baptizaverit, deponatur, vt qui irrideat mortem & crucem Domini, & non discernat sacerdotes a falsis sacerdotibus.

μϛ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων. D

XLVII.

Si quis laicus sua ejecta vxore aliam acceperit, vel ab alio solutam, segregetur.

μζ'.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

XLVIII.

De Cons. Distinct. 4. Si quis presbyter.

b Si quis episcopus vel presbyter ex Domini ordinatione non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sed in trium principii expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur.

μη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱοὺς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω. E

XLIX.

Si quis episcopus vel presbyter, c non tria vnius mysterii baptismata perfecerit, sed vnum baptismum, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate: sed, *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Matth. 28.

μθ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα * εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος· Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλά, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *ὡς

ν'.

ν'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμων, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

να'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ Χριστὸν τὸν εἰπόντα, χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

νβ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου, βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

νγ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, ἀφοριζέσθω, πάρεξ τῶν ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην *καταλύσαντος.

*καταλύοντες.

νδ'.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

νε'.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

νϛ'.

Εἴ τις *χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

*κληρικὸς χωλὸν,

νζ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου, ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ τῇ *ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

*ἀμελείᾳ ἢ ῥαθυμίᾳ.

νη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος, μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω, ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν *αὐτοῦ.

*αὐτ'.

νθ'.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ὡς ἅγια, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ *λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

λ: μη.

L.

Si quis episcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali numero, a [d] nuptiis, carnibus & vino, non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinet, oblitus quod omnia valde bona, & quod masculinum & femininum fecit Deus hominem: sed blasphemans calumniatur opificium; vel corrigatur, vel deponatur, & ex ecclesia ejiciatur. Similiter & laicus.

LI.

Si quis episcopus, presbyter vel diaconus [e] eum, qui a peccatis convertitur, non recipit, sed ejicit, deponatur. quoniam Christum molestia afficit, qui dixit, *Gaudium est in cælo propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem.* Luc. 15.7.

LII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus in festis diebus carnem & vinum non sumit, abhorrens, & non propter exercitationem, deponatur, vt qui habeat injustam conscientiam propriam, & sit multis offensionis causa.

LIII.

Si quis clericus in caupona comedens deprehensus fuerit, segregetur, præterquam si in publico diversorio in via propter necessitatem diverterit.

LIV.

Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponatur. *Principi enim populi tui non maledices.* Exod. 22. Act. 23.

LV.

Si quis clericus presbyterum vel diaconum injuria affecerit, segregetur.

LVI.

Si quis clericus claudum, vel surdum, vel eum, cui vitiosus est incessus, irriserit, separetur. Similiter & laicus.

LVII.

Episcopus vel presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, segregetur: & si in socordia perseveret, deponatur.

LVIII.

Si quis episcopus vel presbyter, cum sit aliquis ex clericis egenus, ea quæ sunt necessaria ei non suppeditat, segregetur: sin autem perseveret, deponatur, vt qui fratrem suum interfecerit.

LIX.

Si quis [f] falso inscriptos impiorum libros, tanquam sanctos, in ecclesia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.

LX.

Si adverſus fidelem aliqua accuſatio intendatur, vt fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis, & convictus fuerit, g ad clerum ne provehatur.

LXI.

Si quis clericus propter metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici, negaverit; ſi quidem nomen Chriſti, ejiciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur [o]. Pœnitentiam autem agens, vt laicus recipiatur.

[o] Nic. can. 10.

LXII.

Si quis epiſcopus vel preſbyter, vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali catalogo, comederit carnes in ſanguine animæ ipſorum, vel quid a feris captum, vel morticinum, deponatur. hoc enim lex prohibuit: ſi autem ſit laicus, ſegregetur.

LXIII.

Si quis clericus vel laicus in Iudæorum vel hæreticorum ſynagogam ingreſſus ſit ad orandum, deponatur & ſegregetur.

LXIV.

Si quis clericus in pugna pulſatum aliquem vno ictu occiderit, deponatur propter ſuam proclivitatem & temeritatem.

LXV.

Si quis clericus inventus fuerit die dominico jejunare, vel ſabbato, præterquam vno ſolo, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.

LXVI.

Si quis virginem non deſponſatam vi allata habet, ſegregetur: ei autem aliam accipere non liceat, ſed illam retinere quam elegit, etiam ſi pauper ſit.

LXVII.

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus ſecundam ordinationem ab alio ſuſceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinavit, niſi vtique conſtiterit, quod ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati & ordinati ſunt, vt fideles vel clerici ſint, fieri non poteſt.

Intelligitur de Cataphrygibus, vt cap. 19. Concil. Nic. & 95. ſextæ Synodi.

LXVIII.

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus, * vel lector, vel cantor k ſanctam paſchæ quad' geſimam non jejunat, l vel quartum liem, vel paraſceven, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem imp' liatur, deponatur: ſi ſit autem laicus, ſe ,egetur.

* vel hypodiaconus, vel lector.

LXIX.

Si quis epiſcopus, vel preſbyter, vel

ξ'.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ * ἀγέσθω.

* προαγέσθω.

ξα'.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ, ἀρνήσηται· εἰ μὲν * ὄνομα Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω· εἰ δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. Μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

* τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ.

ξβ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. Τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξγ'.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν, * συνεύξασθαι, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω.

* προσεύξασθαι.

ξδ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. * εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ἀπὸ τοῦ ἑνὸς abeſt a Græcis codicibus emendatioribus.
* ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ.

ξε'.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ξϛ'.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχει, ἀφοριζέσθω: Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην, ἣν * ἡρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

* καθηρετίσατο.

ξζ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας· εἰ μήγε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν. Τοὺς γὰρ παρὰ τῶν τοιούτων βαπτισθέντας, ἢ χειροτονηθέντας, οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, * ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν οὐ νηστεύοι, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. * Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

* ἢ ὑποδιάκονος, ἢ.
* ἐὰν δὲ ᾖ.

ξθ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος,

κονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, νηστεύοι μετὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ* συνεορτάζοι μετ' αὐτῶν, ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷα ἄζυμα, ἤ τι τοιοῦτον, καθαιρείσθω. Εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. A

* ἑορτάζοι.

ο'.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς * ἱερὰ ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτῃ, ἀφοριζέσθω.

* ἱερὸν

οα'. B

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω*.

* καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν.

οβ'.

Σκεῦος χρυσοῦν * καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω· παράνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

* ἢ ἀργυροῦν.

ογ'.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων. C Κἂν μὲν * ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. Εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσοι, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως * καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

* ἀπαντήσοι καὶ ὁμολογήσοι, ἐλεγχθέντος αὐτοῦ, ὁριζέσθω τὸ ἐπιτίμιον. * ἐὰν δὲ μὴ ἐπακούσοι, καλείσθω καὶ τρίτον, δύο πάλιν ἐπισκόπων ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως

οδ'.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατ' ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ * πιστὸν ἕνα μόνον. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. D

* al. πιστὸν * μὴ χρὴ

οε'.

Ὅτι * οὐ χρὴ ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ * ἢ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαρίζεσθαι πάθει ἀνθρωπίνῳ. οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ * κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος * μενέτω ἡ χειροτονία, αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

* ἢ τῷ υἱῷ ἢ τῷ συγγενεῖ χαριζόμενον, εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονεῖν οὓς βούλεται. κληρονόμους γὰρ τῆς ἐπισκοπῆς ποιεῖσθαι, οὐ δίκαιον, τὰ τοῦ θεοῦ χαριζόμενον πάθει αὐτ'. * κληρονομίαν. * μενέτω

ος'.

Εἴ τις ἀνάπηρος * ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δὲ * ἐστὶν, ἐπίσκοπος γινέσθω. οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός. E

* al. ἢ. * ἐστὶν ἐπισκοπῆς, γινέσθω.

οζ'.

Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλὸς, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς * βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

οὐ γὰρ * μεμιαμμένος.

diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, jejunat cum Iudæis, vel cum ipsis festos dies agit, vel ab ipsis xenia accipit; vt, verbi gratia, azyma, vel quid tale, deponatur. Si vero sit laicus, segregetur.

LXX.

Si quis Christianus oleum deferat in templum gentium, vel in synagogam Iudæorum in eorum festis, vt lucernam accendat, segregetur.

LXXI.

Si quis clericus, vel laicus a sancta ecclesia [m] ceram vel oleum auferat, segregetur.

LXXII.

Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum nemo amplius in suum vsum convertat. hoc fit enim præter jus & contra leges. Si quis autem deprehensus fuerit, mulctetur.

LXXIII.

Episcopum a viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est. & si se quidem stiterit, & confessus vel convictus sit, statuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, secundo etiam vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si etiam sic non obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans & contumax se non stiterit, Synodus ea quæ videntur adversus eum pronuntiet, ne lucrifacere videatur, dum judicium subterfugit.

LXXIV.

[n] In testimonium adversus episcopum hæreticus ne admittatur: sed nec vnus solus fidelis. In ore enim duorum vel trium testium stabit omne verbum. [n] Vide Synod. CP. sub Nectario in causa Agabij.

LXXV.

[o] Quod non oportet episcopum fratri, vel filio, vel alii cognato gratificantem, humana affectione ad episcopatus dignitatem, quem vult, eligere. Episcopatus enim heredes facere justum non est, ea quæ Dei sunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipse autem segregatione mulctetur.

LXXVI.

Si quis [a] vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, episcopatu autem dignus sit, fiat. Non enim corporis damnum eum polluit, sed animæ inquinatio. [a] Antioch. c. 13.

LXXVII.

Qui autem est surdus & cæcus, ne sit episcopus: non est pollutus, sed ne ecclesiastica impediantur.

LXXVIII.

p Si quis dæmonem habeat, ne fiat clericus, sed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur; & si sit dignus, fiat.

LXXIX.

Eum q qui ex vita gentili accesserit & baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est æquum protinus episcopum fieri. Iniquum est enim, vt qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi forte hoc divina gratia fiat.

LXXX.

Diximus non oportere episcopum vel presbyterum seipsum ad publicas administrationes demittere, sed in ecclesiasticis negotiis versari. Vel ergo ita non facere persuadeatur, vel deponatur.

LXXXI.

Servos in clerum provehi sine voluntate dominorum, non permittimus, ad eorum qui possident molestiam. Domorum enim eversionem talia efficiunt. Si quando autem etiam dignus servus visus sit, qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, & domini concesserint ac liberaverint, & ædibus emiserint, fiat.

LXXXII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus exercitui vacans, & vtraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum, & sacerdotalem administrationem, deponatur. *Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.*

Matth. 22.

LXXXIII.

Quisquis regem vel principem præter jus contumelia affecerit, pœnas luat: & si sit quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur.

LXXXIV.

r Sint vobis omnibus clericis & laicis libri venerandi & sancti, veteris quidem testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Iesu Nave vnus. Iudicum vnus. Ruth vnus. Regnorum IV. Paralipomenon, id est, derelictorum libri dierum, duo. Esdræ duo. Hester vnus. Macchabæorum tres. Iob vnus. Psalterium vnus. Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Prophetarum XII. vnus. Esaiæ vnus, Ieremiæ vnus, Ezechiel vnus, Daniel vnus. Extrinsecus autem a vobis intelligatur, debere vestros adolescentes discere Sapientiam eruditissimi Sirach.

Nostra autem, id est, novi testamenti,

A

οη'.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω· καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιος, γινέσθω.

οθ'.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παραυτίκα * προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ τὸν * μηδὲ πρόπειραν ἐπιδειξάμενον, ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον· εἰ * μήπου κατὰ θείαν χάριν * τοῦτο * γίνεται. *παρ' αὐτά *μηδέ πω πεῖραν *γίνοιτο

B

π'.

Εἴπομεν, ὅτι * οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, κατὰ τὴν κυριακὴν παρακέλευσιν. *μὴ χρῆ

πα'.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης, * ἀνατροπὴν δὲ τοιοῦτο ἐρ-
C γάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσωσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσωσι, καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστείλωσι, γινέσθω. *οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν δεσποτῶν τῶν κεκτημένων. οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ

πβ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ
D θεοῦ, τῷ θεῷ.

πγ'.

Ὅστις ὑβρίζει βασιλέα ἢ ἄρχοντα, * τιμωρίαν τιννύτω· καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν.

πδ'.

Ἔστω * πᾶσιν ὑμῖν κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης, Μωσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦ υἱοῦ * Ναυὴ ἕν, *δὲ ὑμῖν πᾶσι κληρικοῖς καὶ *Ναβὴ
E Ῥοὺθ ἕν, Βασιλειῶν τέσσαρα, παραλειπομένων τοῦ βιβλίου τῶν ἡμερῶν * δύο, Ἐσθὴρ ἕν, * Μακκαβαϊκῶν τρία, Ἰὼβ ἕν, Ψαλτήριον ἕν. Σολομῶντος τρία, Παροιμίαι, Ἐκκλησιαστὴς, ᾎσμα ᾀσμάτων. Προφητῶν δεκαδύο, ἕν. Ἡσαΐου ἕν, Ἱερεμίου ἕν, Ἰεζεκιὴλ ἕν, Δανιὴλ ἕν. ἔξωθεν δὲ προσιστορείσθω ὑμῖν, μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ. *δύο, Ἔσδρα δύο. *Μακκαβαίων

Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ' ἔστι, τῆς καινῆς διαθήκης,
Εὐαγ-

A Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epiſtolæ quatuordecim, Petri epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna. * Clementis epiſtolæ duæ, & ordinationes vobis epiſcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non ſunt omnibus divulgandæ, propter ea quæ ſunt in eis myſtica: & actus noſtri apoſtolorum.

* Iudæ vna.

Hactenus Gentiani verſio.

B Hæc vero" de regulis conſtituta vobis ſint per nos, o epiſcopi. Vos autem obtemperantes, ſalvabimini, & pacem habebitis. At ſi non parueritis, puniemini, & bellum mutuo perpetuum habebitis, pœnam inobedientiæ congruam daturi. Deus porro, qui ſolus eſt æternus ac vniverſorum creator, vos omnes pace in Spiritu ſancto confortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehenſibiles, ſine crimine: dignoſque faciet æterna vita nobiſcum, per * interceſſionem dilecti filii ſui Ieſu Chriſti, C Dei & ſalvatoris noſtri; cum quo gloria ſit ipſi ſupra omnia Deo Patri cum ſancto Spiritu conſolatore, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum.

" Ex editione Crabbi in aliis deinceps permeavit iſta appēdix ſiue coronis, vt vocat.


* mediationem.

A Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰακώβου μία, Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι (ἃς οὐ * δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά) καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

* χρή

Τέλος τῶν ἀποστολικῶν Κανόνων.

B Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τιννύντες. Ὁ θεὸς δὲ ὁ μόνος ἀΐδιος καὶ τῶν ὅλων ποιητής, ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ συνενώσει, καὶ καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, ἀτρέπτοις, ἀμέμπτοις, ἀνεγκλήτους· καὶ καταξιώσει τῆς αἰωνίου ζωῆς σὺν ἡμῖν, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου C παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ πατρί, σὺν ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.



CANONES APOSTOLORVM SANCTORVM ET OMNI VENERATIONE PROSEQVENDORVM,

Ex interpretatione Dionyſij Exigui.

TITVLI CANONVM.

CANONES.

I.

EPISCOPVS a duobus aut tribus episcopis ordinetur.

II.

Presbyter ab vno episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

III.

Sacrificiũ missæ a domino ordinatũ. Si quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem domini alia quædam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem domini faciens, congruo tempore deponatur. E

IV.

Offerre non liceat aliquid ad altare præter novas spicas & uvas & oleum ad luminaria, & thymiama, id est incensum, tempore quo * sancta celebratur oblatio. * sacra

V.

Reliqua poma omnia ad domum primitiæ episcopo & presbyteris dirigantur, non offerantur in altari. Certum est autem, quod episcopus & presbyteri * dividant & diaconis & reliquis clericis. * dividunt

VI.

Episcopus, aut presbyter, vxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abjiciat: si vero rejecerit, excommunicetur: sed si perseveraverit, dejiciatur. Dist. 28. Si quis docuerit. & dist. 31. ca. Quicumque declarando ca.

VII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam sæculares curas assumat: sin aliter, dejiciatur. Et in decr. Ivo. lib. 3. Dist. 88. c. Episcopus aut sacerdos.

VIII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sanctum paschæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebraverit; abjiciatur.

IX.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicaverit, aut causam dicat, vt si rationabilis fuerit, veniam consequatur: aut si non dixerit, communione privetur, tamquam qui populo causa læsionis extiterit, dans suspicionem de eo qui sacrificavit, quod recte non obtulerit. Citatur Epistola 1. Anacleti num. 2.

X.

Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam, & scripturas audiunt, non autem perseverant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiæ commoventes, convenit communione privari. De Cons. dist. 1. c. Omnes fideles.

XI.

Si quis cum excommunicato saltem in * domo simul oraverit, iste communione privetur. * domo locutus fuerit, vel 2. *Ioan.* 1. *cap.*

XII.

D Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, simul oraverit, iste damnetur.

XIII.

Si quis clericus aut laicus a communione suspensus, seu communicans, ad aliam properet civitatem, & suscipiatur præter commendatitias literas; & qui susceperunt, & qui susceptus est, communione priventur. Excommunicato vero protelετur ipsa correptio, tamquam qui mentitus * sit, & ecclesiam Dei seduxerit. In decret. Ivo. lib. 3. * sic, Ecclesiam

XIV.

Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur a plurimis. Nisi forte quis * cum rationabili causa * compellatur, tamquam qui possit ibidem constitutis plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid * profecto prospicere. Et hoc non a semetipso pertentet, sed multorum episcoporum judicio & maxima supplicatione perficiat. Nic. Concil. can. 15. Antioc. Conc. c. 21. * eum * compellat, * profectus

XV.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet Nic. Conc.

Nic. conc. canon. 16. Antioch. conc. canon. 5.

libet de numero clericorum, relinquens, A propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam, in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur, præcipue si vocatus ab episcopo, redire contempserit; in sua inquietudine perseverans. Verumtamen tanquam laicus ibi communicet.

XVI.

Episcopus vero, apud quem moratos esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tamquam clericos forte susceperit, velut magister inquie- B tudinis, communione privetur.

XVII.

Distinct. 33. c. Si quis post.

Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, non presbyter aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deserviunt.

XVIII.

Distin. 34. c. Si quis vid.

Si quis viduam aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero C qui ministerio sacro deserviunt.

XIX.

Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit.

XX.

Clericus fidejussionibus inserviens, abjiciatur.

XXI.

Distin. 55. c. Eunuchus si per.

Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est di- D gnus, efficiatur episcopus.

XXII.

Ibidem c. Si quis abſciderit. * suiipsius.

Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia * suus homicida est, & Dei conditionis inimicus.

XXIII.

Nic. conc. can. 1.

Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur, quia suus est homicida.

XXIV.

Laicus semetipsum abscindens, annis E tribus communione privetur, quia suæ vitæ insidiator extitit.

XXV.

Distin. 81. c. presbyter aut diaconus. Nahum 1. c. secundū aliam literam.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: non tamen communione privetur. Dicit enim scriptura: *Non vindicabis dominus bis in idipsum.*

XXVI.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subjaceant.

XXVII.

In decret. 1 ro. lib. 3.

In nuptiis autem qui ad clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodo.

XXVIII.

Distin. 45. c. episcopum aut presbyterum.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc dominus docuit. Econtrario vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

Isai. 53. 1. *Petr.* 2.

XXIX.

Antioch. concil. cap. 4.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus juste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.

XXX.

Calch. conc. c. 2.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: dejiciatur & ipse, & ordinator ejus, & a communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon magus a Petro.

Actor. 8.

XXXI.

16. quæst. 7. c. Si quis episcopus. * quiqui.

Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes * qui illi communicant.

XXXII.

Antioch. concil. c. 5.

Si quis presbyter contemnens episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat episcopum in causa pietatis & justitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens, est enim tyrannus: & cæteri clerici quicumque tali consentiunt, deponantur, laici vero segregentur. Hæc autem post unam & secundam & tertiam episcopi obsecrationem fieri conveniat.

XXXIII.

Nic. conc. can. 5. Antioch. c. 6. item epistola Alex. quæ extat apud Theodoretum lib. 1. cap. 4.

Si quis presbyter, aut diaconus ab episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequestraverat, nisi forsitan obierit episcopus ipse qui eum segregasse cognoscitur.

XXXIV.

Antioch. concil. can. 7.

Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur, si prædicatores pietatis extiterint: sin minus, nec quæ sunt necessaria, subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proveniunt.

XXXV.

Antioch. concil. can. 9. " Anaclet. ep. 3.

Episcopos Gentium singularum scire convenit, quis " inter eos primus habeatur, quem

quem velut caput existiment, & nihil amplius præter ejus conscientiam gerant, quam illa sola singuli, quæ parochiæ propriæ & villis, quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat * aliquid: sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Christum in Spiritu sancto.

* aliquid in eorum parochiis.

XXXVI.

Antioch. concil. can. 13.

Episcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in civitatibus & villis quæ illi nullo jure subjectæ sunt. Si vero convictus fuerit hoc fecisse, præter eorum conscientiam qui civitates & villas detinent; & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

XXXVII.

Antioch. concil. can 17. & 18.

Si quis episcopus non susceperit officium, & curam populi sibi commissam, hic communione privetur, quoadusque consentiat, obedientiam commodans: similiter autem presbyter, & diaconus. Si vero perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici vero civitatis communione priventur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

XXXVIII.

Nic. conc. can. 5. Antioch. conc. c. 20

Bis in anno episcoporum concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes ecclesiasticas contentiones amoveant: semel quidem quarta septimana pentecostes, secundo vero duodecima die mensis * Hyperberetæi.

* id est, Octobris.

XXXIX.

12. quæst. 1. c. Sint manifestæ.

Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tamquam pauperibus subministret, * nec eorum occasione ecclesiæ negotia deprædetur.

* ne

XL.

Presbyteri & diaconi præter episcopum nihil agere pertentent. Nam domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem.

'' Antioch. c. 24.

Sint ' autem manifestæ res propriæ episcopi, (si tamen habet proprias) & manifestæ dominicæ, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: * nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, quæ episcopi esse probantur, intercidant: fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et justum est hoc apud Deum & homines, ut nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis, nec episcopus vel ejus propinqui obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant qui ad eum pertinent, morsque ejus injuriis malæ famæ * subjiciatur.

* ne

* subjaceat.

XLI.

12. quæst. 1. c. Præcipimus, ut.

Præcipimus, ut in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum preciosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omnique solicitudine ministrentur. Ex iis autem, quibus indiget, si tamen indiget, ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deserviunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit.

Ibidem c. Ex iis autem. *Levit. in pluribus capit.* Et *Deut.* 18. 1. *Cor.* 9.

XLII.

Distin. 35. c. Episcopus aut presbyter.

Episcopus aut presbyter aut diaconus, aleæ atque ebrietati deserviens; aut desinat, aut certe * damnetur.

* deponatur. communione privetur.

XLIII.

Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur. Similiter etiam laicus.

XLIV.

Distin. 47. Episcopus aut presbyter. Et in decret. Ivo. libr. 3. ubi additur, damnetur, & communione privetur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus usuras a debitoribus exigens; aut desinat, aut certe damnetur.

XLV.

Episcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communione privetur: si vero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

XLVI.

Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari præcipimus. *Quæ enim conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli?*

2. Corint. 6.

XLVII.

Distin. 32. c. præter. § sciendum sententialiter.

Episcopus aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptisma denuo baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit; deponatur, tanquam deridens crucem & mortem domini, nec sacerdotes a falsis sacerdotibus jure discernens.

XLVIII.

Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit; communione privetur.

XLIX.

Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum domini non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis; abjiciatur.

L.

De consecr. distinct. 4. c. Si quis presbyter. Et in decr. Ivonis li. 1.

Si quis episcopus aut presbyter, non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in domini morte, deponatur. Non enim

enim dixit nobis dominus, In morte mea baptizate: sed, *Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* *Matth. 28.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Origo canonum. a *Canones apostolorum.*] Canones hos auctoritate apostolorum conditos, eorumque traditione nobis traditos, Clemens Romanus S. Petri discipulus Græce conscripsit: Dionysius autem Romanus abbas, cognomento Exiguus, Græcarum literarum peritissimus, tempore Iustini imperatoris scriptor celeberrimus, eosdem Latine, quam potuit accuratissime & fidelissime, transtulit.

Numerus, & auctoritas canonum apostolicorũ. Horum 50. priores tantum, quorum ultimus est de trina in baptismate mersione, præter apostolicam & orthodoxam doctrinam, ab antiquis pontificibus, conciliis, & patribus approbatam, nihil continentes, velut authentici recipiuntur, cap. 3. dist. 16. & juxta vulgatam, SS. patrum regulam, quoniam auctor eorum alius ignoratur, apostolica traditione ad nos dimanasse, recte creduntur. Reliqui posteriores a Gelasio pontifice, canon. Sancta. dist. 15. inter apocrypha recensentur; tum, quod eorum auctor ignoretur, tum etiam, quod ex illis quosdam a Græcis dolose suppositos & superadditos, quosdam ab hæreticis corruptos esse, ex canon. 65. & ultimo evidenter constet. Quia tamen ex his posterioribus fere omnes, præter prædictos duos, vel Romanorum pontificum auctoritate, vel aliorum conciliorum decretis, vel quorumdam patrum sententiis confirmati & approbati inveniuntur, ut ex nostris annotationibus hisce & marginalibus manifestum est, adeo ut non leviter nec temere dubitetur, sintne illi hinc a pontificibus, conciliis, ac patribus accepti, an potius ex ipsorum sententiis huc translati, jure meritoque hi omnes, præter prædictos duos, inter authenticos haberi possent, ac deberent.

Duplex objectio refellitur. Qui numerum quinquagenarium authenticorum canonum impugnant, eo quod S. Zephyrinus pontifex prima sua " epistola, cujus fragmentum canon. 2. dist. 16. extat, 60. vel (ut alia quædam lectio habet) 70. sententias ab apostolis præceptas esse scribat, quodque 2. canone sextæ synodi universalis, 85. canones apostolorum recepti & approbati sint; Hoc scire oportet, prædictas 60. vel 70. sententias, quas Zephyrinus ab apostolis præscriptas esse refert, omnes 50. canonibus sive capitulis apostolorum contineri; sic, ut uno canone plures sententiæ comprehendantur. Vide Turr. lib. 1. cap. 20. Sexta universalis synodus de numero horum canonum nihil definivit. allegatus sub nomine sextæ synodi canon. 2 est illegitimi conciliabuli potius quam concilii. Nam vera sexta synodus, ut patet action. 4. & 5. concilii Nicæni II. nullos canones edidit. Centum autem & duo illi qui sub hujus nomine editi sunt, sexta jam absoluta, ab episcopis post annos aliquot tempore Iustiniani " Constantinopolim reversis, in palatio, quod dicitur Trullum, " constituti sunt, & a Sergio pontifice, qui tunc sedebat, reprobati. Baron. anno Christi 102. num. 16. & seqq. Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 7. Anton. Possevinus in apparatu sacro. *" Hæc suppositavidemus viris eruditis, ut monebimus suo loco.* *" Iunioris seu Rhinotmeti.* *" Trullus.*

Canon 1. Ad consecrationem episcopi ordinarie requiruntur ut minimum tres alij episcopi: ex pontificis dispensatione, duo abbates infulati duobus episcopis substitui possunt. b *Episcopus.*] Idem statuitur canone 21. concilii Arelat. I. & canone 4. concilii Nicæni, canone 5. concil. Arelat. II. canone 12. Carthag. II. Refert Epiphanius lib. 9. cap. 16. Theod. lib. 5. cap. 9. Grat. dist. 64. & seqq. Hoc idem est, quod S. Paulus 1. ad Timoth. cap. 4. scribit his verbis: *Noli negligere gratiam quæ est in te per impositionem manuum presbyterii.* Nam per presbyterium SS. patres, Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, &c. intelligunt trium, aut plurium episcoporum cœtum: in quo unus, metropolitanus nimirum ordinat; reliqui duo, aut plures ordinanti assistunt, simulque cum eo super caput ordinandi manus imponunt. Quod in S. Iacobi apostoli, & Hierosolymitani episcopi ordinatione, per Petrum, Paulum & Ioannem peracta, observatum esse, & deinceps in quorumvis aliorum episcoporum consecratione observari debere, " S. Anacletus epistola 2. recenset. Idem præcipitur concilio Nicæno I. canone 4. & concil. Carthag. IV. canone 2. Quod cœtus episcoporum presbyterium nominetur, ne mireris. Olim enim commune erat presbyteri nomen, tam sacerdotibus, quam episcopis: ut patet ex epistola Irenæi ad Victorem, quæ extat apud Eusebium, lib. 5. hist. cap. 25. Vide Baron. anno Christi 58. num. 3. & seqq. Et quamquam ordinarie tres ut minimum episcopi ad novi episcopi ordinationem & consecrationem requirantur, tamen ob raritatem episcoporum, aliamve justam causam, per summi pontificis dispensationem fit, ut cum uno episcopo ordinante, adsint duo, aut plures abbates infulati, qui vicem episcoporum gerant. Bellarm. de eccles. lib. 4. cap. 8. *" Hæc quoque supposita iisdem videtur.*

Canon 3. 4. Communicaturi panem & vinum in ecclesia offerebant. c *Si quis episcopus.*] Die dominico fiebant oblationes in ecclesia, quarum aliæ in altari consecrabantur, aliæ in sustentationem ministrorum ecclesiæ in gazophylacio conservabantur. Panis & vinum a communicaturis, sive dominicum sumpturis, in ecclesia offerebantur: sed priusquam per diaconum, cui id ex officio incumbebat, ad altare consecrationis gratia deferrentur, in gazophylacio recondebantur, donec inquisitio facta fuisset, sintne hujusmodi oblationes, quæ domino digne offerri possent: quia non nisi catholicorum, & bonæ vitæ fidelium, oblationes recipiebantur. Hoc facit, quod inquit S. Augustinus, serm. 215. de Tempore: *Oblationes, quæ in altari consecrentur, offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit.* Item illud Cypriani, lib. de Operibus, & de Eleemosyna: ubi ait, *Locuples & dives es, & dominicum celebrare te credis, qua corbonam* (gazophylacium, alias secretarium, qui dicitur locus in quem oblationes, antequam ad altare portarentur, sunt illatæ. Possidonius in vita Augustini, cap. 24.) *omnino non respicis? quæ in dominicum sine sacrificio venis? quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis?* *num in ecclesia offerebant.*

Oblationes episcopus dispensat. Reliquorum oblatorum, unde ecclesiæ ministri alebantur, dispensator erat episcopus, qui eas cuique ecclesiæ ministro, prout opus esse videbatur, erogabat. Sumebat quisque menstruam sportulam: unde etiam ii, qui hæc victus stipendia capiebant, clerici sportulantes dicebantur. Cyprian. epistola 34. & 66. Baron. anno Christi 57. n. 72. & 145. item anno Christi 58. n. 89. Hinc illam antiquissimam consuetudinem offerendi aliquid in missa (de qua Pius I. in suis decretis: & Fab. epistola 3. concil. hujus cap. 7. & 8. Et Aurelian. 1. canon 16. August. Cyprian. prædictis locis. Hieron. epistola 3. ad Heliod. Tertull. in apolog.) originem sumpsisse est verisimile.

Canon 5. Clerici ordinati suas uxores alere, non autem cognoscere debent. d *Vxorem suam ne ejiciat.*] Hoc canone non præcipitur, ut conjugatus clericus uxori suæ maritali commercio cohabitet, liberisque procreandis & generandis incumbat; sed potius ut ii qui habent uxores, juxta præceptum Pauli, 1. Timoth. cap. 5. & exemplum S. Petri, 1. Corinth. 9. illarum curam habeant, ipsisque de omnibus, quæ ad vitam honeste degendam requiruntur, provideant. Hujus expositionis veritas elucescit, primum ex titulo, quem huic canoni Dionysius abbas præfixit. Secundo, ex epist. Clem. 2. qua Clementi a Petro præcipitur, ut tales ministri altaris ordinentur, qui ante sui ordinationem uxores suas reliquerunt, id est, ipsis consentientibus, a carnali copula abstinuerunt. Ita in vetusto exemplari Vaticanæ bibliothecæ legi, scribit Turrian. lib. 1. cap. 1. pro canon. apost. Tertio, S. Gregorius, lib. 1. Ind. epist. 42. constituit non modo, ut non episcopi, sed ne quidem subdiaconi, ad sacros ordines recipiantur, nisi qui cum uxoribus ante habitis continentes deinceps vixerint. Cum itaque eodem libro, epist. 38. apostolica lege & constitutione hac citata, episcopis præcipiat, ne uxores suas relinquant; non aliter hunc canonem intelligi voluit, quam ut ii, qui ob susceptos sacros ordines usu conjugii abstinent, uxorum suarum curam habere non desinant. Quarto, communi omnium fere patrum consensu ac testimonio, constat, quod si quis legitime conjugatus, uxore consentiente, episcopatum & ordines susceperit, is tam in orientali quam occidentali ecclesia, vel muneris episcopalis exercitio, vel uxoris suæ conjugali consuetudine abstinere debuerit. Vide Epiphan. in compend. Hier. contra Vigilantium, & epist. 50. ad Pammachium, Basil. epist. 17. Leonem epist. 82. cap. 4: ubi ne quidem subdiaconis permittit uxoribus uti. Quinto, apostolica constitutione bigamis, etiamsi cælibes & continentes sint, susceptio sacrorum ordinum majorum interdicitur, ut patet infra, canon. 17. & seqq. Quomodo igitur ordinatis auctoritate apostolica præcipietur, ut uxoribus, quas habebant legitimas, conjugali consuetudine & commercio cohabitent, ipsisque debitum petentibus licite reddant? Sexto, patres concilii Nicæni 1. omnes omnino mulieres, præterquam matres, sorores, avias, aut amitas a contubernio clericorum prohibentes, quid aliud volunt, quam ut sacris ordinibus initiati, ab omni conjugali commercio se contineant? patres concilii Carthag. II. canone 2. ingenue profitentur id sanctos apostolos docuisse, & in ecclesia antiquitus ab omnibus observatum esse.

Refellitur quædam objectio. Dices: canone 13. sextæ synodi statutum est, ut conjugati ad sacros ordines allecti, uxores, quas habebant, retinerent, iisque certis tantum diebus exceptis, admiscerentur. Respondeo. Iam supra dixi, testimonio SS. patrum eorum qui interfuere concilio Nicæno II. quod habetur actione 4. & 5. istius concilii, constare, sextam synodum universalem nullos canones edidisse: evulgatos autem 102. sub hujus nomine canones, omnes spurios esse: quippe qui non a sexta synodo sed potius a quodam illegitimo & reprobato conciliabulo, in Trullo (a quo Trullani canones nominantur) habito, editi sunt. Baron. an. Christi 58. num. 18. & seqq. Bellarm. lib. 1. de verbo Dei, cap. 20. & 2. de Rom. pontif. cap. 17. & 18. & lib. 1 de concil. cap. 7. Item lib. 1. de cler. cap. 21 Balsamonis igitur hujus canonis expositio, velut hæretica, fugienda est.

Canon 7. Non esse pascha cũ Iudæis celebrãdum. e *Sacri pascha diem.*] Iudæi, sicut & Quartadecimani hæretici, 14. luna primi mensis pascha celebrarunt, ante vernale æquinoctium. Ne igitur ecclesia novum paschale festum, ad leges ceremoniales paulatim abrogandas institutum, simul cum Iudæis eodem tempore celebret, auctoritate Petri, aliorumque apostolorum decretum est, ne unquam

id ante vernale æquinoctium fiat. *Si quis enim cum Iudæis,* inquit S. Ignatius, epist. 8 ad Philipp. *pascha celebrat, aut symbola eorum recipit, particeps est eorum qui dominum occiderunt, & apostolos ejus.* Vt autem hæc incommoda facilius & securius evitentur, addiderunt iidem apostoli, ut pascha die dominico celebretur. Id constat ex epist. S. " Protherei episcopi Alexand. ad S. Leonem Rom. pontif quæ extat apud Bedam de ratione temporis, cap 42. qua ait, Petrum apostolum Romæ hoc docuisse, & eadem ab eo accepta S. Marcum Ægyptiis tradidisse. Item Socrates, qui cum Novatianus fuerit, atque ideo una cum Iudæis & Quartadecimanis hac de re senserit, lib. 5. cap. 21. sic scribit: *Sane quidem qui Romam & alias partes occidentis incolunt, Petrum & Paulum apostolos consuetudinem* (celebrandi pascha die dominico) *quam illi tenent, ipsis reliquisse affirmant.* Eusebius lib. 5. histor. cap. 22. docet, patres sanctissimos, qui se tempore Victoris papæ Quartadecimanis opposuerunt, ut die dominico pascha celebraretur, sibi vindicasse Si apostolica & antiquiora testimonia requiras, accipe auctoritatem S. Ioannis Apocal. cap 1. ub diei dominici, tamquam in ecclesia celebris diei, qui scilicet dominicæ resurrectioni consecratus sit, meminit. Adde ejus qui temporibus apostolorum vixit, & sedem apostolicam Antiochenam à Petro fundatam administravit, testimonium Ignatii, epist. 6. ad Magnesianos, qua *celebrandum* ait *diem dominicum, ut dierum principem, resurrectioni domini consecratum.* Hanc sanctam apostolicam de paschate traditionem, Iudaizantium ecclesiarum consuetudine violatam, Pius pontifex, edito decreto, quidem firmavit & stabilivit, (ut est apud Euseb. in chron.) non autem primus illius de paschate sanctionis ecclesiasticæ auctor est. Vide quæ dicemus infra, in vita Pii: item quæ habet Baron. anno domini 159. num 1. & seqq. Bellarm. de sanctis, lib. 3. cap 12.

Pascha die dominico celebrandum.
" Proterij.

Canon 8. Olim ministri altaris in missa solenni, cui assistebant, communicarunt.
" Suspecta, ut postea monebimus de hac similibusque.

f *Non communicaverit.*] Sub pœna excommunicationis mandatur omnibus & solis clericis, ut, dum solennibus diebus sacrificanti in missa solenniter ministrant, & altari assistunt, nisi justa aliqua de causa excusentur, communicent. Hæc expositio confirmatur ex epist. 1. Anacleti ", num 2. ubi hunc canonem citans, de solis clericis, altari assistentibus, loquitur Itaque probabile est, hanc ob causam fortasse in concilio Altisiodorensi, cap 19. statutum esse, ut clerici, quia nimirum in missa communicaturi erant, jejuni ad ministerium altaris accederent. Totum tamen hoc decretum, non divino sed humano jure constitutum, jam contraria consuetudine est abrogatum. Bellarm. lib. 2. de missa, cap. 10. Suarez tom. 3. disp. 69. sect. 3. Franc. Turr. lib. 1. cap. 22. de canon. apost.

Canon. 9.

g *Quicumque fideles ingrediuntur.*] Duplex est expositio hujus canonis. Prima est concilii Antiocheni, can. 2. non excommunicari, vel damnari eos, qui simpliciter & absolute extra legitima & constituta certa tempora non communicant: sed eos duntaxat, qui certa de causa, nimirum ob aliquam superstitionem, aut pravam opinionem, scripturas quidem audiunt, sacram autem communionem aversantur. Verba prædicti can. 2. ex concil. Antioch. hæc sunt: *Qui sanctam eucharistiæ participationem propter aliquam insolentiam aversantur.* Confirmatur hæc expositio in decretis, collectis a S. Martino Bracarensi, tom. 2. in concil Bracarensi II. extantibus decreto 83. ubi sic expressius legimus. *Si quis intrat ad ecclesiam Dei, & sacras scripturas audit, & pro luxuria sua avertit se a communione sacramenti, & in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, illum talem projiciendum esse de ecclesia catholica decernimus* Ab hac, expositio glossæ, in cap. Omnes fidéles, dé consecrat. dist. 1. non discrepat.

Missa complete & integre audienda.

Secunda expositio hæc est, Non excommunicari eos, qui in missa, quam audiunt, non communicant, sed potius illos damnari, & communione privari, qui usque ad consummationem integro sacrificio non assistunt. Ita evidenter exponit Gentianus Hervetus in alia lectione hujus canonis: eaque manifeste probatur per dictum c. Omnes fideles, & cap. Cum ad celebrandas. de cons. dist 1. Vtraque bona est, licet prior contextui magis consentanea esse videatur. Bellarm. & Suarez prædictis locis.

Can. 10. 11. Excommunicatus & denuntiatus vitandus est, etiam in oratione priuata.

h *Si quis cum excommunicato.*] Prohibetur sub pœna excommunicationis exterior communicatio cum excommunicato, etiam in privata oratione. Idem statuitur cap. Excommunicatos 11. quæst. 3. Ibi, *Nec cum eis in oratione communicent.* Et capp. duobus seqq. *Cum excommunicato.* Et, *Qui communicaverit.* In quibus juribus sermonem esse de communicatione in oratione privata, colligitur ex eo, quod conjungatur cum communicatione in cibo, potu, & communi sermone. Hæc est communis interpretatio, & sententia usu recepta: quam sequuntur Covarr. cap. Alma. part. 1 para. 3. num. 8. Suarez tom. 5. disp. 12. sect. 2. Ratio eorum est, quod excommunicato omnis exterior communicatio cum aliis fidelibus sit interdicta: oratio privata autem sit quædam exterior communicatio. Dices cum Navarro, in manuali capite 27. num. 36. parag. ad 5. Consortium in oratione privata est utile ad salutem excommunicati: quomodo ergo hic prohibetur? Respondeo. Triplex est communicatio cum excommunicato: una in crimine, altera in divinis, tertia in humanis. Prima prohibita est, quia ex se mala est. Duæ posteriores malæ sunt, quia expresso jure prohibitæ. Cum ergo orare privatim cum excommunicato, nimirum, si cum eodem recitentur horæ canonicæ, vel officium B. Virginis, aut defunctorum, sit cum eodem communicare, illicita est & mala, quia jure ecclesiastico prohibita. Nam illi dum simul orant, non intendunt spiritualiter promovere ipsum excommunicatum, quod utilius fortasse facerent, si per se ac separatim uterque oraret: sed saltem adinvicem se juvare, & communi opera illud officium, seu ministerium perficere, intendunt.

Triplex est communicatio cum excommunicato.

Canon 13. Quæ literæ commendatitiæ.

i *Literis commendatitiis.*] Commendatitiæ literæ solebant dari personis peregrinantibus, de moribus suspectis, ne quid de illis dubitetur. Hæ iisdem, quocumque pergerent, apud Christianos pro viatico erant. De quo Lucianus in Peregrino: *Suscepta secunda peregrinatione, egreditur vagaturus, satis sibi viatici in Christianis repositum esse existimans.* De commendatitiis, communicatoriis, aliisque multis epistolarum generibus, Baron. anno Christi 141. num. 7.

Canon 14.
" In GL. Valesij ed. est 61.

k *Si quis presbyter.*] Hujus canonis mentio fit in epistola Constantini ad Eusebium de Antiocheno episcopatu abdicato, lib. 3. de vita Constantini, cap. " 57. & seqq.

Canon 15.

l *Eum non amplius celebrare.*] Non velut irregularem, sed tamquam de jure suspensum: patet ex can. 10. conc. Antiocheni II.

Canon 17. Bigamus verus, irregularis duplicem ob causam.

m *Qui post sanctum baptismum.*] Quod apostolus Paulus 1. ad Timoth. & ad Titum cap. 3. præcipit, ut episcopus sit unius uxoris vir: hoc idem hic statuitur, ne scilicet ad ordines suscipiendos admittatur, quisquis vel simul, vel successive duas uxores duxerit, aut ducere tentaverit, easque carnaliter cognouerit. Non igitur hic secundæ nuptiæ, tamquam illicitæ, damnantur: sed auctoritate apostolica constituitur, quod idem a patribus Nicæni concil. I. confirmatum esse, testatur S. Ambrosius ad ecclesiam Vercell. ut omnis vere bigamus, irregularis sit: tum quod matrimonium iteratum, & bis consummatum, unam illam conjunctionem unius sponsi Christi cum unica sponsa ecclesia, cujus signum est, teste Paulo ad Ephes. cap. 5. non satis perfecte & accommodate significet cap. *Debitum, de bigamis:* tum etiam, quia incontinentiæ alicujus signum est, ideoque quamdam indecentiam ad clericatum inducit: cum clericus & exemplo, & verbo, alios ad castitatem inducere debeat. Vnde Ambros. 1. de offic. cap. ultim. *Quomodo,* inquit, *potest esse hortator viduitatis, qui ipse conjugia frequentaverit?* Requiritur autem utriusque matrimonii consummatio, ut declaratur dicto cap. *Debitum.* Primo, quia sine hac non est perfecta significatio illius perfectæ, de qua Paulus prædicto loco ad Ephes. cap. 5. *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & ecclesia,* conjunctionis Christi cum ecclesia, quæ in carnis assumptione contigit Per copulam enim, vir & uxor fiunt una caro: juxta illud Adæ Genes. 2. *Et erunt duo in carne una.* Secundo, quia ubi nulla carnalis copula intervenit, nulla fit carnis divisio in plures: nulla etiam exercetur, aut ostenditur, cum effectu incontinentia. Suarez tom 5. disp. 49. sect. 1.

I. causa.

II. causa.

Cur ad irregularitatem ex bigamia contrahēdam, requiratur matrimonium consummatū.

Fornicatores & adulteri, an, & quomodo irregulares.

n *Vel habuerit concubinam.*] Quamquam tam vagus, quam adulterinus concubitus, pœna dignissimus est, tamen irregularitate puniri non solet: ut recte notarunt Soto 4. sent. quæst. 3. art. 1. ad 1. Covarr. Clem. si furiosus 1. parte, parag. 2. num 2. Ratio est, quia nulla bigamia hoc casu committitur. Vnde Covarr. prædicto loco, id quod hic dicitur, nunc usu revocatum, & sublatum esse tradit. Quamquam melius dicatur, publicum concubinarium, tam vagum, quam adulterinum, ratione infamiæ hic irregularem esse, constitui & declarari. Infamis enim ad susceptionem ordinum non est admittendus. Canon. *Infamis.* 6. q. 1. Suarez prædicto loco, disp. 49. sect. 2. Aliam expositionem vide apud Turr. lib. 1. cap. 13.

Canon 17. Bigamia quotuplex.

o *Qui viduam accepit.*] Interpretative bigamus irregularis esse decernitur. Est enim bigamia triplex Vna vera, cum aliquis duas uxores habuit, & cum utraque copula intercessit: de qua in præcedenti canone: altera interpretativa, quando non vere, sed virtualiter, & ex interpretatione tantum, duplex matrimonium intercessit: nimirum, si vel duo matrimonia illicita quis simul contraxerit, vel unum licitum, alterum illicitum, aut si viduam, aut ab aliquo alio corruptam duxerit: de qua hoc canon. & seqq. Tertia est similitudinaria, qua, solenni voto castitatem professus, irregularis fit, si uxorem etiam virginem ducere tentaverit, eamque cognoverit: de qua canone *Quotquot.* 27. quæst. 1.

Canon 18.

p *Qui duas sorores.*] Hoc casu alterum matrimonium nullum est, sive fiat vivente conjuge, sive non: & nihilominus ob bigamiam irregularis esse decernitur. Multo magis igitur is bigamus erit & irregularis, qui prima uxore adhuc vivente, scienter secundas nuptias, quantumvis invalidas, contraxerit, & consummaverit.

q *Clericus*

Canon 19. An & quomodo clericus fidejussor esse possit.

q *Clericus fidejubens.*] Clericus fidejussionibus inserviens, id est, valde serviens, adeoque frequens in fidejubendo, pro laicis præsertim, puniri debet. ita Gloss. cap. 1. de fidejuss. Si tamen ex pietate & rationabili causa pro iisdem fidejubeat, tantum abest ut peccet, ut potius id meritorie agere possit. Panorm. prædicto cap. 1. Semper autem valet fidejussio in foro fori, sive pro clerico, sive pro laico fidejubeat, ut ex cap. 2. & seq. eod. lib. colligunt Panormit. ibidem. Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. cap. 13. num. 18. &c. In foro autem conscientiæ propter hunc canonem aliud decidendum est.

Canon 20. Citatur à I. conc. Nic.

r *Eunuchus.*] Quod involuntaria virilium membrorum præcisio nullam irregularitatem inducat, hoc canone statuitur: quod autem spontanea sui ipsius procurata castratio ipsum castratum irregularem efficiat, etiamsi bono zelo pietatis contigerit, seqq. canonibus decernitur. Idem Deuter. cap. 23. cautum erat, ne scilicet eunuchus in ecclesiam Dei intraret. Ob hanc causam Origenes spontaneam virilium excisionem perpessus, & post per Alexandrum Hierosolymorum episcopum sacerdotio initiatus, de perperam suscepta ordinatione accusatur, & tandem à Demetrio Alexandrino episcopo damnatur. Euseb. lib. 6. hist. cap. 7. & 17. Baron. anno Christi 208 num. 1. & 2. item anno Christi 230. num. 1. & 2. &c. De Leontio olim presbytero, postea episcopo Antiocheno Arianæ factionis, hæc Athanasius epistola ad solit. *Inter eos Leontius ille castratus, quem nec sub laici quidem specie ad communionem admitti oportuit, eo quod seipsum abscidit, ut libere cum Eustolio dormiret, revera quidem muliere, quam ipse virginem prædicaret.* Socrates lib. 2. cap. 2. de eodem, habet, ipsum ea de causa presbyterio privatum, & postea Arianum factum esse. *Is cum presbyter esset, dignitate*, inquit, *privatus est.* Plura exempla eunuchorum depositorum vide apud Baron. anno 230. num 5.

Exempla & pœnæ eunuchorum.

Canon 24. Pœna incontinentium clericorum quæ.

s *Fornicationis &c.*] Omnis episcopus, presbyter & diaconus continens esse debet, ut patet supra. Itaque ordinaria pœna est incontinentium clericorum, ut ab ordinibus deponantur quidem, non autem excommunicentur, ne videlicet unum peccatum pluribus pœnis puniatur: quamquam ad privationem ministerii quandoque pro gravitate criminis, vel etiam si peccatum non emendetur, excommunicatio addatur; ut patet canone 28. 29. 52. &c. Huc facit illud Leonis, epist. 92. ad Rusticum Narbonensem episcopum, ubi dicit: *Ex apostolica traditione descendit*, quod scilicet per solam manus impositionem ad pœnitentiam recipiantur, aliter quam excommunicati. Pulcre hoc idem Basilius in suis canonibus, apostolorum can. 25. hunc secutus, inquit, can. 3. *Diaconus qui postquam in eum gradum ascenderit scortatus fuerit, gradu suo moveatur, in ordinem tamen laicorum rejectus, ecclesia ne prohibeatur.* Deinde subjungit. Est enim vetus canon, hunc procul dubio intelligens, ut qui de gradu suo dejecti fuerint, eo solo supplicio mulctentur: cujus canonis scriptores illud secutos credo, quod scriptum est Nahum cap. 1. *Non vindicabis bis in idipsum.* Hoc idem inquit canone 31. fornicarium vel potius incestuosum Corinthium, qui uxore patris sui habebat, a Paulo apostolo 1. ad Corinth. 5. excommunicatum esse, eademque censura omnes alios fornicatores ex præcepto apostoli plectendos ac puniendos esse, verum est de laicis, non de clericis. Corinthius enim prædictus laicus fuit non clericus. Vide Turr. lib. 1. cap. 6. pro canonibus.

Can. 33. 34.

t *Episcopos uniuscujusque gentis.*] Nicæna synodus can. 6. & Ephesina illis actis quæ post 7. can edita sunt, hos apostolorum canones sequuntur, statuentes ut singuli episcopi suum primum & metropolitanum agnoscant, atque extra suam diœcesim nihil agant; sed potius episcopus Alexandriæ, secundum canones (intellige apostolorum hosce 35. & 36.) ecclesias Ægypti, episcopus orientis orientales ecclesias gubernet ita Nicænum concilium. Ephesina enim synodus prædicto loco ait, præter canones apostolorum esse, quos episcopus Antiochiæ Cypri in provinciis ordinationes faciebat: ideoque ad instantiam Zenonis, Evagrii, & plurium aliorum episcoporum Cypriorum SS synodus decrevit, ut secundum canones sanctorum patrum (quos paulo ante apostolicos nominarat) & secundum antiquam consuetudinem episcopi ecclesiarum Cypri per seipsos ordinationes episcoporum facerent. Fuisse autem tempore apostolorum singulorum episcoporum jurisdictionem certis limitibus circumscriptam, patet ad Tit. cap. 1. ubi Paulus præcipit Tito ut constituat episcopos per singulas civitates; ut sic singuli episcopi singulas sibi commissas civitates regant & gubernent. ita Chrys. & Theophyl. in hunc locum. Unde quamquam ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus episcopis, qui in eadem provincia fuerint, celebrandæ sint, tamen sacerdotes reliqui à proprio episcopo tantum ex præcepto apostolorum ordinari debebant. Patet ex epistola secunda Anacleti, ex concil. Antioch. can. 21. Cyprian. &c. Vide Turr. lib. 1. cap. 9. & 13. pro canonibus apost.

Iurisdictio episcoporum, præterquam Romani, certis & finitis limitibus circumscripta est.

Canon 38.

u *Bis in anno fiat episcoporum synodus.*] Huc facit illud Anacleti in epistola prima, cum ait, *ubi fuerint summorum* (intellige episcoporum) *congregata congregatio, qua per singulos annos fieri solet ac debet*; indicans non tantum receptæ consuetudinis, sed etiam salutaris præcepti esse, ut episcopi de rebus fidei & moribus ecclesiæ aliquid constituere singulis annis conveniant. Hac de re Antiochena synodus can. 20. *Recte habet quod in singulis provinciis bis quolibet anno concilia habeantur.* Item Nicænum I. *Visum est bene habere, ut per unamquamque provinciam singulis annis concilia celebrentur.* Quibus verbis patres huius synodi aperte significant, se nihil novi hac de re constituere, dicunt enim, Recte habet, visum est bene habere, sed potius quod jam prius auctoritate apostolica statutum, & consuetudine communi, eaque utilissima receptum erat, confirmare. [a] Tertullianus Nicæna & Antiochena synodo antiquior, lib. de jejunio contra Psychicos: *Aguntur*, inquit, *præcepta per Græcias illas certis in locis concilia ex universis ecclesiis, per quæ & altiora quæque in communi tractantur, & ipsa repræsentatio nominis Christiani magna veneratione celebratur.* Hæc sane non aliunde quam ex consuetudine & traditione apostolica didicisse probabile est. Vide Turr. lib. 1. cap. 10.

Concilia bis in anno celebranda.

[a] In edit. Rigaltij p. 711. Aguntur præterea per Græcias illa, &c Ego per provincias lego

Canon 39. Episcopus bonorum ecclesiasticorum dispensator.

x *Omnium rerum ecclesiasticarum curam.*] Quod hic apostolis auctoribus pie ac utiliter est constitutum, id Antiochenum concilium can. 24. bene ac recte antiquo apostolorum canone constitutum esse confirmat. *Bene habet*, ait, *oportere bona ecclesiæ eidem ecclesiæ servari.* Unde Paschalis secundus citans hunc canonem, sic inter sua decreta ait: Canone apostolorum statutum est, ut omnium rerum ecclesiasticarum curam habeat episcopus, & eas velut Deo contemplante dispenset. Huc pertinet etiam id, quod sancitum est can. 7. concilii Gangr. citatus est hic, canone 11. Nicæni II. Turr. c. 14. lib. 1. pro canon. apostolor.

Canon 40.

y *Manifesta sint.*] Hoc antiquis canonibus vetitum esse, testantur patres concilii Chalced. canone 22. Itaque cum nullus alius quam apostolicus canon id statuisse inveniatur, per antiquos canones unum ex his intellexisse conjicere licet. Turr. lib. 1. cap. 14. pro canon.

Canon 45. Formam baptismi a Christo institutam essentialiter mutantes, nullum baptismum conferunt.

z *Hæreticorum baptisma*] Hæreticorum baptisma, non eadem forma qua confertur ab ecclesia collatum, nullum est, adeoque rejiciendum. Hoc modo baptizarunt illi qui apostolorum tempore can. 49. & 50. in tribus patribus, seu in nomine trium principii expertium, aut trium filiorum, vel trium paracletorum, vel in morte domini baptizabant; quique, ut gloriosissimæ Trinitatis confessionem destruerent, catholici baptismatis formæ aliquid vel addebant, vel subtrahebant. Ita baptizarunt Gnostici teste Irenæo lib. 1. c. 18. In nomine Ignoti patris omnium, & in Veritate matris omnium, & in nomine descendentis Iesu ad unitionem, & redemptionem, & communionem virtutum. Hoc modo, forma baptismi corrupta, Paulianistæ baptizarunt, ideoque ab his baptizati, venientes ad ecclesiam catholicam iterum baptizari præcipiuntur can. 19. concil. Nicæn. Niceph. lib. 10. hist. cap. 35. refert, quemdam episcopum Arianum nomine Deutrum, baptizasse in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto, & addit miraculose accidisse, ut aqua quæ ad baptismum parata erat, repente in detestationem Arianæ hæresis, quam ille prædictis verbis profiteri intendebat, disparuerit. Tempore apostolorum, formam baptismi mutasse & corrupisse Cerinthum ex eo colligit Baron. anno Christi 167. num. 2. quod Christi divinitatem negaverit, atque ut docet Irenæus lib. 1. cap. 25. Christum à Iesu sejunxerit. Ita intelligendum est, quod in vita Pii legitur in Romano pontificali: *Hic constituit hæreticum venientem ex Iudæorum hæresi suscipi & baptizari:* Suarez tom. 3. disp. 21. sect. 3.

Canon 46. Baptismus ab hæretico collatus valet, adeoque iterandus non est, modo legitima forma servata fuerit.

a *Qui vere habet baptismum.*] Etiamsi ab hæreticis ministratum sit, modo in forma illius cum ecclesia consenserint, valet baptisma, ideoque nequaquam reiterandum est. Hanc sententiam Stephanus papa contra Cyprianum, multosque alios Africanos, sola apostolica hac (ut inquit Eusebius) traditione fretus defendit. qui vero juxta formam ab Ecclesia præscriptam per expressam S. Trinitatis invocationem non sunt baptizati, si ad ecclesiam veniant, baptismo catholico baptizandi sunt. Marcion hæresiarcha, non tantum anabaptismum hic damnatum introduxit, sed etiam tertium ad peccata diluenda concessit. Epiphan. hæresi 42. Baron. anno Christi 146. num. 12.

Canon 48. Qua forma baptisma conferendum.

b *Si quis episcopus.*] Præcipitur ut baptizantes sub forma a Christo præscripta, per expressam videlicet S. Trinitatis invocationem, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizent. Unde Clemens papa lib. 3. constit. cap. 16. *Nominans*, inquit, *invocationem Patris & Filii & Spiritus sancti, baptizabis eos in aqua.* & lib. 7. cap. 23. *Baptizare debes quemadmodum dominus præcepit, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti:* Pelagius in cap. Si revera, de consecrat. dist. 4. dicit baptismum datum in nomine domini esse nullum, & in cap. Multi sunt, eadem distinct. idem dicit de baptismo dato in nomine Christi. Zacharias papa cap. In synodo distinct. eadem, expresse docet, baptismum non perfici, nisi in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, ita ut qui vel unam de Trinitate personam in baptismo non invocaret, verum baptisma

ptisma conficere non posset. Quo sensu igitur apostoli in actibus dicantur baptizasse in nomine Christi, & quomodo illud Nicolai papæ, cap. A quodam Iudæo de consecr. dist. 4. ubi ait baptismum in nomine Christi, vel Trinitatis collatum validum esse, intelligendum sit; Vide Suarez tom. 3. disp. 21. sect. 3.

Canon 49.

[c] *Non tria unius mysterii baptismata.*] In hoc canone directe damnatur error eorum qui baptizabant in nomine Christi mortui pro nobis, & ad hunc ritum magis introducendum utebantur una mersione tantum. Contra hos ergo docetur, invocandam esse Trinitatem, & additur ter esse mergendum, tum propter consuetudinem illius temporis, tum in detestationem illius erroris. Quod autem hæc sit intentio hujus canonis, patet ex ratione quam subdit, dicens: Non enim dixit dominus in morte mea baptizate, sed in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Et quamquam fortasse hinc & ex cap. *Multi sunt*, de consecr. dist. 4. trina mersio necessitate sacramenti ad baptismum requiri videatur, ideoque sancti patres, (Dionysius cap. 2. de eccles. hierarch. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 27. Athanasius quæst. 125. ad Antioch. Hieronym. dial. contra Lucif. August. serm. 91. & 101. de temp. Ambros. lib. 2. de sacr. cap. 7. &c.) hanc trinam mersionem ex apostolica traditione ortam scribant, & quod maximum est in concilio Constant. primo can. 7. error Eunomii docentis, ut testatur Theod. lib. 4. hæret. fabular. non oportere baptizandum ter immergere, damnatus sit; tamen ex communi theologorum consensu certum est ad essentiam hujus sacramenti constituendam sufficere quamlibet ablutionem aqua factam, sive per aspersionem, sive per immersionem unam aut tres fiat. Ex concil. Tolet. 4. cap. 5. constat unam mersionem sufficere, trinam mersionem vero necessariam non esse: ubi etiam refertur responsio Gregorii papæ ad Leandrum, quæ habetur lib. 1. registr. epistol. 41. qui consultus hac de re, quoniam in Hispania quidam triplici mersione, alii una tantum baptizabant; respondit utramque retineri posse, sive trina mersio adhibeatur ad significandam Trinitatem personarum, sive una tantum ad confitendam divinitatis unitatem. Addit autem consultius fuisse tunc posteriorem baptizandi modum retinere, ad vitandum Arianorum errorem, qui naturarum divisionem, & Trinitatem in trina mersione profitebantur. Aspersionem sufficere, Cyprianus lib. 4. epist. 7. parag. quæsisti, testatur, & baptismo apostolorum Actor. 2. uno die tribus millibus hominum collato: sicut etiam ex consuetudine ecclesiæ, & facto sancti Laurentii colligitur. Modus autem baptizandi is usurpandus est unicuique, qui ex consuetudine ecclesiæ suæ præscriptus & receptus est. Ex auctoribus supra commemoratis nihil aliud probatur, quam quod illo tempore ritus baptizandi per trinam mersionem consuetudine vulgari receptus fuerit. Eunomius per concilium Constantinop. damnatus fuit, quoniam hæretico spiritu, & ad introducendos falsos errores, illam ceremoniam auferebat. Vide D. Thom. 3. parte, quæst. 66. & ibidem comment.

Quamvis ablutionẽ ad essentiã baptismi sufficere.

Eunomius trinã mersionẽ rejiciendã esse docens, cur damnatus?

Canon. 50. A quibus hæreticis nuptiæ cũ esu carnis prohibitæ, & cur?

[d] *Nuptiis, carnibus & vino.*] Impius Saturninus, ejusque gregales primi a matrimonio, & a propagatione, ac manducatione carnis animatæ, cujus auctor diabolus sit, abstinendum esse, apostolorum temporibus docuerunt: ut patet ex Ignatio, epist. 9. & 13. Iræneo, lib. 1. cap. 22. Idem post illum tempore Ignatii, Ebionitæ, Encratitæ, Tatiani, Marcionitæ, & Manichæi, docuerunt. Hos teste Hieronym. lib. 1. contra Iovinianum, Ambrosio, Chrysostom. aliisque in cap. 4. epist. ad Timoth. Spiritus sanctus venturos designavit, eorumque doctrinam per apostolum Paulum 1. ad Timoth. cap. 4. condemnavit: atque ideo optimo jure, censuræ ecclesiasticæ subjiciuntur, quicumque a nuptiis & carnibus, quasi per se malæ & prohibitæ sint, abstinent. Vide Baron. anno Christi 57. num. 188. & seqq.

Canon. 51. Hæresis Novatianorum quę fuerit, & vnde orta?

[e] *Eum qui a peccatis convertitur.*] Hic canon ab Origene lib. 3. contra Celsum citatus, Stoicorum philosophorum errorem, quem Montanus & Novatiani in ecclesiam a se invectum pertinaciter defenderunt, nimirum lapsos ad pœnitentiam recipiendos non esse, damnat. Hæc ex Cyprian. epist. 52. Baron. anno Christi 254. num 104. & seqq.

Canon. 57.

Canon 57. citatur a Iustiniano, constitutione 6. ad Epiphanium archiepiscopum Constantinopolitanum de recte ordinandis episcopis, &c. Vide Turr. cap. 21.

Canon 59. Libri hęreticorum prohibiri.

[f] *Falso inscriptos impiorum libros.*] Hujus meminit Clemens lib. 1. const. apostolicarum, cap. 7. ubi dicit, apostolos prohibuisse initio fidelibus libros gentilium & falsorum prophetarum. Huc facit illud Actor. 19. ubi dicitur multos ab apostolis conversos, libros curiosos & vanos contulisse, & coram omnibus combussisse. Vide Bellarm. lib. 3. de clericis, cap. 20.

Canon 60.

[g] *Ad clerum ne provehatur.*] Quia irregularis est. Vide quæ dixi supra in notis ad canon. 16. verbo, *Concubinam.*

Canon 62.

[h] *Comederit carnes in sang.*] Vide quæ diximus in notis ad concil. III. Hierosolymitanum supra.

Canon 65.

[i] *Si quis clericus.*] Hunc canonem supposititium esse, Baron. anno Christi 102. num. 15. probat hisce rationibus. Primo, quod a nullo sanctorum patrum, & nequidem ab Epi- A phanio, in comp. doctrinæ, ubi solum dominicos dies a jejunio quadragesimæ excipit, citatus esse reperiatur, cum tamen sæpe canones apostolicos citare soleant. Secundo, quia Romana ecclesia jejunium sabbati, a Petro & Paulo sibi traditum, vel ad commemorandam Christi sepulturam, vel ad imitandum exemplum biduo mortis Christi jejunantium & mœrentium, suscepit, ut patet ex Augustino epist. 85. Innocent. epist. 11. cap. 4. concil. Eliberit. canone 21. concil. Agath. canone 12. Quod sane ecclesiam Romanam contra apostolicam prohibitionem fecisse, Clementem, qui canones apostolorum a se conscriptos noverat, permisisse, Petrum & Paulum observari mandasse, nequaquam cogitari, aut dici posset, si hic canon sabbati, præterquam paschalis, jejunium vetans, apostolis auctoribus conditus esset. Verum cum S. Ignatius, epist. 8. ad Philippenses, hæc scribat: *Si quis dominicam diem, aut sabbatum (uno excepto) jejunarit, hic Christi interfector est*: deque corrupto hoc loco Ignatii per B Græcos suspicio esse non possit; quia hujus jejunii sabbatini, non tantum apud Ignatium prædicto loco, & canone 55. Trullanæ synodi, sed etiam apud Clement. lib. 7. constit. cap. 24. Gregorium Nyssenum, orat. contra eos qui ægre ferunt reprehensiones, &c. item apud Anastasium Nicænum, lib. quæst. quæstione 77. mentio fit; hanc repugnantiam, si qua esse videtur, ita conciliari posse existimo. De jejunio sabbati non fuisse canonem apostolicum, ut recte Baron. & Bellarm. sentiunt, sed diversas tamen & contrarias fuisse consuetudines orientalis & occidentalis ecclesiæ. Orientalis ex pia consuetudine sabbato, uno paschali excepto, non jejunabat, idque in odium & detestationem hæreticorum, Simonis magi, Menandri, Saturnini, Basilidis, Cerinthi, Carpocratis, eorumque sectariorum, Cerdonis & Marcionis; qui omnes Deum auctorem mundi, cum omnibus a se creatis rebus, malum esse, atque ideo a carnis esu, & propagatione C per matrimonium abstinentes, die sabbato jejunandum esse, ne creator mundi, qui die septima requievit, honorari videatur, docebant & observabant, ut constat apud Irenæum lib. 1. cap. 20. & seqq. 41. & seqq. orientalis proinde ecclesia, ut dictam Deo illatam contumeliam vindicaret, ac honorem Dei creatoris universi, contra sævos Dei & ecclesiæ hostes defenderet ac propugnaret, communi consensu recepit, ne quis die sabbato jejunaret, sed potius illum magna cum hilaritate transigeret, ac instar diei dominicæ celebraret. Hoc sensu Ignatius dixit prædicto loco: Si quis sabbatum jejunarit, Christi interfector est, quia nimirum Deo debitum honorem & gloriam adimere conatur. Occidentalis ecclesia, hæresi prædicta jam extincta & propulsata non licite tantum, sed etiam pie sabbato jejunat, ut longissime quam potest, a Iudæis sabbato epulantibus recedat: memoriam humilitatis domini, qui die sabbati mortuus, & sepulcro inclusus jacuit veneretur: apostolos, aliosque discipulos domini, qui sponso suo ablato, feria sexta & sabbato in luctu & mœrore fuerunt, imitetur, & ad dominicæ diei celeD britatem præparetur. Vide Baron. prædicto loco. Item anno Christi 57. n. 202. & seqq. Bellarm. lib. 2. de Rom. pontific. cap. 17. & lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 18.

Hic canon supposititius est.

Ex diversa cõsuetudine & causa sabbato occidentales jejunãt, orientales olim a jejunio abstinebant.

Orientales cur sabbato non jejunaverũt?

Occidentalis ecclesia cur sabbato jejunet.

Cur universalis ecclesia die dominico non jejunet.

Sed cur die dominico neque orientalis neque occidentalis ecclesia jejunat? Vt hæreticos Christi resurrectionem negantes, ideoque diem dominicum in luctu, mœrore, ac jejunio transigentes, telis & armis quasi iisdem retortis, vincat ac superet. Vide Baron. prædicto loco, & anno Christi 58. n. 63.

Canon 68? De quadragesimali jejunio.

[k] *Sacram pascha quadragesimam.*] Quadragesimale jejunium, quod ante pascha 40. vel fere 40. diebus semper huc usque celebratum est, ab apostolis domini institutum est, atque universæ ecclesiæ, sub pœna excommunicationis, aut depositionis, observari mandatum est. Hieronym. in epist. ad Marcellam, adversus Montanum: *Nos unam quadragesimam, secundum traditionem apostolorum, toto anni tempore nobis congruo jejunamus.* S. Leo sermon. de Quadragesima: *Quod ergo, dilectissimi, in omni tempore unumquemque convenit facere Christianum, id nunc solicitius & devotius est exequendum, ut apostolica institutio 40. dierum jejuniis im-* E *pleatur.* Vide Bellarm. de bonis operibus in particulari, cap. 14. Baron. anno Christi 57. num. 194. & seqq.

Modus observandi hoc quadragesimale jejunium non omnium unus & idem erat: alii enim uno die, alii tribus, alii sex diebus ab omni cibo abstinebant, ut patet ex testimonio Irenæi, quod est apud Eusebium libr. 5. historiar. cap. 24. Philonis in libro de vita theorica suppl. Epiphanii in compendiaria doctr. Hieron. in epistola ad Marcellam, August. epistola 118. cap. 4. &c. Prioribus seculis aliquot jejunatum fuit, quatuor dominicis exceptis, per dies 36. Quibus, ut compleretur numerus quadragenarius, quatuor dies Ecclesia addidit, & ubique recepit. Causa instituti jejunii quadragesimalis una est, ut Christum qui est caput nostrum quadraginta diebus jejunantem, nostri causa patientem, nos etiam quantum possumus quadraginta diebus jejunando, corpus nostrum affligendo, imitemur. Ignatius epistola ad Philip. Basil. orat. 1. de jejunio, Gregor. Nazianz. orat. in sanctum lavacrum, Hieronym. in cap. 58. Isaiæ, &c. Altera

Cur jejunium quadragesimæ institutum?

est,

est, vt Christiani omnes pro negligentiis toto anno commissis, quasi communem & publicam pœnitentiam agant. ita Leo sermon. 4. de quadragef. Tertia est vt ad sacram communionem ab omnibus in Paschate sumendam, præparemur. Chrysostom. homil. 1. in Genes. Hieronym. in cap. 3. Ionæ. Plura hac de re apud Bellar. & Baron. prædictis locis.

l *Vel quartum diem vel parasceven.*] Sub eadem censura, qua jejunium quadragesimale, præcipitur observari jejunium feriæ quartæ & sextæ, idque ad commemorandum Christum dominum feria quarta venditum, & sexta feria crucifixum. Apostolica autem auctoritate hæc nobis tradita ac demandata esse inde probatur, quod S. Ignatius epist. 8. ad Philipp. Tertull. lib. de jejunio, Clemens Alexand. lib. 7. Strom. vltra medium. Origenes homil. 10. in Levit. Epiphan. in compend. doctr. Hieronym. in cap. 4. ad Galatas, August. in epistola 86. ad Casulanum, &c. hujus jejunij velut antiquitus instituti meminerunt. Cum igitur secundum regulam S. August. in epist. 118. ad Ianuar. & lib. 4. de baptismo cap. 24. illa omnia sine dubio ex apostolica traditione descendant, quæ in universa ecclesia observantur, & in nullo ecclesiæ concilio instituta inveniuntur; certum est, jejunia quadragesimæ, quartæ & sextæ feriæ ab apostolis instituta esse: nam horum fit mentio apud auctores qui omnia concilia, exceptis apostolicis, præcesserunt. Extra quadragesimam feria sexta & quarta, nunc sabbato (jejunium enim feriæ quartæ in Latina ecclesia nunc translatum est in sabbatum) jejunantes, ex lege & præcepto a carnibus, ex arbitrio & beneplacito a prandio abstinent. Vide Baron. anno Christi 57. n. 199. & seqq. Bellarm. de bonis operibus in princ. libr. 2. cap. 17.

Iejunium feriæ quartæ & sextæ, cur, & a quibus institutum sit?

Modus jejunandi quis?

m *Ceram vel oleum*. &c.] Hi duo canones citantur ab Anacleto epistola prima, & explicantur a Turriano lib. 1. pro canonibus cap. 22.

Canon 71. & 72.

n *In testimonium adversus episcopum.*] Citatur ab Anacleto epist. prima, & ab Alexandro epist. 1. & Damasc. epist. 3. Constantini imperatoris facto ac dicto hæc confirmantur, qui libellos hæreticorum adversus episcopos & presbyteros sibi oblatos combussit, ut testatur Sozom. lib. 1. cap. 16. & ad episcopos conversus, hæc quæ extant apud Ruffinum lib. 1. cap. 2. dixit. *Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem dedit de nobis quoque judicandi, & ideo nos a vobis recte judicamur: vos autem non potestis ab hominibus judicari: propter quod Dei solius inter vos expectate judicium, & vestra jurgia, quæcumque sunt, ad illud divinum examen reserventur. Vos autem nobis a Deo dati estis Dij, & conveniens non est vt homo judicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est. Deus stetit in medio Deorum, in medio autem Deos discernit.* Theodoretus lib. 1. cap. 11. addit Constantinum jurejurando adjecto dixisse, se ne verbum quidem inscriptum perlegisse: *Nam sacerdotum*, inquit, *vita non sunt populo aperienda, ne ille inde causa offendiculi arrepta licenter peccare aggrediatur. Quin etiam eum hoc quoque adjecisse memorant: Si suis oculis episcopum aliena uxori stuprum inferre forte videret, facinus illud nefandum suo paludamento se obtecturum, ne facinoris aspectus, eos qui idipsum cernerent, ulla ex parte læderet.* Baron. anno Christi 325. num. 42. & vide quæ scribit anno Christi 342. num. 30.

Canon 73. & 74.

Episcopi ac presbyteri a sæcularium judicum potestate exempti.

o *Non oportet episcopum.*] Citatur a Concilio Antiocheno can. 23. Sicut enim hic vetatur episcopo successorem eligere, ita eidem ibi præcipitur, ut non constituatur episcopus, nisi post mortem prædecessoris, idque in conventu episcoporum, secundum legem ecclesiasticæ consuetudinis. Turr. libr. 1. pro canon. cap. 14.

Canon 75.

p *Si quis dæmonem habeat.*] Hæc apostolica constitutio posterioribus temporibus, crescente numero fidelium, qui sine his incommodis possent ad hoc munus assumi, amplius restricta est. Arreptitii enim qui a dæmone vexantur nunc per canonem Maritum, distinct. 33. ad suscipiendos ordines perpetuo irregulares sunt. Quamquam ex voce, *recipitor*, aperte colligatur, etiam huncsine interventu dispensationis purgatum a dæmonio ad suscipiendos ordines non fuisse admissum. Vide Suarez tom. 5. disp. 51. sect. 1. n. 7.

Canon 78.

An arreptitij sint irregulares.

q *Qui ex vita gentili.*] Quod hic canon, idem Nicænum concil. canone 2. statuit: citatur etiam ab Origene libro tertio contra Celsum: Apostolicum igitur esse dubitari non potest. Per episcopum intellige etiam presbyterum; quod ex ratione subjecta colligitur, quam subjungit: Docere enim non tantum ad episcopos, sed etiam ad presbyteros pertinet. Turr. lib. 1. cap. 13.

Canon 79.

r *Sint vobis.*] Hic canon apocryphus est & surreptitius: tum quod scripturarum canoni, contra omnium conciliorum & patrum communem sententiam, quosdam libros apocryphos, nimirum, constitutiones & epistolas Clementis addat: tum quod sacram S. Ioannis Apocalypsin, a Græcis rejectam, ab universa autem ecclesia, a multis & antiquissimis conciliis ac patribus receptam, eidem sacræ scripturæ canoni fraudulenter adimat. Quis enim unquam antiquorum Latinorum atque Græcorum * Apocalypsin S. Ioannis inter canonicos libros adnumerare præsumpsisset, quam scriptam in apostolorum canone velut apocrypham esse rejectam? Accedit quod hoc canone libri sacri veteris testamenti, hi: Esdræ, Iudith, Tobiæ, Sapientiæ & Ecclesiastici omittantur, qui tamen ab antiquissimis patribus, Dionysio, Irenæo &c. inter sacros libros citantur ac numerantur. Vide Baronium anno Christi 102. num. 15. & 16. Bellarm. libro primo de verbo Dei, cap. 20. Si vrgeas canonem secundum sextæ synodi, quo 85. canones recepti esse dicuntur: Respondeo sicut supra dixi, canonem objectum spurium esse & illegitimum, vt qui editus sit a conciliabulo Trullano, non autem a sexta synodo.

Canon 84. Apocryphus est canon iste.

* Nota eam scriptam sub finem sæculi primi æræ Christianæ, ac multa alia.

Refellitur objectio.

a ANTIOCHENA SYNODVS APOSTOLORVM.

CANON VIII.

NE decipiantur salvati [b] ob idola: [c] sed pingant ex opposito divinam humanamque manufactam, impermixtam effigiem Dei veri ac salvatoris nostri Iesu Christi, ipsiusque servorum, contra idola & Iudæos. Neque errent in idolis, neque similes fiant Iudæis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Antiochena synodus apostolorum.*] Antiochiæ ab apostolis ad sedandas controversias illic exortas, habitam esse synodum, atque in ea editos fuisse canones, auctoritate Pamphili martyris, eos in bibliotheca Origenis repertos esse testantis, Turrianus, cujus fragmenta etiam recitat, confirmat lib. 1. cap. 25. adversus Magdeburg. De eadem hac synodo Innocentius epist. 18. agens de Antiochena ecclesia: *Vbi*, inquit, *& nomen accepit religio Christiana, & quæ conventum apostolorum apud se celeberrimum meruit.* Firmissimum testimonium huic concilio apostolorum Antiochiæ celebrato, præbet concilium Nicænum II. actione 1. his verbis. *In Antiochena synodo sanctorum apostolorum dictum est, salvatos non debere* &c. de quibus infra.

Antiochiæ synodum habitam esse probatur.

Canones in hoc concilio editos & in compendium redactos novem enumerat. Quorum primus est, vt credentes in dominum Iesum, quos illius temporis homines (vt habent Acta apostolorum cap. 11.) appellabant discipulos, Christiani dicerentur. Secundus, ne baptizatus Iudaico more circumcideretur. Tertius, ut omni nationi ad ecclesiam aditus pateret, nec quisquam a Christiana religione excluderetur. Quartus, de vitanda avaritia, & quæstubus iniquis. Quintus, de vitio gulæ coercendo, curiositateque ludorum, qui in theatris exhiberi solerent, vitanda, & de abstinendo a juramento. Sextus, de vitanda scurrilitate & moribus gentium. Septimus, abstinentiam sanguinis & suffocati in synodo Hierosolymitana præceptam confirmat. Octavus, de imaginibus sacris, supra citatus. Nonus & ultimus, de non admittendo Iudæorum delectu ciborum. Horum octavus, cum in Nicæno concilio II. actio. 1. a Gregorio Pessinuntis episcopo citetur in hæc verba: *In Antiochena synodo sanctorum apostolorum dictum est: Salvatos non debere amplius ob idola aberrare, sed certandum esse ante iconem Dei hominisque Iesu Christi domini nostri*, velut authenticum in textu posuimus. Hic idem cum reliquis, quod in canonibus apostolorum desiderari videantur, septimo ordine recensetur in constitutionibus Clementis cap. 25. lib. 7. Vide Baron. anno Christi 102. num. 19. & 20. Turr. lib. 1. cap. 25. adversus Magdeb.

Quot canones Antiochenæ synodi.

Cur solus octavus canon in textu positus.

b *Ob idola.*] Idolum & imago differunt, nam in concilio Nicæno II. Act. 5. & 7. anathema dicitur iis qui imagines Christi vocant idola: imago enim est vera rei similitudo, ut cum pingimus hominem, equum &c. idolum autem est falsa similitudo, repræsentans id quod revera non est, ut cum gentiles proponebant statuas Veneris, Minervæ, &c. illa signa idola erant, quia repræsentabant deos generis feminini, quales dii nec sunt, nec esse possunt. Vide Bellarm. tom. 1. de reliquiis sanctorum lib. 2. cap. 5.

Idolum & imago quomodo differant.

c *Sed pingant ex opposito.*] Hoc non mirabitur, qui noverit ipso etiam Christo vivente, ejus imaginem Paneade a Syrophœnissa muliere ære fusam conflari jussam, eamdemque integram ad trecentos & amplius annos, nimirum ad Iuliani apostatæ tempora perdurasse, quantumlibet immensis ac prope innumeris cladibus Palæstina deformata fuerit. Patet ex Sozom. lib. 5. cap. 20. ex Nicephoro lib. 10. cap. 30. Nisi enim pie, sancte, religioseque ab ipsis apostolorum temporibus sacræ imagines in ecclesia fuissent usitatæ, nunquam fideles permisissent, per tot annorum spatia illam solam sic intactam & illibatam servari. Vide Baron. anno Christi 57. num. 111. & seqq. aliquot, item quæ dicuntur infra in concil. Elib. canone 36.

Vsus imaginum in ecclesia antiquissimus.

LIBER



LIBER PONTIFICVM IAM INDE A " PETRO PAPA VSQVE AD NICOLAVM PAPAM EIVS NOMINIS PRIMVM:

In " quo eorum gesta describuntur; primorum, per Damasum papam, reliquorum autem, per alios veteres ac fide dignos auctores.

" Romam venit an. æræ Christi 43. Claudij 2. exeunte. Passus est an. ch 67. Neronis 13. cū S. Paulo die Iunii 29. " ex Crabbo Surius & Nicolinus, aliique.

NOTA SEVERINI BINII.

Damasus non est auctor pontificalis libri.

Hujus libri pontificalis Damasus auctor non est, sed potius e duobus diversis auctoribus consarcinatus esse, inde probatur, quod in unoquoque fere pontifice, pugnantia inter se contineat, adeoque dictorum ac scriptorum inter se diffidentium nulla ratio haberi potuerit. Baron. anno Christi 69. num. 55. anno 384. num. 16. & 17. Antonius Possevinus in apparatu sacro, verbo Damasus.

" In MS. V. C. Cl. Hardyi antiquissimo dicitur S. Petrus Antiochenus. Ex eo varias lectiones excerpemus, sed præcipuas dumtaxat. Reliquas vide in edit. regia Anastasii Biblioth. opera Car. Ann. Fabroti, aut in Moguntina, ne actum agere videamur. " abest a c. Har. vt plerаque alia. " absunt usque ad martyria.

BEATUS Petrus " apostolus & princeps apostolorum, filius Ioannis provinciæ Galilææ, ex vico Bethsaida, frater Andreæ, [a] primo sedit in cathedra episcopatus Antiochiæ annis septem. [b] Hinc beatus Petrus ingressus est in urbem Romam " sub Claudio Cæsare: ibique sedit in cathedra episcopatus [c] annis vigintiquinque, mensibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberii B Cæsaris, & Caii, & Claudii, & Neronis. Hic scripsit duas epistolas, quæ catholicæ ac canonicæ nominantur, & evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius a baptismo. Post omnem quatuor evangeliorum fontem, quæ ad interrogationem & testimonium ejus (hoc est Petri) firmata sunt, dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine " scribentes consonant, omnia ejus testimonio sunt firmata. " Hic ordinavit duos episcopos, Linum & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo, vel ad se venientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone mago multas disputationes habuit, tam coram Nerone imperatore, C quam coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Christi aggregabat, ille per magias & deceptiones segregabat. Et dum diutius altercarentur, Simon divino nutu interemptus est.

Hic Petrus beatum Clementem episcopum consecravit, [d] cui & cathedram vel ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est a domino meo IESV CHRISTO potestas, ligandi, solvendique, ita & ego tibi committo, ut ordines dispositores diversarum causarum, per quos actus non ecclesiastici profligentur, & tu minime curis sæculi deditus reperiaris; sed solummodo orationi, & prædicationi ad populum vacare stude. Post hanc dispositionem [e] martyrio [f] cum Paulo corona- A tur; [g] post passionem " Domini anno XXXVIII. Qui sepultus est via Aurelia in templo Apollinis, juxta locum ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale, tertio Kalendas Iulii. Hic fecit ordinationes per mensem Decembrem, presbyteros decem, diaconos septem, episcopos per diversa loca numero tres.

" desunt in c. H.

" Sub Petro celebratum est concilium primum Hierosolymis, cujus exemplar habes in actis apostolorum cap. 15. Nicephorus Callistus historiæ suæ lib 2. cap 37. testimonio Tertulliani & Caii historici, probat, eodem anno eodemque die Petrum cruci affixum, & Paulum capite truncatum Romæ.

" Hæc a Surio, Binio, & R. C. addita.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Primo sedit in cathedra episcopatus Antiochiæ.*] Sicut Petrus anno Christi 35. ad eos qui in Samaria verbum Dei receperant confirmandos mittitur, ita etiam omnium apostolorum sententia (vt æquum est credere) factum est, ut idem apostolorum princeps, ad principem totius Syriæ civitatem atque metropolim, cui Palæstina & Hierosolyma subjaceret, Antiochiam anno Christi " 39. ablegaretur. Istuc ergo cum venisset, anno prædicto, ecclesiam Antiochenam instituit, eamque septem annis, non tamen completis, administravit. Vide Baron. anno Christi 37. num. 9. & seqq. Bellarm. lib. 2. de Rom. pont. cap. 6.

Petrus quãdo ecclesiã Antiochenam instituerit, & quamdiu ejus episcopatum tenuerit. " 37.

[b] *Hinc B. Petrus ingressus est in urbem Romam.*] Quod dicitur Petrum Antiochia in urbem Romam profectum, non sic intelligendum est, quasi nunquam ex Antiochia toto illo tempore egressus sit, imo vero eodem tempore peragravit vicinas provincias, Pontum, Asiam, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam: inde autem anno septimo episcopatus Antiochensis, qui erat annus Christi " 44. in Ierusalem rediit, ibique comprehensus ab Herode in vincula conjicitur, a quibus per angelum liberatus, Actor. 12. cap. in diversis provinciis a se peragratis juxta Metaphrasten ad diem 29. Iunii episcopos constituit, & Antiochiam rediit: Hinc vero designato, nondum autem instituto successore Evodio, Romam profectus, in urbem venit anno secundo Claudii, ibique 18. Ianvarii anno Christi " 45. & 2. Claudii adhuc durante Romanam ecclesiam erigens, una cum persona omne jus summi pontificii in eam transtulit, ac firmiter stabilivit, eo ipso quod hanc cathedram usque ad martyrium in cruce susceptum tenuerit. Christus " enim in Petro & Petri successoribus, propter ecclesiam usque ad finem mundi duraturam, Matth. cap. ult. instituit pontificatum æquali tempore duraturum, Ioan. 21. nam oves ecclesiæ perpetuæ pastorem perpetuum requirunt. Cum ergo Romanus episcopus defuncto Petro successerit, eumdem in ordinarium officium universam ecclesiam cum summa potestate gubernandi, quod est pontificium, successisse certum est. Quod diximus Petrum in hac cathedra Romana usque ad mortem sedisse, intelligendum est de auctoritate, potestate, ac præfectura guber-

Quando Romanam ecclesiam fundaverit.

" 42. aut præcedens.

An Evodius in Antiocheno episcopatu Petro subrogatus fuerit, & quando.

" 43.

Cur Romanus non Antiochenus episcopus in pontificatu Petro successerit.

ANNO CHRISTI 45." ſeu potius 43. " 49.

nandi eccleſias univerſas, non de ſitu locali. Conſtat enim cum hanc cathedram ſeptem annis adminiſtraſſet, anno Chriſti " 51. & 9. Claudii, cuius edicto omnes Iudæi ac Chriſtiani Roma expellebantur, Petrum etiam expulſum Hieroſolymam rediiſſe, & Hieroſolymitano concilio tertio interfuiſſe: mortuo tamen Claudio Romam rediit, & ibidem vitam finivit. Vide Baron. anno Chriſti 39. num. 25. & anno 44. num. 10. 11. & anno 45. num. 1. & ſeqq. 12. & 13. & anno 51. nu. 1. 2. 3. & 4. Bellarm. lib. 2. de Rom. pont. cap. 6. & 12.

Quamdiu Petrus Romæ ſederit. " 43. " 67.

[c] *Annis* 25.] Annis 24. menſibus 5. & diebus 11. ſediſſe, verius eſſe probat Baron. Nam cum durante adhuc anno ſecundo Claudii, Chriſti vero " 45. die 18. Ianuarii Romæ ſedere cœperit, atque anno " 69. die 29. Iunii martyrio diem ſuum obierit, ut infra dicemus: abſque dubio præſcripto annorum, menſium, ac dierum numero ſediſſe reperitur. Baron. anno Chriſti 69. num. 33.

Quomodo Clemens a Petro ſucceſſor deſignatus.

[d] *Cui cathedram vel eccleſiam omnem.*] Petrus paſſione ſua imminente B. Clementi ſedem epiſcopalem quidem reliquit, ſed Clemens S. Petro mortuo in ſede apoſtolica ſedere noluit, donec vixerunt Linus & Cletus, qui in epiſcopali ſede Petri coadjutores fuerant. Ita Epiphan. hæreſi 27. Vide quæ dicemus infra in Lino & Clemente.

Petrus & Paulus uno & eodem die ejuſdem anni mortui ſunt. " Vetus Theologus apud Euſebium. " Gelaſio.

[e] *Cum Paulo.*] Quamquam Prudentius periſte. hym. 12. Aug. de ſanct. ſerm. 28. affirment, uno quidem die, non autem eodem anno Petrum & Paulum occiſos eſſe, verior tamen & magis probata eſt eorum aſſertio, qui ambos una die ejuſdem anni palmam martyrii adeptos eſſe dicunt. ita cum univerſa eccleſia ſentiunt " Caius, Zephyrinus, & Dionyſius Corinthiorum epiſcopus apud Metaphraſten die 29. Iunii. Item Euſeb. in chron. Epiph. hæreſi 27. Hier. de ſcript. eccleſ. Maximus dicto ſerm. de S. Petro. Caſſiodorus in chron. Priorem ſententiam Prudentii ab hæreticis vulgatam fuiſſe, concilium Romanum ſub " Damaſo poſt canonem de libris apocryphis teſtatur, his verbis. *Addita eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli apoſtoli vaſis electionis: qui non diverſo* (ſicut falſo hæretici garriunt) *ſed uno eodemque die glorioſa morte cum Petro in urbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans, coronatus eſt, & pariter ſupradictam S. Romanam eccleſiam Chriſto domino conſecrarunt.* Baron. anno Chriſti 69. num. 3. & 4.

" 68.

[f] *Martyrio.*] Petrus & Paulus anno Chriſti " 68. Neronis 12. in carcerem conjecti; ille quod Simonem magum per aerem volantem invocatione divini nominis dejeciſſet, hic quod pellicem Neronis ad Chriſtianam religionem converiſſet, & ex impudica caſtam reddidiſſet: anno ſequente ambo virgis cæſi, poſt oſculum ſibi mutuo datum occiduntur: Petrus cruci capite in terram demiſſo affigitur, Paulus autem gladio glorioſiſſime occubuit. Baron. prædicto loco poſt paſſionem anno domini 38. verius 36.

" 67.

[g] *Poſt paſſionem domini anno 38.*] Verius 35. poſt paſſionem domini, Neronis 13. qui eſt Chriſti nati " 69. Nam cum omnium conſenſu receptum ſit, apoſtolos hoſce duos, Petrum & Paulum, ſub Nerone 29. Iunii martyrium ſubiiſſe, ipſum vero Neronem, ut ex Suetonio & Dione conſtat, decima Iunii occiſum eſſe, adeoque ad 29. Iunii decimiquarti anni imperii ſui non perveniſſe, neceſſario ſtatuendum eſt hoc glorioſum duorum Apoſtolorum martyrium non decimoquarto ſed decimotertio anno Neronis, qui eſt Chriſti nati " 69. paſſi vero 35. contigiſſe. Hanc ſententiam Caius antiquus theologus, Zephyrinus pontifex, & Dionyſius Corinthiorum epiſcopus apud Metaph. prædicto loco citati approbant. Baron. anno Chriſti 69. num. 1. & 2.

" 67.

Ex C. MS. editus fuit Moguntiæ anno 1525. cum codice canonum veteris eccleſiæ Romanæ, iterum recuſus Pariſiis an. 1609.

TRACTATVS DE " PRIMATV ROMANÆ ECCLESIÆ.

Deuter. 17.

SI difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, & cauſam & cauſam, & judicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus: venieſque ad ſacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore: quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem: & facies quodcumque dixerint qui præſunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te juxta legem ejus: ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.

Sacerdotis ſummi imperio obediendum ex lege divina.

A *Anacletus ſervus ſervorum Dei, omnibus epiſcopis & reliquis Chriſti ſacerdotibus ſalutem.*

SACROSANCTA Romana & apoſtolica eccleſia non ab apoſtolis, ſed ab ipſo domino ſalvatore noſtro primatum obtinuit, ſicut ipſe Petro beato apoſtolo dixit: *Tu es Petrus,* & reliqua. Ergo hæc apoſtolica ſedes, cardo & caput omnium eccleſiarum, a domino, & non ab alio, eſt conſtituta: & ſicut cardine oſtium regitur, ſic hujus ſanctæ ſedis auctoritate omnes eccleſiæ, domino diſponente, reguntur. Igitur ſi quæ cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad hujus ſanctæ ſedis apicem eas quaſi ad caput referte, ut apoſtolico terminentur judicio.

Diſt. 22. cap. Sacroſancta. Idem Diſt. 21. cap. In novo. *Matth. 16.*

B *Zephyrinus Romanæ urbis archiepiſcopus, omnibus epiſcopis ſalutem.*

AD Romanam eccleſiam ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis, appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem: ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a ſuis oppreſſionibus releventur: quia non poteſt nec debet oblivíſci mater filium ſuum. Iudicia enim epiſcoporum, maioreſque eccleſiæ cauſæ, a ſede apoſtolica, & non ab alia, ſunt terminandæ: quia licet in alios transferantur epiſcopos, beato tamen apoſtolo Petro dictum eſt: *Quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.*

2. q. 6. cap. ad Romanam. *Matth. 16.*

C *Calliſtus archiepiſcopus eccleſiæ catholicæ urbis Romæ, omnibus epiſcopis ſalutem.*

NON decet a capite membra diſſidere; ſed juxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, omnia membra caput ſequantur. Nulli vero dubium eſt, quod apoſtolica eccleſia mater ſit omnium eccleſiarum, a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare: & ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris ſui, ſic & vos voluntatem veſtræ implete matris, quæ eſt eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione juſtitiæ contra hujus diſciplinam actum fuerit, ratum habere ratio nulla permittit.

Diſt. 12. cap. Non decet.

Fabianus epiſcopus Romæ, omnibus epiſcopis ſalutem.

D SI in rebus ſæcularibus ſuum cuique jus & proprius ordo ſervandus eſt, quanto magis in eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio? quod hac obſervatione ſervabitur, ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuitur.

Idem. Si quis judicem ſibi adverſum ſenſerit, vocem appellationis adhibeat. Appellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis injuriare cuſtodia, ſed liceat appellatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare. Liceat etiam in cauſis criminalibus appellare, nec vox appellationis denegetur ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinarit. Pulſator ante ſuum judicem cauſam dicat, & ante non ſuum judicem, pulſatus, ſi voluerit, taceat: & ut pulſatis, quoties appellaverint, induciæ dentur, nec quemquam a ſuo non judice dicta ſententia conſtringat.

E

2. q. 6. cap. Licet cum ſeq.

Sixtus univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus, omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ rectoribus ſalutem.

SI quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua adverſitate, licenter hanc ſanctam & apoſtolicam appellet ſedem, & ad eam, quaſi ad caput, ſuffugium habeat, ne innocens damnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur. Si autem neceſſe ei evenerit, eamque minime appellare voluerit, & vocatus tamen ab hac ſancta ſede fue-

Ibidem c. Si quis veſtrum.

rit; non renuat venire: sed confestim, ut ei nuntiatum fuerit, venire festinet: & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si fuerit necesse aliquid corrigere, cum his quos primos hic invenerit, corrigat. Ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam hinc literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter hic suam aliorumque causam finierit, quatenus * ea absque aliqua ambiguitate nuntiare & prædicare possit omnibus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram huius sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam, & sicut egerit, ita recipiet: si bene, bene: si grave, grave: si pessime, pessime: quoniam dignus est operarius mercede sua.

* eam.

Matth.10.

Silvester papa generali residens synodo, dixit.

9 q. 3. Nemo jud.

NEMO judicabit primam sedem, justitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur.

Iulius apostolicæ sedis episcopus, omnibus episcopis salutem.

HABET sacrosancta Romana ecclesia potestatem, singulari sibi privilegio concessam, aperire & claudere ianuas regni cælestis, quibus voluerit.

Gelasius episcopus omnibus episcopis.

Ibidem c. Cuncta per mundum.

CVNCTA per mundum novit ecclesia, quod sacrosancta Romana ecclesia fas habeat judicandi: neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa præterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo precedente exolvendi quos synodus iniqua damnaverat, & damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habeat facultatem: & hæc nimirum pro suo principatu, B. Petrus apostolus domini voce & tenuit semper, & retinebit.

Symmachus papa universis episcopis.

Ibidem c. Aliorum.

ALIORVM hominum causas Deus voluit per homines terminare, sacro vero sanctæ sedis Romanæ præsulem suo sine quæstione reservavit arbitrio: voluit B. Petri successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam.

Vigilius papa dilectissimo fratri Euthero " coepiscopo.

" Eutherio sive Eleutherio.

NVLLI vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum, a quo omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat: quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beato Petro tamen concessum est, ut ceteris præmineret: unde & Cephas vocatur, quia caput & primus est omnium apostolorum: & quod in capite præcessit, in membris sequi necessum est. Quamobrem sancta Romana ecclesia, ejus merito domini voce consecrata primatum tenet omnium ecclesiarum: ad quam tam sancta episcoporum negotia atque querelæ atque judicia, quam & majores ecclesiarum quæstiones quasi ad caput semper referendę sunt. Nam & qui se scit aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa namque ecclesia quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem vocatæ sint solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium sedem apostolicam, episcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia causarum, eidem sanctæ sedi reservata esse liquet, præsertim cum his omnibus ejus semper sit expectandum consilium: cujus tramiti si quis obviare tentaverit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eamdem sanctam sedem noverit redditurum.

2. quæst. 6. Qui se scit aliis.

Gregorius servus servorum Dei, omnibus episcopis per diversas provincias constitutis.

DIVINIS præceptis & apostolicis saluberrimis incitamur monitis, ut pro omnium statu impigro vigilemus affectu: & quia cunctarum dispositione divina ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia apostolica auctoritate subvenire optamus: quoniam divinæ virtutis & infirmitatis humanæ sanctio est, ut omnium ecclesiarum negotia ad nostræ reparationis tendant effectum. Qua propter has ad vos literas destinamus, in quibus decreto nostro vestram rogantes caritatem, mandamus, ut nihil prius de eo quod ad sinum sanctæ Romanæ confugit ecclesiæ, ejusque implorat auxilium, decernatur, quam ab ejusdem ecclesiæ fuerit præceptum auctoritate: quæ vices suas ita aliis impartivit ecclesiis, ut in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem, quod non arbitramur, a quoquam secus præsumptum fuerit; ab officio cleri submotus, apostolicæ auctoritatis reus ab omnibus judicetur: ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia quosque audeant dilacerare: & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant.

Idem eisdem. Præceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ a sancta Romana & apostolica auctoritate jussa sunt, salutifere impleantur, si ejusdem sanctæ ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non novum aliquid præsenti jussione præcipimus, sed illa quæ olim indulta videntur firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad sedem apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum, debeat referri, & inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere: cujus auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolint ab apostolica, super quam Christus universalem fundavit ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hæc apostolicæ sedis præcepta non observaverit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

Distin. 12. Præceptis.

Idem eisdem. Nulli fas est, vel velle vel posse transgredi apostolicæ sedis præcepta, nec ejus dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto ministerio fiat, nec de ejus judicio quisquam postea curam habeat: quoniam jam damnatus a sancta & apostolica ecclesia ejusque auctoritate, pro sua inobedientia atque præsumptione, a quoquam esse non dubitatur, quia majoris excommunicationis dejectione est exigendus, cui sanctæ ecclesiæ commissa fuerit disciplina: qui non solum præfatæ sanctæ ecclesiæ jussionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne præterirent, insinuare.

Distin. 19. Nulli fas.

ſinuare. Sit ergo alienus a divinis & pontificalibus A officiis, qui noluit præceptis obedire apoſtolicis.

Si quis ſuper his nos arguere voluerit, aut extra auctoritatem facere contenderit, veniet ad ſedem apoſtolicam, quo omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quæſtio habetur, confluere juſſa ſunt: ut ibi ante confeſſionem ſancti Petri mecum juſte decertet, quatenus inibi unus ex nobis ſententiam ſuſcipiat.

Nicolaus papa omnibus epiſcopis.

17. quæſt. 4. Nemini.

NEMINI licitum eſt de ſedis apoſtolicæ judicio judicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum; videlicet propter Romanæ eccleſiæ primatum, Chriſti munere in Petro apoſtolico divinitus collatum. B

Cæcilius Cyprianus in epiſtola ſua dicit ita.

Cyprian. in tract. de ſimpl. prælatorum. 24 q. 1. c. Loquitur dominus. *Matth. 16. Ioan. 20.*

LOQVITVR dominus ad Petrum: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Super unum ædificat eccleſiam, & quamvis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: *Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum*: tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejuſdem originem, ab uno incipientem, ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant utique ceteri apoſtoli, quod fuit Petrus; pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſiam etiam in cantico C canticorum Spiritus ſanctus ex perſona domini deſignat, & dicit: *Vna eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.* (*Cantic. 6.*) Hanc eccleſiæ unitatem & beatus apoſtolus Paulus docet, & ſacramentum unitatis oſtendit, dicens: *Vnum corpus, & unus ſpiritus, una fides, unum baptiſma, unus Deus.* (*Epheſ. 4.*) Quam unitatem tenere firmiter & vindicare debemus maxime nos epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus, ut epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei virtutem perfida prævaricatione corrumpat.

Ibid. id Cypr.

Idem. Epiſcopatus unus eſt cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur: eccleſia una eſt, quę in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, D quomodo ſolis multi radii ſunt, ſed lumen unum: & rami arboris multi ſunt, ſed robur unum tenaci fundatum radice: & quomodo de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur in origine. Avelle radium ſolis a corpore, diviſionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte præcide rivum, præciſus areſcit: ſic & eccleſia domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit: unum tamen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur. Ramos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit: unum tamen E caput eſt, & origo una & una mater fecunditatis ſucceſſibus copioſa. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica, unam domum novit, unius cubiculi ſanctitatem caſto pudore cuſtodit.

Ibidem.

Idem. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt: habere non poteſt Deum patrem, qui univerſalis eccleſiæ non tenuerit unitatem.

Hactenus ex codice antiquo.

" Quæ ſequuntur à Ioanne Vvendelſtino, Petro

SVFFICERENT " quidem iſta apud eos Chriſtianos qui parent, & ſimpliciter credunt quidquid tradit ac tenet ſancta mater eccleſia. Cum autem noſtra ætate ſedis apoſtolicæ auctoritas a plurimis Belial & inobedientiæ filiis, non ſolum revocetur in dubium, ſed etiam editis libellis impugnetur; pluribus profecto & ſcripturarum teſtimoniis, & ſanctorum patrum adſtipulationibus debet primatus Petri & ſucceſſorum ejus affirmari. Id quod efficaciter præſtiterunt, ſuperiori ætate D. Thomas opuſculo contra errores Græcorum, D. Antonin. 3. part. ſummæ, Card. Turrecremata lib. 2. ſummæ, Thomas Vvald. lib. 2. doctrinæ fidei & patrum, ac noſtra ætate Cardinales Cajetanus, Roffenſis, Contarenus, Polus, Oſius, & alii variorum ordinum: Catharinus, Ecchius, " Pighius, Ioannes Faber, Iacobus Latomus, Cochleus, Campegius, Ioannes Antonius Delphinus, Petrus a Soto, Alphonſus de Caſtro, Alanus Copus, Melchior Canus, Ioannes a Louanio, Franciſcus Turrianus, Remundus Ruffus, Nicolaus Sanderus eruditiſſimis octo libris de viſibili monarchia eccleſiæ, noviſſime autem illuſtriſſimus cardinalis Baronius, Bellarminus, " & alii theologi quam plurimi. Copioſiſſime enim ſimul & ſolidiſſime oſtenderunt ex ſacris literis, ex antiquis conciliis, ex apoſtolicis decretis, ex antiquiſſimis patribus, ex probatiſſimis eccleſiæ doctoribus, ex legibus denique publicis & approbatis hiſtoriis rem hanc B ita clare deduxerunt, ut de ea nemo amplius dubitare queat, niſi qui per hæreſim & rebellionem penitus eſt ſubverſus, ac judicio proprio, ut ait apoſtolus, condemnatus. Cum autem iſtorum libri non omnibus paſſim ſint ad manum, operæ precium fuerit hic aliquot teſtimoniis propoſitum confirmare, ne lector dubio aut ſuſpenſo animo tot ac tam præclara ac pia veterum Romanorum pontificum decreta; quæ nunc eduntur, legat: cui profecto omnem dubitationis ſcrupulum, ſi non obſiſtat rebellionis aut odii affectus, ſequentes poterunt auctoritates eximere. Ipſe enim dominus & ſalvator noſter Ieſus Chriſtus in ſingularem prærogativam ſic loquitur in evangelio ad Petrum: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus* &c. Item, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Tertio, *Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* Quarto, *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu* C *aliquando converſus, confirma fratres tuos.* Quinto, *Simon Ioannis, diligis me plus his? Paſce agnos meos, Paſce oves meas.* Hæc profecto ſingulariter Petro, primo Romanæ eccleſiæ pontifici, nulli aliorum apoſtolorum, dixit dominus. Sunt & alia plura evangelii loca, ex quibus Petri primatum haud obſcure obſervare liceat. Vbique enim in apoſtolorum catalogis primo loco ponitur Petrus, licet vocatione primus non fuerit, & non raro nominatim præ aliis commemoratur. Atque pro ſolvenda didrachma ait dominus illi ſpecialiter: *Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore ejus, invenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me & te.* Neque ſine myſterio dixit ei, *Tu me ſequere*, ut ſcilicet ſimili mortis genere eum ſequeretur, cujus in eccleſia vices præ ceteris adminiſtraturus erat. Nec parvi momenti eſt, quod a ſe petra Chriſtus Simonem, mutato nomine, Petrum vocavit: *Tu vocaberis*, inquit, *Cephas, quod interpretatur Petrus, quia ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Neque caret myſterio, quod cum dominus D poſt reſurrectionem ſuam ſe diſcipulis ſuis manifeſtaret iterum ad mare Tiberiadis, ſolus Petrus, *cum audiſſet quia dominus eſt, tunica ſe ſuccinxit, erat enim nudus, & miſit ſe in mare: alii autem diſcipuli navigio venerunt.* Hoc quippe ſignum fuit, ut ait S. Bernardus, ſingularis pontificii Petri, per quod non navem unam, ut ceteri, quique ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt: Naves, eccleſiæ. Inde eſt, quod altera vice Matthæi 14. & Marci 6. inſtar domini gradiens ſuper aquas, unicum ſe Chriſti vicarium deſignavit, qui non uni populo, ſed cunctis præeſſe deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Solus ergo ſupra mare juſſus eſt venire ad Chriſtum, ut daretur intelligi, quod totus orbis, qui per mare eſt deſignatus, ſuæ ditioni parere deberet. Neque fruſtra dictum Petro putat ſanctus Ambroſius, Duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei videre, ſcire filium Dei, & profeſſionem divinæ generationis aſſumere? Non turbatur E itaque navis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Per navem enim Petri, quam Chriſtus aſcendit, eccleſia ſignificatur. Sed & alia loca evangelii animadvertunt ſacri interpretes circa Petrum ad univerſalis eccleſiæ curam pertinentia, velut Matthæi 18. *Accedens Petrus ad Ieſum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Vbi ſane, tamquam præſes eccleſiæ, fraternæ correctionis modum diligenter præ aliis quæſivit apoſtolis. Et ſequenti capite, *Ecce*, inquit, *nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Vbi Chryſoſtomus ait: Interrogat Petrus, ut tu inops diſcas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Qui enim claves regni cælorum acceperat, pro his quæ ibi ſunt, confidit, & pro orbe terrarum interrogat. Inſtante item tempore paſſionis, ſoli Petro nominatim dixit dominus: *Simon dormis? non potuiſti una hora vigilare mecum?* Vbi voluit oſtendere Chriſtus, Petrum præ cæteris ex commiſſo ſibi officio debere vigilare. Sed & abſciſſio auriculæ,

Margin notes (right column): Crabbo, Laurentio Surio, Dominico Nicolino, & Severino Binio addita ſunt, nec omiſſa ſunt à R. C. quem κατὰ πόδας ſequimur. ' Nicolinus iſta vocabula ſic digeſſit, auxit duobus dumtaxat Binius. " Perroniū, Gretſerum, Sirmundū, Allatium, aliosq; absq; numero poſſemus adjungere. — *Tit. 3.* — *Matth. 16.* — *Luc. 22.* — *Ioan. 21.* — *Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6.* — *Matth. 17.* — *Ioan. 21.* — *Ioan. 1.* — *Matth. 16.* — *Ioan. 21.* — *Bern. lib. 2. ad Eugen.* — *Apoc. 17.* — *Luc. 5.* — 24. q. 1. Nō turbatur. — *Matth. 19.* — *Marc. 14. Luc. 22.*

Ambrof. in Luc. lib. 9. cap. 95.

culæ, a beatis Ambrofio & Gregorio in myfterium paftorale trahitur. Quare tollit, inquiunt, aurem Petrus? Quia ipfe eft, qui accepit claves regni cælorum. Ille enim condemnat, qui & abfolvit, quoniam ligandi atque folvendi idem adeptus eft poteftatem. Tollit autem aurem male audientis, tollit autem gladio fpiritali aurem interiorem male intelligentis. Hæc & id genus plura evangeliorum loca, fymbolice ad Petri primatum referuntur a facrarum literarum interpretibus, etiam antiquiffimis, non modo Latinis, fed & Græcis, quos recenfere longum foret. Sunt & alia fcripturæ loca, tum in epiftolis, tum in actibus apoftolorum, quæ principem apoftolorum fuiffe Petrum aperte declarant, uti Roffenfis epifcopus eleganter deducit: fed hic commode referri propter prolixitatem non poffunt. Satis itaque fuerit pro ampliori hujus rei declaratione, tres ex antiquis ecclefiæ doctoribus in teftimonium accerfere. Hæc autem funt verba B. Dionyfii, quem Areopagitam vocant, capite tertio de divinis nominibus ad Timotheum. *Namque & apud ipfos divino fpiritu plenos pontifices noftros, cum & nos (ut nofti) & plerique ex fanctis fratribus noftris ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumque ceperat, conveniffemus: (aderat autem & frater domini Iacobus, & Petrus fupremum decus, & antiquiffimum theologorum columen) ubi poft contuitum placuit, ut infinite potentem divinæ infinitatis bonitatem pontifices laudarent omnes, quifque pro captu fuo.* Hæc ibi. Et alibi vocat Petrum non raro fummum & verticalem apoftolum, quemadmodum poftea eumdem vocavit B. Chryfoftomus os & principem apoftolorum, verticem totius confortii, paftoremque ac caput ecclefiæ. Sed & Cyrillus Originefque & Theophilus, id genus epitheta illi attribuiffe leguntur. Sic deinde antiquiffimus Afrorum fcribit in libro de præfcriptionibus adverfus hæreticos Tertullianus: *Si Italiæ*, inquit, *adjaces; habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præfto eft. Felix ecclefia, cui totam doctrinam apoftoli cum fanguine fuo profuderunt: ubi Petrus pafsioni dominicæ adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi apoftolus Ioannes, pofteaquam in oleum igneum demerfus nihil paffus eft, in infulam relegatur. Videamus quid didicerit, quid docuerit*, &c. Hæc ille. An vero non eft hoc grande teftimonium, ab eo præfertim qui Romanis clericis inimicus fuiffe legitur? Sic antiquiffimus item "Latinorum ante mille trecentos quinquaginta annos fcripfit Irenæus epifcopus Lugdunenfis lib. 3. contra hæreticos: *Maximæ*, inquit, *& antiquifsimæ, & omnibus cognitæ, a gloriofiffimis duobus apoftolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conftitutæ ecclefiæ, eam quam habet ab apoftolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per fuccefsiones epifcoporum pervenientem ufque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per fui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam fententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclefiam, propter potentiorem principalitatem, neceffe eft omnem convenire ecclefiam, hoc eft, eos qui funt undique fideles: in qua femper, ab his qui funt undique, confervata eft ea quæ eft ab apoftolis traditio.* His itaque, & id genus aliis rationibus & auctoritatibus conftat, Romanam ecclefiam femper habuiffe primatum inter omnes totius orbis ecclefias, a temporibus apoftolorum in hanc ufque horam. Vnde allegatur a Fabro Conftantienfi Græcus auctor [a] Hugo * Etherianus, qui tempore Emanuelis imperatoris, in Latinorum fententiam tres libros de proceffione Spiritus fancti fcripfit, ubi inter cetera his utitur verbis: *Quibus ex rebus liquido claret, quod Petrum, ejufque fucceſſorem, principem Chriftus & caput non modo Latinorum, Græcorum, occidentis & feptemtrionis univerfi, verum etiam Armeniorum, Arabum, & totius orientis ac meridiani climatis in perpetuum conftituit. Ob quam rem occidui folis limites univerfi, Petri fucceſſorem extunc fibi dominum recognofcunt, & fub illo præfule diriguntur, quod omnes facere opportunum eft.* Hæc Græcus ille auctor. Hinc certe funt ampliffima illa fedis apoftolicæ privilegia, quæ Iulius papa & Athanafius patriarcha ad longum commemorant in epiftolis fuis ex concilio Nicæno: quæ tamen & antea huic fedi fuiffe attributa, ex hiftoria ecclefiaftica, veterumque pontificum decretis, haud obfcure cognofcitur. Ita enim ante Nicænam fynodum fcripfit Marcellus papa & martyr Maxentio imperatori: *Synodum epifcoporum abfque hujus fedis Romanæ auctoritate (quamvis quofdam epifcopos pofsitis congregare) non poteftis regulariter facere, neque ullum epifcopum, qui hanc appellaverit apoftolicam fedem damnare, antequam hinc diffinitiva fententia procedat.* Nemo igitur fine peccato aut inftituta ejus contemnit, aut ejus præcepta tranfgreditur. Vnde ait Damafus papa: *Omnia decretalia, & cunctorum prædeceſſorum noftrorum conftituta, quæ de ecclefiafticis ordinibus & canonum funt promulgata difciplinis, ita ab omnibus epifcopis ac facerdotibus generaliter cuftodiri debere mandamus, ut fi quid in illa commiferint, veniam fibi honoris deinceps noverint denegari.* Quod fi fanctis iftis pontificibus, velut in propria caufa, minus credendum effe dixerint adverfarii, credant faltem B. Cypriano fuperius allegato, cujus & hæc funt ad S. Cornelium Romanum pontificem verba:

In art. 13.

Dionyfius de tranfitu Mariæ.

Chryfoft. in Matth. hom. 55.

Tertullianus.

" fcripfit Græce.

Irenæus lib. 3. cap. 3.

* Etheria-nus.

Privilegia Rom. ecclefiæ.

Dift 17. ca. Synodum.

25. q. 1. cap. Omnia.

Quales putas effe eos, qui facerdotum hoftes, & contra ecclefiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hærefes obortæ funt, aut natæ fchifmata, quam inde, quod facerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in ecclefia ad tempus facerdos, & ad tempus judex vice Chrifti cogitatur. Cui fi fecundum magifteria divina obtemperaret fraternitas univerfa, nemo adverfum facerdotum collegium quidquam moveret: nemo poft divinum judicium, poft populi fuffragium, poft coepifcoporum confenfum, judicem fe, non jam epifcopi, fed Dei faceret.

Cypr. in ep. lib. 1. ep. 3.

NOTA "SEVERINI BINII.

[a] *Hugo.*] Hunc Hugonem, Trithemius, Tufcum fuiffe afferit, atque ita Latinum, id quod probabilius eft: quamvis non modo Latine, fed & Græce doctiffimus fuerit; ut ipfemet in præfatione operis fui, de proceffione Spiritus fancti, contra Græcos, quam ad Alexandrum tertium mifit, teftetur fe Conftantinopoli ab imperatore Emmanuele confultum de rationibus Latinorum pro eorum fententia."

" Imo potius Nicolini, quem exfcripfit Binius.

" Vide quæ diximus tomo 1. de fcript. ecclef.

DE SANCTO LINO PAPA ET MARTYRE.

ANNO CHRISTI 70." 67.

Ex libro pontificali Damafi papæ.

[a] LINVS natione Italus de regione Tufciæ, patre Herculano, [b] fedit annos undecim, menfes 3. dies 12. Fuit autem temporibus Neronis, [c] a confulatu Saturnini & Scipionis, ufque ad Capitonem & Rufum confules. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B. Petri [d] conftituit, ut mulier velato capite in ecclefiam introiret." Hic fecit ordinationes duas, & epifcopos 15. presbyteros 18. qui fepultus eft juxta corpus B. Petri in Vaticano, fub die IX. Kalend. Octobris.

" abfunt a C. H.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Linus.*] Linum Petro fucceffiffe, patrum & hiftoricorum antiquiffimorum teftimonia probant, rationes vero evidentiffime contra multorum calumniam convincunt. Ignatius in epiftola ad Mariam Caffobolitem: *Cui* (de Cleto loquitur) *nunc fucceſsit beatifsimus Clemens.* Linum igitur Clemente in pontificali fede anteriorem non fuiffe S. Ignatius fine dubio negaverit. S. Irenæus lib. 3. cap. 3. Petro apoftolo Linum in regimine univerfalis ecclefiæ fucceffiffe, aperte fatetur his verbis: *Fundantes igitur & inftruentes B. apoftoli ecclefiam, Lino epifcopatum adminiftrandæ ecclefiæ tradiderunt.* Tertullianus lib. 3. carminum, quæ fcripfit in Marcionem, non modo Linum Petro, verum etiam Cletum Lino, & Clementem Cleto furrogatum fuiffe teftatur his verfibus:

Ex quibus electum magnum plebique probatum
Hac cathedra, Petrus qua federat ipfe, locatum
Maxima Roma Linum, primum confidere juffit.
Poft quem Cletus & ipfe gregem fufcepit ovilis.
Hujus Anacletus fucceſſor forte locatus:
Quem fequitur Clemens &c.

Linum Petro fucceffiffe probatur teftimonio Ignatii.

Irenæi.

Tertulliani.

An Clemens Anacleto poftponendus fit, infra dicemus in Clemente. Epiphanius hærefi 27. *Epifcoporum*, inquit, *in Romæ fucceſsio hanc confequentiam habuit, Petrus & Paulus, Linus, Cletus, Clemens.* Optatus Milevitanus lib. 2. catalogum Romanorum pontificum ufque ad fua tempora retexens, fic exorditur. *Cathedra unica, quæ eft prima de dotibus, fedit prior Petrus, cui fucceſsit Linus, Lino fucceſsit* &c. Eodem ordine S. Auguft. epiftola 161. Optatum fecutus, pontificiam feriem collocat. S. Hieronymus Romanæ ecclefiæ alumnus, corrigens fententiam quam dixerat cap. 52. Ifaiæ in fine, hæc ait libro de fcript. ecclef. in Clemente cap. 15. *Clemens de quo apoftolus Paulus ad Philippenfes*, &c. *quartus poft Petrum Romanus epifcopus: fiquidem fecundus fuit Linus, tertius Cletus: tametfi plerique Latinorum fecundum poft Petrum apoftolum putant fuiffe Clementem.* Hanc primorum pontificum fucceffionem, qua Linus Petro fubjungitur, Cletus Clementi anteponitur, præter Romanæ ecclefiæ martyrologium, canon miffæ facratiffimus, ea parte qua poft Linum Cleti ac Clementis commemoratio habetur, non fane leviter confirmat: ita ut ad hanc fententiam corroborandam fere neque Eufebii in chron. & 3. hift. cap. 28. neque Niceph. lib. 2. cap. 28. teftimonio opus effe videatur. Libri pontificalis, quem Damafo falfo adfcribi fupra diximus, auctoritate contraria nihil movemur: maxime propterea, quod ficut multis aliis in locis, ita etiam in horum pontificum fucceſ-

Epiphanii.

Optati.

Auguftini.

Hieronymi.

Refellitur objectio quædam, & fimul prædicta fententia ratione confirmatur.

successione contexenda, sibiipsi contraria scripserit. Fatetur Clementem in ejus vita, tertio anno Trajani imperatoris,
" 99. qui cum anno Christi nati " 102. concurrit, martyrium subiisse: fatetur novem annos cathedram pontificalem gubernasse: adeoque cum communi sententia initium illius ad
" 91. aut 91. annum Christi nati " 93. & Domitiani imperatoris decimum referendum esse. Quomodo ergo vera sunt quæ supra & infra
" 67. insinuat, Clementem Petro anno Christi " 69. Neronis 13. in pontificatu subrogatum esse? Linum & Cletum non aliter quam coadjutores, Petro vivente in pontificatu coopetatos esse? Hoc igitur gladio in proprium jugulum converso, fateri debet quod Linus ac Cletus, spatio viginti trium circiter annorum, inter martyrium Petri & initium Clementis interjacente, ordinaria, non delegata potestate & auctoritate, alter post alterum universæ Ecclesiæ præsederint. Vrgebis,
Refellitur objectio secunda. quod Damasus, sive liber pontificalis in vita Petri ac Clementis, scribit, Clementem a Petro successorem cathedræ pontificalis designatum esse, eumdemque ab eodem adhuc vivente per manuum impositionem ordinatum esse: Anacletus & Alexander epistola prima, Ioannes tertius in epistola ad episcopos Germaniæ, Tertullianus de præscriptionibus cap. 32. Epiphanius hæresi 27. Ruffinus in præfatione recognitionum confirmant. Respondeo. Vtrumque verum est:
Clemens oblatum sibi pontificatum ad tempus recusat. Clementis per Petrum designatio vere quidem contigit, sed oblatum sibi pontificium post obitum Petri non acceptavit. Testatur id prædicta hæresi 27. Epiphanius, ubi ait Clementem hæc verba dixisse: *Secedo, abeo, erigatur Ecclesia Dei*, iisque ad obitum utriusque, Lini nimirum & Cleti episcopatum recusasse. Nulla igitur inter prædictos auctores contrarietas est. Sicut enim ii, qui Linum Petro successisse aiunt, Clementi pontificatum oblatum esse non negant, ita etiam illi, qui Clementem Petri, dum adhuc viveret, successorem ordinatum vel designatum esse scribunt, non inficiantur Clementem oblatum pontificalis officii sedem humillime recusasse. Baron. anno Christi 69. num. 38. & seqq. Bellarminus lib. 2. de Rom. pontif. cap. 5.

Tempus Lini. [b] *Sedit annos undecim, menses 3. dies 12.*] Verius, annis
" 23. 11. mensibus duobus, diebus 23. Iussu enim Saturnini consularis " 2c. Septembris, ut patet ex martyrologio Romano, potius sub Vespasiano quam Tito martyrio coronatum esse, ex Titi humanitate, de qua Suet. cap. 9. conjicere licet. Cum
" 78. igitur initium Titi in mensem Iunium anni Christi nati " 81.
" 23. incidat, necessario martyrium Lini " 25. Septembris Vespa-
" 78. siano adhuc regnante peractum, ad annum Christi " 80 referri debet. Vnde si ad posterum diem obitus Petri recedas & retronumeres, (quot diebus enim sedes post Petrum defunctum vacaverit, non constat) prædictam summam annorum, mensium & dierum, quibus Linus pontificatum tenuit, invenies. Vide Baron. anno Christi 80. num. 1.

De libro pontificali judicium. [c] *A consulatu Saturnini & Scipionis, usque ad Capitonem & Rufum.*] Consulatus priorum in annum Christi nati " 58.
" 56. Petri 14. Neronis secundum: posteriorum in Christi " 69.
" 67. Petri ultimum Neronis 13. incidit: ut patet ex Baron. annis prædictis. Vnde sequitur auctorem hujus libri pontificalis, quisquis fuerit, præterquam quod sibi non constet, graviter errare. Non constat sibi, quia quem alibi non aliter quam coepiscopum Petri sedisse affirmat, hic propterea confessione
" 23. convictus post obitum Petri usque ad " 25. Septembris pontificiam sedem cum ordinaria auctoritate ac potestate administrasse approbat. Error illius ex supradictis manifeste apparet. Vt ea, quæ de hujus libri auctoritate supra semel atque iterum dixi, vera esse cognoscantur, hæc addo; plura infra dicturus in Cleto & Clemente.

Cur mulieres jussę velato capite ecclesiam ingredi. [d] *Constituit ut mulier velato capite.*] Quod ab apostolo Paulo epistola 1. ad Corinth. cap. 11. pie, sancte & religiose constitutum est, ut feminæ nonnisi operto ac velato capite, ob angelorum, qui juxta expositionem S. Ambrosii sunt sacerdotes, reverentiam templum ingrediantur, hoc idem a Lino pontifice decreto firmatum esse, vel impie, vel ignoranter Magdeburgenses reprehendunt. Bellarminus lib. 4. de Rom. pontifice cap. 8. Vide Baron. anno Christi 57. num. 84. & seqq. ubi pulcre de velandis mulieribus scribit.

E

ANNO CHRISTI 81. " 78.

DE SANCTO CLETO PAPA ET MARTYRE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] CLETUS natione Romanus, de regione vico Patricii, patre " Emiliano, [b] sedit annis 12. mense uno, diebus 11 Fuit autem temporibus Vespasiani & Titi, [c] a consulatu Vespasiani septimo, & Domitiani quinto, usque ad Domitianum nono, & Rufum consules. " Hic ex præcepto B. Petri, 25.

" Æmeliano.

" Martyrio coronatur.

A presbyteros ordinavit in urbe Roma. Qui etiam sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, 6. Kalend. Maias. Et cessavit episcopatus dies 20.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Cletus.*] S. Ignatii, Irenæi, Tertulliani, Epiphanii, Hieronymi, martyrologii Romani, & sacratissimi canonis missalis auctoritate, & ratione eadem Cletum Lino in pontificatu successisse probamus, qua supra Linum S. Petro apostolorum principi subrogatum esse ostendimus. Spatium enim annorum plus minus vigintitrium, quod inter martyrium Petri & initium Clementis intercedit, nemo scriptorum ecclesiasticorum integrum hactenus vel Lino vel etiam Cleto attribuisse legitur. Communior igitur & verior est illa in ecclesia recepta sententia, qua illorum undecim cum aliquot mensibus ac diebus Lino, reliqui Cleto pontifici adnumerantur. Optatus lib. 2. & S. August. epistola 161. catalogum pontificum retexentes, hunc Cletum, utpote quem cum Anacleto unum eumdemque esse existimant, prætereunt & omittunt. Cletus successit secundo loco post Petrū.
B Verba Optati hæc sunt: *Cathedra unica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacletus.* Quod S. Irenæus loco supra allegato, Ignatius & Eusebius hunc pontificem Anacletum nominent, Baron anno Christi 93. num. 1. a solis Græcis scriptorum & librariorum vitio ac errore factum esse putat; nempe quod pro Cleto Anacletum scripserint. Nam Græci ut apparet, nominum similitudine decepti; sicut Marcellum & Marcellinum; Novatum Carthaginensem & Novatianum, patria Romanum; ita etiam Cletum & Anacletum unum eumdemque putantes confuderunt. Bellarm. vero lib. 2. de Rom. pontif. cap. 5. ait, duos fuisse Anacletos; alterum Clementis antecessorem, alterum ejusdem successorem; illum binominem fuisse, Cleti & Anacleti nominibus appellatum, ideoque eumdem tertium pontificem Clementis antecessorem, a Græcis Ignatio, Irenæo, Eusebio Anacletum, a Latinis vero, nempe Tertulliano, Hieronymo, Damaso, &c. Cletum nominatum esse. Cur Optatus & Augustinus Cletum omittant. An Cletus & Anacletus unus & idem sint.

C [b] *Sedit annos 12. mensem 1. dies 12.*] Numerando annos Cleti a postero die obitus Lini; verius annis 12. mensibus 7. diebus 2. sedisse ponitur. Nam 26. Aprilis anno Christi " 93. & Domitiani imperatoris 10. martyrio coronatum esse, martyrologium Romanum attestatur, & ex tempore sedis Clementis colligitur. Baron. anno Christi 93. num. 1. Tempus Cleti. " 91.

[c] *A consulatu Vespasiani septimo & Domitiani quinto, usque ad Domitianum nono & Ruffinum.*] Id est, ab anno Christi " 78. usque ad annum Christi " 85. Prædicti enim " 76.
consulatus cum his annis Christi coincidunt. Errorem igitur " 83.
errori addis, quisquis hujus pontificalis auctor es. Si Cletus prædictis coss. anno Christi 78. sedere cœpit, quomodo Lino, anno Christi 69. Capitone & Rufo coss. ut supra dixisti, defuncto immediate successit? Quomodo novennale sedis pontificiæ interregnum tua solius auctoritate sibi repugnante constitutum excusabis? Quomodo Cletum duodecim an- Liber pontificalis erroris redarguitur.
D nis sedisse ais, cujus sedem pontificiam duobus consulat.-bus, septem annorum intervallo dumtaxat a se distantibus, circumscribis? Quomodo, quod intolerabilius & absurdius est, Clementem a consulatu Trachali & Italici usque ad tertium annum Trajani, id est, ab anno Christi " 70. usque ad " 68.
annum ejusdem Christi " 102. adeoque trigintatribus annis " 100.
pontificiam sedem administrasse ais; quem ibidem in ejusdem vita, annis dumtaxat novem sedisse asseris? Hinc igitur videas, lector, in quos scopulos impingeret, quisquis hujus libri scripta sine ulla inquisitione suscipienda esse sentiret.

ANNO CHRISTI 93. " 91.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA CLEMENTIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] CLEMENS natione Romanus, de regione Cœlio monte, ex patre Faustino [b] sedit annis 9. Fuit autem temporibus Galbæ & Vespasiani, " mens. ij. d. 10.
[c] a consulatu * Tragali & Italici, usque ad Vespasianum nono & Titum. Hic cum [d] multos libros * Trachali.
zelo fidei & christianæ religionis scriberet, martyrio coronatur. Hic [e] fecit 7 regiones dividi notariis fidelibus ecclesiæ, qui gesta martyrum solicite & curiose, unusquisque per regionem suam, perquirerent. Hic fecit [f] duas epistolas, quæ canonicæ nominantur. [g] Hic ex præcepto B. Petri sus-

ANNO CHRISTI 93. " 91.

cepit eccleſiæ pontificatum gubernandum, ſicut ei (A) fuerat a domino Ieſu Chriſto cathedra tradita vel commiſſa. Tamen in epiſtola quæ ad Iacobum ſcripta eſt, qualiter ei commiſſa eſt a B Petro eccleſia, reperies. Ideo Linus & Cletus ante eum conſcribuntur, quia ab ipſo principe apoſtolorum, ad miniſterium ſacerdotale exhibendum ſunt epiſcopi ordinati. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, preſbyteros decem, diaconos duos, epiſcopos per diverſa loca " quindecim. Obiit martyr anno Trajani tertio. Qui etiam ſepultus eſt in Græcia 9. Kalend. Decemb. Et ceſſavit epiſcopatus dies 21.

"tres. "quinque.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Clemens tertio loco poſt Petrū pontificalem ſedem tenet. " 91.

(B) [a] *Clemens*] Clemens totius chriſtianæ religionis ſummus antiſtes fit, tertio poſt Petrum loco & ordine, anno Domitiani 10. Chriſti nati " 93. quo S. Ignatius juſſu tyrannorum plagis & vinculis exagitatus eſt. De hujus enim creatione epiſtola 4. ad Mariam Caſſobolitem hæc ſcribit. *Mihi autem in mentem venit, & dicam verum fuiſſe ſermonem, quem de te audieram, cum Romæ apud B. Anacletum papam* (quem latini Cletum, ut ſupra dixi, nominavere) *eſſes, cui nunc ſucceſſit beatiſſimus Clemens, Petri & Pauli auditor*, &c. De perſecutione autem quam tunc pateretur, idem eadem epiſtola hæc narrat. *Ego vero, o beata, non tam meus quam aliorum nunc factus, exagitor partim exiliis, partim cuſtodiis, partim vinculis. At nihil eorum curo*, &c. Eodem igitur anno quo S. Ignatius pro fide chriſtiana perſecutionem ſuſtinuit, Clemens in pontificatu Romanæ eccleſiæ ſubrogatus eſt. Itaque cum poſt mortem Neronis eccleſia uſque ad decimum Domitiani imperatoris pace & tranquillitate frueretur; divino nutu ac voluntate ſingulari factum eſſe videtur, ut eodem anno quo ſecunda eccleſiæ perſecutio & turbatio orta (C) eſt, Clemens a Petro olim electus, ante hæc tempora Lino & Cleto ſucceſſive hanc præfecturam temporibus eccleſiæ tranquillioribus ceſſerit, eamque libens volenſque acceptaverit eo tempore, quo contra duorum crudeliſſimorum luporum Domitiani & Trajani inſidias, infeſtationem, & crudelitatem, paſtor vigilantiſſimus ovile ſuum tueri ac defendere deberet. Hoc idem eadem quæ ſupra in Lino & Cleto allegata ſunt Irenæi, Epiphanii, Hieronymi, Euſebii teſtimonia ac rationes convincunt. Tertullianus & quidam alii Clementem Anacleto, diverſitate nominum decepti poſtponunt. Exiſtimavit enim Tertullianus Cletum & Anacletum una cum Ignatio, Irenæo, &c. Clementi anteponendum eſſe; non advertens forte ab his Anacletum vocari, quem ille cum aliis pluribus Latinis Cletum nominavit. Baron. anno 69. num. 39.

Cur Clemens pontificatum ad obitum Lini ac Cleti recuſaverit.

Cur Anacletus Clementi anteponitur.

Tempus Clementis. " 100.

[b] *Sedit annos novem.*] Numerando ab ultimo die vacationis ſedis Cleti ſedit annos 9. menſes 6. dies 6. prima Decembris, anno ſecundo Trajani imperatoris, qui eſt Chriſti (D) " 102. in Cherſoneſo, quo fuerat relegatus, martyrio coronatur, ut hinc, & ex Euſeb. & Hier. de ſcript. eccl. conſtat. Vide Baron. anno Chriſti 93. num. 2. & anno 103 num. 1.

" 68. " 79. *Libri pontificalis error.* 101.

[c] *A conſulatu Tragali & Italici, uſque ad Veſpaſianum nono, & Titum coſſ.*] id eſt ab anno Chriſti " 70. & Neronis 14. qui eſt primus poſt martyrium Petri, uſque ad annum Chriſti " 81. Veſpaſiani decimum. Hæc computatio ſi vera eſt, falſum eſt quod ſupra ais, novem annis ſediſſe: & verum non eſt quod infra ſcribis anno tertio Trajani martyrio occubuiſſe. etenim a conſulatu Tragali & Italici uſque ad nonum Veſpaſiani conſulatum numerantur anni duodecim: ad tertium autem Trajani imperatoris, a prædicto conſulatu Tragali, triginta tres anni numerantur. Taceo quod ſedibus Lini & Cleti nullum tempus hæc computatio relinquat. Vides igitur, lector amice, quam egregie auctor libri pontificalis in conſulum ratione ſibi conſtet.

Scripta Clementis quæ?

[d] *Multos libros.*] Præter epiſtolas ſcripſit conſtitutiones apoſtolorum: de utriſque infra agemus. Canones apoſtolorum non quidem condidit, ſed traditos ab apoſtolis græce (E) conſcripſit, ut ſupra diximus de canonibus apoſtolorum, verbo Canones. Inter alia ejuſdem monumenta recenſentur circuitus Petri 10. libris deſcripti, qui ab aliis interdum itinerarium Clementis, ab aliis recognitiones Clementis ſunt appellati. Hi cum inſulſis fabulis referti ſint, eorumque uſu patres ubi temperaverint, Gelaſius vero eoſdem in concilio Romano inter apocrypha rejecerit, omnes etiam prudentes conſulto ab horum lectione abſtinebunt. Traditio eſt, Clementem Romanum pontificem ritum, quem a ſancto Petro acceperat, offerendi ſacrificium, Romanæ eccleſiæ ſcriptis conſignatum reliquiſſe. Multa etiam ſcripta falſo ſub Clementis nomine eſſe evulgata tradunt. Hæc de ſcript. eccleſ. in Clemente Euſeb. 3. hiſt. cap. 32 Baron. anno Chriſti 102. num. 22. & 23. Bellarmini judicium de recognitionibus Clementis habes tomo 3. de gratia & libero arbit. lib. 5 cap. 15.

ANNO CHRISTI 93 " 91.

Acta martyrum a notariis ſeptem excipiuntur.

[e] *Fecit ſeptem regiones dividi notariis.*] Inſtituit notarios ſeptem, ſingulis ſingulas regiones urbis dividens ac committens, qui acta martyrum ſolicite ac curioſe per regiones quiſque ſuas perquirerent, atque conſcriberent. Baron. anno Chriſti 98. num. 3.

Quot & quales epiſtolas ſcripſerit.

[f] *Duas epiſtolas quæ canonicæ nominantur.*] Credo eas intelligi, quarum altera teſte Hier. de ſcript. eccleſ. in Clemente ex perſona Romanæ eccleſiæ ad eccleſiam Corinthiorum contra ſchiſma apud eos exortum ſcripta eſt, quam utilem eſſe, & publice in eccleſia recitatam, ex Hieron. Euſeb. Irenæo & Epiphanio Baron. anno Chriſti 95. num. 1. & ſeqq. non modo probat, verum etiam ejus fragmenta recitat. Alteram vero eſſe puto, qua virginitatis laudem prædicavit, quæque iiſdem teſtibus etiam publice in eccleſia recitari ſolebat. " Neutra harum extat, quia in extantibus nulla ſit inſtituta narratio de virginitate, nulla etiam earum ad Corinthios ſcripta ſit. Præter has aliarum quarumdam mentio fit apud Epiphan. hæreſi 30. apud Hieron. lib. 1. contra Iovin & de ſcript. eccleſ. in Clemente, & in epiſt. ad Epheſ. cap. 2. Vide Baron. anno 95. num. 1. & ſeqq. & anno 102. num. 5. 6. 7.

" Priorem mox ſubjiciemus integram G. & L. cum fragmento poſterioris.

[g] *Hic ex præcepto B. Petri*, &c.] Hæc & reliqua quæ ſequuntur quomodo ſint intelligenda, ex ſupradictis patet.

EPISTOLÆ DECRETALES ROM. PONTIFICVM.

NOTA " SEVERINI BINII.

" Huic ſubjectam vide noſtram ſtricturam.

EPISTOLAS decretales antiquitate ſua & totius mundi reverentia conſecratas, omni gravitate, doctrina & ſanctitate refertas, teſtimonio & uſu poſteritatis omnium ſæculorum confirmatas, ſtylo ac ſermone Apoſtolicis viris convenientiſſimo exaratas, ſacram ſcripturam juxta eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater eccleſia interpretantes, ad (C) martyrium tempore perſecutionis Chriſti domini noſtri exemplo fortiter ſuſtinendum, ad hæreſes ſui temporis redarguendum utiliſſime ſcriptas, reverendus pater Franciſcus Turrianus, ſocietatis Ieſu theologus præſtantiſſimus, quinque libris ſolidiſſime defendit a calumnia Magdeburgenſium, qui eaſdem propter craſſum, ut aiunt, orationis habitum, propter ſuſpicioſam argumentorum ſimilitudinem, propter ſcripturas violenter ipſorum judicio citatas, atque indocte, perplexe, & contrarie explicatas, propter formulas citationum ſibi non cohærentes, propter temporum repugnantiam, propter hiſtoriarum falſitatem, propter alienos ritus, propter corruptelam dogmatum, aliaque hujuſmodi commenta & præſtigia a nobis infra ſuis locis inſinuata & refutata, tamquam commentitias, adulterinas & ſpurias redarguunt, rejiciunt, omnique auctoritate exuere & ſpoliare conantur.

Epiſt. Decretalium defenſor Franciſcus Turrianus. Quibus argumentis a novatoribus impugnentur.

Primum argumentum a ſtyli & materiæ ſimilitudine ſumptum refellitur.

Idque ſane nulla neceſſario urgente de cauſa. Primum enim ſi ſtyli, argumenti & materiarum ſimilitudo, ut iſti (D) aiunt, harum epiſtolarum falſitatem arguere poteſt, ſequeretur primo ſacras canonicas epiſtolas Pauli, Petri, ac Iacobi falſitatis notam incurrere. Nam ſicut illarum pontificiarum plurimæ ſcriptæ ſunt de primatu Petri, de regno eccleſiæ Romanæ, de ordinatione epiſcoporum, de ſacerdotibus non lædendis, accuſandis, ac deponendis, de appellationibus ad ſedem apoſtolicam interponendis, ita apoſtolicæ prædictæ ſacræ & canonicæ epiſtolæ, multa de manſuetudine ac caſtitate, de moderatione ſermonis, de caritate erga omnes, de honeſta converſatione, de vitanda humanę ſapientię jactantia, de pœnitentia ad ſalutem neceſſaria, de proximi temerario judicio fugiendo, de tentatione toleranda, de magiſtratuum debita obedientia, ſimplici ſtylo ac charactere ſcripſerunt.

Secundo ſequeretur omnes hujus ac ſuperiorum ſęculorum pontificum epiſtolas, & diplomata, quę in publicis archiviis per ſtylum, materiam & argumentum ex lege & conſuetudine ſibi ſimillima aſſervantur, non eſſe eorum, quibus in (E) titulo inſcribuntur. Quod ſane non minus abſurdum foret, quam ſi quis ſcriptum Sulpitii ad imitationem Ciceronis evulgatum, Sulpitio " adjudicatum, Ciceroni tribueret, vel commentitium eſſe negaret.

" abjudicatum.

Addo integras ſępe ſententias iiſdem plane verbis de primatu Romanę eccleſię, de appellationibus ad ſedem apoſtolicam interponendis, &c. poſteriorum temporum pontifices ſuis epiſtolis decretalibus inſeruiſſe, quas priorum temporum prędeceſſores pontifices jam ante a ſe ſcriptas poſteris tradiderunt. Quę profecto priorum ſęculorum ſcriptis epiſtolis pontificiis fidem non tantum non adimunt aut minuunt, ſed potius earumdem auctoritatem mirifice illuſtrant & confirmant.

Secundum argumentum a ge-

Genus ſermonis inelegantis, & (ut ipſi aiunt) parum Latini reprehendunt, quod Pliniana, aut Suetonii, Solini, Taciti, Iuſtini, aliorumque iſtius temporis elegantiſſimorum

nere sermonis sũptum refellitur.

scriptorum puritate careat, multisque barbarismis & solœcismis scateat. In specie hasce phrases notant: in epist. 1. Clem. Vt prælibatum est: in 1. Marcelli, Vt præfixum est: in epist. Clem. 2. De sacramentis bene intuendis usque delegavi: in epist. 2. Evaristi. Stephani & Telesphori, episcopi sunt obediendi, non detrahendi: in 2. & 3. epist. Alex. Boni a malis persequuntur: Cavete vos, fratres, ne efficiamini participes malis eorum. In 2. epist. Sixti I. Ab hac sede a sanctis apostolis tueri episcopi jussi sunt: in epist. Victoris ad Afros, Perlatum est ad sedem apostolicam aliquos vestros nocere fratres velle. In epist. Eleuth. Pulsatus super criminibus. In epist 1. Zephyrini: Iudicium ordinabiliter habitum. Callisti 2. Anathematizatorum vox nullum nocere potest, & plura alia, quę post * Magdeburgenses prolixe congessit Robertus Cocus, Anglicanę ecclesię prędicans minister in sua censura, qua catholicos scriptores, veros a falsis & supposititiis, discernere prętendit.

* Plura quoque adversus easdem epistolas Blondellus minister Calvinianus integro volumine.

Verum si propter solœcismos aut barbarismos, sermonem simplicem, rudem, ac vulgarem, epistolę pontificum negari vel rejici deberent, omnes epistolæ sancti Pauli apostoli, omnes veteris ac novi testamenti scriptores sacri & canonici rejiciendi forent. Sanctus Paulus 1. Corinth. 2. de seipso ait: *Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis consistit.* In scriptura sacra innumeras phrases & locutiones inveneris regulis grammaticæ contrarias. Consilium erat, Deo auctore, apostolis eorumque posteris inspiratum, ut in rebus ad salutem omnium pertinentibus, sermone ac verbis imperito vulgo accommodatissimis uterentur. Hinc Origenes lib. 6. & 7. contra Celsum multa adversus eos philosophos disputat, qui τὸ εὐτελὲς scripturæ sanctæ exprobrabant. Idemque tomo 4. in Ioannem solœcismos Pauli excusans ait: *Qui voces distinguit, & significata, & res, non offenditur solœcismis.* Hac de causa æterna memoria dignum esse judicatum est, quod sanctus Spyridion Tremithuntis Cypri episcopus, insignis sacræ fidei confessor, & sacrarum scripturarum propugnator, Tryphilium virum eloquentissimum, a se per miracula ad fidem Christi jam ante conversum, in Nicæna synodo perorantem, & loco verborum Christi, *Tolle grabbatum tuum*, dicentem, Tolle lectum tuum humilem, non immerito, ut refert Sozom lib. 1. cap. 11. objurgavit, quod verbis Christi uti dedignaretur, & eloquentia efferretur.

Hinc S. Hieronymus alioquin disertissimus & elegantissimus scriptor & doctor ecclesiæ, ut in literis ad Damasum scriptis fatetur, phrases scripturæ, quas regulis grammaticorum repugnantes esse non ignorabat, retinere quam mutare maluit.

Hinc B. Gregorius in epistola ad Leandrum in commentarios libri Iob sic stylum suum incultum & inelegantem excusat. Vnde & ipsam, inquit, artem loquendi, quam magisteria disciplinæ exterioris insinuant, servare despexi. Nam sicut hujus quoque epistolæ tenor enuntiat, non metacismi collisionem effugio, non barbarismi confusionem devito. Quia indignum vehementer existimo, ut verba cælestis oraculi restringam sub regulas Donati: nec enim hæc ab ullis interpretibus in scripturæ sanctæ auctoritate servata sunt. Sicut igitur omnes scriptores veteris ac novi testamenti, omnesque posteriorum sæculorum scriptores sacri, in rebus ad fidem & mores pertinentibus, singulari Dei nutu ac voluntate, vulgari sermone usi fuerunt, ideoque nequidem ab ullo hæretico, etsi redargui, non tamen negari potuerunt; ita Magdeburgenses, eorumque posteri censores ac critici scriptores, horum apostolicorum virorum scriptas epistolas propter sermonem simplicem barbarismis ac solœcismis scatentem, a regulis Donati aliorumque grammaticorum desciscentem, non rejecisse, negasse & despexisse; sed potius, tamquam apostolicorum virorum scripta, reverenter acceptasse, suscepisse & exaltasse oportebat.

Tertium argumentũ a tempore S. Hieronymi sumptũ refellitur.

Vulgata editio novi testamenti, ex qua potissima loca scripturæ desumpta sunt, ab Hieronymo non edita sed emendata fuit: ideoque argumentum contra auctoritatem harum epistolarum a citatis scripturis, quas sanctus Hieronymus transtulisset, mutuatum, nullius est ponderis. Africanæ ecclesiæ, Nicæni & Sardicensis conciliorum canones per Donatistarum grassationes, ut infra in notis concilii Sardicensis verbo Approbatum dicemus, eo tempore necdum innotuerant: quid mirum omnes hasce epistolas in archiviis & scriniis Romanæ ecclesiæ delitescentes non fuisse agnitas?

Argumentum a consulari nota refellitur.

Argumentum a consulari chronologia desumptum, apostolicorum virorum epistolis nullam fidem nullamque auctoritatem adimere potest: siquidem notam consularem epistolis Pontificiis, non ipsi Pontifices, sed alij quidam exscriptores earumdem non satis fideles sub & obreptitie addiderunt, ut infra suis locis est ostensum.

Sextum argumentum refellitur.

Commune exordium primæ a S. Zephyrino, & tertiæ a S Fabiano, aliarumque ab aliis trium priorum sæculorum pontificibus scriptarum epistolarum, auctoritatem earumdem si minuat, minuet etiam auctoritatem earum quę a Leone Magno, Hilario, Pelagio, aliisque posteriorum sæculorum pontificibus posteris relictæ non improbantur, sed velut authenticæ ab omnibus recipiuntur. Tertia Leonis primi cum secunda Pelagii collata, ejusdem initii esse reperietur. Hilarii tertia, prima Zephyrini, & tertia Fabiani, unum idemque commune habent principium. Omnes posteriorum sæculorum bullæ pontificiæ ex stylo Romanæ curiæ concluduntur iisdem prope verbis hisce: *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis*, &c. *infringere, vel ei ausu temerario contraire*, &c. Sicut igitur hac de causa propter communem terminandi modum nemo prudens horum sæculorum decretales epistolas pontificias rejicere potest; ita propter idem multarum exordium, easdemque multis insertas sententias ac clausulas antiquorum & primorum pontificum, epistolæ decretales a Magdeburgensibus eorumque sequacibus novatoribus prudenter rejici & exterminari nequeunt.

Reliqua objecta nullius sunt momenti; & si quæ ponderis aliquid habere videantur, isthæc infra suis locis movebuntur & refellentur.

OBSERVATIO PHIL. LABBE S. I.

Mirum est viris doctissimis Turriano, Binio, & quibusdam aliis in tanta eruditionis ecclesiasticæ luce probari potuisse decretales illas epistolas, a quocumque, seu Mercatore, seu Peccatore fabricatas, & antiquis Romanæ urbis pontificibus circiter annum christianæ epochæ octingentesimum suppositas: adeo enim perspicacibus viris deformes videntur hoc saltem tempore, ut nulla arte, nulla cerussa, aut purpurisso fucari possint. Eas omnes, saltem plerasque earum repudiarunt eruditissimi quique tractatores catholici, *Baronius, Bellarminus, Perronius, Contius, Antonius Augustinus, Lorinus, Sirmondus, Ducæus, Petavius, Marca, Bosquetus*, ut alios modo, sive antiquiores, sive recentiores silentio obvolvam. De singulis, ut se dabit occasio, deinceps, verum obiter tantum καὶ ἀκροθιγῶς, dicturi sumus. Neque enim vacat pluribus hoc loco traducere αὐθάδειαν cujusdam novelli ὑπερασπιστοῦ, qui mala avi, ex zelo quidem, sed minus prudenti & considerato, certe non secundum scientiam, easdem ab omnibus eruditione præstantibus abjectas ac penitus repudiatas defendere aggressus est.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis

indiget, aut unquam indiguit Romana ecclesia in veritatis apostolicæ petra solidata. Recte enim sapienterque admodum Baronius ad annum Christi 336. numero 60. *Procul absit ab ecclesiastico tractatore omnis turpis suspicio fictionis & imposturæ, qui pura luce tantummodo gaudeat veritatis: præstat enim ingenue ignorantiam fateri magis, quam ex* MENDACIIS EMENDICATAM SCIENTIAM *afferre. Atenim, amabo, cur Severinus Binius Mercatoris sui centonibus præfigere noluit* πρόθυρον τηλαυγὲς, Aurelii scilicet Carthaginensis episcopi ad Damasum papam, & Damasi ad Aurelium epistolas commentitias, eodem, hoc est, soloce crassissimoque filo contextas. Subveritus est, opinor, ne quis Cardinalis Baronii justissimam reprehensionem occineret. *At quid opus fuit* MENDACIIS EXORNARE VESTIBVLVM *amplæ domus, ut in non levem suspicionem adducat cætera, (si) quæ vera intus habentur.* Neque vero gravabor adscribere ejusdem viri eminentissimi aculeata verba ad annum 530. num. 5. *Eant procul a fidelium cœtu, qui in* ECCLESIAM *non habentem maculam neque rugam ejusmodi curantur inferre* QVISQVILIAS, *longeque longius a* CATHOLICO ORBE, *qui, quæ corruere videntur*, MENDACIIS *suffulcire nituntur: nam super solidum fundamentum firmamque petram structa est, semper manens, nunquam casura, sincera* FIDES. Hisce porro præmunitus lector securius ad sequentium epistolarum lectionem atque electionem se accinget. Ne vero leviter tantum ac dicis causa videamur meminisse illustrissimi ac reverendissimi Parisiensis archiepiscopi omnium juris pontificii consultorum eruditissimi, placet hic in observationis nostræ subsidium & veritatis canonicæ adversus proletarios quosdam scriptores firmamentum intexere integrum caput 5. libri tertii admirandi prorsus operis de concordia sacerdotii & imperii.

I. Antiquo juri universalis ecclesiæ assensu roborato, successit *Ius Novum*, quod ab anno 836. publicari cœpit; & adnitente Nicolao I. & ceteris Romanis pontificibus paulatim usu invaluit per occidentis provincias. Ius illud comprehensum est collectione Isidori, quæ ex Clementis, Anacleti, Evaristi, & antiquorum pontificum epistolis, qui tempora Siricii præcesserunt; & e canonibus tam antiquis, quam Gallicanis, & Hispanicis compacta est. Epistolæ illæ apud eruditos viros gravi suspicione laborant, tum ob verborum sordes a secundi sæculi, quo datæ dicuntur, elegantia & nitore alienas;

nas; tum ob styli similitudinem, & eumdem scribendi characterem, qui in omnibus epistolis occurrit; ita ut ab uno auctore, non a diversis pontificibus conscriptæ esse videantur. Accedit usus frequentissimus vulgatæ scripturarum versionis; unde fit ut post Hieronymi ætatem effictas esse necesse sit. Deinde & Hieronymo, qui scriptorum ecclesiasticorum catalogum texuit, & Innocentio, Leoni, ceterisque pontificibus, quorum germanæ epistolæ ad nos pervenerunt, omnino fuerunt incognitæ. Turrianus his similibusque argumentis à Magdeburgensibus prolatis satisfacere conatur, edito in eam rem volumine. Sed fortasse cessisset Dionysii Exigui testimonio, qui cum veterū pontificum epistolas, jam a centum & mille annis cum summa diligentia colligeret, à Siricio initium suæ cōpilationis facit. Hæc sunt ejus verba in epistola ad Iulianum ecclesiæ Romanæ presbyterum: *Præteritorum apostolicæ sedis præsulum constituta, qua valui cura & diligentia collegi, & in quemdam redigens ordinem titulis distinxi compositis: ita dumtaxat ut singulorum pontificum, quotquot à me præcepta reperta sunt, sub una numerorum serie terminarem.* Fortius vero urget Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis observatio, qui primus adnotavit ipsa legum imperatoriarum verba, & quæ sub Aniani nomine extant ad codicem Theodosianum scholia, in illis epistolis usurpata fuisse: quamvis pontifices, quibus epistolæ tribuuntur, duobus & tribus seculis codicis Theodosiani editionem præcesserint. His argumentis victus Illust. Bellarminus has epistolas, *Indubitatas*, inquit, *esse affirmare non audeam.* Sed apertioribus verbis Ill. Baronius eas ab iis auctoribus, quibus tribui solent, data opera abdicavit: *Ex multis eas reddi suspectas epistolas, quæ dicta sunt secundo annalium tomo, dum de singulis mentio facta est, satis est demonstratum, simulque ostensum, illis non indigere Romanam ecclesiam, ut si falsitatis arguantur, suis ipsa destituatur juribus & privilegiis, cum etsi illis careat, ex legitimis germanisque aliorum pontificum epistolis decretalibus, satis superque corroborata consistat. Ceterum quod excerpta ex illis capita a Benedicto Levita primum, ut canonibus consentientia, probata essent, ut ipse testatur, auctoritate Romanorum pontificum, quod & à posterioribus factum est collectoribus, eadem usu potius recipi contigerunt, quam constanti ipsorum firmitate.* Bellarmini & Baronii auctoritate fultis, liberum erit venerandos pontificum veterum titulos, epistolis illis detrahere. Præsertim cum eruditissimi viri industria, ab aliquot annis eo processerit, ut sententiæ & verba ipsa, ex quibus epistolæ contextæ sint, a quibus auctoribus petita sint accuratissime demonstraverit. Cui tamen in eo suffragari non possum, quod atrocioribus verbis epistolas dilacerat: quas e sententiis, & verbis legum, canonum antiquorum, & sanctorum patrum qui quarto & quinto seculo floruerunt, si pauca demas, concinnatas esse constat.

Dionysius Exiguus.

Ant. August. in notis ad capitula Hadr.

Bellarm. de Rom. pont. l.2. c.14.

Baron. ad an. 865. n.8.

Vide pseudo-Isidorū editum anno 1628.

II. Hanc vero epistolarum & canonum collectionem, Riculfo episcopo Moguntino debemus, qui eam ex Hispania allatam penes se habuit, & Gallis communicavit, teste Hincmaro: *De libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus episcopus Moguntinus, in hujusmodi, sicut & in capitulis Regiis studiosus, obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit.* Quisquis auctor hujus collectionis fuerit, illustri nomine Isidori Hispalensis eam commendare voluit; eo enim nomine insigniebatur temporibus Hincmari, id est anno 870. Quare non assentimur viris doctis, qui

Hincmarus in Opusc. c.24.

Hincmarus ep.7. c.12.

Isidorus Hispalensis epistolas collegit cum

A manuscriptos codices secuti, Isidorum Mercatorem collectionis auctorem faciunt. Etenim etsi fateamur in quibusdam codicibus eam lectionem extare; in plerisque tamen & melioris notæ libris, Compilator iste, Isidorus *Peccator* dicitur; unde manavit vitio amanuensium *Mercatoris* dictio. Peccatoris autem appellatio inde fluxit, quod episcopis quibusdam solenne fuerit, in conciliis peccatores seipsos inscribere, quemadmodum videre est in concilio Turonensi primo, in Parisiensi tertio, & in Turonensi secundo, & in Matisconensi primo. qua ratione & apud Græcos episcopi ἁμαρτωλοὶ vocari amabant. certum quidem est & omnino indubitatum ex sententia illustrissimi Cardinalis Baronii sordes verborum, quæ aliquoties B in illa collectione occurrunt, in Isidorum Hispalensem laudatissimum, & eruditissimum virum non esse rejiciendas: qui etsi in Originum libris aliquando lapsus fuerit, variæ tamen & reconditæ lectionis specimen præbet, unde antiquariorum studia maxime juvantur. Inde autem colligitur Isidoro Hispalensi non esse tribuendam istam collectionem, quia & concilii Toletani undecimi habiti anno 675. & concilii sexti coacti anno 681. meminit; quadraginta & amplius annis post obitum Isidori, qui accidit anno 636. ut docet Redemptus diaconus in ejus vita. Imo vero & Gregorii II. & III. & Zachariæ summorum pontificum, qui post annum septingentesimum vixerunt, epistolas auctor ille collectioni suæ inservit. Si fides habenC da esset chronico Iuliani Toletani a Viro Clariss. Laurentio Ramiresio Parisiis edito, non laborandum esset de collectionis auctore; Etenim juxta chronici illius fidem, Isidorus Mercator episcopus Setubensis, ope monachi cujusdam compilationi operam dedisse dicitur, & obiisse anno 805. Verum quia chronicum illud apud eruditos viros suspicione non caret, satius est Hincmari testimonio hærere, qui non Mercatori Setubensi episcopo, sed Isidoro Hispalensi, ætate sua, collectionem tributam fuisse testatur.

epistolis Romanæ sedis pontificum a S. Clemente usque ad B. Gregorium.

Concil. Turon. I. Paris. III. Turon. II. Matiscon. I.

Baron. ad annum 865. n. 5.

Chronicon Iuliani Tol.

III. Riculfus autem, a quo publicatam fuisse docet Hincmarus, Ecclesiam Moguntiacam tenuit ab anno 787. usque ad annum 814. & sedem apoD stolicam devote coluit; ut testis est auctor præfationis ad Benedicti Levitæ collectionem. Quod fortasse illi epistolarum interpolandarum desiderium injecit, ut labantem Romanæ ecclesiæ auctoritatem in Galliis restauraret. Sane post tempora Riculfi, sententiæ aliquot selectæ ex suppostitiis epistolis, a Gallicanis episcopis in canones suos transcriptæ sunt. In concilio Aquisgranensi habito anno 836. quæ de unctione olei infirmorum, seu chrismate ab episcopis quotannis consecrando in cœna domini, decernuntur, *juxta statuta decretalium*; e secunda epistola Fabiani hausta sunt, etsi tacito Fabiani nomine. Cæterum frequentissime ab E episcopis laudata fuisse verba epistolarum illarum decretalium, & earum auctoritatem usurpatam, probant tres ultimi capitularium libri: quos e scriniis ecclesiæ Moguntiacensis, in unum corpus compegit Benedictus Levita, jussu Autgarii ejus ecclesiæ episcopi; eosque Lothario, Ludovico, & Carolo nobilissimis regibus filiis Ludovici Pii inscripsit, circa annum 850. In iis libris passim e Clementis, Anacleti, Pii, Evaristi, Fabiani, & ceterorum pontificum apocryphis epistolis, quamvis suppresso auctorum nomine, auctoritas petitur: quod usurpatum etiam ab auctoribus additionum, quæ libris capitularium adjunctæ sunt. Quin & Hincmarus ipse Anacleti, Evaristi, Fabiani, Stephani,

Concil. Aquisgran. parte 2. cap. 8.

Capitul. l. 5. c. 170. 183. 187. 239. 243. L. 6. c. 57. l. 7. c. 22. & passim libris tribus Additio III. c. 2. & 6. ad IV. c. 3. 6. 14. 15. & 16.

Hincmarus ep. 6. & ep. ad Ludov. In Tract. de Divortio Lotharii in Opusc. c. 15. phani, Lucii, Alexandri, Pii, Callisti, Iulii, Mel- A chiadis testimoniis aperte usus est, in epistolis suis, & aliis opusculis.

IV. Non solum autem Isidori collectio Riculfi tempestate emersit; sed alia etiam collectio, quæ sub nomine capitulorum Hadriani papæ, per Gallias ab Ingilramno Metensi episcopo anno 785. divulgata est. Ex his capitulis quædam in epistolas pontificum, qui eas interpolavit, ipsis verbis transcripsit imo & ipsæ capitularium additiones, capitulis Hadriani aliquoties utuntur.

Attamen observandum est, etsi Gallicanæ synodi veterum pontificum nominibus perstrictæ, selectis sententiis epistolarum ejusmodi uterentur; Collectionem Ingilramni, aut Isidori non recepisse in B canonum censum, ut testatur Hincmarus Remensis in opusculo, quo Hincmarum Laudunensem refellit; qui ex illis epistolis collectionem privatam Hincm. in Opusc. c. 24. ad usum ecclesiæ suæ consuerat. De capitulis enim Hadriani ita censet: *De sententiis, quæ dicuntur ex Græcis, & Latinis canonibus, & synodis Romanis, atque decretis præsulum, ac ducum Romanorum collecta ab Hadriano papa, & ab Engelramno Metensium episcopo data, quando pro sui negotii caussa agebatur; quam dissonæ inter se habeantur, qui legit satis intelligit; Et quam diversæ à sacris canonibus, & quam discrepantes in quibusdam ab ecclesiasticis judiciis habeantur.*

V. Quid autem de veterum pontificum epistolis sentiret, apertissime ostendit eodem loco. Docet C enim ex Innocentii, Leonis, & Gelasii receptis decretis, accurate servanda, quæ canones conciliorum præscribunt; a quibus tamen discederetur, si varia capita controversis epistolis comprehensa servarentur, quæ adversa sunt canonibus: qui posteriores cum sint iis epistolis, illis utpote prioribus derogare censendi sunt. Vnde tandem orationem suam hac definitione concludit, Honorem quidem iis epistolis deberi ob dignitatem auctorum, quorum nomina præferunt; sed concilia servanda, quorum decreta universalis ecclesia & sedes Hincm. in Opusc. c. 25. apostolica custodit: *Tu hac discretione*, inquit, *ut præmisi ex verbis Gelasii suscipe ad instructionem illas epistolas, quas beatissimi papæ diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consolatione dede-* D *runt legendas, venerabiliter; & serva sacra concilia, quæ sedes apostolica, & omnis sequitur ecclesia, inviolabiliter.* Vberius quæstionem istam exequitur, cum Laudunensis Hincmari verba refellit, qui prolatis Anacleti, Victoris, Callisti, & Eleutheri testimoniis, his verbis usus erat ad Hincmarum Remensem; *Ecce pater qui canones recipiendi, vene-* Hincm. in Opusc. c. 43. *randi ac observandi habentur.* Excipit Hincmarus noster: *Si isti sunt canones recipiendi, venerandi ac observandi quos commemorasti, qui sunt illi quos & apostolica sedes, & omnes episcopi per universum orbem, à primæ sedis apostolicæ pontifice, usque ad illum qui modo novissime etiam post te est ordinatus episcopus, immo & omnis catholica ecclesia canones* E *appellant. Quique a Nicæno concilio, quod primum in nostris codicibus quos ab apostolica sede majores nostri acceperunt, sequendos per ordinem, usque ad Africanum concilium, pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis, retinent; & Innocentius, Zosimus, & cæteri quique observandos canones nominant. Inter quos, & istas epistolas apostolicæ sedis pontificum, quas canones appellas, Gelasius ut supra posui differentiam facit, & illa concilia canonum observanda decrevit, has autem epistolas pro consolatione quorumdam directas, venerabiliter suscipiendas dicit.* Quod iterum confirmat in epistola quam re-

tulit Flodoardus auctor historiæ Remensis. Ex isto Flodoard. l. 3. Hist. Rem. c. 22. Hincmari loco discimus, apud episcopos ecclesiæ Gallicanæ, solum codicem canonum ex collectione Dionysii Exigui quem superioribus verbis descripsit, circa annum 870. auctoritatem obtinuisse; epistolas vero contentas in collectione Isidori, non repudiatas quidem ab episcopis, quia de falsitate illarum nondum constabat; sed in auctoritatem canonum non fuisse receptas. Qua in re præjudicio Leonis IV. utebantur, qui has epistolas decretales in canone non recensebat, ut monui capite superiori num. 5.

VI. Contenderat tamen Nicolaus literis ad universos Galliæ episcopos datis anno 865. ut decreta Nicolaus ep. 42. illa reciperentur, & magno conatu Gallicanorum episcoporum argumenta repulerat. Excipiebant enim illi decretales epistolas priscorum pontificum ideo non admittendas, quia in codicem canonum non essent relatæ. Reponit Nicolaus, ex Gratianus cap. Si Romanorum D. XIX. hoc sequi nec ipsas scripturas sacras veteris & novi testamenti suscipiendas, quia codici ecclesiasticorum canonum non sunt insertæ. Si autem Galli respondeant, Innocentii decreto, quod in codicem canonum relatum est, statui ut testamentum vetus & novum recipiatur: Eadem ratione dici posse, decretales illas epistolas esse recipiendas, quia decreto Leonis papæ cavetur, omnia decretalia constituta decessorum suorum custodienda esse. Itaque nihil interesse, *utrum sint omnia decretalia sedis apostolicæ constituta inter canones conciliorum immixta, cum omnia in uno corpore compaginari non possint.* Quod Nicolaus confirmat Gelasii papæ definitione, cujus hæc sunt verba: *Decretales epistolas, quas beatissimi papæ diversis temporibus de urbe Roma, pro diversorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.* Hic Gelasii locus a Nicolao, & Hincmaro trahitur in partes. Sane si commentitiæ non essent epistolæ veterum pontificum, Gelasius Nicolai caussam juvaret, potius quam Hincmari. Sed aliud Hincmari argumentum invictum remanet, nempe canonibus posterioribus, derogatum fuisse priscis illis decretalibus, etsi veræ forent; quarum ratio habenda non sit in iis capitibus, quæ codici canonum adversantur. In ceteris enim articulis Galliæ episcopi testimoniis harum epistolarum utebantur; ut ante dixi; quod illis Nicolaus objiciebat: *Cum ipsi*, inquit, *suæ intentioni hæc suffragari conspiciunt, illis, indifferenter utuntur.*

---

[a] EPISTOLÆ [a] CLEMENTIS PAPÆ I.

[b] EPISTOLA I. AD IACOBVM FRATREM DOMINI,

[b] *Rufino* " *Torano Aquileiensi interprete.*

Narrat Clemens quomodo S. Petrus se invitum successorem suum elegit, & omnia præcepta ab eodem sibi tradita explicat.

Clemens Iacobo fratri domini, & episcopo episcoporum, regenti Hebræorum sanctam ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt, cum presbyteris & diaconibus, & ceteris omnibus fratribus, Pax tibi sit semper.

NOTVM * tibi facio, domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam domini ore divino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis domini, apostolorum primus, cui & primo Deus Pater Filium reuelavit, cui & Christus com- petenter

" Hæc & sequentes quatuor epistolæ Bar. Bellar. Perr. Pet. aliisq; eruditis Catholicis νόθαι multis nominibus suspectæ sunt.
" Vide pref. in recogn. ad Gaudentium ubi ait hanc a se olim interpretatam atq. editam.
" Vide epitomen historiæ Clementinæ, sive librum de gestis sancti Petri,

anno 1555. opera Hadriani Turnebi Græce editum, & Latine redditum a Ioachimo Perionio O.B.

petenter beatitudinem contulit, qui & vocatus est A & electus, & conviva domini & comes effectus, tamquam bonus & probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique & integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraho, refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa caritate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia (adversante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, & regem omnium sæculorum per orbem terræ, & usque ad ipsius Romanæ urbis hujus notitiam, ut etiam ipsa salvaretur, invexit: hic, in- B quam, pro pietate 'pati volens, præsentem vitam finivit." In ipsis autem diebus, quibus vitæ finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgens, in auribus totius ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me fratres & conservi mei: Quoniam, ut edoctus sum ab eo qui misit me, domino & magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram " trado: Qui mihi ab initio usque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit: Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseverans: Quem præ C ceteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei instituuntur) injurias. Propter quod ipsi trado a domino mihi traditam potestatem ligandi & solvendi; ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit & in cælis. Ligabit enim quod oportet ligari, & solvet quod expedit solvi, tamquam qui ad liquidum ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Ipsum autem qui præest D ceteris, oportet medici vicem agere, & non feræ bestiæ furore commoveri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedræ, vel potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit, ne me rogaveris. Hoc enim fieri statutum est mihi, & eo magis, quod excusas: quia hæc cathedra eum qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adjutor tam sedulus adstitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, sed & ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset, habens alium talem, non te cogerem opus bonum suscipere nolentem. E Superfluum est ergo alium quærere, cum primitias eorum qui ex gentibus per me salvantur, & præcipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis ecclesiæ gubernacula; certus esto, quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum & periclitantem, cum juvare possis, subterfugis; tui tantummodo habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, providens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieveris, tanto me citius laboris & tristitiæ meæ mœrore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia & molestias, pericula etiam & opprobria ineruditi vulgi indocilisque conciliem; quæ tu tamen, scio quod constanter & fortiter feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum justa ratione perspicere, quando maxime opera tua indiget Christus, nunc cum inimicus adversus sponsam ejus commovet bellum, an futuro in tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est tempus, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam tuam, & auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe episcopatus officium, eo maxime, quod ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Verumtamen & breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium ' duco.

' patiendo.

" Gesta sive epitome cit. p. 412. edit. Coloniensis an. 1569. qua utor.

" Const. VII. 46.

In Decret. Ivo. lib. 5.

13. quæst. 3. Quicumq; contrist. Et infra in epist. 1. Alexand. 1 papæ I.

Videtur polliceri intercessionem post mortem.

' recepturus, in c. Iust.

' duxi.

Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias, ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, neve id ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, " uti ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos a malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem discentes, id est, laici: & te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur.

12. q. 1. Te quidem.

" deest hæc vocula a c. Iust.

Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, solicitudines suscipere sæculares: ita & unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his', quibus non debes vacare, omnes communiter elaborent. Quod si forte a semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt, ut tibi solius ecclesiæ solicitudines derelinquant; quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, & veritatis verbo abundantius & studiosius deservire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus; & teipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere. Et ex eo fiet, ut & tu, tamquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, ' puniaris, & discipuli per ignorantiam pereant.

11. q. 1. Sicut enim.

' & his quibus debes vacantem: idē codex.

' deponaris.

Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut opportune & sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint. Illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tamquam qui sciant legatum te & præconem esse veritatis, & quodcumque super terram ligaveris, esse ligatum & in cælo: & quodcumque solveris super terram, etiam ibi esse solvendum. Quoniam quidem & tu, ut dixi, quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, solves. Et ad te quidem qui præes, ista sint monita, & his similia. Ad presbyteros vero sint ista: Ante omnia, " ut pudicitiæ studentes, adolescentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectioribus quidem curam habere hujuscemodi negligant, quia in multis, etiam cum senuerit corpus, concupiscentia

Idem in epistola Evaristi papæ. In Decret. Ivo. lib. 5.

Matth. 16.

" Const. IV. 10.

" Nic.I. ep. 49. piscentia viget. " Ne forte ergo fornicationis labes, occasione accepta, tamquam venenum pessimum serpat in vobis, cavere & antevenire necessarium est, ne quod in vobis adulterii occultum ' coalescat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, etiam si sobrie vixerint. Propter quod vos o presbyteri, ecclesiam excolite, & ' ordinate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico, omnem ecclesiæ congregationem: quæ si pudica inventa fuerit a sponso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur: & vos, velut ministri sponsæ, & amici sponsi, ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem, tamquam indigna, * non tradetur regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obrepserit contagio sæva peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis & pudicitiæ solicitudinem gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cujus species sunt quidem plures, sicut vobis & ipse Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterii est, virum propria uxore solummodo non esse contentum, & mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest & humanus & misericors fieri, per quod & ipse æternam a Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus & caritas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, & cum religione ac misericordia respicite ad omnes. " Orphanis exhibete vosmetipsos parentes. Viduis virorum curam impendite, cum omni castitate, quæ necessaria sunt, præbentes. Iuniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quærant: artificibus vero operam providete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si caritatem præ ceteris & ante omnia in vestro corde figatis. Cujus caritatis, & recipiendæ & habendæ, maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum mensamque faciatis, & inquantum unusquisque prævalet, crebrius panes ac sales suos cum fratribus suis sumat. Per hæc enim præcipue caritas comparatur, & causa totius boni in hujusmodi communione consistit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & salus. Propter quod communes facite cibos vestros cum his qui secundum Deum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia, pacis & caritatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autem solicitius esurientes reficite, & sitientibus potum date, nudis vestimentum: ægros visitate, & eos qui in carcere sunt, prout possibile est, juvate: peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite. Et ne omnia nunc singulatim dicam, omne bonum ipsa per se (si in vobis fuerit) caritas vos facere docebit, sicut & econtrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet.

' calescat.

32. quæst. 7. Quid in omnibus. Et in Decr. Ivo lib. 7.

' adornate.

* extrudetur a regalibus.

Prima species adulterii.

" Const. IV. 2.

Matth. 25. Item in epist. 1. Evaristi papæ.

11. quæst. 1. Si qui est. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non judicentur: sed apud presbyteros ecclesiæ, quidquid illud est, dirimatur: & omni modo obediant statutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite, quæ homines occasione præsentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusque æquissima custodite: deposita fideliter restituite. Quæ omnia, & si qua sunt similia his, ita demum

A solicite & diligenter implebitis, si futurum Dei judicium sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? Quod in fine mundi certum est agitandum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt, consequantur bona reposita: peccatores autem ut consequantur præparatas & reconditas pœnas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus. Si quidem hæc omnia ita esse ventura verus nobis propheta prædixit. Vnde & vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus cor vel livor, B vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irrepserit; non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei & consilium salubre curetur, quo possit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire. Diaconi vero ecclesiæ, tamquam " oculi sint episcopi, oberrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato, ut referant hæc ad episcopum, & commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsurus est, uti revocetur, & C non corruat in peccatum. Negligentiores quoque, & eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec solicite ad episcopi tractatum conveniunt, ipsi commoneant & hortentur. Si enim assidui sint ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra, verum & quæcumque illæ sunt tristitiæ vel mœrores, quæ ex præsentis vitæ necessitatibus & cladibus temporum veniunt, quæque malorum sermonibus in corde suo velut jacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, & vitæ æternæ doctrina, & eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei, & remaneant ' in cultu vitiorum, sine dubio * spi- D nis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut diximus, diaconis cura sit. Sed & eos qui secundum carnem ægrotant, solicite perquirant, & plebi (si forte plebs ignorat) indicent de his, ut & ipsi visitent eos, & quæ necessaria sunt, præbeant eis cum conscientia ejus qui præest. Quod tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis, similiter episcopo suggerant, refovendis: & cetera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam ejus pertinent, diaconis curæ sint. Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint: de anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet E & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, prosequar.

Nota de confessione sacramentali.

Distinct. 93. Diaconi ecclesiæ.

" Const. II. 44.

' inculti, vitiorum, &c.

* Deum amiserunt, spinis ac

Distinct. 93. Diaconi ecclesiæ.

Verumtamen illud est quod præ ceteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per ' quod solum potestis portum quietis intrare, & civitatem summi regis (quæ pax nominatur) habitare. Similis namque est status omnis ecclesiæ magnæ navi, quæ per undosum

' quam solam

Ecclesiæ magnæque navis lepida collatio.

" Anaclet. epist 1. Const. II. 61.

pelagus diversis e locis & regionibus viros portat, A ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus dominus", ipse omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit: ipsum quoque mare hic mundus habeatur: ventorum vero varietates & turbinum, diversis tentationibus conferantur: persecutiones, tribulationes & pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum, seu pravæ doctrinæ verba ' ducantur: promontoria vero & loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi B sunt judices, & pericula minantur & mortes. Dithalassa vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritę autem & dolosi, piratis similes habeantur. Iam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferę submersiones, quid aliud ęstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hęc navis cursũ prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes * ipsę bonis moribus & bonis operibus adjuventur. C Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatę (id est, laici) in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilesque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de ' mercedibus commoneant: & nihil omnino quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri, velut nautę, aptent singula ad instructionem navis diligenter, & instruant quę in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tamquam proreta, vigilanter & solicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator dominus gubernator ecclesię suę, diligatur ab D omnibus, & ipsius solius præceptis ac jussis credat & obediat omnis ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem & omne periculum superent, tamquam mare profundum mundi istius & vitę humanę pelagus navigantes, in quo esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis & ęgritudines tolerandas. Insuper & hominum insidiis ac dolo sępe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque & sugillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum & rejectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis, jactura facienda est, & abjicienda prorsus e E corde omnis intrinsecus quę latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quam utique cum evomuerit quis & abjecerit, ingentis ęgritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quę ad sanitatem pertinent, sumat. Veruntamen " scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum & singulorum. Propter quod, o Clemens, tamquam qui omnibus pręesse te noveris, singulos (prout potueris) juva, & singulos releva, qui & singulorum onus & solicitu-

* vocentur

* ipsius

* mercibus

" Evari. 2. epist.

dinem portas. Vnde & ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis, quam pr sto. Sed esto confidens & fortiter ferens; certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem. Ibi mercedes & præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris Itaque si te multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne a pessime agentibus diligaris; sed potius propter justam dispensationem, & æquissimam regulam disciplinæ, a Christo collaudari merearis." Hæc cum dixisset, & his similia quam plurima, rursum respiciens ad populum, dixit: Sed & vos carissimi fratres & conservi mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite; scientes quod si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec Deum patrem suscepisse judicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in regno cælorum. Propter quod satagite ad omnem collectam & congregationem semper convenire, ut non velut negligentes & desides a judice Christo condemnemini. Convenientes vero semper ad Clementem, date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio favorem vestrum erga ipsum ' ostendere; scientes quia propter singulos vestrum, ipsi magis soli infestus est inimicus, & in ipsum majora suscitat bella.

Oportet ergo vos summo studio niti, ut omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari & consensu & unanimitate possitis. Propter quod & vos salutem consequi, & ille possit, obtemperantibus sibi vobis, promptius impositi oneris pondus evehere. " Quædam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: " Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur; unus est & ipse ex illis qui exterminare volunt ecclesiam Dei: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ ' inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat: " Et cum hæc dixisset, in medio coram omnibus manus mihi imposuit, & in cathedra sua, ingenti verecundia fatigatum, sedere me compulit. Cumque sedissem, hæc ad me rursum loquutus est: Deprecor te, o Clemens, coram omnibus qui præsentes sunt, ut posteaquam (sicut naturæ debitum est) vitæ præsentis finem fecero, " Iacobo fratri domini, descripta breviter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed & qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris & actuum

" Gesta S. Petri p.413.

' dependere

" Conc. Vasense II. c.6. an.442. Distinct.93. Et in epist. decr. 3. Anaclet. papæ cujus initiũ est: Benedictus Deus. Et similiter Fabiani papæ, quæ incipit, Divinis præceptis.

" Conc. Metense ann. 888. c.8.

' inimica

" Gest Petri p.413.

" Neronis anno 8. currente Christi 62. cæsus est, Pe-

trus vero Neronis ejusdem 13. exeunte. Christi 67.

actuum fueris, quæque per singulas civitates (me A disputante) solicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum, sed & qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia, quam potes, breuiter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si didicerit, quod post me non imperitus vir aliquis aut indoctus, atque ignorans divini verbi * mysterium, & ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam: scit enim, quia si indoctus & inscius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantiæ B tenebris obvoluti, in interitum demergentur. Unde & ego, mi domine Iacobe, cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere quod jusserat, indicans tibi & de his ipsis, simul & de illis breviter comprehendens, quæ per singulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecerit; quamvis tibi de his plurima jam & plenius ante descripta, ipso jubente, transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcepit affigi, id est, Clementis itinerarium, 'non prædicationis Petri."

* ministerium." ita & c. Iust.

'deest hæc negatio in MS.

" Hic definit epistola in quibusdam codicibus. Cætera sunt vice appendicis, addita circa annum 800. ut videtur. De titulo autem illo dicemus in notis.

Marc. 1.

Compendiolum fidei Christianæ.

" Venantii exp. in symbolum c. 1. usque ad, diligere ergo Deum &c.

* quoque

Sed & nunc exponere jam quæ præcepit, domino opem ferente, incipiam: *Pœnitemini*, inquit, *& veram agite pœnitentiam*. Omnes ergo homines, C qui christiano censentur vocabulo, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum & dominum veraciter credere & confiteri, eumque tota mente & toto corde & tota virtute diligere, & proximos suos tamquam semetipsos, docibilesque esse usque ad perfectam doctrinam ad hæc perficienda, summopere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit. " Christo itaque resurgente, & ascendente in cælum, misso sancto Spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, unusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem, hanc regulam D per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, & unius Dei omnipotentis (id est, sanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur, & mysterium incarnationis filii Dei, qui pro salute humani generis a Patre de cælo descendens, de Virgine nasci dignatus est, * quoquo ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, & in carne ipsa cælos ascenderit, ad dextramque patris consederit, judex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit, & ' resurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, sic docuerunt." Symbolum enim Græce, Latine collatio dicitur. ' Et hoc prædicti sancti apostoli inter se per E Spiritum sanctum salubriter (ut dictum est) 'condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in præfato symbolo, salus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur. ' Et quod in primordio ejusdem symboli præponitur, Credo in Deum Patrem omnipotentem; præclarum fidei testimonium & fundamentum in prima fronte monstratur, quia salvus esse poterit, qui recte crediderit. *Credere enim oportet accedentem ad Deum*: quoniam *corde creditur ad justitiam, & ore confessio fit ad salutem*. Unde ait propheta: *Credidi, propter quod locutus sum*. Et illud, *Iustus*

' resurrectio futura sit.

" S. Aug. serm. 115. de Temp. Ruff. in symb

' quia

' contulerunt

' Ergo quod.

Hebræor. 11.

Roman. 10.

Psal. 115.

ex fide vivit. Et, *Nisi credideritis, non intelligetis*. " Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Unde credendum est in Deum, a quo tam præsens vita, quam futura tribuatur. Deus autem appellatio est substantiæ sempiternæ, sive timoris divini. Igitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, & incomprehensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce quod habeat filium veraciter genitum sicut possessor dicitur, qui aliquid possidet: & dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergo pater, secreti sacramenti vocabulum est, cujus vere filius est verbum, & speculum, & character, & imago viventis Patris viventis, in omnibus Patri similis, ejusdem naturæ in divinitate, genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo genuit filium; quod & angeli nesciunt, & prophetis incognitum est. Unde illud dictum est: *Generationem ejus quis enarrabit?* Quam secretam originem cum proprio filio, novit ipse solus qui genuit." Nec Deus a nobis discutiendus est, sed credendus: qui in nobis ipsis nescimus, quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus, aut consilium, aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem, sicut ait propheta, *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te*. Et illud, *Hic Deus noster, & non reputabitur alter ad eum*. Et post, *In terra visus est, & inter homines conversatus est*." Diligere ergo Deum unumquemque ex toto corde, & ex tota anima, (ut præfixum est) ex tota fortitudine oportet, & proximum tamquam semetipsum, respondente domino cuidam scribarum ac dicente: *Primum omnium mandatum est, audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus unus est*: &, *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua: hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi: diliges proximum tuum tamquam teipsum*. Majus horum aliud mandatum non est, quod majus est omnibus holocautomatibus & sacrificiis. Unde & in veteri testamento scriptum habetur: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*. Et Dominus ait: *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite similiter illis*." Quibus utrisque mandatis, per unum malitia compescitur, & per aliud benignitas propagatur, ut ne malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum, ut caveat lædere: secundum ut norit bonum præstare. *Si enim fratrem quem vides, non diligis; Deum, quem non vides, quomodo potes diligere?* Sic ergo nos decet exercere curam nostram, ut non dimittamus curam vestram: & sic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi: quia" Dei dilectio morti comparatur, dicente sapientia, *Valida est dilectio ut mors*: idcirco quia sicut mors violenter separat animam a corpore, ita dilectio Dei separat animam violenter a mundano & carnali amore. *Qui enim*, dominus inquit, *diligit me, mandata mea servabit*. Nam qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit. Unde scriptum est: *Nolite putare quod maneatis in dilectione mea, si non servaveritis præcepta mea*. Neque enim regem diligimus, si odio leges ejus habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Deum, diligere, qui noscitur in proximi 'corruere dilectione: quia per dilectionem proximi, pervenitur ad caritatem Christi, quoniam, ut prælibatum est, in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Docibiles ergo, qui perfecte docti non sunt ad hæc peragenda, oportet omnes esse, & ut ipsi docti sint, & alios prudenter instruere, & perfecte possint

Abacuc. 2. Isaia 7. " Ruff. præf. expos. in symb.

Isaia 53.

" Aug. serm. 181 de Tēp. Ruff. cit.

Psalm. 109

Baruc. 3.

Matth. 22.

" Hactenus Ven. Fort.

Marci 12.

Tobiæ 4.

Matth. 7.

" S. Greg. X. Moral. 4.

1. Ioan. 4.

" S. Isid. II. sent. 3.

Cantic. 8.

Ioann. 14.

Ibidem.

' errare.

Matth. 22.

sint docere, juxta Danielem prophetam, qui ait: A *Populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebuntplurimos.* Omnes docibiles, ut jam dictum est, qui docti 'sunt, esse oportet: sed sacerdotes doctiores ceteris populis necesse fore docebat Christus, dicens, *Qu'a si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Sacerdotes vero sal terræ & mu di lumen' docens, præcepit in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus dominus ait: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad* B *nihilum valet ultra, nisi ut foras mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt,* ut qui ingrediuntur, lumen videant. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Episcopos autem per singulas civitates, quibus ille non miserat, perdoctos & prudentes sicut serpentes, simplicesque sicut columbas, juxta domini præceptionem, nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoavimus, & domino opem ferente, facturi sumus. Vos autem per vestras diœceses episcopos sacrate & mittite, quia nos ad alias partes, quod idem C jussit, agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias Hispaniasque mittemus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebelliores gentes esse cognoverimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habemus, qui quotidie non cessent divina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & viam veritatis perducere, ut plures manipulos domino valeant præsentare.

Daniel. 11.
' non
Matth. 15.
Distinct. 93 Sacerdotes vero.
'esse
Matth. 5.
Matth. 10.

In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos * archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas, qui reliquorum episcoporum judicia & majora (quoties necesse foret) negotia in fide agi- D tarent, & secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti apostoli, ita ut ne quis injuste periclitaretur, definirent. In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit, qui non tamen primatum, sed archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quoque judicia, (ut superius memoratum est) & majora ecclesiarum negotia, si ipsi reclamaverint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad jam dictos primates vel patriarchas, ne * aliquis nocenter periret, transferri * perdocuit. In singulis E vero reliquis civitatibus singulos, & non binos vel ternos aut plures episcopos, constitui præcepit; qui non primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus præfuit. Hoc tamen prævidendum instituit, ne in villis, aut castellis, vel modicis civitatibus, instituerentur episcopi; ne vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem apostolorum gerere, dominum docuisse dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere

Distin. 80. In illis civitatibus.
*primi sacerdotes flamines,
* primi flamines,
"Vide Ant. Aug. in Hadr. coll. datam Ingilr. c. 23.
Iul. ep. 2.
*quis innocenter
*jussit.
In Decr. Ivo lib 2.

presbyteros debere insinuabat. Et si quis aliquem ex his scandalizaret, gravissimam illi pœnam inferri debere prædicabat. Cunctos se invicem diligere & adjuvare debere, & neminem ab adjutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas vero & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab eorum vexatione & accusatione (docente domino) prohibebat, & non nisi a coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat; quia discipulum supra magistrum esse, aut ullam ei injuriam inferre, nullatenus debere oportet. Infames etiam omnes, & quos primates & leges sæculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione & vexatione semper repelli debere, rogabat, & cunctos illis subditos esse præcipiebat. Cunctorum sacerdotum vitam, superiorem sanctioremque ac discretam a sæcularibus & laicis hominibus esse, & spirituales quosque atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur & judicemur, vel ab humano die. Majores vero, a minoribus nec accusari nec judicari ullatenus posse dicebat; quoniam non solum hoc divinas, sed & leges sæculi inhibere docebat.

7. q. 1. Beatus Petrus.
"Hadr. c. 63. collectionis.
2. q. 7. Laici in accusatione.
Fab. ep. 2.
Iul. ep. II. c. 36.

Omnes ergo legum divinarum libenter violatores, & sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, ecclesiastica indignos regula & 'sancta communione judicabat. Operatores vero earumdem, eisque obedientes, utrarumque ac ceterorum bonorum dignos esse dicebat. Vnde & prophetas in testimonium sumebat: *Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem non cognovit me, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestræ igne succensæ: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur. Væ,* inquit, *qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, & operuit os suum absque ullo termino. Et descendent fortes ejus, & populus ejus, & sublimes gloriosique ejus ad eum. Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur dominus exercituum in judicio, & Deus sanctus sanctificabitur in justitia.* Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui cervices suas contra magistros & seniores suos erigebant, hæc in exemplum 'adducebat: *Detracta est ad inferos superbia tua, 'concidit cadaver tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem*

Isai. 1.
Isai. 5.
'dicebat
Isai. 14.
'cecidit.

tudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid iste est vir, qui turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & urbes ejus destruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem? Ebrietatem oppido prohibebat, & ebriosos, corpore & animo mortuos esse prædicabat: de quibus & in exemplum aiebat: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis. cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conviviis vestris: & opus domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.* Et iterum: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem: qui justificatis impium pro muneribus, &* B *justitiam justi aufertis ab eo. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor domini in populo suo; & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.* " Nullum etiam presbyterum in alicujus episcopi parochia aliquid agere debere, absque ejus permissu, * docebat: sed & cunctos presbyteros propriis episcopis in omnibus absque C mora obedientes (instituente Domino) esse debere docebat. " Nullum item aliena concupiscere aut præsumere, quæ eorum erant, sed unumquemque suis sibique commissis * contentos esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri vellet, instruebat. Sanctam quoque ecclesiam immaculatam omnes servare debere evangelizabat, cujus claves episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cælum, & aperire portas ejus, quia claves cæli facti sunt. Admonere autem eos neminem debere docebat, quia oculi domini sunt, & *qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus.* Et quanta pœna dignus sit qui eos scandalizat, ipsum dominum docuisse dicebat, ubi D ait: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, quam duas manus habentem, mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te. Bonum est tibi, introire ad vitam claudum, quam duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi, unum oculum habentem, in vitam introire, quam duos oculos habentem, mitti* E *in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. Amen dico vobis, Quæcumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in cælo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et iterum per prophetam loquitur, dicens: *Expavit* (inquit) *cælum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit dominus.* O intolerabilem malignitatem, o linguam iniquitatem loquentem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: *Impone homo tuæ linguæ ostium & seram.* Cessa, cornu in altitudinem extollens, & loquens adversus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum graviter peccatis, & rei judicio effecti, infames efficiemini, & juste repellemini. Et iterum per prophetam loquitur, dicens: *Vos autem sacerdotes domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit eis: quia ego dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocaustum: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimento salutis, & indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic dominus Deus germinabit justitiam & laudem coram universis gentibus.* " Eos autem a solo domino aut judicandos, aut removendos, & non ab aliis esse dicebat, quia sui sunt, & non alterius. Et quis est, qui alterius judicet servum? Nam si non patiuntur homines, nec Deus Deorum & dominus dominantium hæc ullatenus patitur. Unde & prophetas sibi testes esse dicebat, per quos dominus loquitur, dicens: *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam, ut non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Israel, quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea in generationes generationum.* Et iterum: *Abscondita est via mea a domino, & a Deo meo judicium meum transibit. Numquid nescis, aut non audisti? Deus, sempiternus dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus. Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus.* Hos autem qui eos vetant; aut amovere vel damnare nituntur, dominus per prophetam damnat, & * usque ad satisfactionem eorum & ecclesiæ damnatos esse docebat, ubi ait: *Talia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde & ego eligam illusiones eorum, & damnationem adducam eis: quia locutus sum eis,*

&

Marginal notes: Isa. 5. — Ibidem. — " Can. Apost. 40. — * volebat. — " Can. Apost. 36. — * contentum sibi esse oportere. — Zach. 2. — Matth. 18. — Ierem. 2. — 1. Cor. 8. — Isai. 61. — Anacl. ep. 2. Alex. ep. 1. Telesph. Fab. Melc. Iulius, Dam. &c. — Isai. 48. — Isai. 51. — Isai. 40. — Isai. 40. — Isai. 41. — * dominum damnare — Isai. 66.

& non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt. Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum ejus: dixerunt fratres vestri, audientes vos, & abjicientes propter nomen meum. Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur. Non enim laborabunt frustra in conturbatione præsules mei, *quia semen benedictorum domini est.* Isa.65. *Antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.* Ad glorificandum se, & divina mandata seminanda & evangelizanda, eos dominus elegit, & non ut prohibeantur, aut perturbentur, suggerebat: " quoniam qui eos lædit, eum lædit, cujus legatione funguntur. (Greg.XII. 32.) Prædicare eos assidue, & mandata domini sine intermissione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam coram Deo habere insinuabat. Omnes principes terræ, & cunctos homines eis obedire, & capita sua submittere, eorumque adjutores existere præcipiebat, ut omnes pariter fideles & cooperatores legis Dei monstrarentur, ne de eis dicatur: Isai.41. *Confundentur & erubescent omnes qui pugnant adversum te, & erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non invenies viros rebelles tuos. Erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis adversum te.*

Omnes ergo qui eis contraveniunt, ita damnatos & infames usque ad satisfactionem monstrabat, (11. q. 3 Si autē vobis) & nisi converterentur, a liminibus ecclesiæ alienos esse præcipiebat. Homicidiorum vero tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. (De pœnit. Distinct. 1. Homicidorū tria.) Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstrantur. Omnes etiam a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, abstinere, & bonam eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere insinuabat, & veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana enim illius prædicatio, inter cetera divina mandata, hæc erat, quam in ejus exemplum etiam tibi, frater charissime, significare curavi. " Bonorum, inquit, operum inter cetera semina ac negotia sunt, quantum unusquisque sapit & potest, totis intimi cordis (ut prælibatum est) visceribus Deum diligere, & proximum velut seipsum: (" c.4.reg S. Benedicti: ut quidam notavit ad orā in MS. Iustelli.) abnegare seipsum sibi, ut Iesum Christum dominum nostrum sequatur: & nihil ejus amori præponere, veritatem corde & ore proferre debere, & totam spem Deo semper committere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora custodire, & in omni loco Deum respicere: firmiter scire, cogitationes malas cordi suo advenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus domini manifestare. (Nota de confessione pœnitentiali.) Os suum a ' multo vel pravo colloquio custodire, & verba vana, aut mendacia non loqui: (' malo) (Sap.1.) quia *os quod mentitur, occidit animam.* Verba divina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedientes esse docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequenter incumbere, & eleemosynas veras perficere. Desideria carnis non perficere, sed propriam frangere voluntatem: boni aliquid in se cum viderit, Deo * applicare, " non sibi: & malum a se factum cognoscat, & sibi imputet. (* attribuere. " applicet) Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum, aut malum loquantur. Diem judicii timere, gehennam expavescere, vitam æternam omni concupiscentia desiderare: non occidere, non (Deut.5.) adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas & caducas non amplecti delicias, jejunium & vigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, (De exequiis.) pro eisque orare & eleemosynas dare: dolentes consolari, & suis bonis refovere, & a malis actibus se alienum facere. Non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem: quia qui detrahit, non * se, sed & multos alios occidit. (* for. se solum. " ita MS. Iust.) Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reservare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam * dare. (* prætendere.) Caritatem non derelinquere, nec jurare, ne forte perjurium (quod absit) fiat. Malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non maledicere, sed magis benedicere, & persecutionem pro justitia sustinere. * Caritatem amare, & nullum odio habere: (* Castitatē: ita MS. c.) quia qui odit fratrem suum homicida est. (1.Ioan.3.) Elationem fugere, zelum malum non habere, invidiam non exercere, nec contentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & juniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos, ac cunctos reliquos ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo divino & mandato instruere ac dirigere, hosque omnes & eorum episcopos tota animi virtute diligere ut oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, (2.q.7. Sacerdotes &) memores scilicet illius dominici præcepti: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.* (Matth.23.) Ipsi autem episcopi, si " exorbitaverint, ab istis non sunt reprehendendi vel arguendi, sed ' supportandi, nisi in fide erraverint. (" Cōc. Rom. V. sub Symmacho. ' portandi)

Illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos; quoniam major a minore nec argui, nec judicari potest. Nullus se extollat erga doctores ' magistros suos, (' ac) quia discipulus super magistrum esse non debet, nec potest. (Matth. 10. Luc. 10.) " Nullus velit dici sanctus, antequam sit: sed prius fit, ' ut verius dicatur. (" c.4. reg. S. Benedicti. ' quo) Præcepta domini, doctorumque ac magistrorum, factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. " Obedientia enim & humiliatio quæ magistris agitur, domino exhibetur. (" cap.5.) *Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.* (Eccl.1.) *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo,* & resistunt mandatis ejus, & inobedientes ac contumaces sunt his qui ejus legatione funguntur: (Eccl.2.) *& ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas. Et quid facient, cum inspicere cœperit dominus? Qui timent dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conservabunt viam illius. Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita sunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum: secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Venite* (inquit) *filii, audite me, timorem domini*

domini docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Omnis qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, & labia ejus ne loquantur dolum. Divertat a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam: quia oculi domini super justos, & aures ejus ad preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Propterea nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed lætamini in Domino, & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient ab oriente & occidente, Domino dicente, & a septemtrione atque meridie, *& recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob.*" Propter quod, deprecor te, frater cariſſime, ut doceas attentius hunc prædicationis ordinem & absolutionum dies, ut salventur animæ hominum, quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere, priusquam doceantur, agnoscunt. Operum vero ratio potestati & arbitrio uniuscujusque permittitur, & hoc ipsorum est proprium. Desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a patre cælesti donatum est. Sed salus in eo est, ut voluntatem ejus, cujus amorem & desiderium (Deo largiente) conceperis, facias; ne dicatur sermo ejus ad nos, quem idem dixit: *Quid autem me dicitis, domine, domine, & non facitis quæ dico?* Est ergo proprii muneris, ut unusquisque sit, prout dominus noster dederit, perfectus in ecclesia, mittensque semina divina, ut de nobis, non prædictus sermo, sed ille dicatur, quem alibi dominus noster dixit: *Ideo*, inquit, *omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.*" Nullus ergo, inquit, impediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices: sed primo, quæ sit justitia ejus, quæ voluntas, requiramus, ut bonis operibus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte sentiunt, & bona agunt, præsto est; quoniam his manifestat seipsum. Nam si quis velit (antequam actus suos emendet) de his requirere, quæ non potest invenire, stulta & inefficax erit hujusmodi inquisitio. Tempus enim breve est, & in judicio Dei gestorum causa agitur, non quæstionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupamus & inutiles quæstiones, inanes sine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, ubi judicium operum nostrorum fiet. Vnaquæque etenim res suum tempus habet & locum." Operum hic locus, hoc tempus est: meritorum, sæculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, & a beatorum præceptorum domini institutis, & a Spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda sunt corda nostra ac corpora, sanctæ mandatorum ejus suorumque episcoporum ac prædicatorum" obedientiæ militatura; ut suæ gratiæ jubeat nobis auxilium ministrari, & fugientes gehennæ pœnam, ad vitam valeamus omnes pervenire æternam.

" Hæc itaque, frater cariſſime Iacobe, ab ore sancti Petri jubentis accepi, tibique (ut optabas) insinuare studui, ut servari omnia immaculata præcipias, quia ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat absque sui periculo negligere vel dissimulare, quia in judicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui vero te audierit, [f](ut jusserat minister Christi Iesu) gloriam accipiet. Qui autem te non audierit, imo loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. [g] Curandum ergo & attendendum est nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, ut Christi passionibus per patientiam participemus, atque regni ejus mereamur esse consortes. Amen.

1. Petr. 3.
Psal. 31.
Luc. 13.
" Recognit. 4.
Luc. 6.
Matth. 13.
" Recognit. 2.
" Clem. ep. 3.
" Præf. reg. S. Benedicti.
" Clem. ep. 2.
f utilis erit m. I. C. &
g currendum

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epistolæ Clementis.*] Harum epistolarum quinta Encyclica est; sic dicta, quod omnibus ecclesiis communis esset, & per manus singulis tradita, universum Christianum orbem circumiret. Diversa tamen est ab illa encyclica, in qua virginitas, teste Epiphan. hæresi 30. deprædicata fuit, quæque suo tempore quo integra extabat in sanctis ecclesiis, ut ait, legebatur: sicut & illa quæ ad Corinthios scripta fuit; de qua supra in Clementis vita, verbo epistolæ in nostris annotationibus. cujus autem fidei ac firmitatis sint hæ quinque titulo Clementis notatæ, vide Turrianum lib. 2. adversus Magdeburgenses.

[b] *Epistola prima ad Iacobum fratrem domini.*] Cum hæc epistola scripta sit, ut in fronte & capite illius apparet, post obitum S. Petri, adeoque post 13. annum Neronis; ad Iacobum fratrem domini scripta esse nequit: utpote qui, teste Hieron. de viris illustribus, septimo anno Neronis Hierosolymis occisus est: unde patet, quod hæc epistola vel non sit Clementis; vel potius ad Simonem, qui etiam frater domini fuit, scripta sit, & in titulum epistolæ mendose vox, Iacobum, irrepserit. Ita Possevinus in apparatu sacro, in verbo Clemens Romanus.

[c] *Rufino interprete.*] Quod hæc prima & tertia sequens a Rufino Aquileiensi translatæ dicuntur, valde Baron. anno Christi 102. num. 6. dubitat. Nam Gennadius de viris illustribus cap. 17. de Rufino agens, in cunctis a se e Græco editis versionibus præfationem præponere consuevisse testatur, adeo ut quæ sine prologo reperiuntur esse translatæ, non Rufini, sed alterius esse opus affirmet."

Encyclicæ epistolæ quæ?
An hæc epistola ad Iacobum Apostolum scripta?
An Clemẽs illius auctor?
An prima & tertia Clementis epistolæ a Rufino translatæ?
" Ipse docet à se fuisse interpretatam primã.

EPISTOLA [f] II.
CLEMENTIS PAPÆ I.
AD IACOBVM FRATREM DOMINI.

De sacratis vestibus & vasis.

Clemens " Romanæ ecclesiæ præsul, Iacobo Hierosolymorum episcopo.

QVONIAM, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum patre, qui claves regni cælestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere." Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta divinorum secretorum, id est, presbytero, diacono, & * ministro, qui cum timore & tremore clericorum, reliquias fragmentorum corporis dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inveniatur; ne cum negligenter agitur, portioni corporis domini gravis inferatur injuria. Communio enim corporis domini nostri Iesu Christi, si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate [f] & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis domini, quæ in sacrario relicta sunt," consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant; [f] ne putent sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualiculos digestus, in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri qui eam consumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sane sacris ita gerendum est: Altaris palla, * cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta,

f Præceptorum sancti Clementis papæ missa Iacobo fratri domini.
" C. H. Clemens Iacobo cariſſimo.
De consec. Distinct. 2. Tribus gradibus.
" Humb. adv. Nicetam.
* i. hypodiacono.
f percussus ex c. Iust. De consec. distinct. 2. Tribus gradibus, vel Tanta in. Et in Decret. Ivo. lib. 1.
" Humb. cit. loco.
f nec
* canthara
De consec.

distinct. 1. Altaris palla.

sumpta, incendio dentur: quoniam non licet ea quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, aut diaconus scapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certe quæ data est in mensam domini. Qui hæc fecerit, vel leviter quasi nihil & negligenter habuerit divina mysteria, diaconus triennio, sexque mensibus, a dominico alienus erit altari, gravi percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commonuerit, decem annis & quinque mensibus excommunicatus sit; propterea quod de dominicis sacramentis subjecta sibi non commonuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ. Pallas vero & vela, quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris juxta sacrarium lavent, non ejicientes foras a sacrario velamina dominicæ mensæ; ne forte pulvis dominici corporis male decidat a sindone foris abluta, & erit hæc operanti peccatum: idcirco intra sacrarium ministris præcipimus, hæc sancta cum diligentia custodire. Sane pelvis nova comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa pelvis velis apponatur lavandis, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinent. Pallæ altaris solæ in ea laventur, " & in alia vela januarum. De velis autem januarum, cura sit ostiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens aut ignarus ad velum januæ domus domini manus incondite tergat: sed statim coercitus, discat omnis homo, quia velum atrii domus domini sanctum est. " Præcipimus etiam ne ' excommunicato ecclesiæ, sive laico, de fragmentis oblationum domini ponatur ad mensam. Vnde scis tu, qui passim * sacrarii panes indignis impendis, unde nosti, si a mulieribus mundi sunt hi quibus impendis? Hinc & David ab Abimelech sacerdote interrogatus, cum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit."

De consec. distinct. 1. Nemo per. Conc. Aru. cap. 3. & 5. Autiss. 12. 13

"absunt a c. Iustelli. De consec. distinct 2. Tribus gradibus. §. Tanta in. "Matisc. II. c. 6. ' extero * sanctuarii

" Ad dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem suam conjuges suas * non noverint. Quod si post ordinationem, ministro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis ' portationem accedat, ' nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus. Ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, ' urceum sive calicem ad altare non sufferat. Si forte quispiam presbyter, sive diaconus, sacrarii sindonem vel velum, subtracta vendiderit, " Iudæ Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Iudæ susceptorum pœnam." Clericus vero solus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec properet, sine majoris natu principis jussione. Nec presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam. Nec solus cum sola femina fabulas misceat. " Nec archidiaconus aut diaconus, sub prætextu ' officii humilitatis, frequentet domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos ejus, matronæ mandent secreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur ecclesiæ. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire ' pio interventu, ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc sanare debeant. Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen clericorum cum " extranea habitet femina, nisi proxima aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. Non ignoramus malitias satanæ. Vniversa hæc cum mansuetudine ecclesiastica complenda sunt ministeria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicem vero ad perferendum sanguinem domini, præparatum cum tota munditia ministerii, minister præparet, ne, non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honestate, cuncta quæ supra exposuimus, oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. A principio epistolæ usque ad hunc locum, de sacramentis delegavi bene ' intuendis: ubi non murium stercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, neque " putrida per negligentiam remaneant clericorum, & convenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo & fastidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorum ultra hæc dissimulet, aut negligere ullatenus audeat, sed libenter, quæ jussa sunt, expleat, & sacramenta divina nequaquam negligenter contrectet. Ideoque tam juvenes quam senes, de his, & de omni conversatione sua, & conversione, & pœnitentia valde esse solicitos oportet, satisque agere, ut hæc condigne agant, & de reliquo ornent, tam clerici quam sæculares, animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus * compositam decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare a consortiis inhonestis & infidelibus, & societates habere fidelium, atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de justitia, de pietate tractatur. Orare semper Deum ex toto corde, & ab ipso petere quæ decet, ipsi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum, aliquantulum etiam (si possibile est) per misericordias pauperum juvare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod si provectioris ætatis sit is qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod postquam ' finis est omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, insurgentes adversus animam, reprimat corporis * voluntates. Superest ergo ei in agnitione veritatis, & misericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conversionis ostenditur, & non in devotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt mentes, quia non temporum rationem colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si quis, agnita veritatis prædicatione, non distulit, neque tempus negligendo ' consumpsit, sed statim & (si dici potest) eodem momento præterita perhorrescens, futurorum desiderium cepit, & in amorem regni cælestis exarsit. Propter quod nemo vestrum

"Aliter in MSS. Hard. & Iust. quæ reservantur notis. * Scilicet, si semper continere noluerint. Sic legit hunc locum & interpretatur Humbertus Cardinalis, tempore Leonis IX. lib. contra Nicetam. ' portionem c. Iust. ' sed ' Vrceum sane ad altare suggerat. c. Har. & Iust. " II. Tur. 25. III. Brac. 3. " Hippon. 26. " Turon. III. 29 ' hum. vel officii ' pro

" συνεισάκτω de qua sæpe in conciliis & patribus.

Distinct. 13. Tales ad.

' tuendis

" S. Greg. in sacram. cap. de ord. subdiaconi.

Optimæ institutiones.

* compta " ita MS.

' fractus.

* voluptates.

' contempsit.

vestrum ultra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, Quia, cum dives factus fuero, tunc convertar. Non requirit a te Deus pecuniam, sed animum misericordem & piam mentem. Neque dives conversionem suam differat pro solicitudine sæculari, dum cogitat, quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum, Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neque dicat animæ suæ, *Habes multa bona reposita in annos multos, Epulare & lætare.* Nam dicetur ei: *Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ parasti cujus erunt?* Itaque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio, ut vitam consequatur æternam. Iuvenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum, cervices suas jugo subjiciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua male præventi sunt, pro Dei 'amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum? " Animus sibi male conscius, dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit quia non judicet dominus; cum abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, jam sit magna damnatio. Vnde scriptum est: *Maledictus omnis qui opus domini negligenter agit.* Quapropter pastoralis ordinis est, infatigabiliter revocare, quidquid ad correctionem populorum, imo magis filiorum spiritualium, (quantum est fas intelligere) cognoverit pertinere, & non (quod absit) cum suo periculo alienæ spei, per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est providere tractatu." Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neque se deinceps excusabit non monitum, qui, quod sequi debeat, tam verbis quam literis edocetur. " Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledictio his qui in patres peccant, divina nos docet scriptura. Si enim Cham filius Noe, cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris 'corporalis nuditatem, sed egressus, nuntiavit eam fratribus, & illi vestimento eum cooperuerunt: ipse quidem Cham, & illi qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt: qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis isti majore & ampliore condemnatione digni sunt qui patribus obviare, aut contra eos insurgere nituntur, aut injuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur: quoniam qui eis resistit, Deo resistit: & qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit. *Expavit cælum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit dominus.* O intolerabilem malignitatem: o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: *Impone homo tuæ linguæ ostium & seram.* Cessa in altitudinem extollens, & loquens adversus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Hæc nos familiarius docebat, & hæc nobis 'publicitus prædictus magister & instructor atque ordinator noster, princeps apostolorum Petrus, in ecclesia prædicabat, exemplum dans, ut & nos similiter faciamus, *Humiliamini*, inquit, '*in conspectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detrahit fratri,' aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem. Qui autem judicat*

Luc. 12. — ' timore — " Aug. in Ps. 9. apud Prosperum sent. 138. — Ierem. 48. — " Prosper. sent. 178. Calixt. ep. 1. 2. quæst. 7. Sacerdotes, & reliqui. — " Iustinia. de 3. capitulis. Genes. 9. — ' corporalem. — Ierem. 2. — Eccl. 28. ' cornu — ' publice — 1. Petr. 5. & Iac. 4. ad quem tamen hæc scribi dicitur epistola.

A *legem, non est factor legis, sed judex. Vnus est enim legislator & judex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui judicas proximum?* Non oportet: Non præcipit nos judicare invicem, sed magis auxilium ferre." Væ erit, inquit, his qui fratres tribulant, & eis qui eos persequuntur. Vos autem quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quod etiam ipse nos Dominus docuit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Et item, *Beati eritis, cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa*
B *est in cælo.* Vnde & ipse ait: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.* Non enim (inquit) recte diligit Deum, qui fratrem insequitur: nec diligit proximum qui ei detrahit, vel qui illum accusat: quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite (inquit) filii mei sapientiam, & tenete totę fidem rectam, & amplectimini caritatem, ut non excidatis *Data est enim a domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur vestras.* Qui autem custodierint iustitiam, juste judicabuntur: & qui * didicerint justa, 'juste invenient quid respondeant. Semper cavetote. Præcepit enim, ne aliquando peccato consentiamus, & prætermittamus præcepta Dei nostri. Ec-
C clesias per congrua & utilia facite loca, quæ divinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes, divinis orationibus Deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non a quoquam gravari." Semper vitate mala, & pro animabus vestris ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos jam supplantavit" suspicio. Caritatem semper diligite, & fratres adjuuate. Erunt enim quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis. Vnde & dominus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui spernit me, spernit eum qui me misit.* Et item: *Qui enim non est adversum vos, pro vobis est. Quisquis enim po-*
D *tum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam, Et qui scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo ejus, & in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem, ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi, claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extin-*
E *guitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, ejice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur, & omnis victima * salietur. Bonum est sal: quod si sal insulsum fuerit, in quod illud salietis? Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos:* quia quisquis vestrum recte docuerit, & juste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit. Ideo bona agere vos semper oportet, ut bravium æternæ vitæ percipiatis.

His ergo bene parete sententiis. Ne quis hæc præcepta

" Alex. ep. 1. — Matth. 5. — Matth. 22. — Sap. 6. — * crediderint. 'abest hæc vocula a c. Iust. — 10. q. 7. Ecclesias per. & de cons. dist. 1. Ecclesias. — " Eccl 4. — " Eccli. 3. — Luc. 10. — Marc. 9. — * sale salietur.

præcepta minime credat implenda, & judicio Dei A æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur, frater Iacobe, de ore sancti Petri jubentis audivi: Si quis præcepta hæc non integra custodierit sit anathema usque ad adventum domini nostri Iesu Christi. Hæc præcepta a sancto Petro apostolo accepi, & tibi, frater carissime, insinuare curavi, ut servari omnia præcipias sine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit minister Iesu Christi. Qui autem non audierit te, imo loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet." Omnipotens Deus, carissime, sua te protectione custodiat, atque ad cælestis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum iterumque inco- B lumem custodiat, reverentissime frater. Amen.

" S. Greg. ep. 27 lib. VII.

EPISTOLA III.
CLEMENTIS PAPÆ I.

" *Rufino Torano Aquileiensi interprete.*

" Non adeo certum nisi de Recognitionum lacinius.

De officio sacerdotis & clericorum.

Clemens urbis Romæ episcopus omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconis, ac reliquis clericis, & cunctis principibus majoribus, minoribusve, omnibusque" generaliter fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia Dei, quæ data est nobis in Christo Iesu C *domino nostro.*

" In c. Iust. dicitur epistola generalis.

VRGET nos, fratres, multus amor vester, & religiosa invitat devotio, quia debitores sumus, ut quædam vobis scribamus. Vos ergo, qui sacerdotio domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, ut subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisque ad regna cælorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Vnde & ipsa per se veritas ait: *Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis*, &c. Propter quod consilium do unicuique vestrum, constanter docere verba divina: & discentibus, libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione domini fungimini, est docere populos: eorum vero, est vobis obedire ut Deo. D "Si autem vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesque principes, tam majoris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi, tribus, & linguæ non obtemperaverint, non solum infames, sed & extorres a regno Dei & consortio fidelium, ac a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est, eos instruere: eorum est, vobis obedire ut Deo, cujus legatione fungimini, dicente domino: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit.* Nihil enim injustius E vel inhonestius est, quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel protervos existere. Novimus enim, primum hominem per inobedientiam cecidisse: idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia *dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, dominus noster mittens vos vice sua in loco apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obedientes, ut ipsi, existere: quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinaverit, & pariat quæ est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non re-

Marc. 4.

11. q. 3. Si autē vobis. "Conc. Tribur. c. 8.

Luc. 10. Matth. 10.

Iacob. 4. & 1. Petr 5.

ceperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non siverit, ac minime crediderit doctoribus & episcopis suis, non benevolus, sed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua dominus ait: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*" Primus enim pontifex Aaron, chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit: & tamquam rex, primitias & tributum per capita accepit a populo: & judicandi populum sorte suscepta, de mundis immundisque judicabat. Sed & si alius ex ipso unguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita, tantum potuit, intelligite jam quantum sit illud unguentum, quod a Deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, & in civitate constitutus, scripturis sacris * conditus, carus & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem," quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique servire, & obedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod sive honor sive injuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, & a Christo in Deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ a presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem disciplinæ. Propter quod deprecor vos conservos & adjutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere, & pro omnibus stare, maxime tamen pro his qui in cultu divino laborant. Ecclesiarum omnium curam habetote, servisque earum adjutorium præbete, viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius * liberate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. Et (ut breviter totum dicam) alterutrum vos, in quibus res poposcerit, sustentate: Deum colite, qui creavit cælum & terram, & Christo credite, invicem vos diligite, & misericordes estote in omnes non verbo solo, sed opere & rebus ' implete caritatem." Agite pro viribus, conservi dilectissimi, quia bonum est ut unusquisque vestrum, secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo non vos pigeat, secundum sapientiam quæ vobis per Dei providentiam collata est, instruere ignaros & docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis, eumque ut oculos suos amare oportet; quia & ipsum populum sibi commissum, ceu proprios filios, amare & docere condecet: "hoc enim ei a Patre cælesti donatum est. Sed & salus in eo est, ut voluntatem ejus cujus amorem & desiderium, Deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus heres bonorum cælestium ex gestis propriis fiet. Accedat autem qui vult, ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni cælorum, jejuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus jam consummatis, in die festo possit baptizari. Baptizetur autem unusquisque in aquis perennibus, nomine trinę beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum, per hæc consecratus, possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter opprobrium senectutis aut juventutis, vel nobilitatem generis, a parvulis & minus eruditis, " si quid forte est utilitatis aut salutis

Matth. 7.

" Recognit. 1.

* eruditus.

" Recognit. 3.

Dist. 5. Audire episcopum.

* juvate.

' repleti caritate.

" Recognit. 8.

" Recognit. 3. 4.

Dist. 38. Nullus episcopus.

" Recognit. 1.

salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit, & discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, ut quæ ignorat, discat, & quæ didicerit, doceat? " Certissimum namque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas, homini debet esse preciosior veritate, quia nihil est preciosius anima. " Dominus autem creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque & aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere præcepit. sicut & verus nobis propheta enarravit, & ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo, rationalis est; & consequens est, ut ' ratio in rationalibus dominetur. Hic enim ab initio, cum adhuc justus esset, cunctis vitiis & omni fragilitate superior erat: ubi autem peccavit, & factus est servus peccati, simul & fragilitati efficitur debitor & obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse " impassibiles: & non solum impassibiles, verum & parva in Deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promisit, dicens: *Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit.* Hujus vocis etiam vosipsi documenta cepistis, & jam facta quædam per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis: quia, adstantibus nobis, eorum meritis dæmones cum passionibus, quas hominibus invexerant, transierunt & fugati sunt. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est: quæ non alia esse, quam patientibus quidem, infidelitatis, curantibus vero, fidei, demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum Dei judicium, peccandi licentiam præbet: peccatum vero, hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei judicium esse credens, continet homines a peccato. Non peccantes vero, non solum liberi sunt a dæmonibus & passionibus, verum & aliorum dæmones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit omnium malorum mater; quæ incuria & ignavia gignitur, negligentia vero alitur & augetur, atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur: quam si quis forte doceat effugandam velut antiquis & hereditariis sedibus, moleste & indignanter avellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indignantes, ignorantiæ præsumptionem scientiæ ratione resecemus; in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi sunt, per quas, quasi sub specie alicujus scientiæ, ignorantia in his vehementius radicata est. Nihil enim est gravius, quam si id quod ignorat quis, scire se credat, & defendat verum esse, quod falsum est: quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen & ipse putet, & dici a ceteris velit. Ita sunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus, quasi lumine nobis inde ' accenso, errorum tenebras depellere. Grande enim malum est (ut diximus) ignorantia: sed quia substantiam non habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse

* Ans. Luc. lib. 1. in Vvibertū.
* Recogn. 5.
' rationalis irrationabilibus.
" ἀπαθεῖς.
Matth. 17.
' succenso

A quod expedit. Vbi autem cognoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest, nisi verus propheta. Hæc enim ' via est, vitam volentibus ingredi, & ' summum iter bonorum operum pergentibus ad civitatem salutis. Si quis sane audiens sermonem veri prophetæ, velit aut nolit recipere & amplecti onus ejus, id est, mandata vitæ; habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut videntes ea, jam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant; vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, B quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo, in quam velit partem declinare judicium suum, & quam probaverit, eligere viam; constat evidenter, inesse hominibus arbitrii libertatem. Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certum est quia ignoret: & ignorans vult & desiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit causas erroris sui, & rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum fuerat præventus, recte jam vocabitur ad judicium, daturus pœnas, quia vitæ hujus spatium, quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis consumpserit errorum. Qui vero audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum C sibi doctrinam fuisse delatam; requirat intentius, & discere non desinat, usquequo cognoscat, si est vere aliud sæculum, in quo bonis præmia præparata sint. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, ac de cetero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam, demirans per omnia & stupens ceterorum hominum errores, & quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super divitias sapientiæ, quas invenit, * satiabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, festinans ad sæculum futurum mundo corde & pura conscientia pervenire, ubi etiam vi- D dere Deum regem omnium possit. His autem omnibus carere nos & fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi: nesciunt enim, quanta sit in horum permutatione diversitas. Propter quod, consilium do unicuique discenti, libenter præbere aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam si, me docente ea quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo pravis opinionibus occupato obsistere nititur; non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim justo judicio examinare E quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his quæ sunt, ut sunt, in bonis actibus dirigens viam suam, regni cælorum possit particeps inveniri, subjiciens sibi carnis desideria, & dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jucunda possessio. Nam qui permanet in malo, & servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo; quia ab initio (ut ante jam diximus) duo regna statuit Deus, & potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subjecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse unum hominem utriusque regni esse servum; omni studio date operam, in boni

Ignorantia quid.
' porta
' semita
* insatiabiliter.

regis ' aulam ac jura concurrere. Propter hoc denique verus propheta, cum esset præsens nobiscum, & quosdam ex divitibus negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem : *Nemo potest*, inquit, *duobus dominis servire* : &, *Non potestis Deo servire & mammonæ* : Mammona, patria eorum voce, divitias vocans. Hic ergo verus propheta, qui in Iudæa nobis apparuit, ut audistis : qui, stans publice, sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitam : cumque nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli est possibile, nisi soli Deo. Hic annuntiabat regnum Dei : cui nos de omnibus quæ dicebat, tamquam vero prophetæ, credimus; firmitatem fidei nostræ non solum ex verbis ejus, B sed & operibus assumentes : quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præsentia ejus exposuerant, in ipso designantur, & imagines gestorum Mosis, & ante ipsum patriarchæ Iacob, ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc est ipsum in quo venerat, prædictum ab his constat : & super omnia, quod esset a gentibus expectandus, sacris literis comprehensum est, quæ in eo pariter universa completa sunt. Quod autem Iudæorum propheta prædixit eum a gentibus expectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset a Iudæis expectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod a contribuli populo, & a propria gente speraretur is, C cujus adventus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, ut hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicant, omnem illam spem, quæ de salute mundi repromittitur, & novitatem regni, quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferenda, jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis eventu, magnificentia prophetica confirmatur. Iudæi namque ex initio, affore aliquando hunc virum, per quem cuncta repararentur, verissima traditione susceperunt : & quotidie meditantes ac prospicientes, quando ejus fieret adventus; D ubi adesse eum viderunt, & signa ac prodigia (sicut de eo scriptum fuerat) adimplentem; invidia excæcati, agnoscere nequiverunt præsentem, in cujus spe lætabantur absentis. Intellexerunt tantum sancti apostoli, qui a Deo electi sunt, & nos, qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia Dei factum est, ut agnitio boni hujus etiam gentibus traderetur : & hi qui nunquam de eo audierant, nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum ; illi vero, qui quotidianis meditationibus evanuerant, ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui præsentes estis, & desideratis audire doctrinam fidei ejus, & agnoscere, quis & quomodo & qualis sit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc enim E ' prophetæ prædixerant, quia a vobis quærendus esset, qui de eo nunquam audistis. Et ideo videntes in vobisipsis prophetica dicta compleri, huic uni recte creditis, hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum expectetis eum, sed & hereditatem regni ejus credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia unusquisque illius sit servus, cui se ipse subjecerit. Propterea ergo vigilate, & dominum Deumque nostrum vobis conscribite dominum, qui & cæli ac terræ dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet, dicens : *Estote boni & misericordes sicut & pater vester cælestis mi-*

' fœdus
Matth. 6.
Agg. 2.
' est quod
Isaia 65.
Luc. 6.
Matth. 5.

A *sericors est, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Hunc ergo imitamini, & hunc timete : & sicut mandatum datur hominibus, *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies.* Infidelibus quidem dormit dominus, " & absens habetur his a quibus esse non creditur, & mandatis ejus non obediunt : atque ob id illis videtur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur. Quapropter cunctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris & diaconis & reliquis clericis " attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant. Non utique missas sine ejus jussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quidquam absque ejus permissu faciat. Similiter & reliqui populi, " majores scilicet ac minores, per ejus licentiam, quidquid agendum est, agant : nec sine ejus permissu a parochia abscedant, vel in ea adventantes morari præsumant. Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo omnia ejus consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. " Quicumque enim obediunt episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei & reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui per justitiæ & præceptorum ejus semitas incedentes, doctoribus suis (qui recte episcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, instructor & ordinator noster, & princeps apostolorum, manifeste cunctos audientes instruebat, dicens : " Videntur mihi, qui loquuntur verba veritatis, & qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis : qui ut processerint & apparuerint mundo, celari ultra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab omnibus, quam videre omnibus præstant. Vnde & bene ipsa per se veritas ad veritatis præcones ait : *Vos estis lux mundi* : &, *Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Si quis ergo his obedierit, Deo (ut dictum est) magnum munus offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his, sed Domino salvatori nostro, cujus legatione funguntur, resistit. " Propter quod primum est omnium, " justitiam Dei, regnumque ejus inquirere, & suis jussionibus obtemperare : justitiam quidem, vt recte agere doceamur : regnum vero, ut, quæ sit merces posita laboris & patientiæ, noverimus : in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui contra voluntatem ejus egerint, pro uniuscujusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in præsenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, ubi & agendi, & sacrificandi est locus. " quoniam in aliis locis sacrificare & missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus episcopus proprius jusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos novo & veteri testamento. Hæc apostoli a domino acceperunt, & nobis tradiderunt : hæc nos docemus, vobisque & omnibus, absque reprehensione, tenere & docere, quibus agendum est, mandamus. " Vnaquæque etenim res tempus suum habet & locum. Operum hic locus est, tempus vero meritorum est sæculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo, quæ sit Dei justitia, requiramus, & tamquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad regnum Dei, tamquam ad urbem maximam,

Deuter. 6.
" Recognit. 8.
16. quæst. 1. Cunctis fidelibus.
" Conc. Tribur. 32.
Ivo. p. 2. c. 223.
" Seniores ac juniores.
" Recogn. 2.
" Hæc beati Petri apostoli verba habentur in libro recognitionũ 8.
Matth. 5.
" Recogn. 2.
De consecr. distinct. 1. Hic ergo, id est.
" Felix IV. ep. 1.
" Recogn. 2.

Rom. 1. mam, pervenire. Deus enim his qui recte sentiunt, A per ipsa opera mundi, quæ fecit, manifestus est; ipsius creaturæ suæ utens testimonio: & ideo cum de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc ejus justitia requiramus & regno. Idcirco persuadeo primum, justitiam ejus esse requirendam, ut per hanc iter agentes, & in via veritatis positi, verum prophetam invenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currentes; ut ipso duce usi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes, ingredi meruerimus illam, quo pervenire cupimus, civitatem; omnia jam de quibus quæritur, oculis videbimus, tamquam heredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vitæ nostræ cursum: viatores, eos qui nos instruunt, vel bona opera gerunt: portam B vero, prophetam de quo dicimus: urbem, regnum esse, in quo residet omnipotens Pater, quem soli videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor, quia in fine ejus requies erit. Nam & ipse verus propheta, ab initio mundi per sæculum currens, festinat ad requiem. Adest enim nobis omnibus diebus: & si quando necesse est, apparet, & corrigit nos, ut obtemperantes sibi, ad vitam perducat æternam. De his autem qui negligunt viam suæ salutis, & * adhuc non bene fideles, & præceptis ejus suorumque pontificum jussionibus inobedientes, vel contumaces eis existunt ", Dominus noster Iesus Christus, mittens discipulos suos, præcepit C nobis, dicens, *Vt in quamcumque civitatem aut domum introierimus, dicamus, Pax huic domui. Et si quidem* (inquit) *fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra. Si vero non fuerit, pax vestra ad vos revertetur. Euntes autem de domo vel civitate illa, etiam pulverem qui adhæserit pedibus vestris, excutiatis super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati vel domui.* Quod utique ita demum fieri præcepit, si prius in civitate vel domo veritatis sermo prædicetur: ex quo vel recipientes veritatis fidem, filii pacis & filii Dei fiant: vel non recipientes arguantur, quasi inimici pacis & Dei. Ita ergo & nos, magistri instituta sectantes, primo pacem proponimus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba D non suscipit, neque acquiescit veritati, scimus adversus eum pugnam verbi movere, & ' arguere acrius, confutando ignorantiam, & redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum: ab eo autem qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. " Et si iterum in mandatis habemus, ut venientes ad civitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus: quanto magis convenit noscere, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, E ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & alias ob causas, utile est viri hujus habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si justus, si mitis & humanus est, quæ utique bona esse nullus ambigit: tunc consequens videbitur, ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam, quod deest fidei & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam sunt peccatis involutus permanet ' inquinatus, non me oportet aliquid de secretioribus & remotis divinæ scientiæ

* ob hoc
" Recogn. 2.
Matth. 10. & Luc. 10.
' urgere
" Recogn. 2.
Matth. 10.
Matth. 7.
' &

proloqui, sed magis protestari & convenire eum, ut peccare desinat, & actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, quæ eum, minus recte agentem, non oporteat audire; prudenter eum debemus ' eludere: nam nihil omnino respondere, auditorum ' causa, utile non videtur; ne forte existiment, nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, ' non intelligentia propositi nostri. Magna contumelia, & grave nobis erit peccatum, si ita desipiamus, " ut cum videamus eum qui idola colit esse sobrium, nos, qui Deum colimus, sobrii esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed magnum habeamus studium, ut si illi qui errant homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nos nec concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus, a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos, ' qui æterni sæculi hereditatem speramus, debemus ' præcedere eos, qui præsens tantum sæculum noverunt: scientes, quia si opera illorum nostris operibus collata, in die judicii similia inveniantur ac paria, confusio nobis erit, quod æquales inveniamur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri sæculi habuerunt. Et vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales his inveniri in operibus bonis; quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores, examinatio futura reperiat? Audite ergo, quomodo de his nos ipse verus propheta docuerit. Ad eos autem qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: *Regina Austri surget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquam Salomon hic, & non audiunt.* Ad eos vero, qui de malis actibus gerere detrectabant pœnitentiam, ita ait: *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plusquam Ionas hic.* Videtis ergo, quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, & ostendens eos nec æquales illis esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus sermo, quem proposuimus, approbatur, ut castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore sunt positi custoditur, multo purius & attentius, & per singulas quasque (sicut supra ostendimus) species a nobis, qui veritatem sequimur, teneatur; eo magis, quod apud nos observantiæ ejus præmia æterna sunt posita. Aliter enim nemo salvus esse poterit; nisi his observationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua voluntate, unumquemque in suo ordine semper custodiat, fratres, & sibi placere in omnibus concedat. Amen.

' erudire
' causæ
' non intellecta diligentia
" Recogn. 6.
' quia
' præcellere
Matth. 12. & Luc. 11.
Matth. 12. & Luc. 11.

EPISTOLA IV.
CLEMENTIS PAPÆ I.

Scripta discipulis suis Iulio & Iuliano, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus a recta via declinaverant, ' & gentibus, inter quas habitabant, directa.

' & his atque

Clemens Romanæ urbis episcopus, carissimis fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis consodalibus nostris, gentibusque quæ circa vos sunt.

OPORTET, fratres, omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas

crandas animas episcopi sunt consecrati, pro cunctis solicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis & ad portum salutis reducere. Et licet propter gentes, quæ circa vos sunt, in modico vos errasse contigerit; melius est tamen redire ad veritatis viam, quam diutius in ipso errore * perseverare. Quoscumque enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum prædicationis non audierunt, potestis, vobiscum assumite, & ad viam veritatis adducite, ne infructuosi, sed fructuosi domino inveniamini. " Et quoniam quidem, sicut a cultore neglecta terra, spinas & tribulos necessario producit, ita sensus vester longi temporis incuria multas & noxias opiniones rerum & intelligentias falsæ scientiæ germinavit: opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis vestræ, ut hoc sermo veritatis (qui est verus & diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam, & occupationes ac solicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germen. Potest enim fieri, ut multi temporis negligentiam brevis & assidua reparet diligentia. Incertum namque est uniuscujusque tempus vitæ. Et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præveniat. Et ob hoc acrius ' adnitendum est, ut (dum est temporis spatium) collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo adversum vosmetipsos pro his quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est utilis " vita, & justa & necessaria iracundia, ut unusquisque, in quibus erravit, & perperam gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ ' voluntatis, bono semini verbo Dei fecundiorem cordis præparet glebam. Puto autem, quod satis dignas habeatis causas iracundię, ex quibus justissimus ignis iste ' coalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum, quantosque lapsus & quanta præcipitia ad peccandum dederit: a quantis vos bonis abstraxerit, & in quæ præcipitarit mala, & (quod est super omnia gravius) quod vos in futuro sæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen effulsit, ignis justissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur & radicitus intereat omne germen, si quod forte intra vos malæ conscientiæ pullulavit? Unde & ipse qui misit nos, cum venisset, & omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse; non continuo ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ ejus ruinis scientiam veritatis opposuit: ut, si qui forte resipiscerent, & lumen veritatis adspicerent, deceptos se, & in præcipitia erroris abstractos merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem adversus deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: *Ignem veni mittere in terram, quem volo, ut accendatur.* Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientiæ necessario separat homines ab errore & ignorantia; sicut sæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis a connexione viventium membrorum, ferro ' secante, separari. Tale ergo aliquid est, quod agit veritatis agnitio. Necesse enim, ut salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis, a parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos, credentes atque incredulos, scientiæ atque ignorantiæ, veritatisque & erroris pugna * consistit. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.* Quod si dicat aliquis: Et quomodo justum videtur, separari filios a parentibus? Audi quomodo: Quia cum ipsis si in errore permaneant, neque illis proderunt; & ipsi cum illis pariter interibunt. Justum igitur & valde justum est, separari eum qui salvari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt venit ista separatio. Illi enim volunt interesse pariter, & prodesse his, & docere meliora. Sed & istud proprium est ignorantiæ vitium, ut confutantem se veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, (quia bonitatis plena est) tamquam a bono Deo datam, cupiunt eam (si fieri potest) cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos & persequuntur. Sciunt enim quia peccatum, ipsorum causa ignorantiæ est. Propterea denique ipse magister, cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus suis, & dicebat: *Pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt.* Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus & persecutoribus nostris; quomodo non etiam parentum & propinquorum persecutiones ferre, & pro conversione eorum orare credimut? Tum deinde etiam ' diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquiunt, quia vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium: auctor autem vitæ unus & solus est Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus. Sed illum (inquiunt) cognoscere non potuimus, istos autem & novimus, & in affectu habemus. Esto, non potuistis cognoscere, ' quis sit Deus: * quid tamen non sit Deus, perfacile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum, aut lapis, aut æs, vel alia hujusmodi materia, Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluistis intendere; certum est, quia in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignaviæ vitio: nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accepissetis intelligentiæ viam. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra: ferrum vero per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur: aqua autem per spiritum movetur, spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dixit Moses propheta: *In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei erat super aquas.* Qui spiritus Dei jussu, quasi ipsa manus conditoris, lucem separavit a tenebris, & post illud invisibile cælum istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos ergo jussu Dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, secessit, ut terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut vobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter vos producere jussa est animantia, & omnia quæ vestro usui voluntatique servirent. An non propter vos venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt, & tempora

Marginal notes: * perdurare. — " Recogn. 6. — ' innitendum — " hæc vox videtur superflua — ' voluptatis — ' cōcalescat — Luc. 12. — ' secantis — * consurgit. — Matth. 10. — Luc. 23. — ' illud — ' quid — * qui — Genes. 1.

tempora vicissitudines mutant? Num propter vos sol oritur, & occidit, & mutationes luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatum suum, ut vobis ingratis cuncta subjaceant. Nonne pro his omnibus justa erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præ ceteris ignoratis? Sed & nunc per idem vos adhuc in intelligentiam ejus duco. Videtis etenim, quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per unigenitum ex initio facta est, unigeniti vero omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine (ut supra diximus) pervenitur ad Patrem. Cum autem perveneritis, agnoscite hanc esse voluntatem ejus, ut per aquas, quæ primæ " creaturæ sunt, denuo renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, heres efficitur ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite, quasi filii ad patrem, ut peccata vestra diluantur, & causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis jam perditionis vestræ causa, & non ignorantiæ, reputabitur. Nec putetis, quod etiam si omnem pietatem colatis, omnemque justitiam, baptismum vero non accipiatis, spem possitis habere apud Deum: imo majore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis; sed si ita gerantur, sicut Deus jubet. Deus autem jussit, omnem colentem se baptismo consignari. Quod si vos renueritis, vt vestræ voluntati magis, quam Dei, obtemperetis; contrarii sine dubio & inimici estis voluntati ejus. Sed dicitis fortasse: Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris nativitatis, quæ vobis per hominem facta est, amputatur, & ita demum pervenire poteritis ad salutem: aliter impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus propheta testatus est, dicens: *Amen amen dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum cælorum.* Et ideo accelerate: est enim in aquis istis misericordia ejus quædam, quæ ex initio ferebatur super eas: & agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas: solæ sunt enim, quæ possint vim futuri ignis extinguere: ad quas qui moratur accedere, constat in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipso prohiberi ad aquas properare quæ salutem conferunt. Sive enim justus, sive sit injustus, baptismus ei per omnia necessarius est. Iusto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo; injusto vero, ut peccatorum quæ gessit, remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo, & demum consignari ab episcopo, id est, " septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est uniuscujusque exitus vitæ. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi spiritus gratia ab episcopo (ut memoratum est) confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit, (ut a beato Petro accepimus, & ceteri sancti apostoli, præcipiente domino, docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem ejus, qui eum genuit, patris. Post hæc vero agnoscat Deum honorare. Honor autem ejus est, ut ita vivat, sicut ipse vult. vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidium & adulterium nesciat, odium & avaritiam fugiat, iram, superbiam, jactantiam respuat & execretur, invidiam quoque, & cetera his similia, penitus a se ducat aliena. Est sane propria quædam nostræ religionis observantia; quæ non tam imponitur hominibus, quam proprie ab unoquoque Deum colente, causa puritatis expetitur: de castimoniæ dico cautela, cujus species multæ sunt. Sed primo, ut observet unusquisque, ne menstruatæ mulieri misceatur: hoc enim execrabile ducit lex Dei. Quod si lex de his non admonuisset nos, ut * catuli libenter volveremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, utpote rationales homines, & cælestium sensuum capaces, quibus summum studium esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem; & puritati conveniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magister noster quosdam pharisæorum & scribarum, qui videbantur esse ceteris meliores, & a vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas: quia ea solummodo quæ hominibus videbantur, purificabant: corda vero, quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant & sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat: *Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est: & quod deforis est, erit mundum.* Vere enim, si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus, qui deforis est, hominis ipsa necessario curam gerit, id est, carnis suæ, ut & ipsa purificetur. Vbi autem ista, quæ deforis est, purificatio carnis negligitur, certum est, neque de puritate mentis ac mundicia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio & extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc, ut hominibus placeat. Sed & illa species castimoniæ observanda est, uti ne passim & libidinis solius causa, cum feminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia: quæ observantia cum etiam in nonnullis pecudibus inveniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationabilibus & Deum colentibus observetur. [a] Ergo omnes peccaverunt & egent auxilio Dei. Propter quod, carissimi, sectamini semper caritatem, & æmulamini meliora & spiritualia, & adjuvate vos invicem, ut Deo semper in omnibus placere valeatis. Amen.

Marginalia: " creatæ — Ioan. 3. — De confirmatione loquitur. — " Siric. ep. 1. initio. — Levit. 18. — * cantharides " imo canthari, ut bene Turrianus ex Græco codice lib. 5. cap. 14. Deest hæc comparatio in c. Iust. — Matth. 23. — " Hæc ab Hemerobaptistis Ebionitis inserta qq. videntur. — 1. Cor. 14.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Ergo omnes peccaverunt*, &c.] Hæc conclusio calumniose reprehenditur ab hæreticis: ita enim sanctus Clemens " argumentatur: Si ratio naturalis & lex colendi Deum non sufficit ad observandam hanc speciem castitatis, quam pecudes sine ratione & lege solo naturæ instinctu servant, & ita mutabiles sunt homines; sequitur omnes esse peccatores, & auxilio Dei egere, ad bene vivendum. Quo nihil verius, nihil subtilius, nec ad rem accommodatius dici potuit.

" aut qui sub ejus persona delitescit.

A

EPISTOLA V.
CLEMENTIS PAPÆ I.

De communi vita & reliquis causis, suis discipulis scripta, Hierosolymitanisque directa.

Dilectissimis fratribus & condiscipulis, Hierosolymis cum carissimo fratre Iacobo coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus.

12. q. 1. dilectiss. fratribus.

COMMVNIS vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. " Communis enim usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta divisio est. Denique Græcorum quidam sapientissimus " hæc ita sciens esse, ait: *Communia debere esse amicorum omnia.* " *Et sicut non potest* (inquit) *dividi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia.* Vnde & dominus per prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Istius enim consuetudinis more retento, etiam apostoli, eorumque discipuli, ut prædictum est, una nobiscum & vobiscum communem vitam duxere. Vnde (ut bene nostis) *erat multitudinis eorum cor unum & anima una: nec quisquam eorum aut nostrum, de his quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros possidebant, vendebant eos: & precia eorum, & reliquas res quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes apostolorum*; sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt & viderunt: *& dividebant singulis, prout cuique opus erat.* Ananias autem vir austerus, & Sapphira uxor ejus, qui mentiti sunt apostolis de precio agrorum suorum, quos vendiderant, " nobis præsentibus, in conspectu omnium circumadstantium, a conspectu apostolorum, propter peccatum eorum & mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Ceteraque quæ de talibus cognovimus & vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cavenda mandamus, & doctrinis & exemplis apostolorum obedire præcipimus: quia hi qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum vobis cavenda, sed & omnibus prædicanda sunt. Relatum est etiam nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes, adversantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum * traditionem patris, sed juxta sensum suum docere videntur. " Multas enim quidam (ut audivimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt: & ideo diligenter observandum est, ut lex Dei, cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis divinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum quem extrinsecus adulteretis, alienum & extraneum debetis quærere, ' aut quomodo ipsum scripturarum auctoritate confirmetis; sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam a majoribus, secundum veritatem sibi traditam, servavit ut & ipse possit ea, quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex divinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi vera didicit, falsa & simulata declinet. " Incertum est enim etiam juvenibus vitæ tempus, senibus autem jam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcumque est quod putatur superesse, breve sit. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione & pœnitentia valde esse solicitos, & ' satagere, ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Vnde, consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quæ domino vovistis, adimplere satagatis. Et cum oratione assidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspicione mali * interitus, vota possint celebrari festiva. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

" Faustinianus hæc dicit lib. 10. Recogn. p. 138. quæ refellit ipsemet Clemens.
" Platonem intelligit.
" In MS. atque editis Merlini & Crabbi pauca inseruntur, de quibus in notis. Ea Surius & post eum alii resecuerunt cum tamen legatur l. 10. Recogn.
Psal. 123.
Actor. 4.
Actor. 5.
" Non videtur tunc Hierosolymis extitisse Clemens, natione Romanus, qui plures post annos fidem suscepit. Verba Latinii notis nostris inseremus.
Dist 37. relatum est.
* traditiones patrum.
" Recognit. 10.
' ut quoquomodo
" Recognit. 10.
' satisfagere.
2. q. 1. dilectiss. fratribus.
* inter vos.

NOTA SEVERINI BINII.

De Clementis epistola sub Romanæ ecclesiæ persona, ad Corinthiorum ecclesiam, " quæ non extat, meminit Euseb. libro 3. ecclesf. hist. cap. 32. quam omnium consensu approbatam dicit, & epistolæ beati Pauli ad Hebr. simillimam. Item D. Hieron. in catalogo, & in commentarii Is. cap. 52. ubi pauca quædam ex illa citat. " Epiphan. heresi 30. citat quamdam encyclicam de virginitate, in ecclesia isto tempore receptam & extantem. Vide quæ diximus in vita Clementis verbo, epistolæ canonicæ.

" Eam mox proferemus, ex edit. Oxoniensi anni 1633.
" Hactenus Nicolinus.

CLEMENS PAPA
EX DECRETO GRATIANI.

Quando celebratur missa, presbyterium laicus ingredi non præsumat.

De conse. dist. Sacerdotum aliorumque.

Sacerdotum, aliorumque clericorum ecclesiæ servientium honores, a laicorum loco discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes & reliqui clerici consistunt, (quod presbyterium nuncupatur) quando missa celebratur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia * exercere.

* celebrari.

"VETERVM TESTIMONIA" **
DE CLEMENTE ROMANO, & ejus scriptis.

Paulus ad Philipp. 4. 3.

KAὶ ἐρωτῶ καί σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησαί μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

Ignatius epist. ad Trallenses.

Τί δὲ διάκονοι, ἀλλ' ἢ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων; λειτουργοῦντες αὐτῷ λειτουργίαν καθαρὰν, καὶ ἄμωμον, ὡς Στέφανος, ὁ ἅγιος, Ιακώβῳ τῷ μακαρίῳ, καὶ Τιμόθεος καὶ Λῖνος Παύλῳ, καὶ Ἀνάκλητος καὶ Κλήμης Πέτρῳ.

Idem ad Philadelph.

Ονάιμην ὑμῶν τῆς ἁγνωσύνης, ὡς Ηλία, ὡς Ιησοῦ τοῦ Ναυῆ, ὡς Μελχισεδὲκ, ὡς Ελισσαίου, ὡς Ιερεμίου, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ιωάννου, ὡς τοῦ ἠγαπημένου μαθητοῦ, ὡς Τιμοθέου, ὡς Τίτου, ὡς Εὐοδίου, ὡς Κλήμεντος, τῶν ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον.

Ei

Iustinus ad Orthodoxos resp. 74.

Εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθάπερ αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.

Irenaus lib. 3. cap. 3. ex Euseb. hist. eccles. lib. 5. cap. 6.

Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν· τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς· καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος. ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ B τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

Clemens Alexandrinus lib. 4. Strom.

Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων λέγει. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν πίστιν ὑμῶν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε. Et statim infra. Ἀτενίσωμεν οὖν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας αὐτοῦ τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ, λάβωμεν Ἐνὼχ, C ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς, μετετέθη, &c. quæ sequuntur. ex Clementis ad Corinthios epistola, strictim excerpta.

Idem lib. 4. Strom.

Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ λέξιν φησὶν, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων. Ἤτω τις πιστός· ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις· & quæ supra immediate præcedunt. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι. priora lib. 6. Strom. repetuntur. Ἤτω τοίνυν πιστὸς ὁ τοιοῦτος, &c.

Idem lib. 5. Strom.

D Ἀλλὰ κἀν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ, ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν κόσμοι.

Origenes περὶ ἀρχῶν, lib. 2.

Meminit sane Clemens apostolorum discipulus etiam eorum quos ἀντίχθονας Græci nominant, atque illius partis orbis terræ ad quam neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos, quos & ipsos mundos appellavit, cum ait. Oceanus intransibilis est hominibus, & hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur, & quæ sequuntur paulo infra.

Idem contra Celsum tom. 2.

E Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων, φησί· περὶ τῶν τῆς γενέσεως δοκούντων ἐμβεβηκέναι, λόγῳ τετραγωνῷ ... Καὶ ὁ πατὴρ, σύγγνωθί μοι ὦ τέκνον, οἱ μὲν γὰρ χθές σου λόγοι ἀληθεῖς ὄντες, συνελογίσαντό με συνθέσθαι σοι. ἡ δὲ ἐμὴ συνείδησις μικρά με ὥσπερ πυρετοῦ ἔλλειμμα πρὸς ἀπιστίαν βραχέα βασανίζει· σύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ τὰ τῆς γενέσεως πάντα μοι ἀποτελεσθέντα, &c. quæ sequuntur.

Eusebius eccles. hist. lib. 3. cap. 12.

Δωδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Ἀνέγκλητον, ἔτεσιν ἐπισκοπεύσαντα δεκαδύο διαδέχεται Κλήμης,

A ὃν συνεργὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων ὁ ἀπόστολος διδάσκει λέγων· μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. τούτου δὴ οὖν ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης· ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν· καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον, τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.

Idem lib. 3. cap. 32.

Ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοῦ Ἰγνατίου ἐν αἷς κατελέξαμεν ἐπιστολαῖς, καὶ τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεὶς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ B ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τοῦ ἀποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίου γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τοῦτον αὐτὸν, ἑρμηνεῦσαι λέγουσι τὴν γραφήν ὃ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθὲς, τὸ τὸν ὅμοιον τῆς φράσεως χαρακτῆρα, τήν τε τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους ἀποσώζειν, καὶ τὸ μὴ πόρρω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεστάναι· Ἰστέον δ᾽ ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴ, οὐ μὴν ἔθ᾽ ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μὴ δὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν· ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀππίωνος διαλόγους περιέχοντα, ὧν οὐδ᾽ ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται, οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. Vide præterea C lib. 3. cap. 4. & 28. & lib. 4. cap. 21. & 22.

Athanasius disp. contra Arium in synodo Nicæna.

Ἄρειος εἶπεν οὕτως ἔχει. σὺ δὲ τί φὴς μὴ ἀΐδιον συντίθεσθαι τὸ θεῖον, οὐκ ἐπηκροάσω ποτὲ Κλήμεντος τοῦ παρακολουθήσαντος Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ὃς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν.

Cyrillus Hierosol. catechesi 18.

Ἤδει Θεὸς τὴν ἀπιστίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὄρνεον εἰς τοῦτο κατεσκευάσατο, φοίνικα οὕτω καλούμενον, ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἕτεροι πλείονες, μονογενὲς ὑπάρχον κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν, ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δεικνύον τὴν ἀνάστασιν, οὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ γινόμενον. ἀλλ᾽ ἐν φανερᾷ πόλει παραγινόμενον, ἵνα ψηλαφηθῇ τὸ ἀπιστούμενον. σηκὸν γὰρ ἑαυτῷ ποιῆσαν ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ λοιπῶν D ἀρωμάτων· καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσελθὸν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται· εἶτα ἐκ τῆς σαπείσης σαρκὸς τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τις γεννᾶται, καὶ οὗτος αὐξηθεὶς εἰς ὄρνεον μορφοῦται. μὴ ἀπιστήσῃς δὲ τοῦτο. καὶ γὰρ τὰ μελισσῶν γεννήματα οὕτω βλέπεις ἐκ τῶν σκωλήκων μορφούμενα, καὶ ἐξ ᾠῶν ὑγροτάτων ἐθεώρησας ὀρνέων πτερὰ καὶ ὀστέα, καὶ νεῦρα ἐξερχόμενα· εἶτα, πτεροφυήσας ὁ προειρημένος φοῖνιξ, καὶ τέλειος, οἷος ἦν ὁ πρότερος φοῖνιξ γενόμενος, ἀνίπταται τοιοῦτος εἰς ἀέρα, οἷος καὶ τετελεύτηκεν, σαφεστάτην νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνθρώποις ἐπιδείξας· θαυμαστὸν μὲν ὄρνεον ὁ φοῖνιξ ἀλλ᾽ ὄρνεον ἄλογον, καὶ οὐδέποτε ἔψαλε τῷ Θεῷ, περιΐπταται τὸν ἀέρα, ἀλλ᾽ οὐκ οἶδε τίς ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, &c.

Optatus Milevitanus lib. 2.

E *Ergo cathedra unica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus*, &c. usque ad Siricium.

Epiphanius lib. primo adversus Carpocrasios.

Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης σύγχρονος Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς * Ῥωμαίοις ἐπιστολῇ καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντος τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων· εἴτ᾽ οὖν ἔτι περιόντων αὐτῶν, ὑπὸ Πέτρου λαμ- χ. Φιλιπ.

 βάνει

βαίνει τὴν χειροθεσίαν τῆς ἐπισκοπῆς καὶ παραιτησάμενος ἤργει. A λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, * ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ, τινὶ τοῦτο συμβουλεύων (εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον) ἤτοι μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ὑπὸ Κλήτου τοῦ ἐπισκόπου οὕτως καθίσταται, οὐ πάνυ σαφῶς ἴσμεν, &c.

* γ. εὐσταθ.

Idem contra Ebionitas.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ᾽ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα. αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει B Ἠλίαν, καὶ Δαβίδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

Basilius de Spiritu sancto ad Amphilochium, cap. 29.

Εἰρηναῖος ἐκεῖνος, καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Διονύσιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ὁ Διονύσιος· & paulo infra, ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος, Ζῇ φησὶν· ὁ θεὸς καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Εἰρηναῖος δὲ ἐκεῖνος ὁ ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων γενόμενος.

Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum.

Clemens de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait, cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis quorum nomina scripta in libro vitæ, C *quartus post Petrum Romanus episcopus. Si quidem secundus Linus fuit, & tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum apostolum, putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanæ ecclesiæ ad ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem epistola non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem, abutitur: omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur & secunda ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur. Et disputatio Petri & Appionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiæ ecclesiasticæ volumine coarguit. Obiit tertio Trajani anno, & nominis ejus memoriam usque hodie Roma extructa ecclesia custodit.* D

Idem libro primo adversus Iovinianum.

Ad hos & Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit: & deinceps multi apostolici & martyres, & illustres tam sanctitate quam eloquentia viri, quos ex propriis scriptis nosse perfacile est.

Idem in Esaiæ cap. 52.

De quo & Clemens vir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios. Sceptrum Dei dominus Iesus Christus, non venit in E jactantia superbiæ, cum possit omnia, sed in humilitate.

Idem in 4. caput epist. ad Ephesios.

Cujus rei & Clemens ad Corinthios testis est, scribens; Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare? & supra in commentariis ad secundum caput. *Quærimus quoque quid sit, in quibus aliquando ambulastis, secundum seculum mundi hujus: utrum nam & aliud seculum sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios, de quibus & Clemens in epistola sua scribit.* Oceanus & mundi qui transipsum sunt, &c.

Idem[a] sub finem interpretationis comment. Origenis in epist. ad Romanos.

Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo, vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi, apostolorum comitis, quorum ut successoribus darem cognitionem, libri a nobis in Latinum vertuntur, in quo opere bene novi, quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis, dabo titulo nomen meum, authoris nihilominus vocabulo permanente; nam [b] Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur, &c.

[a] imo Ruffinus, ut vel ex hisce claret.

[b] Ruffini omnino scribendum est.

Ruffinus de adulteratione librorum Origenis.

Clemens apostolorum discipulus, qui Romanæ ecclesiæ post apostolos, & episcopus & martyr, præfuit, libros edidit, qui Græce appellantur Ἀναγνωρισμός. i. e. Recognitio: *in quibus cum ex persona Petri apostoli, doctrina quasi vere apostolica in quamplurimis exponatur; in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur:* & paulo infra. *Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inserta, quæ ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid quæso de his sentiendum est, quod apostolicus vir, imo pene apostolus, non ea scribit, quæ apostoli docent, cui Paulus apostolus testimonium dedit, dicens:* Cum Clemente & adjutoribus meis cæteris, quorum nomina sunt in libro vitæ: *& scribat hoc quod libris vitæ contrarium est? An id potius credendum est, quod supra diximus, quod perversi homines ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine tamquam facilius credenda, inseruerunt ea quæ illi nec sensisse nec scripsisse credendi sunt.*

Augustinus epist. 165.

Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus, &c. usque ad Anastasium qui Siricio successit.

Eucherius Lugdunensis de contemptu mundi.

Clemens vetusta prosapia senatorum, atque etiam ex stirpe Cæsarum, omni scientia refertus, omniumque liberalium artium peritissimus, ad hanc justorum viam transiit; itaque etiam in ea excellenter effloruit, ut principi quoque apostolorum successor extiterit.

Photius in Bibliotheca. [a]

[a] tm. 126.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους δύο ἐνεφέροντο· ὧν ἡ πρώτη δι᾽ αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι, λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής ἐστιν, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος· αἰτιάσαιτο δ᾽ ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· ὅτι τε τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω, κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι. καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς· οὐ μὴν οὐδ᾽ ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῆ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ, νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν θεὸν κηρύσσει. πλὴν ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει. ὧν οὐδὲ ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς, καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινῶν ἀλλοκότους ἔχει· ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐρριμμένα πως, καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα.

Idem alibi. [a]

[a] tm. 133.

Οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς· οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἥτις παρὰ

πολλοῖς

πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι. ἡ δὲ A λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ᾽ ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀππίωνος πολύστιχος διάλογος. τοῦτον, φασὶν, ὁ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπῆσαι Ῥώμης, οἱ δὲ τέταρτον. Λῖνον γὰρ καὶ Ἀνάκλητον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Πέτρου Ῥώμης ἐπισκόπους διαγεγονέναι· τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν τρίτῳ ἔτει Τραϊανοῦ. Vbi & Photii judicium de constitutionibus apostolorum, & recognitionum libris, qui sub Clementis nomine circumferuntur, videre licet.

Ivo Carnotensis in chronico suo MS.

Ex bibliotheca regis Angliæ. *Hujus præterea Cæsaris Domitiani anno quarto, apud Alexandriam Aniano qui Marco successerat, successit Abilius. Hierosolymis vero sancto Iacobo* * *patriarchæ, successit Simon filius Cleophæ. In Romana* B *vero sede eadem tempestate, Cleto papæ Clemens successit. Iste est Clemens papa sapientissimus atque sanctissimus, qui magnificos viros in Galliis ad collocandum destinavit dominicæ fidei fundamentum; Lugdunensibus Fotinum, Narbone Paulum, Turonis Gratianum, Cenomannis Iulianum, & alios, per quos, per illas regiones fidei doctrina profecit: & immensæ multitudinis populus ab idolorum cultura recessit.*

* apostolo.

Idem postea.

Trajani præterea tempore tertius in Christianos persecutionis impetus ebullivit, unde Clemens papa Romanus in mare præcipitatus est; ubi in templo domini divinitus præparato, manibus angelicis decenter meruit tumulari.

Zonaras Annalium tomo 2.

Τῷ δωδεκάτῳ δ᾽ ἔτει τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ (Domitiani scil.) τελευτήσαντος Ἀνακλήτου, Κλήμης τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ῥώμης παρέλαβε, τρίτος ταύτης χρηματισθεὶς ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν Εὐσέβιον.

Ex chronico MS. Hugonis de sancto Victore, qui Ivonis deflorator est, quem per omnia fere αὐτολεξεὶ *sequitur.*

Ex bibl. ecclesiæ Lichfeldensis. *Hujus præterea Domitiani temporibus, Hierosolymis sancto Iacobo patriarchæ successit Simon filius Cleophæ, in Romana vero sede Anacleto papæ tunc Clemens successit. Iste est Clemens papa sanctissimus atque sapientissimus, qui multos viros magnificos ad collocandum dominicæ fidei fundamentum, destinavit. Lugdunensibus Fotinum, Turonensibus Gratianum, & alios perplures.*

Nicephorus Callistus lib. 3. cap. 18.

Κατ᾽ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἔτι Κλήμης ἐν Ῥώμῃ διέπρεπε, πρὸς δὲ καὶ Ἰγνάτιος τὴν Ἀντιόχου διεῖπε· Παπίας τε ἦν ἐν Ἱεραπόλει συγγραφεὺς, Παγκράτιος τε, καὶ ὁ τῆς Σμυρναίων πρόεδρος Πολύκαρπος· ὧν οἱ μὲν Πέτρου, Πολύκαρπος δὲ τοῦ ἐπιστηθίου ἦσαν ὁμιληταί. τούτων ὁ μὲν Κλήμης, Ῥωμαῖος ἄνωθεν ἦν, καὶ τῇ βασιλικῇ φυλῇ κατὰ γένος προσήκων, Φαύστου τινὸς καὶ Ματθιδίας υἱός. παντοίᾳ δὲ παιδείᾳ ἑλληνικῇ συντραφεὶς, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν εἰς ἄκρον ἀσκήσας, καὶ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων περιτυχὼν, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον μυηθεὶς κηρύττει τὸ εὐαγγέλιον. ἀπηχθῶν δ᾽ οὖν τοῖς ἐντελλομένοις Τρα- E ϊανῷ, ὑπερόριος ἐκ Ῥώμης, εἴς τινα πόλιν τῇ Χερσῶνι προσκειμένην ἔρημον πάντη καὶ αὐχμηρὰν, γίνεται. πολλοῖς δὲ δεινοῖς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ὁμιλήσας, ὕστερον ἀγκύρᾳ σιδηρᾷ τοῦ τραχήλου ἐξαρτηθεὶς, τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ ἀπορρίπτεται: & paulo infra, ὁμολογουμένην μὲν οὖν τούτου ἐπιστολὴν Εὐσέβιος ἱστορεῖ ὁ Παμφίλου, μεγάλην τε, καὶ ἀξίαν πολλοῦ θαύματος. ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας δημοσιευομένην εἶναι. ἐν ᾗ καὶ πολλὰ νοήματα ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους τοῦ ἀποστόλου Παύλου κεῖται ἐπιστολῆς· καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολὴ τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα, περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. Vide ejusdem Niceph. cap. 35. lib. 2. & cap. 15. lib. 4.

Ex chronico MS. Guilielmi de Nangis monachi sancti Dionysii.

Quartus ecclesiæ Romanæ præfuit Clemens natione Romanus, hic ex præcepto beati Petri apostoli suscepit ecclesiæ pontificatum gubernandi, sicut ei fuerat a domino Iesu Christo tradita vel commissa: cessit tamen Lino & Cleto, qui ante eum scribuntur, eo quod ab ipso principe apostolorum fuerant ad sacerdotale ministerium habendum episcopi ordinati. Hic Clemens 7. regiones divisit notariis fidelibus ecclesiæ, qui gesta martyrum sollicite & curiose, unusquisque per regionem suam, diligenter perquirerent. Scripsit autem duas epistolas, quæ catholicæ nominantur. Ex bibliotheca regis Angliæ.

Ex chronico Alberti Stadensis.

Clemens primus, natione Romanus, patre Faustino, de Cælio monte, sedit annis 9. mensibus 2. diebus, 10 temporibus Domitiani, Nervæ, & Trajani. Hic fecit 7. regiones dividi notariis ecclesiæ, qui gesta martyrum scriberent, unusquisque in sua regione. Hic quamvis a beato Petro esset electus, tamen coegit Linum & Cletum ante se pontificari, & ita est primus post Petrum, tertius vero per gradum. 8. Cal. Decemb. martyrio coronatur. Papatus cessavit diebus 20. & infra post varias diversorum opiniones de ordine & tempore primorum pontificum, Lini, Cleti, & Clementis, subjungit. *Sed omnes periti temporum, hos magis æstimant esse imitandos, qui Linum & Cletum dicunt fuisse sub Petro, & hos sub Petro chorepiscopos extitisse; Clementem vero, tradente Petro, jure le-* C *gitimo successisse, & ideo ipsum primum papam merito appellatum.*

" ** Hisce a Patricio Iunio collectis veterum testimoniis plura possumus adjicere ac nominatim duo quæ sequuntur.

Irenæus lib. 3. adversus hær. cap. 3.

Sub hoc igitur Clemente dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta scripsit quæ est Romæ ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum & annuntians quam in recenti ab apostolis receperant traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem factorem cæli & terræ, &c.

Paulo post. *Hunc patrem domini nostri Iesu Christi ab ecclesiis annuntiari, ex ipsa scriptura qui velint* D *discere possunt, & apostolicam ecclesiæ traditionem intelligere, cum sit vetustior epistola his qui nunc falso docent & alterum Deum super Demiurgum & factorem omnium quæ sunt commentiuntur.*

Damascenus in parallelis.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους Β.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ ξένα, καὶ μακρὰν ἐπὶ τῶν ἀπεχθῶν· ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου· καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ καθ᾽ εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.

Benevolo Lectori Patricius Iunius.

SIplenius de Clemente nostro, & ejus scriptis, *Amice lector, scire desideras, Gregorium Turonensem de martyrum gloria, Simeonem Metaphrasten, pontificum Romanorum* βιογράφοις, *Baronium annalium conditorem, Sixtum Senensem, Bellarminum, & alios qui ecclesiasticos scriptores & eorum scripta nobis tradiderunt, per otium consulere potes. nos nube hac tam illustrium testium, quos in antecessum præmisimus, contenti, oculis tuis, & patientia diutius abuti desinimus, & de fide, & authoritate hujus operis* γνησίου καὶ ἀναμφιβόλου, *plura de nostro adjicere supersedemus, ne soli lucem fænerari, & faculam obscuram meridie accen-*

accendere velle videamur. Antequam autem ad lectionem divini hujus & plane apostolici scripti te accingas, patere, quæso, ut de antiquitate exemplaris, quo nos usi sumus, & de versione nostra, plana & rudi, paucis te moneamus. Cyrillus qui Constantinopoli patriarchatum obtinuit, ex Ægypto, cum sedem Alexandrinam relinqueret, magnam librorum supellectilem secum advexit, inter quos codicem omnium vetustissimum, & longe pretiosissimum (in quo veteris & novi fœderis libri literis grandioribus, manu Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ, circa primi concilii Nicæni tempora, bellissime exarati sunt) per ornatissimum & cl. virum dominum Thomam Roe equitem auratum, & apud Turcarum Imp. serenissimi regis nostri oratorem, cum ex oriente rediret, dono ad serenissimum regem nostrum transmisit. Ad calcem venerandi hujus codicis, & κειμηλίου τιμαλφεστάτου, in B *membranis laceris adjecta erat Clementis ad Corinthios epistola eadem manu scripta, quam nunc bono publico, & tuo usui in lucem damus, legisque Pythagoricæ non immemores (quæ, ut Synesius in Dione author est, οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐμποιεῖν, ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης, ἢ τέχνης) nihil dementes, nihil de nostro addentes, non syllabam, non literam, non apicem aut jota unum, fidelissime, quantum fieri potuit, expressimus. Voces autem deperditas, & literas vetustate exesas, spatiis & interstitiis accuratissime dimensis, pro ingenioli nostri tenuitate supplevimus, & minio " rubro (novo hoc & inusitato imprimendi genere) notavimus; quod a nobis consulto factum est, ne rejicientes te sæpius ad*

" Apices illos rubros editionis

A *notas molestiam tibi inutilem crearemus, vel oram libri supplementis & emendationibus crebris nimium fœdaremus, denique ne industriis felicioribus, & ingeniis στοχαστικωτέροις, conjecturam liberam, & judicium liberius, præriperemus. In reliquo etiam opere errata quamplurima expunximus, & ut omnia quam emendatissima prodirent pro facultate nostra ac modulo adnisi sumus, verum hoc sic accipi volumus, non tanquam assecutos nos credamus, sed tanquam assequi laboraverimus, & fortasse non frustra, si modo tu candidum te æstimatorem laborum nostrorum, & diligentiæ qualiscumque benignum interpretem, præbueris. Stylus authoris & scribendi genus, primævam simplicitatem sapit, & tenera adhuc nascentis ecclesiæ incunabula, quibus veteres patres & ecclesiæ primi nutritii, nihil excelsum aut elatum, nec ad audientiæ popularis illecebras culto sermone fucatum, in medium proferebant; sed ad divinam indulgentiam prædicandam, & gratiam ac salutem auditori procurandam (ut* Cyprianus ad Donatum) *verbis non disertis, sed fortibus, & rudi veritate simplicibus, utebantur. Quare si in versione nostra, eloquii venustatem, aut rhetorici sermonis nitorem exspectas, frustra fueris; fides, non ornatus, aut verborum elegantia, nobis præ oculis in hoc negotio erat. Quod reliquum est, conatibus nostris fave, & pleniorem opem Clementi huic nostro tribue, aliosque veteres, qui memoriam suam tibi commendant, ab oblivionis injuria assere; quorum immortalitati dum consulis, pariter & tua prospicies. Vale, & æternitatem cogita.* Oxonii pridie Cal. Nov. 1632.

Oxoniensis insuper habuimus. Hæc enim eruditis præsto est ad manum.

CLEMENTIS AD CORINTHIOS EPISTOLA I.

Patricio Iunio Scoto-Britanno interprete.

DEI ecclesia quæ Romæ peregrinatur, ecclesiæ Dei quæ Corinthi diversatur, vocatis & sanctificatis voluntate divina, per dominum nostrum Iesum Christum. Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Iesum Christum, in vobis singulis, & mutuo erga vos invicem multiplicetur. Propter calamitates & casus adversos qui nobis acciderunt, Fratres dilecti, postulatis vestris, tardius nos animum adjecisse veremur, & seditioni impiæ ac detestandæ, *inter vos ortæ*, Deique electis peregrinæ & alienæ; quæ paucorum hominum insolentia & audacia in tantam vesaniam exarsit, ut honorificum & illustre nomen vestrum, & ab omnibus amari dignum, vehementer blasphemetur. Quis enim apud vos versatus est, qui omni virtute plenam, firmamque ac stabilem fidem vestram non probaverit? Qui sobriam & moderatam in Christo pietatem non sit admiratus? qui splendidos ac liberales hospitalitatis vestræ mores non laudaverit? qui perfectam certamque cognitionem vestram, non beatam prædicaverit? Omnia enim sine personarum intuitu à vobis fiebant, & in Dei legibus ambulabatis, præpositis vestris subditi, & seniores inter vos debito honore prosequentes. Iuvenes ut moderata & honesta secta-

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α.

Ex veteri MS. C. qui Theclæ dicitur.

C Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παροικούσῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη, ἐφ' " ὑμῶν " ἰδίους, καὶ ἐπ' ἀλλήλους. Διὰ γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις, ἀδελφοὶ * βράδειον νομίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι, περὶ τῶν ἐπιζητουμένων παρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ * ξένοις τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως· ἣν ὀλίγα πρόσωπα προ-
D πετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας " πρὸς " ὑμᾶς τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν, οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος, οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν, οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ * τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν· καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις, νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε.

" ὑμῖν. " ἴσ. ἰδίας. ἴσ. βράδιον. ἴσ. ξένης. " Clem. Al. lib. 4. Strō. ἴσ. ἐν τοῖς

τρέφετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας· Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, μᾶλλον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγοις αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν· Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν * ἵλεως γενέσθαι, εἴτι ἄκοντες ἡμάρτετε· ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος, εἰς τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ· εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε, καὶ * ἀναμνησίκακοι εἰς ἀλλήλους· Πᾶσα στάσις, καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι * τοῖς πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε· ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα τοῦ Κυρίου ἐπὶ * τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο. Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς ἐδόθη ὑμῖν, καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον, Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη, καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπεγαλάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. Ἐκ τούτου ζῆλος, καὶ ἔρις, καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία· οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόῤῥω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηρὰς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας, δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον· γέγραπται γὰρ οὕτως· Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν· καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ. ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν· καὶ ἐλυπήθη Κάϊν ἄγαν, καὶ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ· Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάϊν, ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; καὶ ἵνα τί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· πρός σε ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁρᾶτε ἀδελφοὶ, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο. Διὰ ζῆλον ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· Ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι, καὶ μέχρι

Marg.: ἴσ. ἵλεων. — ἴσ. ἀμνησίκακοι. — ἴσ. τῶν. — ἴσ. τὰς πλάκας. — ἀπελάκτισεν.

rentur; monebatis; mulieres in inculpabili, sancta & casta conscientia, omnia peragere hortabamini, diligendo maritos, prout officium postulat; & in obedientiæ canone se continendo, res domesticas cum omni temperantia administrare, docebatis. Omnes humili animo eratis, in nullo inani gloriationi dediti, aliorum jugo subjecti potiusquam alios vobis subjicientes, dantes potiusquam accipientes, Dei viatico contenti, & verbo ejus diligenter attendentes, quod in intima viscera reconditum servabatis, ejusque passiones vobis præ oculis semper erant. Sic alta & beata pace fruentes, inexplebile benefaciendi desiderium omnes tenebat; plena etiam super omnes Spiritus sancti effusio facta est, sanctaque voluntate pleni, bona animi promptitudine, cum pia ac devota confidentia, manus vestras ad Deum omnipotentem extendistis, pro delictis contra voluntatem vestram commissis, suppliciter ipsius clementiam implorantes. Labor omnis & contentio vestra diu noctuque pro universa fraternitate erat, ut numerus electorum ejus cum commiseratione & conscientia salvaretur. Sinceri inter vos invicem, innoxii, & omnis injuriæ immemores, eratis. Seditio omnis & scissura, vobis abominanda erat, proximorum delicta lugebatis, illorum defectus vestros censebatis. propter benefacta nulla pœnitentia ducti, ad omne bonum opus prompti & alacres eratis. ornati veneranda & omnibus numeris absoluta conversatione, omnia in timore ejus peragebatis: mandata & præcepta domini in tabulis cordis vestri altius insculpebantur. Nunc vero omnis honor & latitudo vobis data est, & scriptum illud impletum est, *Edit, bibit, dilatatus, & incrassatus est, & recalcitravit dilectus.* Ab hoc fonte, æmulatio, invidia, contentio, seditio, persecutio, commotio, bellum & captivitas, manarunt. sic viles & inglorii, contra honoratos & gloriosos, sic insipientes contra sapientes, & juvenes contra seniores, insurrexerunt, Hinc est, quod justitia procul exulante & pace, unusquisque Dei timorem deserat, & in fide ejus cæcutiat, neque in institutis præceptorum ejus ambulet, aut vitam Christo dignam degat: sed secundum pravas ipsius concupiscentias incedat, iniquam & impiam invidiam fovendo & amplectendo, per quam mors in mundum intravit. Sic enim scriptum est, *Et factum est post dies, obtulit Cain ex fructibus terræ sacrificium domino. Abel autem obtulit & ipse de primogenitis ovium suarum, & adipibus earum. Et respexit Deus super Abel, & super munera ejus. Super Cain autem, & super sacrificia ejus non advertit, & contristatus est Cain valde, & concidit vultu suo. Et dixit dominus Deus ad Cain, quare tristis factus es? Et quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce, ad te conversio ejus, & tu principatum habebis ipsius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum, transeamus in campum: & factum est, dum essent in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum, & occidit eum.* Videtis fratres, propter æmulationem & invidiam fratricidium commissum. Propter æmulationem pater noster Iacob à facie fratris sui Esau aufugit. Æmulatione factum est ut Ioseph ad mortem usque in persecutione viveret, &

Marg.: Deut. 32. 15. — Gen. 4. 3.

ret, & servitutem subire cogeretur. Æmulatio Mosem a vultu Pharaonis regis Ægypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret, *quis te constituit principem & judicem super nos? numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Ægyptium?* (Exod. 2. 14.) propter æmulationem Aaron & Mariam, a reliquo populo segregati, extra castra stabulati sunt. Æmulatio Dathan & Abiron vivos ad inferos detrusit, quod cum Moyse Dei famulo seditiose contenderent. Propter æmulationem David non tantum alienigenarum invidiam sustinuit, sed regem etiam Saul persequutorem expertus est. Sed ut vetera relinquamus, ad proximos athletas convertat se oratio nostra, & seculi nostri generosa exempla proponamus. Propter æmulationem & invidiam, qui fideles & justissimæ ecclesiæ columnæ erant, ad mortem usque acerbam, persequutionem passi sunt. ponamus nobis ante oculos sanctos apostolos. Propter æmulationem iniquam, Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in debitum gloriæ locum ascendit. Paulus propter æmulationem in vincula septies conjectus, verberibus cæsus, lapidatus, patientiæ præmium reportavit, & in oriente ac occidente verbi præco factus, illustrem fidei suæ famam sortitus est, in justitia mundum universum instruens, & ad occidentis terminos veniens, & sub imperatoribus martyrium subiens, sic e mundo migravit, & in locum sanctum abiit, patientiæ summum exemplar existens. Viris istis sancte vitam instituentibus, magna electorum multitudo aggregata est, qui supplicia multa & tormenta propter æmulationem passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt. Propter æmulationem mulieres persequutionem passæ [*Danaides & Dirce*] postquam gravia & nefanda supplicia sustinuissent, constantem fidei cursum consummarunt, & debiles corpore nobile tolerantiæ præmium acceperunt. Æmulatio uxorum animos a maritis abalienavit, & dictum patris nostri Adami mutavit. *Hoc jam os ex ossibus meis, & caro ex carne mea.* Æmulatio & contentio urbes magnas evertit, & gentes numerosas funditus delevit. Hæc charissimi, non tantum ut vos officii vestri admoneamus, scribimus; sed ut nos ipsos commonefaciamus, in eodem enim stadio versamur, & certamen idem nobis impendet: quare inanes & vanas curas relinquamus, & ad gloriosam & venerandam sanctæ vocationis nostræ normam veniamus; quid pulchrum, quid jucundum, & acceptum coram opifice nostro sit, videamus; sanguinem Christi intentis oculis intueamur, & quam pretiosus Deo sit ejus sanguis, consideremus, qui propter nostram salutem effusus, toti mundo pœnitentiæ gratiam obtulit. Circumspiciamus diligenter omnes mundi ætates, & discamus quod in omni generatione, volentibus ad ipsum converti, dominus pœnitentiæ locum concesserit. Noe pœnitentiæ præco fuit, & qui ei obtemperarunt, salvati sunt. Ionas Ninivitis excidium prædicavit, illi autem peccatorum pœnitentiam agentes, precibus Deum placarunt, & licet a Deo alieni, salutis participes facti sunt. Divinæ gratiæ ministri Spiritu sancto afflati, de pœnitentia loquuti sunt: ipse etiam rerum omnium dominus cum juramento de pœnitentia loquutus est. *Vivo, inquit,*

A δουλείας εἰσελθεῖν· Ζῆλος φυγεῖν ἠνάγκασεν Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου, τίς σε κατέστησεν κριτὴν, ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν αἰγύπτιον; Διὰ ζῆλον Ααρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν· Ζῆλος, Δαθὰν καὶ Αβειρὼμ ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου, διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· Διὰ ζῆλον, Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ισραὴλ ἐδιώχθη. Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς B γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα· Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον, ἐκκλησίας πιστοὶ καὶ δικαιότατοι στῦλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου ἦλθον· λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους· Πέτρος διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα, οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπέμεινεν πόνους, καὶ οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον ὁ Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ἀπέσχεν, ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, παιδευθεὶς, λιθασθεὶς, κῆρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν, καὶ μαρ- C τυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός. Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν θείως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες * πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. Διὰ ζῆλον διωχθεῖσαι γυναῖκες [Δαναΐδες " καὶ Δίρκη] αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν, καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδὰμ, τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ D σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερρίζωσεν. ταῦτα, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκοντες· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμὲν σκάμματι, καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκειται· Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς ἁγίας κλήσεως ἡμῶν κανόνα· Βλέπωμεν τί καλὸν καὶ τί τερπνὸν καὶ προσδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Ἀτενίσωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἴδωμεν ὡς ἔστιν τίμιον τῷ Θεῷ αἷμα αὐτοῦ ὅ, τι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ E κόσμῳ μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν· Ἀτενίσωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, καὶ καταμάθωμεν ὅτι ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ μετανοίας " τόπον ἔδωκεν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. Ιωνᾶς Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν, οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν, ἐξιλάσαντο τὸν Θεὸν ἱκετεύσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ ὄντες. Οἱ " λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μετὰ ὅρκου. Ζῶ γὰρ ἐγὼ λέγει κύριος,

* ἴσ. πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους.

" ἴσ. Δαναΐσαι

" ἴσ. τύπον

" Prophetas videtur intelligere.

κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν· προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθήν. Μετανοήσατε οἶκος Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν· εἰπὲ τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυρρότεραι κόκκου, καὶ μελανώτεραι σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε, Πάτερ, ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαοῦ ἁγίου. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει οὕτως. Λούσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήρᾳ, καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν λέγει· Καὶ B ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Πάντας οὖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτοῦ βουλόμενος μετανοίας μετασχεῖν, ἐστήριξεν τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι αὐτοῦ. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἱκέται γενόμενοι τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, προσπέσωμεν καὶ ἐπιστρέψωμεν ἐπὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τήν τε ἔριν, καὶ * τὸ εἰς θάνατον * ἄγον ζῆλος. Ἀτενίσωμεν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας " τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτοῦ· λάβωμεν Ἐνὼχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ θάνατος. Νῶε πιστὸς εὑρεθεὶς, διὰ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτοῦ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῶα εἰς τὴν κιβωτόν. Ἀβραὰμ ὁ φίλος προσαγορευθεὶς, πιστὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τοῦ Θεοῦ· οὗτος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅπως γῆν ὀλίγην, καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ, καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν, κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. λέγει γὰρ αὐτῷ. Ἄπελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ πατρός σου, εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, D καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος, καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ καταράσομαι τοὺς καταρωμένους σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Καὶ πάλιν ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ, εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, ἴδε ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ νῦν σὺ εἶ πρὸς βορρᾶν, καὶ λίβα, καὶ ἀνατολὰς, καὶ θάλασσαν· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σου, ἕως αἰῶνος· καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐξαριθμηθήσεται. Καὶ πάλιν λέγει· Ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ E εἶπεν αὐτῷ. Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τοὺς ἀστέρας εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτοὺς, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου· ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης " κριθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείου· πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας, εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι· συνεξελθούσης

ἢ τὸν. τὸ ἄγοντα ζῆλον.

" Clem. Al. Strom. 4.

" Καυθείσης.

A *Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut pœnitentiam* addens insuper dictum egregium; *Resipiscite domus Israel ab iniquitate vestra, Dic filiis populi mei, si peccata vestra à terra ad cælum usque multiplicentur, si cocco rubriora & cilicio nigriora fuerint, & ad me ex toto corde conversi fueritis & dixeritis, Pater, tanquam populo sancto aurem vobis prabebo.* Et in alio loco, sic dicit; *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris ab oculis meis, quiescite a malitiis vestris. Discite facere bonum, quærite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo, & justificate viduam. Et venite colloquamur dicit* B *Dominus: etsi fuerint peccata vestra quasi phœnicium, sicut nivem dealbabo, etsi fuerint ut coccinium, sicut lanam dealbabo. Etsi volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis; si autem nolueritis, neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos: os enim domini loquutum est hæc.* Volens igitur omnes dilectos suos pœnitentiæ participes fieri, omnipotente sua voluntate stabilivit: quare magnificæ ejus & gloriosæ voluntati obsequamur, & suppliciter misericordiam & benignitatem ejus implorantes, relictis vanis operibus, contentione & æmulatione, quæ ad mortem ducit, ad miserationes ejus advolvamur & convertamur. Fixis oculis intueamur eos qui magnificæ C ejus gloriæ perfecte inservierunt: sumamus Enoch, qui in obedientia justus repertus, translatus fuit, neque mors ejus deprehensa est. Noe fidelis inventus, per ministerium suum novam mundo generationem prædicavit, & per eum animalia quæ in concordia arcam sunt ingressa, servavit dominus. Abraham amicus vocatus, fidelis inventus est, eo quod verbis Dei obtemperarit; hic per obedientiam e terra sua, e cognatione sua, & domo patris sui egressus est, ut exigua terra, cognatione debili, & domu parva derelicta, promissiones Dei possideret. Dicit enim ei, *Exi de terra tua, & de cognatione* D *tua, & de domo patris tui, & vade in terram quam tibi demonstravero. Et faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus; & benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Et rursus cum a Lot secederet, dixit ei Deus. *Respice oculis tuis, & vide a loco in quo nunc tu es, ad Aquilonem, & Africum, & orientem & mare: quia omnem terram quam tu vides tibi dabo eam, & semini tuo usque in seculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terræ, si poterit aliquis dinumerare arenam terræ, & semen tuum dinumerabitur.* Et rursus dicit: E *Eduxit Deus Abraham foras, & dixit ei, respice in cælum & numera stellas, si potes dinumerare eas, sic erit semen tuum: Et credidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad justitiam.* Propter fidem & hospitalitatem datus est ei filius in senectute, & per obedientiam obtulit eum in sacrificium Deo in uno montium quem ei ostenderat. Propter hospitalitatem & pietatem Lot, e Sodoma salvus evasit, cum regio tota in circuitu igne & sulphure conflagraret. Deo palam faciente quod eos non derelinquat, qui in eo spem & præsidium collocant; contra vero qui a mandatis ejus declinant, suppliciis & tormentis puniat: uxor enim ejus quæ una cum

Ezech. 33. 11.

Es. 1. 16.

Gen. 12. 1.

Gen. 13. 14.

Gen. 15. 5.

eo urbe egressa est, cum ab eo dissentiret, nec in concordia persisteret, in signum propterea posita est, & salis statua in hodiernum diem facta est, ut omnibus innotesceret, quod animo dubii, & de potentia divina hæsitātes, in judicium & signum omnibus generationibus proponantur. Propter fidem & hospitalitatē, Raab meretrix incolumis servata est, missis enim a Iosua filio Nun ad urbē Iericho speculatoribus, rescivit terræ rex quod regionem eorū exploraturi venerant, & viros emisit, qui eos ut morti traderentur, apprehenderent. Raab autem hospitalis suscipiēs eos in solario domus sub lini stipula occultavit eos. Cum autem nuntii regis ex improviso supervenissent, & dixissēt, viri ad te ingressi sunt, regionis nostræ exploratores, educ eos, sic enim imperat rex. Illa autem respondit, ingressi sunt duo viri ad me quos quæritis, sed confestim abierunt & vadunt; viā ostendens eis contrariam. Et dixit ad viros, sciens scio, quod dominus Deus vester urbem hanc vobis tradit, timor enim & pavor vestri incessit incolas ejus; quare cum capere illam vobis contigerit, incolumem me servate & domum patris mei. Et dixerunt ei, eveniet tibi ut loquuta es, quare cum nos appropinquantes cognoveris cognatos tuos omnes sub tecto tuo congregabis, & salvabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt: & ut signum daret addiderunt, ut funiculum sc. coccineum de domus pariete demitteret, notum facientes, quod omnibus, qui credunt & sperant in Deum, per sanguinem Christi redemptio futura sit. Videtis, dilecti, non solum fides, sed divinandi facultas etiam in muliere fuit. Humiles ergo mente simus, Fratres, fastum omnem, superbiam, amentiam & iras deponentes, & quod scriptum est, faciamus. Dicit enim Spiritus sanctus, *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis; sed qui gloriatur in domino glorietur, quærendo illum, & judicium & justitiam faciendo:* memoria præcipue recolentes sermones domini Iesu, quos, æquitatem & longanimitatem docens, loquutus est: sic enim dixit, *Misеremini ut misericordiam consequamini, dimittite ut vobis dimittatur, prout facitis ita vobis fiet, sicut datis ita vobis retribuetur, sicut judicatis, ita judicabimini, sicut benigni estis, ita benignitatem experiemini, qua mensura metimini, eadem vobis mensurabitur.* Hoc præcepto & his mandatis stabiliamus nos ipsos, ut in obedientia sanctorum eloquiorum ejus, cum omni humilitate, semper ambulemus. Dicit enim verbum sanctum. *Super quem respiciam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* Iustum igitur & pium est, Viri fratres, Deo potius obedientes nos esse, quam in superbia & turbulentia, detestandæ æmulationis duces & authores, sequi; si enim omni periculi timore abjecto voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionem & seditiones acuunt & exstimulant, ut ab eo quod rectum & bonum est alienos nos reddant, non leve damnum, immo potius grave periculum subibimus. Benigni erga nos invicem simus, secundum misericordiam & dulcedinem Creatoris nostri: scriptum enim est, *Benigni incolæ erunt terræ, innocentes relinquentur in ea; impii vero & legum violatores disperibunt ab ea.* Et rursus dicit, *Vidi impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani: & transivi, & ecce non erat, & quæsivi eum, & non est inventus locus ejus.*

Ier. 9. 23.
Luc. 6. 36.
Es. 66. 2.
Psal. 37. 9. & Prov. 2. 20.
Psal. 37. 36.

* παρ' αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· εἰς τὸ γνωστὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διστάζοντες περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, εἰς κρίμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται. Διὰ πίστιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ ἡ πόρνη· ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ κατασκοπῶν εἰς τὴν Ἱεριχὼ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς, ὅτι ἥκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτοῦ, καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τοὺς συλληψομένους αὐτοὺς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτοὺς, ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην· ἐπισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ λεγόντων, ἄνδρες πρὸς σὲ ἦλθον οἱ κατάσκοποι τῆς γῆς ἡμῶν, ἐξάγαγε αὐτοὺς, ὁ γὰρ βασιλεὺς οὕτως κελεύει· Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, εἰσῆλθον οἱ δύο ἄνδρες οὓς ζητεῖτε πρός με, ἀλλὰ ταχέως ἀπῆλθον, καὶ πορεύονται· ὁδὸν ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐναντίαν· Καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας, γινώσκουσα γινώσκω ἐγὼ, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν τὴν πόλιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ τρόμος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν· ὡς ἐὰν οὖν γένηται λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσατέ με, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου. Καὶ εἶπαν αὐτῇ, ἔσται οὕτως, ὡς ἐλάλησας ἡμῖν· ὡς ἐὰν οὖν γνῷς παραγενομένους ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τοὺς σοὺς ὑπὸ τὸ στέγος σου, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολοῦνται. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δοῦναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιοῦντες, ὅτι διὰ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου λύτρωσις ἔσται πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν καὶ ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν· Ὁρᾶτε ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον πίστις. ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν· ταπεινοφρονήσωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, ἀποθέμενοι πᾶσαν ἀλαζονείαν, καὶ τῦφον, καὶ ἀφροσύνην, καὶ ὀργάς· καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον· λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην· μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. οὓς ἐλάλησε διδάσκων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν, οὕτως γὰρ εἶπεν, Ἐλεεῖτε ἵνα ἐλεηθῆτε, ἀφίετε ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν, ὡς ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμῖν, ὡς δίδοτε οὕτω δοθήσεται ὑμῖν, ὡς κρίνετε οὕτω κριθήσεται ὑμῖν, ὡς χρηστεύεσθε οὕτως χρηστευθήσεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν. Ταύτῃ τῇ ἐντολῇ καὶ τοῖς παραγγέλμασι στηρίξωμεν ἑαυτοὺς τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους ἀεὶ τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐτοῦ ταπεινοφρονοῦντες· φησὶν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος, Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια; Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοὶ, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσαροῦ ζήλου ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν· βλάβην γὰρ οὐ τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασι τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Χρηστευσώμεθα * αὐτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς· γέγραπται γὰρ, Χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ' αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομοῦντες ἐξολοθρευθήσονται ἀπ' αὐτῆς· καὶ πάλιν λέγει, Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ αἰρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐχ εὗρον·

φύλασσε

* ἴσ. γάρ.
* ἴσ. ἀλλήλοις

A φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἔστιν ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας εἰρηνεύουσι, καὶ μὴ τοῖς μεθ' ὑποκρίσεως βουλομένοις εἰρήνην· λέγει γάρ που, Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέστιν ἀπ' ἐμοῦ. καὶ πάλιν, Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, τῇ δὲ καρδίᾳ κατηρῶντο· καὶ πάλιν λέγει, Ἠγάπησαν αὐτὸν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτόν, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. *Ἀλλὰ γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια * γλῶσσαν μεγαλορρήμονα, τοὺς εἰπόντας, τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῖν ἐστιν, τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ B τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων· νῦν ἀναστήσομαι λέγει κύριος, θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστός, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. τὸ σκῆπτρον * τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος. ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν· φησὶ γάρ, Κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· ὅτι οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος C αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν. τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη, καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ D στόμα· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν ταῖς πληγαῖς. ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει E διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλούς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. Καὶ πάλιν αὐτός φησιν, Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ· πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν. ἐκίνησαν κεφαλήν. Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν, σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὁρᾶτε ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν. εἰ γὰρ ὁ κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησε, τί ποιήσωμεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ * ἐλθόντος; μιμηταὶ γενώμεθα κά-

ἴσ. ἄλαλα.

ἴσ. καὶ ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια. καὶ

* Hieronymus in cap. 52. Isaiæ.

ἴσ. ἐλθόντες.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Iungamur itaque amoris glutino eis qui cum pietate tranquille vivunt, non autem eis qui ficta simulatione pacem colunt: dicit enim alicubi, *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.* Et rursus, *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Et rursus dicit, *Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento. Labia fraudulenta obmutescant; & disperdat dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam; qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Christus enim eorum est, qui humiliter se gerunt, non qui cum fastu & arrogantia supra ejus gregem efferuntur. Sceptrum magnificentiæ Dei, dominus noster Iesus Christus, non venit in jactantia superbiæ & arrogantiæ quamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus sanctus de eo loquutus est, dicit enim, *Domine quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui revelatum est? Annunciavimus quasi parvulum in conspectu ejus; sicut radix in terra sitienti: non est species ei neque gloria, & vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem; quia aversa est facies ejus, despecta, & non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet; & nos reputavimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit; & dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, & ipse propter afflictionem non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os. In humilitate judicium ejus sublatum est; generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo pessimos pro sepultura ejus, & divites pro morte illius: quia iniquitatem non fecit, neque dolum in ore suo; & dominus vult mundare eum a plaga. Si dederitis pro peccato, anima vestra videbit semen longævum. Et vult dominus auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem, & formare intelligentiam, justificare justum bene servientem multis. & peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus, & in iniquis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est,* & rursus idem dicit, *Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt labiis, moverunt caput. Speravit in domino, eripiat eum; salvum faciat eum, quoniam vult eum.* Videtis, viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum; si enim dominus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub jugum ejus gratiæ per ipsum venimus. Imitatores simus eorum qui in caprinis

Esa. 53. 1.

Psal. 22. 6.

& ovinis pellibus adventum Christi prædicantes circumierunt, Eliam dicimus, & Elizæum, & Ezechielem prophetas, & cum his, eos qui præclarum testimonium consequuti sunt. Abraham elogio insigni ornatus fuit, & amicus Dei vocatus fuit, qui gloriam Dei defixis oculis
Gen.18.27. aspiciens in humilitate dixit: *Ego autem sum terra & cinis.* Præterea & de Iobo sic scriptum
Iob.1.1. est, *Iob erat justus, sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni mala re.* Sed ille
Iob.14.4. seipsum accusans dicit, *Nemo mundus à sorde, etsi vita ejus unius diei fuerit.* Moses fidelis in tota ejus domo vocatus est, & per ejus præfecturam voluit dominus a plagis & suppliciis liberare populum Israeliticum; verum ille honore magno affectus, non est grandia locutus, sed cum ex rubo oraculum divinum ei datum
Exod.4.10. fuisset, *Quis sum ego dixit, ut me mittas? gracili voce, & tarda lingua ego sum.* Et rursus dicit, *Ego sum ollæ vapor.* Quid autem de Davide, qui egregium testimonium obtinuit, dicemus; de quo loquutus est Deus, *Inveni hominem secundum cor meum Davidem Iesse filium, in oleo sempiterno unxi eum.* Ipse vero
Psal.50. dicit ad Deum. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, & spiritum tuum sanctum ne auferas à me. Redde mihi, lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, exaltabit lingua mea justitiam tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.* Talium igitur & tantorum, qui tam clarum elogium consequuti sunt, humilitas & per obedientiam subjectio; non tantum nos, sed & ante nos generationes meliores reddidit, & qui in timore & veritate ejus eloquia susceperunt: quare multorum, magnorum, & illustrium exemplarium participes facti, ad pacis scopum nobis ab initio traditum recurramus, ac totius mundi parentem & creatorem diligenter intueamur, pacisque ejus magnificis & superexcellentibus donis & benefactis firmiter adhæreamus; cogitatione contemplemur eum, & mentis oculis longanimam ejus voluntatem intueamur, & quemadmodum tranquillum se præbeat erga omnem creaturam suam, consideremus. Cæli per ejus gubernationem inconcussi, in pace illi subjiciuntur, dies etiam & nox, nullam aliis remoram facientes, constitutum

A κείνων, οἵτινες ἐν δέρμασιν αἰγείοις καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ τοὺς προφήτας· πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους· ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ, καὶ φίλος προσηγορεύθη τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγει ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ταπεινοφρονῶν, Ἐγὼ δὲ εἰμὶ γῆ καὶ σποδός. Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται, Ἰὼβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορῶν λέγει, οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' εἰ μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Μωϋσῆς πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς ὑπηρεσίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς ῥῦσαι τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν μαστίγων καὶ τῶν αἰκισμάτων αὐτῶν, ἀλλὰ
B κἀκεῖνος δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἀλλ' εἶπεν ἐκ τῆς βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ διδομένου. Τίς εἰμὶ ἐγὼ, ὅτι με πέμπεις, ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος. καὶ πάλιν λέγει, Ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας. Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβὶδ, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεὸς, Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἐν ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν. Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου· ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου
C ἐνώπιόν μου ἐστὶν διὰ παντός· σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου· ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας· τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι· ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι· ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην. ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα· ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὺ ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ'
D ἐμοῦ· ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου· καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. διδάξω ἀνόμους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀσεβεῖς ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σέ· ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου ἀγαλλιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν δικαιοσύνην σου κύριε, τὸ στόμα μου ἀνοίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου· ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει. Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων, τὸ ταπεινόφρον καὶ τὸ ὑποδεὲς, διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς, βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ
E ἀληθείᾳ. Πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες * πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπόν· καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτίστην τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης, εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν· ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν πῶς ἀόργητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ. Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ * σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ· ἡμέρα τε καὶ νὺξ, τὸν τεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύουσιν,

* ἴσ. παραδειγμάτων
* ἴσ. μὴ

ἴσ. ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα

νύουσιν, μηδὲν ἀλλήλοις * ἐμποδίζοντα. Ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρων τε χοροὶ, κατὰ τὴν διαταγὴν αὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης παρεκβάσεως, ἐξελίσσουσιν τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. Γῆ κυοφοροῦσα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν παμπληθῆ ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶ, καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν αὐτῇ ζώοις ἀνατέλλει τροφὴν, μὴ διχοστατοῦσα, μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα * κρίματα τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προστάγμασιν. Τὸ κύτος τῆς ἀπείρου θαλάσσης κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. εἶπεν γὰρ, Ἕως ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοὶ συντριβήσεται· ὠκεανὸς " ἀνθρώποις * ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς * ταγαῖς τοῦ δεσπότου διευθύνονται. Καιροὶ ἐαρινοὶ, καὶ θερινοὶ, καὶ μετοπωρινοὶ, καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. Ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν· ἀέναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγείαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωὴν ἀνθρώποις μαζούς· τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται. Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ἴσ. κύματα.

* Clem. Al. Strom. 5. & Hier. in c. 4. ad Ephesios & Photius.

ἴσ. ἀπέρατος.

ἴσ. ἐπιταγαῖς. vel διαταγαῖς.

Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρίμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ᾽ ὁμονοίας· λέγει γάρ που, Πνεῦμα κυρίου λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός. Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα· δίκαιον οὖν ἐστὶν μὴ λειποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ· μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τοῦ λόγου αὐτῶν, * προσκόψωμεν, ἢ τῷ Θεῷ· τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη ἐντραπῶμεν, τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς * φωνῆς φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν· τὰ τέκνα * ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν, μαθέτωσαν, τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ τῷ Θεῷ δύναται· πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας καὶ σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ * διανοίᾳ· ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστιν, καὶ ὅταν θέλῃ ἀνελεῖ αὐτήν. Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις, καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς. Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγα-

ἴσ. προσκρούσωμεν.

Clem. Al. σιγῆς.

Clem. Al. ἡμῶν.

Clem. Al. καρδίᾳ.

A ab eo cursum absolvunt. Sol & luna, & syderum chori, secundum ejus mandatum sine ulla transgressione, in concordia statutos sibi terminos explicant & evolvunt. Gravida & fertilis terra, suo tempore, secundum ejus voluntatem, hominibus, feris, & omnibus qui in ea sunt animantibus, alimentum in abundantia profert, non hæsitans, neque mutans quicquam eorum, quæ ab eo decreta sunt. Abyssorum investigabiles, & inferorum inenarrabiles fluctus, eisdem mandatis continentur. Immensi maris profunditas in cumulos coacervata, claustra & repagula quibus vallatur, non transgreditur, B sed prout ei præcepit, ita facit. Dixit enim, *Huc usque venies, & in te ipso comminuentur fluctus tui.* Oceanus hominibus impermeabilis, & qui trans ipsum sunt mundi, eisdem domini mandatis gubernantur. Vernæ, æstivæ, autumnales & hyemales tempestates, in pace aliæ aliis succedunt. Ventorum stationes peculiari suo tempore, munus suum sine offendiculo obeunt. Fontes etiam perennes, ad usum & sanitatem facti, ubera sine defectu, ad vitam hominum sustentandam, præbent; & animalia minima in pace & concordia congressus suos gregatim faciunt. Hæc omnia magnus opifex, & omnium dominus, in C pace & concordia fieri jussit, benignum se omnibus præbens, nobis vero superabundanter, qui per dominum Iesum Christum, ad miserationes ejus confugimus; cui gloria omnis, & magnificentia, in sæcula sæculorum, Amen.

Iob. 38.

Videte, dilecti, ne benefacta ejus quæ numero sunt multa, nobis in condemnationem cedant, si minus dignam eo vitam instituentes, bona & accepta in conspectu ejus cum concordia fecerimus: dicit enim alicubi, *Spiritus domini lucerna scrutans secreta ventris.* Consideremus dominum nobis vicinum esse, & quod cogitationum nostrarum, & colloquiorum quæ habemus, nihil ipsum lateat; D æquum est igitur ut ei obtemperemus, neque ordinem voluntatis ejus tanquam transfugæ deseramus: homines stultos & insipientes, & in sermonis sui superbia elatos ac gloriosos, potius quam Deum, offendamus. Dominum Iesum Christum, cujus sanguis pro nobis datus est, veneremur; qui nobis præsunt revereamur, seniores inter nos honoremus, juvenes in disciplina timoris Dei erudiamus, uxores nostras ad id quod bonum est, emendemus; amabiles castitatis mores ostendant, puram & sinceram mansuetudinis suæ voluntatem demonstrent, linguæ suæ moderationem silentio manifestam faciant, caritatem suam, sine ulla animi in alteram partem propensione, omnibus Deum sancte timentibus, parem exhi- E beant: filij nostri disciplinæ Christi participes sint, discant quantum humilitas apud Deum valeat, quid casta caritas apud Deum possit, quemadmodum timor ejus bonus est & magnus, servans omnes qui in pura cogitatione in ipso sancte versantur. Est enim cogitationum & consiliorum mentis scrutator, cujus spiritus est in nobis, & cum vult aufert eum. Hæc autem omnia, fides quæ est in Christo, confirmat, sic enim ille per Spiritum sanctum nos compellat. *Adeste filii, audite me, timorem domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligens dies videre bonos? prohibe linguam tuam*

Prov. 20. 27.

Psal. 34. 12.

 a malo,

a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam. Oculi domini super justos, & aures ejus in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit justus, & dominus exaudivit eum, & ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino, misericordia circumdabit. Misericors in omnibus, & benignus Pater, viscera erga timentes eum habet, & venientibus ad ipsum cogitatione pura & simplici, gratias suas benigne & suaviter largitur: quare animo duplici ne simus, neque super eximiis & honorificis donis ejus dubitet aut vacillet anima nostra: longe a nobis absit scriptura illa, ubi dicitur: *Miseri & infelices sunt, qui animo duplici sunt & inconstanti, dicentes, Hæc a parentibus nostris audivimus, & ecce jam consenuimus, nihil tamen horum nobis accidit.* O fatui, comparate vos arbori, vitem sumite, primum quidem defrondescit, germen postea pullulat, folium deinde & flos, posthæc uva acerba, tandem demum uva matura: videtis quod in exiguo tempore fructus arboris ad maturitatem perducitur. In veritate brevi & subito voluntas ejus perficietur, Scriptura etiam testimonium perhibente, *quod*
Mal.3.1. *statim venturus sit dominus in templum ejus, & sanctus quem vos expectatis.* Consideremus, dilecti, quemadmodum dominus futuram resurrectionem nobis continuo ostendat, cujus primitias dominum Iesum Christum fecit, quem a mortuis suscitavit. Intueamur, dilecti, resurrectionem quæ omni tempore fit, dies & nox resurrectionem nobis ostendunt, nox cubat, exurgit dies, abit dies, nox ingruit & insequitur. Intueamur fructus terræ, seminatio quomodo fiat omnibus obvium est, *Egressus est seminator*, & semen in terram jecit, & jactis seminibus, quæ nuda & arida in terram ceciderunt, tempore dissolvuntur, & post dissolutionem magna divinæ providentiæ potestate resuscitantur, ex uno plura fiunt, & fructum producunt. Contemplemur signum mirabile quod in partibus orientis, scilicet, in Arabia fit. Avis est quæ Phœnix vocatur, hæc sui generis sola & solitaria existens annos quingentos vivit, & cum morti vicinam se sentit, e thure, myrrha & reliquis aromatibus, loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur, & vitam deponit: ex carne vero ejus putrefacta vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit, & auctis postea viribus loculum tollit in quo ossa parentis recondita sunt, quæ humeris gestans ex Arabica regione, in Ægyptum, & vrbem quæ Heliopolis dicitur, pervolat, ac spectantibus omnibus diurno tempore advolans, super altare Solis illa collocat, atque ita unde venerat, regreditur. Sacerdotes annorum rationem in libris descriptam diligenter calculant, & impleto anno quingentesimo, rediisse illam comperiunt. An magnum igitur & admirandum arbitrabimur, si rerum omnium opifex, resurgere eos faciat, qui in bonæ fidei confidentia, religiose illi inservierunt cum per volucrem, promissionis suæ magnificentiam abunde nobis patefaciat: dicit enim alicubi, *Suscitabis*
Psal.3.5. *me, & confitebor tibi.* Et, *Dormivi & sopo-*

A θάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν, ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν· ἐκέκραξεν ὁ δίκαιος, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων ἐρρύσατο αὐτόν· πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσει· Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα καὶ εὐεργετικὸς πατὴρ, ἔχει σπλάγχνα ἐπὶ φοβουμένους αὐτὸν, ἠπίως τε καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτοῦ ἀποδιδοῖ, τοῖς προσερχομένοις αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ. Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ ἰνδαλ-
B λέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ· πόρρω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπου * λέγει· Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες, Ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. Ὦ ἀνόητοι, συμβάλλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ, λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοῤῥοεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα· ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου· ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπι- ἴσ. λέγεται;
C μαρτυρούσης καὶ τῆς γραφῆς· ὅτι ταχὺ ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε. Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοὶ, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοὶ, τὴν κατὰ καιρὸν γινομένην ἀνάστασιν· ἡμέρα καὶ νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσιν, κοιμᾶται ἡ νὺξ, ἀνίσταται ἡμέρα, ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ ἐπέρχεται· Ἴδωμεν τοὺς καρπούς· ὁ σπόρος πᾶσι δῆλον τίνα τρόπον γίνεται· Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, καὶ βληθέντων σπερμάτων, ἅτινα πέπτωκεν εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ, διαλύει χρόνος· εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγάλη δύναμις τῆς
D προνοίας τοῦ δεσπότου ἀνίστησιν αὐτὰ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλείονα αὔξει, καὶ ἐκφέρει καρπόν. Ἴδωμεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ γινόμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς τόποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν· ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται Φοῖνιξ, τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια· [a] γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου, καὶ σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ· σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς, σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος, πτεροφυεῖ· εἶτα γενναῖος γενόμενος, αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀστᾶ
E τοῦ προγεγονότος ἐστὶν, καὶ ταῦτα βαστάζων, διανεύει ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου, εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν· καὶ ἡμέρας βλεπόντων πάντων ἐπιπτὰς, ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ οὕτως εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ· Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι. Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν πάντων ἀνάστασιν ποιήσεται, τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ· λέγει γάρ που, Καὶ ἐξαναστήσεις με, καὶ ἐξομο-
νύσειν,

[a] Cyrillus Hierosolymitanus citat huncce locum catechesi 18. meminitque Photius.

A λογήσομαί σοι· καὶ, ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ. Καὶ πάλιν Ἰὼβ λέγει. Καὶ ἀναστήσεις τὴν σάρκα μου ταύτην, τὴν ἀναντλήσασαν ταῦτα πάντα· Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν· ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Αναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν· ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. Τίς ἐρεῖ αὐτῷ τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ; ὅτε θέλει καὶ ὡς θέλει ἐποίησεν

B ἴσ. παρῆλθε. πάντα, καὶ οὐδὲν μὴ * παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ· Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Εἰ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι, οὐδὲ λαλιαὶ, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων, φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων

ἴσ. σκεπασθῶμεν. ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ * σκεπάσωμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. * Ποῦ γάρ τις ἡμῶν

ἴσ. Ποῖ. δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων ἀπ᾽ αὐτοῦ;

C ἴσ. λόγιον. ἴσ. ἀφίξομαι. Λέγει γάρ που τὸ * γραφεῖον. Ποῦ * ἀφήξω, καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν σὺ εἶ ἐκεῖ, ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου, ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου· Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος; προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον

ἴσ. ἡμᾶς. πατέρα ἡμῶν, ὃς * ἐκλογῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται, Ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη,

ἴσ. διέσπειρεν. ὡς * δὲ ἔσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων· ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐν ἑ-

D τέρῳ τόπῳ λέγει. Ἰδοὺ Κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἅλω, καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου, ἅγια ἁγίων· ἁγίου οὖν μερὶς ὑπάρχοντες, ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλα-

ἴσ. ἀνάγνους. λιὰς, μιαράς τε καὶ * ἁγνοὺς συμπλοκὰς, μέθας τε, καὶ νεωτερισμοὺς, καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. Θεὸς γάρ, φησιν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δέδοται, ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες,

ἴσ. κρ. * ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλα-

E λιᾶς πόῤῥω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιούμενοι, καὶ μὴ λόγοις· λέγει γὰρ, Ὁ τὰ πολλὰ λέγων, καὶ ἀντακούσεται, ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος· μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου. Ὁ ἔπαι-

"αὐτεπαινέτας. νος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· "αὐτεπαινέτους" γὰρ μισεῖ ὁ Θεός· ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ᾽ ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις· θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα, τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, καὶ πραΰτης παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας, ἀνατυλίξωμεν

ratus sum, surrexi quia tu mecum es. Et rursus Iob dicit, *Et carnem hanc meam resuscitabis,* Iob.19.25.
quæ omnia hæc passa est. Hac igitur spe mentes nostræ & cogitationes fixæ, firmiter adhæreant ei, qui fidelis est in promissionibus, & justus in judiciis; qui mentiri vetuit, multò minus ipse mentietur: nihil enim Deo impossibile, præterquam mentiri. Exsuscitetur in nobis fides ejus, & quod omnia ipsi propinqua sint consideremus; in verbo magnificentiæ suæ constituit omnia; & in verbo potest omnia funditus evertere. *Quis dicet ei, quid fecisti? vel, quis fortitudinis ejus robori resistet?* Sap.Sal.11.
Quando, & quemadmodum voluit, omnia 22.& 12.12.
B ab ipso sunt facta, neque quicquam ab eo semel decretum, infectum præteriit. Omnia coram ipso sunt, nihilque consilium ejus latuit. *Si cœli enarrant gloriam Dei, opera* Psal. 19.
autem manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audientur voces eorum. Cùm omnia igitur eius oculis & auribus pateant, metuamus eum, & impuras concupiscentias pravorum operum deseramus, ut à futuro judicio, ejus misericordiâ, tegamur. Quonam enim quis nostrum a potente ejus manu fugere potest? Quis mundus ab eo desciscentem
C & transfugam, recipiet? Dicit enim alicubi scriptura, *Quò fugiam, & ubi à facie tua oc-* Psal.139.6.
cultabor? si ascendero in cælum tu illic es; si ad terræ extrema abiero, dextra tua illic; si stratum posuero in abysso, illic est spiritus tuus. Quo igitur abibit quispiam, vel quo aufugiet, ab eo qui omnia complectitur? quare castas & puras manus elevantes, & benignum & misericordem patrem nostrum diligentes, in sanctitate cordis accedamus ad ipsum, qui nos sibi ipsi electionis sortem fecit. Sic enim scriptum est,
Quando dividebat altissimus gentes, quando Deut.32.8.
disseminavit filios Adam, constituit terminos & 9.
gentium, secundum numerum angelorum Dei. Et
D *factus est pars domini Iacob, funiculus hæreditatis ejus Israel.* Et in alio loco dicit, *Ecce do-*
minus tollit sibi gentem e medio gentium, prout Deut.4.34.
homo primitias areæ suæ accipit, & ex gente Num.18.
illa sancta sanctorum egredientur. Cum igitur 27.
portiones sancti simus, obtrectationes devitantes, scelestos & incestos complexus, ebrietates, insolentias, concupiscentias abominandas, adulterium impurum, & detestabilem superbiam, faciamus omnia quæ sanctimoniam decent. *Deus enim*, inquit, *superbis re-*
sistit, humilibus autem dat gratiam. Adstringa- Pro.3.34.
mur igitur eis quibus gratia a Deo concessa est, cõcordiam cum animi modestia induamus, continentiæ dono instructi, susurrationem omnem
E & obtrectationem procul devitemus, operibus non autem verbis justificemur. Dicit enim, *Qui* Iob.11.2.3.
multa dicit, & vicissim audiet, aut etiam eloquens putat se esse justum. Benedictus natus mulieris, brevis vita, ne multus sis in verbis. Sit laus nostra à Deo, & non à nobis ipsis, Deus enim suarum laudum præcones odio habet; testimonium bonarũ nostrarum actionum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris qui justi erant exhibitum est. Temeritas, arrogantia & audacia, maledictis à Deo; moderatio verò, humilitas, & mansuetudo, illis qui a Deo benedicti sunt. Eius igitur benedictioni firmiter adhæreamus, & quænã sint benedictionis viæ, videamus; revolvamus diligenter

quæ

A quæ ab initio facta sunt. Cujus gratia Abraham pater noster benedictus fuit? nonne quia justitiam & veritatem, per fidem, operatus est. Isaac cum confidentia futurum dignoscens placide factus est sacrificium. Iacob in humilitate a fratre fugiens, terram suam deseruit, & profectus est ad Laban, illique inservivit, & datum est ei imperium in duodecim tribus Israel. Si quis particulatim singula vere & accurate consideraverit, donorum quæ per eum concessa sunt, magnificentiam intelliget. Ab illo enim sacerdotes omnes & Levitæ qui altari domini inserviunt, ab illo dominus Iesus secundum carnem, ab illo reges, principes, & gubernatores ex familia & sanguine Iudæ, originem
B traxerunt. Nec reliquæ ejus tribus in parvo honore sunt, promittente scilicet domino. *Erit semen tuum tanquam stellæ cœli.* (Gen.27.17.) Omnes igitur glorificati & magnificati sunt, non per seipsos, aut eorum opera, aut justas actiones quas patrarunt, sed per voluntatem ejus. Sic & nos ex voluntate ejus in Christo Iesu vocati, non per nos ipsos justificamur, neque per sapientiam nostram, intelligentiam, pietatem, vel opera, quæ in puritate cordis & sanctimonia operati sumus; sed per fidem, per quam omnipotens Deus, omnes ab initio justificavit. Cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

C Quid igitur faciemus Fratres, cessabimus a bonis operibus, & caritatem derelinquemus? neutiquam hoc à nobis fieri patiatur dominus, sed cum diligentia & animi alacritate, omne opus bonum peragere festinemus. Ipse enim opifex & dominus omnium, in operibus suis lætatur & exultat. Cælos enim suprema sua & maxima potentia stabilivit, illosque incomprehensibili sua sapientia ornavit; terram etiam, ab aqua quæ illam ambit, separavit, & tanquam stabilem turrim firmavit, propriæ voluntatis fundamentum, & animalia quæ in illa palantur jussu suo præcepit esse. Mare etiam, & quæ, in illo animalia, prius condidit, potentia sua inclusit. Præ omnibus animal excellentissimum,
D & intellectus dignitate celsissimum, hominem, imaginis suæ characterem, sacris & inculpatis manibus formavit. Sic enim dicit Deus, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & creavit Deus hominem, masculum & fœminam creavit eos.* (Gen.1 26.) Hæc omnia cum perfecisset, laudavit ea, & benedixit, dixitque, *Crescite & multiplicamini.* (Gen.1.28.) Videmus justos omnes bonis operibus ornatos fuisse, ipse etiam dominus operibus seipsum ornans, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, ad voluntatem ejus omnibus nostris viribus impigre accedamus, & opus justitiæ operemur. Bonus operarius cum fiducia panem operis
E sui accipit, segnis vero & remissus, operum distributorem non obtuetur; ad benefaciendum igitur alacres & promptos nos esse oportet, ex hoc enim omnia sunt. Prædicit enim nobis, *Ecce dominus, & merces ejus in conspectu illius, ut reddat unicuique secundum opus suum.* (Es.40.10. & 62.11.) Ad hoc nos hortatur & toto corde, ne segnes & desides simus ad omne opus bonum. Gloriatio nostra & loquendi libertas in eo sit; voluntati ejus subjiciamur, & multitudinem universam angelorum ejus diligenter consideremus, quemadmodum assistentes voluntatem ejus exequantur. Dicit enim scriptura, *Mille millia* (Dan.7.10. Es.6 3.)

A τὰ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενόμενα. Τίνος χάριν ηὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσεως προγινώσκων τὸ μέλλον, ἡδέως ἐγένετο θυσία. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφροσύνης ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐτοῦ φεύγων ἀδελφὸν, καὶ ἐπορεύθη πρὸς Λαβὰν, καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ τὸ δωδεκάσκηπτρον τοῦ Ἰσραήλ· εἴ τις καθ᾽ ἓν ἕκαστον εἰλικρινῶς κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται τὰ μεγαλεῖα τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ δεδομένων δωρεῶν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἱερεῖς καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· ἐξ αὐτοῦ ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα, ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, κατὰ τὸν Ἰούδαν·
B τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ Θεοῦ, ὅτι Ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ. Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι᾽ αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν. ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι᾽ ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι᾽ ἧς πάντας τοὺς ἀπ᾽ αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

C Τί οὖν * ποιήσωμεν, ἀδελφοί; * ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας, καὶ * ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην; μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότης ἐφ᾽ ἡμῖν γε γενηθῆναι, ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενείας καὶ προθυμίας, πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς, καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται· τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν, καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ " σοφίᾳ ἐκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε " διεμέρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν " ὡς πύργον ἀσφαλῆ, τοῦ ἰδίου βουλήματος θεμέλιον· τά τε ἐν αὐτῇ ζῶα φοιτῶντα, τῇ ἑαυτοῦ προστάξει ἐκέλευσεν εἶναι. θάλασσάν τε καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδημιουργήσας, ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει· ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον,
D καὶ παμμεγεθὲς κατὰ διάνοιαν ἄνθρωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα· οὕτω γάρ φησιν ὁ Θεός. Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν, καὶ θῆλυ, ἐποίησεν αὐτούς. Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπῄνεσεν αὐτὰ, καὶ ηὐλόγησεν, καὶ εἶπεν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. * Ἴδωμεν ὅτι τὸ * ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι· καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ, ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.
E Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παῤῥησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ, ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος, οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ· δέον οὖν ἐστὶν προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιΐαν· ἐξ αὐτοῦ γάρ ἐστι τὰ πάντα· προλέγει γὰρ ἡμῖν, Ἰδοὺ ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ· Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ᾽ * αὐτῷ, μὴ ἀργοὺς μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν· τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παῤῥησία ἔστω ἐν αὐτῷ. ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες, λέγει γὰρ ἡ γραφή, Μύριαι

μυριάδες

ἴσ. ποιήσομεν; & ἀργήσομεν; ἴσ. ἐγκαταλείψομεν

" συνέσει. " διακόσμησιν. " ἐπὶ τῶν.

ἴσ. ἴδωμεν. ἴσ. τοῖς.

μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· καὶ ἐκέκραγον, ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ· Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ· λέγει γάρ, Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἑτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν. Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί! ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παρρησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων ὁ πανάγιος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν· ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτόν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν· πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν * πίστεως πρὸς τὸν Θεόν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀπορρίψαντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιάς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ φιλοξενίαν. " Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς· λέγει γὰρ ἡ γραφή, Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός. ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω· εἰ ἐθεώρεις κλέπτην συνέτρεχες, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις· τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσα σου περιέπλεκεν δολιότητας· καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον· ταῦτα ἐποίησας καὶ ἐσίγησα, ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος· ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου· συνέτε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος· θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Αὕτη ἡ ὁδός, ἀγαπητοί, ἐν ᾗ * εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀρχιερέα " τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τούτου * ἀτενίσωμεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτρισώμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ· διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας, διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτισμένη διάνοια ἡμῶν, ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς· διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν· γέγραπται γὰρ οὕτως, Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, αἴτησαι παρ᾽ ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ κατάσχεσιν τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐτόν, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· τίνες οὖν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ; οἱ φαῦλοι καὶ " ἀντιτασσόμενοι τῷ Θεῷ

ἴσ. διὰ.

ἴσ. φιλοτιμίαν.

" Melius ἀφιλοξενίαν restituto quod injuria librariorum exciderat capite.

* εὑρίσκομεν.

" Photius bibl. tm. 126.

ἴσ. ἀτενίζομεν & ἐνοπτριζόμεθα.

Hebr. 1. 4.

" ἀντιτάσσοντες.

A *deserviebant ei, & dena millia denum millium assistebant ei. Et clamabant, sanctus, sanctus, sanctus, dominus sabaoth, plena est omnis creatura gloria ejus.* Ita & nos in concordia & conscientia in unum congregati; ut magnarum & gloriosarum promissionum ejus participes fiamus, tanquam uno ore impense & ardenter ad eum clamemus. Dicit enim, *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit expectantibus eum.* Quam beata, dilecti, & mirabilia sunt dona Dei! vita in immortalitate, splendor in justitia, veritas in libertate, fides in confidentia, temperantia in sanctitate, & hæc
B omnia sub intellectum nostrum cadunt. quænam igitur sunt quæ præstolantibus eum præparantur? sanctus opifex & sæculorum pater, quantitatem & pulchritudinem eorum novit: nos igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, in numero expectantium eum reperiri, serio contendamus. Quomodo autem hoc fiet, dilecti? si fide in Deum cogitationes nostræ stabilitæ fuerint, si grata illi & accepta diligenter quæsiverimus, si quæ ad inculpatam ejus voluntatem spectant, fecerimus, & viam veritatis sequuti fuerimus; abjicientes a nobis omnem injustitiam, iniquitatem, cupiditatem, contentiones, malitias,
C fraudes, susurrationes, obtrectationes, odium Dei, superbiam, fastum, vanam gloriam, & ambitionem: qui enim hæc faciunt Deo odio sunt, neque illi solum qui hæc faciunt, sed qui eis consentiunt. dicit enim scriptura, *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adultero portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris; & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fe-*
D *cisti & tacui: existimasti iniquitatem, quod ero tui similis; arguam te, & statuam contra faciem tuam peccata tua. Intelligite jam hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat tanquam leo; & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me; & illic iter quo ostendam illi salutare meum.* Hæc est via, dilecti, in qua salutare nostrum Iesum Christum oblationum nostrarum summum sacerdotem, infirmitatis nostræ tutorem & defensorem invenimus: per hunc cœli altitudinem aspicimus, per hunc vultum ejus immaculatum, & sublimem tanquam in speculo intuemur, per hunc oculi cordis nostri aperti sunt, per hunc intellectus noster insipiens & obtene-
E bratus, admirabilem ejus lucem attente contemplatur, per hunc voluit nos dominus immortalem cognitionem gustare, qui magnificentiæ ejus splendor & radius existens, tanto major est angelis, quanto præstantius nomen sortitus est: scriptum enim est, *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam.* De filio autem suo, sic dixit dominus, *Filius meus es tu, ego hodie genui te, postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Et rursus dicit ad eum, *Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam autem sunt inimici ejus? homines

Es. 6. 3.

Es. 64. 4. Cor. 1. 2. 9.

Psal. 49. 16.

perversi & qui divinæ voluntati suam voluntatem opponunt. Militemus igitur, viri fratres, cum omni assiduitate in inculpatis ejus præceptis, consideremus milites qui ducibus nostris in bello parent, quemadmodum ordinate, prompte, & cum omni subjectione imperata exequantur. non omnes sunt prætores, neque chiliarchæ, neque centuriones, neque quinquagenarii, & sic deinceps; vnusquisque vero in suo ordine & statione quæ a rege & tribunis imperantur, peragit. magni sine parvis, neque parvi sine magnis consistere nequeunt, mixtura quædam est in omnibus, & in his usus. Exemplo nobis sit corpus nostrum, caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria & utilia sunt, & cuncta ad conservationem universi conspirant, & una eademque subjectione utuntur. Servetur itaque corpus nostrum in Christo Iesu, & unusquisque proximo suo subjiciatur juxta ordinem & dignitatem in quo gratia & dignatione ejus, positus est. Fortis ne negligat imbecillem, imbecillis fortem revereatur, dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet quod ei alium largitus sit, per quem ejus penuria & indigentia suppleri potest. Sapiens non in verbis, sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet, humilis non sibi testimonium ferat, sed alteri permittat, de eo testimonium præbere. Qui carne castus est, ne insolescat, cum sciat alium esse qui continentiæ donum ipsi tribuat. Consideremus igitur, fratres, ex qua materia facti simus, qui & quales mundum tanquam ex sepulchro & tenebris ingressi simus: qui nos fecit & condidit, præparatis prius benefactis suis antequam nasceremur, in mundum suum introduxit. Hæc igitur omnia cum ab eo habeamus, in omnibus gratias ipsi agere debemus, cui est gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Homines imprudentes, desipientes, fatui & illiterati, dum cogitationibus suis inflantur, nos ludibrio habent, & naso suspendunt. *Quid enim potest mortalis, aut, quale robur ex terra geniti?* Scriptum enim est, *Non erat figura*
Iob. 4. 16. *ante oculos meos, sed auram & vocem audiebam. quid enim? nunquid homo coram domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir? Si contra servos suos non credit, & adversus angelos suos pravum quid advertit, & cælum non est mundum ante eum? sine vero, habitantes domus luteas, ex quibus & ipsi de eodem luto sumus. Percussit illos tanquam tinea, & a mane usque ad vesperam ultra non sunt, eo quod non possunt sibi ipsis subvenire, perierunt: insufflavit enim eis, & interierunt, quia non habebant sapientiam. Invoca autem, si quis tibi respondeat, vel si quem sanctorum angelorum aspicias; etenim stultum perimit ira, errantem autem occidit zelus. Ego autem vidi stultos radicem mittentes, sed statim absumpta est illorum habitatio: longe fiant filii eorum a salute, & conterantur super januas minorum, & non erit qui eripiat: quæ enim illi congregaverunt justi comedent, ipsi vero de malis non liberabuntur.* Cum igitur hæc nobis sint manifesta etiam in profundum divinæ cognitionis introspicientes, debemus omnia rite & ordine facere, quæ dominus præstitutis temporibus peragere nos jussit, oblationes sc. & alia munia obire: neque

A τῷ θελήματι τὸ θέλημα ἴδιον. Στρατευσώμεθα οὖν ἄνδρες ἀδελφοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενείας ἐν τοῖς ἀμώμοις προστάγμασιν αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν, πῶς εὐτάκτως, πῶς * εὐεκτικῶς, πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελοῦσι τὰ διατασσόμενα· οὐ πάντες εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἡγουμένων, ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὐδὲ οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τις ἐστὶν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν, ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς B κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συμπνεῖ, καὶ ὑποταγῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον· Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσθω ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ· ὁ ἰσχυρὸς μὴ * τημελείτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν, ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἐάτω * ὑπ' ἑτέρου C ἑαυτὸν μαρτυρεῖσθαι. ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ * καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσκων ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ τὴν ἐγκράτειαν· Ἀναλογισώμεθα οὖν ἀδελφοὶ ἐκ ποίας ὕλης ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, ὡς ἐκ τοῦ τάφου καὶ σκότους· ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας, εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ· προετοιμάσας τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. Ταῦτα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, ὀφείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν αὐτῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* ἴσ. εὐείκτως.
* ἴσ. ἀτημελείτω.
* ἴσ. ὑφ'.
* del. καὶ ex Cl. Alex.

Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι, καὶ μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν· τί γὰρ δύναται D θνητός, ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; γέγραπται γάρ. Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου· ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον. τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἔναντι κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἄμεμπτος ἀνήρ; εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν· οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἔα δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν· ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώλοντο· ἐνεφύσησεν αὐτοῖς καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν· ἐπικάλεσαι δὲ εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα E ἁγίων ἀγγέλων ὄψει· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργή· πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος· ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζαν βάλλοντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα· πόῤῥω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται· αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται. Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν· κατὰ καιροὺς τεταγμένους τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως

ἐκέλευσεν

ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις· πῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει· ἵν' ὁσίως πάντα γινόμενα ἐν εὐδοκήσει εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν· τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶ, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται. Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοὶ, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ, ἢ * εὐχῶν, ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ * πλημμελίας, ἀλλ' ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ, κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν· οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν. Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ· οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου, ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν· καὶ τοῦτο οὐ καινῶς, ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων· οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή. Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ * πιστεύοντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ Μωϋσῆς, τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκεῖνος γὰρ ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς, κατ' ὄνομα. καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν, ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους· καὶ εἶπεν αὐτοῖς; Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς, εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ· πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπεδείξατο τοῖς φυλάρχοις τὰς σφραγῖδας, καὶ ἤνοιξεν τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ προσήνεγκεν ῥάβδους· καὶ εὑρέθη ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλαστηκυῖα, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ προῄδει Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν ἔσεσθαι; μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκατα-

ἴσ. εὐχαριστειῶν.
ἴσ. πλημμελείας.
ἴσ. πιστωθέντες.

A temere vel inordinate voluit ista fieri, sed statutis temporibus & horis; ubi etiam & a quibus peragi vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut religiose omnia secundum ejus beneplacitum adimpleta, grata & accepta ipsius voluntati essent. Qui igitur præfinitis temporibus oblationes suas faciunt, accepti & beati sunt, domini enim mandata sequentes, non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius assignatus est, & Levitis sua ministeria incumbunt. Laicus præceptis laicis constringitur. Vnusquisque vestrum, fratres, in suo B ordine & statione manens, Deo in bona conscientia gratias agat, & cum decore intra præscriptum ministerii sui canonem, se contineat. Non in omni loco, fratres, offeruntur sacrificia perpetua & diurna, vel pro gratiarum actione, vel pro peccatis & delictis, sed Hierosolymis tantum; neque illic in quouis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad altare, diligenter prius inspecto sacrificio, a summo sacerdote, & prædictis ministris. Qui igitur, præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid admittunt, mortis supplicio puniuntur. Videtis, fratres, quo majore cognitione digni sumus habiti, eo graviori periculo obnoxii sumus. Apostoli nobis a Christo evangeliza- C verunt, Iesus Christus a Deo; missus enim est Christus a Deo, & apostoli a Christo: & factum est utrumque decenter ex voluntate ejus. Mandata quippe accipientes, & per resurrectionem domini nostri Iesu Christi, plena certitudine imbuti, Deique verbo confirmati, cum certa Spir. sancti fiducia, egressi sunt, annunciantes regni Dei adventum. Per regiones igitur & urbes verbum prædicantes, primitias eorum, spiritu probantes, episcopos & diaconos eorum qui credituri erant, constituerunt. Neque hoc quidem novum institutum fuit, multis enim retro sæculis, de episcopis, & diaconis scriptum est; sic enim alicubi dicit scri- D ptura. *Constituam episcopos eorum in justitia, & diaconos eorum in fide.* Es. 60. Et quid mirum, si quibus in Christo a Deo hoc munus commissum fuit; prædictos constituerint: cum etiam beatus Moyses fidelis servus in universa domo, omnia quæ ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit, quem cæteri prophetæ uno consensu sequuti sunt, testimonium eis præbentes, quæ ab ipso legibus sancita sunt. Ille enim cum æmulatio pro sacerdotio incidisset, & tribus inter se dissentirent, quænam illarum glorioso illo nomine & titulo ornanda esset; jussit duodecim tribuum principes afferre sibi virgas, quæ uniuscujusque tribus nomen inscriptum haberent, quas cum accepisset in fasciculum ligavit, E & annulis custodum tribuum signavit, & in tabernaculo testimonii ac mensa domini deposuit eas, clausoque tabernaculo, claves similiter & virgas signavit, & dixit eis. Viri fratres, cujus tribus virga germinaverit, hanc elegit dominus, quæ ipsi sacra faciat & ministret. Mane autem facto congregavit universum populum Israel, sexcenta millia virorum, & tribuum principibus sigilla ostendit, tabernaculum testimonii aperuit, & virgas protulit; & inventa est virga Aaronis non tantum germinasse, sed & fructum ferens. Quid, dilecti, vobis videtur, an non hoc futurum præsciverat Moyses? maxime noverat, verum ne seditio & confu-

sio in

sio in populo Israel oriretur, ita fieri excogitavit, scil. ut nomen veri & solius Dei glorificaretur, cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen. Et apostoli nostri, per Iesum Christum dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine episcopatus oborituram: atque ob hanc causam perfecta præscientia præditi, constituerunt prædictos, ac descriptas deinceps ministrorum officiorumque vices reliquerunt, ut in defunctorum locum alii viri probati succedere, & illorum munia exequi possent. Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis viris celebribus, cum consensu universæ ecclesiæ, qui inculpate ovili Christi deservierunt cum humilitate, quiete & absque omni sorde & turpitudine, quique longo tempore ab omnibus testimonium præclarum reportarunt, hos non sine injuria munere vel officio exui debere existimamus. Non enim leviter peccabimus, si eos repudiaverimus, qui sancte & sine reprehensione episcopatus munera offerunt. Beati sunt presbyteri, qui viam sunt emensi, & diem obierunt, quique perfectam & fructuosam dissolutionem consequuti sunt, non enim verentur, ne quis eos de loco in quo constituti sunt dejiciat, & in alium transferat. Videmus enim vos nonnullos a munere transduxisse, quo præclare fungebantur, & quo rite & sine ulla reprehensione cohonestati sunt. Contentiosi estis, fratres, rerum quæ ad salutem minime pertinent, accensi zelo. Scripturas diligenter inspicite, quæ Spir. sancti vera sunt oracula, in illis nihil injustum neque fictum aut simulatum contineri, discite; non enim a viris sanctis invenietis justos rejectos. Persequutionem passi sunt justi, sed ab impiis, in carcerem conjecti, sed a profanis, lapidibus obruti, sed ab iniquis & legum violatoribus, exstincti sunt, sed a scelestis & injusta invidia contra eos stimulatis: quæ omnia cum paterentur, gloriose & magnanimiter tulerunt. Quid enim fratres, dicemus? Daniel in speluncam leonum, ab eis qui Deum timebant, conjectus est? Ananias, Azarias & Misael inclusi sunt in ardentis ignis camino, ab eis qui magnificum & gloriosum altissimi cultum profitentur? absit hoc unquam eveniat. Quinam igitur sunt, qui hæc patrarunt? Abominandi & omni malitia pleni, tanto furore accensi sunt, ut servientes Deo in sancta & inculpata voluntate in caminum conjecerint: ignorantes altissimum, protectorem & defensorem eorum esse, qui in pura conscientia, nomen ejus virtute plenum colunt, cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen. Illi vero in confidentia patienter tolerantes, gloriæ & honoris hæredes facti sunt, & a Deo memoria ipsorum exaltati & elevati, in sæcula sæculorum. Amen. Talibus igitur exemplis & nos adhærere oportet, fratres, scriptum enim est, *Sanctis vos adjungite, quia qui illis adhærent, sanctificabuntur.* Et rursus in alio loco. *Cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum perverso perverteris.* Quare innocentibus & justis jungamus nos, sunt enim a Deo electi. Cur inter nos sunt contentiones, iræ, simultates, schismata & bellum? Nonne unum Deum, & unum Christum habemus? nonne unus est spiritus gratiæ, qui super nos effusus est, & una vocatio in Christo? cur Christi membra divellimus & discerpimus, & contra proprium corpus seditionem movemus, eoque vesaniæ devenimus,

Psal. 18. 25.

A στασία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὕτω ἐποίησεν, εἰς τὸ δοξασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου Θεοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς· διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ μεταξὺ * ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες, τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ B τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας· ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενέγκοντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. Ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους, ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας. Φιλόνεικοί ἐστε, ἀδελφοὶ, καὶ ζηλωταὶ περὶ μὴ ἀνηκόντων εἰς C σωτηρίαν· Ἐγκύπτετε εἰς τὰς γραφὰς τὰς ἀληθεῖς ῥήσεις πνεύματος τοῦ ἁγίου· * ἐπίστασθε ὅτι οὐδὲν ἄδικον οὐδὲ παραπεποιημένον γέγραπται ἐν αὐταῖς· οὐ γὰρ εὑρήσετε δικαίους ἀποβεβλημένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν· ἐδιώχθησαν δίκαιοι ἀλλ' ὑπὸ ἀνόμων· ἐφυλάχθησαν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνοσίων· ἐλιθάσθησαν * ὑπὸ παρανόμων· ἀπεκτάνθησαν * ὑπὸ τῶν μιαρῶν, καὶ ἄδικον ζῆλον παρειληφότων· ταῦτα πάσχοντες εὐκλεῶς ἤνεγκαν. Τί γὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν ἐβλήθη εἰς λάκκον λεόντων; Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ, ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ ὑψίστου κα- D θείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; μηδαμῶς τοῦτο γένοιτο. Τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις, εἰς τοσοῦτο * ἐξήρισαν θυμοῦ, ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ Θεῷ εἰς * αἰκίαν περιβαλεῖν· μὴ εἰδότες ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ ἐναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει, δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν· ἐπήρθησάν τε καὶ * ἔπαφροι" ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί, γέγραπται γάρ. Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι E οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται· καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. "Ἵνα τί ἔρεις, καὶ θυμοὶ, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε ἐν * ὑμῖν; ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστόν; καὶ ἓν πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ. ἵνα τί διέλκομεν καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς ὅτι

ἴσ. ἀπονομήν.
ἴσ. ἐπίστασθε.
ἴσ. ἀλλ'.
ἴσ. ἀλλ'.
ἴσ. ἐξέκαυσαν.
ἴσ. κάμινον ἐμβαλεῖν.
ἴσ. ἐλαφριζόμενοι.
" Melius ἔλαφροι.
ἴσ. ἡμῖν.

ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, εἶπε γάρ· Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ* καλὸν ἦν αὐτῷ *εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι. Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν· πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμὸν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστὶν ἡ στάσις. Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε, καὶ Κηφᾶ, καὶ Ἀπολλὼ, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι. ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη, ἧττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις, μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ κατανοήσατε τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. Αἰσχρὰ, ἀγαπητοὶ, καὶ λίαν αἰσχρὰ, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, * ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν, δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα, στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους· καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου, διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς * δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι. Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος, ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται. Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. ᵃ Πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. ᵃ Ἤτω τις πιστὸς, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν * διακρίσει λόγων, ἤτω * ἁγνὸς ἐν ἔργοις· τοσούτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι· καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ. Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, τηρησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα· τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ, τίς ἀρκεῖ, ὡς δεῖ, εἰπεῖν; τὸ ὕψος εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ, ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν, ἡ ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ. οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει· ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ· Ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης, διὰ τὴν ἀγάπην ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Ὁρᾶτε ἀγαπητοὶ, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. Τίς

Margin notes: *In. ἢ εἰ τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι.* — *In. ἀκούεται* — *In. τι* — ᵃ Clemens Alex. lib. 4. strom. — ᵃ Idem. 4. & 5. — Cl. Alex. *διακρίσει.* — Cl. Alex. *γοργός.*

ut a'iortim nos membra esse, oblivioni tradamus. Recordamini verborum domini nostri Iesu Christi, dixit enim, *Væ illi per quem veniunt scandala, melius foret ei non natum fuisse, quam ut unum ex electis meis scandalizaret: præstaret molam asinariam de collo appensam habere, & in mare demergi, quam ut unum ex pusillis meis scandalizaret.* Schisma vestrum multos pervertit, multos animum despondere, multos dubitare fecit, nos omnes mœrore affecit, & seditio vestra durat, nec adhuc cessat. Epistolam beati Pauli apostoli in manus sumite, quid primum vobis statim in initio evangelii sui scripserit perpendite. certe divinitus inspiratus, de seipso, de Cepha, & Apollo, per epistolam vos monuit, etiam tum inter vos factiones & partium studia fuisse: verum in illa animorum inclinatione, minus a vobis peccatum est, in apostolos enim præclaro testimonio celebres, & virum ab illis probatum, animis & affectu propendebatis. Nunc vero qui sint, qui vos perverterint, & inclyti amoris vestri fraterni decus imminuerint, vobiscum perpendite. Turpia, fratres, turpia valde, & christiana conversatione indigna, fama percrebrescunt, antiquam sc. & in fide firmissimam Corinthiorum ecclesiam, unius aut duorum caussa, contra presbyteros seditionem movere: & hic quidem rumor, non tantum ad nos, sed ad eos etiam qui a nobis, & a fide animo sunt alieniore, manavit; ita ut propter vestram amentiam, blasphemiæ nomini domini inferantur, & vobis ipsis periculum creetur. Tollamus igitur hoc e medio quam celerrime, pedibus domini advolvamur, & flentes suppliciter imploremus eum, ut propitius factus, nobis reconciliari velit, nosque pristinæ, castæ, & decoræ fraterni amoris conversationi, reddat & restituat. Hæc enim porta iustitiæ est ad vitam aperta, sicut scriptum est. *Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino, hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.* Cum igitur multæ portæ apertæ sint, quæ in iustitia est, eadem & in Christo est, in quam beati omnes qui intrarunt, & iter suum in sanctitate & iustitia direxerunt, sine molestia omnia & in pace peragentes. Sit aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in sermonum iusta diiudicatione, sit castus in operibus, quanto maior esse videtur, tanto humilior esse debet, & quod omnibus utilitatem afferat, non suum quærere. Qui charitatem in Christo habet, servet Christi mandata: dilectionis Dei vinculum quis verbis" exprimere potest? quis pulchritudinis eius magnalia, prout par est, enarrare valet? altitudo ad quam evehit charitas inenarrabilis est. Charitas nos Deo agglutinat, charitas peccatorum multitudinem tegit, charitas omnia sustinet, omnia patienter tolerat, nihil illiberale & sordidum in charitate, nihil superbum, charitas non agnoscit schisma, charitas seditionem non movet, charitas omnia in concordia facit, in charitate omnes Dei electi perfecti sunt facti, sine charitate nihil Deo acceptum est, in dilectione nos dominus sibi assumpsit, propter dilectionem quam erga nos habuit, dominus noster Iesus Christus voluntate divina, sanguinem suum pro nobis dedit, & carnem suam pro carne nostra, & animam pro animabus nostris. Videtis, fratres, quod magna & admiranda sit charitas, & perfectionem eius nulla narratio

Margin notes: *Luc. 17.* — *Psal. 118. 19.* — "*Hier. in c. 4. ad Ephes.*

narratio æquare possit. Quis est idoneus ut in ipsa inveniatur, præter eos quos Deus dignos esse judicaverit? oremus igitur & precibus petamus, ut digni ea habeamur, & inculpati, sine studio & propensione aliqua humana, in charitate vitam transigamus. Generationes omnes ab Adamo usque in hodiernum diem præterierunt, qui vero per Dei gratiam in charitate sunt consummati, locum piorum obtinent, & in visitatione regni Christi manifestabuntur. scriptum enim
Iſ. 26. 20. est, *Ingredere in cubicula tua, paululum quantulumcunque donec ira mea & furor pertranseat: & recordabor diei boni, & suscitabo vos e sepulchris vestris.* Beati sumus, dilecti, si præcepta domini in charitatis concordia impleverimus, ut per charitatem peccata nostra nobis remit-
Psal. 32. tantur, scriptum enim est. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatum, neque est in ore ejus dolus.* Hæc beatitudo contigit eis, qui per Iesum Christum dominum nostrum a Deo sunt electi, cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Quotquot igitur inviti per aliquas adversarii suggestiones deliquimus, veniam & indulgentiam imploremus; illos vero qui seditionis & dissensionis principes & authores exstiterunt, commune bonum spei attendere oportet. qui enim in timore & charitate vitam degunt, seipsos potius quam proximos in cruciatus incidere volunt, & seipsos potius quam pulchram & justam traditam nobis consensionem, vituperant aut condemnant. Melius enim est, ut homo peccata sua confiteatur, quam indurare cor suum, prout induratum est eorum cor, qui contra Moysem famulum domini seditionem concitarunt; quorum condemnatio manifesta fuit, descenderunt enim in infernum vivi, & mors eos absorpsit. Pharao una cum ejus exercitu, & omnes præfecti Ægypti, currus etiam & equites eorum, non aliam ob causam rubri maris profundo immersi sunt, & perierunt, quam quod stulta eorum corda, post tot signa & miracula ostensa per famulum domini in terra Ægypti, indurata fuerint. Nullius rei, fratres, indigus est dominus, nihil a quoquam desiderat, præterquam ut ipsi confitea-
Psal 69.31. tur: dicit enim electus David, *Confitebor domino, & placebit ei super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas; videant pau-*
Psal.49.14. *peres & lætentur.* Et rursus dicit, *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuæ, & eruam*
Psal.50.17 *te, & glorificabis me. Sacrificium enim Deo, spiritus contribulatus.* Nostis autem, dilecti, & probe nostis sacras scripturas, & penitus in divina eloquia introspexistis; illa igitur mente & memoria recolite. Cum Moyses in montem ascendisset, & quadraginta dies, ac totidem noctes, in jejunio & humilitate transe-
Exod.32.& Deut.9. gisset, dixit ad eum Deus, *Surge, descende velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti; transgressi sunt cito de via quam mandasti eis, & fecerunt sibi fusile. Et ait dominus ad illum dicens, Vidi populum hunc, & ecce populus dura cervice est, dimitte me exterminare eos, & delebo nomen eorum de sub cælo, & faciam te in gentem magnam & mirandam, & multam magis quam hanc. Dixit autem Moyses, neutiquam domine, remitte huic populo peccatum,*

A ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρεθῆναι εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ ὁ Θεός. εὐχώμεθα οὖν καὶ αἰτώμεθα εἶναι ἀξίους * αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ ζῶμεν, δίχα προσκλίσεως ἀνθρωπίνης, ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι ἕως τῆσδε ἡμέρας παρῆλθον, ἀλλ᾽ οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέντες, κατὰ τὴν τοῦ * Χριστοῦ χάριν ἔχουσιν χώραν εὐσεβῶν· οἳ φανερωθήσονται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ· γέγραπται γάρ, Εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖα μικρὸν ὅσον ὅσον, ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θυμός μου, καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς ἐκ τῶν σηκῶν ὑμῶν. Μακάριοί ἐσμεν, ἀγαπητοί, εἰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐν
B ὁμονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆναι ἡμῖν δι᾽ ἀγάπης, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· γέγραπται γάρ, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

* Ὅσοι οὖν παρέβημεν διά τινος τῶν τοῦ ἀντικειμένου, ἀξιώσωμεν συγγνώμην· καὶ ἐκεῖνοι δὲ οἵτινες ἀρχηγοὶ τῆς στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγενήθησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολι-
C τευόμενοι, ἑαυτοὺς θέλουσιν μᾶλλον * αἰκίαις περιπίπτειν, ἢ τοὺς πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατάγνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῆς καὶ δικαίας ὁμοφωνίας. Καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων, ἢ σκληρύναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· ὧν τὸ κρίμα πρόδηλον ἐγενήθη, κατέβησαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶντες, καὶ θάνατος κατέπιεν αὐτούς. Φαραὼ καὶ ἡ στρατιὰ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμενοι Αἰγύπτου, τά τε ἅρματα καὶ οἱ ἱππόται αὐτῶν, * οἱ δι᾽ ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν ἐρυθρὰν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ τὸ σκληρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυνέτους καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι τη-
D λικαῦτα τέρατα ἐν γῇ Αἰγύπτου, διὰ θεράποντος τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως. Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοί, ὁ δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων, οὐδὲ " οὐδενὸς χρήζει, εἰ μὴ * τὸ ἐξομολογεῖσθαι αὐτῷ. φησὶ γὰρ ὁ ἐκλεκτὸς Δαβίδ, Ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν· καὶ πάλιν λέγει, Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με· θυσία γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. Ἐπίστασθε γάρ, καὶ καλῶς ἐπίστασθε, τὰς ἱερὰς γραφὰς, ἀγαπητοί, καὶ ἐγκεκύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. εἰς
E ἀνάμνησιν οὖν ταῦτα λάβετε. Μωϋσέως γὰρ ἀναβαίνοντος εἰς τὸ ὄρος, καὶ ποιήσαντος τεσσαράκοντα νύκτας, ἐν νηστείᾳ καὶ ταπεινώσει· εἶπεν πρὸς αὐτὸν Θεός, Ἀνάστηθι Μωϋσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς· ἐποίησαν ἑαυτοῖς χωνεύματα. Καὶ εἶπεν κύριος πρὸς αὐτὸν, λελάληκα πρός σε ἅπαξ καὶ δὶς λέγων, ἑώρακα τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ λαὸς σκληροτράχηλος· ἔασόν με ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτῶν ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ θαυμαστὸν, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο. Εἶπε δὲ Μωϋσῆς μηδαμῶς κύριε, ἄφες τὴν ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ,

ἢ καὶ

ἴσ. αὐτῆς.
Cl. Alex. Θεοῦ
ἴσ. ex Cl. Al. Ὅσοι οὖν ἀκοντες παρέβημεν διά τινας τῶν τοῦ ἀντικειμένου παρεμπτώσεων, ἀξιώσωμεν συγγνώμην.
ἴσ. αἰκίαις.
ἴσ. οὐ
" οὐδέν.
ἴσ. τοῦ

ἢ καὶ με ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων. Ὦ μεγάλης A ἀγάπης, ὦ τελειότητος ἀνυπερβλήτου, παῤῥησιάζεται θεράπων πρὸς κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ᾽ αὐτῶν ἀξιοῖ. Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς *πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω, Εἰ δι᾽ ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν· τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ταῦτα, οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, B καὶ ποιήσουσιν. Ἵνα δὲ καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν· πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας· πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμὰ, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται· πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέρους ἐψώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετελέσαντο πολλὰ ἀνδρεῖα· Ἰουδὶθ ἡ μακαρία, ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ᾐτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελ- C θεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ, ἐξῆλθεν δι᾽ ἀγάπην τῆς πατρίδος, καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ, καὶ παρέδωκεν κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ θηλείας. Οὐχ ἧττον αὖ καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ, κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον ἀπολέσθαι, ῥύσηται· διὰ γὰρ τῆς νηστείας, καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς, ἠξίωσεν τὸν παντοπόπτην δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων, ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἐρρύσατο τὸν λαὸν, ὧν χάριν ἐκινδύνευσεν. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι *παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιεί- D κεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς ἁγίους, μετ᾽ οἰκτιρμῶν μνεία. Ἀναλάβωμεν παιδείαν ἐφ᾽ ᾗ οὐδεὶς *ἐφίλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί· ἡ νουθέτησις ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστιν, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος. Παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Παιδεύσει με, γάρ φησιν, δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με· ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου· καὶ πάλιν λέγει, Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξεν ὁ κύριος; νουθέ- E τημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου· αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο· ἑξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐχ ἅψεταί σου κακόν. ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου· ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε· καὶ ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει· καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ κακῶν ἐπερχομένων· ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς· θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσίν σοι· εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος· ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ, γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ τὸ σπέρμα σου, τὰ δὲ τέκνα σου ὥσπερ τὸ παμβότανον τοῦ

* πεπληρωμένος.

S. Epiph. lib. 1. adv. Carpocr. & Chrysost. hom. 11. ad Ephesios.

* ἐν περιπτώματι.

* ἴσ. ὤφειλε.

vel dele me de libro viventium. O charitatem magnam! o insuperabilem perfectionem! famulus dominum libere alloquitur, pro plebe remissionem postulat, vel seipsum una cum eis deleri petit. Qui igitur inter vos strenuus est; qui misericors, & charitate plenus, dicat: Si propter me seditio, contentio & schismata orta sunt; emigrabo, abibo; quotunque volueritis, & quæ a plebe mandantur faciam, solum Christi ovile cum constitutis supra se presbyteris, in pace degat. Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in domino conciliabit, & omnis locus libenter eum suscipiet. *Domini enim est terra & plenitudo ejus.* Psalm 24. Hæc faciunt, & porro facient, qui vitam juxta normam Dei, cujus nunquam pœniteat, instituunt. Placet vero exempla Gentium in medium proferre; multi reges & gubernatores grassante pestifera lue, & stragem minante, oraculo accepto, morti seipsos tradiderunt, ut suo sanguine cives liberarent: multi ne diutius inter cives seditio duraret, civitatibus suis valedixerunt. Multos etiam inter nos cognovimus, qui ut aliis libertatis authores essent, seipsos ad vincula damnarunt: multi in servitutem seipsos addixerunt, & laboris mercedem accipientes, alios cibarunt. Multæ mulieres gratia divina corroboratæ, multa præclara & virilia gesserunt. Beata Iudith, cum urbs circumsessa esset, rogavit seniores ut sibi liceret in alienigenarum castra exire; & periculo se objiciens, propter amorem patriæ, & populi qui arcta obsidione cingebatur, egressa est, & tradidit Deus Olophernem in manus mulieris. Non minus, perfecta in fide Esther, ut duodecim tribus Israel ab instanti exitio liberaret, periculis seipsam objecit: per jejunia enim & humilitatem, suppliciter oravit rerum omnium opificem dominum, sæculorum Deum; qui animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, cujus gratia periculum adierat. Oremus igitur & nos, pro eis qui in calamitatem aliquam inciderunt, ut moderatio & humilitas eis concedatur, quibus instructi, non nobis, sed voluntati divinæ cedere possint. Sic enim apud Deum & sanctos uberem & perfectam cum misericordia recordationem obtinebunt. Sectemur, dilecti, disciplinam, propter quam nemo irasci debet; admonitio qua alii alios commonefacimus, bona est, & apprime utilis, voluntati enim divinæ nos agglutinat. Sic enim dicit sacer sermo, *Castigans castigavit me dominus, & morti non tradidit me. Quem enim diligit dominus, arguit, flagellat autem omnem filium, quem suscipit.* Psal. 118. 18. Prov. 3. 11. Dicit enim, *Corripiet me justus in misericordia & increpabit me, oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* Psal. 141. 5. Et rursus dicit, *Beatus homo quem arguit dominus, monitionem vero omnipotentis ne renuas; ipse enim dolere facit, & rursus restituit, percussit & manus eius sanaverunt. Sexies de necessitatibus eruet, & in septimo non tanget te malum. In fame liberabit te a morte, in prælio vero de manu ferri solvet te. A flagello linguæ abscondet te, & non timebis a malis venientibus. Injustos & iniquos deridebis, & feroces bestias non timebis. Bestiæ enim feræ, pacatæ erunt tibi, deinde scies quod in pace erit domus tua, habitatio autem tabernaculi tui deficiet. Scies autem quod multum semen tuum, & liberi tui erunt, quasi omnis herba campi.* Iob. 5. 17.

Et

Et venies in sepulchrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt, vel sicut acervus areæ in tempore comportatus. Videtis, carissimi, protectione non carere, qui a domino erudiuntur; cum enim bonus sit institutor, sancta sua eruditione commonefieri nos vult. Vos igitur qui prima fundamenta seditionis jecistis, in obedientia subditi estote presbyteris, & genua cordium vestrorum flectentes, in pœnitentia erudimini; deponentes gloriosam & superbam linguæ vestræ arrogantiam, discite aliis subjici: melius enim est in ovili Christi parvos & in æstimatione bona reperiri, quam sibi videri aliis eminentiores, & extra ejus cancellos foras ejici. Sic enim dicit virtute omni prædita sapientia, *Ecce*
Prov. 1. 23. *proferam vobis mei spiritus dictionem, docebo autem vos meum sermonem. quoniam vocabam, & non obedistis, & extendebam verba, & non attendistis. Sed irrita faciebatis mea consilia, & meis increpationibus rebelles fuistis. Itaque & ego vestra perditione ridebo. Gaudebo autem cum venerit vobis interitus, & cum advenerit vobis subito tumultus; eversio autem similis procellæ affuerit, & cum venerit vobis tribulatio & oppressio, vel cum venerit vobis interitus. Erit enim cum invocabitis me, ego autem non exaudiam vos, quærent me mali, & non invenient. Oderunt enim sapientiam, verbum autem domini non assumpserunt, neque volebant meis attendere consiliis, subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viæ suæ fructus, & sua ipsorum impietate saturabuntur.* * * * * * * * * *
Desiderantur hîc quędam græco. *

A ἀγρῷ· ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος, κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσπερ θημωνία ἅλωνος καθ᾽ ὥραν συγκομισθεῖσα. Βλέπετε, ἀγαπητοὶ, ὅτι ὑπερασπισμός ἐστιν τοῖς παιδευομένοις ὑπὸ τοῦ δεσπότου· ἐπεὶ γὰρ ἀγαθὸς ὢν παιδευτὴς θέλει νουθετηθῆναι ἡμᾶς, διὰ τῆς ὁσίας παιδείας αὐτοῦ. Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν τῆς στάσεως ποιήσαντες, ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ παιδεύθητε εἰς μετάνοιαν, κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν, μάθετε ὑποτάσσεσθαι ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδειαν· ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν ἐν τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ * καθ᾽ ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι * ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ. *ἴσ. καθυπερέχειν.* *ἴσ. ἔξω τῆς κιγκλίδος.*
B Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία. Ἰδοὺ προήσομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, διδάξω δὲ ὑμᾶς τὸν ἐμὸν λόγον. ἐπειδὰν ἐκάλουν, καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐξέτεινον λόγους καὶ οὐ προσείχετε, ἀλλ᾽ ἀκύρους ἐποιεῖτε ἐμὰς βουλὰς, τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχοις ἠπειθήσατε· τοιγαροῦν κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι. καταχαροῦμαι δὲ ἡνίκα ἂν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος, καὶ ὡς ἂν ἀφίκηται ὑμῖν ἄφνω θόρυβος· ἡ δὲ καταστροφὴ ὁμοία καταιγίδι παρῇ, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν θλίψις καὶ πολιορκία. Ἔσται γὰρ ὅταν ἐπικαλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. ζητήσουσί με κακοὶ, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν· ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, τὸν δὲ φόβον τοῦ κυρίου οὐ προείλοντο, οὐδὲ ἤθελον ἐμαῖς προσέχειν βουλαῖς· ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοὺς ἐλέγχους. Τοιγαροῦν ἔδονται
C τῆς ἑαυτῶν ὁδοῦ τοὺς καρποὺς, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας πλησθήσονται *

inspector omnium Deus, & dominus spirituum & omnis carnis, qui elegit dominum Iesum Christum, & nos per eum in populum peculiarem, det omni animæ, quæ sanctum & gloriosum nomen ejus invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, lenitatem, continentiam, sanctitatem & sapientiam, ut nomini ejus recte placeat, per summum sacerdotem, & præsidem nostrum dominum Iesum Christum, per quem illi sit gloria, majestas, potestas, honor, & nunc, & in sæcula sæculorum, Amen. Missos autem a nobis Claudium, Ephebum, & Valerium, Bitonem cum Fortunato in pace cum gaudio brevi ad nos remittite, ut citius votis expetitæ, & desiderandæ vestræ pacis ac concordiæ nuntium afferant; & nos de statu vestro recte ordinato citius gaudeamus. Gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum, & cum universis ubique a Deo, & per eum vocatis; per quem illi sit gloria, honor, potestas, majestas, & dominatio sempiterna, a sæculis in sæcula sæculorum. Amen

...... ητον ὁ παντεπόπτης Θεὸς, καὶ δεσπότης τῶν πνευμάτων, καὶ κύριος πάσης σαρκὸς, ὁ ἐκλεξάμενος τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι᾽ αὐτοῦ εἰς λαὸν περιούσιον, δῴη πάσῃ ψυχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, πίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι᾽ οὗ αὐτῷ δόξα
D καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμὴ, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ᾽ ἡμῶν Κλαύδιον, Ἔφηβον, καὶ Οὐαλέριον, Βίτωνα, σὺν Φορτουνάτῳ, ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον, τὴν εὐκταίαν καὶ ἐπιπόθητον ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν, ἀπαγγέλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ᾽ ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῇ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ· δι᾽ οὗ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος, καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD PATRICII IVNII INTERP. NOTAS Προσημείωσις.

VEteres primitivæ ecclesiæ episcopi, non tantum gregibus sibi commissis, ut monet Paulus, sedulo attendebant, quos verbo & sermone, sanctaque & inculpata conversatione instruebant; verumetiam, ut dilectionem Spiritus, caritatem individuam, unam fidem, unam ecclesiam, & episco-
E patum unum ostenderent, curam suam & sollicitudinem ad longe dissitos extendebant, & quos viva voce propter locorum distantiam in verbo domini, & vera pietate, erudire non poterant, per epistolas monere, consulere, objurgare interdum, & universam fraternitatem (ut Cyprianus de epistols suis ad clerum Romanum scriptis loquitur) ad deprecandam Dei misericordiam, allcqui & hortari non desinebant: duplicique hac ratione Christi

Christi evangelium prædicabant. Quod Clementi Alexandrino est ἀγγράφως καὶ ἀγράφως τὸν λόγον κηρύττειν, voce, scilicet, & scripto; ubi probat ἐπιστήμην τὴν διὰ τῆς χειρὸς, quam vocat ἀγγελικὴν, non minus commodi & utilitatis ecclesiæ Dei adferre, quam illam alteram, quæ διὰ τῆς γλώττης est, & κηρυκικὴ appellatur. [Clem. Alexand lib. 1. Strom.] Hinc est, quod inter Cypriani, & aliorum patrum scripta, frequentes epistolæ ad clerum & plebem diversarum ecclesiarum, reperiantur, hujusque generis sunt quæ encyclicæ nominantur: qualis & hæc, quæ in manibus est, non immerito censenda est, cum publice in omnibus ecclesiis primitus legeretur, licet ad unam scripta, ac hoc nomine ab Epiphanio etiam insigniatur. Magnam autem olim inter ecclesiam Romanam & Corinthiacam necessitudinem, & animorum conjunctionem, fuisse, præter hanc responsoriam Clementis, testantur etiam epistolæ Dionysii Corinthiorum episcopi, quarum mentionem facit Eusebius historiæ suæ lib. 4. cap. 22. quippe, quæ eosdem apostolos Petrum & Paulum, primos fundatores haberent, & in eadem fide conspirantes, doctrinæ consanguinitate (ut verbis Tertulliani utar) pacis communicatione, fraternitatis appellatione, & hospitalitatis contesseratione, tanquam firmissimo glutino, inter se invicem copularentur. Ecclesiæ autem Romanæ, non suum nomen, fronti præfixit; ut modestiæ & humilitatis posteris ætatibus exemplar imitandum proponeret: & Corinthios, quos ad fraternam concordiam & humilitatem, tota hac epistola hortatur, non tantum scripto, sed exemplo etiam suo, veram & non fucatam ταπεινοφροσύνην doceret, quæ Basilio teste, τῶν ἄλλων ἀρετῶν θησαυροφυλάκιον est. Quo anno autem episcopatus sui missa sit hæc epistola, & an Romæ esset Clemens cum hanc scriberet, apud antiquos nullum vestigium: probabile est, non prius scriptam fuisse, quam in exilium relegaretur, quod factum est biennio antequam martyrio vitam finiret; quod ex ipsius verbis non obscure colligi potest, ubi de Pauli laboribus, de mortis genere, & martyrii loco disserens, ait, eum in finibus occidentis passum esse. Verisimile est, si in urbe tum fuisset, ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, vel aliquid ejusmodi, voluisse illum scribere. Adde quod statim in initio, cum tarditatem suam in rescribendo excusat, calamitatum suarum & περιπτώσεων, mentionem faciat: ἀλλ᾽ ἐπέχω καὶ οὐδὲν ὁρίζω, & ex via hac ἀβάτῳ, quam nemo ante calcavit, pedem refero. Post salutationem, quæ verbis Paulinis concipitur, Corinthios propter constantis fidei sinceritatem, propter morum probitatem, & insignem in omnibus εὐκοσμίαν καὶ εὐταξίαν, vehementer laudat, & in hoc etiam Pauli discipulum se probat, qui epistolas suas a laudibus ordiri amat. Sic enim ad Romanos, ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. sic ad Corinthios, ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. Sed non est propositum nostrum accuratam analysin, aut longiores commentarios scribere: neque operæ typographicæ, quæ connatas has, & congenitas stricturas, præcipiti festinatione extrudunt, immaturum fœtum teneriore cura lambere, & paterni affectus γνωρίσματα simul exponere, patiuntur. Quare præter illa, quæ magis obvia erant, & supra a nobis suis locis in margine emendata sunt, quædam in præsentiarum, quæ medicam manum desiderant, vel notatu digniora videbuntur, observabimus, reliqua cum Græcia aut Ægyptus exemplar emaculatius & perfectius, nobis subministrarint, vel in Hieronymi versionem Latinam incidere contigerit, quam in bibliothecis alicubi latere, spem nobis facit, catalogus codicum Fratrum Lobiensium; quem domi habemus, scriptum ante 400. annos, ad calcem operum Fulgentii; atque utinam id aliquando veniat, & spes nostræ, non inanes deprehendantur.

Παροικοῦσῃ Κόρινθον. forte κατοικούσῃ, ad vitandam ταυτολογίαν, cum idem sit κατοικεῖν quod παροικεῖν, ut videre est statim in initio libri Ruth, & alibi apud 70. seniores. Vtraque autem vox παρεπιδημεῖν significat, & sæpius pro eodem usurpatur, ac in eadem enunciatione ad majorem evidentiam, & ἐνέργειαν adhibetur, ut apud Psalmistam, Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Et Pet. 1. 2. 11. ἀγαπητοὶ παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, &c. Sic vetus etiam inscriptio ex insula Delo nuper allata, in ara ab Atheniensibus, Romanis, & aliis peregrinis qui in insula inquilini erant, Apollini consecrata, quam inter marmora regia in hortis Iacobæis videre licet. Quem locum, si vicinam pinacothecam bibliothecæ celeberrimæ conjunctam, si numismata antiqua, Græca & Romana, si statuas & signa ex ære & marmore, consideres; non immerito thesaurum antiquitatis, & ταμεῖον instructissimum, nominare potes. Inscriptionem ipsam in gratiam eorum, qui ejusmodi studiis delectantur, non abs re forte erit attexere, in qua literas vetustate abrasas, nos supplevimus, & minio[a] rubro a reliquis distinximus. [Pag. 124. C.]

[a] Hic quoque nos rubros apices editioni Oxoniensi reliquimus.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΑΧΑΡΝΕΑ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ ΔΗΛΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΞΕΝΩΝ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΚΑΙ ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝ-
ΤΕΣ ΕΝ ΔΗΛΩ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ ΚΑΙ
ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΘΕΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Nascentis autem ecclesiæ statum, quæ sub imperatoribus ethnicis, & ut plurimum persecutoribus, nullibi stabilem & permanentem locum possideret, sed (sicut olim patriarchæ in tentoriis, & populus Israeliticus in eremo sub pellibus) patriam cælestem anhelans, vitam in terris vagam ac dubiam, tanquam hospes & peregrina transigeret, voces hæ appositissimæ, παροικεῖν & κατοικεῖν, graphice depingunt, & nobis ob oculos ponunt. Longum esset per singulos patres ire, & loca ex illis cumulare, quibus humanæ vitæ, quam παροικίαν vocant, τὸ ὀλιγοχρόνιον, & ecclesiæ instabilem sortem promiscue his vocibus, denotant; sufficiat unus Iustinus, qui de christianis sui temporis, epistola ad Diognetum plane aurea, sic loquitur: πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ᾽ ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ᾽ ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη, &c.

Ἐφ᾽ ὑμῶν ἰδίους. Alludit fortasse ad locum Pauli Thess. 1. 3. 12. Ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι, καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς. Legendum autem arbitror, ἐφ᾽ ὑμᾶς ἰδίως. [Ibidem.]

Δυσοίζομεν. Ad supplendam hanc lacunam, vocem νομίζομεν, nec incommodo sensu, primum substituimus, sed cum diligentius postea, & oculis accuratioribus exemplar intueremur, & vestigium minutissimum τοῦ ο ante ι cerneremus, δυσοίζομεν, licet rarius occurrat, reponere non dubitavimus. δυσοίζειν autem Hesychio est, φοβεῖσθαι καὶ ὑποπτεύειν. [Ibidem.]

Ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι. ἐπιστρέφεσθαι, & ἐπιστροφὴν ποιεῖν est, curare, animadvertere, & animum adhibere, vel adjicere. Præter exempla quæ Stephanus affert, [Ibidem.]

adde si placet e Rhodiaco Dionis Chrysostomi locum insignem, non tantum ut vim vocis & proprietatem discas, sed turpe lucrum caveas; quod animi & rationis oculos occæcat, nec justum ab injusto, aut honestum a turpi discernere patitur. Ἀλλ' ἔστιν αὐτὸ τοῦτο ἡ μοχθηρία, τὸ κέρδους ἕνεκα καὶ χρείας, μηδενὸς αἰσχροῦ μηδὲ ἀδίκου πράγματος ἐπιστρέφεσθαι. μηδὲ φροντίζειν ποῖον τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ μόνον εἰ λυσιτελές.

Ibidem. Ἀγαπητοί. Vox hæc sede sua, & loco turbata est, & jungenda procul dubio voci præcedenti ἀδελφοί, quod a nobis in versione nostra factum est, ut tricæ implicati eloquii, suo ordini & juncturæ redderentur (ut loquitur Hieronymus de phrasi Paulina) & verborum fila, plano magis & expedito stamine, decurrerent. Disponere autem apte, & figurare varie, non nisi ῥητόρων παισὶ concessum est. Clemens noster, nullos colores aut lumina orationis affectat, phrasis ejus simplex, rudis, & plane ἀρρητόρευτος est; sed postea fusius de ejus stylo, & scribendi genere.

Ibid D. Σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε. Forte προὐτρέπετε, vel ἐπετρέφετε, aut ἐξετρέφετε potius, quod idem est cum ἀνετρέφετε, i. e. a teneris instituebatis, & imbuebatis.

Pag. 125. A. Οἰκουργεῖν. Pro οἰκουργεῖν, legendum monuit οἰκουρεῖν dominus Boisius canonicus Eliensis, vir emendatus & gravis, & in hoc literarum genere, quod ipsius eruditissimæ notæ in Chrysostomum testantur, longe versatissimus, cujus industria in hoc opere non leviter nos adjutos esse, profitemur. Cum enim in apographum nostrum casu incidisset, in quo præter lacunas suppletas, nullæ tum emendationes nostræ, sed exemplar πρωτότυπον fide optima, etiam cum omnibus rugis & nævis expressum, quos nos postea emaculandos, & per otium abstergendos proposueramus, temperare sibi non potuit, quin varia observaret: pro quibus ut illi, licet de facie adhuc ignoto, gratias agimus maximas, ita alios latere nolumus, per quos vel minimum profecimus. Verum huic loco αὐτουργεῖν convenientius esse arbitramur, siquidem addit author, τὰ κατὰ τὸν οἶκον. In muliere enim αἰδοίᾳ, qualem Salomon postremo proverbiorum describit, non tantum requiritur, ut domi se contineat, & raro in publicum prodeat: quam apostolus ad Titum 2.5. οἰκουρὸν ἀγαθὴν vocat, & Clemens Alexandrinus 2. Strom. elegantissime exprimit, ἥτις φυλαττομένη τὰς πολλὰς τῆς οἰκίας ἐξόδους, ἀποκλείει ὡς οἷόν τε αὐτὴν τῆς πρὸς τοὺς οὐ προσήκοντας προσόψεως, προυργιαίτερον ἡγουμένη τῆς ἀχρείου φλυαρείας, τὴν οἰκουρίαν: verumetiam, ut sedula sit instar apis oportet, nec ἀργὸν τὴν χεῖρα ἔχειν, sed τῷ αἰδεῖ ἐνεργεῖν εἰς ἀγαθὰ πάντα τὸν βίον. ut est, apud regum sapientissimum, ibidem. Vnde idem Clemens in Pædagogo lib. 3. ἡ δὲ αὐτουργία ταῖς γυναιξὶ μάλιστα τὸ γνήσιον ἐπιφέρει κάλλος, γυμνάζουσα τὰ σώματα αὐτῶν, καὶ σφᾶς αὐτὰς δι' αὐτῶν κοσμοῦσα· οὐ τὸν ὑπ' ἄλλων πεπονημένον προσφέρουσα κόσμον, καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἐπιεικῆ· ἀλλὰ τὸν ἑκάστης σώφρονος γυναικὸς διὰ τῶν χειρῶν αὐτῆς, ὁπότε χρήζοι μάλιστα, ἀρκουμένων καὶ ἐξυφαινόμενον & supra ejusdem libri cap. 10. τῆς γυναικείας αὐτουργίας varias species enumerat, ταλασιουργίαν scil. ἱστουργίαν, &c. ad quem te remittimus.

Ibidem. Πάντες ἐταπεινοφρονεῖτε. Ad locum Petri 5. 5. respexisse hic Clementem nostrum arbitror, πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. Vnde infra pag. 39. ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες, & passim in hac epistola Corinthios ut humilitate se ornent, & humilitatem cum concordia induant, hortatur: quæ cæterarum virtutum merito a Basilio θησαυροφυλάκιον vocatur, & a Chrysostomo, μήτηρ, καὶ ῥίζα, καὶ τροφὸς, καὶ ὑπόθεσις, καὶ σύνδεσμος τῶν ἀγαθῶν.

Ibid. D. Ὄρνεον γάρ ἐστι ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ. De Phœnice, ave πολυθρυλλήτῳ, & resurrectionis symbolo, multi multa, patres Græci & Latini, historici, & philosophi, stricta & soluta oratione. Maximus autem contra Severi dogmata ad Petrum Illustrium, fabulam conatur ostendere, quæ de ea narrantur, nullumque animal μοναδικὸν esse contendit, οὐδέ τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων (ut ille loquitur) μοναδικῆς ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν φύσεως· ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος διαδοχὴ, ἀείδηλος χαρακτὴρ τῶν εἶναι, καὶ ὅρος ἐστί. Ego licet, incerta sint quædam quæ de hoc alite feruntur, & fabulosis aucta (ut Tacitus annalium lib. 6.) cæterum esse ejusmodi volucrem, quæ redivivo suæ carnis humore reparetur, & de suo surgat rogo, corporisque sui hæres, & cineris sui fœtus sit, & quod in Ægypto etiam aliquando aspiciatur, cum illo non ambigo: maloque cum Clemente nostro viro apostolico, Tertulliano, Origene, Cyrillo Hieros. Eusebio, Nazianzeno, Epiphanio, Synesio, Hieronymo, Ambrosio, Lactantio, Plinio, Seneca, Mela, Solino, Philostrato, Libanio, & aliis, errare; quam Maximum & ejus sequacium opinionem sequi, qui τὴν παντοκρατορικὴν τοῦ δημιουργοῦ δύναμιν rationis humanę imbecillitate metiuntur, & ancillantis naturæ legibus, naturæ dominum circumscribunt. Maximo autem Origenem oppono, qui lib. 4. contra Celsum, secundum naturam hoc fieri posse asserit, ejus verba ita se habent, δύναται καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν, ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων, παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν κόσμῳ κατασκευῆς, φθάνον καὶ ἐπὶ τὰ ὄρνεα· καὶ ζῶόν τι μονογενὲς ὑπέστησεν, ἵνα κἂν τούτῳ ποιήσῃ θαυμασθῆναι, οὐ τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸν πεποιηκότα αὐτό. Et plenissimo huic & firmissimo (ut Tertulliani verbis utar) resurrectionis specimini, ex Methodio, etiam novissimi diei non absimile in natura indicium & documentum, addo; Pyragnum, scilicet, plantam, quæ ardente Olympo in mediis flammis viret & floret, ac si juxta aquarum decursus plantaretur, sed præstat ipsum audire, qui miraculi hujus αὐτόπτης fuit. * Ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ εὔσκιον, ὡς * ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. δι' ἣν τινα οὖν αἰτίαν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλουμένων σωμάτων, οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει, εἰ τῇ φύσει ἐστὶν εὔκαυστον, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφομένου; κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἐπέῤῥιψα, καθ' ὃν ἂν ἐρεύγεται τὸ πῦρ τόπον, καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες ἐτεφρώθησαν. Τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ Θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο, ἵνα γινώσκωμεν ὅτι πάντων πυρὶ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἁγνείᾳ σώματα διαπρέψαντα, καὶ δικαιοσύνῃ, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι, πυρὶ ἐπιβήσονται. Verum solertibus naturæ mystis, abditas

Phot. bibl. pag. 293. edit. Schot.

*ἴσ. ἐπὶ πηγῆ.

abditas harum rerum caussas curiosius indagandas A relinquo, & cum Cyrillo Alexandrino, de ceto qui Ionam Dei jussu devoravit, verba faciente, locum hunc concludo. Φαμὲν οὖν ὅτι παράδοξον ἀληθῶς, καὶ λόγου καὶ συνηθείας ἐπέκεινα, νοοῖτ' ἂν εἰκότως τὸ συμβεβηκός. ἀλλ' εἰ Θεὸς λέγοι τὸ κατορθοῦν, τίς ὁ ἀπιστήσων ἔτι; πανάλκης γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ταῖς τῶν ὄντων φύσεις μεταπλάττειν εὐκόλως, πρὸς ὅπερ ἂν ἕλοιτο, καὶ τοῖς ἀρρήτοις αὐτοῦ νεύμασι τὸ ἀντιξοοῦν οὐδέν. τὸ γὰρ φθείρεσθαι πεφυκὸς, κρεῖττον ἂν γένοιτο καὶ φθορᾶς αὐτοῦ ἐθέλοντος, καὶ τὸ πετηνὸν καὶ ἀκράδαντον, καὶ τοῖς τῆς φθορᾶς δυσαλώτατον νόμοις, πάθοι ἂν εὐκόλως φθορὰν· φύσις γὰρ, οἶμαι, τοῖς οὖσι, τὸ τῷ κτίσαντι δοκοῦν.

Ibidem. Πρὸς ἀπόλισιν τοῦ ἀποθανεῖν. Boisius legendum monuit, πρὸς ἀπόλυσιν, & καιρὸν τοῦ ἀποθανεῖν. Quod Epiphanius sic exprimit, ἐπειδὴ γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐνστάντα: Et Ambrosius, *quæ cum finem vitæ sibi adesse* B *adverterit*. Et Tacitus, *Confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, suis in terris struere nidum, &c.*

Pag.141.C. Ἐὰν καταστρώσω εἰς ταῖς ἀβύσσοις. Sic Iob. 17. 12. ἐν δὲ γνόφῳ ἔστρωταί μου ἡ στρωμνή. verbum autem καταστρωννύειν hoc loco, proxime accedit ad fontem hebraicum.

Ibid. E. Ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ. forte, ἐκ Θεοῦ.

Ibidem. Διδόσθω ὑπ' ἄλλων. Sic proverb. 27. 2. Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. *In proprias enim laudes odiosa est jactatio*, ut Cyprianus ad Donatum loquitur: & ut Plinius epist. 8. lib. 1. eleganter, *quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserat recensente, vanescit*. Et Clemens C noster infra pag. 50. ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου μαρτυρεῖσθαι.

Pag.144.A Τὸ δωδεκασκήπτρον. hoc est, τὸ δωδεκάφυλον, σκῆπτρον enim pro φυλὴ sumitur; ut Reg. 11. 31. Καὶ δώσω σοι δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα ἔσονται αὐτῷ. Sic etiam Clemens noster pagina sequente, τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα.

Pag.145.A. Τῇ συνειδήσει. forte καὶ τῇ συνειδήσει, vel potius συνδέσει. sic etiam supra pag. 4. μεθ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως, forte συνδέσεως, legendum est.

Ibid. C. Ταῦτα οἱ προάγοντες. Hæc αὐτολεξεὶ fere apud Paulum ad Romanos cap. 1. & versu ultimo.

Ibid.D. Ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. forte ἀναθρεῖ vel ἀναθεωρεῖ, i. e. diligenter & attente contemplatur: vel potius integer locus sic legendus est, διὰ τούτου ἐν τῇ ἀσυνέτῳ καὶ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν, ἀνατέλλει τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, ubi phrasi Paulina ad Rom. 1. 21. διάνοιαν nostram, ἀσύνετον & ἐσκοτισμένην vocat.

Ibid E. Ὡς ὢν ἀπαύγασμα. Hæc ex epistola ad Hebræos, & capite primo, eisdem fere verbis deprompta sunt, unde, & ex aliis locis, ὁμοιότης τοῦ χαρακτῆρος τῆς φράσεως, καὶ τῶν νοημάτων, ut loquitur Eusebius, inter hanc Clementis, & epistolam ad Hebræos, facile liquet.

Pag.148.C. Ἑτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν. Cyprianus ad Donatum de gratiæ divinæ efficacia eleganter, *Dei est, inquam, Dei omne quod possumus, inde vivimus, inde pollemus, &c.* ubi ad verba divi Pauli Act. 17. 28. alludere videtur. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν.

Pag.149.B. Μωμοσκοπεῖσθαι. Sacerdotes non tantum Iudæorum, sed Gentium etiam, hostias probare solebant, & victimarum præcordia diligenter inspicere & examinare, antequam litarent, quod οἱ ἔξωθεν, δοκιμάζειν & ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα, vocant, scriptores autem sacri μωμοσκοπεῖν. Vnde Philo Iudæus περὶ γεωργίας· Ἄτοπον γὰρ ἱερῶν μὲν πρόνοιαν ἔχειν, ὡς ὁλόκληρα τὰ σώματα καὶ παντελῆ ἔσονται, τῶν τε καταθυομένων ζώων, ὡς οὐδὲν οὐ λυμὰ τὸ παράπαν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ βραχυτάτῃ χρήσεται λώβῃ· καί τινας δεῖ καὶ ὅσοις ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονεῖν τὸ ἔργον, οὓς ἔνιοι, μωμοσκόπους ὀνομάζουσιν, ἵνα ἄμωμα καὶ ἄσπιλα προσαχθῇ τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα, &c. ubi nominis rationem observare licet, & quod infrequenter ante ipsum, & a quibusdam tantum usurparetur. Vt ut est, libro de sacrificiis, & initio tractatus de sacrificantibus, ostendit summam curam adhibitam fuisse in deligendis his μωμοσκόποις ἀεισίνδην, qui accurato examine sacrificia singula, & partes singulas scrutarentur ἀπὸ ποδῶν ἄκρων, ὅσα τε ἐμφανῆ, καὶ ὅσα ἐπὶ γαστρὶ, καὶ μηροῖς ἀνακέκρυπται, ne quid vitii, corruptelæ, aut labis lateret. Sic Clemens Alex. lib. 4. Strom. ἦσαν δὲ κἂν ταῖς τῶν θυσιῶν προσαγωγαῖς παρὰ τῷ νόμῳ, οἱ τῶν ἱερείων μωμοσκόποι. Et Chrys. hom. 20. in epist. ad Romanos, de prævia examinatione nostra corporis & animi, antequam ad sacram synaxim accedere præsumamus, sic scribit. Διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον. εἰ γὰρ οἱ τὰς παλαιὰς ἀναφέροντες θυσίας ἐκελεύοντο πάντα περισκοπεῖν, καὶ οὔτε, ὠτότμητον, οὔτε κολοβόκερκον, οὔτε ψωριῶντα, οὔτε λειχῆνα ἔχοντα ἐπετρέποντο ἀναφέρειν. πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς οὐ πρόβατα ἄλογα, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀναφέροντας, πλείονα ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι χρὴ, καὶ πανταχόθεν εἶναι καθαρούς, &c. Et homil. 17. in epist. ad Hebræos. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπιφωνεῖ τότε τοὺς ἁγίους καλῶν, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπῶν ἅπαντας, ὥστε μὴ προσελθεῖν τινα ἀπαράσκευον, &c. Dom. Dunæus in annotationibus suis, pro μωμοσκοπῶν hoc loco μιμήσκων reponendum putat, ego vero μωμοσκοπῶν retinere malim; cum Chrysostomus, solennem illam vocem in participatione τῶν φρικτῶν μυστηρίων in primitiva ecclesia usurpari solitam, respiciat: Ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε πάντες & Ἀπέλθετε οἱ μὴ δυνάμενοι δεηθῆναι. Vide ejusdem homil. 3. in epistolam ad Ephesios, & diligenter perpende.

Pag.154.A. Ἐπινομὴν δεδώκασιν. Boisius ἐκλογὴν legit: ego mallim ἀπονομὴν, i. e. ἀπομερισμὸν cum Hesychio, & cum Suida ἀπόμοιραν. Descriptæ autem ministeriorum & officiorum vices hac voce exprimuntur, quæ apud Dionysium Areopagitam λήξεις & ἀπονεμήσεις, Budæo teste, vocantur: atque hoc sensu vox, *census*, apud Tertullianum forte accipienda est, de præscript. adversus hæreticos cap. 32. *Hoc enim modo ecclesiæ apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorum ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert; sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; proinde utique & ceteræ exhibent, quos ab apostolis in episcopatum constitutos, apostolici seminis traduces habeant, &c.* Vbi census suos de- D ferre, est, ordinem episcoporum suorum ad originem recensere, ut ipse lib. 4. adversus Marcionem cap. 5. loquitur (ubi etiam vox hæc, census, legitur, prout libro primo contra eundem & cap. 21. bis.) *Ordo tamen episcoporum ad originem recensus, in Ioannem stabit autorem: sic & ceterarum generositas recognoscitur.* alibi, libros censuales vocat; verum de re dubia satis.

Ibid. D. Εἰς τοσοῦτο ἐξήνεσαν θυμοῦ. Boisius legendum putat, ἐξήρθησαν vel ἐξηγριώθησαν, vel ἐξεκαύθησαν; quid si ἐξέχωσαν, ut in initio, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέχωσαν, licet literarum affinitas huic lectioni non adeo faveat, vel ἐξέρριψαν, scil. ἑαυτοὺς, phrasi Græcis & Latinis scriptoribus non inusitata.

E

Ibid. E. Ἐπαφοὶ ἐγένοντο. Boisius legit ἐλαφροὶ vel αὐτάφοι. Ego malim ἐλαφριζόμενοι legere cum Philone Iudæo, qui hanc vocem cum ἐπικουφίζεσθαι eandem facit, & sæpius conjungit. Sic περὶ φυτουργίας, Τότε δὲ ὑπὸ τῆς σωτηρίου παιδείας ἐπικουφιζομένην, καὶ ἐπελαφριζομένην, οὐδὲν ἴσχυσε βλάψαι. Et de mundo, Τῆς γεώδους καὶ βαρέος ἐχούσης οὐσίας ἐπελαφρισθείσης, καὶ τὸν ἄνω τόπον ἀναπλασθείσης. Synesius de insomniis voce simplici in eadem significatione utitur, Τῆς τε ἀείσης ἕξεως ἐν ψυχαῖς ἐλαφριζούσης αὐτὴν καὶ ἐναπορρυπτούσης κηλῖδα τῆς χείρονος. Non sum nescius tamen Chrysost. homil. 44. in Genesin, ubi comparationem inter tres pueros in caminum ignis conjectos, & Iosephum ejusque continentiam & castitatem

tatem instituit, voce ἀνεπάφυ uti, quam lectionem non improbo. Ejus verba, ita se habent, Οὐχ οὕτω θαυμαστὸν εἶναί μοι δοκεῖ τὸ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκείνους, ἐν μέσῃ τῇ καμίνῳ τῇ Βαβυλωνίᾳ ἐκείνῃ, τῆς πυρὸς ἀνωτέρους γενέσθαι, καὶ μηδὲν πλέον τὰ σώματα αὐτῶν παθεῖν· ὡς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, τὸν δίκαιον τοῦτον εἰς τὴν κάμινον ταύτην, τὴν τῆς Βαβυλωνίας χαλεπωτέραν ἐμπεπλωκότα, τὴν ἀσέλγειαν λέγω τῆς Αἰγυπτίας, ἀνέπαφον διαμεῖναι, καὶ καθαρὸν τῆς σωφροσύνης τὸ ἔνδυμα διατηρήσαντα, οὕτω ἐξελθεῖν.

[Pag.153. A] Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου. Εὐαγγέλιον hoc loco late sumitur, & apostolorum scripta comprehendit, ut apud Nyssenum, qui contra Apollinarem locum ex epistola Ioannis laudans, scribit, καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον, ὅλον τότε τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι. Sic legis nomine non tantum πεντάτευχος Moysis, sed prophetarum etiam interpretationes, & reliqui veteris Testamenti libri intelliguntur. Vnde Ioannis cap. 10.34. locus psalmistæ, Ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, scriptus esse dicitur, ἐν τῷ νόμῳ. & cap. 15. ejusdem Evangelii vers. 25. ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν, quæ verba sunt psalmistæ, psal. 34.19. ἐν τῷ νόμῳ, scripta esse dicuntur: & ad Corinth. 1. 14. 21. locus Esaiæ, ab apostolo ἐν νόμῳ scriptus esse dicitur. Ignorantia hujus latioris acceptionis in errorem quosdam induxit, qui Moysis tantum quinque libros a 70. senioribus in linguam Græcam versos esse opinantur, quia apud quosdam patres inveniatur, ex Hebraico fonte illos τὸν νόμον transtulisse, ac si legis nomine, libri Moysis tantum intelligendi essent, sed de versione τῶν ό, alias fortasse commodior disserendi occasio dabitur.

[Ibid. D] Ζητεῖν τὸ κοινωφελές. Chrysostomus ad illud Pauli Corinth. 1. 11. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσι, dicit publicum ecclesiæ bonum quærere, & aliorum salutem privato commodo anteponere, canonem esse christianismi perfectissimum. Τοῦτο κανὼν χριστιανισμοῦ τοῦ τελειοτάτου, τοῦτο ὅρος ἠκριβωμένος, αὕτη ἡ κορυφὴ ἡ ἀνωτάτω, τὸ τὰ κοινῇ συμφέροντα ζητεῖν.

[Ibidem.] Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς. Hoc loco Paulum imitatur ad Corinthios 1. 13. ubi caritatis, & mutuæ dilectionis, elegantissima descriptio est; & Ephraem Syrus tractatu περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν utriusque vestigiis insistit, cujus verba cum Græce non exstent, placet hic subjungere. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ ἔχων ἀγάπην Θεοῦ, ὅτι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῷ περιφέρει, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει· ὁ ἔχων ἀγάπην πάντων σὺν Θεῷ περιγίνεται, ἡ γὰρ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐδένα βδελύσσεταί ποτε, οὐ μικρὸν, οὐ μέγαν, οὐκ ἔνδοξον, οὐκ ἄδοξον, οὐ πένητα, οὐ πλούσιον, ἀλλ' ἁπάντων περίψημα γίνεται, πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐκ ἐπαίρεται κατά τινος, οὐ φυσιοῦται, οὐδενὸς καταλαλεῖ, ἀλλὰ τοὺς καταλαλοῦντας ἀποστρέφεται. ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν δόλῳ οὐ πορεύεται, οὐχ ὑποσκελίζει τὸν ἀδελφόν· ὁ ἔχων ἀγάπην οὐ φθονεῖ, οὐ ζηλοῖ, οὐ βασκαίνει, οὐ χαίρει ἐπὶ πτώσει ἑτέρων, οὐ διασύρει τὸν πταίοντα, ἀλλὰ συλλυπεῖται καὶ συναντιλαμβάνεται· οὐ παρορᾷ τὸν ἀδελφὸν ἐν ἀνάγκῃ, ἀλλὰ συνεπαμύνει καὶ συναποθνήσκει· ὁ ἔχων ἀγάπην, τὸ θέλημα ποιεῖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μαθητὴς τῆς ἀληθείας ὑπάρχει. Αὐτὸς γὰρ ὁ καλὸς δεσπότης ἡμῶν εἶπεν, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοῦ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ὁ ἔχων ἀγάπην οὐδέποτε ἑαυτὸν περιποιεῖται, οὐ λέγει ἑαυτοῦ ἴδιον οὐδέν, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἔχει, κοινὰ τοῖς πᾶσι προστίθησιν. ὁ ἔχων ἀγάπην, ἀλλότριον οὐδένα λογίζεται, ἀλλὰ πάντας ἰδιοποιεῖται· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐ παροξύνεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἐξάπτεται εἰς ὀργήν, οὐ χαίρει ἐπὶ ἀδικίᾳ. ἐπὶ ψεύδει οὐκ ἐνδελεχίζει. ἐχθρὸν οὐδένα ἡγεῖται, εἰ μὴ μόνον τὸν διάβολον· ὁ ἔχων ἀγάπην, πάντα ὑπομένει, χρηστεύεται, μακροθυμεῖ. Μακάριος οὖν ὁ τὴν ἀγάπην κεκτημένος καὶ μετὰ ταύτης ἀποδημήσας πρὸς Θεόν, ὅτι αὐτὸς τὸ ἴδιον ἐπιγινώσκων, προσδέξεται αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. ὁμοδίαιτος γὰρ ἀγγέλων ἔσται, καὶ σὺν Χριστῷ βασιλεύσει ὁ τῆς ἀγάπης ἐργάτης. Δι' αὐτῆς γὰρ καὶ ὁ Θεὸς λόγος ἐπὶ τὴν γῆν παρεγένετο, δι' αὐτῆς καὶ ὁ παράδεισος ἠνέῳκται ἡμῖν, καὶ ἄνοδος εἰς οὐρανὸν ἐπιδέχθη πᾶσιν. ἐχθροὶ ὑπάρχοντες τῷ Θεῷ δι' αὐτῆς κατηλλάγημεν· εἰκότως οὖν εἴπωμεν, ὅτι ἀγάπη ὁ Θεός ἐστιν, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει.

[Pag.156. D] Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοὶ, ὁ δεσπότης. Sic Iustinus martyr ad Diognetum, Ὁ γὰρ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶσιν ἡμῖν χορηγῶν ὧν προσδεόμεθα, οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός. Et Cyrillus de festis paschalibus homil. 22. παναρκὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ζωοποιεῖ μὲν τὰ πάντα, δεῖ δὲ ὅλως αὐτῷ τῶν τοιούτων οὐδενός.

[Pag.157. A.] Εἰ δι' ἐμὲ στάσις. Epiphanius lib. 1. adversus Carpocrasios, ubi mentionem Clementis nostri facit, ad hunc locum respicit, scribens, λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ. Ἀναχωρῶ; ἄπειμι, εὐσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, &c. ubi εὐσταθείτω legendum puto, pro quo Clemens noster εἰρηνευέτω habet. Quantum fraternitatem universam dilexerit, τὸ κοινωφελὲς quæsiverit, & paci ecclesiæ, vir hic sanctus, studuerit; & quam abominanda ipsi fuerint schismata, quæ Christi τὸν ἄρραφον καὶ ἄρρηκτον χιτῶνα σχίζουσι, ex hoc loco facile apparet: nullum " enim gravius peccatum admitti potest, quàm unionem ecclesiæ scindere, autore Cypriano, qui libro de unitate ecclesiæ, inexpiabilem discordiæ maculam martyrii sanguine ablui, & passione purgari negat; quod Chrysostomus homil. 11. ad Ephesios suppresso nomine, audax sed verum esse dictum pronuntiat. Ejus verba ita se habent. Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο· τί δὴ τοῦτο ἐστι; οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν ἔφησεν, &c. qui paulo infra eadem homilia, se pacis studio omnia postponere, immo & episcopatum ipsum abdicare, paratum esse profitetur, modo unitas ecclesiæ conservetur. Εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅτῳ δὲ ἂν βούλοισθε· μόνον ἐκκλησία ἔστω μία. in quo Clementem nostrum ὑπογραμμὸν sibi proposuisse, & locum hunc; ad quem alludit, præ oculis habuisse, verisimile est.

[" Qui hæc scribit & a catholica majorum suorum ecclesia turpiter cum Luthero, Calvino, similibusque apostatis descíscit, αὐτοκατάκριτος merito judicandus est.]

[Pag.159. A.] Ἐκ τῆς ἐλπίδος. Forte κιγκλίδος, vel ἐπαυλίδος potius Basilius in psal. 28. homil. 1. μία ἐστὶν αὐλὴ, ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία· ἡ δὲ αὐλὴ πρότερον, ἡ τῶν ἰουδαίων συναγωγὴ, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἁμαρτίαν ἐγένετο ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη.

[Ibid C.] Desideratur hic in exemplari antiquo folium integrum, quod quatuor impressi codicis " folia constituit. Si unius tantum aut alterius vocis defectus fuisset, & paucarum literarum lacuna, medicinam qualemcumque huic loco male affecto, non minus quam aliis afferre conati fuissemus, sin minus pristinæ sanitati & integritati reddere, licuisset: sed πάθος est ἀνίατον, & vulnus majus quam ut ullo conjecturæ emplastro tegi possit; exspectandus est ex Ægypto vel Græcia novus Æsculapius, qui Clementi nostro ποδαγρῶντι subveniat. Quæ in reliquo corpore medicam manum prorsus refugere non videbantur, pro facultatis nostræ modulo sarcire & καταρτίζειν conati sumus; quam bene penes doctos, & artis Criticæ mystas, judicium esto. Passim autem in membranis ex quibus epistola hæc descripta est, observare licet, ν finale additum esse tertiis personis verborum, desinentibus in ε & in ι, licet sequentis dictionis litera initialis sit consona, contra receptum & communem scribendi usum; quod summæ antiquitatis non leve argumentum est, cum in antiquis marmoribus, & MSS omnibus codicibus, qui grandioribus literis exarati sunt, eadem scribendi forma reperiatur.

[" minoris intellige, in 4. ut vocant operæ typ.]

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΜΕΡΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ Β.

Ex eodem vetustissimo MS. qui dicitur Theclæ.

Α Δελφοί, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ, μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν. * Καὶ οἱ ἀκούοντες * ὥσπερ μικρῶν ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπό τινος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν; ἢ τίνα καρπὸν ἄξιον, οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια; τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς ἔσωσεν. * Ποῖον οὖν αἶνον αὐτῷ δώσομεν, ἢ * μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν πηροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκὸν, ἔργα ἀνθρώπων. καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν οὖν περικείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν ἀποθέμενοι ἐκεῖνο ὃ περιεκείμεθα νέφος, τῇ αὐτοῦ θελήσει· ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα * ἔχοντες σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ. ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας, καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. ὃ εἶπεν, εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ἡμᾶς εἶπεν, στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν, πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. ὃ δὲ εἶπεν, βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, τοῦτο λέγει, τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν θεόν. μὴ ὡς αἱ ὠδίνουσαι ἐγκακῶμεν. ὃ δὲ εἶπεν, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα· ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι * ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες, πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει, ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς· τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν· ἐκεῖνο γάρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστὸν, οὐ τὰ ἑστῶτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλοὺς ἐλθὼν, καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς· πρῶτον μὲν ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἔγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας· τίς ἡ γνῶσις ἡ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτὸς, τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου. Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώθημεν· ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας· λέγει δὲ

[Left margin notes: ...σ. καί τι. / ...σ. ὡς περὶ. / ...σ. Ποῖον / ...σ. μισθὸν ἀντιμισθίαν. / ...σ. ἔχοντας. / ...σ. ἄνευ.]

** CLEMENTIS EIVSDEM PARS EPISTOLÆ ALTERIVS.

GOTTIFREDO VENDELINO Luminarcano interprete.

A FRATRES. Sic oportet nos sentire de Iesu Christo, tamquam de Deo, *tamquam de judice vivorum & mortuorum.* Neque oportet nos exigua sentire de salute nostra; nam si de illo parva sentiamus, parva speramus accipere. Vtique si audiamus illa tamquam exigua, peccamus; ignorantes unde vocati simus, & a quo, & ad quem locum; & quanta sustinuerit Iesus Christus pati pro nobis. Ecquam ergo nos illi dabimus retributionem? aut quem fructum dignum pro his, quæ nobis ipse largitus est? quantam vero illi debemus sanctimoniam? Ipsum enim lumen nobis donavit gratis; tamquam pater filios nos appellavit: perditos nos salvavit. Quam laudem ergo illi dabimus, aut retributionis mercedem, ob ea quæ accepimus? cum essemus capti intellectu adorantes lapides & ligna, & aurum, & argentum, & æs, opera hominum; & vita nostra nihil aliud esset nisi mors? Obscuritate ergo circumdati, ac tali caligine oppletum habentes visum suspeximus, (abjecta illa quæ nos obsidebat nebula) per ipsius beneplacitum. Misertus est enim nostri: & commotus visceribus salvavit nos, considerans in nobis multum errorem ac perditionem, nullamque nos habere spem salutis, præterquam a se. Vocavit enim nos cum non essemus: & voluit ut ex non ente existeremus.

Lætaris sterilis & quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi filii desertæ magis, quam ejus quæ habet virum. Quod ait, *Lætare sterilis quæ non paris*; nos indicat: sterilis enim erat ecclesia nostra, antequam darentur ei filii. Quod vero ait, *Clama quæ non parturis*; hoc dicit: ut orationes modeste offeramus Deo, non ut clamose parientium instar vociferemur. Quod vero ait, *Quoniam multæ proles desertæ magis, quam ejus, quæ habet virum:* quandoquidem desertus videbatur esse a Deo populus noster; quod nunc utique credentes, plures facti sumus illis, qui videbantur habere Deum. Sed & alia scriptura dicit: *Quoniam non veni vocare justos, sed peccatores.* Hoc ideo dicit, quoniam oportuit perditos salvare. Istud enim est magnum & admirandum, non stantia confirmare, sed cadentia. Sic nimirum Christus voluit salvare perdita, & salvavit multos veniens, vocans etiam nos jamdudum perditos.

E Cum ergo tantam misericordiam ille exercuerit erga nos; primum quidem, quod nos qui vivimus, mortuis diis non sacrificamus, neque illos adoramus; sed per ipsum cognovimus patrem veritatis: quænam erit nostra erga ipsum agnitio? nisi ut non abnegemus eum, per quem illum cognovimus? Ait enim ipsemet: *Qui me confitebitur coram hominibus, confitebor ego eum coram patre meo.* Ista est ergo retributio nostra, si utique confitebimur, per quem salvati simus. In quo vero confitebimur? Faciendo quæ dicit, & non obsurdescendo ejus mandatis: Nec solum labiis eum honorando; sed *ex toto corde, & ex tota mente.* Dicit enim & in

[Right margin notes: a Fertur & secunda ex ejus nomine quæ a veteribus reprobatur, inquit Hier. post Euseb. Videdus quoque Photius. / Philip. 2. / Act. 10. / Isai. 54. / Galat. 4. / Matth. 9. / Matth. 10. / Deut. 6.]

Isaia 29. & in Esaia: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Non ergo eum nomine tenus vocemus dominum, neque enim *Matth. 7.* hoc salvabit nos. Ait quippe: *Non omnis qui dicit mihi domine domine salvabitur, sed qui facit justitiam.*

Vt ergo, fratres, in operibus ipsum confiteamur, diligendo eum; non fornicando, non detrahendo alterutri, non æmulando, sed temperantes nos exhibendo, misericordesque ac benignos; insuper invicem compati debemus & non avari esse. In sanctis istis operibus confiteamur Deum, non autem in contrariis. Neque oportet nos timere homines, sed magis Deum. Quapropter facientibus ista nobis dicebat do- *Apocryph.* minus: *Si fueritis mecum collecti in sinu meo, & non feceritis præcepta mea, abjiciam vos, & *Matth. 7.* dicam vobis: Discedite à me; non novi unde sitis operarii iniquitatis.*

Idcirco, fratres, derelinquentes incolatum mundi hujus, faciamus voluntatem ejus, qui vocavit nos: & non timeamus emigrare ex hoc *Matth. 10.* mundo. Dicit enim dominus: *Eritis sicut agni in medio luporum. Respondens vero illi Petrus di- *Apocryph.* xit: Quid si ergo lupi discerpant agnos? Respondit Iesus Petro. Ne timeant agni lupos, postquam mortui fuerint: neque vos timete eos qui occidunt vos, & nihil ultra valent facere: sed timete eum, qui postquam mortui eritis potestatem habet animæ & corporis ad mittendum in gehennam ignis.* Et scitote, fratres, quod peregrinatio in mundo hoc carnis hujus exigua est & brevissimi temporis: promissio vero Christi magna est, & admiranda; utpote requies futuri regni, & vitæ æternæ.

Quid ergo faciendo illa obtinebimus? nisi si secundum Deum ac justitiam nos convertendo, mundana hæc tamquam aliena reputando, ea non concupiscamus. Nam si concupiscimus illa possidere; prolabimur e via justa. Dicit vero *Matth. 6.* dominus: *Nemo servus potest duobus dominis servire.* Si velimus & Deo servire & mammonæ, *Matth. 16.* non congruit hoc nobis. *Quid enim prodest, si quis totum mundum lucretur; animæ vero detrimentum patiatur?* Sunt vero sæculum hoc & futurum duo inimici: hoc loquitur fornicationem, & corruptionem, & avaritiam, & deceptionem; illud vero ista prohibet. Non possumus ergo istorum duorum esse amici: oportet vero nos ab hoc separatos illo frui. Existi- *Barnab.* mamus autem melius esse, *ut ea quæ hic sunt oderimus*, quippe exigua & transitoria, & corruptibilia, *illa vero diligamus quæ bona sunt, & incorruptibilia.* Facientes enim voluntatem Christi, inveniemus requiem: sin minus nihil nos liberabit ab æterna vindicta, si negligamus ejus mandata.

Dicit vero etiam scriptura in Ezechiele: *Ezech. 14.* *Quoniam si resurgant Noe, & Iob, & Daniel, non liberabunt filios suos a captivitate.* Si ergo etiam tales justi non possunt suis justitiis liberare filios suos; nos, nisi servaverimus baptisma castum & immaculatum, qua confidentia ingrediemur in regnum Dei? aut quis erit noster advocatus, si non inveniamur habentes opera sancta & justa? Sic ergo, fratres mei, certemus, scientes quod in manibus est sæculum; quodque ad corruptibilia certamina navigant multi, sed non omnes coronantur, nisi soli illi, qui multa pertulerint, & legitime certaverint. Nos igitur certemus, ut omnes coronemur: vt cur-

A καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν κύριον, οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς· λέγει γὰρ, οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, σωθήσεται, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην.

Ὥστε οὖν, ἀδελφοὶ, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾷν * αὐτοὺς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθούς. καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφείλομεν, καὶ μὴ φιλαργυρεῖν· ἐν τε ἀγαθοῖς τοῖς ἔργοις ὁμολογῶμεν τὸν θεὸν, καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, μᾶλλον ἀλλὰ τὸν θεόν· διὰ τοῦτο ταῦτα ὑμῶν πρασσόντων εἶπεν ὁ κύριος, Ἐὰν ἦτε B μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μου, καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μου, ἀποβαλῶ ὑμᾶς, καὶ ἐρῶ ὑμῖν, ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστὲ ἐργάται ἀνομίας.

Ὅθεν, ἀδελφοὶ, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς· καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· λέγει γὰρ ὁ κύριος, Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων· ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει, Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτείνοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός· καὶ γινώσκετε, ἀδελφοὶ, ὅτι ἡ ἐπιδημία C ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστιν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου.

Τί οὖν ἐστιν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν; εἰ μὴ τὸ θείως καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἡγεῖσθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν· ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα, ἀποπίπτομεν τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας. Λέγει δὲ ὁ κύριος, Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ, ἀσύμφορον ἡμῖν ἐστιν· τί γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιώσῃ· ἔστιν * δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί, οὗτος D λέγει μοιχείαν, καὶ φθορὰν, καὶ φιλαργυρίαν, καὶ ἀπάτην, ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται· οὐ δυνάμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι, δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρῆσθαι. Οἰόμεθα ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια, καὶ φθαρτά· ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆσαι τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν. εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ.

Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ, ὅτι ἐὰν ἀναστῇ Νωὲ E καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ· εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύνανται ταῖς αὐτῶν δικαιοσύναις ῥύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν· ἡμεῖς ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ; ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια; Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ αἰών· καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλέουσιν πολλοὶ, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται, εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες, καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι. ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν· ὥστε

* θῶμεν

ἴσ. αὐτόν. — *ἴσ. ἀλλήλοις ὀφειλήμασι.* — *ἴσ. αἰών.*

ἴσ. τρέχωμεν· melius θέωμεν. ἴσ. εἰς

* θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθεῖαν, * ἀγῶνα τὸν ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς αὐτὸν καταπλεύσωμεν, καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα καὶ στεφανωθῶμεν· καὶ, εἰ μὴ δυνάμεθα ἅπαντες στεφανωθῆναι, κἂν ἐγγὺς τοῦ στεφάνου γενώμεθα.

Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ ὅτι ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστιγωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου· τί δοκεῖτε, ὁ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀγῶνα φθείρας, τί παθεῖται; τῶν γὰρ μὴ τηρησάντων, φησὶν, τὴν σφραγῖδα, ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.

Εως οὖν ἐσμὲν ἐπὶ γῆς μετανοήσωμεν, πηλὸς γάρ ἐσμεν εἰς τὴν χεῖρα τοῦ τεχνίτου· ὃν τρόπον γὰρ ὁ κεραμεὺς ἐὰν ποιῇ σκεῦος, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ διαστραφῇ ἢ συντριβῇ, πάλιν αὐτὸ ἀναπλάσσει· ἐὰν δὲ προφθάσῃ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς αὐτὸ βαλεῖν, οὐκέτι βοηθήσει αὐτῷ· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν πονηρὰ, μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθῶμεν ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας· μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς ἐκ * τοῦ κόσμου, οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι ἢ μετανοεῖν ἔτι.

* τόπου.

Ωστε, ἀδελφοὶ, ποιήσαντες τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου φυλάξαντες, ληψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. Λέγει γὰρ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν. ἄρα οὖν τοῦτο λέγει, τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν * ἀπολάβωμεν, καὶ μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται, οὐδὲ ἀνίσταται. γνῶτε ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες; δεῖ οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν Θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα· ὃν τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. Ο Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σάρξ, καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀποληψόμεθα τὸν μισθόν.

ἴσ. ἀπολάβητε.

Αγαπῶμεν οὖν ἀλλήλους, ὅπως ἔλθωμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. ἕως ἔχομεν καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι Θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες, ποίαν; τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας· προγνώστης γάρ ἐστιν τῶν πάντων καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν * καρδίᾳ. δῶμεν οὖν αὐτῷ * αἰώνιον, μὴ ἀπὸ στόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς προσδέξηται ὡς Θεοῦ υἱούς. καὶ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου· Ωστε, ἀδελφοί μου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν. καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς προοδοιπόρον τῶν * ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ τὰ κακά. ἐὰν γὰρ σπουδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, διώξεται ἡμᾶς εἰρήνη· διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον. οἵτινες γὰρ ἄγουσι φόβους ἀνθρωπίνους, προῃρημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν· ἀγνοοῦσιν γὰρ ἡλίκην ἔχει βάσανον ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλουσα ἐπαγγελία.

ἴσ. ἐγκάρδια· * αἶνον. vel δόξαν αἰώνιον. ἴσ. τιμωριῶν.

Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπρασσον, ἀνεκτὸν ἦν. νῦν δὲ ἐπιμένουσιν κακοδιδασκαλοῦντες τὰς

A ramus viam rectam, certamen incorruptibile: multi quoque ad illum navigemus, & certemus ut coronemur: sin autem nequeamus omnes coronari; saltem proxime ad coronam accedamus.

Scire vos oportet, quod qui corruptibile certamen certat, si inveniatur delinquens, flagris cæsus expellatur, & extra stadium protrudatur: quid existimatis passurum qui certamen incorruptibilitatis violaverit? *Etenim non servantibus sigillum* (inquit) *vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt in spectaculum omni carni.* Isai. 66.

Quamdiu ergo sumus super terram, pœni-
B tentiam agamus: lutum enim sumus in manu artificis. Sicut enim figulus si confecerit vas, & inter manus suas illud distorserit vel colliserit, rursum idem refingit: sin autem præoccupaverit illud mittere in fornacem, jam non amplius id corriget: sic & nos, quamdiu sumus in hoc mundo, quæ in carne facimus mala, eorum pœnitentiam agamus ex toto corde; ut salvemur a domino, quamdiu habemus tempus pœnitendi: postquam enim egressi fuerimus de mundo, non amplius poterimus illic confiteri aut ulterius pœnitere.

Vnde, fratres, facientes voluntatem patris, & carnem castam conservantes, & præcepta domini custodientes adipiscemur vitam æternam.
C Dicit enim dominus in evangelio: *Si quod parvum est non servastis, magnum quis vobis dabit? Dico autem vobis, quod fidelis in minimo, etiam in multo fidelis est.* Itaque & hoc dicit. *Servate carnem castam, & sigillum inviolatum, ut vitam æternam consequamini.* Neque dicat quisquam vestrum, quod ipsa caro non judicabitur, aut non resurget. Cognoscite in quo salvati estis, in quo suspexistis: an non in carne hac constituti? Oportet ergo vos custodire carnem, tamquam templum Dei: sicut enim in carne vocati estis, ita & in carne venietis. Iesus Christus dominus, qui nos salvos fecit, cum prius esset spiritus, factus est caro, & sic
D nos vocavit: & sic nos in ista carne accipiemus mercedem.

Luc. 16. Matth. 25. Apocr.

Amemus ergo nos invicem, ut perveniamus omnes in regnum Dei. Quamdiu tempus habemus ut sanemur, dedamus nos ipsos medicanti Deo, retributionem illi dantes. quam illam? Pœnitere ex sincero corde. Præcognitor enim est omnium, & sciens interiora cordis nostri. Demus ergo illi laudem non ex ore solum, sed etiam ex corde, ut nos suscipiat tamquam Dei filios. Ait enim dominus: *Fratres mei sunt hi, qui faciunt voluntatem patris mei:* Sic ergo fratres mei faciamus voluntatem patris, qui vocavit nos, ut vivamus: & prosequamur potius virtutem, malitiam vero derelinquamus,
E tamquam anteambulonem castigationum nostrarum: & fugiamus impietatem, ne nos comprehendant mala. Si enim studuerimus bene agere, prosequetur nos pax: propter cujus caussam non oportet ambire hominem. Quicumque enim curant timores humanos, eligentes potius præsentem ejus hic fruitionem, quam futurorum promissionem; ignorant qualem habeat tentationem quæ hic est fruitio; quantas vero delicias habeat illa futurorum promissio.

Matt. 12.

Et quidem si soli ipsi ista facerent; tolerabile foret: nunc vero perseverant mala docere innocentes animas; nescientes quod duplex sustinebunt

Apocryph. ex Psal. 16.

bunt

bunt judicium; suum ipsorum scilicet, & eorum A *qui illos audiunt.* Nos igitur puro corde serviamus Deo, & erimus justi: si autem non servierimus, non credendo promissioni Dei, miseri erimus. Dicit enim propheticus sermo. *Miseri sunt duplices corde & dicentes: Ista quidem omnia audivimus a patribus nostris: nos vero de die in diem expectantes, nihil istorum vidimus. O stulti: comparate vos ligno; sumite vitem. Ea quidem folia primum demittit; deinde germen enascitur, postea acinus; denique uva perfecta. Sic & populus meus perturbationes & tribulationes habebit; postea recipiet bona.* Itaque, fratres, duplici animo ne simus: sed sperantes expectemus, ut etiam mercedem reportemus. Fidelis enim est, qui promisit remunerationem dare unicuique suorum operum. Si ergo fecerimus justitiam coram Deo, introibimus in regnum eius; & accipiemus repromissiones, *quas auris non audivit, neque oculus vidit, neque in cor hominis ascenderunt.* Expectemus ergo per horam regnum Dei in caritate & justitia, quandoquidem nescimus diem manifestationis Dei. *Interrogatus enim ipse dominus a quodam, quando veniret ejus regnum? respondit; Quando duo erunt unum: & quod extra est, sicut id quod est intra: & masculum cum femello existens, neque mas erit, neque femina.* Duo sunt unum; quando loquimur invicem veritatem: & in duobus corporibus, sine hypocrisi est una anima. *Quod extra, est sicut id quod intra;* hoc dicit: animam vocat quod est intus; quod vero extra est, corpus intelligit. Sicut ergo corpus tuum apparet, sic etiam anima tua manifesta sit in operibus bonis. *Masculum cum femello nec mas nec femina;* hoc *

Ezech. 12 *II Petri. 3.* *Apocr. & ep. Clem altera supra pag. 139. B*

Isai. 64. *1. Corint. 2.*

Apocr. evāgel. sec. Ægypt.

Philo Iud.

* ἀνετίως ψυχάς; οὐκ εἰδότες ὅτι δισσὴν ἕξουσιν τὴν κρίσιν, αὐτοί τε, καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δουλεύσωμεν, διὰ * τοῦ μὴ πιστεύειν ἡμᾶς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ, ταλαίπωροι ἐσόμεθα. λέγει γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος, Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τῇ καρδίᾳ, οἱ δὲ λέγοντες, Ταῦτα πάντα ἠκούσαμεν καὶ * ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι, οὐδὲν τούτων ἑωράκαμεν. Ἀνόητοι συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ, λάβετε ἄμπελον, πρῶτον μὲν φυλλοῤῥοεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα. οὕτως καὶ ὁ λαός μου ἀκαταστασίας καὶ θλίψεις ἔσχεν, ἔπειτα ἀπολήψεται τὰ ἀγαθά. ὥστε, ἀδελφοί μου, μὴ διψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα· πιστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀντιμισθίας ἀποδιδόναι ἑκάστῳ τῶν ἔργων αὐτοῦ· ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ληψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, ἃς οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ὀφθαλμὸς ἴδεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἐκδεχώμεθα οὖν καθ᾽ ὥραν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ· * ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν. Ὅταν C ἔσται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ. Τὰ δύο δὲ ἕν ἐστιν, ὅταν λαλῶμεν * αὐτοῖς ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀνυποκρίτως εἴη μία ψυχή· καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, τοῦτο λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει τὸ ἔσω, τὸ δὲ ἔξω τὸ σῶμα λέγει· ὃν τρόπον οὖν σου τὸ σῶμα φαίνεται, οὕτως καὶ ἡ ψυχή σου δῆλος ἔστω ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ἄρσεν οὔτε θῆλυ, τοῦτο * * * * * * * * * * *

ἴσ. ἀναιτίως. ἴσ. τὸ. ἴσ. ἀπὸ.

Vide Evāgel. secundum Ægypt. apud Cl. Alex. l. 3. Strom. ἴσ. ἄλλοις. vel ἀλλήλοις. ἴσ. οὐδὲ θῆλυ.

Reliqua desunt: hæc tamen postrema supplentur ex tertio Stromate Clem. Alexandrini.

Masculum cum femello nec mas nec femina; hoc dicit. Animum (θυμὸν) ejusque impetum vocat *masculum*: concupiscentiam (ἐπιθυμίαν) intelligit *femellam.* Cum igitur quis neque animo, neque D concupiscentiæ obsequitur; (quæ quidem utraque, & consuetudine, & prava educatione invalescente obnubilant atque obscurant rationem;) sed potius depulsa caligine hinc oborta, pudore suffusus per pœnitentiam spiritum & animam unierit in obedientia rationis: tunc (ut ait Paulus) nec inest nobis mas nec femina.

Gal. 1.

Atque ex hinc nata occasione differendi de castitate, reliquum (credo) epistolæ, omnemque pene sermonem de virginitatis puritate contexuit: de quo multa superesse non dubito, apud Clementem Alexandrinum, patresque alios.

Quantum ergo hujus epistolæ dari potuit hactenus habes hic, lector:" excepto quod non etiam Græca exhibeo,"quorum desiderium volo ut tantisper sustineas, donec aliam forsan atque accuratiorem editionem præstolaberis: quid si & pleniorem, vel etiam integram? Certe diffidere nos verat vita Peireskii (mei dum viveret amici:) in qua Gassendus (item meus) ad annum 1633. scribit *visam in Ægypto bibliothecam octies mille voluminum, quorum pars non exigua præ se ferret avi Antoniani notas: & in aliis illic cœnobiis variis codices raros exstantes* superesse hactenus, ut apud me dubium nullum sit; quin plura hic illic supersint integra sacrorum bibliorum exempla, illi similia, quod ex Ægypto allatum nobis thesaurum hunc subministravit. Nimis hactenus socordes fuerunt hac in parte viri eruditi, aut potius supini principes: qui profusis liberalitatibus male liberalibus in lurcones, comedones, ventres; verbo uno, telluris inutilia pondera, non id studuerunt potius; ut veram ac solidam sibi suisque posteris pararent gloriam recuperatorum monumentorum deperditorum, hoc est, resuscitatorum mortuorum, ad quæ miracula patranda privatorum res angustæ non sufficiunt. Audio vero & Constantinopoli proxime cubiculum Sultani servari adhuc plurimos codices, de naufragio bibliothecæ imperatoriæ tabulas. An non etiam inter has ipsas fluitant nostri Clementis epistolæ? si rescire non licet, opinari licet & sperare, donec redivivus Balduinus Flander certum commonstret. Quod nobis sublato diro illo monstro felicibus Alexandri septimi auspiciis, & fatali Sardanapalibus nomine pariter ac omine, annuat Deus!

" inquit interpres Vēdelinus. "Nos Latinis Græca e regione adjunximus, quod a nullo antea præstitum est.

DE CLEMENTIS
ET EIUS EPISTOLARUM TEMPORE,
Ejusdem Vendelini Divinatio.

CLEMENS Romanus Faustini filius, (quem apostolus Paulus ad Philippenses scribens suum vocat cooperatorem inter cæteros quorum nomina scripta sunt in libro vitæ;) Petri apostoli successor, apostolus item ipse vocatur a E Clemente Alexandrino lib. IV. Stromatum: quomodo & Barnabas, aliique magnorum apostolorum comites ac discipuli, pari nomine apostoli (minores tamen) habiti fuerunt & appellati. Clemens hic post Petrum Romanam rexit ecclesiam; vixitque ad tempora Traiani: cujus anno tertio, qui fuit epochæ nostræ centesimus, Ioannis quoque evangelistæ morte nobilis, Chersonæ in Ponto post exilii sui quinquennium occiditur. Is erat annus post Christi ascensionem sexagesimus & octavus prout habemus traditum. Quot vero tunc annos habuerit Clemens, etsi non legimus proditum: constat tamen, non multo minorem fuisse centenario. Valde senem utique fuisse oportet; si (quod habent recognitionum libri non in totum dramatici) ad primam famam Christi jam in cælum recepti, vivente adhuc Tiberio, juvenis fuit florentis ætatis, judicii limati, doctrinarumque sublimiorum avidi: plane ut annos facile xxv. excesserit, & vel ad xxx. propius accesserit: natusque videatur per initia circiter nostræ epochæ, Ioanni evangelistæ quasi coætaneus, ac plane coævus.

Intra hoc ergo primum sæculum pontificatum Romanum gessit episcopus Clemens annis (ut inter omnes, quamquam diversissima tradentes consentitur) novem cum mensibus ac diebus aliquot. Intra idem sæculum episcopi Romani recensentur, Linus, Cletus, & Anacletus: quamquam Græci ferme ex Cleto & Anacleto unum eumdemque videantur intelligere, nimis oscitanter propter affinitatem nominum socordes.

Quis vero vel ante hos, vel inter hos, vel post hos Clementi locus, quod tempus debeatur, scriptores certant, jam ab antiquo proximoque illis sæculo. Itaque & in breviariis nostris priorum editionum a posterioribus discordia est: & ὁμοίαν suam in omnibus usque ad annum 179 profitetur Baronius identidem, donec ita fidem suam liberat. *Si quis certiorem de annis invenerit chronographiam, quæ tamen non rejiciatur e numero pontificum Romanorum Cletus, nec martyrum Lugdunensium sincerum testimonium condemnetur, haud inviti assentiemur.* Ego igitur multa curiosaque indagine, postquam rationes omnes variorum scriptorum diligenter excussi, videor mihi veri fidem deprehendisse hanc certissimam.

Anno epochæ nostræ 41. die 23. Ianuarii occiso Caio, successit in imperium Claudius, qui Herodem Agrippam statim dimisit in suum regnum: isque magna celeritate reversus est in Iudæam per mensem (fac) Februarium totum vel initia Martij: exceptus a suis popularibus honorifice: quibus demerendis (ut se popularem ac gratiosum præberet,) odiosam illis Christianorum nimis invalescentium multitudinem, opprimere, hominesque istos novos, seditiosos, nefariæ impietatis in Deum, legesque Mosaicas insimulatos, ad supplicia rapere aggressus est, a præcipuis eorum capitibus apostolis grassandi facto initio. Itaque *occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio.*

Hanc mortem habemus adnotatam kalendis Aprilis: quæ hoc anno 41 inciderunt in sabbatum: ut videatur Iacobus de occasione ipsius sabbati quasi facto dictove aliquo violati tumultuose correptus a furentibus, statimque (ut fit in delectis flagrantibus) plexus capite, saltem post occasum solis; quo momento Iudaicum sabbatum diesque kal. Aprilis desinebat, inibatque prima sabbati, eademque Aprilis mensis illic numerabatur secunda. Atque hoc est, quod Hieronymus in Ezechielem cap. 43. traditum a majoribus non satis intellexit; dum scribit *Immolatum Iacobum die secunda paschatis:* quod constare haud posse Baronius quoque pervidit. Et certe pascha Iudaicum isto anno, incidit in diem demum 4. Aprilis ad vesperam. Non ergo die secunda paschatis occisus est Iacobus, sed secunda mensis, in quem pascha illo anno incidit

Post occisum ergo, seu ipsis adhuc kalendis Apr. seu postridie mane Iacobum: videns Herodes hoc placuisse Iudæis, *apposuit apprehendere & Petrum*: non quidem eodem (credo) die, sed uno saltem alterove interposito: quibus populi adplausum explorare ac persentiscere potuit, & Petrus inveniri: qui proin raptus fuerit in carcerem, ipso *die azymorum*, sanctissimo securitatis asylo, & propter publicam lætitiam ad tam tristia inopinabili Sed Herodem nec sabbatum in Iacobo, nec azyma in Petro remorata sunt, quo minus saltem comprehenderentur, dilato interim supplicio: quod Petro meditabatur *post pascha* diesque azymorum omnes transactos Is ergo custodiebatur in carcere: ex quo per angelum liberatus est pridie destinati supplicii, nocte scilicet inter 12 & 13 Aprilis.

Liberatus tanto miraculo Petrus, relicta Iudæa contulit se in alia loca, peragratisque regionibus variis, ecclesiisque confirmatis, pervenit tandem Romam, cœptante anno Claudii secundo, ipso II. & Largo coss. qui fuit annus æræ nostræ 42. Fixitque illic sedem, pontificiam: cujus cathedræ natalis celebratur 18. Ianuarii. A qua die ad ejus mortem numerantur anni XXV. menses V. dies XII. si numeres a die XV. kal. Feb. ad III. Kal. Iulias anni nostri 67. quo crucifixus, animam Deo reddidit.

Medio isto tempore, cum Claudius imperator edicto Iudæos Roma expulisset, ipse quoque Petrus cedere coactus est; reversusque in Iudæam concilium habuit illud primum apostolorum, anno nostro 50.

Claudio dein sublato ad diem III. idus Octob. anno nostro 54. successit Nero; primo imperii sui quinquennio clementissimus princeps. Sub quo Petrus reversus Romam, non illic sedentariam vitam transegit; sed gnaviter atque impigre, alias quoque orbis Romani provincias circumiit; ac denique in Britannias penetravit. Dum vero abest, ne Roma sine capite interim ageret, Linum illi constituit episcopum consulatu Neronis & Veteris anno nostro 55. Is vero sedit annos XII. (inchoatos interpretator) hoc est, XI. exactos cum mensibus IV. diebus XII. quotidem menses ac dies habent membranæ Bucherianæ. Desiit ergo vivere anno nostro 66. omnino, vivente adhuc Petro: quod luculenter confirmat anonymus scriptor de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte Petri & Pauli: quem Arundeliæ comitis Sacellanus

A e Græcia secum advexit in Angliam; ex quo Patricius Iunius illustrem hunc locum citat Græce quidem, sed quem ego sic Latine repræsento.

Moratus Petrus in Britannia dies aliquot, cum multos illuminasset verbo gratiæ, ecclesiasque constituisset, postquam episcopos quoque, & presbyteros ac diaconos ordinasset impositu manibus; duodecimo Neronis anno (is fuit noster 66. iam indicatus) *iterum Romam redit*; ubi *Linum jam mortuum inveniens Clementem loco illius ordinavit, invitum, dignitatemque istam recusantem. Quem idoneis rationibus persuasum, ac confidere admonitum in cathedram divinorum eloquiorum (quam ille obtinuerat) sublimavit.* Profectionem Petri hanc in Britanniam aliunde vidit etiam Baronius: & est luculenter adstructa non ita pridem. Sed pergit post pauca, idem anonymus.

Igitur confestim milites comprehensis omnibus qui Christo nomen dederant, in condemnatorum eos deduxerunt locum. Et Clementi quidem utpote de cognatione Cæsaris, pepercerunt:
B *Herodionem vero & Olympam cum reliqua multitudine gladio percusserunt. Petrum autem magnum illum domini apostolum situ inverso suspenderunt in cruce; in qua vulnerum dolores instar Christi ac Dei nostri perpessus, puram suam atque incontaminatam animam in Dei manus obtulit. Clemens vero discipulus ejus & episcopus pretiosum ejus corpus magnifice in loco illustri tumulavit.*

Ecce, ut vivente adhuc Petro Linus sederit episcopus; quem propterea chorepiscopum Marianus aliique scripserunt, inter quos Leo II. successor Agathonis: *Petrus*, inquit, *adjutores sibi accivit Linum & Cletum; non tamen pontificii potestatem eis tradidit, sed Clementi.* Tam certum semper fuit una cum Petro Linum præfuisse fidelibus Romanis; & ab eodem Petro traditum pontificium Clementi. Sic ergo liquidior incipit fluere hæc chronologia in hunc modum.

Anno nostro 66. Linus postremum vixit, mortuus die 23. Septembris, anno XII Neronis, quo Petrus ex Britannia reversus Romam Linum invenit jam mortuum. Ipse mox cum
C Paulo conjectus est in carcerem Mamertinum, in quo detenti fuerunt menses octo usque ad finem Iunii sequentis.

Anno nostro 67. Petrus in carcere constitutus persuasit Clementi ut episcopatum vellet suscipere & Lino succedere. Is ergo ex hujus anni circiter paschate sedit annos 9. menses undecim dies 12. ut habet indiculus. juxta quem occisi Petri pretiosum corpus magnifice sepelivit insigni in loco. Ut vidimus.

Anno ergo 77. cum Romæ inter fideles orta esset (qualis postea Corinthi) magna dissensio super honore pontificatus; ne quasi ex testamento Petri successisse videretur Clemens; ac ne posteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberetur: ultro se pontificatu abdicavit, usus istis verbis, quæ in altera epistola Corinthiis proponit imitanda. *Si propter me, seditio, contentio, & schismata orta sunt, emigrabo, abibo, quocumque volueritis.* Epiphanius in hæresi Carpocratianorum, hanc Clementis abdicationem hoc epiphonemate innuit conclusam: *Secedo. Abeo. bene stabilitatur populus Dei.* addens se id in commentariis quibusdam sic invenisse. Ab-
D dicaverit ergo die 12. Februarii, quæ tunc fuit feria quarta cinerum; ita post 4. dies Cletus, & re & nomine electus sedere cœpit ex die 16. Februarii dominica ipsa quadragesimæ, tenuitque pontificatum vivo Clemente annis sex, mensibus duobus, diebus decem: quos indiculus repræsentat exserte a consulatu, inquit, Vespasiani VIII. & Domitiani V. qui est annus mihi jam indicatus 77. planissime.

Anno igitur nostro 83. Domitiano IX. & Rufo consulibus obierit Cletus die 26. Aprilis, ut est in hemerologio, intervallum illud a creatione illius, ad unguem confirmante. Vacasse traditur sedes diebus 15. Ergo ex die undecima Maii (quæ tunc fuit pentecoste) rursum electus Anacletus sedit annos 12. menses duos (non 10.) die 3. usque ad annum nostrum 95. diemque hemerologio agnitum 13. Iulii, Domitiano XVII. & Flavio Clemente consulibus: quos etiam agno-
E scit indiculus, mira in his constantia, & veri fide.

Erat hic annus Domitiani tyranni decimusquartus, quo persecutionem suscitavit in Christianos, cujus caussam Clemens in epistola illa luculenta, (quam ex persona, non sua sed ecclesiæ Romanæ, scripsit ad Corinthios adversus suum episcopum seditiosos,) refert in dissidia ista Christianorum adversus se invicem consurgentium: quale quid etiam Romæ factum innuit; suum ipsius certamen ante annos 18. tacite innuens.

Interim autem, sive occiso jam Anacleto, sive conjecto in vincula; Evaristus successor designatus est: cui membranæ tribuunt annos tredecim, menses septem, dies duos usque ad Gallum & Braduam consules anni nostri 108. ut omnino cœperit ex anno illo jam dicto 95. Quia vero Clemens jam decrepitus obierat anno (sicut diximus) nostro 100. die 23. Novembris: neque mors ejus ex Ponto Romam perferri potuit nisi post dies saltem 30. hinc factum est, ut abinde numerato altero velut initio Evaristus sedisse scribatur annos 7. menses 10. dies 2. usque ad diem 26. Octobris anni 108,

Usque


Vtque in Græcis legam; post octennium Evaristi pontificis, successisse Alexandrum anno xii. Traiani.

Alexander ergo sedere cœpit ex anno 108. jam dicto: seditque annos 10. menses 5. dies 21. Conjectus in carcerem anno nostro 116. octavo sui pontificatus: Æliano & Vetere consulibus, vivente adhuc Traiano ut habent acta: in quo carcere duos annos egit usque ad tertium Hadriani; nostrum 119. Hadriano iii. & Rustico consulibus, quando ad diem 3. Maii occisus est, & vacavit sedes dies 25. usque ad 29. Maii dominicam; qua successit Xystus: Post quem anno 128. Telesphorus: 138. Hyginus: 142. Pius, sub quo Marcion hæreticus exortus est, annis cxv. post duos Geminos consules, hoc est, anno nostro 143. docente hoc Tertulliano: & seriem istam adstruente.

Sic ergo specimini saltem præbito restituendæ (quod pollicebar) chronologiæ pontificiæ, intellectoque tempore, quo episcopatum gessit Clemens, quoque post abdicatum pontificatum tandem occisus est. Videamus nunc & de vero epistolarum illius tempore; istius maxime quam nunc damus. Nam illa præclara, omnibusque antiquis patribus laudata, & in ecclesiis instar apostolicarum recitari solita, quæ data est sub persona non abdicati Clementis, sed potius Romanæ ecclesiæ (post Anacletum sine episcopo degentis scilicet) ad ecclesiam Corinthiam, satis jam suam occasionem annumque indicavit nostrum 95. fervente persecutione Domitiani quam maxime perscripta: eodem admodum stilo, quo idem Romanus Clerus ad Cyprianum utitur. At character nostræ hujus, homiliæ similior quam epistolæ, & ab altero diversissimus, privatum scriptorem arguit. Tempus quoque insinuat pacatissimum, nullis in ecclesiam procellis turbidum; tantoque magis ad caritatem mutuam fovendamque pacem hortatorium. Ad quam obtinendam non oporteat inveniri hominem, qui eam largiatur, sed Deum scilicet. Quibus verbis vel ego fallor, vel innuitur Vespasianus imperator: qui anno nostro 75. sexto suo consulatu templum pacis æternæ omnium orbe toto pulcherrimum dedicavit: semet existimans illum principem pacis, patrem futuri sæculi; prænunciati apud Isaiam, cujus imperii non foret finis. Non hunc ergo mortalem hominem, sed Deum inveniri debere monet Clemens, qui æternam pacem suis largiturus sit. Tanto ergo epistola hæc est prior illa, quæ post xx. demum annos missa fuit Corinthum. Idque subindicat apud Eusebium lib. 4. c. 23. Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola dicata Soteri papæ circa annum nostrum 167. in qua Romanos alloquitur his verbis: *Hodie dominicam sacram diem peregimus, in qua legimus vestram epistolam, quam semper ad nostram instructionem legemus. Sicut & priorem nobis a Clemente scriptam.* De quibus verbis quod volui conficio: Clementis ipsius esse hanc epistolam; illam vero alteram, non tam decrepiti Clementis, quam etiam Romani cleri.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S.I.

Petrus Crabbe, doctissimus ex ordine minorum S. Francisci theologus, in altera quam anno 1551. molitus est conciliorum omnium editione, cum apostolicarum constitutionum S. Clementi papæ vulgo tributarum opus integrum nancisci non potuisset, brevissimam illarum epitomen ex libris octo in Creta insula repertis exibuit lectoribus pag. 27. inventore atque interprete Carolo Capellio Veneto. Laurentius Surius Lubecensis, Cartusianorum eximium decus, vestigia Crabbi secutus anno 1567. easdem constitutiones integras ex interpretatione Caroli Bovii Ostunensis episcopi, nequidem omissis ejusdem scholiis ac notatiunculis repræsentavit. Dominicus vero Nicolinus anno 1585. Venetam editionem parturiens, luculentiorem Boviana adhibuit R. P. Francisci Turriani Hispani e societate Iesu sacer-A dotis versionem, atque eruditissimas observationes apologeticas, una cum præfatione prolixissima, quas ante decennium cardinali Guillelmo Sirlero auctor plurima veteris historiæ cognitione præstans obtulerat. Severinus quoque Binius Coloniensis theologus Nicolini editionem κατὰ πόδας in omnibus fere imitatus easdem S. Clementi affictas constitutiones ne apice quidem expuncto lectoribus suis anno 1606. in Coloniensi Latina conciliorum omnium editione, annumeravit abscissis duntaxat prooemio & explanationibus oppido longioribus. Verum idem ille Binius anno postea ejusdem sæculi nostri decimo octavo, cum Græco-Latinam conciliorum generalium Romæ anno 1608. excusorum collectionem suæ compilationi interseruit, & pro sex prioribus voluminibus decem emisit publicam in lucem maximo non solum catholicorum applausu sed etiam fructu; constitutiones istas apostolicas (de quarum auctore etsi non constet, atque adhuc sub judice lis sit, nemo tamen sanæ mentis opus esse antiquissimum unquam negaverit) cum Turriani-B co omni illo apparatu penitus rejecit, levi duntaxat ac nullius prope momenti apud eruditos lectores, tam insolentis facti allata excusatione. Nondum sane prodierat, quæ eodem anno primum apparuit, editio Græco-Latina earumdem constitutionum, quam R.P. Fronto Ducæus, Burdegalensis S.I. a se magno studio elaboratam Ioannis Zonaræ commentariis & Constantinopolitano sub Menna concilio, aliisque antiquitatis canonicæ monumentis subjecit. Hanc si nactus fuisset vir utilitatis publicę studiosus, verum in Græcis, ut multa docent, parum exercitatus, non prætermisisset, opinor, uberrimum illum universi fere apud Græcos canonici juris fontem & disciplinæ ecclesiasticæ thesaurum in plerisque locupletissimum πᾶσαν κανονικὴν τάξιν, ut docet sanctus Epiphanius, complectentem; licet in eo nævos quam plurimos reperiri & ab hæreticis Gręculisque multa perperam inculcata, nonnulla adulterata atque corrupta, nemo paulo eruditior sit qui non ultro fateatur cum C Baronio, Bellarmino, Perronio, Sirmondo, Petavio, aliisque catholicis tractatoribus post Zonaram, Balsamonem, aliosque etiam Græcos, qui docent περὶ κανόνας τινῶν νενοθεῦσθαι καὶ διεφθαρῆναι. Gabriel Albaspineus ep. Aurelianensis lib. 1. observationum cap. 13. docet antiquissimas esse multaque in illis excellentissima & magni ponderis contineri: nec dubitare se quin olim Græcæ ecclesiæ pro legibus, manuali, pontificali seu rituali, ut vocant, codice fuerint; satisque constare, nihil quicquam in iis reperiri, quod ecclesiasticæ quatuor primorum sæculorum disciplinæ consentaneum non sit; nemini quoque dubium esse debere quin probus & antiquus liber sit; quique eas attentius legerit, eadem de illis, quæ de canonibus apostolicis, judicaturum: additas videlicet decursu temporum primis novas, quemadmodum & novæ leges ac constitutiones in regimine ecclesiæ novis occasionibus enatis factæ sunt. Neque hic sollicitabo manes solertis, mihi dum viveret, amici, regiæ seu Lupareæ ut vocant collectionis conciliorum editoris, quem D Binianis erroribus tenacius saltem per initia adhæsisse sæpius doluimus. Vnum hic tantummodo subjungam, me libros illos octo a peregrino solo, cujus extremæ margini jacent insiti plerisque incogniti, avulsos erutosque, in proprium nativumque locum transtulisse, tum mea sponte incitatum, tum clarissimorum virorum consilio atque auctoritate fretum; præsertim vero illustrissimi ac reverendissimi Petri de Marca archiepiscopi Tolosani a christianissimo rege ad archiepiscopatum Parisiensem die 26. Febr. hujusce anni 1662. nominati, & a summo pontifice die 5. Iunij cum maxima meritorum ejus commendatione translati: quem si hęc pręcipue studia spectaveris, eruditorum nostri sæculi principem appellasse numquam pigebit. sed heu dum ista typis parantur die 29. Iunii ejusdem ad superos abiit bonis eruditisque omnibus inconsolabiliter lugentibus.



INDEX CAPITVM CONSTITVTIONVM SANCTORVM APOSTOLORVM.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΔΙΑΤΑΓΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

CAPITA LIBRI PRIMI.

Κεφάλαια τοῦ πρώτου βιβλίου.

Περὶ

Ποῖα τῆς γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν. έ.

Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων. ϛ΄.

Περὶ γυναικὸς φαύλης. ζ΄.

Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ φιλάνδρου καὶ σώφρονος. ή.

Περὶ τοῦ μὴ συλλούεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν. θ΄.

Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός. ί.

Κεφάλαια τοῦ δευτέρου βιβλίου.

Οτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου. ά.

Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς. β΄.

Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον. γ΄.

Οτι οὐχ ἑκάστῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτε καὶ τὴν ὕπανδρον προκρίνειν, καὶ ὅτι καταφαγᾷ, μεθύσῳ, ἀργῷ οὐ μεταδιδόναι χρή. δ΄.

Οτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὴν δίαιταν συνεσταλμένον. έ.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε ἐγγυᾶσθαι ἢ συνηγορεῖν. θ΄.

Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμυημένον. ζ΄.

Περὶ συκοφαντουμένου ἤτοι ἐλεγχομένου. ή.

Οτι ἀδωροδόκητον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον. θ΄.

Οτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἡμαρτηκότος ὑπαίτιος γίνεται. ί.

Οπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας. ιά.

Διδασκαλία ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι. ιβ΄.

Οτι φεύγειν χρὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν πεῖραν. ιγ΄.

Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δέχεσθαι μετανοοῦντα, καὶ ὅτι δίκαιος κἂν συνέσῃ ἁμαρτωλῷ, οὐ συναπόλλυται αὐτῷ. ιδ΄.

Οτι οὐ χρὴ τὸν ἱερέα μήποτε παρορᾷν τὰ ἁμαρτήματα, μήτε πρόχειρον εἶναι ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι. ιέ.

Περὶ μετανοίας, καὶ τίς αὐτῆς ὁ τρόπος, καὶ ὅπως κατορθοῦται. ιθ΄.

Οτι ἀνεπίληπτον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τύπον τῶν ἀρχομένων. ιζ΄.

Οτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον φροντίζειν, ὅπως ὁ λαὸς μὴ πλημμελῇ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σκοπόν. ιή.

Οτι καὶ ὁ ποιμὴν ἀμελῶς φερόμενος περὶ τὰ πρόβατα, δίκην τίννυσιν, καὶ τὸ πρόβατον μὴ πειθαρχοῦν τῷ ποιμένι, κολάζεται. ιθ΄.

Οπως χρὴ τοὺς ἀρχομένους πειθαρχεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐπισκόποις. * * * * * κ΄.

Οτι κίνδυνος μονομερῆ κρίσιν ποιήσασθαι, καὶ τιμωρίαν ὁρίσαι κατὰ τοῦ μηδέπω ἐλεγχθέντος. κά.

Οτι μέγα παράδειγμα μετανοίας πρόκειται Δαβὶδ, καὶ Νινευῖται, Εζεκίας τε καὶ ὁ τούτου υἱὸς Μανασσῆς. κβ΄.

Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας, ἔστω παράδειγμα Αμών. κγ.

Οτι Χριστὸς Ιησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι διὰ μετανοίας. κδ΄.

Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος, ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν. κέ.

Εἰς τίνος τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεοῦ. κϛ΄.

Οτι φρικῶδες ἀνθρώπον σαυτὸν ἐπιρρίπτειν ἀξιώματί τινι ἱερατικῷ, ὡς οἱ Κορεῖται, ὡς Σαοὺλ, ὡς Οζίας. κζ.

Περὶ * ἀρχῆς καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τοῦ κλήρου

*ἀρχῆς.

V. *Qui libri scripturæ legendi.*

VI. *Quod oporteat abstinere a lectione omnium librorum Gentilium.*

VII. *De muliere prava.*

VIII. *De uxore viro subjecta, & virum diligente, ac casta.*

IX. *Ne mulier cum viris lavet.*

X. *De muliere pugnace, & loquace.*

CAPITA LIBRI SECVNDI.

I. *Quod oporteat episcopum esse eruditum, & in sermone exercitatum.*

II. *Qualem esse oporteat episcopum, & reliquos clericos.*

III. *Quæ sint inquirenda in eligendo episcopo.*

IV. *Quod non sit tribuendum unicuique viduæ, & aliquando anteponenda sit non vidua, viduæ; & quod viduæ voraci, temulentæ, otiosæ, non sit largiendum.*

V. *Quod oportet episcopum non esse acceptorem personarum, & quod esse debeat moderatus, & sobrius.*

VI. *Quod debeat episcopus non esse turpi lucro deditus, neque spondere pro alio, neque advocatus esse.*

VII. *Qualem oporteat esse eũ, qui baptizatus est.*

VIII. *De eo cui calumnia adhibetur.*

IX. *Quod oporteat, ut sit episcopus incorruptus.*

X. *Quod episcopus, qui temere ei qui deliquit, parcit, reus efficitur.*

XI. *Quomodo oporteat episcopum judicare eos qui deliquerunt.*

XII. *Quomodo oporteat tractare pœnitentes.*

XIII. *Quod oporteat cavere, ne experiamur peccata.*

XIV. *De iis qui dicunt, non debere recipi pœnitentem, & quod justus licet cum injusto versetur, & vivat, non tamen cum eo perit.*

XV. *Quod oportet episcopum nunquam negligere peccata; neque promptum esse ad puniendum.*

XVI. *De pœnitentia, & quis modus ejus, & quomodo perficitur.*

XVII. *Quod oportet episcopum carere reprehensione tanquam formam eorum quibus præest.*

XVIII. *Quod oportet episcopum curare, ut non peccet populus, quia ipse est speculator.*

XIX. *Quod pastor, qui se negligenter gerit cum ovibus, pœnas solvit, & ovis, quæ non paret pastori, punitur.*

XX *Quomodo oporteat subditos obedire episcopis suis, & episcopos diligenti, & varia uti providentia erga laicos.*

XXI. *Quod periculum sit, judicium pronunciare altera parte tantum audita, & supplicium decernere contra eum, qui nondum convictus est.*

XXII. *Quod magnum pœnitentiæ exemplum propositum est in David, in Ninivitis, in Ezechia, & in filio ejus Manasse.*

XXIII. *In eos, qui peccant per contemptum, exemplo Amon.*

XXXIV. *Quod Christus Iesus dominus venit ad salvandos peccatores per pœnitentiam.*

XXV. *De decimis, & primitiis & oblationibus, & quomodo debeat episcopus vel ipse accipere ex eis, vel aliis distribuere.*

XXVI. *In cujus imagine, & dignitate quisque in clero a Deo positus, & collocatus sit.*

XXVII. *Quod horrendum sit intrudere se dignitati sacræ, ut Coritæ, ut Saul, ut Ozias fecerunt.*

XXVIII. *De convivio, & quomodo opor-*

Ὅτι

Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις. νθ'.

Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον ἡ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων μάταιος συνδρομὴ ἐπὶ τοὺς ναοὺς καὶ τὰς συναγωγάς. ξ'.

Ὅτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων. ξα'.

Ὅτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή. ξβ'.

Ὅτι ἀργὸν οὐ χρὴ ἐσθίειν τινὰ τῶν πιστῶν, ὡς οἱ περὶ Πέτρον ἁλιεῖς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ἀκύλαν σκηνοποιοὶ, οἱ δὲ περὶ Ἰούδαν Ἰακώβου γῆς ἐργάται. ξγ'.

Κεφάλαια τοῦ τρίτου βιβλίου.

* **** *********

Ὅτι παραιτητέον καθιστᾶν νεωτέρας χήρας διὰ τὸ ὕποπτον. β'.

Ὁποίας εἶναι χρὴ τὰς χήρας, καὶ ὅπως ἐπικουρεῖσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. γ'.

Ὅτι παντὶ ὅντινα οὖν ἐνδεᾶ εὐποιεῖν χρή. δ'.

Ὅτι καὶ τοῦ ἤθους ἐπιμελητέον τὴν χήραν. ε'.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν· ἀπρεπὲς γάρ. καὶ ποῖαι γυναῖκες εἵποντο τῷ κυρίῳ. ϛ'.

Οἷαί εἰσιν αἱ ψευδοχῆραι. ζ'.

Ὅτι οὐ χρὴ παρὰ ἀναξίων λαμβάνειν τὴν χήραν, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλον πιστόν. η'.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν. ἀσεβὲς γὰρ καὶ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀλλότριον. θ'.

Ὅτι οὐ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον, βάπτισμα, ἢ θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν. ι'.

Ὅτι πλὴν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ἐπιτέτραπται τὰ τῶν ἱερέων ἐνεργεῖν, τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί. ια'.

Ἀποτροπὴ βασκανίας. ιβ'.

Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῶν διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας. ιγ'.

Ὅτι οὐ χρὴ κομπάζειν καὶ περιαγγέλλειν τὸ ἑαυτῆς ὄνομα τὴν καρποφοροῦσαν κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν. ιδ'.

Ὅτι ἀπρεπὲς τὸ λοιδορεῖν τὸν πλησίον, ἀλλότριον γὰρ Χριστιανῶν τὸ καταρᾶσθαι. ιε'.

Περὶ μυήσεως θείας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. ιϛ'.

Ποίαν αἰτίαν ἔχει τὸ εἰς τὸν Χριστὸν βάπτισμα, καὶ διατί τῶν ἐν αὐτῷ ἕκαστον λέγεται, καὶ πράττεται. ιζ'.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ μεμυημένος. ιη'.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ διάκονος. ιθ'.

Ὅτι ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ ἑνός· ἀβέβαιον γάρ. κ'.

Κεφάλαια τοῦ τετάρτου βιβλίου.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν ὀρφανῶν. α'.

Τίνες ὀφείλουσιν ἐπικουρεῖσθαι κατὰ τὴν κυριακὴν διαταγήν. β'.

Περὶ φιλαργυρίας. γ'.

Μετὰ ποίου φόβου χρὴ τῶν κυριακῶν μετέχειν συνεισφορῶν. δ'.

Τίνων αἱ καρποφορίαι δεκταὶ, καὶ τίνων ἄδεκτοι. ε'.

Ὅτι αἱ τῶν ἀναξίων καρποφορίαι, ἕως ἂν ὦσι τοιοῦτοι, οὐ μόνον οὐκ ἐξιλεοῦνται Θεὸν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων κινοῦσιν αὐτὸν πρὸς ἀγανάκτησιν. ϛ'.

LIX. *Quod debeat unusquisque adhibere studium, ut mane, & vespere ad Ecclesiam eat.*

LX. *Exemplum ad æmulationem inducens, vanus Gentilium, & Iudæorum ad fana & synagogas concursus.*

LXI. *Quod non sit fas anteponere divinis sæcularia.*

LXII. *Quod oporteat omnes impietates Gentilium vitare.*

LXIII. *Quod otiosus non debeat comedere ex bonis fidelium, ut Petrus fuit piscator, & reliqui apostoli; Paulus autem, & Aquila artifices tabernaculorum, Iudas vero Iacobi, agricola.*

CAPITA LIBRI TERTII.

I. *Qua ætate eligendæ sint viduæ.*

II. *Quod cavendum sit, ne adolescentiores viduæ eligantur.*

III. *Quales esse oporteat viduas, & quomodo eis ab episcopo subveniendum.*

IV. *Quod oportet unicuique indigenti benigne facere.*

V. *Quod studendum sit viduæ, ut sit morata.*

VI. *Quod non oportet mulieres docere; indecorum enim esse: & quales mulieres Dominum sequebantur.*

VII. *Quales sint falsæ viduæ.*

IIX. *Quod non oporteat, ut vidua ab indignis accipiat, aut episcopus, aut alius fidelis.*

IX. *Quod non oportet mulieres baptizare, esse enim impium, & a doctrina Christi alienum.*

X. *Quod non oporteat: ut laicus ullum opus sacerdotale faciat, ut baptismum, aut sacrificium, aut manus impositionem, aut benedictionem.*

XI. *Quod nulli ex clericis præterquam episcopo, aut presbytero permissum est facere, quæ sunt sacerdotum: ordinare vero episcopo tantum convenit, & nulli alii.*

XII. *Dehortatio ab invidia.*

XIII. *Quomodo oporteat viduas orare pro iis, qui præbent, quæ opus sunt.*

XIV. *Quod non oporteat gloriari, neque ut iacet nomen suum, quæ eleemosynam facit.*

XV. *Quod non deceat conviciari proximo, alienum enim esse a Christiano, maledicere: & de diaconissis.*

XVI. *De divina celebratione mysterii sancti baptismatis.*

XVII. *Quam causam habeat baptismus in Christum: & quare singula in eo, & dicantur, & fiant.*

XVIII. *Qualis esse debeat baptizatus.*

XIX. *Qualis esse debeat diaconus.*

XX. *Quod a duobus, vel tribus ordinandus sit episcopus, & non ab uno: quippe illud est irritum.*

CAPITA LIBRI QVARTI.

I. *De pupillis recipiendis in locum filiorum ex misericordia ab iis qui liberis carent.*

II. *Quibus sit subveniendum secundum constitutionem domini.*

III. *De avaritia.*

IV. *Quali timore oporteat participare ea quæ conferuntur in eleemosynas domini.*

V. *A quibus accipiendæ oblationes, a quibus non accipiendæ.*

VI. *Quod oblationes eorum qui non sunt digni, ut offerant, non solum non placant Deum, sed potius iram eius provocant.*

CAPITA LIBRI QVINTI.

Κεφάλαια τοῦ πέμπτου βιβλίου.

Κεφάλαια τοῦ ἕκτου βιβλίου.

Τίνες σχίσματα ποιεῖν τολμήσαντες οὐ διέφυγον τὴν τιμωρίαν. α'.

Ὅτι οὔτε βασιλεία, οὔτε ἱερωσύνη θεμιτὸν ἐπανίστασθαι. β'.

Περὶ τῆς Μωυσέως ἀρετῆς καὶ ἀπιστίας τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ὧν ὁ Θεὸς ἐθαυματούργησε δι᾽ αὐτῶν. γ'.

Ὅτι ἀποσχίζει οὐχ ὁ τῶν ἀσεβῶν χωριζόμενος, ἀλλ᾽ ὁ τῶν εὐσεβῶν ἀφιστάμενος. δ'.

Τίνος χάριν ἀπεβλήθη ὁ ψευδώνυμος Ἰσραὴλ ἀπόδειξις ἐκ προφητικῶν προρρήσεων. ε'.

Ὅτι καὶ παρὰ Ἰουδαίοις συνέστη θεομισὴς διδασκαλία διαφόρων αἱρέσεων. ς'.

Ὁπόθεν ἀνέφυσαν αἱ αἱρέσεις, καὶ ὅστις αὐτῶν ἀρχηγὸς τῆς ἀσεβείας γεγένηται. ζ'.

Τίνες τῆς Σίμωνος ἀσεβείας διάδοχοι καὶ οἵων αἱρέσεων κατῆρξαν. η'.

Ὅπως ὁ Σίμων γοητείαις ποτὲ πτῆναι θελήσας, εὐχαῖς Πέτρου κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους κάτω, συνέτριβη τοὺς πόδας, καὶ τὼ χεῖρε τοὺς ταρσούς. θ'.

Ὅπως αἱ αἱρέσεις καὶ πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνοῦσιν. ι'.

Ἐξήγησις ἀποστολικοῦ κηρύγματος. ια'.

Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας. ιβ'.

Ὅπως χρὴ χωρίζεσθαι τῶν αἱρετικῶν. ιγ'.

Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι᾽ αὐτῶν παραγγέλματα. ιδ'.

Ὅτι οὔτε ἀναβαπτίζειν χρή, οὔτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν βάπτισμα δοθέν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα. ιε'.

Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων. ις'.

Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα. ιζ'.

Παραίνεσις κελεύουσα φεύγειν τὴν τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν. ιη'.

Πρὸς φαυλίζοντας τὸν νόμον. ιθ'.

Τίς ὁ φυσικὸς νόμος καὶ τίς ὁ ἐπείσακτος, καὶ δι᾽ ἣν αἰτίαν ἐπεισήχθη. κ'

Ὅτι ὑπὸ χάριν ἐσμέν, ἀλλὰ οὐχ ὑπὸ δουλείαν τοῦ ἐπεισάκτου νόμου οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύοντες. κα'.

Ὅτι ἐπείσακτος ὁ ἐπὶ θυσιῶν νόμος, ὃν περιεῖλε Χριστὸς παραγενόμενος. κβ'.

Πῶς πληρωτὴς τοῦ νόμου γέγονεν ὁ Χριστὸς καὶ τίνα τούτου ἔπαυσεν, ἢ ἐνήλλαξεν, ἢ μετέθηκεν. κγ'.

Ὅτι καὶ διὰ Ῥωμαίων εὐδόκησεν ὁ κύριος τὸν τῆς δικαιοσύνης νόμον ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ὡς Θεὸς Ἰουδαίους διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν αἰχμαλώτους ποιησάμενος ὑπὸ φόρον κατέστησεν. κδ'.

Ὅτι χρὴ φεύγειν τοὺς αἱρεσιώτας, ὡς ψυχῶν φθορέας. κε'.

Περὶ παρατηρημάτων Ἰουδαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν. κς'.

Περὶ παιδεραστίας, μοιχείας τε καὶ πορνείας. κζ'.

Ὅπως χρὴ τὰς γυναῖκας ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι. καὶ τοὺς ἄνδρας στέργειν τὰς ἑαυτῶν γαμετάς. κη'.

Ὅτι ἔθος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι συμπαρατηρεῖσθαι τὰς φυσικὰς καθάρσεις, καὶ τῶν τεθνεώτων τὰ λείψανα βδελύσσεσθαι, Χριστιανῶν δὲ ἀλλότριον. κς'

Κεφάλαια τοῦ ἑβδόμου βιβλίου.

Ὅτι δύο ὁδοί εἰσι, μία τῆς ζωῆς ἡ φυσική, καὶ μία τοῦ θανάτου ἡ ἐπείσακτος, καὶ ὅτι ἡ μὲν ἐκ Θεοῦ, ἡ δὲ ἐκτροπῆς κατ᾽ ἐπιβουλὴν τοῦ ἀλλοτρίου. α'.

CAPITA LIBRI SEXTI.

I. Quinam schisma cum fecissent, supplicium non effugerunt.

II. Quod neque contra regnum, neque contra sacerdotium fas sit insurgere.

III. De virtute Moysis, & de incredulitate gentis Iudæorum, & quæ miracula propter eos Deus fecerit.

IV. Quod schisma facit, non qui separat se ab impiis, sed qui separat se a piis.

V. Quare rejectus est falso nomine vocatus Israel, demonstratio ex propheticis prædictionibus.

VI. Quod variarum sectarum doctrina Deo odiosa extitit apud Iudæos.

VII. Vnde ortæ sunt sectæ, & quis fuit dux impietatis earum.

VIII. Quinam fuerunt successores impietatis Simonis, & quas hæreses tradere cœperunt.

IX. Quomodo Simon quibusdam præstigiis cum volare voluisset, precibus Petri ex alto deorsum præcipitatus, fregit extremos digitos pedum.

X. Quomodo hæreses & a se, & a veritate dissentiunt.

XI. Expositio apostolicæ prædicationis.

XII. Contra confitentes, volentes alioqui judaizare, & de decreto apostolorum.

XIII. Quomodo oporteat separari ab hæreticis.

XIV. Qui prædicarunt catholicam doctrinam, & quæ ejus præcepta.

XV. Quod non oporteat rebaptizare, neque ab impiis baptismum recipere.

XVI. De libris falso inscriptis.

XVII. Conjugalia præcepta de clericis.

XVIII. Admonitio de fugienda hæreticorum communione.

XIX. Contra vituperantes legem.

XX. Quæ sit lex naturalis: & quæ inducta, & quare fuit inducta.

XXI. Quod sumus sub gratia, & non sub servitute legis inductæ, qui in Christum credimus.

XXII. Quod lex de sacrificiis erat lex inducta, quam Christus sustulit.

XXIII. Quomodo implevit legem Christus: & quæ ex lege abrogavit, aut mutavit, vel transtulit in alia rursus.

XXIV. Quod voluit dominus, ut per Romanos quoque lex justitiæ declararetur, & quod Deus propter impietatem in Christum Iudæos fecit captivos esse, & tributum pendere.

XXV. Quod oporteat fugere ab hæreticis ut animarum interfectoribus.

XXVI. De observationibus Iudaicis, & ethnicis.

XXVII. De amore puerorum, adulterio, fornicatione.

XXVIII. Quomodo oporteat uxores subjectas esse maritis suis, & maritos diligere uxores suas.

XXIX. Quod Iudæis & Gentilibus consuetudo fit observare naturales purgationes, & mortuorum reliquias aversari.

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

I. Quod duæ sint viæ, una vitæ, quæ naturalis via est, altera mortis, quæ est via ascita, & inducta: & quod illa est ex Deo, hæc ex pravitate secundum insidias inimici.

 II. Mo-

Προσευχὴ

Κεφάλαια τοῦ ὀγδόου βιβλίου.

CAPITA LIBRI OCTAVI.

XXXI.





ΔΙΑΤΑΓΑΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΟΥ

καθολικὴ διδασκαλία.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΠΕΡΙ ΛΑΙΚΩΝ.

CONSTITUTIONES SANCTORUM APOSTOLORUM AUCTORE CLEMENTE EPISCOPO ET CIVE ROMANO

catholica doctrina.

FRANCISCO TURRIANO *societatis Iesu theologo interprete.*

LIBER PRIMUS.

DE LAICIS.

Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι A τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν εἰς τὸν κύριον Ιησοῦν Χριστὸν χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ ἐκκλησία καὶ ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτὸς, οἱ πεπιστευκότες εἰς τὴν ἀπλανῆ θεοσέβειαν αὐτοῦ, οἱ τὴν αἰώνιον καρπούμενοι διὰ πίστεως βασιλείαν αὐτοῦ, οἱ δύναμιν αὐτοῦ εἰληφότες καὶ μετουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡπλισμένοι διὰ Ιησοῦ καὶ ἐντετερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ῥαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθώου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ παῤῥησίαν εἰληφότες τὸν παντο- B κράτορα πατέρα καλεῖν, συγκληρονόμοι καὶ συμμέτοχοι τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ, ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ σωτῆρος ὁμόστοιχον ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ. φυλάσσεσθε οἱ Θεοῦ υἱοὶ ἅπαντα εἰς ὑπακοὴν Θεοῦ πράσσειν. καὶ γίνεσθε ἀρεστοὶ ἐν πᾶσι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. ἐὰν γάρ τις ἀνομίαν μεταδιώκῃ καὶ τὰ ἐναντία τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ποιῇ, ὡς παράνομον ἔθνος, τῷ Θεῷ ὁ τοιοῦτος λογισθήσεται.

S.Epiph. ...r. 45. ...æc verba ...itas.

APOSTOLI, & presbyteri omnibus, qui ex gentibus in dominum Iesum Christum credidistis, gratia vobis, & pax ab omnipotente Deo per dominum nostrum Iesum Christum in agnitione ejus multiplicetur. Ecclesia catholica, arbor a Deo sata, & vinea ejus electa, qui in veram Dei religionem credidistis, qui fructum per fidem percipitis regnum ejus sempiternum, qui ejus robur & Spiritus sancti participationem tulistis, per Christum armati, & timorem ejus toto pectore amplexi, aspersionis pretiosi, & innocentis sanguinis Christi particeps, qui fiduciam accepistis appellandi patrem Deum omnipotentem, vos dico cohæredes, & consortes dilecti filii ejus, audite sacram doctrinam, qui promissioni ejus ex præcepto salvatoris adhæretis: doctrinam dico ipsius vocibus gloriosis consonam. Videte filii Dei, ut omnia ad obedientiam Deo faciatis, & ut Christo Deo nostro in omnibus placeati: Si quis enim iniquitatem sectetur, & contraria, atque est Dei voluntas, faciat, habebitur ille quidem a Deo tanquam Gentilis, legis violator.

"Sane ut Clementis Romani fœtum non esse, ita etiam erudito scriptori, qui tertio saltem sæculo floruerit, vindicandum, omnibus hodie persuasum esse) video, *inquit illust. de Marca concordia lib. III. 2. p. 393.* cum in illo commentario ANTIQUAE DISCIPLINAE satis expressa vestigia supersint. An vero eædem sint cum iis quarum Epiphanius meminit adversus hæresim Audianorũ uberius alias disputabitur. Interim lege Petavium in notis ad Epiphan. & tom. II. dogm. theologicorum, Bellarminum de script. eccl. 1. Clemens, Gabrielem Albaspineũ ep. Aurel. lib. 1. Observationum cap. 13. §. Certe si quis &c. qui S. Clementi abjudicant.

A

De avaritia.

CAPVT I.

ABSTINETE igitur ab omni avaritia, & injustitia; scriptum est enim in lege, *Non*
Exod. 20. *concupisces uxorem proximi tui, neque agrum ejus, neque servum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque subjugale ejus, neque cætera proximi tui:* quia omnis cupiditas horum a malo est. Nam qui uxorem, aut servum, vel ancillam proximi concupivit, jam mente adulter, & fur est: & nisi pœnitentiam egerit, damnatus est a domino nostro Iesu Christo, per B quem gloria Deo in sæcula sæculorum, Amen. Ait enim in evangelio repetens summatim, & confirmans, ac complens decalogum legis, scriptum est, *non adulterabis; ego autem dico vobis*, id est ego (inquit) per Moysen in lege locutus sum, nunc vero idem ipse vobis edi-
Math. 5. co, *quicunque aspexerit uxorem proximi ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*, judicatus est hic animo adulter, qui concupivit. An qui bovem, aut asinum appetivit, non cogitat furari, & sua facere, aut abigere? Quid vero? agrum rursus qui concupivit, & in ea cupiditate perseverat, nonne malitiose illud agit, ut fines in modum C sculpentis paulatim præcidendo, cogat dominum agri, ut parvo sibi vendat? Audi quid
Isaia 5. de istis propheta Esaias dicat: *Væ qui adjungunt domum ad domum, & agrum agro addunt, ut aliquid proximo detrahant.* Idcirco subjungit; *nunquid habitabitis soli in terra? Audita sunt hæc in aures domini Sabaoth:* & alias, *maledictus*, inquit, *qui transtulit terminos proximi sui, & dicet omnis populus, fiat.*
Deut. 19. Vnde & Moyses ait: *Non transmovebis fines proximi tui, quos patres tui posuerunt.* Ob hanc igitur causam hujusmodi homines terroribus, cædibus, judiciis, damnationibus Deus insequitur; iis vero, qui Deo obediunt, una lex D Dei simplex, vera & viva insita est; hæc scilicet, quod ab alio oderis fieri tibi, alteri ne feceris. Non vis, ut alius uxorem tuam ad stuprum impudice aspiciat, neque ipse in uxorem proximi tui oculum improbe intendas, non vis pallium tibi furto tolli, neque tu proximo abstuleris, non vis pulsari, non conviciis & contumeliis affici, neque ipse alium similiter afficias.

De non referenda contumelia, nec ulciscendo inimico, qui injuriam fecit.

CAPVT II.

QVIN potius si quis tibi maledicit, tu eidem benedic: quoniam scriptum est in E
Num. 4. libro Numerorum, *qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: & qui maledixerit, erit & ipse maledictus.* Similiter in evangelio scriptum
Luc. 6. est, *benedicite maledicentibus vobis*: illatas vobis injurias ne ulciscamini, sed potius patienter tolerate. ait enim scriptura, *Ne dicas, sumam pœnas de inimico meo propter injuriam, qua me affecit:* quinimmo patere, ut vicem tuam ulciscatur dominus, in eumque animadvertat, qui tibi injuriam facit. Rursus enim in
Matth. 5. evangelio ait, *Diligite inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, & eritis filii patris vestri,*

Περὶ πλεονεξίας.

ΚΕΦΑΛ. α'.

Ἀπέχεσθε οὖν πάσης πλεονεξίας καὶ ἀδικίας, καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὔτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τὸν βοῦν αὐτοῦ, οὔτε τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σοῦ ἐστιν, ὅτι ἡ πᾶσα τούτων ἐπιθυμία ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑπάρχει· ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας τὴν γυναῖκα, ἢ τὸν παῖδα, ἢ τὴν παιδίσκην τοῦ πλησίον, ἤδη κατὰ διάνοιαν μοιχὸς καὶ κλέπτης ἐστίν. ἐὰν μὴ μεταγνῷ, κέκριται ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. λέγει γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἀνακεφαλαιούμενος, καὶ στερεῶν καὶ πληρῶν τὸν δεκάλογον τοῦ νόμου, ὅτι ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· τουτέστιν ἐν τῷ νόμῳ διὰ Μωσέως ἐγὼ ἐλάλησα· νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ὑμῖν λέγω· πᾶς ὅστις ἐμβλέψει εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτος ἐκρίθη μοιχὸς κατ' ἔννοιαν ἐπιθυμήσας· ὁ δὲ τὸν βοῦν ἢ τὸν ὄνον ἐπιθυμήσας, οὐκ ἐπὶ τῷ κλέψαι, καὶ ἰδιοποιήσασθαι, ἢ καὶ ἀπαγαγεῖν αὐτὰ διανοεῖται; ἢ ὁ τὸν ἀγρὸν πάλιν ἐπιθυμήσας καὶ ἐπιμείνας τῇ τοιᾷδε διαθέσει, οὐ πονηρεύεται, ὅπως ὀρογλυφήσας ἀναγκάσῃ τὸν ἔχοντα τοῦ μηδενὸς ἀποδόσθαι αὐτῷ; φησὶ γάρ που ὁ προφήτης· οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι, διὸ λέγει, μὴ οἰκήσητε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ ταῦτα· καὶ ἀλλαχοῦ, ἐπικατάρατος ὁ μετατιθεὶς ὅρια τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός, γένοιτο· διό φησι καὶ ὁ Μωσῆς, οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον, ἃ ἔθεντο πατέρες σου· διὰ τοῦτο οὖν φόβοι, θάνατοι, δικαστήρια, καταδίκαι, παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς τοιούτοις ἐπακολουθοῦσι· τοῖς δὲ ὑπηκόοις Θεῷ ἀνθρώποις εἷς νόμος Θεοῦ ἁπλοῦς, ἀληθής, ζῶν, οὗτος ἐνυπάρχει· ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις· οὐ βούλει τῇ γυναικί σου τινὰ ἐμβλέψαι κακῶς εἰς διαφθορὰν αὐτῆς, μηδὲ σὺ τῇ τοῦ πλησίον σου γυναικὶ κακοήθως ἀτενίσῃς· οὐ βούλει σου τὸ ἱμάτιον ἀρθῆναι, μηδὲ σὺ τὸ τοῦ ἑτέρου ἄρῃς· οὐ θέλεις πληγῆναι, λοιδορηθῆναι, ὑβρισθῆναι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ταῦτα διαθῇς.

Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβρίζειν, ἢ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα.

ΚΕΦΑΛ. β'.

Ἀλλὰ καταρᾶταί σέ τις, σὺ εὐλόγησον αὐτόν· ὅτι γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀριθμῶν, ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται· καὶ ὁ καταρώμενός σε, κεκατάρηται· ὁμοίως καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται· εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς· ἀδικούμενοι μὴ ἀνταδικήσητε, ἀλλ' ὑπομείνατε· ὅτι λέγει ἡ γραφή, μὴ εἴπῃς, τίσομαι τὸν ἐχθρόν, ἅ με ἠδίκησεν· ἀλλ' ὑπόμεινον, ἵνα σε ἐκδικήσῃ ὁ κύριος, καὶ ἐκδικίαν ἐπαγάγῃ τῷ ἀδικοῦντί σε· καὶ γὰρ πάλιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων· καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν

τοῦ ἐν

τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, προσέχωμεν οὖν ἀγαπητοὶ ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, ἵνα τέκνα φωτὸς εὑρεθῶμεν πράσσοντες αὐτάς. βασάζετε οὖν οἱ δοῦλοι καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ ἀλλήλους, ὁ μὲν ἀνὴρ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔστω μὴ ὑπερήφανος, μηδὲ ἀλαζών. ἀλλὰ εὔσπλαγχνος, εὐμετάδοτος, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μόνον βουλόμενος ἀρέσκειν, καὶ ταύτην κολακεύειν ἐντίμως, σπουδάζων καταθύμιος εἶναι αὐτῇ.

A *qui in cælis est; quoniam solem suum oriri facit super justos & injustos; & pluit super bonos, & malos.* Attendamus itaque cariſſimi hæc præcepta, ut ea facientes, reperiamur filii lucis: quare ferte vos mutuo, qui servi Dei, ejusque filij estis. Ac maritus quidem ne in uxorem superbus, arrogansve sit; sed potius benignus, ac facile ei tribuens, qui suæ tantum uxori placere velit, & ei honeste blandiri, studens esse illi suavis.

Περὶ καλλωπισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁμαρτίας.

De ornatu, & peccato inde proficiscente.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

ΜΗ καλλωπιζόμενος εἰς τὸ ἀγρευθῆναί τινα B ἑτέραν ἐπὶ σοί. εἴτε γὰρ ἀναγκασθεὶς ὑπ' αὐτῆς, ἁμαρτήσῃς εἰς αὐτὴν, θάνατος παρὰ Θεοῦ ἐπελεύσεταί σοι αἰώνιος ἐν αἰσθήσει πικρῶς κολαζομένῳ. εἴτε μὴ ποιήσῃς τὸ μῦσος, ἀλλ' ἀποσεισάμενος αὐτὴν, ἀρνήσῃ αὐτὴν, καὶ τοῦτο ἥμαρτες, εἰ καὶ μὴ ποιήσῃς, μόνον δὲ τὸ διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ σου παγιδεῦσαι γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου· ἐποίησας γὰρ τὴν τοῦτο παθοῦσαν διὰ τῆς ὀρέξεως μοιχευθῆναι ἐπὶ σοί· ἀλλ' οὐχ οὕτως αἴτιος ὑπάρχεις διὰ τὸ μὴ προσαποστεῖλαί σε τῇ ἐπὶ σε πεπαγιδευμένῃ. οὐ γὰρ σὺ ἐπεθύμησας αὐτῆς, μὴ συνεπιδιδοὺς δὲ αὐτῇ ἑαυτὸν, ἐλεηθήσῃ ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ τοῦ εἰπόντος· οὐ μοιχεύσεις, καὶ οὐκ ἐπιθυμήσεις. εἰ γὰρ ἐκείνη θεασαμένη σε ἢ ἀκαίρως συναντήσασα C ἐπλήγη τὴν διάνοιαν, καὶ προσέπεμψέ σοι, σὺ δὲ ὡς θεοσεβὴς ἠρνήσω αὐτὴν, ἐκείνη μέντοι τὴν καρδίαν ἐτραυματίσθη, εὐμόρφου νεωτέρου ὑπάρχοντός σου κεκαλλωπισμένου, ὥστε ἐρασθῆναί σου, ἔνοχος εὑρίσκῃ σὺ τοῦ ἐκείνης παραπτώματος, ὡς αἴτιος αὐτῆς σκανδάλου γενόμενος καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος· διὸ δεήθητι κυρίου τοῦ Θεοῦ, ὅπως μηδέν σοι διὰ τούτου κακὸν στηριχθῇ· οὐ γὰρ ἀνθρώποις σε χρὴ ἀρέσκειν εἰς ἁμαρτίαν, ἀλλὰ Θεῷ εἰς ὁσιότητα ζωῆς τε καὶ ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου ἀντέχεσθαι· τὸ ὑπὸ τῆς φύσεώς σοι δεδομένον ἐκ Θεοῦ κάλλος μὴ προσεπικαλλώπιζε, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως μετρίασον αὐτὸ πρὸς ἀνθρώπους, οὕτω τὴν τρίχα σου τῆς κόμης μὴ παρατρέφων, μᾶλλον δὲ D συγκόπτων καὶ καθαίρων αὐτήν· ἵνα μὴ κατακτενιζομένου σου καὶ ἄσκυλτον τηροῦντος τὴν κεφαλὴν ἢ καταμεμυρισμένου σου, ἐπαγάγῃς σεαυτῷ τὰς οὕτως ἀγρευομένας ἢ ἀγρευούσας γυναῖκας, μηδὲ ἐπιτετηδευμένῃ σὺ τῇ ἐσθῆτι χρήσῃ εἰς ἀπάτην; μηδὲ ἀναξυρίδας, ἢ κρηπίδας σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑποῤῥάψῃς. ἀλλὰ τὸ τῆς σεμνότητος καὶ τῆς χρείας μόνον, μηδὲ χρυσήλατον σφενδόνην τοῖς δακτύλοις σου περιθῇς, ὅτι ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει, ἅπερ παρὰ τὸ πρέπον ἐπιτηδεύων οὐ ποιήσεις δικαίως. πιστῷ γάρ σοι ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔξεστί σοι τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς· καὶ ποιεῖν εἰς ἓν, ὅ ἐστι E σπατάλιον, ἢ ἀπόχυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν· οὐδὲ μὴν ὀγκοποιεῖν, ἢ διαξαίνοντά τε καὶ πλάσσοντα οὔλην διατιθεῖν, ἢ ξανθοποιεῖν αὐτήν· ἐπείπερ καὶ ὁ νόμος ἀπαγορεύει φάσκων ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, οὐ ποιήσετε ὑμῖν σισόην, οὐδὲ ἀναξυρίδας· * χρὴ δὲ οὐδὲ γενείου τρίχα διαφθείρειν, καὶ τὴν μορφὴν τοῦ ἀνθρώπου παρὰ φύσιν ἐξαλλάσσειν· οὐκ ἀπομαδαρώσετε γάρ φησιν ὁ νόμος, τοὺς πώγωνας ὑμῶν. τοῦτο γὰρ γυναιξὶν εὐπρεπὲς ὁ κτίσας ἐποίησε Θεός· ἀνδράσι δὲ ἀνάρμοστον ἐδικαίωσε· σὺ δὲ ταῦτα ποιῶν διὰ ἀρέσκειαν

* S Epiphanius hær. 80. adversus Messalianos n. 7.

CAPUT III.

NEQUE te ornes, ut alia quæpiam amore tui illaqueetur: sive enim ab ea coactus, in eam pecces, morte sempiterna, & gravi sensus cruciatu torqueberis: sive non committas scelus, immo eam a te repellas, negesque ei, vel in eo solum peccasti, quamvis rem non patres, quod mulierem ornatu tuo sic irretisti, ut te appeteret: fecisti enim, ut tuo cultu capta, adulterium appetitu committeret. tametsi eo est culpa tua levior, quod ad eam, quæ irretita est, non misisti, neque enim illam appetisti, ei vero te si non dedas, misericordiam a Deo consequeris, qui dixit, Non mœchaberis, & non concupisces. Quod si illa, cum te vidit, aut tibi intempestive occurrit, vulnerata est, & ad te misit, tu vero, ut pius erga Deum, negasti ei, & abstinuisti, neque in eam peccasti, illa vero pulcritudine, adolescentia, & cultu tuo ita sauciata est, ut amore tui capta sit, tu peccati illius reus es, tanquam auctor scandali ejus, & hæres supplicii. Quare precare Deum, ut nihil tibi mali propter hoc peccatum infligat: neque enim voluntati hominum obsequi, & inservire te oportet, ut pecces; sed Deo potius adhærere, ut sanctitatem vitæ colas, & requie potiaris sempiterna. Pulchritudinem a Deo tributam ne insuper ornes, quin potius tempora eam modeste apud homines, non capillum nutriens, immo conscindens, ac concerpens, ne pexus, & comatus, aut unguentis delibutus eas mulieres ad te pellicias, quæ sic capi, aut capere solent, neque vestitu studiose exquisito, ad decipiendum utaris, aut anaxyridas, vel crepidas pedibus nequiter inducas; sed quod solum honestas, & necessitas postulant: neque aureum annulum digitis tuis induas, quod sunt omnia meretriciæ consuetudinis indicia, quibus quidem si præter honesti rationem studueris, non recte ages. Tibi enim, qui fidelis, & homo Dei es, non licet nutrire comam, & in unum colligere: hæc enim luxuria est, & mollicies, neque effusam præstare, neque discriminatam, neque facere, ut tumescat: neque eam carpendo, & formando crispare, neque flavam reddere, quod etiam lex Deuteronomii vetet sisoem facere, aut anaxyridas. Oportet præterea non barbam radere, neque formam hominis contra naturam mutare, ait enim lex, non radetis barbas vestras, mulieres namque ut deceret non esse barbatas, fecit earum auctor Deus, viros contra ut non deceret, idem juste statuit. Tu vero si hæc facias, ut

ut alicui placeas, id quod est contra legem, execrabilis apud Deum eris, qui te ad imaginem suam effecit. Si ergo placere Deo volueris, abstine iis omnibus, quæ idem odit, nihilque efficias, quod ei displiceat.

Quod non oporteat esse curiosum observatorem eorum, qui non recte vivunt, sed opus suum attendere.

CAPVT IV.

NE sis quasi volitans, & inambulans, ac errans in vicis, intempestivus spectator eorum, qui turpiter vivunt, immo artem tuam, tuumque opus attende, & f ide, ut facias, quæ Deo probentur. scriptura sanctas assidua memoria meditare. scriptum cit enim, In lege ejus meditaberis die, ac nocte, deambulans in agro, & domi sedens, cubans, & experrectus, ut in omnibus sis intelligens. Quod si divitiis affluas, ita ut non opus sit tibi arte ad parandum victum, ne circumeundo vageris, neque intempestive inambules, sed potius si adis ad Christianos, & tuæ fidei homines, colloquere cum eis, sermones salutares conferendo.

Qui libri scripturæ legendi.

CAPVT V.

SIN vero hoc facis, intus sedens lege legem, libros de regibus, prophetas, cane psalmos David, percurre diligenter evangelium, in quo sunt hæc consummata.

Quod oporteat abstinere a lectione omnium librorum Gentilium.

CAPVT VI.

ABSTINE ab omn bus libris gentilium: quid enim tibi cu alienis sermonibus, aut legibus, aut falsis prophetis, quę quidem homines leves a fide recta detorquent? nam quid in lege Dei desideras, ut ad illa gentilium scripta animum velis appellere? sive enim historias legere cupis, habes libros de regibus: sive sophistica, id est, quę argute ad sapientiam referuntur, & poetica, habes prophetas, Iob, proverbia, in quibus plus acuminis, quam in omni poesi, & sapientia sophistarum reperies, quod is qui solus sapiens est, illa effatus est: sive cantilenas expetis, habes psalmos, sive vetustas rerum origines, habes genesim, sive leges, & pręcepta, habes legem domini celebrem. Ab omnibus itaque alienis, & a diabolo excogitatis fortiter [a] abstine. Quin potius cum legem legis, abstine ab iis, quæ in ea sunt ascita, tametsi n n ab omnibus; sed a quibusdam quæ ad deuterosim, id est ad secundam legislationem spectant: quæ tantummodo causa narrationis lege ad agn scendum, & laudandum Deum, qui nos tal us tantisque vinculis liberavit. Sit tibi ante oculos propositum, ut cognoscas, quid sit lex naturalis, & quid illa ascita, quæ ad deuterosim pertinent, quæque in eremo iis, qui vitulum fecerunt, data sunt. Lex enim ea continet, quæ dominus locutus est, antequam populus idola coleret, & Apim illum Ægyptium in vitulo veneraretur. Continet, inquam, decalogum. quæ vero illis vincula, postquam peccarunt, injecta sunt, cave, ne ea tibi accersas: quippe cum salvator non alia de causa in

[a] Maxime si levitatis tibi sis conscius: ἐλαφρούς enim ista præsertim respicere videntur.

A ἐναντιούμενος τῷ νόμῳ, βδελυκτὸς γένηση παρὰ Θεῷ τῷ κτίσαντί σε κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ. ἐὰν οὖν θέλῃς Θεῷ ἀρέσκειν, ἀπέχου πάντων ὧν μισεῖ αὐτός· καὶ μηδὲν πράσσε τῶν αὐτῷ ἀπαρεσκόντων.

Ὅτι οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τοὺς κακῶς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ ἔργῳ σχολάζειν.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

ΟΥκ ἔσῃ ὡς πετόμενος καὶ ἐμπεριπατῶν καὶ ἀλώμενος ἐν ταῖς ῥύμαις ἀκαιροπεριπόπτης τῶν κακῶς ζώντων, ἀλλὰ τῇ τέχνῃ σου, καὶ τῷ ἔργῳ σου προσέχων τὰ τῷ Θεῷ φίλα ἀναζήτει ποιεῖν, καὶ τὰ B τοῦ Χριστοῦ λόγια ἀναμιμνησκόμενος διηνεκῶς μελέτα. λέγει γὰρ ἡ γραφή σοι, ὅτι ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσεις ἡμέρας καὶ νυκτὸς περιπατῶν ἐν ἀγρῷ, καὶ ἐν οἴκῳ καθήμενος, κοιταζόμενος, καὶ διανιστάμενος· ἵνα συνίῃς ἐν πᾶσιν. ἀλλ' εἰ καὶ πλούσιος ὑπάρχεις, χρείαν τέχνης πρὸς τὸ τρέφεσθαι οὐκ ἔχων, μὴ ῥεμβὸς γίνου, μηδὲ ἀκαιροπεριπάτητος· ἀλλ' εἴτε προσέρχῃ τοῖς πιστοῖς τε καὶ ὁμοδόξοις, συμβάλλων τὰ ζωοποιὰ προσομίλει ῥήματα.

Ποῖα τῆς γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν.

ΚΕΦΑΛ. ε'.

C ΕΙ δὲ μή, καθεζόμενος ἔνδον ἀναγίνωσκε τὸν νόμον, τὰς βασιλείους, τοὺς προφήτας· ψάλλε τοὺς ὕμνους Δαβίδ· διέρχου ἐπιμελῶς τὸ εὐαγγέλιον τὸ τούτων συμπλήρωμα.

Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων.

ΚΕΦΑΛ. ς'.

ΤΩν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχου. τί γάρ σοι καὶ ἀλλοτρίοις λόγοις ἢ νόμοις, ἢ ψευδοπροφήταις, ἃ δὴ καὶ παρατρέπει τῆς πίστεως τοὺς D ἐλαφρούς· τί γάρ σοι καὶ λείπει ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐπ' ἐκεῖνα τὰ ἐθνόμυθα ὁρμήσῃς. εἴτε γὰρ ἱστορικὰ θέλεις διέρχεσθαι, ἔχεις τὰς βασιλείους, εἴτε σοφιστικὰ καὶ ποιητικά, ἔχεις τοὺς προφήτας, τὸν Ἰώβ, τὸν παροιμιαστήν. ἐν οἷς πάσης ποιήσεως καὶ σοφιστείας πλείονα ἀγχίνοιαν εὑρήσεις· ὅτι κυρίου τοῦ μόνου σοφοῦ Θεοῦ φθογγαί εἰσιν· εἴτε ᾀσματικῶν ὀρέγῃ, ἔχεις τοὺς ψαλμούς. εἴτε ἀρχαιογονίας, ἔχεις τὴν γένεσιν. εἴτε νομίμων καὶ παραγγελιῶν, τὸν ἔνδοξον κυρίου τοῦ Θεοῦ νόμον. πάντων οὖν τῶν ἀλλοτρίων καὶ διαβολικῶν ἰσχυρῶς ἀπέχου· πλὴν καὶ τὸν νόμον ἀναγινώσκων, τῶν ἐν E αὐτῷ ἐπεισάκτων ἀπέχου· εἰ καὶ μὴ πάντων, ἀλλά τινων τῶν τῆς δευτερώσεως· μόνον δὲ πρὸς ἱστορίαν ἀναγίνωσκε εἰς τὸ γινώσκειν σε καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν, ὅτι ἀπὸ τοιούτων ἐρρύσατό σε δεσμῶν· ἔστω δέ σοι πρὸ ὀφθαλμῶν γινώσκειν, τί νόμος φυσικός· καὶ τί τὰ τῆς δευτερώσεως· τά τε ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῖς μοσχοποιήσασι δοθέντα ἐπείσακτα. νόμος γάρ ἐστι, τίνα ἐλάλησε κύριος ὁ Θεὸς πρὸ τοῦ τὸν λαὸν εἰδωλολατρῆσαι καὶ μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἄπιν· τουτέστιν ἡ δεκάλογος· ἃ δὲ ἁμαρτήσασιν αὐτοῖς ἐπετέθη δεσμά, σὺ σεαυτῷ μὴ ἐπισπάσῃ· ὁ γὰρ σωτὴρ ἡμῶν οὐ δι' ἕτερόν τι ἦλθεν, ἢ ἵνα ῥύσηται τοὺς ὑποδίκους

τῆς

τῆς ἀποκειμένης ὀργῆς, καὶ πληρώσῃ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας· καὶ τὰ δεσμὰ τῆς δευτερώσεως τῶν ἐπεισάκτων ἢ παύσῃ ἢ μεταθῇ. διὰ γὰρ τοῦτο προσκαλούμενος ἡμᾶς ἔλεγε· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. σὺ οὖν ἀναγνοὺς τὸν νόμον σύμφωνον ὄντα τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ τοῖς προφήταις ἀναγίνωσκε καὶ βασιλείοις, ὅπως εἰδέναι ἔχοις, ὅτι πόσοι δίκαιοι ἐγένοντο βασιλεῖς· καὶ ηὐξήθησαν ὑπὸ Θεοῦ, καὶ ἡ ἐπαγγελία τῆς αἰωνίου ζωῆς αὐτοῖς διέμεινε παρ' αὐτοῦ· ὅσοι δὲ βασιλεῖς ἐξεπόρνευσαν ἀπὸ Θεοῦ, ἐν ἀποστασίᾳ αὐτῶν συντόμως ἀπώλοντο τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ· καὶ τῆς αὐτοῦ ζωῆς ἐστερήθησαν, ἀντὶ ἀναπαύσεως αἰωνίαν κόλασιν κληρωσάμενοι· ταῦτα οὖν ἀναγινώσκων πολὺ τῇ πίστει αὐξηθεὶς προσοικοδομηθήσῃ Χριστῷ, οὗ σῶμα καὶ μέλος τυγχάνεις· περιπατῶν δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ λούσασθαι βουλόμενος, χρήσῃ βαλανίῳ ἀνδρείῳ, ἵνα μὴ διὰ τὸ ἐπιδεικνύναι σε σῶμα ἐν ἀσχήμῳ ἀποκαλύψει γυναιξὶν, ἢ θεάσασθαι θέαν οὐχ ἁρμόζουσαν ἀνδράσιν, ἢ σὺ παγιδευθῇς ἐπὶ σαυτοῦ τὰς οὕτως εὐαλώτους γυναῖκας· φυλάσσου οὖν τὰ τοιαῦτα· ἵνα μὴ λάβῃς βρόχους τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ.

Περὶ γυναικὸς φαύλης.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Μάθωμεν γὰρ, ἐν τῇ σοφίᾳ τί λέγει ὁ ἅγιος λόγος· υἱὲ φύλασσε ἐμοὺς λόγους, τὰς δὲ ἐμὰς ἐντολὰς κρύψον παρὰ σεαυτῷ· εἶπον τὴν σοφίαν σὴν ἀδελφὴν εἶναι, τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ· ἵνα σε τηρήσῃ ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας καὶ πονηρᾶς· ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάληται. ἀπὸ γὰρ θυρίδος οἴκου αὐτῆς εἰς τὰς πλατείας παρακύπτουσα, ὃν ἂν ἴδῃ τῶν ἀφρόνων τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν παραπορευόμενον ἐν ἀγορᾷ, ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς, καὶ λαλοῦντα ἐν σκότει ἑσπερινῷ, ἡνίκα ἂν ᾖ ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ γνοφώδης, ἡ δὲ γυνὴ συναντᾷ αὐτῷ εἶδος ἔχουσα πορνικόν· ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι καρδίας, ἀνεπτερωμένη δέ ἐστιν καὶ ἄσωτος· ἐν οἴκῳ δὲ οὐχ ἡσυχάζουσιν οἱ πόδες αὐτῆς· χρόνον γάρ τινα ἔξω ῥέμβεται· χρόνον δὲ ἐν πλατείαις παρὰ πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει· εἶτα ἐπιλαβομένη ἐφίλησεν αὐτόν· ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ προσεῖπεν αὐτόν· θυσία εἰρηνική μοι ἐστὶ σήμερον, ἀποδίδωμι τὰς εὐχάς μου· ἕνεκα τούτου ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν σου· ποθοῦσα τὸ σὸν πρόσωπον εὕρηκά σε· κειρίαις τέτακα τὴν κλίνην μου· ἀμφιτάπησι δὲ ἔστρωσα τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου· διέρραγκα τὴν κοίτην μου κρόκῳ· τὸν δὲ οἶκόν μου κινναμώμῳ· ἐλθὲ καὶ ἀπολαύσωμεν φιλίας ὄρθρου, δεῦρο καὶ ἐγκυλισθῶμεν ἔρωτι· καὶ τὰ ἑξῆς, οἷς ἐπιφέρει· ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ· βρόχοις τε τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν· ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς· καὶ πάλιν λέγει, μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί. μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης· ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα· ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου· καὶ πάλιν· ἀλλὰ ἀποπήδησον, καὶ μὴ ἐγχρονίσῃς, μήτε ἐπιστήσῃς σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν· πολλοὺς γὰρ τρώσασα καταβέβληκε, καὶ ἀναρίθμητοί εἰσιν, οὓς πεφόνευκεν· εἰ δὲ μὴ, φησὶ, μεταμεληθήσῃ ἐπ' ἐσχάτων σου, ἡνίκα ἂν κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου, καὶ ἐρεῖς, πῶς ἐμίσησα παιδείαν, καὶ ἐλέγχους δικαίων ἐξέκλινεν ἡ καρδία

mundum venerit, nisi ut reos ab ira reservata liberaret, & ut legem ac prophetas impleret, & illa ascita vincula ad deuterosin pertinentia vel cessare faceret, vel in alia transferret. Idcirco cum nos exhortaretur, ajebat, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tu igitur pòstquam legem cum evangelio, & prophetis concordantem legeris, lege etiam historiam de regnis, ut scire possis, quot reges justi fuerunt, totidem aucti a Deo fuerunt, & apud Deum æternæ vitæ promissio eos mansit. rursus vero, quot reges a Deo defecerunt, in defectione sua justo Dei judicio brevi interierunt, & vita ejus privati sunt, immortale supplicium pro requie sortiti. His itaque legendis multum fide auctus magis ac magis in Christo, cujus corpus, & membrum es, extrueris. Cum in foro deambulas, & lavare v's, utere balneo virorum, ne quia corpus nu um turpiter mulieribus ostenderis, aut quod non decet viros, spectaveris, vel illaqueeris, vel illaquees feminas, quæ ita facile capiuntur. Cave igitur, ne animæ tuæ laqueos injicias.

De muliere prava.

CAPVT VII.

Audiamus enim, quid in sapientia præcipiat sanctus sermo: Fili serva sermones meos, mea vero præcepta reconde apud te. dic, sapientiam sororem tuam esse, prudentiam vero familiarem tibi effice, ut te ab aliena, & improba muliere servet. si te verbis ad gratiam compositis aggressa fuerit, ex fenestra enim domus suæ in plateam prospectans, quemcumque viderit ex filiis imprudentibus adolescentem mentis indigentem, prætereuntem per forum, per transitus ædium suarum, & loquentem in tenebris vespertinis, cum est nocturnum silentium, & caliginosa nox, huic occurrit specie meretricia, quæ adolescentem e corde evolare facit, est vero ipsa pennata, & luxuriosa, pedesque ejus nunquam domi quieti, nunc vagatur foris, nunc in plateis ad omnem angulum insidiatur, deinde prehensum adolescentem deosculata est, & impudenti vultu sic allocuta: Victima pacifica mihi est, hodie vota mea reddo, ob hanc causam exivi obviam tibi, cum tui videndi desiderio tenerer, reperi te, funibus lectum meum tetendi, Ægyptiis tapetiis stravi, cubile meum croco sparsi, & domum meam cinnamono, veni fruamur amicitia usque ad auroram, veni, & revolvamur in amore. & quæ sequuntur: quibus subjungit: *Illum autem multa confabulatione decepit, & laqueis labiorum abripuit, ille vero secutus est illam instar * Cepphi delusus.* Et rursus ait: *Ne attendas mulierem nequam, mel enim stillat ex labiis meretricis, quæ ad tempus fauces tuas suavitate afficit, sed postea felle amarius, & acutius gladio duplicem aciem habente reperies.* Et iterum: *Sed aufuge, ne moram trahas, neque oculum tuum in eam intendas, multos enim inflicto vulnere prostravit, & innumerabiles occidit: quod si non fugeris, ad extremum,* inquit, *pœnitebit te, cum carnes tua detritæ erunt, & dices, quomodo disciplinam odi, & reprehensiones justorum declinavit cor meum?*

Proverb. 7.

* Cepphus avis, cujus meminerũt Nicander, Aratus, & Callimachus, magnis alis, & parvo corpore: ferũt ex spuma marina vivere: hanc cum piscatores cape-

re volunt, projiciunt procul spumam, quam postea sensim attrahunt proxime, donec Cepphus paulatim cupiditate spumæ tractus, & illectus, in manus incidat. abiit in proverbiũ, in fatuos & inconsideratos.

meum? non audivi vocem castigantis me, & cum me doceret, aures non adhibui, parum abfuit, quin in omni malo essem. Sed ne testimonia longius producamus, ac si quæ sunt, quæ prætermisimus, qui sapientes estis, ea, quæ commoda erunt vobis, colligendo, confirmate vos de scripturis sanctis, prava omnia declinantes, ut sancti in vita sempiterna apud Deum reperiamini.

De uxore viro subjecta, & virum diligente, ac casta.

CAPUT VIII.

MVLIER vero subjecta sit viro suo, quoniam vir caput est mulieris; viri autem in via justitiæ incedentis caput Christus, Christi vero caput Deus, idemque pater ejus. Ergo post omnipotentem Deum nostrum, eundemque patrem præsentis, & futuri sæculi dominum, omnis animæ, atque angelorum auctorem, & post dominum nostrum Iesum Christum filium ejus dilectissimum, cujus gloria Deo, time virum tuum mulier, & reverere eum, ita ut ei soli placere velis, & ubi ei ministrandum est, voluntati ejus satisfacias, ut maritum tuum de te sapientia laudet; cum per Salomonem ait,

Proverb. 31. *Mulierem fortem quis inveniet? hujusmodi mulier pretiosior est lapidibus magni pretii; Confidit ei cor viri sui, quæ talis est spoliorum non indigebit, operatur enim viro suo utilia per universam vitam, quæ nendo fecit manibus suis ex lana & lino, quæ essent commoda ad utendum, facta est instar navis negotiantis congregando ei e longinquo facultates, & surgit de nocte, & alimenta impertit familiæ, & opera distribuit ancillis. Contemplata est agrum, & emit illum, & ex fructibus manuum suarum possessionem seruit, succinctis lumbis, brachia sua firmavit, & gustu didicit, bonum esse operari: non extinguitur lucerna ejus tota nocte, cubitos suos ad utilia extendit, & manus suas sustinet, ac librat ad fusum, manus item aperuit pauperi, & fructum porrexit inopi; non habet curam domesticorum vir ejus: omnes enim qui apud eam sunt, vestiti sunt duplici amictu, & fecit viro suo stragula, & ex bysso, ac purpura indumenta: illustris vero est in portis maritus ejus, cum sedet in concilio cum senioribus incolis: sindones fecit, & vendidit Phœnicibus, & cingula Chananæis: splendide & decore vestivit, & lætitiam cepit in extremis diebus; os suum aperuit sapienter, & accommodate, & ordinem adhibuit linguæ suæ: angustæ semitæ domus ejus, cibum non sumpsit otiosa, os suum aperiet sapienter, & legitime, leges de eleemosynis in lingua ejus, surrexerunt filii ejus, & ditati laudaverunt eam, multæ filiæ acquisiverunt opes, & multæ comparaverunt potentiam, tu vero antecellis, & superasti omnes. Ne sit in te falsa species placendi, neque vana pulchritudo mulieris, mulier enim pia benedictionem fert: ipsa vero timorem domini laudet: Date ei de fructibus labiorum ejus, & vir ejus in portis laudetur.*

Proverb. 12. Et iterum: *mulier fortis corona viro suo.* ac rursus: *multæ mulieres ædificavere domum.* Intellexistis quas laudes mulier pudica, & mariti sui amans a domino Deo ferat. quare si vis fidelis esse domino, eidemque placere, ne comas te, ut alienis

A μου· οὐκ ἤκουον φωνῆς παιδεύοντός με καὶ διδάσκοντός με, οὐ παρέβαλλον τὸ οὖς μου, παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ· ἵνα δὲ διὰ πλειόνων παρεκτείνωμεν τὰς μαρτυρίας, καὶ εἴ τινα παρήκαμεν, οἱ σοφοὶ ἑαυτοῖς τὰ καλὰ ἐπιλέγοντες, ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἐπιστερεῦσθε, παραιτούμενοι πάντα τὰ φαῦλα εἰς τὸ ὁσίους εὑρεθῆναι ὑμᾶς ἐν ζωῇ αἰωνίῳ παρὰ Θεῷ.

Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, καὶ φιλάνδρου καὶ σώφρονος.

ΚΕΦΑΛ. η'.

B ἩΔὲ γυνὴ ὑποτασσέσθω τῷ ἑαυτῆς ἀνδρί· ὅτι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ ὑπάρχει, τοῦ δὲ ἀνδρὸς τοῦ πορευομένου ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, κεφαλή ἐστιν ὁ Χριστός· τοῦ Χριστοῦ δὲ κεφαλὴ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ· μετὰ οὖν τὸν παντοκράτορα Θεὸν ἡμῶν καὶ πατέρα τοῦ τε ἐνεστῶτος καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κύριον πάσης τε πνοῆς καὶ δυνάμεως δημιουργὸν, καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ, φοβήθητί σου τὸν ἄνδρα ὦ γύναι· καὶ ἐντράπηθι αὐτῷ ὑπάρχουσα εὐάρεστος ἐν ταῖς διακονίαις αὐτοῦ, ἵνα καὶ ἐπὶ σοὶ μακαρισθῇ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς σοφίας τῆς λεγούσης διὰ Σολομῶντος τάδε· γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν ἡ τοιαύτη· C θαρσεῖ ἐπ' αὐτῇ ἡ καρδία τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· ἡ τοιαύτη σκύλων οὐκ ἀπορήσει· ἐνεργεῖ γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἀγαθὰ κατὰ πάντα τὸν βίον, μηρυσαμένη ἔριον καὶ λίνον ἐποίησεν εὔχρηστα ταῖς χερσὶν αὐτῆς· ἐγένετο, ὡς ναῦς ἐμπορευομένη, μακρόθεν συνάγουσα αὐτῷ τὸν βίον· καὶ ἀνίσταται ἐκ νυκτῶν, καὶ ἔδωκεν βρώματα τῷ οἴκῳ, καὶ ἔργα ταῖς θεραπαίναις· θεωρήσασα γεώργιον ἐπρίατο· ἀπὸ δὲ καρπῶν τῶν χειρῶν αὐτῆς ἐφύτευσε κτῆμα, ἀναζωσαμένη τὴν ὀσφὺν αὐτῆς ἤρεισε τοὺς ἑαυτῆς βραχίονας, καὶ ἐγεύσατο, ὅτι καλὸν τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ οὐκ ἀποσβέννυται ὁ λύχνος αὐτῆς ὅλην τὴν νύκτα· τοὺς πήχεις αὐτῆς ἐκτείνει εἰς τὰ χρήσιμα, τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον· D χεῖρας δὲ αὐτῆς διήνοιξε πένητι καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ· οὐ φροντίζει τῶν ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· πάντες γὰρ οἱ παρ' αὐτῇ εἰσιν ἐνδεδυμένοι δισσὰς στολὰς, καὶ χλαίνας ἐποίησε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας ἐνδύματα· περίβλεπτος δὲ γίνεται ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἡνίκα ἂν κάθηται ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν κατοικούντων· σινδόνας ἐποίησε, καὶ ἀπέδοτο τοῖς Φοίνιξι· περιζώματα δὲ τοῖς Χαναναίοις· δόξαν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· καὶ εὐφράνθη ἐν ἡμέραις ἐσχάταις· στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς καὶ προσηκόντως καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς· στεγναὶ δὲ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς· σῖτα δὲ ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγε· τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει σοφῶς καὶ ἐννόμως· θεσμοὶ δὲ E ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς· ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ πλουτήσαντα ἤνεσαν αὐτὴν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐπῄνεσεν αὐτήν· πολλαὶ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον, πολλαὶ ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ ὑπέρκεισαι καὶ ὑπερῆρας πάσας· ψευδεῖς ἀρέσκειαι καὶ μάταιον κάλλος γυναικὸς μὴ ἔστω σοι· γυνὴ γὰρ εὐσεβὴς εὐλογεῖται, φόβον δὲ κυρίου αὐτὴ αἰνείτω· δότε αὐτῇ ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτῆς, καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ πάλιν, γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ πάλιν· πολλαὶ γυναῖκες ᾠκοδόμησαν οἶκον· μεμαθήκατε, ὁποῖα ἐγκώμια γυνὴ σώφρων καὶ φίλανδρος λαμβάνει ἀπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ. εἰ πιστὴ καὶ ἀρεστὴ κυρίῳ βούλει εἶναι ὦ γύναι,

γυναῖ, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τῷ ἀρέσκειν σε ἀλλοτρίοις A ἀνδράσι, μηδὲ τὰ τῆς ἑταιριζομένης ἐμπλέγματα· ἢ ἐνδύματα, ἢ θέσεις μιμοῦ φορεῖν ἐπὶ τὸ ὑπάγεσθαί σε τοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα παιδευομένους· καὶ γὰρ εἰ σὺ οὐκ ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ταῦτα ποιεῖς τὰ μύση, ἐπὶ δὲ τὸ μόνον καλλωπίζεσθαι, οὐδ᾽ οὕτως ἐκφεύξῃ τὴν δίκην εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, ἀναγκάσασα ἐπενεχθῆναί σοι τινά, εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου, καὶ μὴ ἑαυτὴν φυλάξασα ἐπὶ τὸ μήτε σε ὑποπεσεῖν ἁμαρτίᾳ, μήτε μὴν ἑτέροις σκανδάλῳ· εἰ δὲ ἁμαρτήσεις ἐκδοῦσα ἑαυτήν, καὶ σὺ ἐπλημμέλησας, κἀκείνου ἔνοχος τῆς ψυχῆς ἐγένου. εἶτα ἁμαρτήσασα ἐφ᾽ ἑνί, ὥσπερ ἀπογνοῦσα εἰσάπαξ, ἐφ᾽ ἑτέροις ἐκτραπήσῃ πάλιν ἀπηλγηκυῖα· B καθά φησιν ὁ θεῖος λόγος· ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· ἐπέρχεται δὲ αὐτῷ ἀτιμία καὶ ὄνειδος· ἡ γὰρ τοιαύτη λοιπὸν ἀφειδῶς τετρωμένη παγιδεύει ψυχὰς ἀφρόνων· μάθωμεν οὖν καὶ τὰς τοιαύτας πῶς θριαμβεύει ὁ θεῖος λόγος φάσκων· ἐμίσησα ὑπὲρ τὸν θάνατον τὴν γυναῖκα· ἥ τις ἐστὶ θήρευμα καὶ σαγήνη καρδίας· δεσμοὶ δὲ χεῖρες αὐτῆς. καὶ ἐν ἄλλοις, ὥσπερ ἐνώτιον χρυσοῦν ἐν ῥινὶ ὑός, οὕτω γυναικὶ κακόφρονι κάλλος· καὶ πάλιν· ὥσπερ ἐν ξύλῳ σκώληξ, οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνδρας γυνὴ κακοποιός· καὶ πάλιν κρεῖσσον οἰκεῖν ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, ἢ μετὰ γυναικὸς γλωσσώδους, καὶ μαχίμης· μὴ οὖν C μιμεῖσθε τὰς τοιαύτας γυναῖκας ὑμεῖς αἱ Χριστιαναὶ ὑπάρχουσαι· πιστὴ δὲ θέλουσα εἶναι τῷ σῷ ἀνδρί, πρόσεχε ἐπὶ τὸ ἀρέσκειν αὐτῷ μόνῳ· ἐν δὲ ταῖς πλατείαις σκέπουσα τὴν κεφαλήν σου· διὰ γὰρ τῆς ἐπικαλύψεως ἀποκλείσεις τὴν θέαν τοῖς περιεργοτέροις· μὴ καταζωγραφῇς σου τὸ ὑπὸ Θεοῦ πεποιημένον πρόσωπον· οὐδὲν γὰρ ἐν σοί, ὃ κοσμήσεως δεῖται· ἐπείπερ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεός, καλὰ λίαν, ἀσελγὴς δ᾽ ἐν καλῷ ἐπικόσμησις, τεχνίτου χάριν ἐνυβρίζει. κάτω βλέπουσα τὴν ὁδοιπορίαν σου ποιοῦ, περικαλύπτουσα ἑαυτήν, καθὼς πρέπει γυναιξίν.

A viris placeas, neque meretriculæ capillum calamistratum, aut vestitum, aut calceos ad gestandum imiteris, ut eos qui istis irretiuntur, ad te pellicias: hæc enim tametsi non facias ad peccandum, sed tantummodo ad cultum, tamen ne hac quidem ratione & via futuras pœnas effugies, quæ alium coegisti, ut ad te appetendum alliceretur, neque cavisti, ut neque ipsa peccato succumberes, neque aliis scandalo: quod si etiam pecces teipsam dedendo, ipsa deliqueris, & animæ alterius rea fueris. Deinde cum in uno quasi semel despicanter peccatum commiseris, ad alios rursus deflectes sine sen- B su doloris, sicut ait scriptura: Cum venerit impius in profundum peccatorum, contemnit, insequitur vero eum dedecus, & probrum. Hujusmodi enim mulier deinceps crudeliter sauciata animas insipientium illaqueat. *Audiamus igitur quomodo divina scriptura eas, quæ tales sunt, notat, cum ait: odi pejus morte mulierem, quæ est venatio, & sagena cordis, laquei vero manus ejus.* & alias, *quale est monile aureum in naribus suis, talis est pulchritudo mulieris malitiosæ.* & iterum: *sicut in ligno vermis, sic mulier malefica viros perdit.* & rursus: *præstat habitare sub dio in angulo, quam cum muliere loquace, & pugnace.* Ne igitur vos, C quæ Christianæ estis, tales imitemini. Si autem vis fidelis esse viro tuo, stude, ut ei tantum placeas, in plateis vero caput tuum obnube: obtegendo enim caput, aspectum curiosioribus occludes. Ne pin[g]as faciem tuam, quam tibi Deus finxit: ni[h]il enim in te est, quod ornatu indigeat, quandoquidem universa, quæ Deus fabricatus est, pulchra nimis, impu[d]icus vero ornatus pulchræ formæ addit[u]s artificis gratiam contumeliose dedecorat. [In]ce[d]e ergo dejectis oculis deorsum, atque ob[te]cta, ut mulieres decet.

Proverb.

Περὶ τοῦ μὴ συλλούεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν. D

ΚΕΦΑΛ. θʹ.

Παραιτοῦ καὶ τὴν ἐν βαλανείῳ μετὰ ἀνδρῶν ἄτακτον γινομένην λοῦσιν. πολλὰ γὰρ τὰ δίκτυα τοῦ πονηροῦ. ἀνδρόγυνον γυνὴ πιστὴ μὴ λουέσθω· εἰ γὰρ περικαλύπτεται τὸ πρόσωπον τὴν ἀπὸ ἀλλοτρίων ἀνδρῶν ὄψιν μετὰ αἰδοῦς κρύπτουσα, πῶς γυμνὴ μετὰ ἀνδρῶν ἡ τοιαύτη εἰς λουτρὸν εἰσελεύσεται; γυναικείου δὲ ὄντος βαλανείου εὐτάκτως μετὰ αἰδοῦς μεμετρημένως λουέσθω· μὴ περισσοτέραν δὲ λοῦσιν ποιείσθω, μηδὲ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλ᾽ εἰ δυνατόν, μηδὲ καθημέραν· ὥρα δέ σοι ἔστω τακτὴ ἡ τῆς καιρολουσίας δεκάτη· δεῖ γάρ σε πιστὴν οὖσαν ἐκ παντὸς καὶ πάντοτε τὴν πολυόφθαλμον περιεργίαν φεύγειν. E

Ne mulier cum viris lavet.

CAPVT IX.

Cave etiam in balneo indecoram cum viris lavationem, multa enim sunt dæmonis retia. Christiana femina ne cum viris lavet: etenim si se tegit, ut oculos alienorum virorum cum pudore vitet, quomodo hujusmodi mulier cum viris in balneas ingredietur? Si vero fuerit balneum muliebre, lavet modeste, verecunde & moderate, non autem supervacue neque nimis, neque [sæ]pius, neque meridie: immo si fieri potest, [n]eque quotidie: Sit vero constitutum tempus tempestivæ lavationis hora decima. oportet enim te, quæ fidelis es, omnibus modis, ac semper multorum oculorum curiositatem vitare.

Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός.

ΚΕΦΑΛ. ιʹ.

Τὸ δὲ μάχιμόν σου πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου περίκοψον πιστὴ ὑπάρχουσα· ἵνα σου ὁ ἀνὴρ ἐὰν ᾖ ἄπιστος, ἢ ἐθνικός, μὴ διὰ σὲ σκανδαλισθεὶς βλασφημήσῃ Θεόν, καὶ σὺ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος εὑρεθῇς παρὰ Θεῷ· οὐαὶ γάρ φησι δι᾽ οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν· εἰ δὲ πιστὸς

De muliere pugnace, & loquace.

CAPVT X.

Noli autem, quæ fidelis es, pugnax esse contra ullum, præsertim contra virum tuum, ne vir tuus si infidelis sit vel Gentilis, scandalum passus tua caussa, in Deum sit blasphemus, & tu apud Deum illud væ sortita reperiaris: *Væ enim*, inquit, *ei, per quem nomen meum blasphematur in gentibus.* Si autem maritus

Isaia 52.

maritus tuus fidelis est, cogetur, ut qui scripturas sciat, dicere verbum, quod in sapientia domini scriptum est, melius est habitare in solitudine, quam cum loquace, & pugnace muliere. Vos igitur mulieres pudore, & lenitate religionem Dei, & in eum pietatem declarate iis etiam omnibus, qui foris sunt, tum viris, tum fœminis, ut sic eos ad finem traducatis, & excitetis. Quod si vos sorores, & filiæ ac membra nostra brevi admonitione hactenus erudimus, ipsæ etiam ut sapientes perseverate sine probro vitæ, & studete disciplinas nosse, quibus ad regnum domini nostri eidem placendo appropinquare, & in eo requiescere possitis.

Prov. 21.

A ὑπάρχει σου ὁ ἀνὴρ, ἀναγκασθήσεται, ὡς εἰδὼς τὰς γραφὰς εἰπεῖν τὸ ῥῆμα τὸ γεγραμμένον ἐν τῇ σοφίᾳ, κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς γλωσσώδους καὶ μαχίμης· αἱ οὖν γυναῖκες διὰ τῆς αἰδοῦς καὶ πραότητος τὴν θεοσέβειαν ἐνδείκνυσθε εἰς ἐπιστροφὴν καὶ προκοπὴν πίστεως· καὶ τοῖς ἐκτὸς πᾶσιν, εἴτε γυναιξὶν, εἴτε ἀνδράσι. καὶ εἰ δι' ὀλίγων νουθετήσαντες ἐπαιδεύσαμεν ὑμᾶς ἀδελφαὶ καὶ θυγατέρες καὶ μέλη ἡμῶν, ὡς σοφαὶ καὶ αὐταὶ ἀλοιδόρητοι τοῦ βίου διαμείνατε· ἐκζητεῖτε μαθήματα γινώσκειν, δι' ὧν δυνήσεσθε τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐγγίσαι βασιλείᾳ εὐαρέστως, καὶ ἀναπαύσεσθαι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

B

LIBER SECVNDVS.

De episcopis, presbyteris, & diaconis.

Quod oporteat episcopum esse eruditum, & in sermone exercitatum.

CAPVT I.

De episcopis vero ex domino nostro audivimus, oportere eum, qui pastor est, & episcopus in ecclesiis totius parœciæ constitutus, alienum esse a crimine, & reprehensione, quem nulla humanæ injustitiæ macula attigerit, non minorem natu quam annorũ quinquaginta, quod ea ætas quodammodo jam juveniles petulantias, & eorum, qui foris sunt, obtrectationes effugerit contra quorundam falsorũ fratrum vituperationes, quas multis inferunt, dum ignorant, quod dominus in evangelio dixit, qui loquitur verbum otiosum, reddet de eo rationem domino in die judicii: & rursus ex verbis tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Sit igitur eruditus, usu sermonis exercitatus, ætate inclinante. Sin vero in parva quapiam parœcia ætate provectus non reperiatur, & sit aliquis, cum quo qui versati sunt, testimonium dederint; dignum esse qui fiat episcopus, qui in adolescentia, mansuete, & composite vivendo, senilem ætatem plane ostendat, si talium testimonio probatur, quod in pace fiat, esto episcopus. Etenim Salomon annos natus XII. rex Israel fuit: Item Iosias juste regnavit, cum esset VIII. annorum: & Ioab septimum annum agens populum rexit. Quare etsi juvenis est, sit tamen mitis, timens, ac tranquillus, ait enim dominus per Esaiam, *Domine Deus, in quem aspiciam, nisi in humilem, & quietum, & metuentem sermones meos?* ad eundem modum in evangelio, *Beati*, inquit, *mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Sit præterea etiam misericors quia rursus dictum est, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur.* Ad hæc, sit quoque pacis conciliator, quia rursum ait, *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabũtur.* Sit illi recta cõscientia: sit omnis vitii, improbitatis, & injustitiæ purus, quoniam rursus dictum est, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Esaia 66.
Matth. 5.
Ibid.
Ibid.
Ibid.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων.

Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου.

ΚΕΦΑΛ. α'.



C Περὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν, τὸν ποιμένα τὸν καθιστάμενον ἐπίσκοπον εἰς τὰς ἐκκλησίας ἐν πάσῃ παροικίᾳ, δεῖ ὑπάρχειν ἀνέγκλητον, ἀνεπίληπτον, ἀνέπαφον πάσης ἀδικίας ἀνθρώπων, οὐκ ἔλαττον ἐτῶν * πεντήκοντα· ὅτι τρόπῳ τινὶ τὰς νεωτερικὰς ἀταξίας· καὶ τὰς ἔξωθεν διαβολὰς ἐκπεφευγὼς ὑπάρχει πρὸς τὰς τινων ψευδαδέλφων εἰς πολλοὺς ἐπιφερομένας βλασφημίας, οὐ γινωσκόντων ῥῆμα Θεοῦ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὃς ἂν λαλήσῃ ῥῆμα ἀργὸν ἀποδώσει περὶ αὐτοῦ λόγον τῷ κυρίῳ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· καὶ πάλιν, ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ· ἔστω οὖν πεπαιδευμένος καὶ ἔμπειρος τοῦ λόγου· καθήκων τῇ ἡλικίᾳ· εἰ δὲ καὶ ἐν παροικίᾳ μικρᾷ ὑπαρχούσῃ που προβεβηκὼς τῷ χρόνῳ μὴ εὑρίσκηται μεμαρτυρημένος ὑπὸ τῶν συνόντων αὐτῷ ὡς D ἄξιος ἐπισκοπῆς, διὰ τῆς νεότητος ἐν πραότητι καὶ εὐταξίᾳ γῆρας ἐπιδεικνύμενος δοκιμασθεὶς, εἰ ὑπὸ τῶν τοιούτων μαρτυρεῖται, καθιστάσθω ἐν εἰρήνῃ· καὶ γὰρ Σολομὼν δωδεκαετὴς τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσε, καὶ Ἰωσίας ἐν δικαιοσύνῃ ὀκτὼ ἐτῶν ἐβασίλευσεν· ὁμοίως δὲ καὶ Ἰωὰς ἑπτὰ ἐτῶν ἦρξε τοῦ λαοῦ, ὥστε εἰ καὶ νέος, ἀλλὰ πρᾶος ὑπαρχέτω, δειλός τε καὶ ἡσύχιος, ὅτι λέγει διὰ τοῦ Ἡσαΐου κύριος ὁ Θεὸς, ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους διαπαντός· ὁμοίως καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὕτω· μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν· ἔστω δὲ καὶ ἐλεήμων· ὅτι πάλιν εἴρηται· E μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· γινέσθω δὲ καὶ εὐσυνείδητος· πάσης κακίας καὶ πονηρίας, καὶ ἀδικίας κεκαθαρισμένος, ὅτι πάλιν εἴρηται, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ Θεὸν ὄψονται.

* Ex compendiaria nota λ, factum esse π, arbitror levi mutatione.

Qualem esse oporteat episcopum, & reliquos clericos.

CAPVT II.

1. Tim. 3.

Sit igitur *sobrius, pudicus, modestus, constans, sedatus, non vinolentus, non percussor,*

Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς.

ΚΕΦΑΛ. β'.

Ἔστω οὖν καὶ νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, εὐσταθὴς, ἀτάραχος, μὴ πάροινος, μὴ πλήκτης,

ἀλλ'

ἀλλ' ἐπιεικὴς, ἄμαχος, ἀφιλάργυρος, μὴ νεόφυτος, ἵνα μὴ τυφωθεὶς, εἰς κρίμα ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. τοιοῦτον δὲ δεῖ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον, μιᾶς ἄνδρα γεγενημένον γυναικὸς μονογάμου, καλῶς τοῦ ἰδίου οἴκου προεστῶτα· οὕτω γὰρ δοκιμαζέσθω, ὁπότ' αὐτὴν χειροτονίαν λαμβάνων καθίσταται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς, εἰ ἔστι σεμνὸς, πιστὸς, καὶ κόσμιος, εἰ γυναῖκα σεμνὴν καὶ πιστὴν ἔχοι, ἢ ἔσχηκεν· εἰ τέκνα θεοσεβῶς ἀναθρέψας καὶ ἐν νουθεσίᾳ κυρίου παιδεύσας προήγαγεν· εἰ οἱ κατ' οἶκον αὐτοῦ εὐλαβούμενοι καὶ ἐντρεπόμενοι αὐτὸν ὑπήκοοι πάντες εἰσὶν αὐτῷ· εἰ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα ἴδιοι αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν στασιάζουσι καὶ ἀπειθοῦσι, πῶς οἱ ἔξω τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἴδιοι γενόμενοι αὐτῷ ὑποταγήσονται;

A *sed æquus, non pugnax, non avarus; non neophytus, ne superbia elatus in iudicium, & laqueum diaboli incidat: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur.* Talem vero esse oportet episcopum, qui unam uxorem duxerit, quæ uni tantum nupsit: qui domui suæ recte præfuerit. (1.Tim.3.) Sic enim probandus est, cum in gradu episcopi per ordinationem collocatur, an sit pudicus, fidelis, & modestus: an uxorem habeat pudicam, & fidelem, aut habuerit: an liberos pie educando, & monitis domini erudiendo, provexerit: an eum metuant, & revereantur, eidemque obediant domestici omnes. Etenim si ii quos habet secundum carnem suos, secum habet B dissentientes, & repugnantes, quemadmodum quos habet extra domum factos suos, se ei subjicient, & obedientes præbebunt?

Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Δοκιμαζέσθω οὖν, εἰ ἄμωμός ἐστι περὶ βιωτικὰς χρείας· γέγραπται γὰρ μωμοσκοπεῖσθαι τὸν μέλλοντα εἰς ἱερωσύνην προχειρίζεσθαι· ὑπαρχέτω οὖν καὶ ἀόργητος, ὅτι λέγει ἡ σοφία· ὀργὴ καὶ φρονίμους ἀπόλλυσιν· ἔστω δὲ εὔσπλαγχνος, ἀδάπανος, ἀγαπητικός. ὅτι λέγει κύριος, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· ἔστω καὶ εὐμετάδοτος, φιλόχηρος, φιλόξενος, ὑπηρετικὸς, εὐδιάκονος, εὔσκυλτος, ἀνεπαίσχυντος, εἰδὼς τὸν μᾶλλον ὄντα ἄξιον ὑπολήψεως.

Quæ sint inquirenda in eligendo episcopo.

CAPVT III.

Excutiatur igitur, an in iis, quæ ad usum hominum, atque vitam pertinent, omni vitio vacet; Scriptum est enim, *Inspicite, an sit macula, & vitium corporis in eo,* qui eligitur ad sacerdotium. (Levit. 2.) ergo sit etiam non iracundus: ait enim sapientia, *iracundia etiam prudentes perdit.* Sit deinde misericors: non sumptuosus in parva: C sit caritatis studiosus, ait enim dominus: *In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli, si diligatis invicem.* (Ioan. 13.) Sit promptus ad impertiendum, benevolus viduis, hospitalis, promptus ad ministrandum, facilis ad subeundas vexationes: nihil habeat, in quo erubescat, non ignoret, quisnam dignior sit sublevatione.

Ὅτι οὐχ ἑκάστῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε τὴν ὕπανδρον προκρίνειν, καὶ ὅτι καταφαγᾷ, μεθύσῳ, ἀργῷ οὐ μεταδιδόναι χρή.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Εἰ γὰρ χήρα τις ὑπάρχουσα ἡ δυναμένη ἐπαρκεῖν ἐν τῷ βίῳ τὰ χρήσιμα, ἑτέρα δὲ οὐ χήρα, ἀλλ' ἐνδεὴς ὑπάρχει διὰ νόσον, ἢ τεκνοτροφίαν, ἢ δι' ἀσθένειαν χειρῶν, ἐπὶ ταύτην μᾶλλον ἐκτεινάτω τὴν χεῖρα· εἰ δέ τις ὡς καταφαγᾶς, ἢ μέθυσος, ἢ ἀργὸς, ἐν τοῖς βιωτικοῖς θλίβεται, οὐκ ἔστιν ἄξιος ἐπικουρίας, οὔτε μὴν ἐκκλησίας Θεοῦ· λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ τούτων φάσκουσα, ὅτι κρύψας ὀκνηρὸς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὑπὸ τὸν κόλπον, οὐ δυνήσεται ἀπενεγκεῖν αὐτὴν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ πάλιν· ὁ ἀργὸς περιέλαβεν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτοῦ· πᾶς γὰρ μέθυσος, καὶ πορνοκόπος, πτωχεύσει, καὶ ἐνδύσεται διεῤῥωγότα καὶ ῥακώδη πᾶς ὑπνώδης, καὶ ἐν ἄλλοις· ἐὰν δὲ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷς τοὺς ὀφθαλμούς σου, ὕστερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρου, ὡς ἀληθῶς γὰρ μήτηρ ἐστὶν ἡ ἀργία τοῦ λιμοῦ.

Quod non sit tribuendum unicuique viduæ, & aliquando anteponenda sit non vidua, & quod viduæ voraci, temulentæ, otiosæ, non sit largiendum.

CAPVT IV.

D Etenim si quæ vidua est, quæ facere possit, ut quantum satis est, ad usus vitæ sibi suppetat, alia vero non vidua, sed tamen egens, aut propter ægritudinem, aut quia sint ei alendi filii, aut quia non potest infirmis manibus parare victum, huic potius manum porrigat: Si quis vero in iis quæ ad victum pertinent, inopia premitur, quia edax, ebriosus, aut otio deditus sit, hic non est subsidio dignus, immo neque dignus ecclesia Dei, de hoc enim ait scriptura: *Piger, qui manum suam in sinum abdidit, non poterit eam inde ad os referre.* (Proverb. 19. 23. 26.) & rursus: *Otiosus manus suas complexus est, & carnes suas devoravit:* (Eccl. 4.) omnis enim ebriosus, & leno inopiam laborabit, & lacero E vestitu utetur, qui se nimium dederit somno. & alias: *Si in phialas, & pocula oculos tuos dederis, nudior pistillo ambulabis postea:* vere enim ex otio nascitur fames.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὴν δίαιταν συνεσταλμένον.

ΚΕΦΑΛ. ε'.

Ἔστω δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀπροσωπόληπτος, μήτε πλούσιον ἐντρεπόμενος ἢ κολακεύων παρὰ τὸ

Quod oportet episcopum non esse acceptatorem personarum & quod esse debeat moderatus, & sobrius.

CAPVT V.

Ne sit autem episcopus acceptator personarum, neque plusquam par est, divitem

revereatur, aut ei blandiatur: neve pauperem despiciat, aut oppr. nat, *Non enim* (inquit dominus Moysi) *personam divitis accipies: & pauperis non misereberis in judicio, quoniam domini est judicium.* & iterum, *quod justum est, juste persequeris.* Sit contentus cibo, & potu, qui sufficiat, ut possit sobrius esse ad monendum imperitos. Ne sit multus in insumendo, ne voluptuarius, n. delicatus, ne deditus escis suavibus. Sit malor m tolerans, magna patientia in monendo, r alta didicerit, meditetur de libris domini, & studeat eis. Sit multus in lectione, ut scripturas accurate interpretetur, evang lium, ut prophetis & legi consonet: legem, & prophetas, ut evangelio, ait enim dominus, *Scrutamini scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* & iterum, *de me enim scripsit Moyses.* Ante omnia sit episcopus bonus divisor, qui legem, & deuterosim distin uat, & demonstret quid sit lex fidelium, & quid vincula infidelium, ne quis sub vinculis ruat. habe ' ur curam verbi episcope, ut possis omnia secundum verbum interpretari, ac multa doctrina populum tuum copiose nutrias, & illustratione legis illumines, *accendite enim vobis:* ait dominus, *lumen cognitionis, dum tempus est.*

Levit. 19. Deut. 1. & 16. Deut. 16. Ioan. 5. Osea 10.

Quod debeat episcopus non esse turpi lucro deditus, neque spondere pro alio, neque advocatus esse.

CAPVT VI.

Ne sit vero episcopus turpiter quæstuosus, & præsertim in conspectu Gentilium, malitque ipse incommodo affici, quam alterum afficere; ne sit circumventor, ne raptor, ne defraudator, & maledicus, ne falsus testis, ne iracundus, ne contendendi cupidus, ne se negotiis vitæ implicet, ne pro aliis spondeat, ne caussas nummarias defendat, ne sit cupidus præsidendi, ne duplici animo, neve duplici lingua sit, ne delationem, aut maledicentiam auribus libenter excipiat, ne sit simulator, ne in agitandos dies festos Gentilium aliquid conferat, ne vanis fallaciis, & præstigiis utatur, ne sit appetitionibus deditus, neque avarus, quod sint hæc omnia inimica Deo, & amica dæmonibus. Hæc eadem omnia episcopus exemplo suo confirmans, laicis præcipiat, inducens eos ad imitandum mores suos, *facite enim ait reverentes filios Israel.* Sit præterea sapiens, modeste de se sentiens, studiosus monendi de disciplina, & præceptis domini: sit norma virtutis, sit ab omnibus studiis, & institutis pravis vitæ hujus, & ab universis Gentilium cupiditatibus alienus: sit attentus, perspicax ad cognoscendum improbos, & ab eis cavendum, omnium vero amicus, justus, omnia dijudicans. Denique quæcunque in hominibus pulchra sunt, hæc in se episcopus habeat. Cum enim extra omnem reprehensionem pastor erit, exemplo vitæ suos discipulos ad facta sua, & actiones imitandas impellet, &, ut in quodam loco ait Propheta, *erit sicut sacerdos, sic & populus.* Dominus enim idemque magister noster Iesus Christus Dei filius *primum cœpit facere, deinde docere*, ut in quodam loco Lucas dicit, unde ait: *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in*

Levit. 15. Isaia 24. Osea 9. Act. 1. Matth. 5.

προσῆκον, μήτε πένητα παρορῶν, ἢ καταδυναστεύων· οὐ λήψῃ γάρ, φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ, πρόσωπον πλουσίου, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις· καὶ πάλιν, δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον· τροφὴ δὲ καὶ ποτὸς λυσιτελὴς καὶ αὐτάρκης ὑπαρχέτω τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα δυνηθῇ νήφειν πρὸς τὸ νουθετεῖν τοὺς ἀπαιδεύτους· ἔστω δὲ μὴ δάπανος, μὴ τρυφητής, μὴ ἡδύβιος, μὴ χρησοφάγος· ἔστω δὲ ἀνεξίκακος· μακρόθυμος ἐν ταῖς νουθεσίαις· πολυδίδακτος, μελετῶν καὶ σπουδάζων ἐν ταῖς κυριακαῖς βίβλοις· πολὺς ἐν ἀναγνώσμασιν· ἵνα τὰς γραφὰς ἐπιμελῶς ἑρμηνεύῃ, ὁμοστοίχως τοῖς προφήταις καὶ τῷ νόμῳ τὸ εὐαγγέλιον ἑρμηνεύων· ὁμοίως τῷ εὐαγγελίῳ στοιχείτωσαν αἱ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν ἑρμηνεῖαι· λέγει γὰρ ὁ κύριος Ἰησοῦς· ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ, καὶ πάλιν· περὶ γὰρ ἐμοῦ Μωσῆς ἔγραψε· πρὸ πάντων δὲ διαστολεὺς ἀγαθὸς γινέσθω. νόμον καὶ δευτέρωσιν διαιρῶν καὶ δεικνύων τί ἐστι νόμος πιστῶν, καὶ τί δεσμὰ ἀπίστων· ἵνα μή τις ὑποπέσῃ τοῖς δεσμοῖς· ἐπιμελοῦ οὖν τοῦ λόγου ἐπίσκοπε, ἵνα ᾖ δυνατόν σοι πάντα κατὰ λέξιν ἑρμηνεύειν, καὶ ἐν πολλῇ διδαχῇ πλουσίως τρέφῃς καὶ φωτίζῃς τὸν λαόν σου τὸν φωτισμὸν τοῦ νόμου· φωτίσατε γάρ φησιν ὁ Θεὸς ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, ὡς ἔτι καιρός.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε δὲ ἐγγυᾶσθαι ἢ συνηγορεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

Ἔστω δὲ ὁ ἐπίσκοπος μὴ αἰσχροκερδής· καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐθνῶν· βλαπτόμενος μᾶλλον ἢ βλάπτων· μὴ πλεονέκτης, μὴ ἅρπαξ, μὴ ἀποστερητής, μὴ φιλοπλούσιος, μὴ μισόπτωχος, μὴ κατάλαλος, μὴ ψευδόμαρτυς, μὴ θυμώδης, μὴ φιλόμαχος, μὴ ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις συμπεπλεγμένος, μὴ ἐγγυώμενός τινα, ἢ συνηγορῶν δίκαις χρηματικαῖς, μὴ φίλαρχος, μὴ δίγνωμος, μὴ δίγλωσσος, μὴ πρὸς διαβολὴν, ἢ καταλαλιὰν φιλήκοος, μὴ ὑποκριτής, μὴ ταῖς ἑορταῖς τῶν ἐθνῶν ἐπορεγόμενος· ἀπάταις κεναῖς μὴ χρώμενος, μηδὲ ἐπιθυμητικός, μηδὲ φιλάργυρος, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα ἐχθρὰ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχει, καὶ δαιμόνων φίλα· ταῦτα δὲ πάντα ὁ ἐπίσκοπος καὶ τοῖς λαϊκοῖς διαβεβαιούμενος παραγγελλέτω, ἐνάγων αὐτοὺς μιμητὰς γίνεσθαι τοῦ ἑαυτοῦ τρόπου· εὐλαβεῖς γάρ φησι, ποιήσατε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· ἔστω δὲ σοφὸς, ταπεινόφρων, νουθετητικὸς ἐν ταῖς κυριακαῖς παιδείαις, καλογνώμων, ἀποτεταγμένος πᾶσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ πονηροῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ πάσαις ἐθνικαῖς ἐπιθυμίαις· ἔστω εὐπρόσακτος, ὀξὺς πρὸς τὸ γνῶναι τοὺς φαύλους, καὶ φυλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν· φίλος δὲ ὢν πάντων, δίκαιος, κριτικός, καὶ ὅσα καλὰ ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν, ἢ ὑπάρχει, ταῦτα ὁ ἐπίσκοπος ἐν ἑαυτῷ κεκτήσθω· ὅτι ἀνεπίληπτος ἀδικίας ὢν ποιμὴν τοὺς ἰδίους αὐτοῦ μαθητὰς ἀναγκάσει καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ προτρέψασθαι τῶν ἰδίων αὐτοῦ ποιημάτων μιμητὰς ἀξίους γενηθῆναι, ὡς λέγει που καὶ ὁ προφήτης, καὶ ἔσται καθὼς ὁ ἱερεὺς, οὕτω καὶ ὁ λαός· καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν καὶ διδάσκαλος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἤρξατο πρῶτον ποιεῖν, καὶ τότε διδάσκειν, ὥς που λέγει ὁ Λουκᾶς, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν, διό φησιν, ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ

τοῦ Θεοῦ

τοῦ Θεοῦ. σκοποὺς γὰρ εἶναι δεῖ ὑμᾶς τοῦ λαοῦ τοὺς ἐπισκόπους, ὅτι καὶ ὑμεῖς σκοπὸν ἔχετε τὸν Χριστὸν, καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε σκοποὶ ἀγαθοὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτι λέγει κύριος διὰ τοῦ Ιεζεκιὴλ πρὸς ἕκαστον ἡμῶν φάσκων, υἱὲ ἀνθρώπου, σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ισραὴλ, καὶ ἀκούσῃ ἐκ στόματός μου λόγον, καὶ διαφυλάξεις καὶ διαγγελεῖς αὐτὸν παρ' ἐμοῦ, ἐν τῷ λέγειν με τῷ ἀνόμῳ, θανάτῳ ἀποθανῇ, καὶ οὐκ ἐλάλησας τοῦ διαστεῖλαι ἄνομον ἐκ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ, ὁ ἄνομος ἐκεῖνος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω· σὺ δὲ ἐὰν διαστείλῃ τῷ ἀνόμῳ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ ἀποστρέψαι ἀπ' αὐτῆς μὴ ἀποστρέψῃ, αὐτὸς ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται καὶ σὺ τὴν ψυχήν σου ἐρρύσω. ὡσαύτως δὲ μάχαιρα πολέμου, ἐὰν ᾖ ἐρχομένη καὶ στήσῃ ὁ λαὸς σκοπὸν εἰς προφυλακὴν, καὶ ἰδὼν αὐτὴν ἐρχομένην, μὴ προμηνύσῃ, καὶ λάβῃ ψυχήν· ἡ μὲν ψυχὴ τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῆς ἐλήφθη· τὸ δὲ αἷμα ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητηθήσεται, ὅτι οὐκ ἐσήμανε τῇ σάλπιγγι· ἐὰν δὲ σημάνῃ, καὶ μὴ φυλάξηται ὁ ἀκούσας, καὶ ἔλθῃ ἡ μάχαιρα, καὶ λάβῃ αὐτὸν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἔσται· ὅτι οὐκ ἐφυλάξατο ἀκούσας τῆς κερατίνης· ὁ δὲ φυλαξάμενος, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐρρύσατο· καὶ ὁ σκοπὸς ὅτι ἐσήμανε, ζωῇ ζήσεται· μάχαιρα μέν ἐστιν ἡ κρίσις· σάλπιγξ δὲ, τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον· σκοπὸς δὲ, ὁ καταστεὶς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος· ὃν δεῖ κηρύσσοντα διαμαρτύρεσθαι καὶ διαβεβαιοῦσθαι περὶ τῆς κρίσεως· ἐὰν μὴ διαγγείλητε, καὶ διαμαρτύρησθε τῷ λαῷ, εἰς ὑμᾶς ἡ ἁμαρτία τῶν ἀγνοούντων εὑρεθήσεται. διὸ τοὺς ἀναστρεφομένους ἐν ἀπαιδευσίᾳ, νουθετεῖτε. καὶ ἐλέγχετε μετὰ παρρησίας, τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκετε· τοὺς ἐπισταμένους στηρίζετε· τοὺς πεπλανημένους ἐπιστρέφετε. τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντες, ἀδελφοὶ οὐχ ἁμαρτησόμεθα· ἐκ γὰρ τοῦ πολλάκις ἀκούειν εἰκός τινας δυσωπηθέντας κἂν ἅπαξ τι τῶν καλῶν ποιῆσαι καὶ τῶν πονηρῶν παραιτήσασθαι· λέγει γὰρ διὰ προφήτου ὁ Θεὸς, διαμαρτύρει αὐτοῖς ταῦτα· ἴσως ἀκούσονταί σου τῆς φωνῆς· καὶ πάλιν· ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα ἐνδῶσι· καὶ ὁ Μωσῆς φησι τῷ λαῷ, ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃς κυρίου τοῦ Θεοῦ· καὶ ποιήσῃς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ πάλιν· ἄκουε Ισραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν· καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πολλάκις μνημονεύεται λέγων· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, καὶ ὁ σοφὸς Σολομών φησιν· ἄκουε υἱὲ παιδείαν πατρός σου, καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου· καὶ μέχρι σήμερον οὐκ ἤκουσαν· καὶ δοκοῦντες γὰρ ἀκηκοέναι παρήκουσαν καταλείψαντες τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ εἰς τὰς ὀλεθρίους, καὶ δεινὰς αἱρέσεις κατασυρέντες, περὶ ὧν αὖθις ἐροῦμεν.

A *regno cælorum.* Vos enim episcopos oportet speculatores populi esse, quod vos quoque speculatorem habeatis Christum. & vos igitur estote boni speculatores populi Dei, ait enim dominus unicuique nostrum per Ezechielem: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel,* Ezech. 33 *& audies ex ore meo sermonem, & custodies, & eum ex me nunciabis, ac cum dixero peccatori, morte morieris, si non locutus fueris, ut abducas peccatorem a peccato suo, peccator ille in peccato suo morietur, & sanguinem ejus ex manibus tuis requiram: Tu vero si explicaveris peccatori de via ejus, ut avertatur, & ipse non fuerit aversus, in peccato suo peribit, & tu animam tuam liberasti. Similiter & gladius belli* B *si veniat, & statuat populus speculatorem ad præcavendum, & videns gladium venientem, non prænunciet, & ceperit animam, anima quidem peccato suo capta est, sanguis vero ex manu speculatoris requiretur, quia non significavit tuba. Sin autem significet buccina, & qui audierit non caveat, & venerit gladius, & tollat eum, sanguis ejus super ipsum erit, quia non cavit audita buccina, qui autem cavit, animam suam liberavit, & speculator, quia significavit, vita vivet.* Gladius quidem est judicium, tuba vero sacrum evangelium: speculator autem C episcopus, qui præest judicio, & ecclesiæ, quem oportet prædicando testari, & affirmare de judicio. Si enim non denunciatum, & testatum populo erit, peccatum ignorantium ascribetur vobis. Quocirca eos, qui extra disciplinam versantur, monete, & audacter ac libere arguite, ignaros docete, scientes roborate, aberrantes in viam reducite. Neque si eadem de eisdem dicta inculcemus, ac repetamus, error fuerit, credibile est enim aliquos sæpe audiendo pudore permotos, vel semel tandem aliquid boni facturos, & aliquid mali declinaturos. ait enim per prophetam Deus: *testificare illis hæc, fortassis vocem tuam audient.* Ierem. 26 & rursus, *si forte audiant, si forte cedant.* & Moyses ad populum, *si auditu audieris domi-* Ezech. 2. 3 D *num Deum, & feceris bonum, & rectum in oculis ejus.* & iterum: *audi Israel, dominus* Deuter. 6 *Deus tuus dominus unus est.* & dominus in evangelio sæpe narratur dixisse, *qui habet au-* Matth. 11 *res audiendi, audiat.* & sapiens Salomon: *Audi (inquit) fili disciplinam patris tui, &* Proverb. 1 *ne abjicias leges matris tuæ.* & usque in hodiernum diem non audierunt, qui enim audisse videntur, audita neglexerunt, quippe qui unum, & solum verum Deum reliquerunt, & in mortiferas, atque horrendas hæreses præcipitati sunt, de quibus postea dicemus.

Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμυημένον.

E *Qualem oportet esse eum, qui baptizatus est.*

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Γνωστὸν δὲ ἔστω ὑμῖν ἀγαπητοὶ, ὅτι οἱ βαπτισθέντες εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου Ιησοῦ, οὐκέτι ὀφείλουσιν ἁμαρτάνειν οἱ τοιοῦτοι· ὡς γὰρ οἱ ἀποθανόντες ἀνενέργητοι πρὸς ἁμαρτίαν ὑπάρχουσιν, οὕτω καὶ οἱ συναποθανόντες τῷ Χριστῷ ἄπρακτοι πρὸς ἁμαρτίαν· οὐ πιστεύομεν οὖν ἀδελφοὶ λουσάμενόν τινα τὸ τῆς ζωῆς λουτρὸν, ἔτι πράσσειν τὰ τῶν ἀνόμων ἀσελγήματα· ὁ δὲ ἁμαρτήσας μετὰ τὸ βάπτισμα, εἰ μὴ μεταγνῷ, καὶ παύσηται τοῦ πλημμελεῖν, εἰς γέενναν κατακριθήσεται.

CAPVT VII.

Scitote vero carissimi, quod qui in nomine domini Iesu Christi baptizati sunt, non debent amplius peccare: ut enim mortui peccatum operari desierunt, sic Christo commortui non dant operam peccato. Itaque non credimus fratres, eum, qui lavacro vitæ lotus est, aliquid eorum facere, quæ homines sine lege flagitiose facere solent. Qui vero post baptisma peccarit, nisi eum peccati pœniteat, & peccare desinat, ad gehennam damnabitur.

A

De eo, cui calumnia adhibetur.

CAPVT VIII.

QVOD si quis ab infidelibus per calumniam delatus sit, quod non jam impure, ut ipsi, vivat, sciat se beatum esse apud Deum,
Matth. 5. ut dominus noster in evangelio ait, *Beati estis cum exprobraverint vobis, & vos persecuti fuerint, & dixerint adversum vos omne malum verbum, mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Si cui igitur convicium propter mendacium fiat, beatus erit: ait enim scriptura, *Vir reprobus non tentatur a Deo.* Si quis vero alicujus maleficii convictus sit, is quidem non sibi tantum nocuit, sed contumeliam universo corpori ecclesiæ, & doctrinæ intulit, quod non faciamus, quæ pulchra & honesta esse prædicamus, quibus quidem exprobrabit dominus illud evan-
Matth. 23. gelii, *dicunt, & non faciunt.* Quocirca tales, postquam vere convicti fuerint, libere, ac fidenter repellet episcopus, nisi mores mutarint.

Περὶ συκοφαντουμένου ἤτοι ἐλεγχομένου.

ΚΕΦΑΛ. η'.

ΕΙ δέ τις ὑπὸ ἀπίστων συκοφαντηθῇ διὰ τὸ μηκέτι αὐτοῖς συνασελγαίνειν, γινωσκέτω, ὅτι μακάριος ὁ τοιοῦτος ὑπάρχει Θεῷ, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, ἢ διώξωσιν, ἢ εἴπωσι καθ' ὑμῶν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. εἰ οὖν τις βλασφημηθείη ἐπὶ ψεύσματι, μακάριος ὁ τοιοῦτος. λέγει γὰρ ἡ γραφή, ἀνὴρ ἀδόκιμος, ἀπείραστος
B παρὰ Θεῷ· εἰ δέ τις ἐλεγχθῇ πράξας τι ἄτοπον, ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον ἑαυτὸν ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ βλασφημίαν προσέτριψε τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας σώματι; καὶ διδασκαλίᾳ, ὡς μὴ ποιούντων ἐκεῖνα, ἃ λέγομεν εἶναι καλά, καὶ ὀνειδισθησόμεθα καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τοῦ κυρίου, ὅτι λέγουσι, καὶ οὐ ποιοῦσιν, ὅθεν τοὺς τοιούτους ἐλεγχθέντας ἀληθῶς παραιτήσεται μετὰ παῤῥησίας ὁ ἐπίσκοπος, εἰ μὴ μεταβάλωνται τὸν τρόπον.

Quod oporteat, ut sit episcopus incorruptus.

CAPVT IX.

DEBET enim episcopus non solum innocens esse, offensionemque vitare; sed etiam non esse personarum acceptator, eos qui delinquunt leni animo castigans. Qui si non bene conscius sibi sit, facile is quidem in gratiam personæ turpi quopiam quæstu, & munere corruptus, parcet ei, qui scelus commisit, sinens eum manere in ecclesia contra domini
Deuter. 16. sententiam, qui ait, *juste persequeris jus, non accipies personam in judicio, non justificabis impium, non accipies munera in anima: munera enim oculos sapientium excæcant: & verba justorum*
Deuter. 24. *depravant.* & alias, *auferte malum ex vobis ip-*
Prov. 22. *sis.* & Salomon in proverbiis, *Ejice*, inquit, *ex concilio pestilentem, & egredietur cum eo contentio.*

Ὅτι ἀδωροδόκητον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον.

ΚΕΦΑΛ. θ'.

C

ΟΥ γὰρ μόνον ἀπρόσκοπον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ ἀπροσωπόληπτον, ἐν χρηστότητι σωφρονίζοντα τοὺς ἁμαρτάνοντας· εἰ δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ εὐσυνείδητος ὑπάρχων, προσωπολήπτης γενόμενος διά τινα αἰσχροκερδῆ δωροληψίαν φείσεται τοῦ ἀνόμως ἁμαρτόντος, ἐάσας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μένειν αὐτόν, παρακούσας τῆς θείας καὶ κυριακῆς φωνῆς τῆς λεγούσης· δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον· οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει· οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ. οὐ λήψῃ δῶρα ἐπὶ ψυχῇ· τὰ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν· καὶ λυμαίνεται ῥήματα δικαίων, καὶ ἐν ἄλλοις φησίν, ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν· καὶ ὁ Σο-
D λομὼν λέγει ἐν παροιμίαις· ἔκβαλε λοιμὸν συνεδρίου, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος.

Quod episcopus, qui temere ei, qui deliquit, parcit, reus efficitur.

CAPVT X.

1. Reg. 15.
1. Reg. 4.
QVI vero hæc non attenderit, pœnas debenti temere ignoscet, ut Sauli evenit in Agag rege: & Eli in filiis, qui dominum non cognoverunt. hujusmodi autem episcopus tum dignitatem suam, tum ecclesiam Dei, ecclesiam dico suæ parœciæ violarit. est itaque hic iniquus Deo, & sanctis hominibus utpote auctor scandali multis novis Christianis, ac catechumenis, insuper adolescentibus, tum maribus, tum feminis, quem manet illud væ, & illa *mola asinaria de collo pendens*, & profundum illud, in quo est, qui pœnas debet. Cum enim eum, qui eis præest, talem esse sentient, propter iniquitatem judicii neglecti, eveniet, ut secum ambigant, & eodem usi morbo cogantur cum eo perire, ut cum Hieroboam populus, & cum Core socii, & adjutores. Sin vero is, qui peccavit, episcopum, & diaconos ejus videat crimine li-

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἡμαρτηκότος ὑπαίτιος γίνεται.

ΚΕΦΑΛ. ι'.

ΟΔὲ μὴ προσέχων τούτοις ἀκρίτως φείσεται ἐπὶ τῷ ὀφείλοντι τιμωρίαν, ὡς ὁ Σαοὺλ ἐπὶ τῷ Ἀγάγ, καὶ ὁ Ἡλεὶ ἐπὶ τοῖς υἱοῖς οὐκ εἰδόσι τὸν κύριον, ὅτι οὗτος ἐβεβήλωσε καὶ τὴν οἰκείαν ἀξίαν
E καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τὴν κατὰ τὴν παροικίαν αὐτοῦ· ἄδικος οὖν οὗτος καὶ Θεῷ, καὶ ὁσίοις ἀνθρώποις, ὡς αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς νεοφωτίστοις, καὶ κατηχουμένοις γενόμενος· ἔτι δὲ νέοις καὶ νέαις τῇ ἡλικίᾳ, ὧν τὸ οὐαὶ περιμένει, καὶ ὀνικὸς μύλος ἐν τῷ τραχήλῳ, καὶ ὁ βυθός, ἐν ᾧ ὑπόδικος ὑπάρχει. διὰ γὰρ τὴν τῆς ἀκρισίας ἀνομίαν βλέποντες τὸν τοιοῦτον αὐτῶν ἄρχοντα, ἐν ἑαυτοῖς διαπειθήσονται, καὶ χρησάμενοι τῇ αὐτῇ νόσῳ, συναπολέσθαι αὐτῷ ἀναγκασθήσονται, ὡς τῷ Ἱεροβοὰμ ὁ λαὸς καὶ τῷ Κορὲ οἱ συναράμενοι αὐτῷ· εἰ δὲ βλέποι ὁ ἁμαρτῶν τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς διακόνους ἀθῴους ἐγκλήματος,

καὶ τὸ

καὶ τὸ ποίμνιον καθαρὸν ὑπάρχον, πρῶτον μὲν, οὐ τολμήσει καταφρονήσας εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ εἰσελθεῖν πληττόμενος τῇ συνειδήσει αὐτοῦ· εἰ δὲ παρ' οὐδὲν ἡγησάμενος εἰσέλθοι, ἢ παραχρῆμα ἐλεγχθήσεται, ὡς Ὀζᾶ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ ἁψάμενος, ὥστε ἑδράσαι, καὶ ὡς Ἀχὰρ, ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ὡς Γιεζεῖ ἐπὶ τοῖς τοῦ Νεεμὰν χρήμασιν, καὶ παραυτίκα τιμωρηθήσεται, ἢ νουθετούμενος ὑπὸ τοῦ ποιμένος εἰς μετάνοιαν ὑπαχθήσεται· περιβλεψάμενος γὰρ τοὺς καθένα, καὶ ἐν οὐδενὶ μῶμον εὑρίσκων, οὔτε παρὰ ἐπισκόπῳ, οὔτε μὴν παρὰ τῷ ὑπ' αὐτὸν τεταγμένῳ λαῷ, αἰσχυνθεὶς, μετ' αἰδοῦς καὶ πολλῶν δακρύων ἐξελεύσεται εἰρηνικῶς κατανενυγμένος, καὶ μενεῖ κεκαθαρισμένον τὸ ποίμνιον προσκλαύσει τε τῷ Θεῷ, καὶ μετανοήσει ἐφ' οἷς ἥμαρτεν, καὶ ἕξει ἐλπίδα, καὶ τὸ ποίμνιον ὅλον θεασάμενον ἐκείνου τὰ δάκρυα, νουθεσίαν ἕξει, ὅτι ἁμαρτὼν, διὰ μετάνοιαν οὐκ ἀπόλλυται.

beros, tum etiam ovile mundum, primum quidem non audebit ingredi per contemptum in ecclesiam, conscientia sua stimulatus, quod si ea spreta, ingrediatur, aut continuo arguetur, & pœnas dabit, ut Ozan, cum arcam tetigit, ut eam firmaret, & Achar, cum furatus est, quod erat factum anathema, & Giezi, cum nummos a Naaman accepit: aut a pastore monitus, ad pœnitentiam adducetur. Cum enim singulos circumspexerit, & in nemine maculam repererit, nec apud episcopum, nec apud populum, cui ille præest, tunc pudore affectus ac multis cum lacrymis pacifice egredietur dolore punctus, manebuntque oves a contagione liberatæ, flebitque ille delicta sua, & peccasse pœnitebit, atque ita spem salutis habebit. Omnes vero oves cum illius lacrymas viderint, admonitæ erunt, pœnitendo fieri, ne pereat peccator.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

ΚΕΦΑΛ. ια'.

Διὰ τοῦτο οὖν ἐπίσκοπε σπούδαζε καθαρὸς εἶναι τοῖς ἔργοις, γνωρίζων τὸν τόπον σου καὶ τὴν ἀξίαν, ὡς Θεοῦ τύπον ἔχων ἐν ἀνθρώποις τοῦ πάντων ἄρχειν ἀνθρώπων, ἱερέων, βασιλέων, ἀρχόντων, πατέρων, υἱῶν, διδασκάλων· καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ὑπηκόων, καὶ οὕτως ἐν ἐκκλησίᾳ καθέζου τὸν λόγον ποιούμενος, ὡς ἐξουσίαν ἔχων κρίνειν τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις εἴρηται, ὃ ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὃ ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τῷ οὐρανῷ.

Quomodo oporteat episcopum judicare eos, qui deliquerunt.

CAPVT XI.

QVOCIRCA stude episcope, ut mundus purusque sis, locum tuum, dignitatemque tuam actionibus declara, utpote qui exemplar Dei apud homines repræsentas præsidendo omnibus hominibus, sacerdotibus, regibus, magistratibus, parentibus, filiis, & pariter cunctis subjectis. Ac sic quidem in ecclesia sede sermonem faciens, ut qui potestatem habeas judicandi eos, qui peccarunt: quoniam vobis episcopis dictum est, *Quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum & in cælo; & quodcunque solveritis super terram, erit solutum & in cælo.* *Matth. 16.*

Διδασκαλία, ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Κρίνε οὖν ὦ ἐπίσκοπε μετ' ἐξουσίας, ὡς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τοὺς μετανοοῦντας προσλάμβανε· ὁ γὰρ Θεὸς, Θεός ἐστιν ἐλέους, ἐπίπλησσε τοῖς ἁμαρτάνουσι, νουθέτει τοὺς μὴ ἐπιστρέφοντας, παρακάλει τοὺς ἑστῶτας ἐμμένειν τοῖς καλοῖς, τοὺς μετανοοῦντας προσδέχου, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς μεθ' ὅρκου ἐπηγγείλατο ἄφεσιν παρέχειν τοῖς μετανοοῦσιν, ἐφ' οἷς ἥμαρτον· λέγει γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, εἶπον πρὸς αὐτοὺς, ζῶ ἐγὼ, λέγει Ἀδωναῒ κύριος, εἰ θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ ἀποστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἐκ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν· ἐπιστράφητε οὖν ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν τῶν πονηρῶν, καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκεται οἶκος Ἰσραήλ; ἐνταῦθα ὁ λόγος εὐέλπιδας ἐποίησε τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι ἐὰν μετανοήσωσιν, ἐλπίδα σωτηρίας ἕξουσι· μήποτε ὡς ἀπηλγηκότες αὑτοὺς ἐκδῶσι ταῖς παρανομίαις· ἀλλ' ἔχοντες ἐλπίδα σωτηρίας ἐπιστραφέντες προσκλαύσωσι Θεῷ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· καὶ λήψονται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀμνηστίαν, ὡς παρὰ πατρὸς ἀγαθοῦ.

Quomodo oporteat tractare pœnitentes.

CAPVT XII.

IVDICA igitur episcope potestate fretus, tanquam Deus, sed pœnitentes recipe, Deus enim misericordiæ est: objurga delinquentes, mone non redeuntes ad Deum, stantes hortare, ut in studio virtutis perseverent, pœnitentes admitte. quoniam dominus Deus jurejurando promisit dare veniam erratis pœnitentium: ait enim apud Ezechielem: *Dixit eis, Vivo ego, dicit dominus Adonai, Si voluero mortem peccatoris, ac non potius ut redeat impius a via sua prava, & vivat. Revertite igitur ex itineribus vestris malis, & cur perit domus Israel?* hoc loco sermo Dei bonam spem habere fecit eos, qui deliquerunt, habere inquam spem salutis, si eos peccasse pœnituerit, ne aliquando ta[m]quam desperantes, nequitiæ se dedant, sed p[r]ius concepta spe salutis ad Deum reversi, ei peccata defleant, & ex animo pœnitentes eundem placatum, & benevolum reddant, & in oblivionem peccatorum tanquam bonum patrem venire faciant. *Ezech. 33.*

A

Quod oporteat cavere, ne experiamur peccata.

CAPUT XIII.

At vero eos, qui a peccatis abhorrent, oportet in eo statu perseverare, & non habere usum, & experientiam peccatorum, ne dolore, tristitia, & fletu ad petendam veniam opus sit eis. Quid enim scis homo, qui deliquisti, an diem in hac vita acturus sis, ut sit pœnitendi potestas? Incertum enim est vitæ hujus extremum: & ei, qui in delicto mortuus est, non erit pœnitendi facultas. ait enim David, *in inferno autem quis confitebitur tibi?* itaque opus est, præsto esse ad virtutes, ut non dolenter iter illud ingrediamur. Quocirca monet te scriptura divina per sapientem Salomonem, cum ait: *Præpara in exitum tuum opera tua, & para te in agrum, ne quid honestæ actionis nobis deficiat*, sicut oleum beneficentiæ quinque evangelii virginibus propter fatuitatem defecit, quæ propter extinctas lucernas cognitionis Dei ab sponso ejectæ sunt. Quare extra periculum est, quicunque vitæ suæ parcit, quique alienus a peccatis manet, ut superiora recte facta sibi conservet. Tu ergo episcope sic judica ut Deus. Domini enim est judicium. Itaque primum potestate fretus, reum condemna, deinde cum misericordia, ac commiseratione, & susceptione allice, promissa ei salute, si mores mutet, & peccatorum pœniteat, pœnitentem vero castigando recipe, memor domini, cum dixit, *gaudium esse in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente.*

Psal. 6. Proverb. 24. Matth. 25. Luc. 15.

De iis, qui dicunt, non debere recipi pœnitentem, & quod justus, licet cum injusto versetur & vivat, non tamen cum eo perit.

CAPUT XIV.

Sin vero pœnitentem non receperis, objicis eum insidiatoribus, oblitus quod David ait: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.* Hinc Hieremias, ut ad pœnitentiam incitaret, *An*, inquit, *qui cadit, non resurgit? aut qui deflectit, non revertitur? quid? quod deflexit populus meus impudenti deflexione, & in electione sua obfirmati sunt? revertite filii, qui defecistis, & ego comminutiones vestras sanabo.* Recipe ergo pœnitentem nihil addubitans, neque obstent tibi, aut ab hoc officio retardent, qui inhumane ajunt, non oportet talium convictu contaminari, neque communem cum eis habere sermonem: hujusmodi enim consilia hominum sunt, & Deum, & Dei providentiam ignorantium, quin potius judicum ratione carentium, & bestiarum immanium: non enim intelligunt, non esse vitandam communitatem sermonis cum delinquentibus, sed actionis: *justitia enim justi super eum erit.* & iterum, *terra si peccaverit mihi, ut injuriam faciat, extendam manum meam, & conteram super eam firmamentum panis, & mittam in eam famem, & delebo ex ea hominem, & jumentum, & si fuerint tres viri in medio ejus, Noe, Iob, & Daniel, ipsi in justitia sua conservabunt animas suas, ait Adonai dominus.* Manifestissime declaravit scriptura, justum convictu injusti utentem non perire cum eo, in hoc autem sæculo justi cum injustis

Psalm. 73. Hier. 8. Hier. 3. Ezech. 14.

Ὅτι φεύγειν χρὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν πεῖραν.

A Deum, & audiet diaconus, ac reliqui, quod Aaron, & Maria audierunt, cum Moysi detraxerunt: *Quomodo*, inquit, *non veriti estis detrahere Moysi famulo meo?* & rursus Moyses iis, qui adversus eum coierant, *non est*, inquit, *in nos facta admurmuratio vestra, sed in dominum Deum nostrum.* Si enim qui laico dixerit *racha*, aut *fatue*, non erit impunitus, utpote qui in nomen Christi contumeliosus, quanto minus erit, si quis episcopo maledixerit? per quem dedit vobis dominus Spiritum sanctum in impositione manus baptizantis, per quem sancta dogmata didicistis, Deum cognovistis, & in Christum credidistis? per quem cogniti estis a Deo, per quem signati estis oleo exultationis, & unctione intelligentiæ, per quem declarati estis filii lucis; per quem dominus in baptismo vestro, præbens testimonium impositioni manus, in unumquemque vestrum sacram illam vocem emisit dicens; *filius meus es tu, ego hodie genui te:* per episcopum tuum te Deus adoptat. cognosce fili dexteram, quæ est mater tua, ama eum qui secundum Deum factus est tuus pater, & cole hunc.

Num. 12. Exod. 16. Matth. 5. B Psalm. 2.

Ὅπως χρὴ τιμᾶσθαι τοὺς ἱερεῖς καὶ σεπτοὺς ἡγεῖσθαι πνευματικοὺς ὄντας γονεῖς.

Quomodo oporteat honorare sacerdotes, & veneratione dignos habere, ut qui sint patres spirituales.

C

ΚΕΦΑΛ. λγ'.

CAPVT XXXIII.

Εἰ γὰρ περὶ τῶν κατὰ σάρκα γονέων φησὶ τὸ θεῖον λόγιον, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω, πόσῳ μᾶλλον περὶ τῶν πνευματικῶν γονέων ὑμῖν ὁ λόγος παραινέσει τιμᾶν αὐτοὺς, καὶ στέργειν ὡς εὐεργέτας καὶ πρεσβευτὰς πρὸς Θεὸν τοὺς δι' ὕδατος ὑμᾶς ἀναγεννήσαντας· τοὺς τῷ ἁγίῳ πνεύματι πληρώσαντας· τοὺς τῷ λόγῳ γαλακτοτροφήσαντας· τοὺς ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀναθρεψαμένους· τοὺς ἐν ταῖς νουθεσίαις στηρίξαντας· τοὺς τοῦ σωτηρίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος ἀξιώσαντας ὑμᾶς· τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν λύσαντας· καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἱερᾶς εὐχαριστίας μετόχους ποιήσαντας· καὶ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ κοινωνοὺς καὶ συγκληρονόμους θεμένους ὑμᾶς· τούτους εὐλαβούμενοι τιμᾶτε παντοίαις τιμαῖς· οὗτοι γὰρ παρὰ Θεοῦ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν εἰλήφασιν ἐν τῷ δικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας, καὶ καταδικάζειν εἰς θάνατον πυρὸς αἰωνίου· καὶ λύειν ἁμαρτιῶν τοὺς ἐπιστρέφοντας· καὶ ζωογονεῖν αὐτούς.

Nam si de parentibus secundum carnem ait divina scriptura, *honora patrem tuum, & matrem, ut bene sit tibi, & qui maledicit patri, aut matri, morte moriatur,* quanto magis de patribus spiritualibus verbis Dei monemini, honore & caritate eos prosequi, ut beneficos, & ad Deum legatos, qui vos per aquam Deo regenerarunt, Spiritu sancto impleverunt, lacte verbi Dei aluerunt, & doctrinæ alimento nutriverunt, monitis stabilierunt, corpore salutari, & pretioso sanguine vos dignitati sunt, vobisque peccata remiserunt, & sanctæ ac sacræ Eucharistiæ participes fecerunt, ac promissionis Dei consortes, & Christi cohæredes constituerunt? His igitur reverentiam adhibentes omni eos genere honoris afficite: Siquidem hi potestatem vitæ & mortis a Deo acceperunt in judicandis iis, qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis sempiterni, & iis, qui se de recte vivendum convertunt, absolvendis, & vivificandis.

Exod. 20. & 21. Matth. 15. & 19. D

Ὅτι τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων εἰσὶ κρείττους οἱ ἱερεῖς.

Quod sint sacerdotes præstantiores regibus, & magistratibus.

ΚΕΦΑΛ. λδ'.

CAPVT XXXIV.

E

Τούτους ἄρχοντας ὑμῶν καὶ βασιλεῖς ἡγεῖσθαι νομίζετε, καὶ δασμοὺς ὡς βασιλεῦσι προσφέρετε, ἐξ ὑμῶν γὰρ αὐτούς τε καὶ τοὺς συνοίκους αὐτῶν τρέφεσθαι χρή. ὡς Σαμουὴλ διετάξατο πρὸς τὸν λαὸν περὶ τοῦ βασιλέως, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν, καὶ Μωσῆς περὶ τῶν ἱερέων ἐν τῷ Λευιτικῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑμῖν περὶ τῶν ἐπισκόπων διαταξόμεθα· εἰ γὰρ ἐκεῖ πλῆθος τηλικούτου βασιλέως ἀναλόγως τὰς ὑπηρεσίας ἐδίδου, πόσῳ μᾶλλον οὐχὶ καὶ νῦν ὁ ἐπίσκοπος λαμβάνειν ὀφείλει παρ' ὑμῶν τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ αὐτῷ ὡρισμένα πρὸς διατροφὴν αὐτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κληρικῶν; εἰ δὲ δεῖ καί τι προσθεῖναι τῷ λόγῳ. πλεῖον οὗτος λαμβανέτω, ἢ ἐκεῖνος τὸ πα-

Hos existimate vestros præsides, hos putate reges, his quasi regibus vectigalia offerte, eos enim eorumque domesticos bonis vestris alere debetis. Vt enim Samuel in primo de regibus libro, de rege alendo sanxit populo, & Moyses de sacerdotibus in Levitico, sic nos vobis de episcopis sancimus. Nam si illic populus tanti regis proportione facultatis ea quæ dicuntur servitia præstabat, an non multo magis debet nunc episcopus accipere a vobis quæ sunt ei a Deo constituta ad alendum eum, & clericos ejus? immo siquid amplius dicendum est, plus hic accipiat, quam ille olim accipiebat.

1. Reg. 8. 9. & 10.

Siquidem

Siquidem ille militaria tantum administrabat bello, & pace ad custodiam corporis susceptis, hic vero sacerdotium ad Dei honorem administrat, ut pericula ab anima, & corpore propulset. Quanto ergo anima corpore præstantior est, tanto est sacerdotium regno excellentius, ligat enim aut solvit supplicio, vel remissione dignos. Quocirca episcopum oportet ut patrem diligere, ut regem metuere, ut dominum honorare, offerendo ei in benedictionem vestram fructus vestros, & opera manuum vestrarum tribuendo, inquam, ut sacerdoti Dei primitias vestras, & decimas vestras, primitias frumenti, vini, olei, pomorum, lanæ, & quicquid dominus Deus vobis suppeditat, & erit oblatio tua accepta in odorem suavitatis domino Deo tuo, & benedicet dominus operibus manuum tuarum, & multiplicabit bona terræ tuæ, quia benedictio super caput impartientis.

A λαιόν. ὁ μὲν γὰρ στρατιωτικὰ μόνα διέπει, πόλεμον καὶ εἰρήνην ἀναδεδεγμένος εἰς φυλακὴν σωμάτων, ὁ δὲ, τὴν εἰς Θεὸν ἱερωσύνην, σῶμα καὶ ψυχὴν παραιτούμενος κινδύνων· ὅσῳ τοίνυν ψυχὴ σώματος κρείττων, τοσούτῳ ἱερωσύνη βασιλείας· δεσμεύει γὰρ αὕτη, καὶ λύει τοὺς τιμωρίας ἢ ἀφέσεως ἀξίους· διὸ τὸν ἐπίσκοπον στέργειν ὀφείλετε ὡς πατέρα, φοβεῖσθαι ὡς βασιλέα· τιμᾶν ὡς κύριον, τοὺς καρποὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς εὐλογίαν ὑμῶν προσφέροντες αὐτῷ τὰς ἀπαρχὰς ὑμῶν, καὶ τὰς δεκάτας ὑμῶν καὶ τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν καὶ τὰ δῶρα ὑμῶν διδόντες αὐτῷ ὡς ἱερεῖ Θεοῦ, ἀπαρχὴν σίτου, οἴνου, ἐλαίου, ὀπώρας, ἐρέας, καὶ πάντων ὧν κύριος, ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ ὑμῖν· καὶ ἔσται σοι ἡ προσφορά σου δεκτὴ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· B καὶ εὐλογήσει κύριος τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· καὶ πληθυνεῖ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς σου· ἐπείπερ εὐλογία εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος.

De pensionibus fructuum ad alendum ministros ecclesiæ & egentes secundum legem & evangelium.

CAPUT XXXV.

Ὅτι παραγγέλλονται οἱ νόμοι καρποφορεῖν· ὡσαύτως καὶ τὸ εὐαγγέλιον.

ΚΕΦΑΛ. λε'.

ATQUE etiam hoc vos scire oportet, quod tametsi vos Deus a servitute ascitorum vinculorum liberarit, indeque eduxit, ut recrearet, qui non permisit amplius brutas pecudes pro peccatis immolare, liberarit, inquam, ab emundationibus, a victimis emissariis, a lavationibus assiduis, ab aspersionibus, nondum tamen a pensionibus liberavit, quas sacerdotibus debetis, & quas egentibus benigne largiri oportet: Ait enim dominus in evangelio, *nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Sic igitur abundabit justitia vestra, si majorem procurationem sacerdotum vestrorum habueritis, vestrorumque pupillorum & viduarum, egentiumque omnium, sicut scriptum est, *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.* & rursus, *eleemosynis, & fide emundantur peccata.* & iterum: *benedicta omnis anima simplex.* Sic ergo facies tu, ut dominus sanxit, dabisque sacerdoti quæ ei debentur, primitias areæ, & torcularis, & oblata pro peccatis, ut mediatori Dei, & pro emundatione, & depulsione mali: tibi enim convenit, ut largiaris, illi vero tamquam œconomo, & administratori rerum ecclesiasticarum, ut dispenset. Cave tamen ne episcopum ad rationes voces, neque dispensationem illius observes, quomodo eam gerat, aut quando, aut quibus, aut ubi, utrum bene, an secus. Habet enim ipse ratiocinatorem Deum, qui hanc illi procurationem in manus tradidit, qui ei sacerdotium tantæ dignitatis mandare voluit.

Matth. 5.
Psal. 111.
Proverb. 15.
Tobia 4.
Daniel. 4.
Luca 2.
Proverb. 2.

ΧΡὴ δὲ ὑμᾶς γινώσκειν, ὅτι εἰ καὶ ἐρρύσατο ὑμᾶς κύριος τῆς δουλείας τῶν ἐπισυνάκτων δεσμῶν, καὶ C ἐξήγαγεν ὑμᾶς εἰς ἀνάψυξιν, μηκέτι ἐάσας ὑμᾶς θύειν ἄλογα ζῶα περὶ ἁμαρτιῶν καὶ καθαρισμοῦ καὶ ἀποπομπαίων καὶ λουτρῶν συνεχῶν καὶ περιρραντηρίων, οὐ δήπου καὶ τῶν εἰσφορῶν ὑμᾶς ἠλευθέρωσεν, ὧν ὀφείλετε τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῶν εἰς τοὺς δεομένους εὐποιιῶν· λέγει γὰρ ὁ κύριος ὑμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· οὕτως οὖν πλεονάσει ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, ἐν τῷ πλέον ὑμᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν ἱερέων καὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν χηρῶν· ὡς γέγραπται· ἐσκόρπισεν· ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ πάλιν· ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν D ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· καὶ πάλιν· ψυχὴ εὐλογημένη πᾶσα ἁπλῆ· οὕτως οὖν ποιήσεις σὺ, ὡς ὁ κύριος διετάξατο· καὶ δώσεις τῷ ἱερεῖ τὰ ὀφειλόμενα αὐτῷ, ἀπαρχὴν ἅλωνος καὶ ληνοῦ καὶ περὶ ἁμαρτιῶν ὡς μεσίτῃ Θεοῦ καὶ τῶν δεομένων καθάρσεως, καὶ παραιτήσεως· σὲ μὲν γὰρ διδόναι προσήκει, οἰκονομεῖν δὲ ἐκεῖνον ἅτε οἰκονόμον, καὶ διοικητὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων· οὐ μέν τοι λογιστεύσεις σὺ τὸν ἐπίσκοπον· οὐ δὲ παρατηρήσεις τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ, πῶς ἐπιτελεῖ· ἢ πότε· ἢ τίσιν· ἢ ποῦ· ἢ εἰ καλῶς· ἢ φαύλως· ἢ δεόντως· ἔχει γὰρ λογιστὴν κύριον τὸν Θεὸν τὸν ἐγχειρίσαντα E εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, τὴν οἰκονομίαν ταύτην· καὶ καταξιώσαντα αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης τοῦ τηλικούτου τόπου.

Commemoratio decem Dei mandatorum, & quomodo ea hic jubent.

CAPUT XXXVI.

Ὑπόμνησις τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων, καὶ ὅπως αὐτὰ ἐνταῦθα διαγορεύουσι.

ΚΕΦΑΛ. λϛ'.

Exod. 20.

PONE tibi ante oculos metum Dei, memor semper decem mandatorum, *Dominum Deum tuum unum, & solum totis viribus dilige,* ne attendas idola, aut aliquos alios utpote deos inanimos, aut ratione carentes, aut dæmones. Nosce creationem variam, quæ per

ΠΡὸ ὀφθαλμῶν ἔχε τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, πάντοτε μεμνημένος τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων· ἀγαπᾶν κύριον τὸν Θεὸν τὸν ἕνα καὶ μόνον ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος· μὴ προσανέχειν εἰδώλοις, ἤ τισιν ἑτέροις· ὡς θεοῖς ἀψύχοις· ἢ ἀλόγοις· ἢ δαίμοσιν· γίνωσκε δημιουργίαν Θεοῦ διάφορον, ἀρχὴν λαβοῦσαν

λαβοῦσαν διὰ Χριστοῦ· καὶ σαββατιεῖς διὰ τὸν παυσάμενον μὲν τοῦ ποιεῖν, οὐ παυσάμενον δὲ τοῦ προνοεῖν, σαββατισμὸν μελέτης νόμων, οὐ χειρῶν ἀργίαν· πᾶσαν ἔκνομον ἐπιθυμίαν ἄπωσαι· πᾶσαν λύμην τὴν ἐπὶ διαφθορᾶς ἀνθρώπων· πᾶσαν ὀργήν· γονεῖς τίμα ὡς αἰτίους γενέσεως· ἀγάπα τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· κοινώνει βίου τοῖς δεομένοις· ἐπιορκίαν καὶ πολυορκίαν μάταιον φεῦγε, οὐ γὰρ ἀθωωθήσῃ· μὴ ὀφθῇς παρὰ τοῖς ἱερεῦσι κενός· καὶ τὰ ἑκούσιά σου ἐνδελεχίζων πρόσφερε, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας μὴ ἀπολίπου, ὀρθρίζων εἰς αὐτὴν πρὸ παντὸς ἔργου· καὶ πάλιν ἑσπέρας εἰς αὐτὴν ἀπάντα, εὐχαριστῶν Θεῷ ὑπὲρ ὧν σοι τὴν ζωὴν κεχάρισαι· ἐργοπόνει· ἐνδελέχιζε· κοπία· B πρόσφερε κυρίῳ τὰ ἑκούσιά σου· τίμα γάρ, φησί, τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων· εἰ εἰς τὸν κορβανᾶν οὐ δύνασαι βάλλειν, κἂν κοινώνει τοῖς ξένοις ἕν, ἢ δύο, ἢ πέντε λεπτά· θησαύριζε σαυτῷ τὸν οὐράνιον πλοῦτον ὃν οὔτε σὴς, οὔτε κλέπται λυμαίνονται· καὶ ποιῶν οὕτω, μὴ κρῖναι τὸν ἐπίσκοπόν σου ἢ τὸν συλλαϊκόν· ἐὰν γὰρ κρίνῃς τὸν ἀδελφὸν, κριτὴς ἐγένου μηδενός σε προχειρισαμένου· τοῖς γὰρ ἱερεῦσιν ἐπετράπη κρίνειν μόνοις· ὅτι εἴρηται αὐτοῖς, κρίμα δίκαιον κρίνατε· καὶ πάλιν, γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι· ὑμῖν γὰρ οὐκ ἐπιτέτραπται· τοὐναντίον γὰρ εἴρηται τοῖς ἔξω τοῦ ἀξιώματος τοῦ δικαστικοῦ, ἢ διδασκαλικοῦ ὑπάρχουσι, μὴ κρίνετε," καὶ οὐ μὴ κριθήσεσθε. C

Matth. 7.

Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν· καὶ ὅπως χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τούτοις τὸν κριτήν· ἀλλὰ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως.

ΚΕΦΑΛ. λζ'.

Τὸν μέντοι ἐπίσκοπον δεῖ κρίνειν ὀρθῶς, καθὼς γέγραπται, τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε· καὶ ἀλλαχοῦ, τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; γίνεσθε οὖν ὡς ἀργυρογνώμονες ἐπιστήμονες· καθάπερ γὰρ οὗτοι τὰ φαῦλα τῶν νομισμάτων ἀποκρίνουσι, τὰ δὲ δόκιμα οἰκειοῦνται, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὸν ἐπίσκοπον χρὴ, D τὰ μὲν ἄμωμα κατέχειν· τὰ δὲ ἐπίμωμα ἢ θεραπεύειν, ἢ ἀνιάτως νοσοῦντα ἀπορρίπτειν· καὶ μὴ ταχέως κόπτειν, μηδὲ οἷς δή ποτε πιστεύειν· ἐγχωρεῖ γάρ τινας καὶ διὰ ζῆλον ἢ φθόνον κατά τινος ἀδελφοῦ ἐνστήσασθαι ψευδῆ κατηγορίαν· ὡς οἱ δύο πρεσβύτεροι ἐπὶ τῆς Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἡ Αἰγυπτία ἐπὶ τοῦ Ἰωσήφ· σὺ οὖν ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος τὰ τοιαῦτα μὴ προχείρως παραδέχου, ἵνα μὴ ἀνέλῃς τὸν ἀθῷον καὶ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον· ὁ γὰρ τοιαῦτα παραδέχεσθαι θέλων, ὀργῆς πατήρ ἐστι μᾶλλον ἢ εἰρήνης· ὅπου δὲ ὀργὴ, ἐκεῖ ὁ κύριος οὐκ E ἔστιν· ἡ γὰρ ὀργὴ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχουσα φίλη, λέγω δὲ, ἡ παρὰ τὸ δίκαιον κινουμένη διὰ τῶν ψευδαδέλφων, οὐδέποτε ἀφίησι γενέσθαι ὁμόνοιαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὅθεν ἐπιγινώσκοντες τοὺς τοιούτους ἄφρονας, ἐριστὰς, ζηλωτὰς, χαιρεσικάκους, μὴ πιστεύετε αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ παρατηρεῖσθε τοὺς τοιούτους, ἀκούοντές τι παρ' αὐτῶν κατὰ ἀδελφοῦ· ὅτι οὐδὲν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν φόνος· καὶ οὗ τις οὐχ ὑπονοεῖ, καταβάλλουσιν ἄνδρα· σὺ οὖν πρόσεχε τῷ κατηγορηθέντι, ἐν σοφίᾳ παρατηρῶν τὴν ἀναστροφὴν αὐτοῦ, τίς καὶ ὁποία τυγχάνει· καὶ εἰ εὕροις αὐτὸν ἀληθεύοντα, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διδαχὴν ποίησον· καὶ μόνον

A Christum cœpit, & sabbatismum agitabis propter eũ, qui creare quid[illegible]n desiit; sed non desiit providere, agitabis, in[illegible]am, meditatione legis, non vacatione manuum: ejice omnem pravam cupiditatem, omnem læsionem ad homicidium pertinentem, omnem iram. Cole parentes, ut ortus tui auctores: *Dilige proximum tuum ut teipsum*: communica cum egentibus quæ ad usum vitæ pertinent. Cave [illegible] pejeres, neve frequenter jures, non enim h[illegible] eberis insons: Ne compareas apud sacerdotes vacuus, & voluntarias tuas oblationes assidue offer domino, & ab ecclesia Christi ne absis, surgens ad eam mane, antequam ullum opus aggrediaris, & rursus adi B ad eam vespere, ut gratias Deo agas de iis, propter quæ vitam tibi largitus est, operare, esto assiduus, labora, & offer Deo quæ voluntatis tuæ sunt, *honorem enim*, inquit, *adhibe Deo ex tuis justis laboribus*: si conferre non potes in corbonam, saltem impartire peregrinis unum, aut duo, aut quinque minuta, *congrega tibi cælestes opes, quas neque tinea, neque fures demoliantur*: Quæ cum facies, cave, ne episcopum tuum judices, aut popularem tuum, nam fratrem tuum si judices, factus es judex, cum a nemine sis electus. Atqui solis sacerdotibus judicandi potestas commendata est, quia dictum est eis, *justum judicium judicate*: & rursus, " *estote probi trapezitæ*: vobis namque non est concredita hujusmodi potestas, immo contra, iis, qui extra digni- C tatem, & gradum judicis, aut magistri sunt, dictum est, *nolite judicare, & non judicabimini.*

Matth. 5.
Prov. 3. 9.
Matth. 6.
Luc. 12.
Ioan. 7.
Zachar. 7.
Deut. 1. 16.
" Dionys. Alex. apud Eusebium VII. 3. vocat φωνὴν ἀποστολικὴν, Clemens Alex. 1. Strom. Euseb. Basil. Dam 4. de fide &c. ex 1. ad Thess. 5. πάντα δοκιμάζετε. Origenes tamen cum Hier. Cassiano & qq. aliis Iesu mandatum esse docet.

De accusatoribus, & calumniatoribus, & quod oporteat judicem non facile credere, aut non facile non credere, sed accurata inquisitione adhibita.

CAPVT XXXVII.

Episcopum tamen oportet recte judicare, sicut scriptum est, *justum judicium judicate*. & alias: *Quid vero ex vobisipsis quod justum est non judicatis? estote* igitur *tamquam argentarii periti*: ut enim hi nummos adulterinos D segregant, probos autem sibi adjungunt, sic oportet episcopum, quæ vitiis quidem carent, retinere, vitiosa vero vel curare, vel si est ægritudo insanabilis, expellere, & non celeriter amputare, neque quibusvis credere. Usu enim venire solet, ut quidam propter æmulationem aut invidiam contra fratrem aliquem falsam instituant accusationem, ut duo illi senes Babylone adversus Susannam, & illa Ægyptia contra Ioseph. Tu igitur ut homo Dei, ne hujusmodi accusationes facile admittas, ne innocentem perimas, & occidas justum. qui enim talia vult admittere, magis ille quidem pater iræ, quam E pacis est: ubi vero ira, ibi non est dominus, siquidem ira amica Satanæ, ira, inquam, suscitata a falsis fratribus contra æquitatem, numquam concordiam in ecclesia gigni sinit. Quocirca cum tales homines vobis noti erunt, imprudentes, pugnaces, qui alieno bono anguntur, qui aliorum malis delectantur, ne fidem eis habeatis: quin potius observate eos, cum quid ab ipsis contra fratres auditis, quia necem pro nihilo habent; & ubi nemo suspicatur, prosternunt hominem. Tu igitur considera eum, qui accusatus est, sapienter animadvertens, quæ ejus vita sit, & qualis, & si repereris accusatorem dicere verum, fac ut dominus faciendum

auter. 1.
Zachar. 7.
Ioan. 7.
Dan. 13.
Genes. 39.

esse docuit, conveni accusatum seorsum, & argue eum nemine præsente, ut eum pœniteat: sin autem non paruerit, adhibito uno aut altero, indica ei erratum, monens eum adhibitis mansuetudine, & disciplina, quoniam in corde bono requiescet sapientia, in corde autem insipientium non dignoscitur.

A παραλαβὼν τὸν κατηγορηθέντα, ἔλεγξον αὐτὸν, ὅπως μετανοῇ, μηδενός σοι συμπαρόντος· εἰ δὲ οὐ πεισθείη, γενόμενος δεύτερος, ἢ τρίτος, οὕτως αὐτῷ ὑπόδειξον τὸ πλημμέλημα νουθετήσας αὐτὸν ἐν πραότητι καὶ παιδείᾳ· ὅτι ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ ἀναπαύσεται σοφία· ἐν δὲ καρδίᾳ ἀφρόνων οὐ διαγινώσκεται.

Quod oporteat delinquentes privatim arguere, & pœnitentes recipere secundum constitutionem domini.

Ὅτι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδιαζόντως ἐξελέγχειν· καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

CAPVT XXXVIII.

Matth. 18. SI igitur vobis tribus crediderit, bene habet; sin aliquis durus, obstinatusque erit, *dic ecclesiæ: hanc si contempserit, neque audire voluerit, sit tibi ut ethnicus, & publicanus*, & ne eum ad ecclesiam tamquam Christianum admittas, immo tamquam publicanum devita. Si autem vult agere pœnitentiam, assume eum: neque enim ethnicum aut publicanum ad communionem ecclesia admittit, priusquam eos eorum, quæ prius impie commiserunt, pœniteat: pœnitentia enim ductis dominus noster Iesus Christus Dei, locum pœnitentiæ constituit.

ΚΕΦΑΛ. λη΄.

B ΕΑν οὖν πεισθῇ ἐπὶ στόματος τῶν τριῶν ὑμῶν, εὖ ἂν ἔχοι. εἰ δέ τις σκληρύνοιτο, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὡς ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης· καὶ μηκέτι αὐτὸν ὡς Χριστιανὸν παραδέχου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ᾽ ὡς ἐθνικὸν παραιτοῦ· εἰ δὲ βούλοιτο μετανοεῖν, προσλαμβάνου· οὐδὲ γὰρ τὸν ἐθνικὸν, ἢ τὸν τελώνην εἰς κοινωνίαν παραδέχεται ἡ ἐκκλησία πρινὴ μετανοῆσαι ἕκαστος αὐτῶν ἐκ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων· τοῖς γὰρ μεταμελομένοις τόπον μετανοίας ὥρισεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

Exempla pœnitentiæ.

Παραδείγματα ἐπὶ μετανοίας.

CAPVT XXXIX.

ΚΕΦΑΛ. λθ΄.

C

Matth. 9. Luc. 5. EGO enim Matthæus unus sum ex numero duodecim, qui vobis in hac doctrina loquuntur, idemque fui prius quidem publicanus, nunc vero per fidem misericordiam adeptus, & ad pœnitentiam anteactæ vitæ adductus, dignusque habitus, ut apostolus, & præco verbi Dei sim: & Zachæus, quem dominus
Luc. 19. in pœnitentia deprecantem recepit; ipse item fuit publicanus. jam vero milites, & turba publicanorum, cum accesserunt ad audiendum verbum domini de pœnitentia, illud a Ioanne
Luc. 3. propheta post baptismum audierunt: *Nihil præter constitutum facite.* Ad eumdem modum neque ethnicorum salus desperata est, si modo incredulitatem pœnitendo abjiciant. Habe ergo loco publicani & ethnici eum, qui convictus est in maleficio, neque eum tamen pœnitet: quem si postea errati sui pœnituerit, in ecclesiam admittimus ad audiendum verbum, sicut ethnicos, cum pœnitentiam agere, & converti volunt, licet communionem cum his, quoad baptizentur, non habeamus. sic horum similibus, donec fructus pœnitentiæ proferant, ingredi in ecclesiam permittimus, ne plane funditus pereant: sed ne communionem in oratione habeant, quin potius exeant post lectionem legis, & prophetarum, & evangelii, ut exeundo vitam emendent, ac meliores fiant, dum student ire quotidie ad conventus ecclesiasticos, & precationi incumbere, ut & ipsi possint admitti, & qui eos viderint, sint compuncti, ac cautiores fiant, dum metuunt, ne in similia incidant.

ΚΑὶ γὰρ ἐγὼ Ματθαῖος εἷς τῶν δώδεκα τῶν ἐν τῇδε τῇ διδασκαλίᾳ λαλούντων ὑμῖν εἰμὶ ἀπόστολος, καὶ αὐτὸς ὢν τελώνης μὲν πρότερον, νῦν δὲ διὰ τῆς πίστεως ἠλεημένος, μετεγνωκώς τε τῶν προτέρων πράξεων. καὶ ἠξιωμένος ἀπόστολος εἶναι καὶ κήρυξ τοῦ λόγου· καὶ Ζακχαῖος, ὃν ὁ κύριος προσελάβετο ἐν μετανοίᾳ δεηθέντα αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ αὐτὸς τελώνης τὸ πρότερον ὑπῆρχεν· ἤδη δὲ καὶ στρατιῶται καὶ τελωνῶν ὄχλος προσελθόντες τῷ κυριακῷ περὶ μετανοίας λόγῳ, ἀκούουσι παρὰ τοῦ προφήτου Ἰωάννου μετὰ τὸ βάπτισμα, μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν ποιεῖτε· ὁμοίως
D δὲ καὶ τοῖς ἐθνικοῖς οὐκ ἀπέγνωσται ἡ ζωὴ, ἐὰν μετανοήσαντες, τὴν ἀπιστίαν ἀποβάλλωσιν· ὡς τελώνην οὖν ἢ ἐθνικὸν ἔχε τὸν ἐπὶ κακῷ ἔργῳ ἐλεγχθέντα, καὶ μὴ μεταγινώσκοντα· ἐὰν δὲ ὕστερον μετανοῇ καὶ ἐπιστρέφῃ ἐκ τῆς πλάνης, ὡς καὶ τοὺς ἐθνικοὺς ὁπόταν θέλουσι μετανοεῖν, εἰς ἐκκλησίαν προσδεχόμεθα, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούουσιν, οὐ μὴν κοινωνοῦμεν αὐτοῖς, μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν, οὕτω καὶ τοῖς τοιούτοις, μέχρις οὗ μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξωσιν, ἐπιτρέπομεν εἰσέρχεσθαι, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούοντες, μὴ τελέως ἄρδην ἀπόλωνται· μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ, ἀλλ᾽ ἐξερχέσθωσαν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ εὐαγ-
E γελίου· ὅπως διὰ τοῦ ἐξιέναι βελτιωθῶσι τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου, σπουδάζοντες περὶ τὰς συνάξεις ἀπαντᾶν ὁσημέραι, καὶ τῇ δεήσει σχολάζειν, ὅπως καὶ αὐτοὶ δυνηθῶσιν εἰσδεχθῆναι· καὶ οἱ θεώμενοι αὐτοὺς κατανυγῶσι, καὶ ἀσφαλέστεροι γένωνται εὐλαβούμενοι τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν.

Quod non oportet male animatum esse in eum, qui semel & iterum deliquit.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα.

CAPVT XL.

CÆTERVM episcope, ne eum, qui semel & iterum lapsus sit, averseris, neque au-

ΚΕΦΑΛ. μ΄.

ΟΥ μέν τοί γε βδελύξῃ τὸν περιπεσόντα ἑνὶ καὶ δευτέρῳ σφάλματι ὦ ἐπίσκοπε· οὐδὲ κωλύσεις

λύσῃς αὐτὸν τοῦ κυριακοῦ λόγου· οὐδὲ κοινῆς διαίτης αὐτὸν ἐξώσῃς· ἐπείπερ οὐδὲ ὁ κύριος παρῃτεῖτο μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίειν καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ ὑπὸ Φαρισαίων ἐγκαλούμενος περὶ τούτου ἔλεγεν· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· τοῖς οὖν δι' ἁμαρτίας ἀφορισθεῖσι παρ' ὑμῶν, καὶ συναναστρέφεσθε καὶ συναυλίζεσθε, ἐπιμελούμενοι· παρακαλοῦντες· ὑποστηρίζοντες· λέγοντες αὐτοῖς, ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλεῖν γὰρ χρὴ τοὺς πενθοῦντας· καὶ τοῖς ὀλιγοψυχοῦσι προθυμίαν διδόναι· ὅπως μὴ τῇ ἀμετρίᾳ τῆς λύπης εἰς ἀφροσύνην χωρήσωσιν· ἐπείπερ ὀλιγόψυχος ἰσχυρῶς ἄφρων.

Ὅπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα· καὶ ὅπως διάγεσθαι πρὸς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτειν τῆς ἐκκλησίας,

ΚΕΦΑΛ. μα'.

Εἰ δέ τις ἐπιστραφεὶς μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξηται, τότε καὶ εἰς προσευχὴν εἰσδέξασθε αὐτὸν ὡς τὸν υἱὸν τὸν ἀπολωλότα, τὸν ἄσωτον, τὸν μετὰ πορνῶν μειώσαντα τὴν πατρικὴν οὐσίαν· τὸν χοίρους βόσκοντα, καὶ κερατίων ἐμπλησθῆναι ἐπιθυμοῦντα καὶ μὴ τυγχάνοντα· μεταγνόντα καὶ παλινδρομήσαντα πρὸς τὸν πατέρα καὶ εἰπόντα, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι υἱός σου, μετὰ μουσικῶν ὁ φιλότεκνος πατὴρ προσελάβετο καὶ τὴν ἀρχαίαν στολὴν, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὰ ὑποδήματα ἀποδοὺς, σφάξας τε τὸν σιτευτὸν μόσχον ηὐφραίνετο μετὰ τῶν φίλων· οὕτως οὖν καὶ σὺ ποίει ὦ ἐπίσκοπε, ἀλλ' ὥσπερ τὸν ἐθνικὸν λούσας εἰσδέχῃ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, οὕτω καὶ τοῦτον χειροθετήσας ὡς ἂν μετανοίᾳ κεκαθαρισμένον, πάντων ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχομένων, ἀποκαταστήσῃς αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ νομήν· καὶ ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λούσματος ἡ χειροθεσία· καὶ γὰρ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐδίδοτο πνεῦμα ἅγιον τοῖς πιστεύουσι· κἄν τις τῶν μὴ σεσαλευμένων ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπεγκαλέσῃ σοι, ὅτι δὴ κατηλλάγης αὐτῷ, εἰπὲ πρὸς αὐτόν· σύ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ· καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν· εὐφρανθῆναι δὲ ἔδει καὶ χαρῆναι, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος, νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη· ὅτι γὰρ οὐ μόνον προσδέχεται ὁ Θεὸς τοὺς μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν, ἱκανὸς μάρτυς ὁ ἅγιος Δαβίδ, ὃς μετὰ τὴν εἰς τὸν Οὐρίαν ἁμαρτίαν, ηὔχετο τῷ Θεῷ λέγων· ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με· καὶ πάλιν· ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου· καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· καὶ σὺ οὖν ὡς συμπαθὴς ἰατρὸς, τοὺς ἡμαρτηκότας πάντας θεράπευε, χρώμενος σωτηρίοις πρὸς βοήθειαν ἀγωγαῖς· μὴ μόνον τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξηρὰ προσφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμῶν, καὶ μοτῶν, καὶ ἐνιεὶς γλυκέα φάρμακα ἐπουλωτικά· καὶ καταβρέχων λόγοις παρακλητικοῖς· ἐὰν δὲ κοῖλον ᾖ τὸ τραῦμα, θρέψον αὐτὸ ἡδεῖ ἐμπλάστρῳ, ἵνα γεμισθὲν ἴσον τῷ ἀρτίῳ ἀποτελεσθῇ· ἐὰν δὲ ῥυπανθῇ, τότε κάθαρον ξηρείῳ, τουτέστι λόγῳ ἐπιπληκτικῷ· ἐὰν δὲ ὑπέρογκον γένηται, δριμεῖ κολλυρίῳ ἐξομάλισον αὐτὸ, ἀπειλῇ κρίσεως. κἂν νομὴ

A dire verbum domini vetes, neque communitate vitæ prives; neque enim dominus recusabat quin cum publicanis, & peccatoribus comprandere; cum a Pharisæis de hoc argueretur, ajebat, *non opus habent medico, qui bene habent, sed qui male.* Matth. 9. Cum iis igitur, quos propter peccatum excommunicastis, habete & congressus, & convictum; curantes, consolantes, fulcientes, illudque dicentes, *Invalescite remissæ manus, & soluta genua.* consolari enim oportet lugentes, & eis qui parvi animi sunt, alacritatem animi addere, ne immoderato dolore ad amentiam tendant: nam *qui est,* inquit, *angusti animi, valde amens est.* Proverb. 14.

B

Quomodo oporteat recipere pœnitentem, & qualem se exhibere delinquentibus, & quando ab ecclesia abscindere.

CAPUT XLI.

Quod si quis conversus pœnitentiæ fructus ediderit, tunc ad orationem admittite, ut illum filium, qui perierat, qui luxuriosus fuerat, qui cum meretricibus patrimonium dilapidaverat, qui oves pascebat, & cum siliquis expleri cuperet, non potiebatur optato, quem peccasse pœnituit, & ad patrem rediit, C *peccavi* inquiens *in cælum, & coram te, neque sum dignus vocari amplius filius tuus,* Luc. 15. quem pater filiorum amans, cum cantu excepit, & ei antiquo amictu, annulo, & calceis redditis, pingui etiam vitulo mactato lætabatur cum amicis. Sic igitur faciendum tibi est episcope. atque ut ethnicum baptismo lotum post doctrinam admittis, sic hunc per manus impositionem, utpote factum mundum pœnitendo cunctis pro eo deprecantibus in antiqua pascua restitue, eritque ei loco lavacri manuum impositio, siquidem per impositionem manuum nostrarum dabatur Spiritus sanctus credentibus. Quod si quis ex ejus fratribus, qui non fuit tentatione quatefactus, te reprehenderit, quod ei sis reconciliatus, illud ei re- D spondebis, *tu semper mecum es, mea omnia tua sunt, lætari te oportebat, & gaudere, quoniam hic frater tuus mortuus fuerat, & revixit, perierat, & inventus est.* Ibidem. Quod enim Deus non solum recipit pœnitentes, sed in priorem gradum dignitatis restituit, testis est sanctus David, qui post peccatum in Vriam admissum precabatur Deum, dicens: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me:* Psal. 50. & rursus, *averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, cor mundum crea in me Deus, & spiritum tuum sanctum ne auferas a me.* ergo & tu, ut medicus condo- E lens, adhibe curationem iis, qui deliquerunt, utens salutaribus ad opitulandum modis, non solum secans, aut urens, aut sicca medicamenta adhibens, sed etiam vulnus alligans, & linimentum in illud injiciens, leneque medicamentum, quod vim habeat obducendi cicatricem, imponens, ac verbis consolatoriis recreans. Si vulnus cavum fuerit, appone suave emplastrum ad accretionem carnis, ut carne repletum vulnus æquale efficiatur parti sanæ. Si autem vulnus sordescit, tunc repurga novacula, id est, sermone increpatorio: si turgescit, complana, & deprime acri collyrio, id est, minis judicii: si serpit cancer, ure, & extrahe

trahe saniem, comprimens jejuniis. Quod si hæc feceris, ac demum intellexeris, quod a pedibus usque ad caput non est malagma imponere, neque oleum, neque alligationem, immo magis serpit cancer, & omnem curationem anticipat, universas partes corporis tamquam gangræna tabefaciens, hic tu multa consideratione, aliis item medicis peritis, & exercitatis in consilium adhibitis, seca membrum tabidum, ne universum corpus ecclesiæ intereat. Ne igitur facilis sis, & præproperus ad secandum, neque celeriter ad serram dentatam prosilias, quin potius utere prius scalpello ad secandum apostema, ut caussa morbi, quæ intus residet, educta, corpus servetur a dolore incolume. At vero quem a pœnitentia alienum videris, & obduruisse, hunc tu cum mœrore ut insanabilem ejice ex ecclesia: *tolletis*, inquit, *improbum ex vobisipsis, & facietis reverentes filios Israel.* & rursus: *non accipies personam in judicio, & pauperis non misereberis in judicio, quoniam domini est judicium.*

Num. 25. 1. Cor. 5. Exod. 23.

Quod oporteat judicem non esse acceptatorem personarum.

CAPVT XLII.

QVOD si delatio falsa est, & vos pastores cum diaconis mendacium tamquam veritatem amplexi fueritis, aut quia personam accipitis, aut quia justitiam muneribus commutatis, volentes gratificari calumniatori, atque ita accusatum quidem, sed a crimine alienum ex ecclesia expuleritis, rationem reddetis in die domini: quoniam scriptum est, *innocentem & justum non occides, non accipies munera, ut animam proteras: munera enim cæcitate afficiunt oculos sapientium, & corrumpunt verba justorum.* & iterum, *væ*, inquit, *qui justificatis impium propter munera, & justitiam justo aufertis.* Cavete igitur, ne si personas accipiatis, hæc vox domini in vos cadat; cavete ne ullos injuste condemnetis, & improbos defendatis. *Væ* enim, inquit, *dicenti malum bonum, & bonum malum; amarum dulce, & dulce amarum, ponenti lumen tenebras, & tenebras lumen.* Nam si alios injuste damnatis, contra vosipsi sententiam pronunciatis, siquidem ait dominus, *quo judicio judicatis, judicabimini, & quo condemnatis, condemnabimini.* Ergo si absque personarum acceptione judicaveritis, cognoscetis eum qui proximum suum per calumniam mendaciis testimonii accusavit, & ostendetis eum esse calumniatorem, invidum, interfectorem, suis repugnantiis perturbantem, ut malitiosum, sermone inconstantem, dictis suis contrarium, & oris sui verbis captum; fuerunt enim ei laqueus fortis labia sua, quem tu, postquam falsitas testimonii ejus convicta fuerit judica rigide, & gladio ignis trade, facque ei quod ipse proximo suo scelerate machinatus est, quantum enim in eo fuit, fratrem occidit, aures judicis occupando: scriptum enim est, *qui sanguinem hominis effuderit, effundetur sanguis illius, & auferes a te sanguinem innocentem effusum sine caussa.*

Exod. 23. Isaia 5. Matth. 7. Genes. 9.

γίνηται, καυτηρίασον αὐτὸ, καὶ τὴν σηπεδόνα ἔκκοψον σιβώσας νηστείαις· ἐὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, καὶ γνῷς, ὅτι ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, ἀλλ' ἐπεκτείνεται ἡ νομὴ, καὶ περιλαμβάνει πᾶσαν ἴασιν ὡς ἡ γάγγραινα πᾶν μέλος σήπουσα, τότε μετὰ πολλῆς σκέψεως καὶ συμβουλίας καὶ ἑτέρων ἰατρῶν ἐμπείρων ἀπόκοψον τὸ διασαπὲν μέλος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν διαφθαρῇ σῶμα τῆς ἐκκλησίας· μὴ ῥᾳδίως οὖν ἴσθι πρόχειρος εἰς τὸ ἀποκόπτειν· μηδὲ ταχέως ἐπὶ τὸν μυριόδοντα πρίονα ὅρμα, ἀλλὰ πρότερον χρῶ σμίλῃ, τὰ ἀποστήματα διαιρῶν, ὅπως τὸ ἐντὸς ἐγκείμενον αἴτιον τοῦ πόνου ποιοῦν ἐκκειθὲν, ἀναλγὲς τὸ σῶμα τηρήσῃ· ἐὰν δέ τινα ἀμετανοήτως ἔχοντα βλέπῃς καὶ ἀπεσκληκότα, τότε μετὰ λύπης καὶ πένθους ἀνιάτως ἔχοντα, τῆς ἐκκλησίας ἀπόκοπτε· ἐξαρεῖτε γὰρ τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν· καὶ εὐλαβεῖς ποιήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ· καὶ πάλιν· οὐ λήψῃ πρόσωπον πλουσίου ἐν κρίσει, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν.

ΚΕΦΑΛ. μβ'.

ΕΑν δὲ ψευδὴς ᾖ ἡ κατηγορία τῆς διαβολῆς, καὶ ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις τὸ ψεῦδος ὡς ἀλήθειαν παραδέξησθε, ἢ διὰ προσωποληψίαν, ἢ διὰ δώρων ἐξαλλαγὴν, βουλόμενοι τὸ ἀρεστὸν τῷ διαβόλῳ ποιεῖν, τὸν κατηγορούμενον μὲν, ὑπάρχοντα δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἀλλότριον ἀπώσησθε τῆς ἐκκλησίας, λόγον ὑφέξετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυρίου· ὅτι γέγραπται, ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· οὐ λήψῃ δῶρα πατάξαι ψυχήν· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν. καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια· καὶ πάλιν· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων· καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες· προσέχετε οὖν μήπως προσωπολῆπται γινόμενοι ὑποπέσητε τῇ φωνῇ τοῦ κυρίου ταύτῃ· φυλάσσεσθε οὖν τὸ κατακρίνειν τινὰς ἀδίκως, καὶ συνηγορεῖν τοῖς πονηροῖς· οὐαὶ γὰρ τῷ λέγοντι τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν· τῷ τιθέντι τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· ἐὰν γὰρ ἑτέρους ἀδίκως κατακρίνητε, καθ' ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθε· ὅτι λέγει κύριος, ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ᾧ καταδικάζετε, καταδικασθήσεσθε· εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ μαρτυρήσαντα ψευδῆ· καὶ ἐπιδείξας αὐτὸν συκοφάντην· βάσκανον· φονέα· ταράσσοντα ὡς κακὸν ἀντιλογίαις· ἄστατον ἐν τοῖς λόγοις· ἑαυτῷ ἐναντίον ἐφ' οἷς φθέγγεται· καὶ ἁλισκόμενον ῥήμασιν ἰδίου στόματος· παγὶς γὰρ αὐτῷ ἰσχυρὰ ἐφέστηκε τὰ ἴδια χείλη· ὃν μετὰ τοὺς ἐλέγχους τῆς ψευδολογίας κρινεῖς ἀποτόμως· καὶ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πυρὸς παραδώσεις· καὶ ποιήσεις αὐτῷ, ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον· ὅσον γὰρ ἐλάλησεν ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφὸν προλαβὼν τὰ ὦτα τοῦ κριτοῦ· γέγραπται δὲ, ὅτι ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται· καὶ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἀπὸ σοῦ τὸ ἐκχυθὲν μάτην.

A

Ὅπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.

ΚΕΦΑΛ. μγ'.

Ποιήσατε οὖν αὐτὸν ἀποσυνάγωγον ὡς φονέα ἀδελφοῦ· ἔπειτα χρόνου διαστάντος ἐὰν λέγῃ μετανοεῖν, ταπεινώσατε αὐτὸν νηστείαις· καὶ μετὰ ταῦτα χειροθετήσαντες αὐτὸν, προσδέξασθε, ἀσφαλισάμενοι μέντοι αὐτὸν· μή τινα ταράξῃ πάλιν· εἰ δὲ πάλιν εἰσελθὼν ὁμοίως στασιάζει οὐ παυόμενος τοῦ ταράσσειν, καὶ κατακερτομεῖν τὸν ἀδελφὸν, ἐκ φιλονεικείας μώμους ἐπιτηδεύων, ἐκβαλεῖτε αὐτὸν ὡς λοιμόν· ἵνα μὴ τὴν ἐκκλησίαν λυμαίνηται τοῦ Θεοῦ· ὁ τοιοῦτος γὰρ ταραχὰς συνίστησι πόλεσιν· οὗτος γὰρ κἂν ἔσω ᾖ μὴ πρέπων τῇ ἐκκλησίᾳ, περιττὸς καὶ μάταιος τυγχάνει, σπιλῶν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· εἰ γάρ τινες τῶν ἀνθρώπων γινόμενοι καὶ περισσὰ τῶν σωμάτων μέλη προσηρτημένα ἔχοντες, οἷον δακτύλους, ἢ ὑπερσαρκώματα, περικόπτουσιν ἀφ' ἑαυτῶν ταῦτα διὰ τὴν ἀπρέπειαν, καὶ οὐδεμία προσγίνεται ἀπρέπεια ἀπολαβόντος τοῦ ἀνθρώπου διὰ τοῦ τεχνίτου τὴν φυσικὴν εὐκοσμίαν, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς οἱ ποιμένες, τῆς ἐκκλησίας ὑπαρχούσης σώματος ἀρτίου καὶ μελῶν ὑγιεινῶν ἐπὶ Θεὸν πιστευόντων ἐν φόβῳ κυρίου, καὶ ἀγάπῃ, ὅταν εὑρεθῇ ἓν μέλος περισσὸν, πονηρὰ φρονοῦν καὶ τῷ λοιπῷ σώματι ἀπρέπειαν ἐμποιοῦν καὶ χειμάζον αὐτὸ στάσει καὶ μάχῃ καὶ καταλαλιᾷ, παρέχον αὐτῷ φόβους· πράγματα· μώμους· καταλαλίας· ἐγκλήματα· ἀκαταστασίας· καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ διαβόλου ἐνεργήματα ἐκτελῶν, ὡσὰν κεχειροτονημένος ὑπὸ τοῦ διαβόλου σκυβαλίζειν τὴν ἐκκλησίαν διὰ βλασφημιῶν καὶ πολλῆς ἀκαταστασίας καὶ ἔριδος καὶ διχοστασίας· οὗτος οὖν δεύτερον ἔξω τῆς ἐκκλησίας βληθεὶς ἀξίως ἀπετμήθη τῆς τοῦ κυρίου συναγωγῆς· καὶ μᾶλλον νῦν κεκόσμηται ἡ τοῦ κυρίου ἐκκλησία ἢ τὸ πρότερον, ὅτε τὸ περιττὸν ἐκέκτητο καὶ ἑαυτῇ ἀνοίκειον μέλος· διὸ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀβλασφήμητός ἐστι καὶ ἀσκυβάλιστος πονηρῶν ἀπαλλαγεῖσα· δολίων· λοιδόρων· ἀνημέρων· προδοτῶν· μισοκάλων· φιληδόνων· κενοδόξων· ἀπατηλῶν· δοξοσόφων· ἔργον θεμένων διασπείρειν, μᾶλλον δὲ διασκορπίζειν τὰ τοῦ κυρίου ἀρνία· σὺ οὖν ὦ ἐπίσκοπε σπούδαζε ἅμα τῷ ὑπό σε κλήρῳ ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ὅτι λέγει κύριος· ἐὰν πλάγιοι πορεύεσθε πρός με, κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς πλαγίως πορεύσομαι· καὶ ἀλλαχοῦ· μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ· καὶ μετὰ ἀθώου ἀθῷος ἔσῃ· καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· ὁσίως οὖν πορεύεσθε, ἵνα μᾶλλον ἐπαίνου καταξιωθῆτε ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἢ μέμψεως ἐκ τοῦ ἐναντίου.

Quomodo oporteat punire calumniatores.

CAPVT XLIII.

Itaque ejice eum ex ecclesia tamquam fratris interfectorem: deinde intervallo temporis interjecto, si dixerit, pœnitere se, premite eum jejuniis, ac postea per manus impositionem recipite, caventes tamen illi, ne quem iterum turbet. Quod si rursus ingressus, similiter seditionem, & discordiam concitarit, neque desinat turbare, & convicia facere fratri, vituperationibus ex contentione nequiter studens, ejicite eum tamquam pestilentem, ne B ecclesiam Dei vitiet, & fœdet. qui enim hujusmodi est, turbas conflat civitatibus, idemque tametsi intra ecclesiam est, tamen quia ecclesiam dedecorat, supervacuus & inanis est, qui quidem quantum in se est, corpus Christi sordidat. Nam si nonnulli homines ita nati, ut quasdam partes corporis supervacaneas adhærentes habeant, ut digitos, aut quædam in carne eminentia, quæ dicuntur hypersarcomata, hæc sibi propter turpitudinem amputant, neque est indecorum, opera artificis naturalem pulchritudinem recuperare, quanto magis decet hoc facere vos pastores ecclesiæ, quæ est integrum corpus, constans ex membris sanis, quæ in Deum, in metu domini, & caritate credunt, C cum aliquis instar membri supervacanei repertus fuerit, qui prava cogitet, & reliquum corpus deformet, tempestatesque in eo excitet, seditione & pugna, ac detractione exhibens ei metus, molestias, vituperationes, obtrectationes, criminationes, turbulentias, aut alia hujusmodi opera diaboli efficiens, tamquam a diabolo electus, ut ecclesiam maledictis, & infamia, & multa seditione, contentione, discordia, vilem faciat, & sordidam Hic igitur ex ecclesia iterum ejectus, merito est abscissus a cœtu domini: atque ecclesia Dei magis nunc ornata fuerit, quam antea, cum erat in ea aliquod membrum supervacaneum, & ab ea alienum. Quocirca jam deinceps extra maledicta, D & contemptum est, liberata fraudulentis, conviciatoribus, inhumanis, proditoribus, a virtute aversis, voluptuariis, inanis gloriæ cupidis, impostoribus, & iis qui sapientes videri volunt, quorum officium est dispergere, quin potius dissipare agnos Christi. Stude igitur episcope una cum clericis tuis, ut verbum veritatis recte tractes, quia dominus ait, *si oblique in me inceditis, & ego item in vos obliquus incedam*: & alias, *cum sancto sanctus eris, & cum innocentibus innocens eris, & cum perverso perverteris.* sancte igitur ambulate, ut laudem potius a domino reportetis, quam, si secus feceritis, vituperationem. E

Levit. 26.
Psalm. 17.

Ὅτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τῶν ἐπισκόπων· καὶ διευθύνειν τὰ κουφότερα.

ΚΕΦΑΛ. μδ'.

Ὁμόφρονες οὖν ὄντες πρὸς ἀλλήλους ὦ ἐπίσκοποι, εἰρηνεύετε μετ' ἀλλήλων· συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, μετὰ ἀκριβείας ποιμαίνετε τὸν λαόν· ὁμοφρόνως διδάσκοντες τοὺς ὑφ' ὑμᾶς ὁμογνωμονεῖν· καὶ τὸ αὐτὸ περὶ τῶν αὐτῶν δοξάζειν, ὅπως μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα· ἦτε δὲ ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα κα-

Quod debeat diaconus sublevare onus episcopi, & ea quæ leviora sunt, corrigere.

CAPVT XLIV.

Facti igitur unius animi, & unius inter vos sententiæ, o episcopi, pacem inter vos mutuam habete, condolentes, & benevoli fratribus. Pascite populum diligenter, eodem sensu & mente docentes eos, qui sub vestra potestate sunt, ut concordent, & idipsum de re

omni sentiant, *ne sint in vobis schismata, sitis autem unum corpus, & unus spiritus, perfecti eadem mente, & eadem sententia secundum sanctionem domini.* Ac diaconus quidem de re omni ad episcopum referat, ut Christus ad patrem. Verum quæcumque potest, facta ab episcopo potestate, moderetur per se, sicut Christus potestatem creandi, & providendi a patre accepit: Quæ vero majora sunt, episcopus judicet. Cæterum sit diaconus episcopi auris, & oculus, & item os, cor, & anima, ne episcopus sollicitudine multarum rerum, sed graviorum tantum urgeatur, sicut * Iothor Moysen instruxit, & Moyses consilium ejus amplexus est.

* Iethro socer Moysis. *Exod. 18.*

A κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατὰ τὴν κυριακὴν θέσιν· καὶ πάντα μὲν ὁ διάκονος τῷ ἐπισκόπῳ ἀναφερέτω ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί· ἀλλ᾽ ὅσα δὲ δύναται, εὐθυνέτω δι᾽ ἑαυτοῦ λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν ὡς ὁ κύριος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ δημιουργεῖν, καὶ τὸ προνοεῖν. τὰ δ᾽ ὑπέρογκα ὁ ἐπίσκοπος κρινέτω· πλὴν ἔστω ὁ διάκονος τοῦ ἐπισκόπου ἀκοὴ καὶ ὀφθαλμὸς καὶ στόμα καρδία τε καὶ ψυχή· ἵνα μὴ ᾖ τὰ πολλὰ μεριμνῶν ὁ ἐπίσκοπος· ἀλλὰ μόνα τὰ κυριώτερα· ὥσπερ καὶ ὁ Ἰωθὼρ τῷ Μωϋσεῖ διετάξατο, καὶ ἀπεδέχθη αὐτοῦ ἡ συμβουλία.

B

Quod non conveniant Christianis controversiæ, & concertationes.

CAPVT XLV.

PVLCHRA quidem Christiani hominis laus est, cum nemine litigare. sin autem alicujus opera, aut tentatione quapiam factum fuerit, ut incidat ei lis, det operam ut dirimatur, quamvis opus sit aliquid damni facere; & ne adeat ad judicium Gentilium; immo ne patiamini, ut sæculares magistratus de caussis vestris judicent: per eos enim diabolus studet, ut famulis Dei probrum etiam excitet, *quasi non habeatis vos quempiam sapientem, qui possit inter vos jus dicere, aut controversias dirimere.*

1. Cor. 6.

Ὅτι μὴ προσῆκον Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί.

ΚΕΦΑΛ. με.

Καλὸν μὲν οὖν ἐστι τῷ Χριστιανῷ ἐγκώμιον πρὸς μηδένα ἔχειν πράγματα· εἰ δὲ ἔκ τινος ἐνεργείας ἢ πειρασμοῦ ἐπισυμβῇ τινι πρᾶγμα, σπουδαζέτω διαλύεσθαι αὐτό, κἂν δέῃ βλαβῆναί τι· καὶ μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἐθνικόν· ἀλλὰ μὴν μηδὲ ἀνέχεσθε κοσμικοὺς ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑμετέρων δικάζειν· διὰ γὰρ αὐτῶν ὁ διάβολος ἐπιτηδεύει τοῖς δούλοις τοῦ C Θεοῦ, καὶ ὄνειδος ἐπεγείρει ὡς μὴ ἐχόντων ὑμῶν ἕνα σοφὸν τὸν δυνάμενον μεταξὺ βραβεῦσαι τὸ δίκαιον· ἢ τὰς ἀντιλογίας διαλῦσαι.

Quod non oporteat fideles apud infideles litigare, nec aliquem ex eis vocare ad dicendum testimonium in Christianos.

CAPVT XLVI.

NE igitur disceptationes vestras Gentiles cognoscant, neque ad dicendum contra vos testimonium adhibeantur, neque ab eis judicemini, neque quicquam eis debeatis, quod ad tributum & timorem pertineat. Quin potius *reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo, ut vectigal, aut censum, aut didrachmum:* sicut dominus noster soluto statere, a molestia liberatus est. elige igitur potius incommodum rerum tuarum, & studium pacis non solum cum fratribus, sed cum infidelibus: facta enim aliqua jactura bonorum externorum nullum damnum facies in iis quæ ad pietatem erga Deum pertinent, utpote pius Dei cultor, & secundum mandatum Christi vivens. Si vero fratres habuerint aliquid alius adversus alium, quod Deus avertat, indidem intelligere debetis, qui præpositi estis, quod qui hujusmodi sunt, non faciunt opus fratrum in domino, sed potius hostiliter diffidentium: Atque alter quidem eorum reperietur lenis, æquus, ac filius lucis, alter vero immitis, contumax, oppressor. qui igitur convictus fuerit, objurgetur, ejiciatur, & pœnas odii fraterni luat: deinde si eum peccati pœnituerit, recipiatur. atque ita castigati tribunal vestrum allevabunt. Oportet autem mutuo injurias condonare, non quidem judices, sed eosipsos qui inter se querelas habent, sicut dominus edixit, cum ego Petrus sic eum percontarer: *Quoties in me peccabit frater, & remittam ei, usque septies?* & respondit, *non dico tibi, usque septies, sed usque septuagies septies.* Sic enim vult dominus

Matth. 22. *Rom. 12.* *Matth. 17.* *Matth. 18.*

Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῶν ἀπίστων δικάζεσθαι· οὔτε μὴν ἐξ αὐτῶν τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ Χριστιανῶν.

ΚΕΦΑΛ. μς.

Μὴ οὖν γινωσκέτωσαν τὰ ἔθνη τὰς πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν διαφοράς· μήτε καθ᾽ ἑαυτῶν εἰς μαρτυρίαν παραδέχεσθε τοὺς ἀπίστους· μήτε κρίνεσθε ὑπ᾽ αὐτῶν· μήτε ὀφείλετέ τι τούτοις πρὸς συντέλειαν D ἢ φόβον· ἀλλὰ ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ· οἷον φόρον· ἢ κῆνσον· ἢ δίδραχμον· ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν δοὺς τὸν στατῆρα, ἀπηλλάγη πραγμάτων· αἱροῦ οὖν μᾶλλον βλάπτεσθαι καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην σπουδάζειν· οὐ μόνον πρὸς τοὺς ἀδελφούς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους· βλαβεὶς γὰρ τῶν βιωτικῶν τι, τὰ πρὸς Θεὸν οὐ ζημιωθήσῃ, ἅτε θεοσεβὴς ὑπάρχων, καὶ κατ᾽ ἐντολὴν Χριστοῦ ζῶν· εἰ δὲ ἀδελφοὶ εἰς ἀλλήλους ἔχουσιν, ὃ μὴ γένοιτο, αὐτόθεν νοεῖν ὀφείλετε οἱ προηγούμενοι, ὅτι οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἀδελφῶν ἐν κυρίῳ ἔργον ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχθρῶν πολεμίων· καὶ εἷς μὲν αὐτῶν εὑρεθήσεται E ἤπιος, ἐπιεικής, φωτὸς τέκνον, ἕτερος δὲ ἀνήμερος· αὐθάδης, πλεονέκτης· ὁ οὖν καταγινωσκόμενος ἐπιτιμάσθω· ἀφοριζέσθω· δίκην τῆς μισαδελφίας τιννύτω· εἶτα μεταμελόμενος προσλαμβανέσθω· καὶ οὕτω σωφρονιζόμενοι ἐπικουφίσουσιν ὑμῖν τὰ κριτήρια· χρὴ δὲ καὶ συγχωρεῖν τὰ εἰς ἀλλήλους ἀδικήματα· οὐ τοὺς κρίνοντας, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας εἰς ἑαυτούς· καθὼς ὁ κύριος ἀπεφήνατο ἐμοῦ ἐρωτήσαντος αὐτόν; ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ, ἕως ἑπτάκις; καὶ εἰπόντος, οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ᾽ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· οὕτως γὰρ θέλει ὁ κύριος

ἀληθῶς

ἀληθῶς εἶναι αὐτοῦ μαθητάς, καὶ μηδὲν ἔχειν κατὰ μηδενὸς πώποτε· οἷον ὀργὴν ἄμικτον· ἢ θυμὸν ἀνήμερον· ἢ ἐπιθυμίαν ἄδικον· ἢ μῖσος ἄσπονδον· τοὺς οὖν ὀργιζομένους συμβιβάζετε εἰς φιλίαν· τοὺς ἐχθραίνοντας εἰς ὁμόνοιαν· ὅτι λέγει κύριος· μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

A esse veros discipulos suos, nihilque eis esse alteri in alterum: non iram immoderatam; aut furorem implacabilem, aut cupiditatem iniquam, aut odium irreconciliabile. eos itaque, qui iram habent, reconciliate in gratiam, eos qui inter se dissident, reducite in concordiam: ait enim dominus, *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Matth. 5.

Ὅτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας.

Quod oporteat secunda feria caussas judicare.

ΚΕΦΑΛ. μζʹ.

ΤΑ δικαστήρια ὑμῶν γινέσθω δευτέρᾳ σαββάτων, ὅπως ἐὰν ἀντιλογία τῇ ἀποφάσει ὑμῶν γένηται, ἕως σαββάτου ἔχοντες ἄδειαν δυνηθῆτε διευθῦναι τὴν ἀντιλογίαν, καὶ εἰρηνεῦσαι εἰς τὴν κυριακὴν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους· συμπαρέστωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ἀπροσωπολήπτως κρίνοντες ὡς Θεοῦ ἄνθρωποι μετὰ δικαιοσύνης· παραγενομένων οὖν ἑκατέρων τῶν προσώπων, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει, στήσονται ἑκάτεροι ἐν μέσῳ τῷ κριτηρίῳ οἷς ἐστιν ἡ ἀντιλογία· καὶ ἀκούσαντες αὐτῶν, ὁσίως ἀνενέγκατε τὰς ψήφους, σπουδάζοντες αὐτοὺς φίλους ἀμφοτέρους ποιῆσαι πρὶν ἀποφάσεως τῆς τοῦ ἐπισκόπου· ὅπως μὴ ἐξέλθοι ἐπὶ γῆς κρίσις κατὰ τοῦ ἁμαρτήσαντος· καθότι καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ σύμψηφον ἔχει καὶ συνίστορα τῆς δίκης τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· εἰ δέ τινες ἐν βλασφημίαις τοῦ μὴ καλῶς ὁδεύειν ἐν κυρίῳ ἐλέγχοιντο ὑπό τινος, ὁμοίως ἀκούσαντες ἑκατέρων τῶν προσώπων τοῦ τε κατηγοροῦντος, καὶ τοῦ κατηγορουμένου, ἀλλὰ μὴ προλήψει, μηδὲ μονομερῶς, ἀλλὰ μετὰ δικαιοσύνης ὡς ὑπὲρ ζωῆς αἰωνίου, ἢ θανάτου διδόντες ἀπόφασιν· δικαίως γάρ, φησὶν ὁ Θεός, διώξει τὸ δίκαιον· ὁ γὰρ δικαίως τιμωρηθεὶς καὶ ἀφορισθεὶς παρ' ὑμῶν, αἰωνίου ζωῆς καὶ δόξης ἀπόβλητος γέγονε· καὶ παρ' ἀνθρώποις ὁσίοις ἄτιμος, καὶ παρὰ Θεῷ κατάδικος.

CAPVT XLVII.

FIANT judicia vestra secunda feria, ut si fuerit discessum a sententia, possitis libere usque ad sabbatum sedare controversiam, & pacificare disceptantes in diem Dominicum. Assistant autem judicio diaconi & presbyteri, qui citra acceptionem personarum tamquam homines Dei juste judicent. Cum igitur utraque persona sicut lex jubet, in judicium venerit, stabit uterque disceptantium in medio judicio, quibus auditis, ferte sancte & incorrupte suffragia, & date operam, ut antequam episcopus pronunciet, fiant amici, ne exeat episcopi sententia super terram contra eum qui deliquit: quia habet secum in tribunali Christum Dei filium judicii comprobatorem & cognitorem. Si qui vero a quopiam de infamia non recte ambulandi in domino, arguantur, auditis similiter utrisque, & non ex opinione præjudicata, neque altero tantum audito, sed potius juste tamquam de vita & morte sempiterna ferenda est sententia: *Juste enim, inquit Deus, quod justum est exequeris.* Qui enim juste a vobis punitus est, & excommunicatus, idem a vita immortali & gloria rejectus est, & apud justos & pios homines inhonoratus, & inglorius, & apud eundem Deum damnatus.

Exod. 23. Deuter. 16. & 16.

Ὅτι μὴ χρὴ ταυτὴν ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελείας, ἀλλὰ διάφορον πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος.

Quod non sit eadem pœna irroganda in omni delicto, sed varia pro varietate peccantis.

ΚΕΦΑΛ. μηʹ.

ΜΗ πάσης δὲ ἁμαρτίας τὴν αὐτὴν ποιεῖσθε ἀπόφασιν· ἀλλ' ἑκάστης ἰδίαν μετὰ πολλῆς φρονήσεως κρίνοντες ἕκαστα τῶν πλημμελημάτων· τά τε σμικρὰ καὶ τὰ μεγάλα· καὶ ἄλλως ἔργου, καὶ λόγου πάλιν ἑτέρως καὶ προθέσεως· ἢ λοιδορίας· ἢ ὑπολήψεως διαφόρως. καὶ τοὺς μὲν ὑποβαλεῖς μόναις ἀπειλαῖς· τοὺς δὲ πενήτων χορηγίαις. ἄλλους δὲ νηστείαις στιβώσεις, καὶ ἑτέρους ἀφορίσεις πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ἐγκλήματος αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ ὁ νόμος οὐ παντὸς ἁμαρτήματος τὴν αὐτὴν ἐποιεῖτο τιμωρίαν· ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὰ εἰς Θεὸν καὶ εἰς ἱερέα καὶ εἰς ἱερὸν καὶ εἰς ἱερεῖον· ἑτέρως τὰ εἰς βασιλέα καὶ ἄρχοντα καὶ στρατιώτην καὶ ὑπήκοον ὁμότιμον. ἢ οἰκέτην· ἢ εἰς κτῆμα· ἢ εἰς ἄλογον, καὶ πάλιν παρηλλαγμένως τὰ εἰς γονεῖς καὶ συγγενεῖς· ἄλλως τὰ ἐξ ἐφόδου· καὶ τὰ ἀκουσίως ἑτέρως· καὶ τοῖς μὲν θάνατον ἢ διὰ σταυροῦ, ἢ τὸν διὰ λίθων, τοῖς δὲ ζημίαν, ἢ μάστιγας, ἢ τὸ τὰ ὅμοια παθεῖν οἷς ἔδρασεν· οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς τῶν διαφόρων ἁμαρτημάτων διαφόρους ποιεῖσθε καὶ τὰς τιμωρίας, ἵνα μή τις ἀδικία παρεμπεσοῦσα κινήσῃ τὸν Θεὸν πρὸς ἀγανάκτησιν· ἧς γὰρ ἂν ἀδίκου κρίσεως μεσῖται γένησθε, ταύτης καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ λήψεσθε μισθόν· ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε.

CAPVT XLVIII.

NE de omni peccato idem judicium pronuncietis, sed de unoquoque suum, singulis delictis, tum parvis, tum magnis multa prudentia judicatis; aliter, inquam, facto sermone, item aliter proposito alio modo convicio, alio suspicione: atque etiam alios quidem solis minis, & terroribus subjicies, alios mulctationi largiendi pauperibus. rursus alios jejuniis comprimes: item alios ex ecclesia ejicies pro magnitudine & gravitate criminis. siquidem lex non omne delictum eodem supplicio puniebat, quinimmo alio atque alio commissa in Deum, in sacerdotem, in templum, in hostiam, aliter in regem, in ducem, in militem, in subditum, in æqualem, aut in famulum, aut in possessionem, aut in jumentum, sive in pecus: rursum secus peccata in parentes, & propinquos: aliter peccata ex consulto, aliter non voluntaria, atque alios quidem morte puniebat vel cruci affigendo, vel lapidando, alios vero mulcta pecuniæ vel verberibus, vel talione. ergo vos quoque diversa delicta diversis pœnis plectite, ne qua injuria accidat, quæ iram Dei provocet. Cujus enim injusti judicii eritis intermedii, ejus mercedem feretis. nam *quo judicio judicatis, eo judicabimini.* Matth. 7.

Qualis

Quales esse oporteat accusatores, & testes.

CAPVT XLIX.

Matth. 19.

[c] corrupta est, naturæ legem violat.

Eccl. 25.

Ierem. 4.

[d] De valore baptismi ab hæreticis collati contenderunt Africani episcopi cũ quibusdam Asianis adversus Stephanũ papam, ut dicemus infra.

Quod oporteat non rebaptizare, neque ab impiis baptismum [d] recipere.

CAPVT XV.

SIMILITER docemus oportere contentos esse uno baptismo, qui in mortem domini datus est, non illo baptismo, qui ab hæreticis infamibus, sed qui a probatis sacerdotibus tribuitur *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:* Itaque neq; illorum impiorum baptismus vobis probetur, neque horum sanctorum baptismus per secundum irritus fiat. ut enim unus Deus, unus Christus, unus item paracletus, una vero etiam mors domini in corpore, sic item unum

Matth. 28.

Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι' αὐτῶν παραγγέλματα.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

ΔΙ' οὓς καὶ ἡμεῖς νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, [a] Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ Ζεβεδαίου· Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος· Ἰάκωβος Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος· καὶ Σίμων ὁ Κανανίτης· καὶ Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα καταψηφισθεὶς ἡμῖν· Ἰάκωβός τε ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς, καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος· καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς ἅμα πάντες καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν εἰς ἐπιστηριγμὸν ὑμῶν τῶν τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν πεπιστευμένων· ἐν ᾗ δηλοῦμεν ὑμῖν Θεὸν παντοκράτορα ἕνα μόνον ὑπάρχειν, παρ' ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι· καὶ αὐτὸν μόνον σέβειν καὶ προσκυνεῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐν τῷ παναγίῳ πνεύματι· καὶ ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς χρῆσθαι, νόμῳ καὶ προφήταις· γονεῖς τιμᾶν· ἅπασαν ἔκθεσμον πρᾶξιν φεύγειν· ἀνάστασιν πιστεύειν καὶ κρίσιν· καὶ ἀνταπόδοσιν προσδοκᾶν· καὶ τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ πᾶσιν εὐχαρίστως προσέρχεσθαι ὡς Θεοῦ ἔργοις καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι φαῦλον· καὶ γαμεῖν νομίμως· ἄμεμπτος γὰρ ὁ τοιοῦτος γάμος· ὅτι καὶ παρὰ κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· καὶ ὁ κύριος λέγει, ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς: καὶ εἶπεν· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· μήτε μὴν μετὰ γάμον ἐκβάλλειν ἀκατάγνωστον ἐξέστω· φυλάξῃ γὰρ, φησὶ, τῷ πνεύματί σου· καὶ γυναῖκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπῃς, ὅτι αὕτη κοινωνὸς βίου σου, καὶ ὑπόλειμμα πνεύματός σου· κἀγὼ ἐποίησα καὶ οὐκ ἄλλος· φάσκει γὰρ ὁ κύριος, ὅτι ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· ἡ γὰρ γυνὴ κοινωνός ἐστι βίου ἑνουμένη εἰς ἓν σῶμα ἐκ δύο παρὰ Θεοῦ· ὁ δὲ τὸ ἓν ἀνάπαλιν διαιρῶν εἰς δύο, ἐχθρὸς δημιουργίας Θεοῦ καὶ προνοίας τῆς ἐκείνου ἀντίπαλος· ὡσαύτως ὁ κατέχων τὴν παραφθαρεῖσαν, φύσεως θεσμοῦ παράνομος, ἐπείπερ ὁ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής· ἀπότεμε γὰρ αὐτὴν φησὶν ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου· οὐ γάρ ἐστι βοηθὸς, ἀλλ' ἐπίβουλος πρὸς ἄλλον ἀποκλίνασα τὴν διάνοιαν· μήτε δὲ περιτέμνεσθαι τὴν σάρκα· ἀρκεῖσθαι δὲ πιστοῖς τὴν τῆς καρδίας περιτομὴν ἐν πνεύματι· περιτμήθητε γάρ φησι, τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.

B

C

D

[a] Excluso hoc Iacobo leg. videtur καὶ Ἰωάννης υἱὸς Ζεβεδαίου

Ὅτι οὔτε ἀναβαπτίζειν χρὴ, οὔτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν βάπτισμα δοθὲν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα.

E

ΚΕΦΑΛ. ιε'.

ΟΜοίως καὶ βαπτίσματι ἑνὶ ἀρκεῖσθαι μόνῳ τῷ εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον δεδομένῳ, οὐ τῷ παρὰ τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν, ἀλλὰ τῷ παρὰ τῶν ἀμέμπτων ἱερέων δεδομένῳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· μήτε δὲ τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν δεκτὸν ὑμῖν ἔστω· μήτε τὸ παρὰ τῶν ὁσίων ἀκυρούσθω διὰ δευτέρου· ὡς γὰρ εἷς ὁ Θεὸς, εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ εἷς ὁ παράκλητος, εἷς δὲ καὶ ὁ τοῦ κυρίου ἐν σώματι θάνατος, οὕτως ἓν ἔστω καὶ τὸ εἰς αὐτὸν διδόμενον βάπτισμα

A πτισμα. οἱ δὲ παρὰ ἀσεβῶν δεχόμενοι μόλυσμα κοινωνοὶ τῆς γνώμης αὐτῶν γενήσονται· οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς· λέγει γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός· ἐπεὶ καὶ σὺ ἀπώσω γνῶσιν· ἀπώσομαί σε κἀγὼ τοῦ ἱερατεύειν μοι· οὔτε μὴν οἱ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτῶν μεμύηνται, ἀλλὰ μεμολυσμένοι ὑπάρχουσιν, οὐκ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνοντες, ἀλλὰ δεσμὸν ἀσεβείας· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεμυημένους ἐκ δευτέρου βαπτίζειν πειρώμενοι ἀνασταυροῦσι τὸν κύριον· ἀναιροῦσιν αὐτὸν ἐκ δευτέρου· γελῶσι τὰ θεῖα· μυκτηρίζουσι τὰ ἅγια. ὑβρίζουσι τὸ πνεῦμα· τὸ αἷμα τὸ ἅγιον ὡς κοινὸν ἀτιμάζουσιν· ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν ἀποστείλαντα· εἰς τὸν παθόντα· εἰς τὸν μαρτυρήσαντα· ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκ καταφρονήσεως μὴ βουλόμενος βαπτισθῆναι, ὡς ἄπι- B στος κατακριθήσεται, καὶ ὀνειδισθήσεται ὡς ἀχάριστος καὶ ἀγνώμων· λέγει γὰρ ὁ κύριος· ἐὰν μή τις * βαπτισθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ πάλιν, ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται· ὁ δὲ λέγων, ὅτι ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι, ἵνα μὴ ἁμαρτήσω καὶ ῥυπανῶ τὸ βάπτισμα, οὗτος ἄγνοιαν ἔχει Θεοῦ καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλήσμων τυγχάνει· μὴ ἀναβάλλου γὰρ ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια· καὶ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Θεοῦ· ἄφετε γάρ φησι, τὰ παιδία C ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά.

A sit baptisma, quod in eam datur: Qui autem ab illis impiis accipiunt inquinamentum, erunt quoque participes animi eorum, non enim illi sacerdotes sunt, sicut dominus de ipsis ait: *Quoniam ejecisti cognitionem, & ego ejiciam te, ne fungaris mihi sacerdotio.* Quare qui ab istis baptizati sunt, non baptismo initiati, sed inquinati sunt, " qui non veniam peccatorum, sed vinculum iniquitatis accipiunt. Neque hoc solum, immo qui mysterio baptismi initiatos, iterum baptizare aggrediuntur, iterum agunt in crucem dominum, iterumque eum interficiunt, irrident divina, ludibrio habent sancta, contumelia afficiunt Spiritum sanctum, & sanguinem illum sanctum ut communem parvipendunt, B impii sunt in eum, qui misit, in eum, qui passus est, in eum, qui testimonium præbuit: Quin potius qui baptismum propter contemptū recusaverit, tanquam infidelis condemnabitur, & ei ut ingrato, & immemori exprobrabitur quod ait dominus: *Nisi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non ingredietur in regnum cœlorum.* & rursus: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur.* Qui vero ait, cum moriar, accipiam baptismum, ne peccem, & baptismum inquinem, hic quidem Deum ignorat, & naturæ suæ oblitus est: *Ne differas, inquit, converti ad dominum, non enim scis quid pariet posterus dies.* Baptizate autē C vestros pueros infantes, & educate eos in disciplina, & monitione Dei: *Sinite enim,* ait dominus, *pueros venire ad me, & ne prohibete eos.*

Marginal notes: Osee 4. — " ista sæculo Christi tertio in quibusdam Orientis provinciis jactata, ut in Africa. — Ioan. 3. — Mar. ult. — Prov. 3. — Matth. 19. — (left margin, cut off:) ...ĩ in ...ngelio ...etur, ...d co- ...a reci-

Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων.

ΚΕΦΑΛ. ιϛʹ.

ΤΑῦτα πάντα ἐπεστείλαμεν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχοιτε τὴν ἡμετέραν γνώμην, οἵα τίς ἐστι· καὶ τὰ ἐπ' ὀνόματι ἡμῶν παρὰ τῶν ἀσεβῶν κραττυνθέντα βιβλία μὴ παραδέχεσθαι· οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρὴ ὑμᾶς προσέχειν τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ γνώμῃ τῇ ἀδιαστρόφῳ· οἴδαμεν γὰρ ὅτι οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον ἰώδη συντάξαντες βιβλία D ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιληκότων Χριστὸν καὶ ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους· καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωσέως καὶ Ἐνὼχ καὶ Ἀδὰμ, Ἡσαΐου τε καὶ Δαβὶδ καὶ Ἠλία καὶ τῶν τριῶν πατριαρχῶν, φθοροποιὰ, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρά· τοιαῦτα καὶ νῦν ἐποίησαν οἱ δυσώνυμοι διαβάλλοντες δημιουργίαν· γάμον· πρόνοιαν· τεκνογονίαν· νόμον· προφήτας· βάρβαρά τινα ὀνόματα ἐγγράφοντες, καὶ, ὡς αὐτοί φασιν, ἀγγέλων· τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν δαιμόνων τῶν αὐτοῖς ὑπηχούντων· ὧν ἀποφεύγετε τὴν διδασκαλίαν· ἵνα μὴ μετάσχητε τῆς τιμωρίας τῶν αὐ- E τὰ συγγραψαμένων ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν πιστῶν καὶ ἀμέμπτων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μαθητῶν.

De libris falso inscriptis.

CAPVT XVI.

HÆc omnia scripsimus vobis, ut scire possitis, qualis sit nostra scientia, & ne libros, quos impii nostri inscriptione munierunt, approbetis, neque enim nomina apostolorum attendere debetis, sed naturam rerum, & sententiam numquam a recto deflexam. Scimus enim D Simonem, & Cleobium venenatos libros nomine Christi & discipulorum ejus composuisse, quos ad decipiendum eos, qui Christum & nos servos ejus dilexerunt, circumferunt. Atque etiam priscis temporibus quidam libros apocryphos scripserunt Moysis, Enoch, Adam, Esaiæ, David, Eliæ, & trium " patriarcharum, libros dico pestiferos, & veritatis inimicos: Tales nunc libros ediderunt infames hæretici, quibus calumniantur creationem mundi, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, legem, prophetas: scribuntque in his ipsis nomina quędam barbara, ut illi quidem aiunt angelorum, ut autem verum fateamur, dęmonum potius, quorum E instinctu & afflatu ista scripserunt. fugite ergo horum doctrinam, ne supplicii eorum, qui ista ad fallendum fideles & probos domini Iesu discipulos scripserunt, participes efficiamini.

Marginal note: " Abraham, Isaac, & Iacob.

Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα.

ΚΕΦΑΛ. ιζʹ.

ΕΠίσκοπον καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον εἴπομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταὶ, κἂν τεθνᾶσι· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μετὰ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν ἔτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι· ἢ γεγαμηκόσιν, ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ'

Conjugalia præcepta de clericis.

CAPVT XVII.

EPISCOPVM, & presbyterum, ac diaconum ordinari præcipimus, qui sint monogami, id est, unius uxoris viri, sive uxores eorum superstites sint, sive non: post ordinationem tamen, si uxores non habent, præcipimus, ut non liceat amplius ducere, aut si antea duxerant, non alias in

in matrimonium accipere, sed potius, a quod cum haberent, ad ordinationem venerunt, contentos esse: Item ministros, cantores, lectores, & janitores monogamos, id est, unumquemque eorum unius uxoris virum esse præcipimus. sin vero ante conjugium ad clerum accesserint, permittimus eis, ut uxores ducant, si eis cordi est: ne cum deliquerint, pœnas pendant. Iubemus vero, ut nullus ex clero in matrimonium accipiat meretricem, aut ancillam, aut viduam, aut repudiatam, sicut etiam lex sancit. Diaconissa vero eligatur virgo pudica: Sin autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quæ uni nupserit, & fidelis, atque honorata sit.

a ea quam haberent, cum ad ord. venerunt. De his fuse Turrianus in explanationibus suis.

Levit. 21.

Admonitio de fugienda hæreticorum communione.

CAPVT XVIII.

Poenitentes suscipite, hæc est enim Dei voluntas in Christo. Post tradita catechumenis elementa Christianæ religionis baptizate eos. Impios hæreticos non pœnitentes discludite, & semovete a fidelibus, & eis ecclesiam Dei interdicite: ut omnibus modis ab eis declinent, neque ulla cum eis sit sermonis, aut precationis communitas. hi enim sunt adversarii, & insidiatores ecclesiæ, qui corrumpunt gregem, & fœdant hæreditatem, sapientiæ simulatores, & toti improbi, de quibus aiebat Salomon: Qui impii sunt, simulant se pios esse, *est enim, inquit, via qua quibusdam videtur recta, extrema vero ejus spectant ad profundum inferni.* Hi sunt de quibus dominus acerbe & rigide pronunciavit esse pseudochristos, & falsos magistros, qui in spiritum gratiæ blasphemi fuerunt: & donum ejus post gratiam contumeliose aspernati sunt: quibus neque in hoc sæculo, neque in futuro remittetur. qui magis impii sunt, quam Iudæi, & magis sine Deo quam Gentiles, qui summum Deum universi præsidem blasphemiis insectantur, & filium ejus conculcant, ac in doctrinam Spiritus sancti despuunt, qui sermones Dei negant, aut approbare se simulant in contumeliam Dei, & ad decipiendum eos qui ipsos adeunt, quique scripturis sanctis contumeliam inferunt, & quidnam sit justitia, ignorant, qui ecclesiam devastant, ut parvæ vulpes vineam, quas ut devitetis hortamur, ne animis vestris laqueos injiciatis. *Qui ambulat*, inquit, *cum sapientibus, sapiens erit, qui vero ambulat cum insipientibus, cognoscetur*: neque enim licet cum fure currere, neque cum adultero portionem ponere, siquidem & sanctus David ait, *odientes te oderam, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Atque etiam Deus exprobrabat Iosaphat, quod esset amicus, atque auxiliator Achab, & Ochoziæ, sic enim ait per Ionam prophetam: *tibi cum peccatore amicitia est, vel ei auxilium fers, quem Deus odit; propter hoc repente ira domini concitata fuisset in te, nisi cor tuum inventum esset perfectum erga dominum: idcirco pepercit tibi dominus, excepto, quod opera tua interrupta sunt, & confracta naves tuæ* Fugite ergo communionem hæreticorum, & ne sit vobis pax cum eis: de ipsis enim pronunciavit propheta, *Non est salvere impiis, ait dominus:* Hi enim sunt lupi occulti, canes muti, non valentes latrare, qui nunc quidem pauci sunt, processu

Prov. 14.

Eccl. 9.

Psal. 138.

2. Par. 19.

Isa. 57.

A ἀρκεῖσθαι, a ἣν ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν· ὑπηρέτας δὲ καὶ ψαλτῳδοὺς καὶ ἀναγνώστας καὶ πυλωροὺς καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν· εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν, εἴγε πρὸς τοῦτο πρόθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες κολάσεως τύχωσιν· οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει· διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία.

a alii leg. ἀρκεῖσθαι ἔχοντες ἦλθον

Παραίνεσις κελεύουσα φεύγειν τὴν τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν.

B

ΚΕΦΑΛ. ιη'.

Τοὺς δὲ μετανοοῦντας προσδέχεσθε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ· τοὺς κατηχουμένους στοιχειώσαντες βαπτίσατε· τοὺς ἀθέους αἱρεσιώτας ἀμετανοήτως ἔχοντας διαστείλαντες, ἀφορίσατε ἀπὸ τῶν πιστῶν, καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐκκηρύκτους ποιήσατε· καὶ παραγγείλατε τοῖς πιστοῖς παντοίως αὐτῶν ἀπέχεσθαι· καὶ μήτε λόγοις, μήτε προσευχαῖς κοινωνεῖν αὐτοῖς· οὗτοι γάρ εἰσιν ἀντίδικοι καὶ ἐπίβουλοι τῆς ἐκκλησίας οἱ διαφθείροντες τὸ ποίμνιον, καὶ μολύνοντες τὴν κληρονομίαν· οἱ δοξόσοφοι, καὶ παμπόνηροι· περὶ ὧν ἔλεγε Σολομὼν ὁ σοφός, C ὅτι δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσεβεῖν· ἔστι γάρ φησιν, ὁδὸς ἣ δοκεῖ τισιν ὀρθὴ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῆς βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου· οὗτοί εἰσι περὶ ὧν ὁ κύριος πικρῶς καὶ ἀποτόμως ἀπεφήνατο λέγων, ὅτι εἰσὶ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι οἱ βλασφημήσαντες τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος καὶ ἀποπτύσαντες τὴν παρ' αὐτοῦ δωρεὰν μετὰ τὴν χάριν· οἷς οὐκ ἀφεθήσεται οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· οἱ καὶ Ἰουδαίων δυσσεβέστεροι καὶ Ἑλλήνων ἀθεώτεροι· οἱ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων βλασφημοῦντες· καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταπατοῦντες· καὶ τὴν διδασκαλίαν τοῦ πνεύματος διαπτύοντες· οἱ τοὺς θείους λόγους ἀρνούμενοι, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως προσποιούμενοι δέχεσθαι ἐφ' ὕβρει Θεοῦ καὶ ἀπάτῃ τῶν αὐτοῖς D προσιόντων· οἱ τὰς ἱερὰς γραφὰς ἐνυβρίζοντες, καὶ τὴν δικαιοσύνην ὅτι ποτέ ἐστιν ἀγνοοῦντες· οἱ τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ διαφθείροντες, ὡς ἀλώπεκες μικροὶ ἀμπελῶνα· οὓς φεύγειν ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, ἵνα μὴ λάβητε βρόχους ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς· ὁ συμπορευόμενος μετὰ σοφοῖς, σοφὸς ἔσται· ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι, γνωσθήσεται· οὔτε γὰρ κλέπτῃ δεῖ συντρέχειν· οὐδὲ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα τίθεσθαι· ἐπείπερ καὶ ὁ ὅσιός φησι Δαβίδ· κύριε τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα· καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην· τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι· καὶ τῷ Ἰωσαφὰτ ὁ Θεὸς ὀνειδίζει E διὰ τὴν πρὸς Ἀχαὰβ φιλίαν καὶ συμμαχίαν καὶ τὴν πρὸς Ὀχοζίαν, λέγων διὰ Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου· εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ φιλιάζεις, ἢ μισουμένῳ ὑπὸ κυρίου βοηθεῖς· διὰ τοῦτο ἐξαίφνης ὀργὴ κυρίου ἐγένετο ἐπί σε, εἰ μὴ ὅτι εὑρέθη ἡ καρδία σου τελεία πρὸς κύριον· διὰ τοῦτο ἐφείσατό σου κύριος, πλὴν ὅτι διεκόπη τὰ ἔργα σου καὶ συνετρίβησαν αἱ νῆές σου· φεύγετε οὖν τῆς κοινωνίας αὐτῶν, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης ἀλλότριοι τυγχάνετε· περὶ αὐτῶν γὰρ ὁ προφήτης ἀπεφήνατο λέγων· ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ κρύφιοι λύκοι· οἱ ἐνεοὶ κύνες· οἱ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν· οἱ νῦν μέν εἰσιν ὀλίγοι, προκόψαντος δὲ

τοῦ

τοῦ χρόνου καὶ τῆς συντελείας ἐγγιζούσης, πλείονες καὶ χαλεπώτεροι ἔσονται· περὶ ὧν ὁ κύριος ἔλεγεν ὅτι ἆρα ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· καὶ ἐλεύσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται· καὶ δώσουσι σημεῖα ἐν οὐρανῷ, ὥστε εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀπατῆσαι· ὧν τῆς ἀπάτης ῥύσεται ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς διερχόμενοι τὰ ἔθνη καὶ ἐπιστηρίζοντες τὰς ἐκκλησίας, τοὺς μὲν ἐν πολλῇ νουθεσίᾳ καὶ λόγῳ ἰατικῷ ὑγιάσαντες, ἐπανηγάγομεν μέλλοντας ὅσον οὐδέπω θνήσκειν ἀπάτῃ· τοὺς δὲ ἀνιάτως ἔχοντας ἐξεβάλομεν ἀπὸ τῆς ποίμνης, ἵνα μὴ ψωραλέας νόσου μεταδῶσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀρνίοις· ἀλλὰ καθαρὰ καὶ ἄχραντα, ὑγιᾶ καὶ ἄσπιλα διαμείνῃ κυρίῳ τῷ Θεῷ· καὶ ταῦτα κατὰ πόλιν πανταχοῦ εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην τοῦ κόσμου πεποιήκαμεν, καταλιπόντες ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ λοιποῖς ἱερεῦσι τήνδε τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν ἀξίως καὶ δικαίως εἰς μνημόσυνον ἐπιστηριγμοῦ τοῖς πεπιστευκόσι Θεῷ, διαπεμψάμενοι διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κλήμεντος τοῦ πιστοτάτου καὶ ὁμοψύχου τέκνου ἡμῶν ἐν κυρίῳ, ἅμα καὶ Βαρνάβᾳ καὶ Τιμοθέῳ τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ, καὶ Μάρκῳ τῷ γνησίῳ, σὺν οἷς καὶ Τίτον ὑμῖν γνωρίζομεν, καὶ Λουκᾶν, Ἰάσονά τε, καὶ Λούκιον, καὶ Σωσίπατρον· δι᾽ ὧν καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐν κυρίῳ ἀπέχεσθαι παλαιᾶς συνηθείας· δεσμῶν ματαίων· ἀφορισμῶν· παρατηρήσεων· βρωμάτων· διορισμοῦ· βαπτισμάτων καθημερινῶν· τὰ ἀρχαῖα γὰρ παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα.

A vero temporis, & cum prope erit extremum sæculi hujus plures difficilioresque erunt. De quibus dominus aiebat, *Numquid cum venerit filius hominis, inveniet fidem in terra? & quia multiplicabitur iniquitas, refrigescet caritas multorum: & venient pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa in cælo, ut si fieri possit, etiam electi inducantur in errorem*: a quorum fraude eripiet nos dominus Deus per Iesum Christum, qui est spes nostra. Etenim & nos cum pergeremus per gentes, & ecclesias confirmaremus, alios quidem multa admonitione, & sermonis medicina sanavimus, & jam prope fraude perituros, revocavimus, alios vero, quo- B rum ægritudo non poterat recipere curationem, extrusimus ex grege, ne eorum scabies cum teneris agnis sanis contagione communicaretur, quin potius puri, mundi, sani, ac sine macula domino Deo servarentur. Atque hæc quidem ubique terrarum per civitates fecimus, vobisq; episcopis, & reliquis sacerdotibus hanc doctrinam catholicam merito & juste reliquimus, ut memineritis fulcire ac roborare eos qui Deo crediderunt. Quam quidem doctrinam misimus vobis per comministrum nostrum Clementem fidelissimum, ac carissimum filium nostrum una cum Barnaba, & Timotheo filio optatissimo, & cum sincero Marco, cum quibus notos vobis esse volumus Titum, Lucam, Iaso- C nem, Lucium, Sosipatrum. per quos hortamur vos, ut abstineatis a vetere consuetudine, vanis vinculis, separationibus, observationibus, ciborum differentia, ac baptismatibus quotidianis: *vetera enim transierunt, ecce facta sunt omnia nova.*

Luc. 18. Matth. 24. 2. Cor. 5.

Πρὸς φαυλίζοντας τὸν νόμον.

ΚΕΦΑΛ. ιθʹ.

Γνόντες γὰρ Θεὸν διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ οἰκονομίαν ἀρχῆθεν γεγενημένην, ὅτι δέδωκε νόμον ἁπλοῦν εἰς βοήθειαν τοῦ φυσικοῦ· καθαρόν· σωτήριον· ἅγιον· ἐν ᾧ καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐγκατέθετο· τέλειον· ἀνελλιπῆ· δέκα λογίων πλήρη· ἄμωμον· ἐπιστρέφοντα ψυχάς· ὅπερ καὶ ἐπιλαθομένους Ἑβραίους ὑπομιμνήσκει διὰ Μαλαχίου τοῦ προφήτου λέγων· μνήσθητε νόμου Μωσῆ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐνετείλατο ὑμῖν προστάγματα καὶ δικαιώματα· ὃς τοσοῦτόν ἐστιν ἅγιος καὶ δίκαιος, ὡς καὶ τὸν σωτῆρά ποτε θεραπεύσαντα λεπρὸν ἕνα, καὶ πάλιν ἐννέα, εἰπεῖν τῷ πρώτῳ· πορευθεὶς δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἀρχιερεῖ· καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· τοῖς δὲ ἐννέα πάλιν· πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσιν· οὐ γάρ που κατέλυσε τὸν νόμον ὡς Σίμων δοξάζει, ἀλλ᾽ ἐπλήρωσε· λέγει γὰρ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία, οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται· οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶ, καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι· καὶ γὰρ καὶ Μωσῆς νομοθέτης ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεὺς καὶ προφήτης καὶ βασιλεὺς, καὶ Ἡλίας ὁ ζηλωτὴς τῶν προφητῶν ἐν τῇ μεταμορφώσει τοῦ κυρίου ἐν τῷ ὄρει μάρτυρες αὐτοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῶν παθημάτων, ὡς φίλοι Χριστοῦ καὶ οἰκεῖοι· ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἐχθροὶ ἢ ἀλλότριοι· ἐξ ὧν δείκνυται ὅτι καὶ ὁ νόμος καλὸς καὶ ἅγιος, καὶ οἱ προφῆται.

Contra vituperantes legem.

CAPVT XIX.

Devm enim per Iesum Christum cognovimus, omnemque ejus dispensationem a principio factam, quemadmodum legem dederit simplicem legis naturalis adjutri- D cem, puram, salutarem, sanctam, in qua proprium nomen ferebatur, perfectam, ex nulla parte deficientem, continentem decalogum; plenam, omni macula carentem, animas convertentem. Cujus quidem oblitos Hebræos admonet dominus per Malachiam prophetam, cum ait: *Mementote legis Moysis hominis Dei, qui præcepit vobis præcepta, & justificationes.* Quæ usque adeo sancta & justa est, ut salvator noster cum aliquando unum leprosum, & rursus novem curasset, primo dixerit, *Abi, ostende te summo sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis*: ac rursus illis item novem, *Ite*, inquit, *ostendite vos sacerdotibus.* Non enim legem solvit, ut opinatur Simon, im- E mo implevit, ait enim: *Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant: non enim* inquit, *veni solvere legem, sed adimplere.* siquidem Moyses idem legislator simul, & princeps sacerdotum, & propheta, ac rex, item Elias ille prophetarum zelotes interfuerunt transfigurationi domini in monte testes assumptæ humanitatis Christi, & passionum ejus, tamquam amici Christi, & familiares, non autem inimici, & alieni. Quæ quidem satis demonstrant legem esse bonam & sanctam, & item prophetas.

Malach. 4. Matth. 8. Luc. 17. Matth. 8. Luc. 17. Matth. 5. Matth. 17.

Qua

A

Quæ sit lex naturalis, & quæ inducta, & quare fuit inducta.

CAPVT XX.

LEX vero est decalogus, quemadmodum illis clara voce sanxit, antequam populus Apim illum Ægyptium facto vitulo coleret. Hæc autem lex justa est, unde nomos dicitur, quod natura fiant juste judicia, quam Simon vituperat, quod existimet, si ab ea non judicetur, ex pœnis se evasurum. Hæc est lex bona
Exod. 20. & sancta, non coacta. *Si feceris*, inquit, *mihi aram, ex terra facies*: non dixit, fac, sed *si feceris*, non imposuit necessitatem, sed potestati utpote liberæ permisit: non enim eget Deus victimis, qui natura nullius rei est indigens. Quin immo cum sciret jam antea Abelem illum Dei amantem, & studiosum, & Noe, atque Abraham, item alios deinceps non jussos, sed lege naturæ excitatos ultro grato animo Deo sacrificasse, idem postea Hebræis quoque sacrificare permisit, non quidem sacrificare jubens, sed si liberet, concedens, sacrificia quoque approbans, si recto animo fierent. Idcirco ait, si sacrificare cupis, sacrifica mihi alioqui
Psal. 49. non indigenti, *nulla enim re mihi opus est: meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus.* Postquam vero oblivio horum populum cepit, &
Exod. 32. pro Deo vitulum appellavit Deum, eidemque caussam egressionis ex Ægypto assignavit, *hi*
Psal. 105. *Dei tui Israel, qui te eduxerunt ex terra Ægypti*, & cultu Dei ad *figuram vituli comedentis fœnum* impie traducto Deum negavit, qui Hebræos ipsos, cum in Ægypto premerentur, per Moysem visitaverat, qui signa in virga, & manu
Exod. 7. 8. &c. ediderat, qui Ægyptios plagis decem affecerat, qui mare rubrum in divisiones aquarum diviserat, qui in medio undæ eos, ut equum in campo, trajecerat, qui inimicos, & insidiatores demerserat, qui amarum fontem in Marra in dulcem verterat, qui ex duro saxo aquam usque ad satietatem elicuerat, qui propter nimium æstum columna ex nube facta umbram eis fecerat, eosdemque columna ignis illuminaverat, & nescientibus qua eundum esset, viam ostenderat, qui manna e cælo, & ex mari carnem dederat, qui ex monte legem eis tulerat, qui eos honore audiendi vocem suam dignatus fuerat, hunc negarunt, cum Aaroni
Exod. 32. dixerunt, *Fac nobis deos qui præibunt nobis*: & fecerunt vitulum conflatilem, & sacrificaverunt idolo. Tunc Deus iratus, quod ingrati, & immemores beneficiorum essent, constrinxit eos vinculis, quæ dissolvi non possent, & compressione oneris, & asperitate jugi constrinxit, neque amplius dixit, *si feceris*, sed *fac aram, & sacrifica assidue, obliviosus enim es & ingratus. Fac igitur continenter sacrificium holocausti, ut sis memor mei.* Quia enim libera potestate male abusus es, impono tibi deinceps necessitatem, interdico tibi hujusmodi qualitates, & genera ciborum, propono distinctiones animalium, quæ munda, & quæ immunda, cum alioqui omne animal bonum sit, utpote a me effectum. Item jubeo tibi tales quasdam separationes, purgationes, crebras lavationes, aspersiones, purificationes, vacationes varias: & in singulis horum, nisi parueris, supplicium tibi ut servo non obedienti decerno, ut pressus,

Τίς ὁ φυσικὸς νόμος καὶ τίς ὁ ἐπείσακτος, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπεισήχθη.

ΚΕΦΑΛ. κ'.

ΝΟμος δέ ἐστιν ἡ δεκάλογος, ἣν πρὸ τοῦ τὸν λαὸν μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἆπιν, Θεὸς αὐτοῖς ἐνομοθέτησεν ἀκουστῇ φωνῇ. ἔστι δὲ δίκαιός ἐστι, διὸ καὶ νόμος λέγεται διὰ τὸ φύσει δικαίως τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι· ὃν οἱ περὶ Σίμωνα φαυλίζουσιν, οἰόμενοι μὴ κριθέντες ὑπ' αὐτοῦ, τὴν κόλασιν ἐκφεύξειν· ἔστιν ὁ νόμος ἀγαθός· ὅσιος· ἀκατανάγκαστος· φησὶ γὰρ, ἐὰν δὲ ποιήσῃς μοι θυσιαστήριον, ἐκ γῆς ποιήσεις B μοι αὐτό· οὐκ εἶπε, ποίησον, ἀλλ' ἐὰν ποιήσῃς· οὐκ ἀνάγκην περιέθηκεν, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ ἐπέτρεψεν ἅτε ἐλευθέρᾳ· οὐ γὰρ θυσιῶν δέεται Θεὸς, ἀνενδεὴς ὑπάρχων τῇ φύσει· ἀλλὰ γινώσκων, καθάπερ καὶ ἤδη πρότερον τὸν φιλόθεον Ἄβελ καὶ Νῶε καὶ Ἀβραὰμ καὶ τοὺς καθεξῆς οὐκ αἰτηθέντας, φυσικῷ δὲ νόμῳ κινηθέντας ἀφ' ἑαυτῶν, προσενέγκαι θυσίαν Θεῷ ἀπὸ γνώμης εὐχαρίστου, ἐπιτρέπει καὶ νῦν Ἑβραίοις, οὐ προστάσσων, ἀλλ' εἰ βουληθῶσι, συγχωρῶν, καὶ εἰ ἀπὸ ὀρθῆς προσοίσωσι γνώμης, εὐδοκῶν ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτῶν· διὰ τοῦτο, φησὶν, εἰ θύειν ἐπιθυμεῖς, οὐ δεομένῳ μοι θύε, οὐδενὸς γὰρ ἐν χρείᾳ καθέστηκα· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη C καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ὁπότε δὲ οἱ τοῦ λαοῦ τούτου ἀμνήμονες ὑπῆρξαν, καὶ μόσχον ἀντὶ Θεοῦ Θεὸν ἐπεκαλέσαντο, καὶ τούτῳ τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἐπέγραψαν λέγοντες· οὗτοι οἱ Θεοί σου Ἰσραὴλ οἱ ἐξαγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· καὶ δυσσεβήσαντες εἰς ὁμοίωμα μόσχου ἐσθίοντος χόρτον, ἐπηρνήσαντο Θεὸν τὸν διὰ Μωσέως ἐπισκεψάμενον αὐτοὺς ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, τὸν τὰ σημεῖα ἐπὶ χειρὸς καὶ ῥάβδου ποιησάμενον· καὶ τοὺς Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ πατάξαντα· τὸν τὴν ἐρυθρὰν διελόντα θάλασσαν εἰς διαιρέσεις ὑδάτων· τὸν διαγαγόντα αὐτοὺς ἐν μέσῳ ὕδατος ὡς ἵππον ἐν πεδίῳ· τὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν καὶ ἐπιβούλους βυθίσαντα· τὸν εἰς Μερρὰν τὴν πικρὰν πηγὴν γλυκάναν- D τα· τὸν ἐκ πέτρας ἀκροτόμου καταγαγόντα ὕδωρ εἰς πλησμονήν· τὸν στύλῳ νεφέλης καὶ στύλῳ πυρὸς σκιάζοντα αὐτοῖς διὰ θάλπος ἄμετρον, καὶ φωτίζοντα, καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς οὐκ εἰδότας ὅπου πορευθῶσι· τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς καὶ ἐκ θαλάσσης κρεωδοτήσαντα ὀρτυγομήτραν. τὸν ἐν τῷ ὄρει νομοθετήσαντα αὐτοῖς· οὗ τῆς φωνῆς ἠξιώθησαν, τοῦτον ἀπηρνήσαντο εἰπόντες τῷ Ἀαρὼν, ποίησον ἡμῖν Θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν, καὶ ἐμοσχοποίησαν χωνευτὸν, καὶ ἔθυσαν τῷ εἰδώλῳ· τότε ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς ἅτε ἀχαριστηθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἔδησεν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀλύτοις, στιβώσει φορτισμοῦ· καὶ σκληρότητι κλοιοῦ· καὶ οὐκέτι, ἐὰν δὲ ποιῇς, ἀλ- E λὰ ποίησον θυσιαστήριον καὶ θύε διηνεκῶς, ἐπιλήσμων γὰρ τυγχάνεις καὶ ἀχάριστος· ὁλοκαύτει οὖν συνεχῶς, ἵν' ὑπομιμνήσκῃ μου· ἐπειδὴ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ κακῶς ἀπεχρήσω, ἀνάγκην ἐπιτίθημί σοι λοιπὸν, καὶ βρωμάτων ἀφιστῶ τοιῶνδε· καὶ ζώων σοι διαφορὰς καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων διαστέλλομαι· καί τοι παντὸς ζώου καλοῦ τυγχάνοντος, ἅτε ὑπ' ἐμοῦ γενομένου· καὶ ἀφορισμοὺς τοιούσδε σοι προστάσσω· καθαρισμούς. συνεχῆ βαπτίσματα· ῥαντισμούς· ἁγνείας τοιάσδε· ἀργίας διαφόρους· καὶ τούτων ἐφ' ἑκάστῳ ἐὰν παρακούσῃς, τιμωρίαν ὁρίζω, ὡς ἔοικε, τῷ ἀπειθεῖ· ὅπως πιεζόμενος καὶ ὑπὸ τοῦ κλοιοῦ ἀγχόμενος,

καὶ ὑπὸ τοῦ κύκλοις ἀγχόμενος, τῆς πολυθέου πλάνης ἐκστῇς· καὶ παρεὶς τὸ, οὗτοι οἱ θεοί σου Ισραὴλ, ὑπομνησθῇς τὸ, ἄκουε Ισραὴλ κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστι· καὶ ἀναδράμῃς ἐπ' ἐκεῖνον τὸν νόμον τὸν ὑπ' ἐμοῦ τῇ φύσει καταβληθέντα τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἕνα μόνον ὑπάρχειν Θεὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· καὶ τοῦτον ἀγαπᾷν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας· καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβεῖσθαι ἄλλον· μήτε ὄνομα Θεῶν ἑτέρων ἐπὶ διανοίας λαμβάνειν, μήτε προφέρειν γλώσσῃ διὰ στόματος· διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν ἐπέδησεν αὐτοὺς, ἵνα διὰ τοῦ θύειν, καὶ ἀργεῖν, καὶ ἁγνίζεσθαι, καὶ τὰ τοιάδε παρατηρεῖσθαι, εἰς ἔννοιαν ἔλθωσι τοῦ Θεοῦ τοῦ ταῦτα διαταξαμένου αὐτοῖς.

Ὅτι ὑπὸ χάριν ἐσμὲν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ δουλείαν τοῦ ἐπεισάκτου νόμου οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύοντες.

ΚΕΦΑΛ. κα'.

Ὑμῶν δὲ τῶν πιστευσάντων εἰς τὸν ἕνα Θεὸν οὐκ ἀπὸ ἀνάγκης, ἀλλὰ ἀπὸ γνώμης ὑγιοῦς, ὑπακουσάντων τῷ καλέσαντι. μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν ὅτι ἀκούουσιν· ἀνείθητε γὰρ τῶν δεσμῶν, καὶ ἠλευθερώθητε δουλείας· οὐκέτι γάρ φησιν, λέγω ὑμᾶς δούλους, ἀλλὰ φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν· ἐκείνοις γὰρ μὴ θελήσασιν ἰδεῖν, μήτε ἀκοῦσαι, οὐ στερήσει μορίων, ἀλλὰ κακίας ὑπερβολῇ, ἔδωκα προστάγματα οὐ καλὰ καὶ δικαιώματα, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς· οὐ καλὰ δὲ τῷ σκοπῷ αὐτῶν· ἐπειδὴ καὶ οἱ καυτῆρες καὶ τὸ ξίφος καὶ τὰ φάρμακα ἐχθρὰ τοῖς οὐχ ὑγιαίνουσιν, ἀφύλακτα δὲ διὰ τὴν αὐτῶν παρακοήν· ὅθεν καὶ θάνατον αὐτοῖς ἐπάγει μὴ φυλασσόμενα.

Ὅτι ἐπείσακτος ὁ ἐπὶ θυσιῶν νόμος, ὃν περιεῖλε Χριστὸς παραγενόμενος.

ΚΕΦΑΛ. κβ'.

Ὑμεῖς οὖν μακάριοι οἱ λυθέντες τῆς κατάρας· Χριστὸς γὰρ παραγενόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, τὸν νόμον κυρώσας ἐπλήρωσε· τὰ ἐπείσακτα περιεῖλεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλά γε τὰ βαρύτερα, τὸν μὲν βεβαιώσας, τὰ δὲ παύσας· καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῶν ἀνθρώπων πάλιν ἀφῆκεν ἐλεύθερον, οὐ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ καταστάσει λογοθετῶν αὐτό· διὸ λέγει εἴ τις θέλῃ ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἐρχέσθω· καὶ πάλιν· μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; ἤδη δὲ καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ παρῃτεῖτο τὰς τοῦ λαοῦ θυσίας, πολλάκις εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτόντας καὶ οἰομένου διὰ θυσιῶν ἀλλ' οὐ διὰ μετανοίας αὐτὸν ἐξευμενίζεσθαι· λέγει γὰρ οὕτως· ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρεις καὶ κιννάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ ἔστι δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι· καὶ ἑξῆς, τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν συναγάγετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε κρέα· ὅτι οὐκ ἐνετειλάμην ὑμῖν, ἡνίκα ἐξήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν· καὶ διὰ Ησαΐου λέγει· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος· πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ κριῶν, καὶ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι· τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε ἔτι

A & collo obtorto, a falsa religione deorum multorum recedas, & illud jam prætermittens. *Hi sunt dii tui Israel,* illud potius memineris, *Audi Israel, Dominus Deus tuus dominus unus est,* ad illamque legem recurras, quæ est a me cunctis hominibus natura insita, scilicet de uno tantum Deo in cælo & in terra, deque eo amando toto corde, totis viribus, tota mente, neque alio præter eum metuendo, de non cogitandis aliorum deorum nominibus, neque ore & linguis proferendis. Propter duritiam enim cordis alligavit eos dominus, ut illi sacrificando, feriando, purificando, & talia quædam observando, Dei veniret in mentem, a quo hæc ipsis descripta ac constituta essent. *Exod. 32. Deut. 6.*

B *Quod sumus sub gratia, & non sub servitute legis inducta, qui in Christum credimus.*

CAPVT XXI.

Vestri vero, qui in unum Deum non necessitate credidistis, sed arbitrio sano vocanti paruistis, *beati oculi, quia vident, & beatæ aures, quia audiunt,* soluti enim estis a vinculis, & liberati a servitute. *Non jam dico vos servos, sed amicos, quoniam cuncta, quæ audivi ex patre meo, nota feci vobis:* illis vero, qui noluerunt videre, neque audire, non quia privati C essent facultate partium animi, sed quia nimia erat eorum perversitas ac malitia, *illis,* inquam, *dedi præcepta non bona, & justificationes, in quibus non vivent in ipsis,* non bona dico, illorum scilicet proposito (ferrum enim ad urendum, & scalpellum, ac medicamenta inimica sunt non valentibus) non sunt autem servata propter eorum contemptum obediendi, ex quo fit, ut non servata mortem eis afferant. *Luc. 10. Ioan. 15. Ezech. 20.*

Quod lex de sacrificiis erat lex inducta, quam Christus sustulit.

CAPVT XXII.

D Vos igitur beati, qui maledicto soluti estis: Christus enim Dei filius cum venit, legem habuit ratam, & implevit, ascita vero abrogavit, tametsi non omnia, sed graviora, qui illam quidem confirmavit, hæc vero silere fecit. rursusque arbitrii potestatem a necessitate liberam hominibus dimisit, non brevi morte mulctans, sed in altero sæculo rationem reposcens. Vnde ait, *si quis vult venire post me, veniat:* & rursus, *numquid & vos vultis abire?* jam vero etiam ante adventum suum sacrificia ipsa populi sæpe respuebat, quod in Deum peccare pergeret, eumque sacrificando, ac non potius pœnitendo E propitium fieri existimaret. Sic enim ait: *Quid mihi thus ex Saba fers, & cinnamomum ex terra longinqua? Holocausta vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non fuerunt mihi jucunda.* & deinceps, *Holocausta vestra congregate cum sacrificiis vestris, & comedite carnes, quoniam non præcepi vobis de holocaustomatibus, & sacrificiis, quando eduxi vos ex terra Ægypti.* & per Esaiam ait: *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? ait dominus, plenus sum, holocaustomata arietum, & adipem agnorum sanguinemque taurorum, atque hircorum nolo: neque si veniatis, ut appareatis coram me, quis enim requisivit hæc de manibus vestris? Atrium meum terere non* *Matth. 16. Ioan. 6. Hier. 6. Isaia 1.*

addetis amplius. Si obtuleritis filiginem, vanum est, thymiama abominatio est mihi. Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non feram: jejunium, & vacationem & festos dies odit anima mea. Facti estis mihi in satietatem. Et per alium
Amos. 5. prophetam ait, *Recede a me: sonitum canticorum tuorum, & psalmum organum tuorum non audiam.* & Samuel Sauli, qui se sacrificasse putabat, *Bona*, inquit, *obedientia supra sacrificium,*
1 Reg. 15. *& auditio supra adipem arietum. Ecce enim non vult dominus sacrificium, sicut vult, ut eum audiamus.* Et per David ait, *Non accipiam de do-*
Psal. 49. *mo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terra, & plenitudo ejus. Numquid manducabo carnem taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Ad hunc modum in omnibus scripturis sacrificia illorum renuit ac repudiat, quod
Prov. 15. in peccatis adversus eum perseverarent. *Sacrificia enim impiorum execratio apud dominum,* etenim præter legem illa faciunt. & rursus, *sacrificium eorum, ut panis luctus ipsis, omnes enim eis vescentes contaminabuntur.* Si igitur & ante
Ps. 50. adventum suum *cor mundum, & spiritum contritum* magis quam sacrificia requirebat Deus, multo magis post adventum cessare ea fecit sacrificia, inquam, cruenta: finem vero illis impo-
Luc. 2. suit implendo illa prius. Nam & circumcisus est, & aspersus, fecitq; sacrificia & holocaustomata, aliisque consuetudinibus legis usus est, ac factus est ipse legislator plenitudo legis, non quidem lege naturali sublata, sed illis abrogatis, quæ per deuterosim ascita fuerant, tametsi non omnibus.

Quomodo implevit legem Christus, & quæ ex lege abrogavit, aut mutavit, vel transtulit in alia.

CAPVT XXIII.

LEGEM enim naturalem non sustulit, sed confirmavit: siquidem qui in lege dixerat, *Do-*
Deut. 6. *minus Deus tuus, Dominus unus est*, idem in evangelio ait, *ut cognoscant te solum verum Deum.*
Ioan. 17. & qui dixit, *diliges proximum tuum*, idem in e-
Levit. 19. vangelio ait, renovandi gratia, *Mandatū novum*
Ioan. 13. *do vobis, ut diligatis invicem.* & qui tunc iram interdixit, nunc etiā iram temere concitatam: Qui
Gen. 9. tunc adulterium, nunc pravam quoq; cupidita-
Matth. 5. tem: Qui tunc furtum, nunc potius beatum prædicat eū, qui ex suis laboribus suppeditat egentibus: Qui tunc odiū vetuit, nunc etiam inimicos amare jussit: Qui tunc ultionem prohibuit, nūc tolerantiam sanxit, non quod injusta ultio, sed quod præstantior sit tolerantia. Neque vero legem sanxit de extirpādis perturbationibus naturalibus, sed de earum immoderatione. Item qui
Luc. 2. jussit honorare parentes, idē ipsis subjectus fuit, qui tunc jussit lege, ut quiete & vacatione sabbatum celebrarent ad meditandum legē, nunc jussit, ut quotidie legem creationis & providentiæ considerando gratias Deo ageremus. circumcisionem sustulit, quam in se implevit, ipse enim
Gen. 49. erat, cui reservata erat *expectatio gentium.* Item
Exodi 20. qui tunc legem tulerat de sancte & religiose jurādo, & pejerare vetuerat, idē præcepit nūc non
Matth. 5. jurare prorsus. Iam baptisma, sacrificiū, sacerdotiū, cultū loco circumscriptū aliter mutavit, pro baptismis enim quotidianis unū tantū dedit, qui fit in mortē ejus. Pro una tribu sacerdotali jussit ex unaquaq; gente optimos quosq; ad sacerdotiū

ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι· τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου· ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν. καὶ δι' ἑτέρου λέγει· ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ· ἦχον ᾠδῶν σου καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι· καὶ τῷ Σαοὺλ ὁ Σαμουὴλ λέγει θῦσαι νενομικότι, ἀγαθὴ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν· καὶ ἀκρόαμα, ὑπὲρ στέαρ κριῶν· ἰδοὺ γὰρ οὐ θέλει κύριος θυσίαν ὡς τὸ εἰσακούειν αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ λέγει· οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους· οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω, ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· μὴ φάγομαι κρέα ταύρων ἢ αἷμα τράγων πίομαι; θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. καὶ ἐν πάσαις δὲ ταῖς γραφαῖς ὁμοίως αὐτῶν τὰς θυσίας ἀπαναίνεται διὰ τὸ ἐξαμαρτεῖν αὐτοὺς εἰς αὐτόν· θυσίαι γὰρ ἀσεβῶν βδέλυγμα παρὰ κυρίῳ· καὶ γὰρ παρανόμως προσφέρουσιν αὐτάς· καὶ πάλιν, αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς, πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰς μολυνθήσονται· εἰ οὖν καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ὑπὲρ θυσίας καρδίαν καθαρὰν ἐπεζήτει, καὶ πνεῦμα συντετριμμένον, πολλῷ μᾶλλον ἐλθὼν ἔπαυσε ταύτας. φαμὲν τὰς δι' αἱμάτων· ἔπαυσε δὲ αὐτὰς διὰ τοῦ πρότερον πληρῶσαι· καὶ γὰρ καὶ περιετμήθη· καὶ ἐρραντίσθη· θυσίας τε προσενήνοχε καὶ ὁλοκαυτώσεις· καὶ τοῖς ἄλλοις ἐθισμοῖς ἐχρήσατο· καὶ ἐγένετο ὁ νομοθέτης αὐτὸς πλήρωμα τοῦ νόμου, οὐκ ἀνελὼν τὸν φυσικὸν νόμον. ἀλλὰ παύσας τὰ διὰ τῆς δευτερώσεως ἐπείσακτα, εἰ καὶ μὴ πάντα.

Πῶς πληρωτὴς τοῦ νόμου γέγονεν ὁ Χριστὸς, καὶ τίνα τούτου ἔπαυσεν· ἢ ἐνήλλαξεν· ἢ μετέθηκεν.

ΚΕΦΑΛ. κγ΄.

ΤΟν τε γὰρ φυσικὸν νόμον οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἐβεβαίωσεν· ὁ γὰρ εἰρηκὼς ἐν τῷ νόμῳ, κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν· καὶ ὁ εἰρηκὼς, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει ἀνανεούμενος, ἐντολὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· ὁ φόνον τότε ἀπαγορεύσας, νῦν εἰκαίαν ὀργήν· ὁ μοιχείαν, νῦν καὶ ἐπιθυμίαν ἔκνομον· ὁ λῃστείαν, νῦν ἐμακάρισε μᾶλλον τὸν ἐξ οἰκείων πόνων ἐπιχορηγοῦντα τοῖς δεομένοις· ὁ μῖσος, νῦν καὶ πρὸς ἐχθροὺς ἀγάπην· ὁ ἄμυναν, νῦν ἀνεξικακίαν· οὐκ ἀδίκου τῆς δικαίας ἀμύνης οὔσης, ἀλλὰ κρείττονος τῆς ἀνεξικακίας· οὔτε δὲ τὰ φυσικὰ πάθη ἐκκόπτειν ἐνομοθέτησεν, ἀλλὰ τὴν τούτων ἀμετρίαν· ὁ γονεῖς προστάξας τιμᾶν, αὐτὸς τούτοις ὑπετάγη· ὁ σαββατίζειν δι' ἀργίας νομοθετήσας διὰ τὴν τῶν νόμων μελέτην, νῦν καθημέραν ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀναλογιζομένους δημιουργίας, καὶ προνοίας νόμον, εὐχαριστεῖν Θεῷ· τὴν περιτομὴν ἔπαυσεν εἰς ἑαυτὸν πληρώσας· αὐτὸς γὰρ ἦν ᾧ ἀπέκειτο ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν· ὁ εὐορκεῖν νομοθετήσας καὶ τὸ ἐπιορκεῖν ἀπαγορεύσας, τὸ μηδ' ὀμνύναι παρήγγειλε· τὸ βάπτισμα· τὴν θυσίαν· τὴν ἱερωσύνην· τὴν τοπικὴν λατρείαν, ἑτέρως μετεποίησεν. ἀντὶ μὲν καθημερινοῦ ἓν μόνον δοὺς βάπτισμα, τὸ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον· ἀντὶ δὲ μιᾶς φυλῆς, ἀφ' ἑκάστου ἔθνους προστάξας τοὺς ἀρίστους εἰς ἱερωσύνην προχειρίζεσθαι

προχειρίζεσθαι· καὶ οὐ τὰ σώματα μωμοσκοπεῖσθαι, ἀλλὰ θρησκείαν καὶ βίους· ἀντὶ θυσίας τῆς δι' αἱμάτων, λογικὴν καὶ ἀναίμακτον καὶ τὴν μυστικήν· ἥτις εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου συμβόλων χάριν ἐπιτελεῖται, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος· ἀντὶ δὲ τοπικῆς λατρείας, ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ προσέταξε δοξάζεσθαι αὐτόν· καὶ ἐδικαίωσε· οὐ νόμον οὖν περιεῖλεν ἀφ' ἡμῶν, ἀλλὰ δεσμά· περὶ γὰρ τοῦ νόμου Μωσῆς λέγει· μελετήσεις τὸ ῥῆμα ὃ ἐγώ σοι ἐντέλλομαι καθήμενος ἐν οἴκῳ καὶ ἀνιστάμενος καὶ περιπατῶν ἐν ὁδῷ· καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει, ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός· πανταχοῦ γὰρ ἐννόμους ἡμᾶς εἶναι βούλεται, ἀλλ' οὐχὶ παρανόμους· μακάριοι γάρ φησιν, οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου· μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, ἐκζητήσουσιν αὐτόν· καὶ πάλιν· μακάριοί ἐσμεν Ἰσραήλ· ὅτι τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ ἡμῖν γνωστά ἐστι· καὶ ὁ κύριός φησιν· εἰ ταῦτα οἴδατε· μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά.

eligere, neque corporum vitia contemplari, sed religionem & vitam. Pro sacrificio cruento rationale & incruentum, ac illud mysticum sacrificium corporis & sanguinis domini, quod in symbolum mortis ejus celebratur: Pro cultu circumscriptione loci definito, ab oriente usque ad occidentem in omni loco dominationis ejus eundem laudibus celebrare praecepit, & justum esse statuit. Non igitur sustulit nobis legem, sed vincula. De lege vero Moyses quoque ait, *Meditaberis verbum, quod ego praecipio tibi sedens domi, & surgens, & deambulans in via*: & David, *in lege domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die, ac nocte*, in omnibus enim psalmis vult, ut simus servatores legis, & non violatores. *Beati*, inquit, *immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum.* & rursus: *Beati sumus Israel, quoniam quae placita sunt Deo, nota sunt nobis.* & Dominus ait, *si haec scitis, beati estis, si feceritis ea.*

Mal. 1. — Deut. 6. — Psal. 1. — Psal. 118. — Baruch 4. — Ioan. 19.

Ὅτι καὶ διὰ Ῥωμαίων εὐδόκησεν ὁ κύριος τὸν τῆς δικαιοσύνης νόμον ἐπιδείκνυσθαι· καὶ ὡς Θεὸς Ἰουδαίοις, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν αἰχμαλώτους ποιησάμενος ὑπὸ φόρον κατέστησεν.

Quod voluit dominus, ut per Romanos quoque lex justitiae declaretur, & quod Deus propter impietatem in Christum Judaeos fecit captivos esse, & tributum pendere.

ΚΕΦΑΛ. κδʹ.

ΟΥ μόνον δὲ τὸν τῆς δικαιοσύνης νόμον δι' ἡμῶν ἐπιδείκνυσθαι βούλεται, ἀλλὰ καὶ διὰ Ῥωμαίων εὐδόκησεν αὐτὸν φαίνεσθαι καὶ λάμπειν· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι πιστεύσαντες ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ πολυθείας ἀπέστησαν καὶ ἀδικίας· καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποδέχονται· καὶ τοὺς φαύλους κολάζουσιν· Ἰουδαίους δὲ ὑποφόρους ἔχουσι καὶ τοῖς ἰδίοις δικαιώμασιν οὐκ ἐῶσι κεχρῆσθαι· ἐπειδὴ καὶ ἑκούσιον ἐπεσπάσαντο τὴν δουλείαν, εἰπόντες, οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα· καὶ ἐὰν μὴ ἀποκτείνωμεν, φασί, τὸν Χριστόν, πάντες εἰς αὐτὸν πιστεύσουσι· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος· καὶ ἄκοντες προεφήτευσαν· καὶ γὰρ καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τὰ ἔθνη· καὶ αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων τῆς ἐξουσίας περιῃρέθησαν, καὶ τῆς νομικῆς λατρείας· κεκωλυμένοι δέ εἰσι, καὶ ἀναιρεῖν οὓς ἂν θέλωσι, καὶ θύειν ὅταν θέλωσι· διὸ δέ εἰσιν ἐπικατάρατοι, μὴ δυνάμενοι ποιεῖν τὰ διατεταγμένα· ἐπικατάρατος γάρ φησιν, ὃς οὐκ ἐμμενεῖ ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά· ἀδύνατον δέ ἐστιν ἐν διασπορᾷ μεταξὺ ἐθνῶν ὄντας, πάντα τὰ τοῦ νόμου ἐπιτελεῖν αὐτούς· ἀπαγορεύει γὰρ αὐτοῖς ὁ θεῖος Μωσῆς καὶ θυσιαστήριον ἔξω Ἱερουσαλὴμ ἱστᾶν· καὶ τὸν νόμον ἔξω τῶν ὅρων τῆς Ἰουδαίας ἀναγινώσκειν· ἑπόμενοι οὖν ἡμεῖς Χριστῷ, τὰς εὐλογίας κληρονομήσωμεν· νόμῳ καὶ προφήταις διὰ τοῦ εὐαγγελίου στοιχήσωμεν· φύγωμεν τοὺς πολυθέους καὶ τοὺς χριστοκτόνους καὶ τοὺς προφητοφόντας· καὶ τοὺς δυσωνύμους καὶ ἀθέους αἱρεσιώτας· πειθαρχήσωμεν ὡς βασιλεῖ· ὡς ἐξουσίαν ἔχοντι μετατιθέναι διατάξεις διαφόρους· καὶ ἔχοντι ὡς νομοθέτῃ σοφίαν τοῦ διατάσσεσθαι διαφόρως, πανταχοῦ τῶν φυσικῶν ἀμεταθέτων φυλαττομένων.

CAPUT XXIV.

NEQUE vero vult, ut per nos tantum lex justitiae eniteat, sed voluit, ut per [a] Romanos quoque luceret ac splenderet, nam & ipsi postquam in dominum Iesum credidere, a deorum multitudine, atque injustitia desciverunt, bonosque probant, & pravos puniunt, Judaeos vero cogunt conferre tributum, & eos legibus suis uti non sinunt, quippe qui servitutem ultro sibi tunc attraxerunt, cum dixerunt, *non habemus regem, nisi Caesarem*, & nisi interfecerimus, inquiunt, Christum, *omnes in eum credent, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Atque ita factum est, ut nolentes prophetaverint: Siquidem & gentes in eum crediderunt, & eos ipsos Romani, [b] potestate, & cultura legis Mosaicae privaverunt, qui neque occidere possunt quos ipsi vellent, neque sacrificare quando vellent, ex quo fit, ut sint maledicti, ut qui ea, quae descripta ac constituta sunt, facere non possint: *Maledictus* enim, inquit, *omnis, qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Nullo enim modo possunt, qui inter gentes dispersi sunt, omnia perficere, quae lex jubet: Siquidem vetat eos Moyses aram extra Hierusalem collocare, & legem extra terminos Iudaeae legere. Christum igitur sequamur, ut benedictionis ejus haeredes scribamur. Cum lege & prophetis convenienter evangelio consentiamus. Vitemus eos, qui multitudinem deorum introducunt. Vitemus quoque interfectores Christi, & prophetarum, & infames, atque impios & sine Deo haereticos. Pareamus Christo, ut regi, & ut potestatem habenti mutandi varias sanctiones, in quo sit ut in legislatore sapientia ad alia atque alia sanciendum, & ordinandum: illis ubique fixe, & immutabiliter conservatis, quae natura insita sunt.

[a] antequam ista scriberet hic author & consulares viri & plurimi ex nobilibus, adeoque & ipsi Impp. Philippi Christianam fidem susceperant, etsi non omnes nec passim.

Ioan. 19. — Ioan. 11.

[b] Anno Christi 70. sub Tito tribus elapsis a nece Petri ac Pauli annis.

Deut. 27. — Deut. 12.

A

Quod oporteat fugere ab hæreticis, ut animarum interfectoribus.

CAPVT XXV.

CAVETE igitur episcopi, & laici ab omnibus hæreticis, qui legem & prophetas improbant: hi enim Deo omnipotenti, cui sunt inimici, repugnant, & non confitentur esse filium Dei Christum, negant enim generationem ejus secundum carnem, pudetque eos crucis, passum, & mortuum fuisse, inglorium, & inhonoratum putant, excitatum esse a mortuis ignorant, tollunt genitum esse ante sæcula: Nonnulli eorum alio modo sunt impii, qui Christum hominem tantum esse cogitant ex corpore, & anima constantem: partim ex eis suspicantur eumdem esse Iesum Deum universi, " eumdemque suipsius patrem, & eumdem filium ac paracletum, quo quid esse potest execrabilius? Alii rursus cibos quosdam ut malos abjiciunt, & nuptias cum generatione filiorum item malas esse, & a diabolo excogitatas dicunt, ac sua malitia impii nolunt a mortuis suscitari, idcirco resurrectionem criminantur, aientes veneratione nos dignos, qui edere, & bibere nolumus, cogitatione vero fingunt se dæmones incorporeos a mortuis suscitandos, sed hi ad ignem sempiternum damnabuntur. Cavete ergo ab eis, ne cum eorum impietatibus pariter intereatis.

" hęc adversus Sabellium dicta quibusdam videntur: & cum pręcedentibus posteriora esse conjungenda docēt participia, quibus auctor usus est.

Ὅτι χρὴ φεύγειν τοὺς αἱρεσιώτας ὡς ψυχῶν φθορέας.

ΚΕΦΑΛ. κε'.

ΑΠέχεσθε οὖν αἱρεσιωτῶν πάντων ὦ ἐπίσκοποι καὶ λαϊκοί, τῶν φαυλιζόντων τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας· Θεῷ γὰρ παντοκράτορι ἐχθραίνοντες, ἀπειθοῦσι· καὶ Χριστὸν οὐχ ὁμολογοῦσιν υἱὸν Θεοῦ· ἀρνοῦνται γὰρ καὶ τὴν κατὰ σάρκα αὐτοῦ γέννησιν· τὸν σταυρὸν ἐπαισχύνονται· τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον ἀδοξοῦσι· τὴν ἀνάστασιν ἀγνοοῦσι· τὴν πρὸ αἰώνων αὐτοῦ γέννησιν περικόπτουσι· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἑτέρως ἀσεβοῦσι, ψιλὸν ἄνθρωπον φαν- B ταζόμενοι τὸν κύριον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος αὐτὸν εἶναι νομίζοντες· ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ὑποπτεύουσιν, αὐτὸν ἑαυτοῦ πατέρα δοξάζοντες· αὐτὸν υἱὸν καὶ παράκλητον ὑποπτεύοντες· ὧν τί ἂν εἴη ἐναγέστερον; ἄλλοι δὲ αὖ πάλιν ἐξ αὐτῶν βρώματά τινα φαυλίζουσι καὶ γάμον κακὸν σὺν παιδοποιΐᾳ λέγουσιν εἶναι, διαβόλου τε μηχάνημα· καὶ διὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀσεβεῖς ὄντες, οὐ θέλουσιν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι· διὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν διαβάλλουσι φάσκοντες· ὅτι σεμνοί τινές ἐσμεν, ἐσθίειν καὶ πίνειν μὴ βουλόμενοι, δαιμόνια δὲ ἄσαρκα φανταζόμενοι ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεσθαι· οἵτινες καταδικασθήσονται δι' αἰῶνος ἐν τῷ αἰωνίῳ πυρί· φεύγετε οὖν ἀφ' αὐτῶν, ἵνα μὴ συνα- C πόλησθε ταῖς αὐτῶν ἀσεβείαις.

De observationibus Iudaicis, & Ethnicis.

CAPVT XXVI.

SI qui vero sunt qui Iudaicos ritus observant, ut fluxus seminis, per somnium pollutiones, conjunctiones corporum secundum legem, respondeant nobis, an caveãt diebus, & horis, quibus hæc eis accidunt, ne precationes faciant, aut librum tangant: quod si assentiantur, liquet eos Spiritu sãcto, qui semper adest fidelibus, vacuos esse. De sanctis enim ait Salomon, *ut se quisque præparet, ut cum cubarit, custodiat eum, cum excitatus fuerit a somno, colloquatur cum eo.* Etenim si te mulier existimas diebus septẽ menstruæ fluxionis te esse Spiritu sancto vacuam, ergo si repente e vita excedas, excedes sine Spiritu sãcto, nulla in Deum spe confisa, cum habeas alioqui Spiritum sanctum prorsus a te non separatum, quippe qui non est loco definitus; opus vero tibi est precatione, & adventu Spiritus sancti, cum nihil in hoc peccaveris. Neque enim legitimus concubitus, neque partus, neque sanguinis fluxio, neque genitalis seminis per somniũ excretio naturam hominis polluere possunt, aut Spiritũ sanctum separare, præterquam sola impietas, & actio a lege interdicta. Sanctus enim Spiritus semper apud eos permanet, qui eum receperũt, quamdiu se dignos eo præstãt, & a quibus separatus est, hos suo presidio privat, & malo spiritui addicit. Quisque enim aut Spiritu sancto plenus est, aut spiritu immundo, neque utrumq; horum caveri potest, quin alterum eorũ accidere necesse sit: Paracletus enim omne genus mẽdacii odit, cõtra vero diabolus omne genus veritatis. Omnis vero secundũ veritatem baptizatus, a spiritu quidem diabolico separatus est, intra sanctum vero Spiritum consistit, & in eo quidem, qui honestis actionibus studet, permanet Spiritus sanctus, eumq; sapientia, & intellectu implet, neque

Prov. 6.

Περὶ παρατηρημάτων Ἰουδαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν.

ΚΕΦΑΛ. κς'.

De baptismo autem episcope, aut presbyter, jam ante constituimus, ac nunc rursus dicimus, sic baptizandum esse, ut dominus constituit, cum dixit, *euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque præcepi vobis, in nomine*, inquam, *Patris*, qui Filium misit, & *Christi*, qui venit, & *Spiritus sancti*, qui testimonium tribuit. Vnges autem prius oleo sancto, [a] deinde baptizabis aqua, postremo signabis unguento chrismatis, ut sit oleum unctionis participatio Spiritus, aqua symbolum mortis, unguentum chrismatis sigillum pactionum. Sin autem non fuerit oleum, neque unguentum chrismatis, satis est aqua tum ad unctionem, tum ad sigillum, & ad confessionem morientis, sive commorientis. Iejunet autem ante baptismum is qui baptizatur, siquidem dominus, a Ioanne primum baptizatus, & postea in solitudine commoratus, quadraginta diebus, & totidem noctibus jejunavit, non quidem quod opus esset ei ullas sordes eluere, aut opus ullo jejunio, aut ulla purgatione, qui est natura mundus, & sanctus, sed ut tum Ioanni veritatem attestaretur, tum nobis normam & regulam præberet. Itaque dominus non est baptizatus in passionem suam, aut in mortem, aut in resurrectionem, nondum enim quicquam horum factum fuerat, sed ad aliorum institutionem. Quocirca auctoritate sua tanquam dominus Ioannis jejunat post baptismum. Qui vero in mortem ejus baptizatur, debet prius jejunare, deinde baptizari: non enim æquum est, ut qui consepultus est, & consurrexit, in ipso tempore resurrectionis lugeat, mortuusque sit: Non enim homo constitutionis Christi dominus est, siquidem ille est dominus, hic vero domino subjectus.

Matth. 28.

[a] ceremonias varias ante & post baptismum usurpatas fuisse S. Basilius aliique Christiani patres omnes docent: de quibus plura jam supra lib. III. 15. 16. 17.

Matth. 4.

Quibus diebus hebdomadæ jejunandum sit, & quibus non: & quare.

CAPVT XXIV.

Ejunia vero vestra ne sint cum hypocritis communia, jejunant enim secunda hebdomadis feria, & quinta, at vos aut quinque diebus jejunate, aut quarta, [a] & sexta feria: Quoniam quarta quidem judicium in dominum pronunciatum est, postquam Iudas proditionem pecunia promiserat: Sexta vero mortem in cruce sub Pontio Pilato passus est. Sabbatum tamen, [a] & dominicum festos dies agitate, quod ille quidem dies recordatio sit fabricationis mundi, hic vero resurrectionis. Vnum vero tantummodo sabbatum nobis toto anno observandum est, sabbatum scilicet sepulturæ Christi: quo quidem jejunare deceat, non autem celebrare festum. Dum enim auctor mundi sub terra est, superat luctus mortis, lætitiam effectionis universi, quod ipse effector præstantior sit natura, & dignitate rebus à se effectis.

[a] Tert. de jejunio cap. 14. Petrus Alex. can. 15.

[a] infra VIII 33.

Διάταξις κυριακὴ ὅπως χρὴ βαπτίζειν· καὶ εἰς τὸν τίνος θάνατον.

ΚΕΦΑΛ. κγ.

Περὶ δὲ βαπτίσματος ὦ ἐπίσκοπε ἢ πρεσβύτερε ἤδη μὲν καὶ πρότερον διεταξάμεθα· καὶ νῦν δέ φαμεν· ὅτι οὕτω βαπτίσεις, ὡς ὁ κύριος διετάξατο ἡμῖν λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· τοῦ ἀποστείλαντος πατρός· τοῦ ἐλθόντος Χριστοῦ· τοῦ μαρ-B τυρήσαντος παρακλήτου· χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ· ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι· καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ· ἵνα τὸ μὲν χρῖσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου· τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν· εἰ δὲ μήτε ἔλαιον ᾖ, μήτε μύρον, ἀρκεῖ ὕδωρ καὶ πρὸς χρῖσιν καὶ πρὸς σφραγῖδα καὶ πρὸς ὁμολογίαν τοῦ ἀποθανόντος, ἤτοι συναποθνήσκοντος· πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος· καὶ γὰρ ὁ κύριος πρῶτον βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου καὶ εἰς τὴν ἔρημον αὐλισθεὶς, μετέπειτα ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· ἐβαπτίσθη δὲ καὶ ἐνήστευσεν οὐκ αὐτὸς ἀπὸ ῥυπώσεως, ἢ C νηστείας χρείαν ἔχων· ἢ καθάρσεως· ὁ τῇ φύσει καθαρὸς καὶ ἅγιος, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ Ἰωάννῃ ἀλήθειαν προσμαρτυρήσῃ· καὶ ἡμῖν ὑπογραμμὸν παράσχηται· οὐκοῦν ὁ μὲν κύριος οὐκ εἰς ἑαυτοῦ πάθος ἐβαπτίσατο ἢ θάνατον, ἢ ἀνάστασιν, οὐδέπω γὰρ οὐδὲν τούτων ἐγεγόνει· ἀλλ᾽ εἰς διάταξιν ἑτέραν· διὸ καὶ ἀπ᾽ ἐξουσίας μετὰ τὸ βάπτισμα νηστεύει ὡς κύριος Ἰωάννου· ὁ δὲ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον μυούμενος, πρότερον ὀφείλει νηστεῦσαι, καὶ τότε βαπτίσασθαι· οὐ γὰρ δίκαιον τὸν συνταφέντα καὶ συναναστάντα παρ᾽ αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν κατηφεῖν· οὐ γὰρ κύριος ὁ ἄνθρωπος τῆς διατάξεως τῆς τοῦ σωτῆρος· ἐπείπερ ὁ μὲν δεσπότης, ὁ δὲ ὑπήκοος.

D

Ποίας νηστευτέον τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας· ἢ τίνας οὐ νηστευτέον· καὶ οὗ χάριν.

ΚΕΦΑΛ. κδ΄.

Αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν· νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ· ὑμεῖς δὲ ἢ τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας· ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν· ὅτι τῇ μὲν τετράδι [a] ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ κυρίου, Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγειλαμένου τὴν προδοσίαν· τὴν δὲ παρασκευὴν, ὅτι ἔπαθεν ὁ κύριος ἐν αὐτῇ πάθος τὸ διὰ σταυ-E ροῦ ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου· τὸ σάββατον μέντοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ ἀναστάσεως· ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑορτάζειν· ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ δημιουργὸς ὑπὸ γῆν τυγχάνει, ἰσχυρότερον τὸ περὶ αὐτοῦ πένθος τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν χαρᾶς, ὅτι ὁ δημιουργὸς τῶν αὐτοῦ δημιουργημάτων φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τιμιώτερος.

[a] διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ &c. inquit Petrus citatus.

Οἷοις

A

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς προσευχομένους τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου δοθεῖσαν προσευχήν.

ΚΕΦΑΛ. κε΄.

Ὅταν δὲ προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί, ἀλλ᾽ ὡς ὁ κύριος ἡμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διετάξατο, οὕτω προσεύχεσθε· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε, προπαρασκευάζοντες ἑαυτοὺς ἀξίους τῆς υἱοθεσίας τοῦ πατρὸς, ἵνα μὴ ἀναξίως ὑμῶν αὐτὸν πατέρα καλούντων, ὀνειδισθῆτε ὑπ᾽ αὐτοῦ· ὡς καὶ ὁ Ἰσραὴλ ὁ ποτὲ πρωτότοκος υἱὸς ἤκουσεν, ὅτι εἰ πατήρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; δόξα γὰρ πατέρων ὁσιότης παίδων, καὶ τιμὴ δεσποτῶν οἰκετῶν φόβος· ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον ἀδοξία καὶ ἀναρχία· δι᾽ ὑμᾶς γάρ φησι, τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Quales esse oporteat orantes orationem dominicam.

CAPVT XXV.

Cvm autem precationem facitis, ne sitis quales sunt hypocritæ, sed potius, ut dominus in evangelio constituit, sic preces adhibete: *Pater noster qui es in calis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in calo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.* Quoniam tuum est regnum, in sæcula sæculorum. Amen. Ad hunc modum precamini ter singulis diebus, ita ad precationem præparati, ut præstetis vos dignos adoptione paterna: ne si indigne eum appelletis patrem, exprobretur vobis, ut Israeli (qui antea audierat, primogenitus Israel) exprobratum est illud, *quod si pater ego sum, ubi gloria mea? & si dominus sum, ubi est timor meus?* Gloria enim patrum sanctitas filiorum, & metus ministrorum honor est dominorum: sicut e contrario, filiorum nequitia patrum infamia est: & ministros non timere, est non habere imperium dominos. *propter vos*, inquit, *blasphematur nomen meum in gentibus.*

Matth. 6.

B

Mal. 2.

C

Isai. 52.

Εὐχαριστία μυστική.

ΚΕΦΑΛ. κϛ΄.

Γίνεσθε δὲ πάντοτε εὐχάριστοι ὡς πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες δοῦλοι, περὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας, οὕτω λέγοντες· εὐχαριστοῦμέν σοι πάτερ ἡμῶν ὑπὲρ ζωῆς ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· δι᾽ οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησας καὶ τῶν ὅλων προνοεῖς· ὃν καὶ ἀπέστειλας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ γενέσθαι ἄνθρωπον· ὃν καὶ συνεχώρησας παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν· ὃν καὶ ἀναστήσας εὐδόκησας δοξάσαι· καὶ ἐκάθισας ἐκ δεξιῶν σου· δι᾽ οὗ καὶ ἐπηγγείλω ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν· σὺ δέσποτα παντοκράτορ θεὲ αἰώνιε, ὥσπερ ἦν τοῦτο διεσκορπισμένον καὶ συναχθὲν ἐγένετο εἷς ἄρτος, οὕτω συνάγαγέ σου τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν βασιλείαν· ἔτι εὐχαριστοῦμεν πάτερ ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ τιμίου αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τοῦ τιμίου σώματος· οὗ καὶ ἀντίτυπα ταῦτα ἐπιτελοῦμεν αὐτοῦ διαταξαμένου ἡμῖν καταγγέλλειν τὸν αὐτοῦ θάνατον· δι᾽ αὐτοῦ γάρ σοι καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν· μηδεὶς δὲ ἐσθιέτω ἐξ αὐτῶν τῶν ἀμυήτων· ἀλλὰ μόνοι οἱ βεβαπτισμένοι εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον· εἰ δέ τις ἀμύητος κρύψας ἑαυτὸν μεταλάβῃ, κρίμα αἰώνιον φάγεται· ὅτι μὴ ὢν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, μετέλαβεν ὧν οὐ θέμις, εἰς τιμωρίαν ἑαυτοῦ· εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μεταλάβοι, τοῦτον τάχιον στοιχειώσαντες μυήσατε· ὅπως μὴ καταφρονητὴς ἐξέλθοι.

Gratiarum actio pro sancta Eucharistia.

CAPVT XXVI.

Estote vero præsto omni tempore ad agendas gratias tanquam fideles, & grati servi: ac pro eucharistia quidem in hunc modum: gratias agimus tibi pater noster pro vita, quam nobis per Iesum filium ostendisti: per quem universa fecisti, & omnium rerum procurationem habes, quem misisti, ut ad salutem, & conservationem nostram fieret homo: quem pati & mori permisisti, quem etiam a mortuis suscitasti, & suscitatum glorificare voluisti, & ad dexteram tuam sessum recepisti: per quem etiam resurrectionem mortuorum promisisti. Tu igitur domine omnipotens æterne Deus, ut erat hoc dispersum, & postquam est congregatum, factus est unus panis, sic congrega ecclesiam tuam ex finibus terræ in regnum tuum. Adhuc agimus tibi gratias pater noster pro sanguine pretioso Iesu Christi pro nobis effuso, ac pro pretioso corpore, cujus hæc antitypa celebramus, qui nobis constituit, ut mortem ejus denunciaremus: per ipsum enim tibi gloria in sæcula, Amen. Nemo igitur non baptizatus ex eis edat: sed ii tantum, qui sunt in mortem Christi baptizati. Sin vero aliquis non baptizatus seipsum celaverit, & ea participet, judicium æternum manducabit; quod cum alienus a Christi fide esset, quæ fas non erat, ad supplicium participavit: Si quis autem per ignorantiam sumpserit, est ille quidem cito elementis Christianæ religionis instituendus, ac baptizandus, ne exeat contemptor.

D

E

Gratiarum actio post sumptionem sanctæ Eucharistiæ.

CAPVT XXVII.

POst communionem sic est gratiarum actio adhibenda: Gratias agimus tibi Deus, & pater Iesu salvatoris nostri pro sancto corpore tuo, quod in nobis habitare fecisti, & pro cognitione, & fide, & caritate, & immortalitate, quæ dedisti nobis per Iesum filium tuum. Tu domine omnipotens, Deus universi, mundum, & quæ in eo continentur, per eum condidisti, & legem in animis nostris inseruisti, & quæ ad vescendum opus erant, hominibus præparasti. Deus patrū nostrorum sanctorum & reprehensione carentium, Abraham, Isaac, & Iacob, servorum tuorum fidelium, Deus potens, fidelis, ac verax, & in promissis servandis constans, qui Iesum Christum tuum in terram misisti, ut cum hominibus conversaretur ut homo, idem Deus verbum, & homo, & ut errorem radicitus evelleret, & nunc ipse memento per eum hujusmodi sanctæ ecclesiæ tuæ, quam sanguine pretioso Christi tui acquisivisti: eamque ab omni malo eripe, at eam in tua caritate, & tua veritate perfice, eosque omnes in regnum tuum, quod præparasti congrega. hoc maranatha. *Osanna filio David. Benedictus, qui* Psalm. 117. *venit in nomine domini: Deus dominus, qui apparuit nobis in carne.* Si quis sanctus est, accedat: Si quis non est, curret, ut fiat per pœnitentiam. Committite autem presbyteris vestris, ut Eucharistiam offerant.

Εὐχαριστία ἐπὶ τῇ θείᾳ μεταλήψει.

ΚΕΦΑΛ. κζʹ.

ΜΕτὰ δὲ τὴν μετάληψιν οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ἡμῖν· καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ ἀθανασίας· ἧς ἔδωκας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σὺ δέσποτα παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν ὅλων ἐκτίσας τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δι' αὐτοῦ· καὶ νόμον καταφυτεύσας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν· καὶ τὰ πρὸς μετάληψιν προευτρεπίσας ἀνθρώποις· ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν πιστῶν δούλων σου, ὁ δυνατὸς Θεός, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἀψευδὴς ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, ὁ ἀποστείλας ἐπὶ γῆς Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου ἀνθρώποις συναναστραφῆναι ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα λόγον καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν πλάνην πρόρριζον ἀνελεῖν, αὐτὸς καὶ νῦν δι' αὐτοῦ μνήσθητι τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας ταύτης· ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ ῥῦσαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ· καὶ τελείωσον αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου· καὶ συνάγαγε πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας, αὕτη μαραναθά· Ὠσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, εὐλογημένος ἐν ὀνόματι κυρίου· Θεὸς κύριος ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκί· εἴ τις ἅγιος προσερχέσθω· εἰ δέ τις οὐκ ἔστι, γινέσθω διὰ μετανοίας· ἐπιτρέπετε δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ὑμῶν εὐχαριστεῖν.

Gratiarum actio pro unguenti chrismatis mysterio, sive sacramento.

CAPVT XXVIII.

PRo unguento chrismatis sic gratias agite: Gratias agimus tibi Deus universi conditor pro suavitate unguenti chrismatis, & pro immortali sæculo, quod nobis per Iesum filium tuum patefecisti, quia tua est gloria, & potestas in sæcula, Amen. Qui venerit, & sic gratias egerit, recipite illum ut Christi discipulum: Sin vero aliam doctrinam prædicaverit præter eam, quam vobis Christus per nos tradidit, huic ne permittas eucharistiam offerre: qui enim talis est, is contumelia potius Deum afficit, quam honorat.

Εὐχαριστία περὶ τοῦ μυστικοῦ μύρου.

ΚΕΦΑΛ. κηʹ.

ΠΕρὶ δὲ τοῦ μύρου οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι Θεὲ δημιουργὲ τῶν ὅλων καὶ ὑπὲρ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου· καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀθανάτου αἰῶνος· οὗ ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν· ὃς ἐὰν ἐλθὼν οὕτως εὐχαριστῇ, προσδέξασθε αὐτὸν ὡς Χριστοῦ μαθητήν· ἐὰν δὲ ἄλλην διδαχὴν κηρύσσῃ, παρ' ἣν ὑμῖν παρέδωκεν ὁ Χριστὸς δι' ἡμῶν, τῷ τοιούτῳ μὴ συγχωρεῖτε εὐχαριστεῖν· ὑβρίζει γὰρ ὁ τοιοῦτος τὸν Θεὸν ἤπερ δοξάζει.

Quod non oporteat omnes sine discrimine ad communionem admittere.

CAPVT XXIX.

QVisquis ad vos venerit, ubi probatus fuerit, admittite: intelligentes enim estis, & potestis dextram vel sinistram cognoscere, ac falsos doctores a doctoribus discernere. Ac doctori ea, quæ sunt vitæ necessaria, suppeditate ex animo: Falso autem doctori præbete quæ opus sunt: ejus vero errorem ne recipite, neque una cum eo precationem facite, Matth. 10. ut non cum eo inquinemini. *Omnis Propheta verus, aut doctor qui ad vos venit, dignus est alimento, ut operarius sermonis justitiæ.*

Ὅτι οὐ χρὴ ἀδιαφορεῖν περὶ τὴν κοινωνίαν.

ΚΕΦΑΛ. κθʹ.

ΠΑς δὲ ὁ ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς δοκιμασθείς, οὕτω δεχέσθω· σύνεσιν γὰρ ἔχετε καὶ δύνασθε γνῶναι δεξιὰν ἢ ἀριστεράν· καὶ διακρῖναι ψευδοδιδασκάλους διδασκάλων· ἐλθόντι μέν τοι τῷ διδασκάλῳ ἐκ ψυχῆς ἐπιχορηγήσατε τὰ δέοντα· τῷ δὲ ψευδοδιδασκάλῳ δώσετε μὲν τὰ πρὸς χρείαν, οὐ παραδέξεσθε δὲ αὐτοῦ τὴν πλάνην, οὔτε μὴν συμπροσεύξησθε αὐτῷ· ἵνα μὴ συμμιανθῆτε αὐτῷ· πᾶς προφήτης ἀληθινὸς ἢ διδάσκαλος ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς ἄξιός ἐστι τῆς τροφῆς, ὡς ἐργάτης λόγου δικαιοσύνης.

Περὶ

A

Περὶ καρποφοριῶν διάταξις.

ΚΕΦΑΛ. λ'.

Πᾶσαν ἀπαρχὴν γεννημάτων λινοῦ· ἅλωνος· βοῶν τε καὶ προβάτων· δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν, ἵνα εὐλογηθῶσιν αἱ ἀποθῆκαι τῶν ταμείων σου καὶ τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου· καὶ στηριχθῇς σίτῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ· καὶ αὐξηθῇ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου· καὶ τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου· πᾶσαν δεκάτην δώσεις τῷ ὀρφανῷ· καὶ τῇ χήρᾳ· τῷ πτωχῷ· καὶ τῷ προσηλύτῳ· πᾶσαν ἀπαρχὴν ἄρτων θερμῶν, κεραμίου οἴνου ἢ μέλιτος, ἢ ἀκροδρύων, σταφυλῆς, ἢ τῶν ἄλλων τὴν ἀπαρχὴν δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν· ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ καὶ παντὸς κτήματος τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ· B

Ὅπως χρὴ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν συναθροιζομένους ἑορτάζειν.

ΚΕΦΑΛ. λα'.

Τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμέραν, τὴν κυριακὴν φαμὲν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ' οἷς C εὐηργέτησεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ ῥυσάμενος ἀγνοίας· πλάνης· δεσμῶν· ὅπως ἄμεμπτος ᾖ ἡ θυσία ὑμῶν καὶ εὐανάφορος Θεῷ, τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα καὶ θυσία καθαρά· ὅτι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους.

ΚΕΦΑΛ. λβ'.

Προχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ κυρίου καὶ D πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἄνδρας εὐσεβεῖς· δικαίους· πραεῖς· ἀφιλαργύρους· φιλαλήθεις· δεδοκιμασμένους· ὁσίους· ἀπροσωπολήπτους· δυναμένους διδάσκειν τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας· ὀρθοτομοῦντας ἐν τοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν· ὑμεῖς δὲ τιμᾶτε τούτους ὡς πατέρας· ὡς κυρίους· ὡς εὐεργέτας· ὡς τοῦ εὖ εἶναι αἰτίους· ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν μακροθυμίᾳ μετὰ χρηστότητος καὶ εἰρήνης· πάντα τὰ προστεταγμένα ὑμῖν ἀπὸ τοῦ κυρίου φυλάξατε· γρηγορεῖτε ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν· ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἥξει· ἑσπέρας, ἢ πρωΐ· E ἀλεκτοροφωνίας, ἢ μεσονυκτίου· ᾗ γὰρ ὥρᾳ οὐ προσδοκῶσιν, ἐλεύσεται ὁ κύριος· καὶ ἐὰν αὐτῷ ἀνοίξωσι, μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, ὅτι εὑρέθησαν γρηγοροῦντες· ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς· νήφετε οὖν, καὶ προσεύχεσθε μὴ ὑπνῶσαι εἰς θάνατον· οὐ γὰρ ὀνήσει ὑμᾶς τὰ πρότερα κατορθώματα· ἐὰν εἰς τὰ ἔσχατα ὑμῶν ἀποπλανηθῆτε τῆς πίστεως τῆς ἀληθοῦς.

Constitutio de oblationibus primitiarum, & decimarum.

CAPVT XXX.

Dabis sacerdotibus omnes primitias torcularis, & areæ, vindemiæ, & messis, boum, Num. 18. atque ovium : ut opothecæ cellarum tuarum penuariarum, ut fructus agri tui benedictione afficiantur, ut firmeris in frumento, & vino atque oleo, augeanturque armenta boum tuorum, & tuarum ovium greges : Dabis omnem decimam pupillo, & viduæ, pauperi, & proselyto : Dabis etiam sacerdotibus omnes primitias panum recentium, vini ex dolio, olei, mellis, pomorum sive baccarum, uvæ, aut aliorum fructuum : primitias vero argenti, aut indumenti, ceterarumque rerum, quas possides, tribues pupillo, & viduæ.

Quomodo oporteat congregatos diem dominicum celebrare.

CAPVT XXXI.

Die resurrectionis domini, quem dominicum dicimus, cavete sine ulla conventus intermissione ad agendum gratias Deo, & profitendum beneficia, quibus nos Deus per Christum affecit, cum liberavit nos ignorantia, errore, vinculis : ut sic sacrificium vestrum reprehensione careat, sitque Deo acceptum, & gratum, qui de ecclesia sua œcumenica dixit : *In omni loco offeretur mihi thymiama, & sacrificium mundum, quia ego sum Rex magnus, dominus omnipotens, & nomen meum admirabile in gentibus.* Mal. 1.

Quales esse oporteat, qui eliguntur ad ministerium ecclesiæ.

CAPVT XXXII.

Eligite episcopos dignos domino, item presbyteros & diaconos viros pios, justos, mansuetos, non cupidos habendi, veraces, probatos, sanctos, liberos a vitio acceptionis personæ, idoneos ad docendum verbum pietatis, & qui domini dogmata recte tractent. Vos vero habete his honorem, ut patribus, ut dominis, ut beneficis, ut auctoribus boni status vestri. Præterea reprehendite inter vos mutuo non irate, sed magna cum tolerantia, cum benignitate, & pace : Servate omnia præcepta domini vobis data. *Vigilate pro vita vestra. sint lumbi vestri* Luc 10. *præcincti, & lucernæ ardentes : & vos similes ho-* Luc. 12. *minibus expectantibus dominum suum quando veniet, vespere an mane, an ad gallicantum, an* Mar. 13. *media nocte : qua enim hora non expectant, veniet dominus, etsi ei apparuerint, beati servi illi, quia inventi sunt vigilantes. Quia scilicet præcinget se, & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Sobrii igitur estote, ac vigilantes, & orate, ne dormiatis in mortem, neque enim juvabunt vos superiora recte facta, si ad extremum vitæ vestræ a fide vera aberrabitis.

A

Prædictio futurorum.

CAPVT XXXIII.

VLtimis enim diebus multiplicabuntur falſi prophetæ, corruptores verbi, & mutabuntur oves in lupos, & caritas in odium:
2. Tim. 3. Matth. 24. *abundante enim iniquitate frigeſcet caritas multorum*, erit enim hominum mutuum in ſe odium, inſectatio, & proditio. Ac tunc prodibit deceptor orbis, & inimicus veritatis, mendaciique defenſor, *quem dominus ſpiritu*
1. Theſ. 2. *oris ſui interficiet*, qui labiis impium delet: ac multi in eo ſcandalum incurrent: *qui vero per-*
Matth. 10. & 24. *ſeveraverint uſque in finem, hi ſalvi erunt*, B *& tunc apparebit ſignum filii hominis in cælo:* deinde vox tubæ inflante Archangelo, & interea mortuorum ſuſcitatio, ac tunc veniet dominus in terræ motu cum omnibus ſanctis ſuis ſuper nubes, comitatus angelis virtutis ſuæ in ſolio regni ad judicandum diabolum mundi deceptorem, & ad retribuendum cuique pro meritis: Tunc abibunt ſcelerati *in æternum ſup-*
Matth. 23. *plicium*, juſti vero proficiſcentur *ad vitam immortalem*, & ea poſſidebunt, *quæ oculus non*
1. Cor. 3. *vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus eum*, & gaudebunt in regno Dei gaudio, ſupra quam dici poteſt, magno in Chriſto Ieſu. Tot igitur ac tantis bonis ab eo dignati eundem ſupplices crebris precibus imploremus dicentes.

Oratio variam Dei providentiam prædicans.

CAPVT XXXIV.

ÆTerne Salvator noſter rex deorum, qui ſolus es omnipotens, & dominus omniũ, idemque Deus ſanctorum, & laudatorum patrum noſtrorum, noſtrorumque majorum, Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, qui es miſericors, & commiſerator, longanimis, & multa miſericordia, cui omne cor patet, nudumque eſt, & omnis occulta cogitatio aperta: ad te clamant animæ juſtorum, in te ſunt collocatæ ſpes ſanctorũ, qui es pater reprehenſione carentium, & eorum, qui te recte invocant, auditor, qui tacitas etiam ſermocinationes percipis, ſiquidé in viſcera uſque humana providentia tua pervadit, & per conſcientiam voluntatem cujuſque ſcrutaris. Tibi per omnes partes orbis habitabilis thymiama precationis, & ſermonum adhibetur, qui hoc præſens ſæculum, curriculum juſtitiæ inſtituiſti, omnibuſque januam miſericordiæ aperuiſti, ac ſingulos homines cognitione quadam nobis inſita, & naturali judicio, ac tacita quadam legis naturæ voce docuiſti, opum quidem non eſſe perpetuam poſſeſſionem, venuſtatis vero pulchritudinem non eſſe perennem, firmitatem virium fragilem, eſſeque univerſa vaporem, & vanitatem; ſolam vero conſcientiam fidei non fictæ per medios cælos pervadere cum veritate aſcendentem, & dexteram futuri cibi recipere, ſimul etiam antequam promiſſum reviviſcendi præſtetur, ipſa anima ſpe exultans, lætitia perfunditur. Abraham enim progenitorem noſtrum, viam veritatis ex ipſa naturæ facultate capeſſentem, cum ei appareres, tanquam dux deduxiſti, eumque, quid tandem eſſet

Πρόῤῥησις περὶ τῶν μελλόντων.

ΚΕΦΑΛ. λγʹ.

ΕΝ γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ οἱ φθορεῖς τοῦ λόγου· καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους· καὶ ἡ ἀγάπη εἰς μῖσος· πληθυνθείσης γὰρ τῆς ἀνομίας ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· μισήσουσι γὰρ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι, καὶ διώξουσι καὶ προδώσουσι· καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλάνος ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρός· ὁ τοῦ ψεύδους προστάτης· ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ· ὁ διὰ χειλέων ἀναιρῶν ἀσεβῆ· καὶ πολλοὶ σκανδαλισθήσονται ἐπ' αὐτῷ· οἱ δὲ ὑπομείναντες εἰς τέλος οὗτοι σωθήσονται· καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· εἶτα φωνὴ σάλπιγγος ἔσται διὰ ἀρχαγγέλου· καὶ μεταξὺ ἀναβίωσις τῶν κεκοιμημένων· καὶ τότε ἥξει ὁ κύριος καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ ἐν συσσεισμῷ ἐπάνω τῶν νεφελῶν μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου βασιλείας κατακρῖναι τὸν κοσμοπλάνον διάβολον· καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· τότε ἀπελεύσονται οἱ μὲν πονηροὶ εἰς αἰώνιον κόλασιν· οἱ δὲ δίκαιοι πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον· κληρονομοῦντες ἐκεῖνα ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε· καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε· καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ χαρήσονται ἐν τῇ C βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τοσούτων δὲ ἠξιωμένοι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀγαθῶν γινόμεθα αὐτοῦ ἱκέται, ἐπικαλούμενοι αὐτὸν διὰ συνεχοῦς δεήσεως, καὶ λέγοντες.

Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ προνοίας διαφόρου.

ΚΕΦΑΛ. λδʹ.

ΑΙώνιε σῶτερ ἡμῶν ὁ βασιλεὺς τῶν Θεῶν· ὁ ὢν μόνος παντοκράτωρ καὶ κύριος· ὁ Θεὸς πάντων τῶν ὄντων, καὶ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν καὶ πρὸ ἡμῶν· ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων· ὁ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος· ᾧ πᾶσα γυμνοφανὴς βλέ- D πεται καρδία· καὶ πᾶν κρύφιον ἐνθύμημα ἀποκαλύπτεται· πρός σε βοῶσι ψυχαὶ δικαίων· ἐπί σοι πεποίθασιν ἐλπίδες ὁσίων· ὁ τῶν ἀμέμπτων πατήρ, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος· ὁ καὶ σιωπωμένας ἐπιστάμενος ἐντεύξεις· χωρεῖ γὰρ μέχρι σπλάγχνων ἀνθρωπίνων ἡ σὴ πρόνοια· καὶ διὰ συνειδήσεως ἐρευνᾷς ἑκάστου τὴν γνώμην· καὶ κατὰ πᾶν κλίμα τῆς οἰκουμένης τὸ διὰ προσευχῆς καὶ λόγων ἀναπέμπεταί σοι θυμίαμα· ὁ τὸν παρόντα αἰῶνα στάδιον δικαιοσύνης ἐνστησάμενος· πᾶσι δὲ ἀνοίξας πύλην ἐλεημοσύνης, ὑποδείξας δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων διὰ τῆς ἐμφύτου γνώσεως, καὶ φυσικῆς κρίσεως, καὶ ἐκ τῆς τοῦ νόμου ὑπο- E φωνήσεως, ὡς πλούτου μὲν οὐκ ἀΐδιον τὸ κτῆμα· εὐπρεπείας οὐκ ἀέναον τὸ κάλλος· δυνάμεως εὐδιάλυτος ἡ ἰσχύς· καὶ ἀτμὸς μὲν καὶ ματαιότης τὰ σύμπαντα· μόνη δὲ συνείδησις πίστεως ἀνύπουλος διαβαίνει διὰ μέσον οὐρανῶν μετ' ἀληθείας ἀνερχομένη· τῆς μελλούσης τροφῆς δεξιὰν ἀπολαμβάνει· ἅμα καὶ πρὸ τοῦ παραστῆναι ὑπόσχεσιν τῆς παλιγγενεσίας, αὐτὴ ἡ ψυχὴ τῇ ἐλπίδι γαυρουμένη εὐφραίνεται· *ἐξ ὑπαρχῆς γὰρ τὸν προπάτορα ἡμῶν Ἀβραὰμ μεταποιούμενον τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ὁραματισμῷ ὡδήγησας, διδάξας ὅτι ποτέ ἐστιν ὁ αἰὼν * ἐξ ὑπαρχούσης.

οὗτος

ἐστί· καὶ τῆς μὲν πίστεως αὐτοῦ προώδευσεν ἡ γνῶσις· τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλουθος γέγονεν ἡ πίστις· τῆς δὲ πίστεως ἦν ἐπακολούθημα ἡ συνθήκη· εἶπας γάρ, ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Ἰσαὰκ αὐτῷ δωρησάμενος καὶ ὅμοιον αὐτὸν εἰδὼς ἐκείνου τῷ τρόπῳ, καὶ αὐτοῦ ἐπεκλήθης Θεός· εἰπών, ἔσομαί σου Θεός· καὶ τοῦ σπέρματός σου μετά σε· καὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ ἐπὶ Μεσοποταμίαν στελλομένου, δείξας τὸν Χριστὸν δι' αὐτοῦ, ἐλάλησας εἰπών, ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ αὐξανῶ σε, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα· καὶ οὕτως εἶπας πρὸς Μωϋσῆν τὸν πιστὸν καὶ ἅγιόν σου θεράποντα ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς βάτου, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· τοῦτό μοι ὄνομα ἐστὶν αἰώνιον· καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν· ὑπέρμαχε γένους Ἀβραὰμ εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

A hoc sæculum, docuisti; ac fidem ejus antegressa est cognitio, cognitioni vero consequens fuit fides, fidem autem insecuta pactio: dixisti enim, *faciam semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in littore maris.* Quin etiam docuisti, filium ejus Isaac, quem ei dedisti, quem cum vidisses moribus patri similem, appellatus es Deus ejus, dicens, *Ero Deus tuus, & seminis tui post te.* Atque etiam cum pater noster Iacob in Mesopotamiam profectus esset, ostendissesque Christum per eum, item dixisti: *Ecce ego tecum sum, & augebo te, & multiplicabo te valde.* Sic item dixisti Moysi famulo tuo fideli ac sancto in illo viso rubi: *Ego sum qui sum, hoc mihi nomen æternum, & monimentum generationibus generationum: propugnator generis Abraham benedictus es in sæcula.* B

Gen. 15.
Gen. 28.
Gen. 29.
Exod. 3.

Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ δημιουργίας διαφόρου.

ΚΕΦΑΛ. λε'.

Εὐλογητὸς εἶ κύριε βασιλεῦ τῶν αἰώνων· ὁ διὰ Χριστοῦ ποιήσας τὰ ὅλα· καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκεύαστα· ὁ διαχωρίσας ὕδατα ὑδάτων στερεώματι, καὶ πνεῦμα ζωτικὸν τούτοις ἐμβαλών· ὁ γῆν ἑδράσας, καὶ οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ τὴν ἑκάστου τῶν κτισμάτων ἀκριβῆ διάταξιν κοσμήσας· σῇ γὰρ δυνάμει δέσποτα κόσμος πεφαίδρυνται· οὐρανὸς δὲ ὡς καμάρα πεπηγμένος ἠγλάϊσται ἄστροις ἕνεκεν παραμυθίας τοῦ σκότους· φῶς δὲ καὶ ἥλιος εἰς ἡμέρας καὶ καρπῶν γονὰς γεγένηνται· σελήνη δὲ εἰς καιρῶν τροπὴν αὔξουσα καὶ μειουμένη· καὶ νὺξ ὠνομάζετο· καὶ ἡμέρα προσηγορεύετο· στερέωμα δὲ διὰ μέσον τῶν ἀβύσσων ἐδείκνυτο· καὶ εἶπας συναχθῆναι τὰ ὕδατα καὶ ὀφθῆναι τὴν ξηράν· αὐτὴν δὲ τὴν θάλασσαν πῶς ἄν τις ἐκφράσειεν; ἣ τις ἔρχεται μὲν ἀπὸ πελάγους μαινομένη· παλινδρομεῖ δ' ἀπὸ ψάμμου τῇ σῇ προσταγῇ κωλυομένη· εἶπες γάρ, ἐν αὐτῇ συντριβήσεσθαι αὐτῆς τὰ κύματα· ζώοις δὲ μικροῖς καὶ μεγάλοις καὶ πλοίοις πορευτὴν αὐτὴν ἐποίησας· εἶτ' ἐχλοαίνετο γῆ παντοίοις ἄνθεσι καταγραφομένη· καὶ ποικιλίᾳ δένδρων διαφόρων. παμφαεῖς τε φωστῆρες τούτων τιθηνοὶ ἀπαράβατον σώζοντες τὸν δόλιχον· καὶ κατ' οὐδὲν παραλλάσσοντες τῆς σῆς προσταγῆς· ἀλλ' ὅπῃ ἂν κελεύσῃς, ταύτῃ ἀνίσχουσι καὶ δύουσιν εἰς σημεῖα καιρῶν καὶ ἐνιαυτῶν, ἀμειβόμενοι τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπηρεσίαν· ἔπειτα διαφόρων ζώων κατεσκευάζετο γένη· χερσαίων· ἐνύδρων· ἀεροπόρων· ἀμφιβίων· καὶ τῆς σῆς προνοίας ἡ ἔντεχνος σοφία τὴν κατάλληλον ἑκάστῳ πρόνοιαν δωρεῖται· ὥσπερ γὰρ διάφορα γένη οὐκ ἠτόνησε παραγαγεῖν, οὕτως οὐδὲ διάφορον πρόνοιαν ἑκάστου ποιήσασθαι κατωλιγώρησε· καὶ τέλος τῆς δημιουργίας τὸ λογικὸν ζῶον τὸν κοσμοπολίτην τῇ σῇ σοφίᾳ διαταξάμενος κατεσκεύασας εἰπών, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας, ἐκ μὲν τῶν τεσσάρων στοιχείων πρώτων σωμάτων διαπλάσας αὐτοῦ σῶμα, κατασκευάσας δ' αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, αἴσθησιν δ' αὐτοῦ πένταθλον χαρισάμενος καὶ νοῦν τὸν τῆς ψυχῆς ἡνίοχον ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιστήσας· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δέσποτα κύριε τίς ἐπαξίως διηγήσεται νε-

θυμήσει (margin, beside "μήσας· σῇ γὰρ δύναμει")

Oratio variam creationem prædicans.

CAPVT XXXV.

Benedictus es domine rex sæculorum, qui per Christum universa condidisti: qui per eum initio disposuisti, & ornasti incondita, qui aquas ab aquis medio firmamento separasti ac disclusisti, vitalemque eis spiritum indidisti: qui terram stabilisti, & cælum tetendisti, & singula perfecta dispositione ornasti: tua enim C potestate factum est, ut mundus luceret: cælum instar cameræ exædificatum ad dandum in tenebris solatium, astris splenderet, lumen & sol dies efficerent, & fructus gignerent: luna in mutationem temporum cresceret, & decresceret, & nox diceretur, & dies appellaretur: tum etiam, ut firmamentum in medio aquarum fieret, qui jussisti ut congregarentur aquæ, & appareret arida. Mare vero ipsum quis sermone explicare queat, quemadmodum a pelago feratur furens, & ab arena jussu tuo coercente reciprocetur: dixisti enim, in ipso confringentur fluctus ejus: animalibus vero exiguis & magnis, ac navigiis pervium fecisti. Deinde terra herbescit omni genere florum, & varietate arborum D multiplicium depicta: luminaria vero horum nutricii perpetua lege spatium conficiunt nihil mandatum tuum variantia; quin potius quacumque regione jubeas, ac oriuntur, & occidunt in signa temporum, & annorum, & ministeria hominum alterna vicissitudine commutant. Præterea effecta sunt variarum animantium genera terrenarum, aquatilium, volucrum, & eorum quæ in terra, & aqua vivunt, quæ dicuntur amphibia, tuæque providentiæ artificiosa sapientia providentiam ad cujusque earum naturam accommodat: ut enim non fuit infirma ad multiplices animantium species efficiendas, sic etiam non neglexit cujusque earum E variam ac diversam procurationem: ad hæc, finem fabricationis animantem rationis participem, mundi civem sapientiæ tuæ moderatione fecisti, cum diceres, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, fecisti, inquam, ut esset homo κόσμου κόσμος, id est, ornatus ornatus, cujus corpus ex quatuor elementis primis corporibus formasti, animam vero ex nihilo, ac sensus quinque ad certamen virtutis dedisti, & mentem ipsius animæ tanquam aurigam sensibus perfecisti. Iam ad hæc omnia dominator domine, quis pro dignitate explicabit nu- Gen. 1.

bium imbribus gravidarum fluxionem, fulguris splendorem, tonitruumque fragorem ad suppeditandum alimentum cuique generi animantium conveniens, tum etiam ad aptissimam aeris temperationem. Hominem vero, quia tibi non paruit, vita, quæ fuerat ei proposita merces, privasti, non quod ex toto eum delevisses, quin potius brevi morte affectum tanquam somno quodam captum, interposito jurejurando, ad renascendum vocasti, & edictum mortis rescidisti, qui mortuis vitam tribuis per Christum spem nostram.

Oratio prædicans cum gratiarum actione divinam procurationem rerum.

CAPUT XXXVI.

MAgnus es domine omnipotens, & magna virtus tua, sapientiæque tuæ non est numerus, creator, salvator, dives gratiis, longanimis, & misericordiæ largitor, qui ea, quæ a te condita sunt, non destituis, sed conservas: natura enim bonus es, parcis vero peccantibus eos ad pœnitentiam provocans: ex tuis enim miserationibus existit admonitio. Quomodo namque sustineremus, si pœnas celeriter a nobis expeteres? qui diu multumque a te toleranter expectati, vix ex peccato emergimus. potentiam tuam enarrant cæli, & terra mota, firmitatem habens in nihilo pendentem: mare etiam quod fluctibus agitatum, innumerabilium animalium copias pastu alit, atque arena tenetur constrictum metu voluntatis tuæ, cogit omnes ut clament, *quam magnificata sunt*
Psal. 103. *opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, plena est terra creatura tua*, item exercitus angelorum ardens, & spiritus intelligentes dicunt
Dan. 8. phelmoni, id est, certo cuipiam, *unus sanctus*. Sancti quoque seraphim una cum cherubinis, qui senis alis præditi sunt, canticum victoriæ tibi canentes perpetuis vocibus clamant, dicen-
Isa. 6. tes, *Sanctus, sanctus, sanctus dominus sabaoth, pleni sunt cæli & terra gloria tua*. atque etiam permulti alii ordines archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, potestatum, ac virtutum clamantes dicunt, *benedi-*
Ezech. 3. *cta domini gloria ex loco suo*. Hierusalem vero tua in terris, ecclesia ex gentibus collecta, cum copiis cælitum, certans nocte & die, in corde
Psal. 67. pleno, & anima volente canit, *currus Dei decem millium millia lætantium, dominus in eis in Sina, in sancto*. novit cælum eum a quo factum est in modum cameræ, instar quadrati lapidis stabile, alioqui in nihilo nitens, quique terram, & aquã inter se colligavit, & aerem diffudit, animantes alentem. cum quo etiam ignem ad teporem, & lucem commiscuit. Obstupefacit admiratione
Iob. 38. chorus stellarum, qui illum significat, qui ipsas numerat, & illum qui ipsas nominat, ostendit, ut item animantes eum, a quo animatæ sunt, demõstrant, & arbores, a quo satæ, & editæ. Quæ quidem omnia verbo tuo effecta, vim potestatis tuæ declarant. Quare debent omnes homines laudes tibi pro cũctis bonis per Christum toto pectore tribuere, qui te auctore facti sunt omniũ domini. Tu enim es benignus in beneficẽtiis, & liberalis in commiserationibus, qui solus es omnipotens, adest enim tibi cum volueris, posse; tuum namque robur æternum, & flammam refrigerat, & leones cohibet, & cetos mitigat, & ægrotantes

φῶν ὀμβροτόκων φορὰν· ἀστραπῆς ἔκλαμψιν. βροντῶν πάταγον εἰς τροφῆς καταλλήλου χορηγίαν· καὶ κρᾶσιν ἀέρων παναρμόνιον· παρακούσαντα δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐμμίσθου ζωῆς ἐστέρησας οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀφανίσας, ἀλλὰ χρόνῳ πρὸς ὀλίγον κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας· ὅρον θανάτου ἔλυσας ὁ ζωοποιὸς τῶν νεκρῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν.

Προσευχὴ μετ' εὐχαριστίας ἐξαγγέλλουσα τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὰ ὄντα κηδεμονίαν.

ΚΕΦΑΛ. λϛʹ.

ΜΕγας εἶ κύριε παντοκράτορ, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς σου καὶ τῆς συνέσεώς σου οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κτίστα σωτὴρ πλούσιε ἐν χάρισι· μακρόθυμε καὶ ἐλέους χορηγέ, ὁ μὴ ἀφιστῶν τῶν σῶν κτισμάτων τὴν σωτηρίαν· φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὑπάρχεις· φείδη δὲ ἁμαρτανόντων, εἰς μετάνοιαν προσκαλούμενος· οἰκτίρμων γάρ σου ἡ νουθέτησις· πῶς γὰρ ἂν ὑπέστημεν ἐπειγομένην ἀπαιτούμενοι κρίσιν, ὁπότε μακροθυμούμενοι, μόλις ἀνανεύομεν τῆς ἀσθενείας; σοῦ τὸ κράτος ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοί, καὶ γῆ κραδαινομένη, τὴν ἀσφάλειαν ἐπ' οὐδενὸς κρεμαμένη· θάλασσα κυμαινομένη καὶ μυρίαν βόσκουσα ζώων ἀγέλην, πεπέδηται ἄμμῳ, τὴν σὴν βούλησιν πεφρικυῖα· καὶ πάντας ἀναγκάζει βοᾶν, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου· καὶ στρατὸς ἀγγέλων φλεγόμενος· καὶ πνεύματα νοερὰ λέγουσιν, εἷς ἅγιος τῷ φελμουνί· καὶ σεραφὶμ ἅγια ἅμα τοῖς χερουβὶμ τοῖς ἑξαπτερύγοις σοι τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ψάλλοντα, ἀσιγήτοις φωναῖς βοῶσιν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου· καὶ τὰ ἕτερα τῶν ταγμάτων πλήθη, ἄγγελοι· ἀρχάγγελοι· θρόνοι· κυριότητες· ἀρχαί· ἐξουσίαι· δυνάμεις· ἐπιβοῶντα λέγουσιν, εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δὲ ἡ ἐπίγειός σου ἐκκλησία ἡ ἐξ ἐθνῶν ταῖς κατ' οὐρανὸν δυνάμεσιν ἁμιλλωμένη νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ ψάλλει, τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον· χιλιάδες εὐθηνούντων, κύριος ἐν αὐτοῖς ἐν Σιναὶ ἐν τῷ ἁγίῳ· οἶδεν οὐρανὸς τὸν ἐπὶ μηδενὸς αὐτὸν καμαρώσαντα ὡς λιθόκυβον· καὶ γῆν καὶ ὕδωρ ἑαυτοῖς ἑνώσαντα· καὶ ἀέρα διαχέαντα ζωοτρόφον· καὶ τούτῳ πῦρ συμπλέξαντα εἰς θάλπος, καὶ σκότους παραμυθίαν· ἐκπλήσσει χορὸς ἀστέρων τὸν ἀριθμήσαντα σημαίνων, καὶ τὸν ὀνομάσαντα δεικνύων· ζῶα τὸν ψυχώσαντα· δένδρα τὸν ἐκφύσαντα· ἅπερ ἅπαντα τῷ σῷ λόγῳ γενόμενα παριστᾷ τῆς σῆς δυνάμεως τὸ κράτος· διὸ καὶ ὀφείλει πᾶς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῶν στέρνων σοι διὰ Χριστοῦ τῶν ὑπὲρ πάντων ὕμνον ἀναπέμπειν διά σε τῶν ἁπάντων κρατῶν. σὺ γὰρ εἶ ὁ χρηστὸς ἐν εὐεργεσίαις, καὶ φιλόδωρος ἐν οἰκτιρμοῖς· ὁ μόνος παντοκράτωρ. ὅτε γὰρ θέλεις, πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι· τὸ γάρ σου αἰώνιον κράτος καὶ φλόγα καταψύχει· καὶ λέοντας φιμοῖ· καὶ κήτη καταπραΰνει· καὶ νοσοῦντας ἐγείρει·

ὑποστῶμεν

Σιὼν δέ, Ἱερουσαλὴμ δὲ

ρει· καὶ δυνάμεις μεταστρέπει· καὶ στρατὸν ἐχθρῶν, καὶ λαὸν ἀριθμούμενον ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι καταστρώννυσι· σὺ εἶ ὁ ἐν οὐρανῷ· ὁ ἐπὶ γῆς· ὁ ἐν θαλάσσῃ· ὁ ἐν περατουμένοις ὑπὸ μηδενὸς περατούμενος· τῆς γὰρ μεγαλωσύνης σου οὐκ ἔστι πέρας· μὴ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο δέσποτα· τοῦ θεράποντός σου ἐστὶ λόγιον φάσκοντος· καὶ γνώσῃ τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ· οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς πλὴν σοῦ μόνου· ἅγιος οὐκ ἔστι πλήν σου κύριος Θεὸς γνώσεων; Θεὸς ἁγίων· ἅγιος ὑπὲρ πάντας ἁγίους· οἱ γὰρ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σού εἰσιν· ἔνδοξος καὶ ὑπερυψούμενος· ἀόρατος τῇ φύσει· ἀνεξιχνίαστος κρίμασιν· οὗ ἀνενδεὴς ἡ ζωή· ἄτρεπτος καὶ ἀνελλιπὴς ἡ διαμονή· ἀκάματος ἡ ἐνέργεια· ἀπερίγραπτος ἡ μεγαλειότης· ἀέναος ἡ εὐπρέπεια· ἀπρόσιτος ἡ κατοικία· ἀμετανάστευτος ἡ κατασκήνωσις· ἄναρχος ἡ γνῶσις· ἀναλλοίωτος ἡ ἀλήθεια· ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον· ἀνεπιβούλευτον τὸ κράτος· ἀδιάδοχος ἡ μοναρχία· ἀτελεύτητος ἡ βασιλεία· ἀνανταγώνιστος ἡ ἰσχύς· πολυάριθμος ἡ στρατιά· σὺ γὰρ εἶ ὁ σοφίας πατήρ· ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίσεως, ὡς αἴτιος, ὁ προνοίας χορηγός· ὁ νόμων δοτήρ· ὁ ἐνδείας πληρωτής· ὁ τῶν ἀσεβῶν τιμωρός· καὶ τῶν δικαίων μισθαποδότης· ὁ τοῦ Χριστοῦ Θεὸς καὶ πατήρ· καὶ τῶν εἰς αὐτὸν εὐσεβούντων κύριος· οὗ ἀδιάψευστος ἡ ἐπαγγελία· ἀδωροδόκητος ἡ κρίσις· ἀμετάπιστος ἡ γνώμη· ἄπαυστος ἡ εὐσέβεια· ἀΐδιος ἡ εὐχαριστία· δι' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος προσκύνησις ὀφείλεται παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως.

Προσευχὴ ὑπομιμνήσκουσα τὴν γενομένην Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν· καὶ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους διάφορον πρόνοιαν.

ΚΕΦΑΛ. λζ'.

Κύριε παντοκράτορ, κόσμον ἔκτισας διὰ Χριστοῦ· καὶ σάββατον ὥρισας εἰς μνήμην τούτου· ὅτι ἐν αὐτῷ κατέπαυσας ἀπὸ τῶν ἔργων εἰς μελέτην τῶν σῶν νόμων· καὶ ἑορτὰς διετάξω εἰς εὐφροσύνην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ὅπως εἰς μνήμην ἐρχώμεθα τῆς ὑπό σου κτισθείσης σοφίας· ὡς δι' ἡμᾶς γένεσιν ὑπέστη τὴν διὰ γυναικός· ἐπεφάνη τῷ βίῳ ἀναδείξας ἑαυτὸν ἐν τῷ βαπτίσματι· ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ὁ φανείς· ἔπαθε δι' ἡμᾶς σῇ συγχωρήσει· καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη σῷ κράτει· διὸ καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν πανηγυρίζοντες τῇ κυριακῇ, χαίρομεν ἐπὶ τῷ νικήσαντι μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντι δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν· δι' αὐτοῦ γὰρ προσηγάγου τὰ ἔθνη ἑαυτῷ εἰς λαὸν περιούσιον τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ τὸν θεοφιλῆ τὸν ὁρῶντα Θεόν· σὺ γὰρ κύριε καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· καὶ ἐρρύσω ἐκ καμίνου σιδηρᾶς καὶ ἐκ πηλοῦ καὶ πλινθουργίας· ἐλυτρώσω ἐκ χειρὸς Φαραὼ καὶ τῶν ὑπ' αὐτόν· καὶ διὰ θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς αὐτοὺς παρήγαγες· καὶ ἐτροποφόρησας αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ παντοίοις ἀγαθοῖς· νόμον αὐτοῖς ἐδωρήσω τὴν δεκάλογον σῇ φωνῇ φθεγχθέντα· καὶ χειρὶ καταγραφέντα· σαββατίζειν ἐνετείλω οὐ πρόφασιν ἀργίας διδούς, ἀλλ' ἀφορμὴν εὐσεβείας εἰς γνῶσιν τῆς σῆς δυνάμεως, εἰς κώλυσιν κακῶν ὡς ἐν ἱερῷ κα-

A erigit: & facultates naturæ convertit in alias, exercitumque hostium, & populum superbe numeratum prosternit: Tu es in cælo, & in terra, & in mari, in terminatis nullo termino circumscriptus: *magnitudinis enim tuæ nullus est finis.* (*Psal. 144.*) non enim domine nostrum est hoc dictum, immo vero famuli tui, qui ait, *& cognosces corde tuo*, (*Deut. 4.*) quod dominus Deus tuus, Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non est amplius præter eum, neque enim est Deus præter te solum, sanctus non est præter te, dominus Deus scientiarum, Deus sanctorum, sanctus supra sanctos omnes, sanctificati enim sub manu tua sunt: gloriosus, supra omnia excelsus, natura inaspectabilis, cujus judicia investigari B non possunt: cujus vita nullius est indigens, duratio neque mutabilis, neque deficiens: operatio sine defatigatione: magnitudo infinita, perennis decor, inhabitatio sine ullius accessu, & appulsu, mansio sine migratione, cognitio sine ullo initio, veritas immutabilis, cujus opus sine intermedio, potentia nullis insidiis exposita, monarchia, id est, principatus unius, sine successore, regnum perpetuum, robur invictum, cujus exercitus valde copiosus. Tu enim es sapientiæ pater, idemque instaurationis per mediatorem factæ auctor, ut caussa, providentiæ largitor, lator legum, indigentiæ expletor, impiorum vindex, justorum remunerator, Chri- C sti Deus, & pater, & eorum, qui in eum pii sunt, dominus: cujus promissio minime fallax, judicium incorruptum, sententia immutabilis, cui cultus sine intermissione, gratiarum actio perpetua, per quem tibi veneratio digna ab omni natura rationis participe, ac sancta debetur.

Oratio commemorans incarnationem Christi, & variam providentiam de sanctis.

CAPVT XXXVII.

D Domine omnipotens, tu mundum per Christum fabricatus es, & sabbatum hujus fabricationis memoriæ dedicasti, quia in eo ab operibus faciendis requiescere fecisti, ad leges tuas meditandas: item festos dies ad capiendam animis nostris lætitiam constituisti, ut in mentem veniret sapientiæ a te conditæ, quemadmodum nostra caussa, quod ortum est ex muliere, in se subsistere fecit: apparuitque in vita, declarans se in baptismo Deum & hominem: & propter nos permissu tuo passus, & mortuus est, ac potestate tua à mortuis suscitatus. Quare diem festum resurrectionis dominico die celebrantes, in eo lætamur, qui vicit quidem mortem, illuminavit vero vitam, & E immortalitatem: per ipsum enim gentes tibi adjunxisti, ut fierent populus acquisitionis, verus Israel, Deo carus, Deumque videns. Tu enim domine etiam patres nostros ex terra Ægypti eduxisti, & fornace ferrea, atque ex luto, & fingendorum laterum labore eripuisti: liberasti a manu Pharaonis, & populi ejus, ac per mare tanquam itinere terrestri trajecisti, & mores eorum in solitudine omni genere bonorum sustinuisti, legem decalogi voce tua pronuntiatam, & manu tua scriptam dedisti, diem sabbati festum agitare jussisti, non ut esset illis occasio otii & vacationis, sed adjumentum

pietatis ad cognitionem potentiæ tuæ, ut prohiberentur mala, tanquam in circo quodam sacro docendi gratia cohibitis, & ut esset exultatio hebdomadis. Hinc una hebdomas, & septem hebdomades, item mensis septimus, & annus septimus, rursus jubileus, id est, annus quinquagesimus ad remissionē, qui ex septena conversione, & reditu anni septimi existit, ut nullam haberent homines occasionem falso excusandi ignorātiam, hac de caussa omni sabbato feriari jussit, ut scilicet nemo ne verbum quidem irate ex ore suo in die sabbati vellet emittere: sabbatum enim est requies a fabricatione mundi, perfectio universi, legum inquisitio, laus grati animi pro beneficiis in homines collatis Deo adhibita. Dominicus vero dies his omnibus præstantior, ut qui repræsentet ipsum mediatorem, providentem, legislatorem, auctorem resurrectionis, primogenitum omnis creaturæ, Deum verbum, eundemque hominem ex Maria natum solum, sine conjunctione viri, sancte in vita versatum, cruci affixum sub Pontio Pilato, & mortuum, atque a mortuis suscitatum. Hic, inquam, dies dominicus tibi domine eucharistiam pro universis offerre hortatur, & jubet: Hæc est enim gratia, quam tu præbuisti, quæ sua magnitudine omne beneficium operuit.

A θείρξας περιβόλῳ διδασκαλίας χάριν, εἰς ἀγαλλίαμα ἑβδομάδος· διὰ τοῦτο ἑβδομὰς μία καὶ ἑβδομάδες ἑπτά· καὶ μὴν ἕβδομος· καὶ ἐνιαυτὸς ἕβδομος· καὶ τούτου ἀντανακύκλησις ἰωβηλαῖος, ὅ ἐστιν ἔτος πεντηκοστὸν εἰς ἄφεσιν, ὅπως μηδεμίαν ἔχωσι πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἄγνοιαν σκήψασθαι· τούτου χάριν πᾶν σάββατον ἐπέτρεψεν ἀργεῖν· ὅπως μηδὲ λόγον τις ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ προέσθαι θελήσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων· σάββατον γάρ ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας· τελείωσις κόσμου· νόμων ζήτησις· αἶνος εἰς Θεὸν εὐχάριστος, ὑπὲρ ὧν ἀνθρώποις ἐδωρήσατο· ὧν ἁπάντων ἡ κυριακὴ προὔχουσα αὐτὸν τὸν μεσίτην, τὸν προ-
B νοητὴν, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν ὑποδεικνύουσα, ὡς κυριακὴ παρακελεύεται, σοὶ δέσποτα τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχαριστίαν προσφέρειν· αὕτη γὰρ ἡ ὑπό σου παρασχεθεῖσα χάρις· ἥτις διὰ μέγεθος πᾶσαν εὐεργεσίαν ἐκάλυψεν.

Oratio continens memoriam providentiæ, & enumerationem beneficiorum, quæ Dei providentia per Christum sanctis collata sunt.

C Προσευχὴ περιέχουσα μνήμην προνοίας καὶ ἀπαρίθμησιν εὐεργεσιῶν διαφόρων τῶν προνοίᾳ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ παρασχεθεισῶν τοῖς ἁγίοις.

CAPVT XXXVIII.

QVi promissa per prophetas facta præstitisti, & Sion misertus es, & Hierusalem miseratus extollendo in medio ejus thronum David pueri tui, nato Christo ex semine David ex sola virgine; tu, inquam, domine Deus nunc etiam accipe preces labiorum populi tui ex gentibus, quæ te in veritate invocant, sicut accepisti munera justorum eorum temporibus. in primis sacrificium Abel respexisti, & Noe sacrificium ex arca agressi probasti, item Abrahæ post egressum ex terra Chaldæorum, Isaac in puteo juramenti, Iacob in Bethleem, Moysis in solitudine, Aaron inter viventes, & mortuos, Iesu Nave in Galgalis, Gedeonis in petra, & velleribus ante peccatum commissum, Manoes, & uxoris ejus in agro. Samsonis in siti ante delictum, Iephthis in bello ante promissionem illam inconsultam, Barac, & Deboræ in Sisara, Samuelis in Maspha, David in area Ornæ Iebusæi, Salomonis in Gabaon, & Hierusalem, Eliæ in monte Carmelo, Elisæi in fonte sterili, Iosaphat in bello, Ezechiæ in ægritudine, & in Senacherim, Manassis in terra Chaldæorum post peccatum, Iosiæ in Sappha, Esdræ in ritu, Danielis in lacu leonum, Ionæ in ventre ceti, trium puerorum in fornace ignis, Annæ in tabernaculo coram arca, Neemiæ, & Zorobabelis in ædificatione murorum, Mathathiæ, & filiorum ejus in zelo tuo, Iael in benedictionibus: & nunc accipe preces populi tui tibi in spiritu per Christum nobis agnitum adhibitas.

ΚΕΦΑΛ. λη΄.

Ὁ τὰς ἐπαγγελίας τὰς διὰ τῶν προφητῶν πληρώσας· καὶ ἐλεήσας τὴν Σιών· καὶ οἰκτειρήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ τῷ τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ παιδός σου ἀνυψῶσαι ἐν μέσῳ αὐτῆς τῇ γενέσει τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ἐκ μόνης παρθένου· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ὁ Θεὸς, πρόσδεξαι τὰς διὰ χειλέων δεήσεις τοῦ λαοῦ σου τοῦ ἐξ ἐθνῶν τῶν ἐπικαλουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς προσεδέξω τὰ δῶρα τῶν δικαίων ἐν ταῖς γενεαῖς αὐτῶν· Ἄβελ ἐν
D πρώτοις τὴν θυσίαν ἐπεῖδες καὶ προσεδέξω· Νῶε ἐξελθόντος τῆς κιβωτοῦ· Ἀβραὰμ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ γῆς Χαλδαίων· Ἰσαὰκ ἐν τῷ φρέατι τοῦ ὅρκου· Ἰακὼβ ἐν Βηθλεέμ· Μωσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῶν ζώντων καὶ τῶν τεθνεώτων· Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν Γαλγάλοις· Γεδεὼν ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ τῶν πόκων πρὸ τῆς ἁμαρτίας. Μανωὲ καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐν τῷ πεδίῳ· Σαμψὼν ἐν τῷ δίψει πρὸ τῆς πλημμελείας· Ἰεφθάε ἐν τῷ πολέμῳ πρὸ τῆς ἀκρότου ἐπαγγελίας· Βαρὰκ καὶ Δεββώρας ἐπὶ τοῦ Σισάρα· Σαμουὴλ ἐν Μασσηφᾷ· Δαβὶδ ἐν ἅλῳ Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεβουσαίου· Σολομῶντος ἐν Γαβαὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ. Ἠλία ἐν τῷ ὄρει τῷ Καρμηλίῳ· Ἐλι-
E σσαίου ἐπὶ τῆς ἀτεκνούσης πηγῆς· Ἰωσαφὰτ ἐν πολέμῳ· Ἐζεκία ἐν ἀρρωστίᾳ καὶ ἐπὶ τοῦ Σενναχηρείμ· Μανασσῆ, ἐν γῇ Χαλδαίων μετὰ τὴν πλημμέλειαν· Ἰωσία ἐν τῷ Φασσᾷ· Ἔσδρα ἐν τῇ ἐπανόδῳ· Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων· Ἰωνᾶ ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους· τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρός· Ἄννης ἐν τῇ σκηνῇ ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ· Νεεμία ἐπὶ τῇ ἀνεγέρσει τῶν τειχῶν καὶ τοῦ Ζοροβάβελ· Ματταθία καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐν τῷ ζήλῳ σου· Ἰαὴλ, ἐν εὐλογίαις· καὶ νῦν οὖν πρόσδεξαι τὰς τοῦ λαοῦ σου προσευχὰς μετ' ἐπιγνώσεώς σοι διὰ Χριστοῦ προσφερομένας ἐν τῷ πνεύματι.

A

Προσευχὴ ἀντιλήψεως δικαίων.

ΚΕΦΑΛ. λθ'.

πρεσβύτερον χειροτονίας ἐπιτελεῖν· οὐ γὰρ ὅσιον, ἀνεστράφθαι τὴν τάξιν· οὐ γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀκαταστασίας· ἵνα οἱ ὑποβεβηκότες τὰ τῶν κρειττόνων τυραννικῶς σφετερίζωνται, νομοθεσίαν καινὴν ἀναπλάττοντες ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν, ἀγνοοῦντες, ὅτι σκληρὸν αὐτοῖς τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν· οὐ γὰρ ἡμᾶς ἢ τοὺς ἐπισκόπους πολεμοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπίσκοπον καὶ τοῦ πατρὸς ἀρχιερέα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν· ὑπὸ Μωσέως μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιερεῖς κατεστάθησαν, καὶ ἱερεῖς, καὶ Λευῖται· ὑπὸ δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμεῖς, οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι· ὑπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων ἐγὼ Ἰάκωβος καὶ ἐγὼ Κλήμης καὶ σὺν ἡμῖν ἕτεροι· ἵνα μὴ πάντας πάλιν καταλέγωμεν· κοινῇ δὲ ὑπὸ πάντων ἡμῶν πρεσβύτεροι. καὶ διάκονοι· καὶ ὑποδιάκονοι· καὶ ἀναγνῶσται· πρῶτος τοίνυν τῇ φύσει ἀρχιερεὺς ὁ μονογενὴς Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ τὴν τιμὴν ἁρπάσας, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς κατασταθείς· ὃς γενόμενος ἄνθρωπος δι᾽ ἡμᾶς καὶ τὴν πνευματικὴν θυσίαν προσφέρων τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ πρὸ τοῦ πάθους ἡμῖν διετάξατο μόνοις τοῦτο ποιεῖν· καί τοι ὄντων σὺν ἡμῖν καὶ ἑτέρων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, ἀλλ᾽ οὐ πάντως ὁ πιστεύσας ἤδη καὶ ἱερεὺς κατέστη ἢ ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἔτυχε· μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ ἡμεῖς προσενεγκόντες κατὰ τὴν διάταξιν αὐτοῦ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον, προεχειρισάμεθα ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν· ὧν εἷς ἦν Στέφανος ὁ μακάριος μάρτυς οὐκ ἀπολειπόμενος ἡμῶν κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὔνοιαν· ὃς τοσοῦτον τὴν θεοσέβειαν τῇ πίστει ἐνεδείξατο καὶ τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀγάπην, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ δοῦναι καὶ τὴν ψυχὴν, πρὸς τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων λίθοις βληθείς· ἀλλ᾽ ὅμως ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ, ὁ τῷ πνεύματι ζέων· ὁ τὸν Χριστὸν ὁρῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς οὐρανίας πύλας ἀνεῳγμένας, οὐδαμοῦ φαίνεται τοῖς μὴ ἀνήκουσι τῇ διακονίᾳ χρησάμενος· ἢ θυσίαν ἀνενεγκών· ἢ χεῖρας ἐπιθείς τινι· ἀλλὰ τὸ τῆς διακονίας τάγμα φυλάξας μέχρι τέλους· οὕτω γὰρ ἔπρεπε τῷ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρι τὴν εὐταξίαν ἀποσώζειν· εἰ δὲ Φίλιππον τὸν διάκονον ἡμῶν καὶ Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφὸν αἰτιῶνταί τινες, ὅτι ὁ μὲν τὸν εὐνοῦχον ἐβάπτισεν, ὁ δὲ ἐμὲ Παῦλον; ἀγνοοῦσιν αὐτοὶ, ὃ λέγομεν ἡμεῖς· εἴπομεν γὰρ ὅτι οὐχ ἑαυτῷ τις ἁρπάζει τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα, ἀλλ᾽ ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνει ὡς Μελχισεδέκ· καὶ Ἰώβ· ἢ παρὰ ἀρχιερέως ὡς Ἀαρὼν παρὰ Μωσέως· οὐκοῦν καὶ Φίλιππος καὶ Ἀνανίας οὐχ ἑαυτοῖς προείλοντο, ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προεχειρίσθησαν τοῦ ἀρχιερέως τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ.

A presbytero ordinationes clericorum facere. Siquidem non licer ordinem invertere, cum non sit Deus dissensionis: ut inferiores quæ sunt superioris, per vim sibi vindicent, novam legem in malum suum refingentes, ignorantes *durum esse sibi contra stimulum calcitrare.* Neque isti nos aut episcopos solummodo oppugnant, sed omnium episcopum, & pontificem Christum Iesum dominum nostrum. A Moyse namque, qui fuit Deo carissimus, constituti sunt pontifices, sacerdotes & levitæ, a Christo autem salvatore nostro nos tredecim apostoli: ab apostolis vero ego " Iacobus, & ego Clemens, & alii nobiscum, ne omnes iterum recenseamus; communiter vero a nobis omnibus presbyteris diaconi, hypodiaconi, & lectores. Primus igitur natura pontifex unigenitus Christus non sibi honorem rapuit, sed a patre constitutus est: qui factus propter nos homo, & hostiam spiritualem Deo suo, eidemque patri ante passionem offerens, constituit nobis solis, ut hoc faceremus: cum essent alioqui nobiscum alii etiam ex eorum numero qui in eum crediderant: sed non protinus quicunque credidit, factus fuit sacerdos, aut gradum pontificalis dignitatis obtinuit. Nos vero post assumptionem ejus offerentes, ut idem constituit, sacrificium mundum & incruentum: elegimus episcopos, presbyteros, & diaconos septem. Ex quibus est beatus martyr Stephanus: qui non minus quam nos Deum dilexit, qui adeo pietatem erga Deum fide declaravit, & caritatem in Christum dominum nostrum, ut pro eo animam suam daret, a Iudæis Christi interfectoribus lapidatione confectus: & tamen talis ac tantus vir, qui erat spiritu fervens, qui Christum ad dextram Dei vidit, & cælestes januas apertas, nusquam cernitur iis usus esse, quæ ministerio ejus non essent convenientia: non sacrificium obtulisse, aut manus ulli imposuisse; sed potius diaconi ordinem usque ad extremum custodisse: Sic enim martyrem Christi decebat compositionem ordinis servare. Quod vero nonnulli Philippum diaconum, & Ananiam fidelem fratrem accusant, quod ille quidem Eunuchum baptizavit, hic vero me Paulum, non intelligunt quod nos dicimus; dicimus enim neminem sibi dignitarem sacri ordinis sumere, sed vel a Deo accipere, ut Melchisedec, & Iob; aut a pontifice, ut Aaron a Moyse. Itaque & Philippus & Ananias non seipsos elegerunt, sed a Christo pontifice, & Deo, cum quo nemo comparari potest, electi sunt.

Act. 9. & 29.

" Itēm Iac. frater domini distingui videtur a Iacobo Alphæi apostolo, quod passim docti repudiant.

Hebr. 5.

Act. 6. 7. 8.

Act. 8. & 9.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΙ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

Ἐπίσκοπος ὑπὸ ἐπισκόπων χειροτονείσθω δύο ἢ τριῶν· καὶ τὰ ἑξῆς.

" Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ᾽ ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι, ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ᾽ ἀλλήλων αἴδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τιννῦντες· ὁ Θεὸς δὲ ὁ μόνος " ἀγέννητος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ ' ἑνώσει· καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀτρέπτους,

upra 6.

E CANONES ECCLESIASTICI sanctorum apostolorum.

Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur, &c. *ut pagina 25. & sequentibus hujusce primi conciliorum voluminis.*

Hæc nos vobis, Episcopi constituimus. Vos vero in eis perseverantes, salvi eritis & pacem habebitis: non obedientes vero puniemini, & perpetuum bellum vobiscum geretis, pœnas abjectæ obedientiæ accommodatas solventes. Deus autem, qui solus est ' ingenitus, & universorum creator, vos omnes vinculo pacis in Spiritu sancto ' copulabit, consummabit in omne opus bonum, immutabiles,

æternus

copulabit & aptos reddet ad


A a querela, & crimine liberos, & vita æterna nobiscum dignabitur per ' mediatorem dilectum filium suum Iesum Christum Deum salvatorem nostrum, cum quo gloria ipsi super omnia Deo, & patri in Spiritu sancto paracleto nunc, & in sæcula sæculorum, Amen.

' intercessionem Iesu &c.

ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· καταξιώσῃ τε τῆς αἰωνίου ζωῆς σὺν ἡμῖν διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ καὶ πατρί, ἐν ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Finis constitutionum sanctorum apostolorum per S. Clementem catholicæ doctrinæ.

Τέλος διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος καθολικῆς διδασκαλίας.



Anno Christi 104. " 102.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ANACLETI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

" de Athenis.

a ANACLETUS natione Græcus, " ex patre Antiocho, sedit annos novem, menses tres, dies decem, b fuit autem temporibus Domitiani, c a consulatu Domitiani decimo & Sabini, usque ad Domitianum decimoseptimo & Clementem consules. d Hic memoriam beati Petri construxit & composuit, dum presbyter factus fuisset a beato Petro, seu alia loca, ubi episcopi " recordentur sepulturæ: ubi autem & ipse sepul- C tus est in pace, juxta corpus beati Petri, tertio Idus Iulii. Hic fecit ordinationes * duas per mensem Decembrem, presbyteros quinque, diaconos tres, episcopos per diversa loca numero sex. Et cessavit episcopatus dies 13.

" recondentur

Iuxta Platinam, * unam

NOTÆ SEVERINI BINII.

Anacletus quando factus Pontifex.

a *Anacletus.*] Post interregnum quatuor mensium & decem dierum, anno Christi " 103. Trajani imperatoris 4. tertia die mensis Aprilis, Anacletus multis rebus præclare gestis celeberrimus, Christianæ religionis summum pontificatum adeptus, Clementi per martyrium sublato subrogatur. Quod liber pontificalis in vita Clementis episcopatum Romanæ ecclesiæ viginti diebus & uno cessasse scribit, vix est credibile, cum tam brevi temporis spatio martyrium Clementis, Chersoneso trans Pontum sita, Romam nuntiari non potuerit. Baron. anno 102. num. 24. & seq. anno num. 2. Vnde acciderit quod Anacletus a Tertulliano Clementi D anteponatur, ab Epiphanio autem hæresi 27. plane omittatur, supra diximus in annotationibus ad vitam Clementis, verbo Clemens.

" 102

Interregnũ põtificium.

Cur Anacletus Clementi a quibusdam præpositus.

b *Fuit autem temporibus Domitiani*] Mira libri pontificalis varietas & repugnantia: cum supra Clementem Anacleti prædecessorem tertio anno Trajani e vita sublatum esse scripserit, Anacletus non sub Domitiano, sed verius sub Trajano sedisse potuit.

Error libri pontificalis

c *A consulatu Domitiani 10. & Sabini usque ad consulatum Domitiani 17.*] Novus error auctoris. Si Anacletus sub annotatis consulibus pontificatum tenuit, eum Clementem antecessisse, imo simul cum Cleto & Clemente sedisse oportuit. Nam decimus Domitjani consulatus cum anno Christi " 86. Domitiani imperatoris 3. coincidit. Decimus septimus vero ejusdem consulatus cum anno Christi " 94. Domitiani imperatoris 11. concurrit. Cum igitur Clemens hujus Anacleti prædecessor, anno tertio Trajani im- E peratoris vita simul & pontificatu defunctus sit, ut præter auctorem hujus libri, Hieronym. & Euseb. locis supra dictis testantur, non video qua ratione dici possit Anacletum ante imperium Trajani, pontificiam sedem administrasse.

" 84.

" 92.

Ecclesia S. Petri exstructa cur appelletur memoria.

d *Hic beati Petri memoriam construxit atque composuit.*] Per memoriam beati Petri intellige quamdam ædificii structuram ab Anacleto, dum adhuc presbyter esset, in Vaticano exstructam, quam olim antiquitas usitatius ecclesiam nominare consuevit. Nam & Augustinus de *civitate Dei lib. 22. cap. 10. *Nos*, inquit, *martyribus nostris non templa, sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus.* Has merito Caius antiquus theologus, qui tempore Zephyrini pontificis claruit, teste Eusebio lib. 3. historiarum capite 24. trophæa appellat: quippe quæ victorias apostolorum de subactis B hostibus repræsentent. verba illius apud Eusebium prædicto loco hæc sunt: *Ego apostolorum trophæa perspicue possum ostendere: nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in viam quæ Ostiensis dicitur, te conferre, trophæa eorum qui istam ecclesiam suo sermone & virtute stabilierunt, invenies.* Hanc insignem claramque memoriam a turbine persecutionis non fuisse dejectam, sed majore potius in dies singulos gloria auctam, omnem admirationem superat. Baron. anno 106. num. 2 & 3. Magdeburg. qui hanc ob causam Anacletum reprehendunt, a Bellarm. lib. 4. de Roman. pontif. cap. 8. de calumnia notantur.

Cur trophæum a

a EPISTOLA I. " ANACLETI PAPÆ.

" Has epistolas non ausus est Bellarminus indubitatas affirmare, negat in eas aliquos errores irepsisse. Eruditis vero Catholicis videntur suppositæ.

"** De oppressione Christianorum & de accusatione episcopi, de ordinatione archiepiscoporum & cæterorum & de primatibus & patriarchis, eorumque ministerio.

I. *De iis qui sacerdotes accusant.*
II. *Vt episcopus Deo sacrificans, testes secum habeat.*
III. *De peregrinis & provincialibus judiciis.*
IV. *Vt oppressus judicio sæcularium, appellet judicium sacerdotum, & de majoribus causis ad sedem apostolicam referendis.*

Anacletus servus Christi Iesu, in sede apostolica domino serviens, episcopis omnibus, & ceteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, gratia vobis & pax atque consolatio multiplicentur a domino in sæcula.

BENEDICTUS *Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcescibilem conservatam in cælis, in vobis qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo: in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, ut probatio vestræ fidei multo preciosior sit auro, quod per ignem probatur*, si tamen in tribulationibus experti, probati inveniamini. Patientes estote, dilectissimi, *quia patientia probationem operatur, probatio vero spem, spes autem non confundit. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum.* Si agricolæ hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro æternis patientes esse debetis? *Estote ergo patientes, & confirmate corda vestra,* ut advenienti judice Christo, læti & probati esse valeatis. *Nolite ingemiscere in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam assistit. Exemplum accipite, carissimi, laboris & patientiæ prophetas, qui locuti in nomine domini sunt. En beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis, quoniam misericors & miserator dominus est.* b Tribulationes vestras audivimus, fratres, tam per* nostros, quam & per aliorum

1. Petr. 1.

Rom. 5.

Iacob. 5.

Iacob. 5.

Ibidem.

* vestros,

" apocri-

" apocrisiarios, super quibus valde dolemus, vobisque compatimur, & auxilium ferre (prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solùm tribulatus, sed etiam passus est) parati sumus. Nolite mirari, carissimi, qui persecutiones patimini, *quasi novi vobis aliquid contingat : sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis : quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine : quoniam tempus est ut incipiat judiciũ a domo Dei. Si autem a nobis primum ; quis finis eorum qui non credunt Dei evangelio? Et si vix justus salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundũ voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.* Nam (ut ait beatus Clemens antecessor noster) similis est omnis ecclesię status navi magnę, quę per undosum pelagus diversis e locis & regionibus viros portat, "ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis auctor hujus, dominus ipse omnipotens Deus : gubernator vero sit Christus: tum deinde proretæ officium episcopus impleat : presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant : hi qui catechizant, nautologis conferantur : epibatis autem, totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum vero varietates & turbinum, diversis tentationibus conferantur : persecutiones, tribulationes sive pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum, seu pravæ doctrinæ verba * doceantur. Promontoria vero & loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, & qui pericula minantur ac mortes. Dithalassa ' vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate nutantibus, conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ vero & dolosi, piratis similes habeantur. Iam vero rapidus vortex, & tartarea Charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri.

I.

Audimus, fratres, quod quidam detrahunt, & accusant sacerdotes Dei, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan, quod injuria sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. Nec hoc aspiciunt, quod B. Petrus princeps apostolorum, instructor noster, ait : *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Et dominus per prophetam inquit : *Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, & labia ejus ne loquantur dolum, &c.* Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis Dei & contemptores, atque inobedientes ejus præceptis existunt. Vnde & B. Iacobus apostolus ait : *Si diligitis proximos sicut vosipsos, benefacitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi transgressores, &c.* Et beatus prædecessor noster Clemens vir apostolicus, & spiritu Dei ple-

notanda ...x. | ...Petr. 4. | ...epistola ad Iaco... | ...rba sunt ...erpretis ...fini, qui ... is post ...cletum ...it. Vide ...a p. 87. C. | ...cantur ...cantur. ...ntur. | ...halassa | ...r. 2. | ...33. | ...2. | ...st. sua Iaco-

A nus, unà cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens : " Accusandi vel testificandi licentia denegetur his qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, ejusque violatores & recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reversionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus : quia vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Quicumque autem*, ut ait apostolus Iacobus, *totam legem servaverit, offenderit autem in uno, factus est reus omnium. Qui enim dixit, Non mœchaberis : dixit &, Non occides. Quod*
B *si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari. Iudicium enim sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia judicium.* Et dominus ait : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.* Et multa talia, horumq; similia. *Nemo enim,* inquit apostolus, *nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur. Sive ergo vivimus, sive morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & revixit, ut & vivorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei.* Scriptum est enim : *Vivo ego, dicit dominus,*
C *quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Scimus enim, quia multum " derogatio prævalet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo, fratres, variis detractionibus & [c] accusationibus non oportet " labefactari judices & primates ecclesiæ, sed magis [d] apostolorum & doctorum regulis informari ac roborari. Vnde justum est, omnes in universo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt recte sapere & operari; & non regulas nascentis ecclesiæ confundere, aut fidem, aut doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis, nec fratres
D infestare. Si autem omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. " Supervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adjuvare. Ideo si aliquis putat, se Deo in hoc placere, quod servos suos accusat; & ut meliores fiant, dicit se hoc agere; in vanum laborat, & plus invidiæ stimulis agitatur, quam caritatis : quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. ' Erigit ergo doctores ' conscientia sua, & si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quæ sæculis magis sunt adscribenda, quam meritis. " Datam enim scimus satanæ
E potestatem, ut servos Christi cribraret : ut quod de tritico inveniri posset, horreis ingereretur: & quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est : *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dari vobis regnum.* Venit inter vos gladius perfidorum, ut marcida ecclesiæ membra resecaret, & ad cælestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit: qui triumphum mereantur, per bella " cognoscuntur. Scimus autem multos ob id infestare doctores; ut eos perdant, & propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) a recta æmulatione & bona * intentione recedere debent, scientes, quia *beati qui persecutionem patiuntur*

bum sententialiter. Vide supra p. 92. A B. 3. q. 4. Beatus prædecessor. Et in decr. Ivo. lib. 4.

" Anianus lib. XVI. cōst. 1. tit. 7.

Iacob. 2.

Ezech. 18.

Rom. 14.

Iacob. 4.

Isa. 45.

" Tripertitæ hist. III. 8. hæc verba leges. Felix II. epist. 1. eadem usurpat.

" Damasus ep. ad episcopos Illyrici, apud Theod. & Soz. scripta ex Romano concilio, quam reddemus suo loco.

6. q. 1. Si omnia in.

" Ennodius II. 22. & dist. 9. &c. Hic enim incipiunt Ennodiani centones fraudis atque imposturæ manifestissimi indices.

' Erigũt ergo doctores conscientiã suam: *vel* Erit ergo doctoris.

" Enn. II. 14.

Luc. 12.

" *cognoscitur*, habet editio Ennodii a Sirmondo curata, p 58. Dist. 43. Scimus autē multos.

Matth. 5.

propter justitiam. Nihil autem illo est pastore A miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere lupis & gregibus ovium potest " Perdit enim laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus. " Sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia. Nullus ergo præjudicium alteri faciat, neque quod sibi fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inveniat, " quod in ejus actibus non agnoscat Ego autem labefactatam non solum quietem meam, sed & salutem, inimicorum valetudine & rumorum procellis agnosco. Potens est divinitas immensa ', tempestatis in- B certa bono serenitatis amovere. Et quid aliud, si Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, & apostoli passi sunt, sequentes ejus exemplum, & reliqui patres, nisi ut sequamur tam doctrinam eorum, quam exemplum, & patiamur adversa pro Christo, & cum patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me,* & reliqua? " Præsumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim, quod plus creditur filii vocabulum valere, quam obsequium, & non quæritur, quid in amoris C lance promoveas, sed quale ad præjudicium æstimanti nomen apponas, cum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibeat quod vocatur? Ego vero nolo errore meo alienas culpas asserere, ut factum, quod doleo, admisisse convincat. *Odisti,* inquit dominus per prophetam, *omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adoraboque in templo sancto tuo in timore tuo. Domine, deduc me in justitia tua propter inimicos meos, dirige ante faciem meam viam tuam. Non est enim in ore eorum rectum, " interiora eorum insidiæ. Sepulcrum patens guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos Deus, decidant a con-* D *siliis suis: juxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam provocaverunt te. Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum laudabunt. Et protege eos, & lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Domine, ut " hasta placabilitatis coronabis eum.* Deo enim sacrificantes perfecte, non debent vexari, sed portari," consolari, atque ab omnibus venerari.

Dist. 38. Nihil illo
Tob. 4.
" Enn. dict. 8. Idem & 11.
" Enn. IV. 9. & 24.
' immensæ tempestatis ita MS. & Sirmondi editio p. 126.
Matth. 16. Luc. 9.
" Enn. ex libri IV. 4. 8. 19. epistolis. Obiit vero Ticinensis ille ep. an. Chr. 521. Valerio consule.
" ut quod factum doleo, habet editio Sirmōdi, p. 122. atque hæc vel sola ex Ennodio furta imposturā cuivis cordato detegunt.
Psal. 5.
" Ex vers. Hieronymi qui posterior Anacleto trecētis annis.
" scuto
" Quam absunt hæc a præcedentibus Ennodii laciniis!

II.

[e] Ipsi autem, quando domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem vi-* E *deris, sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus.* Episcopus Deo sacrificans, testes (ut præfixum est) secum habeat, & plures quam alius sacerdos. Sicut enim majoris honoris gradu fruitur, sic majoris testimonii incremēto indiget. In solennioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui ejus oculi dicuntur, & subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte & a tergo, & presbyteri e regione dextra lævaque, contrito corde & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum a malevolis hominibus, & consensum ejus præbeant A sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. [f] Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. *Servite*, inquit dominus per prophetam David, *in timore, & exultate ei cum tremore." Adorate pure, ne forte irascatur, & pereatis de via.* Ille enim non perit de via, qui recte graditur, & præcepta custodit majorum.

Deut. 12.
De consecr. dist. 1. episcopus Deo sacrificans.

Doceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, ut & ceteros instruant, & sibi proficiant. Scriptum est autem: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* B Et alibi: *Populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.* Ipsa enim veritas per se infert & dicit: *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Ille procul dubio scandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem. Impie namque agentes, sunt impii, neque intelligent omnes impii: porro docti intelligent. *Omnes enim invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nolite,* inquit Ioannes apostolus, *omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt, quoniam pseudoprophetæ exierunt in mundum.* Et idem ipse alibi ait: *Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit quod ab initio audistis, & vos in Filio* C *& Patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est* vobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et unctio quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus. Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam & omnis qui facit justitiam, ex ipso natus est. Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Carissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quo-* D *niam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est, sicut & ille justus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis* E *qui non est justus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum: quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem justa. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit,*

Psalm. 2.
" ex Hieronymiana versione.
Dan. 12.
Dan. 11.
Matth. 11. Luc. 7.
Distin. 93. Ille procul dubio.
1 Petr. 5.
1. Ioan. 4.
1. Ioan. 2.
* nobis; vita æterna.
1. Ioan. 3.
Isai. 53.
1. Petr. 2.

posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & in conspectu ejus suademus cordi nostro. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum major est Deus corde nostro, & novit omnia. Carissimi si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum ejus: Ut credamus in nomine filii ejus Iesu Christi, ut diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui servat mandata ejus, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis." Et sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creavit, est caritas, est bonus, justus, patiens, atque mitis, & misericors, & cetera sanctarum virtutum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, ut caritatem haberet, ut bonus esset & justus, ut patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo, & major est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per devia vitiorum, & divortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener aberret, tunc fiet de eo quod scriptum est: *Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Qui major honor potuit homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur: *Dominus regnavit, decorem indutus est*, id est, omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod majus homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum jumentorumque similitudinem delabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, ut venerandam sanctæ Trinitatis in se ipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ, ad quam creatus est, nobilitatem morum, executionem virtutum, dignitatem meritorum habere contendat; ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit.

Omnis ergo homo, qui ad imaginem Dei factus est, illum debet imitari, cujus ad imaginem conditus est: illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum precioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedignatus. Quem procul dubio inveniet, si in eum totam spem suam, juxta Psalmistæ vocem, projecerit. Ait namque: *Projice super dominum caritatem tuam, & ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem justo."* Omnis enim homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, quærit sibi amicum fidelem, in cujus consiliis confidat, qui in suis diffidebat: & talem fiduciam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat. Quid dulcius est, quam ut habeas illum, cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum, qui omnes vult salvos fieri, & neminem perire? Nam si veraciter Deum credimus, eumque diligimus ut debemus, & proximos sicut nosmetipsos, in eum quoque totam spem projecerimus nostram; ipse nos eripiet & consolabitur. Et sicut per angelum suum, Abacuc prophetam cum prandio in lacum leonum ad Danielem vatem misit, & Philippum, unum de septem diaconibus, ad eunuchũ, ita dabit nobis consolationem & liberationem. Hæc sectamini, carissimi, & nulli unquam nocete. Fratres estis, invicem vos diligite, ut veri domini discipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda * virorum inficit, malitiam inter homines spargit: & qui detrahit fratri suo, homicida est. " Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater vero nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias & ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit." Privilegia enim ecclesiarum & sacerdotum, sancti apostoli, jussu Salvatoris, intemerata & inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.

III.

Leges ecclesiæ apostolica firmamus auctoritate, & [g] peregrina judicia submovemus. Unde & dominus mentionem faciens Lot, per Mosen loquitur, dicens: *ingressus es quidem, inquiunt, ut advena, numquid ut judices?* Unaquæque provincia tam juxta Ecclesiæ quam juxta sæculi leges, suos debet justos, & non iniquos habere judices, & non externos, nisi apostolicæ sedis hujus decreverit auctoritas, quatenus * quicumque causam habuerit, apud suos " judices judicetur: & non ad alienos, causa vagandi, stimulante protervia, suam despiciens patriam, transeat, sed ad " duodecim ejusdem provinciæ judices ad quorum judicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum apud episcopos, (interveniente primate) siquidem major causa fuerit: si vero minor, metropolitano: si vero fuerit sæculare, apud ejusdem ordinis viros, judicio tamen episcoporum; cum apostolus privatorum Christianorum causas magis ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali judicio terminari voluit.

IV.

Omnis enim oppressus, " libere sacerdotum (si voluerit) appellet judicium, & a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterunt, aut juste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio, [h] quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet; juste & Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastico, & coram " patricio sæculari judicentur negotia in commune. Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut episcoporum vel majorum judicia, aut [i] majores causæ fuerint; " ad sedem apostolicam (si appellatum fuerit) referantur: [k] quoniam apostoli hoc statuerunt jussione salvatoris, ut majores & difficiliores quæstiones, semper ad sedem deferantur apostolicam, super quam Christus universam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: *Tu es*, inquit, *Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:* & reliqua.

Martinus Biacarensis, & alii. 1. *Timoth.* 2.

Dan. 14.

Actor. 8.

* vivorum. ita MS.

" Bonifacius ep. 19. ad Ethibaldum.

12. quæst. 1. Qui abstulerit. Et partim ibidem c. Qui Christi pecunias. Et in decr. Lucii papæ. 17. quæst. 4. Qui rapit. Et in decr. Lucii papæ. 25 quæst. 2. Privilegia ecclesiarum & sacerdot. Et 3. quæst. 6. Leges ecclesiarum.

" Vide Hincm. lib. 55. c. 15. & Dial. de statu ecclesiæ, ac Concil. Carisiacense an. 856.

Genes. 19.

3. quæst. 6. Unaquæque provincia.

" Codex Theod. lib. 11. tit. 1. const. 2. q. 6.

" Conc. Carthag. 11. 10.

1. *Corinth.* 6.

2. quæst. 6. Omnis oppressus.

" Lib. 1. Cod. tit. 4. const. 8. & 9. Conc. Colon. 887.

" Vide Ant. Augustium in notis ad coll. Hadr. c. 9. ubi *Præside* reponit.

" Innoc. I. ep. 11. cap. 3.

Matth. 16.

reliqua. Sit ergo, fratres constantia vestra adversus contentiones eorũ qui adversa sapiunt, & non quæ Dei sunt sapiunt, & erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est *Ne timueritis ab his, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere, & mittere in gehennam. *Fratres mei in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem cogitationem, & in obsequium Christo perducentes. De cetero, fratres confortamini in domino, & in potentia fortitudinis ejus,* ut pax vobis multa & gratia a Deo & domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur, ac si præsentes, caritatem vestram, in unitate spiritus, in vinculo pacis & caritatis Christi. *Propter quod, carissimi, expectantes, satagite immaculati & inviolati inveniri in pace, & domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, " sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras scripturas, ad suam perditionem. Vos ergo fratres, præscientes custodite: ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia & cognitione domini nostri Iesu Christi & salvatoris. Vos autem, carissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem misereminі in timore, odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli Deo salvatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum, gloria & magnificentia, imperium & potestas, ante omnia sæcula, & nunc & in omnia sæcula sæculorum. Amen.*

Luc. 12.
Matth. 10.
2. Cor. 10.
Ephes. 6.
2. Petr. 3.
Iudæ 1.

" Hæ similesque passim occurrentes laciniæ e biblius descriptæ longe absunt a stylo Anacleti, alteriusve Romani pontificis.

NOTÆ SEVERINI BINI.

[a] *Epistolas.*] Anacletum duas decretales epistolas, omni sapientia plenas conscripsisse, vetustum quoddam exemplar manuscriptum libri pontificalis testatur: quod ubi sit, & unde acceptum fuerit, vide Turrianum cap. 20 lib. 5 contra Magdeburgenses: a novatoribus magna cum injuria redargui, ideoque ... Clementi ... patet ex his quæ de numero ac ordine pontificum sibi succedentium diximus supra in notis ad vitam Clementis.

[b] *Tribulationes nostras audivimus.*] Nota contra novatores quod Anacletus de rebus suorum temporum, verbi gratia de persecutionibus patienter exemplo Christi ferendis, scribat: ideoque hæ epistolæ decretales immerito reprehendantur ac rejiciantur, quasi in his nulla mentio fiat rerum hoc tempore gestarum.

[c] *Accusationibus non oportet labefactari primates ecclesiæ.*] Vide quæ supra diximus in notis ad canon. apostol. 74.

[d] *Apostolorum regulis informari.*] Canones apostolorum, 54. 73. & 74. intelligit.

[e] *Ipsi autem quando domino sacrificant.*] Confirmatur apostolica constitutio ista, qua præcipitur ut episcopi solennioribus diebus cum ministerio multorum altari astantium & inservientium solenne sacrificium Deo offerant, ipsique ministri omnes post absolutum sacrificium communicent, nisi ex rationali & justa causa excusentur. vide quæ diximus in notis ad canones apostolorum 9. & 10.

Olim solenni sacro ministrantes communicare debebant.

[f] *Sic enim apostoli statuerant*] Canone 9. & 10.

[g] *Peregrina judicia submovimus.*] Christus dominus, qui fuit rex & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, in ecclesia regale sacerdotium instituit, apostolis eorumque successoribus episcopis regendi & judicandi potestatem contulit: ideoque hac epistola sua Anacletus pontifex, doctrinam S. Pauli 1. ad Corinth. cap. 6. secutus, recte decernit, ne Christiani ethnici alicujus aut infidelis judicis tribunal adeant, litiumque suarum discussionem, judicium ac definitionem petant. Qua lege politicum imperium a Deo bene institutum non tollitur, sed ecclesiæ dominio ac potestati subjicitur. Vide Baron. anno 57. num. 24. & seqq. usque ad 42. Bellarm. de Rom. pont. lib. 5. cap. 4. & seqq.

Iudicium ecclesiasticum a quo institutum.

An tollitur politicum imperium.

[h] *Quæ per singulos annos bis fieri solet.*] juxta apostolorum legem ac consuetudinem: de qua vide canon. apostol. 38.

[i] *Majores causæ ad sedem apostolicam referantur.*] Hoc Anacleti decretum bene & juste latum esse ex eo patet, quod universale & legitimum Sardicense concilium canone 4 & 7. plane idem constituerit: quodque Gelasius in epistolis ad Faustum & ad episcopos Dardaniæ scribat, secundum canones fieri, quod totius ecclesiæ appellationes ad Romanæ sedis examen deferantur, ab ipsa autem appellare nemini permittatur. Hanc appellandi consuetudinem antiquissimam esse S. Leo epistola 9. testatur, & antiquissimorum ad sedem Romanam appellantium exempla confirmant. Marcion enim ab episcopo suo in Ponto excommunicatus, ut a Romano pontifice absolveretur, Romam venit. Epiphan. hæresi 42. Fortunatus & Felix in Africa a Cypriano, Basilides in Hispania depositi, ad Cornelium & Stephanum Romanæ ecclesiæ pontifices appellarunt. Cyprianus libro primo, epistola 3. & 4. Athanasius ab orientalibus depositus, ad pontificem appellavit, & ab eo restitutus est. Sozomenus lib. 3. cap. 7. plura vide apud Bellarm. lib. 2. de Roman. pontif. cap. 21.

Romanus pontifex summus judex, a quo nulla conceditur appellatio.

Exempla episcoporum ad Romanam sedem appellantium.

[k] *Quoniam apostoli hoc statuerunt.*] Hanc apostolorum constitutionem Clemens l. 2. constit. c. 45. ex interpretatione Turriani, ex Bovii interpretatione autem cap. 49. recenset his verbis: *Præclara Christiani laus est, cum nullo habere negotium." Quod si ex aliqua vexatione & tentatione alicui lis oriatur, curet ut ea transigatur, etiamsi detrimentum pati debeat; nec ad ethnicum judicium accedat, sed nec patiatur mundanos magistratus de nobis jus dicere: nam per illos diabolus servos Dei vexat, & nobis notam inurit, "quasi non habeamus nos unum sapientem, qui possit inter partes jus administrare & controversias componere.*

Clementis testimonium.

" Vide supra pag. 283.

EPISTOLA II.
ANACLETI PAPÆ.

"** De ordinatione archiepiscoporum & reliquorum episcoporum atque sacerdotum & de fide ceterisque causis.

I. *De ordinationibus episcoporum, & omnium clericorum.*
II. *De accusationibus episcoporum.*
III. *Quod minus quam a tribus episcopis episcopus non debeat ordinari.*
IV. *In quibus civitatibus primates, in quibus metropolitani esse debeant.*

Anacletus episcopus universis episcopis in Italia constitutis.

QVONIAM " apostolicæ sedis debitam reverentiam erga me caritas vestra distribuit, & quia plurimum venerationis, carissimi filii, præbuistis; (nam licet ecclesiæ, in qua sanctus apostolus residens docuit, quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore & sanctitate minores esse, & propterea omnino festinamus, ut ad gloriam eius beatitudinis pervenire possimus) igitur consultationibus vestris plenius respondissemus, si licuisset: sed infirmitatis ac reliquarum oppressionum onere pressi, breviter (prout dominus tribuit, & ut a beato Petro principe apostolorum sumus instructi, a quo &

" Damasus ep. ad orientales Tripartitæ historiæ c. 15. lib. 5. ex Theodoreti hist. l. 10. Vide pag. 514. edit. Basiliensis anni 1523. quo utor.

& presbyter sum ordinatus) scribere vobis (sicut periſtis) non denegavimus.

I.

64. nar. oporū. ncil. 4. 75. nat. oporū. decr. lib. 3. [a] Ordinationes episcoporum, auctoritate apostolica, ab omnibus qui in eadem fuerint provincia episcopis sunt " celebrandæ. Qui simul convenientes, scrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum sanctis evangeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes, dominica die, hora tertia orantes, sacraque unctione, exemplo prophetarum & regum, capita eorum (more apostolorum & Mosis) ungentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cujus virtus invisibilis sancto chrismati est permixta, & hoc ritu solennem celebrent ordinationem. 64. nat. oporū. decr. lib. 3. Quod si simul omnes convenire minime poterunt, assensum tamen suis precibus præbeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. 66. Porro & Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui justus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorum, ut non minus quam a tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, ullatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. 67. Reliqui vero sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives & alij sacerdotes assensum præbeant, & jejunantes ordinationem celebrent: similiter & diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum distributioni, trium veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

II.

Accusatio quoque eorum, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis & " probatissimis viris, & qui suspicionibus & sceleribus careant, fieri debet: quia dominus sacri sui corporis tractatores, a vilibus & reprobis ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo ejecit. Vnde liquet, quod summi sacerdotes, id est episcopi, " a Deo sunt judicandi, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed potius ab ' omnibus fidelibus portandi, ipso domino exemplum dante, quando per seipsum, & non per alium, vendentes & ementes ejecit de templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium proprio evertit flagello, & ejecit de templo. Et sicut alibi ait, *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos * decernit.* & alibi, *Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes.* Nullus enim (ut reor) invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio, quam a se, judicari. Quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eum. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus Deorum & dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre servorum? Vnde & ipse per prophetam loquitur, dicens: *Deus ultionum dominus, Deus ultionum libere egit*: & reliqua. Et apostolus inquit: *Tu quis es, qui judicas servum alienum? Suo enim domino stat aut cadit.* Et ipse, *Nolite judicare invicem, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Et dominus per prophetam inquit: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Nam si aliquis nunc in malum oculos alicujus ' principis incipit tractare, manifeste reus majestatis judicatur, & infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subjacet.

A Hæc, fratres, valde cavenda sunt, & quod homines nolunt sibi fieri, Deo deorum non debent inferre, ne forte irascatur dominus, & faciat vindictam eorum, etiam in eos qui non peccaverunt, quia petit sæpissime justus pro impio. Imitandus est etiam propheta, per quem dominus ait: *Perambulabam in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ: Non " ponam coram oculis meis verbum Belial. Loquentem ' in abscondito contra ' proximum suum, hunc interficiam.* Psal. 100. ex interpr. S. Hieronymi. " proponebam ante oculos. ' detrahentem. ' sodalem. Et hi cavendi sunt, de quibus Salomon ait: *Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas in mortem, sic vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perveniunt* Proverb. 26.
B *ad intima * ventris.* Et si detractores quorumcumque graviter judicantur, & in perditionis laqueum cadunt, * cordis. multo magis laceratores & detractores atque accusatores memoratorum Dei famulorum atque persecutorum damnantur, & in barathrum, nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cavere, & non solum non facere, sed nec facientibus consentire: quia non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus & his similibus ipsa veritas ait: *Vulpes foveas habent, &* Luc. 9.
C *volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet*, id est, in talibus non habitat dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens: *Qui fodit foveam, incidet in eam: & qui volvit lapidem, revertetur ad eum.* Proverb. 26. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Grave est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti, utroque gravior.* Proverb. 27. Proverb. 28. *Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui se jactat & dilatat, jurgia concitat.* Proverb. 30. *Qui sperat in domino, salvabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: qui vehementer emungit, elicit sanguinem:*
D *& qui provocat iras, producit discordias.* Hæc & alia periculosa considerantes apostoli, statuerunt, ne facile commoverentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnæ sanctæ Dei ecclesiæ, quæ apostoli & successores eorum non immerito dicuntur. " Sed si quis adversus eos vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit; prius ad eos recurrat caritatis studio: ut familiari colloquio commoniti, ea sanent quæ sananda sunt, & caritative emendent, quæ juste emendanda agnoverint. " Aurel. v. 17. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absolvantur,
E antequam per satisfactionem (ut jam dictum est) condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, " cujus legatione funguntur. "S. Greg. ep. 32. lib. 11. Nec hoc mirum, quia si quisque nostrum cuidam * servorum legationem injungeret, * suorum & a quoquam impediretur, aut ab aliquo subditorum suorum despiceretur; mox indignatus irasceretur, aut talia (prout posset) vindicaret, & ad injuriam ac contumeliam suam hoc factum reputaret, & talionem (si in præsenti non posset) futuris temporibus redderet. Nam si in hominis causa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixerit? Luc. 21. Vnde & dominus per Nahum prophetam loquitur, Nahum. 1.

tur, dicens: *Deus æmulator, & ulciscens dominus,* A *& habens furorem, ulciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis: ante faciem indignationis ejus quis stabit? & quis resistet in ira furoris ejus? Indignatio ejus offusa est sicut ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus est dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se.* & reliqua. Quædam autem ex his, jam aliis fratribus scripsimus, quæ toties sunt replicanda, quoties fuerint necessaria. Ejectionem quoque (ut supra memoratum est) summorum sacerdotum sibi dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessisset. Electionem enim illorum taliter apostolus fieri jubet: Si quis sine crimine est, unius B uxoris virum, filios habentem fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. & reliqua. Si enim sine crimine sacerdos elegi præcipitur, nullatenus ab hominibus, criminibus irretitis, accusari aut calumniari permittitur, nec ab alijs, quam ab his qui sine crimine sunt, &ʹ juxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo domino servire elegerint, ʺ sacerdotesque sine crimine fieri & ordinari possint, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes jubentur. Porro & Mosi præcipitur, ut eligat presbyteros. ʺ Vnde & in Proverbijs dicitur: *Gloria senum canities.* Hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est *Canities hominum prudentia est.* Cumque nongentos & amplius annos ab Adam usque C ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. ʺ Initium enim sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedec prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob: sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate, ista fecerunt. ʺ Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola indutus victimas obtulit, jubente domino ac loquente ad Mosen, *Accipe*, inquit, *Aaron & filios ejus, &* D *applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filijs aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, lineam & tunicam, & superhumerale, & rationale, quod constringes balteo: & pones tiaram in capite ejus, & laminam sanctam super tiaram, & oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque balteo Aaron & liberos ejus, & impones mitras eis, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua.* Quo loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est, episcopum fuisse, porro filios ejus presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem, & filios ejus qui sacerdotes erant, quod E Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam, & coronam auream, mitram, & zonam auream, & superhumerale, & reliqua quæ præfixa sunt. Filij autem Aaron, super tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati, assistebant sacrificio domini. In novo autem testamento, post Christum dominum, a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eum: *Tu es*, inquit, *Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cælorum.* Hic ergo ligandi atque solvendi potestatem primus accepit a domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt. Qui etiam jubente domino, in toto orbe dispersi evangelium prædicaverunt: ipsis quoque decedentibus, [b] in locum eorum successerunt episcopi, quorum ordinatio ʹ prætacto fieri debet ordine & modo: quos qui recipit & verba eorũ, Deum recipit: qui autem eos spernit, eum a quo missi sunt, & cujus funguntur legatione, spernit & ipse indubitanter spernetur a domino. Videntes autem ipsi apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam. Inde electi sunt ab eis [c] septuagintaduo discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia, de quorum ordinatione & reliquorum ministrorum, dixisse supra sufficiat.

III.

ʺ Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis, consensu aut præsentia comprovincialium, est ordinandus, & nullatenus minus quam a tribus, ceteris contentientibus cunctis; idcirco, instituente domino, fieri jubetur, ne aliquid contra fidem ecclesiæ unius tyrannica auctoritas moliretur, & regula vel fides confunderetur credentium.

IV.

Provinciæ autem multo ante Christi adventum tempore divisæ sunt maxima ex parte, & postea ab apostolis & beato Clemente prædecessore nostro ipsa divisio est renovata. ʺ Et in capite provinciarum, ubi dudum primates legis ʺ sæculi erant, ac prima judiciaria potestas, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam imperatoris vel regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel injustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat: ipsis quoque in civitatibus vel locis nostris, patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges divinæ & ecclesiasticæ poni & esse jusserunt, ad quos episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosque appellarent, & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, (licet majores comitibus essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis * juste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulæ metropoles civitates suas provincias habeant, & suos metropolitanos judices habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos judices habebant sæculares, primates tamen (ut præfixum est) & tunc & nunc habere jussæ sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia conveniant, ut ibidem, quibus necesse fuerit, releventur & juste restituantur, & hi qui injuste opprimuntur, juste reformentur atque fulciantur, episcoporumque causæ, & summorum negotiorum judicia (salva apostolicæ sedis auctoritate) justissime terminentur. Hæc ab antiquis, ʺ hæc ab apostolis, hæc a sanctis patribus accepimus, vobisque (ut postulastis) rimanda, & futuris tenenda temporibus mittimus, & reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, ʺ qui sequuntur, deteriores fiant,

Marginal notes (left): Distin. 80. Ejectionẽ vero. — Tit. 1. — 7. quæst. 1. Si sacerdos sine. — ʹ justa electione. — ʺ Hadr. coll. c. 19 — Distin. 84. Porro Mosi. — ʺ Isid. de off. II. 7. — Proverb 20. Iob. 12. & Sapient. 4. — Presbyter qui primũ dictus. — ʺ Idem Isid. cap 5. — Pontifex primus quis in lege. — ʺ Clem. Const. VI. 20. supra pag. 398. — Exod. 29. — 21. dist. In novo test. Et in Decr. Ivo. lib. 3. — Matth. 16.

Marginal notes (right): ʹ prætaxato. — Matth. 9. & Luc. 10 — ʺ Isid. de off. II. 5. quo & superiora. — Distin. 99. Provinciæ multo. Et in dec. Ivo. lib. 4. — ʺ Hincm. cap. 15. lib. 55. capitum. — ʺ πρωτεύοντες διδάσκαλοι — * jure. — ʺ A martyrio S. Petri nõdum 60 fluxerant anni cum hæc scripsisse fingitur Anacletus. — ʺ S. Greg. Past. I. 1 quibusdam ... more interpolatis & prætermissis.

fiant, dicente domino per prophetam: *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam.* Quos rursus dominus detestatur, dicens: *Et tenentes legem, nescierunt me.* Nesciri ergo veritas se ab eis conqueritur, & nescire se principatum nescientium protestatur: quia profecto hi qui ea quæ sunt domini nesciunt, a domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: *Si quis ignorat, ignorabitur.* Hinc & psalmista, non optantis animo, sed prophetantis mysterio denuntiat, dicens: *Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurva.* Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur: quoniam cum lumen scientiæ perdunt qui præeunt, sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinantur sequentes. " Hic ergo inter manus latronum & dentes furentium luporum utcumque versamur. Ideo & docere alios, & nosipsos (prout dominus dederit) providere debemus. Sane percussor ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam " percutit infirmorum. Ideo tenere vos & omnes fideles oportet *eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere*, & recte viventes, atque rectam fidem tenentes consolidare. Illis ergo qui dicunt, quod filius in eo minor est, quia propheta inquit: *Verbum faciet dominus breviatum universo orbi*: ita respondendum est divinis testimoniis: " Verbum breviatum quod dominus faciet super terram, non minutionem deitatis in filio Dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis annuntiat; in quali dispensatione non solum patre hominis filium, sed etiam angelis legimus minoratum, Paulo attestante apostolo: *Eum autem*, inquit, *modice minus ab angelis minoratum vidimus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum.* & infra: *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.* Et propheta inquit: *Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum.* Et ut verbum Dei patris breviatum in filio non esse doceamus, hanc Isaiæ prophetæ volumine approbamus sententiam: *Numquid abbreviatus factus est sermo meus, aut ita parvus est, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum, dicit dominus omnipotens?* Et iterum: *Hæc dicit dominus omnipotens: Numquid abbreviata est manus mea, ut salvare non possit? Aut non potest vivificare cor humilium & spiritum contritorum?* Et ut brachium patris, quæ manus est, filium esse doceret, intulit, dicens: *Paravit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare ejus.* Nam & in novissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore dominus " ex cælesti aula ac empyreo domicilio pessimi dæmonis jam ferre dedignans tyrannidem, in creaturas suas crudelissime sævientem, plasmati condolens, ac suæ immensæ caritatis thesaurum reserare volens, in castissimæ virginis purissimum uterum, omnis tori virilis nescium, inenarrabili mysterio, pro redemptione nostra carnem suscipiens, advenit, ut & illum qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, & eos, quos in tenebris & umbra mortis captivos subegerat, virtutis suæ potentia in ipso parvo & exigui temporis spatio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem (cum adhuc tempus haberent) incedere præmonebat: "*Adhuc modicum*, inquit, *in vobis lumen est. Dum lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant.* Et in " canonicis apo-

A stolorum legitur epistolis: *Filioli, novissima hora quia multi pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum.* Et Paulus apostolus: *Tempus enim breve est.* Et iterum: *Præterit enim figura hujus mundi.* Et iterum: *Omnia hæc ad * correctionem nostram facta sunt, in quos fines sæculorum obvenerunt.* Nam dominus in ipsa oratione dominica breviavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens, pauca loqui docuerit, quæ pertinent ad salutem. *Cum oratis*, inquit, *nolite multum loqui.* Et infra: *Vos autem, cum oratis, dicite: Pater noster, qui es in cælis*, &c. Non enim propheta filium Dei in hoc capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui

B etiam nunc per apostolos & apostolicos viros novissimo tempore loquitur: *Ego*, inquit, *qui loquebar in servos meos prophetas, ecce adsum.* Et alius propheta: *Sicut est ab initio usque in sæculum, neque adjectum est ei, neque minuetur illi, quoniam ipse est dominus creaturæ suæ.* Ecce quale verbum breviatum fecit dominus in orbe terrarum. Non quia (ut illi putant) inferiorem patre intimaret hominibus filium, sed quia novissimum ejus annuntiaret adventum." Si ergo (ut prædictum est) Aaron filii, presbyterorum figuram gestabant, & Aaron summi sacerdotis, id est, episcopi, Moses indubitanter Christi tenebat formam: quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum & hominem Iesus Christus, qui est verus dux populorum, & verus princeps sacerdotum, &

C dominus pontificum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

tanda quæ impostura arguunt Mercatoris

1 Ioan. 2. — 1. Cor. 7. — Ibidem. — * correptionem — 1. Cor. 10. — Matth. 6. — Ibidem. — Isai. 52. — Eccles. 42. — Eccles. 36.

" Isid. II. de Off. 5. succedit Ithacio, cujus sæpe integra fere capita descripsit pseudo-Isidorus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Ordinationes episcoporum.*] De episcoporum ordinatione, vide quæ diximus supra in notis ad canon. apost. 1.

b *In locum eorum successerunt episcopi.*] Hoc est quod psalm. 44. propheta David prædixerat: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Nam Augustino prædicti loci interprete, patres apostoli sunt, filii pro patribus nati, apostolorum successores episcopi. Concilium Florentinum in instructione Armenorum & concil. Trident. sess. 23. cap. 4. idem asserunt. Dicuntur autem episcopi apostolis succedere, non proprie eo modo quo episcopus episcopo; rex regi succedit, sed duplici alia ratione. Primo, ratione sacri episcopalis ordinis. Secundo, per quamdam similitudinem & proportionem: quia nimirum sicut Christo in terris viventi, primi sub Christo erant apostoli duodecim,

An & quomodo apostolis episcopi succedant.

D deinde septuaginta duo discipuli: ita nunc primi sub Romano pontifice sunt episcopi, post eos presbyteri, inde diaconi, &c. Non aliter autem episcopos apostolis succedere, inde patet, quod episcopi nullam veræ apostolicæ auctoritatis partem habeant: Apostoli enim, ut constat Matth. & Marc. cap. ultimo toto terrarum orbe prædicare, alias atque alias ecclesias fundare, canonicos libros scribere poterant: nihil horum episcopi potuerunt. Præterea, donum linguæ & miraculorum habuerunt apostoli, non autem omnes episcopi. Apostolis omnibus immediate a Christo universam ecclesiam gubernandi potestas ac jurisdictio collata est, Ioan. cap. 20. his verbis: *Sicut misit me vivens pater, & ego mitto vos*: (quamquam ordinaria jurisdictio, quæ in posteros per successionem transferretur, soli Petro, extraordinaria reliquis apostolis concessa sit) omnes autem episcopi a Petri successore Romano pontifice, cui dictum est, *Pasce oves meas, pasce agnos meos*, immediate suam jurisdictionem

E certis limitibus definitam consequuntur. Denique, non succeditur proprie nisi præcedenti: at simul cum apostolis fuerunt in ecclesia Timotheus, Titus, Evodius, aliique plures episcopi. Si igitur episcopi apostolis succedunt, cui episcopo Titus? cui Timotheus successit? Patet igitur non aliter hæc Anacleti verba intelligi debere, quam duplici illa ratione, de qua supra. Vide Bellarm. lib. 4. de Rom. pontif. cap. 23. 24. & 25.

c *Septuaginta duo discipuli, quorum typum gerunt presbyteri.*] Presbyteri septuaginta duobus discipulis domini, non aliter quam per similitudinem quamdam succedere dicuntur, sicut apostolis episcopi. Quod autem non aliter succedant, hæc ratio evidenter probat: Septuaginta duo discipuli non fuerunt presbyteri, nec ullum ordinem aut jurisdictionem a Christo susceperunt: siquidem Philippus & Stephanus, & alii quinque diaconi ab apostolis Actor. 6. ordinati, erant ex 72. discipulis domini, ut docet Epiphan. hæresi 20.

Quomodo 72 discipulis domini presbyteri succedere dicantur.

resi 20. non fuissent autem diaconi ordinati, si jam ante ordinem presbyterii habuissent. Vide Bellarm. lib. 4. de Rom. pontif. cap. 25.

EPISTOLA III. ANACLETI PAPÆ.

* * De patriarchis & primatibus ac reliquis episcopis & quod Romana ecclesia cardo sit & caput omniũ ecclesiarũ.

I. *De bipartito ordine sacerdotum.*

II. *De constitutione seu ordinatione episcoporum ac presbyterorum.*

III. *De discretione Episcoporum & civitatum.*

IV. *Ut difficiliores causæ ad sedem apostolicam referantur.*

V. *Non admittendos ad accusationem sive ad testimonium, qui antea inimici fuerunt, & de extraneo judicio.*

Anacletus servus Christi Iesu, in apostolica sede a domino constitutus, & a sancto Petro apostolorum principe presbyter ordinatus, omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus salutem.

Ephes. 1. BENEDICTUS *Deus & Pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus nos in laudem gloriæ ejus, qui ante speravimus in Christo.* De primatibus, " carissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt, & apostolicæ auctoritatis (qua, licet indigni, domino dispensante, fungimur) decretum postulaverunt, aut si esse deberent, aut non, quantum hactenus de his a beato Petro apostolo, & a reliquis apostolis, ac a beato Clemente nostro sancto prædecessore, & martyre, novimus statutum, denegare vobis minime possumus." Et quis est, qui quærentibus fratribus denegare possit dubitationes vel necessitates eorum.

[" Hincm. op. LV. quæst. c. 15.] [" ep. Attici ad PP. Carthaginensis concilii.]

I.

Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem a domino apostolos esse electos & constitutos, & postea per diversas provincias ad prædicandum dispersos. Cum vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adjumentum septuaginta duos eligi præcepit discipulos. Episcopi vero, domini apostolorum; presbyteri quoque, septuaginta duorum discipulorum locum tenent.

II.

Episcopi autem non in castellis aut modicis civitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella & modicas civitates atque villas debent ab episcopis ordinari & poni; singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab uno, sed a pluribus debet episcopis ordinari: & (ut dictum est) non ad modicam civitatem, " ne vilescat nomen episcopi, aut alicubi, sed ad honorabilem urbem titulandus & denominandus est. Presbyter vero ad quemcumque locum vel ecclesiam in eo constitutam, est præficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius quam isti duo ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt.

[Distin. 80. Episcopi non in.] [" Sardi... se can... Laod. ...]

III.

Episcoporum vero ordo unus est, licet sint primates illi qui primas civitates tenent, qui & in quibusdam locis patriarchæ a nonnullis vocantur. Illi autem qui in metropoli a beato Petro apostolo, ordinante domino, & a predecessore nostro prædicto sancto Clemente, seu a nobis constituti sunt, non omnes primates vel patriarchæ esse possũt: sed illæ urbes, quæ præfatis & priscis temporibus primatũ tenuere, " patriarcharum aut primatum nomine fruantur: reliquæ vero metropoles, archiepiscoporum aut metropolitanorum, & non patriarcharum aut primatum utantur nominibus; quia hæc eadem & leges sæculi in suis continent principibus: " aliæ autem primæ civitates, quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis, & a beato Clemente, sive a nobis, primates prædicatores acceperunt. Hæc vero sacrosancta Romana & apostolica ecclesia, non ab apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro " primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas ecclesias ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebũt adversus eam: & tibi dabo claves regni cælorum. Et quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo:* Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui uno die, uno quoque tempore, gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone agonizans, coronatus est, & ambo sanctam Romanã ecclesiam consecrarunt aliisq; omnibus urbibus in universo mundo eam sua præsentia atq; venerando triumpho prætulerunt." Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: *Testis enim est mihi Deus, cui servio in spiritu meo in evangelio filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.*

[De ordi... episcopo...] [" Isid. ... mol. vi... 12.] [" Hincm... rus citat... cap. 24. ... predesti... tione p... Tom. ... pag 41... Tom. ... cap. 15. ... LV. qq. Dist. 22. Sacrosan... Rom. E... decr. Ivo... lib 4.] [" Conc. Rom. sub Gelasio.] [Matth. ...] [Passio ... Petri & Pauli uno tempore, die facta] [" Hacten... ve. ba Ge... sii in con... Romano...] [Rom. 1.]

Prima ergo sedes est cælesti beneficio Romanæ ecclesiæ, quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrarunt. Sic Roma quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater " & altrix, excussis tenebris, & vanis superstitionum ritibus abjectis, filiorum Dei, exorto sole justitiæ, facta est copiosa propagatrix.

[Sedium trium principalium ordo.] [" Idẽ co... sub Gela... " absunt a... MS.]

" Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, a Marco ejus discipulo atque evangelista consecrata est: quia ipse & in Ægypto primum verbum veritatis, directus a Petro, prædicavit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit * Abilius.

[" Idẽ co...]

" Tertia autem sedes apud Antiochiam, ejusdem (id est beati Petri) apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, & * Ignatium episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Reliquas vero (ut prædiximus)

[* Anianus & post hũ... Abilius. Idẽ conc.] [* Zachæi, postea Evo... dium, po... quem Igna... tium.]

prædiximus) in quodam tomo, prolixitatem vitantes epistolæ, vobis conscriptas direximus. Inde namque & beati apostoli inter se statuerunt, ut episcopi singularum scirent gentium, " quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum solicitudo pertineret." Nam & inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licet * omnes essent apostoli, Petro tamen a domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, ut reliquis omnibus præesset apostolis, & Cephas, id est, caput & " principium teneret apostolatus: qui & eamdem formam suis successoribus, & reliqui apostoli episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Vnde scriptum est: *Moses & Aaron in sacerdotibus ejus*, id est, primi inter eos fuerunt. Et quamvis ita ordinatum fuerit, nemo tamen quod suum est, quærat, sed quod alterius. Vnde ait beatus apostolus Paulus: *Vnusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem.* Et sicut ipse salvator suis ait discipulis: *Qui major est vestrum, erit minister vester:* & reliqua. Et licet super his aliqua dicta fuerint, repetentes tamen sæpius, admonemus, ut semper in omnibus & ab omnibus vitentur elationes mentis & corporis. Et quanto major unusquisque videtur esse, tanto sit humilior, sicut dominus salvator noster *non venit ministrari, sed ministrare.* Et, *si frater aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite eum in spiritu lenitatis.*

IV.

Si quæ vero causæ difficiliores " inter vos ortæ fuerint, ad hujus sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, ut apostolico terminentur judicio: quia sic dominum velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimoniis declaratur. Hæc vero apostolica sedes cardo & caput (ut ' prætactum est) omnium ecclesiarum, a domino, & non ab alio, est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, domino disponente, reguntur.

V.

Accusatores autem & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati, nocere cupiant, vel læsi, se ulcisci velint." Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus quærendus est, & non suspectus. Causam enim vestram alieno nolite committere judicio. valde enim iniquum est, ut omissis suis, alii quilibet aliorum se causis immisceant; quoniam nullis in locis spiritualis " cura deficit, sed se per omnia, quocumque nomen Dei prædicatur, extendit. Studendum est omnibus, ne (ut sunt) æmulationes malæ, sed piæ sint inter vos dilectiones: quia in hoc vos omnes *domini discipulos* esse veros noveritis, *si dilectionem " habueritis adinvicem.* Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos " erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii caritatis suæ, & de vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Vnde nobis summopere studendum est, ut cooperatores simus gratiæ Dei: quia ad hoc vocati sumus, ejusque familiari colloquio sociati, & sacerdotes sacrati, ut fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia ejus." Necesse est enim, ut rectores a subditis timeantur, ab ipsisque corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque " diripiunt.

A Ipsi enim ea quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nosipsos ' decerpunt. Et ideo juste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. ' decipiunt. *alias*, diripiunt.
" Pro meritis ergo plebis, sæpe pastores depravantur ecclesiæ, ut proclivius corruant qui sequuntur. " Idem Isid.
Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, ut scriptum est: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens: A planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo sanitas.* Isai. 1.
Quapropter manifestum est, diabolum (*qui sicut leo rugiens circuit quærens quem possit devorare*) 1. Petr. 5.
cordibus plebium suadere, ut doctores atque pastores suos detractionibus ' accusent, B ut (plebibus languescentibus, vel ' mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciviant, atque in ima ruant." ' irrogēt vel angentibus.
Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis. " Idem Isid.
Sententia quoque Cham filii Noe damnantur qui suorum doctorum vel præpositorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. 2. q. 7. Sententia Cham. Genes. 9.
Doctor autem vel pastor ecclesiæ, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam distringendus, In decr. Ivo. lib. 4.
quia " rectores ecclesiæ a Deo judicandi sunt, C sicut ait propheta: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* " Idem Isid. Psalm. 81.
Vnde oportet vnumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes adversus pastorem suum tumescere, aut contra clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere satagat. Nec eis in quibuscumque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, præsumat: 24. q. 3. Tam sacerdotes.
quoniam tam " sacerdotes, quam reliqui fideles omnes, summam curam habere debent de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur. " Isid. Sent. III. 46.

Ita ergo beatus princeps apostolorum Petrus de D sancto prædecessore nostro Clemente plebibus prædicando, quando docebat eas qualiter ei obedire deberent, eumque observare, inter cetera ait: *Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse* E *ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt:* & reliqua. Epist. 1. ad Iacobum, *ex interpretatione Rufini*, & dist. 93. Si inimicus, & in decret. Leonis papæ.
His, aliisque quam plurimis documentis, facile unusquisq; advertere potest, qualiter obedire & obtemperare debet præpositis suis, & qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non observaverit, hostis est animæ suæ: & non tantum infamis, sed & excommunicatus, atque alienus ab " ecclesia efficiatur; quoniam necesse est ea vitia ferro abscindere, quæ al is medicaminibus non sanantur. Parcat unusquisque a laceratione vel " detractione linguæ suæ, caveatque ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est,
" In ep. 2. D. Hieron. ad Nepotianum, cujus verba mire deformata mangonio nostri Mercatoris.

ne aut aliis deroget, detrahatque quibuscunque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes: custodiatque quisque sermones suos, & sciat, quia quicumque de aliis loquitur, sua sententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne derogando quod in domo cujusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorum domos quasi proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert. Sitque uniuscujusque studium, non solum oculos castos servare, sed & linguam. Vos autem, carissimi, qui estis sub domini disciplina constituti, sic vos exhibete, ut veri ministri &" dispensatores mysteriorum ejus, ut non vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, sicuti scriptum est: *Et erit sicut populus, sic sacerdos.* Sic enim vos, vestrosque, & cunctos corripite, ut nemini noceatis, quatenus & ab hominibus bonam acquiratis famam, & a Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid adversi de unitate ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, ut Dei ecclesia, fructusque servorum ejus maneant inconcussa. *Propter quod, carissimi, expectantes satagite, immaculati ei inveniri in pace, & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudentes, & vigilate in orationibus. ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione. Vnusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, sicut sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

1. Cor. 4. — " Zach. ep. 3. pro more interpolata. — Isai. 42. — 2. Petr. 2. — 1. Petr. 4.

Notæ Severini Binii.

Cur hæc epistola novatoribus displiceat.

a *Epistola tertia*] Hæc epistola, quod trium patriarchalium sedium ordinem, ipsumque patriarcharum nomen a Iudæis & a gentibus usurpatum, & ab iis cum multis aliis in ecclesiam feliciter translatum contineat, novatoribus displicet. Vide Baron. anno 112. num. 2. Tres ecclesiæ, Romana, Alexandrina, & Antiochena, eo quod a Petro apostolorum principe fundatæ sint, solæ ac semper patriarchales habitæ sunt, ut patet etiam ex conc. Nicæn. canon. 6. Calched. act. 16. item ex epistola 53. Leonis ad Anatolium: ex epistola Gregorii ad Eulogium, quæ est libro 6 cap. 37. Hierosolymitana per annos fere quingentos, non re sed nomine, non potestate sed honore dumtaxat, quarta patriarchalis habita est; ut patet ex Nicæn. concil. canon. 7. ubi decernitur ut Hierosolymitanus, quartum quidem patriarchalis sessionis locum ac honorem habeat; non tamen propterea a subjectione Cæsariensis, quæ metropolitana erat, eximeretur. Vnde beatus Hieronymus in epist. ad Pammachium, contra Ioannem episcopum Hierosolymitanum, sic eum alloquitur: *Tu*, inquit, *qui regulas quæris ecclesiasticas, & Nicæni concilii canonibus uteris, responde mihi; ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? ni fallor hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, & totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem archiepiscopum referre debueras, cui spreta communione tua communicare nos noveras, aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius literæ dirigendæ. Sed novi cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum metropolitano tuo honorem reddere.* Patriarchatus Constantinopolitanus (quia tempore Nicæni concilii Constantinopolis urbs nondum dedicata fuit) hisce postea tempore Iustiniani, post annum Domini quingentesimum, opera imperatoris, & Romanorum pontificum permissione accessit. In concilio quidem Constantinopolitano primo, ac postea in Calchedonensi, Constantinopolitanus non modo patriarchatum, verum etiam secundum locum obtinere conatus est: sed (pontifice reliquisque reclamantibus primatibus) frustra. Cur tres tantum prædictæ sedes patriarchales isto ordine collocatæ fuerint; solius Petri apostolorum principis prærogativa, dignitas & primatus, velut propria & immediata causa honoris & potestatis, effecit: quamquam Petrum in his sedibus eligendis, quod S. Leo in epistola 84. ad Anastasium docet, quamdam rationem magnitudinis & nobilitatis urbium habuisse, negari non possit. Romana sedes primam dignitatem patriarchalem obtinet, quia Petrus apostolus in hac quam fundavit, ut inquit S. Gregorius lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexand. quiescere & vitam finire dignatus est. Alexandrinam sede patriarchali decoravit (verba Gregorii sunt) in quam evangelistam Marcum discipulum misit. Tertio, sedem in qua ipse septem annis sedit, Antiochenam nimirum firmavit, & sedis patriarchalis honore condecoravit. ita Gregorius prædicta epistola, S. Leo epistola 53. ad Anatolium. Sicut ergo major est Petrus apostolus Marco evangelista & Marcus evangelista Evodio, qui neque apostolus neque evangelista fuit, ita quoque Romana ecclesia Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam auctoritate & dignitate superat. Vide Bellarm. de Rom. pontif. lib. 1 cap. 14.

Hierosolymitana sedes, an & quomodo patriarchalis. — *Constantinopolitanus patriarchatus.* — *Quare tres tantum hoc ordine patriarchales sedes sint.*

DVO DECRETA ANACLETI PAPÆ EX GRATIANO.

Quare laici in accusatione episcoporum non audiuntur.

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quidam infesti sunt. Et indignum est ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

Singulis annis apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus apostolicis subjacent.

Iuxta sanctorum patrum & canonum instituta, omnes episcopi, qui hujus apostolicæ sedis ordinationi subjacent, & qui propinqui sunt, annue circa Idus Maii sanctorum principum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione seposita. Qui vero de longinquo sunt, juxta chirographum suum impleant. Qui autem hujusmodi constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subjacere sententiis.

Hic est canon 4. synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA EVARISTI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

a EVARISTVS natione Græcus ', ex patre Iudæo nomine Iuda, de civitate Bethlehem, b sedit annos novem, menses decem, dies duos. c Fuit autem temporibus Domitiani & Nervæ Trajani, a consulatu Valentis & Veteris, usque ad Gallum & Braduam consules. Martyrio coronatur. d Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris. Et e septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem, propter stylum veritatis. f Hic fecit ordinationes * tres per mensem Decembrem, presbyteros * sex, diaconos * duos, episcopos per diversa loca * quinque. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano * sexto ' Kalendas Novembres. Et cessavit episcopatus dies XVIII.

' Antiochenus. — * iv. * xvi * ix. * xv. * vij. ' v.

Notæ Severini Binii.

a *Evaristus.*] Hujus Evaristi pontificis, Irenæus lib. 2. cap. 3. Optat. contra Parm. lib 2. Epiphan. hæresi 26. Augustinus epist. 165. meminerunt.

b *Sedit annos novem, menses decem, dies duos.*] Annos novem, menses tres, habet alia lectio libri pontificalis, quam Baron. anno Dom. 112. num. 4. & 121. num. 1. recte sequitur. Nam secundum tabulas ecclesiasticas, Anacletus, Evaristi prædecessor, 13. Iulii, Evaristus autem secundum easdem tabulas 26. Octobris martyrio coronati sunt. Itaque tempus

tempus intermedium est, novem annorum, trium mensium, & tredecim dierum: a quibus si interregni pontificii tredecim dies deduxeris, quibus idem auctor in vita Anacleti sedem pontificiam post Anacleti martyrium vacasse scribit, supersunt anni 9. & menses 3. quibus Evaristus sedit. Eusebius in chronico annos novem tantum Evaristo tribuit, quod non consueverit ipse menses & dies, quibus Romani pontifices supervixissent, addere. Quod vero omnes annos ejus sub Trajano recenses, inde accidit, quod Cletum una cum Anacleto confians, unum Romanum pontificem prætermiserit, in quo ipsum ipsiusque sectatores omnes errasse certum est. Baron. anno 121. num. 1.

[c] *Fuit autem temporibus, &c.*] In chronologia imperatorum & consulum vicissim auctor pontificalis errat. Nam 13. anno Trajani, qui est Christi 112. pontificatum ingressus, sedit usq; ad annū Christi 121. & Hadriani imperatoris II.

[d] *Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris.*] Per titulos intellige domos divino cultui mancipatas, in quibus Christiani synaxes agere consueverant. Expositio patet ex epistolis duabus plane aureis Pii pontificis ad Iustum Viennensem, in quarum priore hæc de nuper erecto titulo: *Antequam Roma exiisses, soror nostra Euprepia (sicut bene recordaris) titulum domus suæ pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, missas agimus.* Cum igitur religio Christiana in dies majoribus incrementis augeretur, pluresque domos sacras, sive titulos requireret, plures instituti, & inter presbyteros certos; certis titulis adscriptis, divisi sunt. Causa autem ob quam domus Deo consecratæ, Tituli appellentur, duplex a Baronio affertur: una, quod sicut fiscus impositione alicujus tituli, puta veli, imaginis, aut nominis imperatorii, (de quibus l. si quando de bonis vacant. lib. 11. Augustinus in psalm. 21. exposit. 2. Ambrosius epistola ad Marcellinam: Gregor. lib. 5. epist. 44.) rem aliquam sibi vendicare & principi consecrare solebat; ita episcopi domum aliquam divino cultui mancipantes, illam titulo & vexillo crucis insignirent, & consecrarent. Vnde est quod Theodosius imperator lege ultima de Paganis, cod. Theodos. præceperit, ut delubra gentilium Christianæ religionis cultui manciparentur, *collocato in eis*, ut ait, *veneranda Christiana religionis signo.* Altera causa est, quod qui illi presbyter adscriberetur, ab ea nomen titulumque acciperet, ut illius loci presbyter diceretur. Baron. anno domini 112. num. 4. 5. 6.

[e] *Septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem.*] Constituit Evaristus, ut diaconi, qui sunt ecclesiæ sacri ministri, non tantum sacrificium (quod ab ipsa prima ipsorum institutione factum est) offerenti episcopo assistant, verum etiam instar septem angelorum in circuitu throni Deo assistentium, septem diaconi eumdem evangelium prædicantem ob muneris majestatem, & functionis amplitudinem, quasi circumvallarent. De hac ecclesiasticæ cum cælesti hierarchia conformatione, Ignatius epist. 5. ad Trallianos scribens, ait: *Quid vero diaconi, quam imitatores angelicarum virtutum? qui purum & inculpatum ministerium illis exhibent, ut S. Stephanus B. Iacobo, Timotheus & Linus Paulo; Anacletus & Clemens Petro.* Hinc est, quod sicut apostolica institutione & auctoritate Timotheum Paulus monet, ne adversus presbyterum accusationem absque testibus recipiat, ne videlicet detrahendi atque calumniandi aditus impiis pateret; ita pariter S. Ignatius, ut quantæ æstimationis & reverentiæ diaconi in ecclesia apud omnes esse debeant, innotescat, terribili contestatione, ne quis diaconos accuset, prædicta epistola exterret. *Cavendum itaque*, inquit, *non secus atque ignem ardentem fugitis, ne quis eos accuset.* Regionarii diaconi qui sint, infra in vita Fabiani dicemus. Vide Baron. anno domini 112. n. 7. 8. 9. & 10.

[f] *Hic fecit ordinationes.*] Baronius antiquissimi codicis lectionem secutus, sic legendum scribit: *Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, creavitque presbyteros decem & septem, diaconos duos, & episcopos per diversa loca quindecim.*

[b] EPISTOLA I.
EVARISTI PAPÆ
AD OMNES EPISCOPOS AFRICANOS.

*** De ordine diaconorum & legitimo conjugio atque de fide, & de non injuriandis episcopis aut lacerandis.

I. *Quot in civitate diaconi esse debeant.*
II. *De uxore ducenda.*

Dilectissimis fratribus universis Africæ regionis episcopis Evaristus.

CONSVLENTIBVS vobis, fratres carissimi, " quid super his quæ in vestris continebantur scriptis visum nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid a beatis apostolis nobis traditum aut custoditum remaneret, optantes (ut retulistis) nostris ' institui documentis, hæc vero rescribimus: siquidem dilectio vestra normam secuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire, potius quam usurpatione præsumere.

" Innoc. ep. 22. ' instrui

I.

[a] Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in unaquaque civitate, juxta apostolorum constituta septem debent esse, " qui custodiant episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur a suis, aut verba divina, detrahendo aut insidiando, polluantur vel despiciantur, sed veritas spirituali redoleat fervore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate concordet.

93. distinct. diaconi qui quasi oculi. " Neocæs. 14. ex versione Dionysii.

I I.

Similiter custoditum & traditum habemus, ut uxor legitime viro jungatur. [b] Aliter enim legitimum (ut a patribus accepimus, & a sanctis apostolis, eorumque successoribus traditum invenimus) non fit conjugium ", nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a parentibus aut propinquioribus sponsetur, & legibus ' dotetur, & suo tempore sacerdotaliter (ut mos est) cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paranymphis (ut consuetudo docet) custodita & consociata a proximis, tempore congruo petita, legibus ' dotetur, & solenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur, & domino in actibus suis placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hereditabiles generabunt. Quapropter filii carissimi & merito illustres, fide catholica suffragante, ita peracta legitima scitote esse connubia. Aliter vero præsumpta, non conjugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes, potiusquam legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Nam fructus divinus est, præcepta divina custodire. Ea quoque deserere, præsumptionem fieri, nulli dubium est. Cur ergo indignum est, unitatem ecclesiæ custodire? Idemque omnes pariter & sentiamus, & pronuntiemus. Si enim aliter præsumpta fuerint, perdunt profecto ipsi transgressores seipsos, qui semetipsos decipiunt. Hæc cunctis " recitanda per omnes ecclesias Africanas, scripta dirigite, & istis connectite quas adjunximus literas ' præfectorum, ut de his quæ inique laudantur, (si quid tale probari poterit) judicium fiat, & inhibita coerceantur, & præterita mala & illicita conjugia, si doceantur admissa, digna severitate corripiantur: De cetero vero caveantur talia per omnes ecclesias, ne ecclesiæ sanctitas, per nostram fatigata negligentiam, perdat privilegia quæ est per viros venerabiles consecuta.

35. quæst. Aliter legitimū non. Et in decr. Ivo. lib 6. " Hincmar. de divortio Lotharii. ' detur ' detur 3. quæst. 5. Taliter legit. §. ita peracta. " Innoc. ep. 12. ad Aurelium Carthag. ep. sub finem: unde plagii merito arguas Mercatorē, eumve a quo delusus est. ' prophetarū in qq. cc.

De his vero, quibus ab insidiatoribus fatigamini, unde & nos consulere, & a nobis edoceri inter cetera voluistis, eo [c] quod sint quidam qui arbitrantur de Patre solo dictum esse, *quia ipse solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem*; ita eos apostolicis percutite ferulis, & divinis redarguite præceptis. " Non enim solus Pater sine Filio lucem inaccessibilem habitat: quia ubi Pater est, ibi etiam Filium esse indubitabili fide

1 Tim. 6. " Ithac. advers. Vvar. 66.

fide credendum eſt. Nam ſi ſolus Pater ſine Filio (quod dicere nefas eſt) lucem habitat inacceſſibilem, neceſſe eſt, ut ſequeſtratam Pater a Filio habeat manſionem. Quod ſi ita eſt, quonam modo idem Filius, ad dexteram Patris adſtans, a beato martyre Stephano dicitur conſpici, ſi Pater ſecundum eos ſolus dicitur ſedibus lucis contineri? Abſit hoc a ſenſu fidelium, Chriſto in unitate fidei adhærentium: quoniam ſicut non obeſt Filio, cum ſolus dicitur Pater lucem inacceſſibilem habitare, ita non obeſt Patri, cum ſapientia, quæ eſt Filius, dicitur gyrum cæli ſola circuire. Pater itaque, cum ſit inviſibilis & ingenitus in ſe, in Filio viſus apoſtoli teſtimonio comprobatur, & in Filio, a ſe inenarrabiliter genito, manſiſſe ac requieviſſe monſtratur, ipſo Filio in propheta loquente: *Qui me genuit, requievit in tabernaculo meo.* Et in evangelio: *Pater in me manens, facit opera hæc.* Et, *Deum nemo vidit unquam, niſi unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris.* Si enim in ſinu Patris erat Filius ab initio, & ex corde Patris verbum bonum eructatum eſt, quomodo non in corde paterno conſiſtens, lucem cum eodem inacceſſibilem habitaſſe credendus eſt? Numquid Pater abſque ulla luce in Filio potuit commanere, aut in tabernaculo Filii ſine eadem potuit requieſcere, cum idem Filius *candor ſit æternæ lucis, & ſpeculum ſine macula deitatis,* quam Salomon ſuper ſalutem ſuam dilexiſſe ſe dicit, in cujus ſpecie ſemper delectari geſtivit? *Super ſalutem & ſpeciem,* inquit, *dilexi illam, & pro luce propoſui habere eam, quoniam inextinguibile eſt lumen ejus.* Hanc ergo David propheta lucem deſiderans, anxius proclamat, dicens: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam,* Iterum: *In lumine tuo videbimus lumen.* In hujus igitur luminis claritate Filius ſeipſum in monte tribus diſcipulis præoſtendit: qui metu mortis perterriti, proſtratique in faciem, ſibi vitæ finem adeſſe ſenſerunt. Hanc (inquam) lucem in ſe fuiſſe demonſtrans Filius proclamabat, & ut in eadem incederent, diſcipulos præmonebat: *Cum lucem habetis,* inquit, *ambulate in luce.* Et iterum: *Ego ſum lux hujus mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ æternæ.* Et evangeliſta: *Erat lux vera,* ait, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Si hæc lux, quæ credentibus promittitur, in Filio eſſe probatur, & cum æterno æterna eſſe dicitur, quomodo a vobis ab inacceſſibili luce Patris Filius ſeparatur? Si enim Filius, *Deus verus & vita æterna eſt,* ſine dubio in hac luce ſimul cum Patre habitare credendus eſt, quam nullus modo noſtrum, in hoc mortali corpore conſtitutus, poteſt aliquatenus contueri: ſed dum apparuerit, tunc vere illum videbit ſicuti eſt, qui ejus conſpectibus fuerit dignus coaptari. Et non ſicut Moſes, ceterique prophetæ per ænigmata & figuram, ſed ipſam veraciter in Filio, ſecundum apoſtolum, contuebitur deitatis imaginem. Nam ſi hunc eumdemque prophetæ ſub teſtimonio, ſubſequente ſereno mentis intuitu, inveſtigare volueris, invenies Filium non poſſe ab hac luce Patris penitus ſeparari: quoniam cum ſolum Filium dixerit in terra cum hominibus converſatum, Patrem ab illo, non eſt credendum, fieri alienum." *Si teſtimonium enim hominum Dei accipimus, teſtimonium Dei majus eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod majus eſt, quia teſtificatus eſt de Filio ſuo. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit in Filium, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt* A *Deus de Filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita eſt in Filio ejus. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, ut ſciatis, quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem ejus, audit nos. Et ſcimus quia audit nos, quidquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad* B *mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed generatio Dei conſervat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio ejus. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Hæc, fratres, prædicate, hæc omnibus nuntiate. Vos vero invicem exhortamini, perfecti eſtote, ſemperque gaudete: pacem autem ſectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Deo autem & Patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Data IX Kalendas Aprilis," Valente & Vetere viris clariſſimis coſſ.

Eccleſ. 24. — Ioan. 14. — Ioan. 1. — Sapient. 7. — Ibidem. — Pſal. 42. — Pſal. 35. — Matth. 17. — Ioan. 12. — Ioan. 8. — Ioan. 1. — Ioan. 5.

" Hactenus verba ipſiſſima [illegible] Ithacii ſive Idacii Clari adverſus Varimadum Arianum.

" Coſſ. [...] runt [...] Chriſt[...] quo n[...] obiera[...] Cleme[...] De ho[...] co, qui [...] te lub[...] eſt: v[...] decr. [...] cil. Tr[...] de re[...] matrimon[...] nii.

NOTÆ SEVERINI BINII.

C [a] *Diaconi.*] Vide quæ diximus in notis ad vitam Evariſti, verbo *Septem diaconos.*

[b] *Alter enim legitimum non ſit conjugium niſi ab his.*] Qua ratione Evariſtus hac epiſtola ſequentibus verbis, ad legitimum matrimonium requirit ut ſponſa a paranymphis ad eccleſiam deducatur, uxor cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur, & ut poſtea biduo aut triduo vacent orationi &c. eadem ratione conſenſum parentum ad legitimum & verum connubium exigit; ſcilicet, quod in foro externo licitum ac validum eſſe non debeat præſumi, ſed potius pro adulterio haberi, niſi cum prædictis conditionibus ſit contractum. Cum igitur ipſis hæreticis teſtantibus certum ſit, in foro conſcientiæ, ad veritatem & eſſentiam matrimonii duas prædictas conditiones non requiri; etiam certum eſſe fateri debent, quod conſenſus parentum ad verum matrimonium contrahendum non ſit ita neceſſarius, quaſi ſine hoc, matrimonium inter duas perſonas habiles contractum, in foro conſcientiæ nullum ſit. Evariſtus igitur hoc decreto hujus epiſtolæ non voluit ſignificare D prædictas omnes conditiones eſſe neceſſarias, ita ut ſi una vel altera deſit, irritum ſit matrimonium; ſed ita legitimum eſſe conjugium, ſi illa omnia adhibentur: contra autem, ſi nulla earum adhibita ſit, & conjugium occulte ſine teſtibus, & ſine illa celebritate contrahatur, legitimum haberi non poſſit, non quidem in conſcientia, ſed in foro externo, & apud eccleſiam, quæ de occultis non judicat. Contracturi itaque matrimonium, non ex neceſſitate ſacramenti, ſed tantum ex honeſtate & pietate, qua per legem Dei parentibus ſuis obſtringuntur, parentum ſuorum conſenſum requirant. Ita Bellarminus de ſacramento matrimonii lib. I. cap. 20. & communiter omnes ſcholaſtici, hunc locum Evariſti interpretantur.

[c] *Quod ſint quidam qui arbitrantur de Patre ſolo dictum eſſe.*] Baſilidem, Saturninum, alioſque ejus ſectatores intelligit: de quibus Baronius anno domini 120. num. 5 & E ſequentibus, ubi impura & ſceleſtiſſima eorum dogmata recenſet.

EPISTOLA II.
EVARISTI PAPÆ.

De epiſcopis ejectis, & aliis loco eorum ſubſtitutis, *vel ut habet MS Iuſt.* Quod Chriſtus ſit caput & ſponſus eccleſiæ & ſacerdotes qui ejus vice legatione funguntur, ſimiliter ſint eccleſiis ſuis: & qualiter ſacerdotes ſuas eccleſias & eorum eccleſiæ eos debeant diligere.

Evariſtus urbis Romæ epiſcopus, omnibus per Ægyptum domino conglutinatis fratribus in domino ſalutem.

VNUM nos, fratres," ſentire oportet & agere, ut (ſicut legimus) in nobis unum cor & una anima

" S. Leo 81.

anima esse probetur. Scimus namque, sicut & a patribus accepimus, Christum esse caput, cujus & membra sumus. Ipse enim est sponsus, & ecclesia sponsa, cujus filii nos sumus: & ideo unum Patrem habemus Deum in cælis. Sacerdotes vero vice
S. Greg. … 32. S. Ambr. … dignit. … cerd. 4. Christi legatione " funguntur in ecclesia. Et sicut ei sua conjuncta est sponsa, id est, ecclesia, " sic episcopis junguntur ecclesiæ, unicuique pro portione sua. Et sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere & caste custodire & amare atque prudenter regere: sic episcopus & multo magis custodire & amare atque prudenter regere debet ecclesiam. Et velut uxor, quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere & amare: ita potius etiam ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere & amare ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare
…q. 1. Sicut …r non. uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam; id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa conjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se (vivente eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed
…Cor. 7. juxta apostolum, *aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta*: ita ecclesiæ non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare, ut alterum (vivente eo) accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat; id est, alterum episcopum (suo vivente) non accipiat, ne fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo junxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desideraverit; per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. Unde & dominus loquitur in evan-
…atth. 5. gelio, dicens: *Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.*
…1. Sicut … §. episcopum vero … Et in e… … 1. Clementis ad … obum. Episcopum vero oportet opportune & importune atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere & amare, ut a vitiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque [timere] & diligere, ut legatum Dei, & præconem veritatis: quia testante veri-
…atth. 16. …8. tate, *quæcumque ligaverit super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solverit super terram, erunt soluta & in cælo.* Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, & prævidendum vobis, ne offendatis eos qui tantam a domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summopere venerandi sunt, non detrahendi, vel lacerandi, aut ejiciendi; sed portandi & amandi,
…10. ipso dicente domino: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis; quoniam injuria episcoporum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. Audivimus enim quosdam a vobis infamatos & dilaceratos episcopos, ac e civitatibus
… 2. Au… …mus …sdam. … 1. ep. …entis …cobū. propriis pulsos, quia alibi episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis: & alios in eis, ipsis viventibus, constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari, & integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate sponsas suas, quas & uxores eorum (præfixo tenore) esse intelligimus, tenent; ejici ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri ju-

A bemus. Si autem adversus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit, & auctoritate hujus sanctæ sedis terminandum." Et ne omnia nunc singulatim dicamus, omne bonum, si ipsa per se in vobis fuerit, caritas facere docebit, sicut & e contrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet. Unde & vos, qui veri Dei estis discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Verumtamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, " Clemens epist. 1. ex Ruffini interpretatione qui post trecentos annos ab Evaristi electione vixit. Vide supra pag. 85 E. & 86. A. Idem supra p. 87. E.

B ita & vos omnes summopere laborare pro eo debetis, intantum, ut (si etiam necesse fuerit) animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam suam pro vobis (si necesse fuerit) ponere debet, ipso dicente salvatore: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Vos vero obedite eis, & vigilate pro eis, quia ipsi pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.* Non est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus vel accusandus episcopus, licet sit " inordinatus: quia pro meritis subditorum, disponitur a Deo vita rectorum, " exemplo David peccantis, ac comparatione principum, qui ex merito plebis prævaricantur. Sacer- Ioan. 10. Hebr. 13. 2. q. 7. Non est a. Et in decr. Ivon. lib. 4. " Isid. III. sentent. 39. & 46.

C dotes enim exquirere debent peccata populorum, & sagaci solicitudine unumquemque probare; juxta testimonium domini ad Ieremiam loquentis: *Probatorem*, inquit, *dedi te populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum.* Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet convertere in malum, & in electis ponit maculam. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a judicibus ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut Ierem. 6. 2. quæst. 7. Si qui sunt. Et in decr. Ivo. lib. 4.

D inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista præsumpserint, necne.

Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda, & diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui præpositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint. Idcirco recto oculo primates ecclesiarum utiliter prævideant, ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentes sententiæ domini, qua ait: *Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*, &c. Deus autem omnipotens, ut nos a præcipitatæ sententiæ prolatione compesceret, (cum omnia nuda & aperta sint 2. quæst. 7. Sunt nonnulli qui. Matth. 18. 2. quæst. 1. Deus omnipotēs, ut. Et in decr.

E oculis ejus) mala tamen Sodomæ noluit audita " judicare, priusquam manifeste agnosceret quæ dicebantur. Unde ipse ait: *Descendam, & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint: an non est ita, ut sciam.* Deus omnipotens, cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic, prolixitatem vitantes, non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis & judicandis negotiis essemus, & ne mala quorumdam prius præsumamus credere, quam probare. Cujus exemplo monemur, " ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus, aut Ivo. lib. 4. " S. Greg. xix. Moral. 14. concil. Aquisgr. 37. Genes. 18. " Gregor. ibidem.

temere

temere indiligenterque indiscussa quæque quoquo modo judicemus, dicente veritatis voce: Matth. 7. *Nolite judicare, ut non judicemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini*: & reliqua. 30. quæst. 5. Nullũ ante. Nam mala audita nullum moveant, nec passim dicta, absque certa probatione, quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim dominus ' omnium [' hominum] Sodomorum mala, quorum clamor ad cælum usque pervenerat, omnia sciens, prius nec credere nec judicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans ['utrum], quæ audierat, opere ['complevissent,] veraciter cognosceret: multo magis nos humani & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta judicia Dei, hæc præcavere, & nullum ante veram justamque probationem judicare aut damnare debemus, 30. quæst. 5. Nullũ ante. manifeste apostolo dicente Paulo, qui ait: Rom. 14. *Tu quis es, qui judicas servum alienum? Suo enim domino stat, aut cadit.* Vnde & per prophetam David dominus loquitur, dicens: " Psalm. 74. ex interpretatione S. Hieronymi qui trecentis post Evaristum annis vixit. *Nolite extollere in excelsum cornu vestrum, loquentes in cervice veteri: quia neque ab oriente, neque occidente, neque a solitudine montium, sed Deus judex hunc humiliabit, & hunc exaltabit, quia calix in manu domini est, vino meraco ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Verumtamen fæces ejus potabunt bibentes omnes impii terræ. Ego autem annuntiabo in sempiternum, psallam Deo Iacob.* Et alibi idem ait propheta: Psalm. 75. eodem interprete Hier. *Ab increpatione tua, Deus Iacob, consopitus est & currus & equus. Tu terribilis es, & quis stabit adversum te? Ex tunc ira tua. De cælo annuntiabis judicium, terra timens tacebit, cum surrexerit ad judicandum Deus, ut salvos faciat omnes mites terræ.* Et apostolus ait: Rom. 12. *Mihi vindictam, ego retribuam.* Et alibi inquit idem apostolus: 2. Cor. 2. *Sufficit unicuique objurgatio, quæ fit a pluribus, ita ut magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur is qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illo caritatem.* Et dominus in evangelio ait: Matth. 22. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum.* Rom. 13. *Dilectio enim proximi, malum non operatur.* Propter quod, juxta apostolum, Rom. 2. *inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas, eadem agens quæ judicas. Scimus enim, quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis, qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: his quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quærentibus vitam æternam: his autem qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio: tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum.* Et alibi idem ait apostolus: Rom. 3. *Causati enim sumus, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os* A *maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt, & non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redem-* B *ptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus, & justificans eum, qui ex fide est Iesu Christi.* Item idem: Rom. 8. *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus pro-* C *pter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Debemus autem nos,* ut ait idem apostolus, *firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & " nobis placere. Vnusquisque * vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.* Rom. 1[5] " non * nostr[um] *Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me.* 2. Cor. *Benedictus Deus & Pater domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus* D *& ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi a Deo: quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, sive exhortamur pro vestra exhortatione, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis.* 1. Cor. *Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum, ut possitis sustinere.* " 1. Cor. " Clem[ent.] 4. sup[ra] pag. 11[…] Propter quod, carissimi, sectamini caritatem, & æmulamini meliora & spiritualia, & adjuvate vos invicem, ut Deo E semper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. Data Kalend. Novemb. " Gallo & Bradua viris clarissimis coss. " an. C[hr.] 108. […] viven[te …] naclet[o …]

EX DECRETIS EVARISTI PAPÆ, secundum codicem librorum quinque, lib. 5. c. 8. Tamen secundum decretum Gratiani, est constitutio Hyginii papæ.

Vt sine missa ecclesia dedicari non debeat.

Omnes basilicæ cum missa semper debent consecrari, altaria vero placuit non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

sacrari. Si vero altaria non fuerint lapidea, ad celebranda divina officia non consecrentur. Vbi etiam ecclesia est, de cujus ambigitur consecratione, a vicinis presbyteris & parochianis fideliter requiratur. Hi ergo cum ceteris omnibus in synodali concilio ab episcopo pro suo sunt contestandi sacerdotio, si illorum temporibus vel antecessorum suorum, sciant ecclesiæ illius dedicationem, die vel officio unquam fuisse celebrem. Quod si affirmando in hoc concordant, non fiat injuria ecclesiæ legitimæ vel suo defensori: sin autem, in arbitrio sit episcopi, claudere seu aperire eam.

NOTA SEVERINI BINII.

Vsque ad verbum *consecrari* apud plerosque collectores citatur ex Evaristo: reliqua aliter habentur apud Grat. de consecr. dist. 1. cap. Omnes basilicæ. cap. Altaria. cap. Altaria placuit. ex diversis conciliis.

ANNO CHRISTI 119.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ALEXANDRI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] ALEXANDER natione Romanus, ex patre Alexandro, [b] de regione Caput tauri, [c] sedit annos 10. menses 7. dies 2. [d] Fuit autem temporibus Trajani usque ad Ælianum & Veterem consules. [e] Hic passionem domini miscuit in prædicatione sacerdotum, quando missæ celebrantur. [f] Martyrio coronatur, & cum eo Eventius presbyter & Theodulus diaconus. [g] Hic constituit aquam aspersionis cum sale benedici in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diversa loca quinque. Qui & sepultus est via Numentana, [h] ubi decollatus est, ab urbe Roma non longe, milliario 7. quinto Nonas Maias. Et cessavit episcopatus dies * xxv.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Alexander.*] Anno domini 121. Alexandrum post martyrium Evaristi pontificiam sedem obtinuisse, index Romanorum pontificum ab Honorio papa tertio collectus, qui extat Romæ in Vaticana bibliotheca, habet. Baron. prædicto anno.

[b] *De regione Caput tauri.*] Cum nulla apud antiquos e quatuordecim regionibus eo nomine dicta habeatur, Baron. prædicto anno 121. num. 2. existimat locum illum circumscriptum esse juxta Palatium, quem Suetonius in Octavio cap. 5. nominat, *capita bubula*, ubi Octavium natum fuisse tradit. Baron. prædicto anno 121.

[c] *Sedit annos* 10. *menses* 7. *dies* 2.] Vltra decennium, menses quinque, & dies 10 non sedisse, cum interregno, Evaristi & Alexandri dies natalis in ecclesia celebris simul ostendunt. Evaristus 26 Octobris anno 121. Alexander vero tertia Maii, anno domini 132. mortuus habetur: a quibus si octodecim dies, quibus sedes vacavit, subtrahas, relinquuntur anni decem, menses 5. dies 20.

[d] *Fuit temporibus Trajani*] In chronologia imperatorum & consulum erratur. Sub Hadriano enim pontificatum ingressus, ejusdem imperatoris Hadriani anno 13, qui est Christi * 132. una cum sociis Eventio ac Theodulo presbyteris, post dira tormenta martyrio coronatus est tertia die Maii, ut patet ex actis Alexandri, quæ extant apud Surium tom. 3. die 3. Maii. Baron. anno 132.

[e] *Hic passionem domini miscuit in precatione sacerdotum.*] Hæc ab Alexandro potius scriptis mandata, ac decreto roborata, quam recens statuta dici debent. Nam præcepto Christi, quod extat Luc. 22 apostolis eorumque successoribus demandatum fuit, ut quotiescumque sacrificarent, in ejus memoriam id agerent. Nec aliud Paulus 1. ad Cor. 11. significasse voluit, cum dixit: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat.* Baron. prædicto anno 132 num. 3.

[f] *Martyrio coronatur.*] Quamquam edicto Hadriani ad Fundanum rescripto, quod extat apud Baron. anno 128. num. 4. persecutio in Christianos aliqua ex parte sedata videri possit, tamen Romæ ab horum nece persecutores non abstinuisse, vel ex eo accidit; quod edictum principis forte in Asia tantum a Fundano proconsule, cui id rescriptum erat, non autem Romæ promulgatum fuerit, vel etiam ex eo, quod superstitionis gentilitiæ summi pontifices ac ceteri magistratus judicaverint, non esse ferendum Alexandrum, quod (ut habent illius acta) complures senatores & præfectum urbis Hermetem una cum omni familia, aliosque Romanos cives ad Christi religionem perduxisset. Baron. prædicto anno 132.

[g] *Hic constituit aquam aspersionis cum sale benedici*] Exemplo Christi qui Matth. cap. 14. Luc. cap. 9. panem turbæ daturus, antea illis benedixit, & juxta doctrinam Pauli 1. ad Timoth. cap. 4. (ubi tradit, omnem creaturam per verbum Dei & orationem sanctificari) aquæ, salis, aliarumque rerum consecrandarum ceremoniam ab apostolis institutam, & per traditionem ad posteros derivatam, deinceps in ecclesia frequentari Alexander pontifex sequente decretali epistola constituit ac præcepit, ac deinceps in ecclesia semper omnibus temporibus, ut ex diversorum sæculorum diversis patribus & conciliis Bellarm. lib. 3. cap. 7. de cultu sanctorum probat, velut pia, sacra & ab apostolis instituta ceremonia non superstitiose, sed pie & salubriter usurpata, & variis miraculis frequenter confirmata est. Vide Baron. anno domini 132. num. 3. 4. & 5. & anno domini 57. nu. 109. & sequentibus Bellarm. prædicto loco.

[h] *Vbi decollatus est.*] Cum Deus multa miracula per Alexandrum Romæ edidisset, (ut ex actis illius constat) & Quirinum tribunum, apud quem Hermes præfectus custodiebatur in carcere, ejusque filiam Balbinam virginem sanitati redditam, catenarum, quibus vinctus erat, contactu ad Christi fidem adduxisset, multis dirisque cruciatibus affectus, creberrimis punctis confossus, tandem cum sociis Eventio & Theodulo decollatus est.

Hadriani Romana ecclesia pacem consecuta sit?

Consecratio aquæ & salis unde instituta.

Alexander martyr.

[a] EPISTOLA I. ALEXANDRI PAPÆ I. AD OMNES ORTHODOXOS.

[a] Hæc & duæ sequentes viris apprime Catholicis νόθαις suspectæ sunt.

*** De sacerdotibus non vexandis, &c.

I. *De iis qui sacerdotes accusant, vel persequuntur.*
II. *De scriptura vel confessione per vim extorta.*
III. *Si quis adversus episcopum, vel actores ecclesiæ querelam habuit.*
IV. *Vt in oblatione sacramentorum commemoretur passio Christi, & ut panis tantum & vinum aqua mixtum offeratur.*
V. *De benedictione salis & aquæ, sive ceterorum elementorum.*
VI. *De trinitate & unitate deitatis.*

Alexander episcopus, omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus.

COGITANTIBUS [a] nobis metum divini judicii, fratres carissimi, & post vitam hanc unumquemque, prout gesserit, recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit; sed nobis, vobis loqui, necessitas imperavit, dicente propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam.* Et cui omnium ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem, audiam, domino dicente: *Rejecistis mandatum Dei, ut statuatis traditiones vestras.* Quid enim aliud est rejicere mandatum Dei, quam privato consilio, judicio humano, novis rebus constituendis liberius delectari? Vnde & alibi scriptum est: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum postponit atque confundit. Pervenit [b] namque ad conscientiam apostolicæ sedis, quod nonnulli sunt tam stolidi, qui dominica præcepta, & apostolorum, eorumque successorum statuta minime observant, & eos de quibus dominus ait; *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei:* non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli,

[a] Idem initium ep. 3. Siricii papæ, ut suo loco reddemus.

Isa. 58.

Marc. 7.

Prov. 22.

[b] Perlatum est

Zach. 2.

1.Ioan. 3. qui animas pro fratribus præcepit ponere; tamen eis pericula & perditiones eorum non sumus ausi celare, ne prophetica (quod absit) damnemur sententia, quæ ait: *Si annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti: si autem non annuntiaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram.* (Ezech. 3.) Est etiam & hoc ad hanc sanctam sedem perlatum, (quod pudet dicere, & non solum sacerdotali sed etiam omni Christiano nomini est inimicum) id est, quod * nonnullos episcopos vel sacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alteram partem quam debeant, aut pro suarum non requisitione * rerum, aut (quod deterius est) pro alieni erroris secta scripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, ut saltem his territi insidiis, devient domini sacerdotes, & suis faveant * voluntatibus. Relatum insuper est ad hujus sanctæ & apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt; quasi ad caput, ipso dicente principi apostolorum Petro: *Tu es Petrus, & super hanc petram ecclesiam meam ædificabo*: (Matth. 16.) quod quidam æmuli Christi, ejusque sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad judices publicos accusare præsumant, cum magis apostolus Christianorum causas " ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes, prævaricati sunt in Deum suum, & non obediunt præceptis ejus. De quibus dominus per prophetam Osee loquitur, dicens: *Quasi vaccæ lascivientes declinaverunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis.* (Osee 4.) Et idem: *Væ eis, quoniam recesserunt a me. Vastabuntur, quia prævaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt a me. Et ego erudivi, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam. Reversi sunt, ut essent absque jugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Abjiciet eos dominus*, (Osee 7.) ait idem propheta, *quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.* (Osee 9.)

Ezech. 3. — 15. quæst. 6. quandoquidem a sacerdotibus. — * nonnulli — * causarum, — * voluptatibus. — 11. quæst. 1. Relatū est. — " Concil. Carth. III. 9. — B — C — D

I.

De his enim clericis & laicis, qui episcopos vel reliquos sacerdotes, tam ad primates eorum quam ad reliquos accusant judices, prius quam auribus eorum, a quibus se læsos æstimant, inculcent, ut ab eis aut jus suum, aut justam recipiant apologiam, item per eumdem ait dominus prophetam: *Audi domus Israel, & domus regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor, victimasque declinastis in profundum: & ego eruditor omnium vestrum.* (Osee 5.) Et alibi: *Omnes calefacti estis quasi clibanus, quia devoratis judices vestros.* (Osee 7.) *Ipsi autem declinant victimas domini in profundum*, (Osee 5.) qui eos devorant vel injuste lacerant qui oculi domini dicuntur. Nam si modo quisquam principis sæcularis oculos laceraret aut amoveret, esset reus criminis majestatis, an non? Profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro sæculi potestatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis, de quibus dominus ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei?* (Zach. 2.) Procul dubio hi qui eos persequuntur, & amovere nituntur injuste contra apostolicam auctoritatem, etsi a morte prohibentur, dicente

3. quæst. 4. Hi qui episcopos.

A domino: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat*: (Ezech.) perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni judicantur finitimo. De quibus, a temporibus apostolorum, & infra, ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi episcopos, vel testificandi in eos, vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse scimus. De quibus dominus loquitur per eumdem prophetam: *Calumniam patiens Ephraim, fractus est judicio, quoniam cœpit abire post sordem. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum. Et abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem ultorem: & ipse non poterit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vinculum.* (Osee 5.) Qui enim sacrilega persequuntur persuasione & lacerare nituntur episcopos, vel eos qui domino recte sacrificant, indubitanter eum persequuntur & dilaniant, cujus vice funguntur. Unde ait dominus per Ioel prophetam: *Numquid ultionem reddidistis mihi? Et si ulciscimini vos contra me, cito, velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.* (Ioel 3.) Et per Osee prophetam dominus inquit: *Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet ea? Quia rectæ viæ domini, & justi ambulabunt in eis, prævaricatores vero corruent in eis.* (Osee 1[4].) Et ipsa per se veritas ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* (Luc. 10.) His & aliis fulti quam plurimis dominicis præceptis, vitantes hominum perditiones, cum omnibus hujus sanctæ sedis, quam dominus caput totius ecclesiæ constituit, membris, talia fieri prohibemus, ne confundatur populus domini in æternum. Nam & a prædecessoribus nostris inhibitum legimus, ut nemo contristet doctores, neque accusationem adversus eos suscipiat. Ipse namque apostolorum princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens, ait; Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Et doctor gentium inquit: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* (Galat.) Has considerantes pietates, & pericula vitantes animarum, una cum omnibus domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, & cum omnibus hujus capitis membris, sicut a beatis apostolis, & a reliquis sanctis patribus, & a successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes, qui sanctos patres persequuntur, aut amovere vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse, & alienos a liminibus ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri: quia sic odit Deus eos qui adversus " patres armantur, ut patrum invasores vel destructores. Qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos episcopos vocamus) propter eorum scelera adversantur: quanto magis eis qui eos infestant, nec consentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, rei sunt? Unde & beatus princeps apostolorum Petrus, qui in ordinatione sancti prædecessoris nostri Clementis, instruens clerum & populum, ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus

In epi[st.] Cleme[ntis] ad Iac[obum] circa in[itium] "ex int[erpr.] Ruffin[i] de sup[ra] 83. C. — " Proc[lus] ad Do[mnum] An[tioch.] ep. — E — In 1. [Cle]menti[s] [epi]stola. epist. [Ana]cleti & fin[e] Fabia[ni] pæ.

ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum:" sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum omnium vestrum cupit amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis qui exterminare ecclesiam Dei volunt: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat.

r vers. fini idem ra p. 88. E.

II.

Similiter si hujusmodi personis quædam scripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut se liberare possint, quocumque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium aut nocumentum * pervenire censemus, neque ullam eis infamiam vel calumniam, aut a suis sequestrationem bonis, unquam, auctore Deo, & sanctis apostolis, eorumque successoribus, sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso attestante qui ait: *Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiæ*, & cetera quæ sunt ad hæc pertinentia. Nec tantum attendenda sunt quæ fiunt, quantum, quo animo fiant, quorum exempla si omnia scribere cœperimus, ante dies quam exempla deficient. Unde & illud est, quod dominus ad munera Abel respexit, & non ad Cain: quia magis intendit ad offerentis animum quam ad ea quæ offeruntur. Inde & dominus per prophetam inquit: *Dominus scit cogitationes hominum*. Et per Osee ait: *In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum domini*, & reliqua. Et dominus ait in evangelio: *Tu autem cum oraveris, intra cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum.* Omnis enim confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est. Et apostolus ait: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Amplius autem respicit Deus ad cogitationes & spontaneas voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt. Confessio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius sponte profiteri. Pessimum est enim, de suspicione aut extorta confessione quemquam judicare, cum magis inspector cordis sit dominus, quam operis: & potius requirit dominus cogitationes puras & voluntates bonas, quam labia mendacia. Unde & dominus per prophetam loquens, ait: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Pejus malum fore non æstimo, quam Christianos suis invidere sacerdotibus. Novit enim dominus qui sunt ejus." Non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit judicio. Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent," locum divina non haberent judicia.

III.

Quod autem ad alios judices prius non debeant quam ᵃ ad sacerdotes vel * auditores ecclesiæ accusari, ita a tempore apostolorum & infra, observatum & diffinitum invenimus. Si quis erga episcopum, aut ' auctores ecclesiæ, quamlibet querelam vel actionem juste se habere crediderit, ipse redemptoris sui (cujus actio nostra est institutio) viarum non immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceretur, non maledicebat, sed tamquam ovis coram tondente se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens, apud patrem intercessit, non prius primates aut alios judices adeat, quam ipsos a quibus se læsum æstimat conveniat familiariter, & non semel, sed sæpissime, ut ab eis aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem. Boni nempe & vere Christiani hominis est, rem ipsam omnibus amicitiæ ac pacis legibus prius tentare, quam in judicio (ubi frequenter amarissimus animæ rancor innascitur) suum jus pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis est auctor, habitare cupiat, ei necesse est, ut pacem inquirat. Si autem secus egerit, & ab ipsis & ab aliis communione privetur, tamquam apostolorum, patrumque aliorum contemptor. De quibus ait propheta: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis.*

Et in decr. episc. Sixti II. Et in decr. Iulii papæ. Et in decr. Ivon. lib 4. 1. Petr. 2. Isa. 53. Luc. 23. Isa. 41.

IV.

In sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur, ᵇ passio domini miscenda est, ut ejus, cujus corpus & sanguis conficitur, passio celebretur, ita ut, repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim (ut a patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed ᶜ utrumque permixtum, quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur. Ipsa vero veritas nos instruit calicem & panem in sacramento offerre, quando ait: *Accepit Iesus panem, & benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & manducate, hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter, postquam cœnavit, accepit calicem, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum.*" Crimina enim atque peccata, oblatis his domino sacrificiis delentur. Idcirco & passio ejus in his commemoranda est, qua redempti sumus, & sæpius recitanda, atque hæc domino offerenda. Talibus hostiis delectabitur & placabitur dominus, & peccati dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificiis majus esse potest quam corpus & sanguis Christi. Nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est ceteris, ita potius excoli & venerari debet.

De consecr. dist. 2. in sacramentorum. Matth. 26. " Concil. Bracar. III. cap. 1. De consecr. dist. 2. Nihil in sacrificiis.

V.

ᵈ Aquam etiam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi, sanctificentur ac purificentur: quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat atque mundabat: multo magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Elisæum prophetam, sterilitas aquæ sanata est: quanto magis divinis precibus sacratus, " sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera bona multiplicat, & insidias diaboli avertit, & a phantasmatis versutiis homines defendit? Nam si tactu ' fimbriæ vestimenti salvatoris, salvatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum ejus verborum divinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas? His ergo & aliis instructi documentis, vota singulorum domini sacerdotes

De consecr. dist. 2. Aquam sale conspersam. Hebr 9. 4. Reg. 2. " Sacramentarium S. Gregorii aliique rituales ecclesiæ libri. ' tactione

dotes respicite, & in virtute Spiritus sancti divinis precibus, per ministerium vobis divinitus collatum, perficere certate. Elementa quoque, tam ea quæ prædiximus, quam cetera divinis apta usibus, & humanis necessaria infirmitatibus, sacrate: infirmos curate, & cetera quæ ad vos pertinent, diligenter perficite. Ipse enim salvator, tribuendo nobis exemplum, discipulis suis ait: *In nomine meo dæmonia ejicite, infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate,* &c. *Super infirmos etiam manus imponite, & bene habebunt.*

Matth. 10.
Marc. 16.

VI.

Vide hinc etiam unicam epistolam Benedicti I.[a] quæ itidem conficta est ab eodem plagiario.

[a] Ithacius sive Idacius Clarus Hisp. ep. adv. Vvarimadū cap. 1. ipso fere operis initio. Vixit autem exeunte sæculo Christi quarto, vel potius quinto, aut sexto, si idē cū Vigilio Thapsensi ep.

*Fidem quoque sanctæ Trinitatis sic docendam a patribus accepimus, vobisque tradendam subditis destinamus. Isaias namque propheta ait: *Vidi dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum, & seraphim stabant in circuitu ejus: sex alæ uni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, duabus volabant, & clamabant ad alterutrum, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth.*[a] Si Trinitas non est, quare tertio, *sanctus*, dixerunt? Aut si unitas non est, quare sub trina repetitione unum Deum ac dominum intimaverunt? Si Trinitas non est, cur in Geneseos libro dicitur: *Dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus?* Si unitas non est, quare tertio dixit, *Deus*, & Deos plurali numero non commendavit? Si Trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio, *domine, domine, domine, miserator & misericors?* Si unitas non est, quare dum tertio, *domine*, diceret, postea singulariter, *Miserator*, dixit, & non, Miseratores, ut plures ostenderet, intimavit? Si Trinitas non est, cur Abraham ad ilicem Mambre sedens, tribusque occurrens, uni, *domine*, dixit, & non (ut viderat) tribus salutationis obsequium reddidit? Si unitas non est, cur cum Mosi *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob* tertio doceret, unitatem ostendens, *Hoc mihi nomen est, dixit*, & non, Hæc sunt nomina nostra, designavit? Si Trinitas non est, quare David tertio dixit, *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus?* Si unitas non est, quare, cum tertio Deum nominasset, *Benedicat*, dixit, & non, Benedicant, adjunxit? Si Trinitas non est, cur & Isaias denuo dixit, *dominus Deus sabaoth, Deus Israel qui sedes super cherubim?* Si unitas non est, cur, *Qui sedes*, dixit, & non, Qui sedetis, adstruxit? Si Trinitas non est, cur in libro Regnorum dicitur, *domine Deus omnipotens, Deus Israel, sermones tui fideles sunt?* Si unitas non est, cur, *Tui*, dicitur, & non, Vestri, potius intimatur? Si Trinitas non est, cur in psalmo 58. cantatur, *domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes?* Si unitas non est, cur, *Intende*, posuit, & non, Intendite, ut prædicatus est, intimavit? Si Trinitas non est, cur in Apocalypsi tertio dixit, *Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat*, &c. Si unitas non est, quare, *Qui est*, & non, Qui sunt, pluraliter designatur? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est, *dominus Deus tuus misericors est, & audiet vocem tuam?* Si unitas non est, quare posuit, *Audiet*, & non, Audient, intimavit? Si Trinitas non est, quare in Iesu Nave dicitur libro, *dominus Deus deorum est?* Si unitas non est, quare *Est*, dixit, & non, Sunt, more locutionis induxit? Si Trinitas non est, quare Elias loquendo in oratione, *domine domine Deus Israel, ostende quia tu es Deus meus*, dixit? Si unitas non est, quare, *Ostende*, posuit, & non, Ostendite? Si Trinitas non est, cur Mardochæus orando, *domine domine Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt*, dixit? Si unitas non est, quare, *In tua*, posuit, & non, In vestra, signavit? Si Trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit, *domine domine Deus omnium virtutum, respice in orationem meam?* Si unitas non est, quare, *Respice*, & non, Respicite, designavit? Si Trinitas non est, quare in Ieremia dicitur, *dominus Deus vester verax est?* Si unitas non est, quare, *Verax est*, dixit, & non, Veraces, potius intimavit? Si Trinitas non est, quare in Apocalypsi scriptum est, *dominus Deus & spiritus prophetarum, misit angelum suum ostendere servis suis, quæ oportet fieri cito?* Si unitas non est, cur cum Patrem & Filium & Spiritum sanctum nominasset, *Misit*, dixit, & non, Miserunt, sub prætaxato trium personarum & nominum numero introduxit? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dixit, *dominus Deus vester hic est Deus?* Si unitas non est, quare, *Hic est*, dixit, & non, Hi sunt, plurali numero designavit? Si Trinitas non est, quare in eodem dicitur libro, *dominus Deus tuus, Deus magnus & potens?* Si unitas non est, quare, *Magnus & potens*, pluraliter non nominatur? Si Trinitas non est, cur Tobias, cum filium suum in Rages civitatem cum Raphaele archangelo mitteret, benedicens eos, ita dixisse docetur: *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis?* Si unitas non est, quare, *Ipse impleat*, dixit, & non, Ipsi impleant, intimavit? Postremo, si Trinitas non est, quare dominus discipulos suos *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, universas gentes misit baptizare? Si unitas non est, quare, *In nomine*, dixit, & non, In nominibus, præcipiendo perdocuit? Si Trinitas non est, quare Paulus apostolus ait, *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia?* Si unitas non est, quare, *Ex ipso*, posuit, & non, Ex ipsis, adstruxit? Si enim certo certius volueritis unitatem[a] Trinitatis agnoscere, a sæpe dicto doctore gentium apostolo potestis universa condiscere, & sequi catholicam fidem, &[a] horum respuere pravitatem. *Gratia domini nostri Iesu Christi*, inquit, *& caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus, ipsa est Patris, & Filii,*[a] *& Spiritus sancti gratia*: & sic fidem sanctæ Trinitatis & intelligere, & docere, domino adjuvante, pleniter potestis.

Isa. 6. Exod. 34. Genes. 18. Exod. 3. Psal. 66. Isaia 37. ubi LXX. domine sabaoth. 2. Reg. 7. & 3 Reg. 8. per totum. Apocal. 4. Deuter. 4. Ios. 2. ubi LXX. dominus dominus vester Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. 3. Reg. 18. Esther 13. Iudith. Ierem. Apoc. Deut. Tob. Matth. Rom. 2. Cor.

[a] Ari... expun... nome... meliu... leret... tos.

[a] Hic... nunq... cii v... paulo... exhib... falsa... dicti I... stola... adju...

Idcirco igitur, carissimi, fidei regulas juxta hujus epistolæ finem posuimus, ut in ejus confessione fideliter perseveremus, & domino[a] auxiliante, bonam fidem habere mereamur. *Quicumque voluerit esse amicus sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. An*[a] *putatis, quia inaniter scriptura dicit: Ad*[a] *invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis, majorem autem dat gratiam? Propter quod dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo. Miseri estote, & lugete, & plorate. Risus vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conspectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, fratres: quia qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suū, detrahit legi, & judicat legem. Si autē judicas legem, non es factor legis, sed judex. unus enim est legislator & judex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui judicas proximum? Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginavit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis*

Iacob... aut. Iacob.

vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat, vindictam poscens retenti laboris, & clamor eorum in aures domini sabaoth introivit. Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis & occidistis justum, & non restitit vobis." Væ fratres, his qui tribulant vos. Vos vero quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Vnde ipsa veritas per se dixit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Et alibi: *Beati eritis cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malū. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælo.* Data 9. Kalend. Augusti, [f] Trajano & * Æliano viris clarissimis " consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Ad sacerdotes,*] Turrianus cap. 22. lib. 1. adversus Magdeburgenses in vetusto exemplari Vaticano, sic legi scribit. *Quod autem ad alios judices prius non debeant quam ad se, sacerdotes, vel actores ecclesiæ, (id est episcopi) accusari, ita a tempore apostolorum, & infra, observatum & definitum invenimus. Si quis erga episcopum, vel actores ecclesiæ quamlibet querelam vel actionem juste se habere crediderit,* &c. Dicuntur autem episcopi ecclesiæ actores, quia ipsis lege apostolica (de qua supra in canonibus apostolorum) rerum ecclesiasticarum cura ac dispensatio commissa est. Nam ut ex collatione Græci & Latini contextus sacri, Lucæ cap. 12. & Pauli ad Galat. cap. 4. patet, qui Græcis dicitur οἰκονόμος, eum Latini interpretantur dispensatorem, & actorem. *Quanto tempore heres parvulus est*, habet Latina interpretatio, *sub tutoribus & actoribus est*, Græce est οἰκονόμους.

[b] *Passio domini miscenda est.*] Vide quæ diximus in notis ad vitam Alexandri.

[c] *Vtrumque permixtum.*] Hanc mysticam & sacram vinum cum aqua miscendi ceremoniam a Christo domino in ultima cœna (ut ex liturgia S. Iacobi, Clemente lib. 8. constitut. cap. 12. alias 17. Irenæo lib. 4. cap. 57. Cypriano lib. 2. ep. 3. alias 63. constat) mystice usurpatam apostolica ecclesia exemplum Christi imitata, apostolica lege deinceps semper observari præcepit: Ideoque certissimum est Alexandrum pontificem non fuisse hujus præcepti auctorem, sed id potius ab apostolorum temporibus manasse. Quod non modo ex liturgia S. Iacobi apostoli, conciliorum ac patrum testimoniis, verum etiam ex hac ipsa Alexandri epistola aperte colligitur. Dicit enim infra se *tradere, quod a patribus acceperat*: & alibi dicitur Romanam ecclesiam hoc ab apostolis didicisse, ac perpetuo observasse. Restat igitur ut credamus hanc ceremoniam a Christo usurpatam, ab apostolis observari præceptam, ab Alexandro pontifice scripto & promulgato decreto corroboratam esse. Cyprianus præallegata epistola hunc ritum appellat divinum mandatum, quia a Christi domini facto & exemplo, tamquam a causa exemplari, & ab aqua quæ ex latere ejus manavit, tamquam a causa finali, originem duxit. Vide Baron. anno Christi 57. num. 143 & anno Christi 132. num. 7. Bellarm. de sacram. euchar. lib. 4 cap. 10. & 11. Suarez tom. 2. disp. 45. sectione secunda.

[d] *Aquam sale conspersam populis benedicimus.*] Vide quæ diximus in notis ad vitam Alexandri, verbis hisce: *Hic constituit aquam,* &c.

[e] *Fidem quoque sanctæ Trinitatis.*] Quod hoc loco tam distincte Trinitatis unitatem hæc epistola prædicet, quasi in ecclesia hoc novum fuerit, a novatoribus nostri temporis injustam calumniam patitur. Nam antiquitus in catechizandis fidelibus mysterium gloriosissimæ Trinitatis, quantum homini licuit, a catechistis insinuatum esse adeo certum est, ut idem impius Lucianus, scriptor gentilis in Philopatre, aperte confiteatur. Vt autem orthodoxi episcopi, ac potissimum Romanus pontifex, summo conatu id præstarent, divinitas Christi, ab hujus sæculi hæreticis impugnata, flagitabat. Vnde S. Athanasius ad episcopos Africanos scribens, hæc ait: *Prisci episcopi abhinc annis centum & triginta, qui tum Romæ, tum in nostra civitate episcopatum gesserunt, accusaverunt eos, qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem Patri,* &c. Et quamquam hæc intelligi velit de duobus illis Dionysiis Romano & Alexandrino episcopis, qui hoc ipsum egregie præstiterunt, tamen non nisi majorum exemplo, traditione atque doctrina eos hæc operatos esse, nemo jure dubitare poterit. Baron. prædicto anno num. 6.

[f] *Trajano & Æliano viris clarissimis coss.*] Scias lector ipsos pontifices nullos consules in fine epistolarum subjun-

A xisse, sed potius aliunde subrepsisse. Itaque si a chronologia imperatorum superiorum, vel etiam posteriorum pontificum epistolis superadditos consulatus discrepare deprehendas, ne mireris. — superadditi surreptitii sunt.

EPISTOLA II.
ALEXANDRI PAPÆ I.

De causis & gravaminibus sacerdotum.

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis, per diversas constitutis regiones, Alexander episcopus.

NVLLI, fratres, dubium est, quia boni & malis semper persecutionem patiuntur & tribulantur. Propter quod humiliemur ' sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. — 2. quæst. 1. Nulli dubium. ' oportet nos humiliari.

B Nam sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret, sic diabolus non cessat circuire, & quærere quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in servitio salvatoris, eisque familiariores invenerit: familiariores dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine apostolatus constitui, voluit. *Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis & oblationibus ea delent atque consumunt.* Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. *Multum enim,* ut ait beatus Iacobus apostolus, *valet deprecatio justi assidua.* Qui enim vos persequitur, ipsum, cujus ' legatione fungimini, persequitur: quia — 1. Petr. 5. Osee 4. 2. q. 1. Ipsi sacerdotes. Iac. 5. ' vice

C sicut ipse Filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos ejus vice in ecclesia estis constituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, non unius, sed multorum profectum avertit. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, & bonorum societate arcendus. Et quia Dei causam impedit, & statum conturbat ecclesiæ, ideoque ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis est cavendus, & non in communionem fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, ut qui statum conturbat ecclesiæ, ab ejus liminibus arceatur: nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. Vos ergo si dilectionem habueritis adinvicem, & una- — Dist. 94. Si quis autem legatione.

D nimes fueritis, facile tales superare poteritis. Si vero (quod absit) discordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non solum eos non superabitis, sed & vobisipsis nocebitis, atque ab eis superabimini, & innocenter forte peribitis. Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quam sacerdos esse probabitur. *Ecce,* inquit propheta, *quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Illi vero in unum non habitant, qui fratrum solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. De his enim & eorum similibus dominus — 3. quæst. 1. Nulli dubium. Psal. 132.

E per Oseam prophetam loquitur, dicens: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisque non judicet, & non arguatur vir: populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuit scientiam. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi. Gloriam eorum ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad ini-* — Osee 4. Ex S. Hieronymi versione.

quitatem eorum sublevabunt animas eorum. Et erit, sicut populus, sic sacerdos. Et visitabo super eum vias ejus, & cogitationes ejus reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessaverunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Hæc cavete, fratres, & bona semper agere festinate: *Quia in hoc cognoscent omnes*, dicit dominus, *quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.*" Bonum namque est procul dubio, & omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes, fratribusque subvenire, & invicem non invidere, sed adjuvare. Nos ergo, qui discipuli domini & dici & esse cupimus, portare crucem Christi & compati fratribus debemus, & non quascumque eis insidias aut foveas præparare, quia talionem meretur, qui fratribus foveam præparat. *Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur.* Hujus rei gratia dominus vobis commisit ecclesiam suam, ut pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & Dominus per prophetam loquitur, dicens: *Hæc dicit dominus: Iudicate mane judicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat.* Vos ergo, qui in summa specula a domino constituti estis, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. Salutate omnes qui recte laborant in evangelio Christi, & juste gubernant navem ejus, ne cohabitantes in ea, demergantur aut suffocentur. Salutat vos omnis apostolica ecclesia in domino. Amen. Data * septimo Kalend. Novembris, Trajano & * Æliano viris clarissimis" consulibus.

Ioan. 13.
" Syn. Later. sub S. Martino consult. 4.
Galat. 6.
Ier. 21. & 22.
* xvij
* Iul. Africano.
' Triano & Heliano.
" Mendosa itidem subscriptio.

EPISTOLA III.
ALEXANDRI PAPÆ I.
Vt vitentur detractiones & injustæ pulsationes.

Alexander episcopus, omnibus divino sacerdotio fungentibus pax & misericordia multiplicetur, & sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur & fructificetur in domino.

GRATIA *Dei sumus, fratres carissimi, id quod sumus.* Idcirco nobis providendum est, & oppido decertandum, ne in ea vacui inveniamur, sed (eadem nobis cooperante gratia) fructum domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam * sectando, ejusque præcepta lectionibus & hymnis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, voluntatem ejus (inquantum ipse largitus fuerit) perficere studeamus. Nec enim negligendam gratiam nobis dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim sine simulatione in nobis esse & apparere debet: quia *omnis qui ' odit fratrem suum, homicida est: qui vero diligit eum, in Deo manet, & Deus in eo.* Vnde & apostolus ait: *Nolite judicare fratres invicem, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Et dominus inquit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* Et alibi: *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.* Et Salomon ait: *Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate.* Summa enim iniquitas est, fratres, detrahere & accusare. Vnde scriptum est: *Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est*: & omnis homicida non habet partem aut hereditatem in regno Dei. Et alibi: *Cavete vos, fratres carissimi, ne participes efficiamini (quod absit) malis eorum.* Et non solum vos cavete a talibus, sed & cavere alios ab eis & avertere docete. De his enim dominus ait per prophetam Michæam: " *Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, & calumniabantur virum & domos rapuerunt, & calumniabantur virum & domum ejus, virum & hereditatem ejus. Idcirco dicit dominus hæc: Ecce ego cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla vestra, & ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suavitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus, pars populi mei commutata est. Quomodo recedis a me, cum revertatur, qui regiones nostras, dividat? propter quod, non erit tibi mittens funiculum fortis in cœtu domini. Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet confusio, dicit dominus, Iacob. Numquid abbreviatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes ejus? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur? & econtrario, populus meus in adversarium consurrexit. Desuper tunica pallium sustulistis, & eos qui transibant simpliciter, convertistis in bellum.* Et econtra, de his qui accusantur vel tribulantur, per Nahum prophetam confortans eos, sic loquitur dominus: *Bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et in diluvio prætereunte consummationem faciet loci ejus, & inimicos ejus persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio: quia sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium: consumentur quasi stipulæ ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans prævaricationem. Hæc dicit dominus: Si perfecti fuerint, & ita plures: sic quoque attondentur, & pertransibit. Afflixi te, & non affligam te ultra*, Facile est, fratres, verbo fallere hominem, " sed non Deum. Sapiens non est qui nocet, nec vir linguosus in malum se diriget in terra. Nihil vero mali vult, qui fidelis est. Malo enim & pravo ingenio, fides aliena est. " Ait enim apostolus de infidelium ignorantia: *Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Crucifigunt enim dominum, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum sustinet, qui vim patitur. Sed tamen, *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Ecce*, ait " Iudas apostolus, *veniet dominus in millibus suis facere judicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem, de omnibus operibus impietatis eorum.* Hæc, fratres, valde timenda sunt & perpendenda, ne veniens unusquisque ad judicium, pœnas cum impiis recipiat, sed cum justis gloriam. " Quod pius dominus præstare dignetur, qui vivit & regnat per sæcula cuncta. Data Kalend. Maii, " Æliano & Vetere viris clarissimis consulibus.

1. Cor. 15.
* scrutando,
" ita & ç. MS. noster.
1 Ioan. 3.
' detrahit.
Roman. 14.
Tob. 4.
Ioan. 13.
Eccles. 35.
6. quæ. 1. Summa iniquitas.
1. Ioan. 3.
Ephes.
" *Mich* ex inte S. Hie
" *Nahu* S. Hie terpr.
" Vide Sixti I thag. 176. 2 292. Ruffin terpre tione.
" Con Hisp. c. 13.
1. Cor.
3. q. N dubium
Matth
" Henc apud I
" Clau sermo S. Aug stini.
" An. vivent huc E risto fules runt.

EX DECRETIS ALEXANDRI PAPÆ I. secundum Gratianum.


Vt nemo simul sit accusator & testis.

DECRETVM

DECRETVM ALEXANDRI PAPÆ. I. ex codice quinque librorum, lib. 2. cap. C.

Vt presbyter ab incestuosis xenium non accipiat, ut eorum scelera reticeat.

Vt nullus presbyter xenium, vel quodcumque emolumentum temporale, imo detrimentum spirituale, a quocumque publico vel incestuoso accipiat, ut nobis vel ministris nostris peccatum illius reticeat: nec profecto cujuscumque personæ, aut consanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc nobis vel ministris nostris innotescere detrectet, nec a quoquam pœnitente gratiam, aut favorem, vel munus suscipere præsumat, ut minus digne pœnitentem ad reconciliationem ferat, & ei testimonium reconciliationis ferat, & quocumque livore alium quemlibet dignius pœnitentem a reconciliatione removeat: quia hoc Simoniacum, & Deo & bonis hominibus abominabile est.



VITA,

EPISTOLÆ ET DECRETA *SIXTI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] SIXTUS natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata, [b] sedit annos decem, menses tres, dies 21. Fuit autem temporibus Hadriani, usque ad Verum &" Anniculum. [c] martyrio coronatur. [d] Hic constituit, ut* ministeria sacrata non tangerentur, nisi a ministris" sacratis. Hic constituit, ut quicumque episcopus evocatus fuerit ad sedem Romanam apostolicam, rediens ad parochiam suam, [e] non susciperetur, nisi cum formatis salutationis ad plebem a sede apostolica. Et [f] constituit, ut missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth, &c. Hic fecit ordinationes tres per mensem De- D cembrem, presbyteros undecim, diaconos tres, [g] episcopos per diversa loca quatuor. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano, " 8. Idus Aprilis. Et cessavit episcopatus" dies 2.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Sixtus.*] Sixtus anno Christi" 132. Hadriani imperatoris 15. post Alexandrum ecclesiæ gubernacula suscepit.

[b] *Sedit annos decem, menses tres, dies 21.*] In annorum numero Eusebius, & qui eum sequuntur, consentiunt. Si vero tempora quibus sedere cœpit & desiit computentur, uno mense & viginti duobus diebus minus quam decennium, sedisse invenitur.

[c] *Martyrio coronatur.*] Anno Antonini imperatoris 3. qui est Christi nati" 142. Si qui alii sub Hadriano, vel aliis imperatoribus obitum Sixti ponant, ut Eusebius ejusque sectatores, falluntur, vel quod Eusebium, Cletum ex Romanis pontificibus prætermittentem, vel quod hos additi- E tios nec sibi constantes consules hic positos, sequuntur.

[d] *Hic constituit ut vasa sacra.*] Extat decretum hoc epistola Sixti secunda, quo decernitur, ne vasa quæ ad dispensationem sacramentorum & sacrificii incruenti necessaria sunt, ac ceremoniali & episcopali consecratione, quæ per unctionem chrismatis & specialem benedictionem fit, divino cultui dic[illegible] sunt, calix nimirum & patina, (juxta cap. unicum, de sacra unctione §. ult.) a laicis attingantur. Idem habetur in cap. in sancta de consecrat. d. 1. & in cap. sanctas, & cap. non liceat, cap non oportet. distinct. 23. Ideoque in cap. ult. de celebrat. missar. sacerdos deponitur, qui sine sacro calice consecraverit. Causa cur ab horum attactu cavere debeant, est ipsorum consecratio. Si enim tanta observantia sacratis vasis Iudæorum, quæ futurorum umbra erant, lege Dei debebatur, ut ea non nisi tecta filiis A Caath portare liceret, ut constat num. 4. cap. quomodo non religiosissimo cultu tractabuntur ea, quibus sacrificium omnium præstantissimum exhibetur? Hoc præceptum diversis temporibus alibi limitatum, alibi ampliatum fuisse per multa capitula distinct. 23. constat. Nam cap. sacratas, feminæ, cap. non oportet, etiam subdiaconi sacra vasa contingere prohibentur: contra vero cap. non oportet, 2. item capit. non licet. 1. & 2. non modo subdiaconis, verum etiam acolythis contactus sacrorum conceditur. Secundum consuetudinem igitur decidimus, quod calix vacuus a subdiacono tangi & portari potest: quando autem continet corpus & sanguinem domini, id non liceat. De corporalibus quæ, in hoc, calici æquiparantur, idem statuendum est. Vide Suarez tom. 3. disp. 83. sect. 8.

Subdiaconus an & quando calicem licite attingere possit?

[e] *Non susciperetur nisi cum formatis.*] Statuitur ut episcopi ad Romanam sedem vocati a suis non recipiantur, nisi formatas salutationis literas exhibuerint. Erant autem formatæ literæ, per quas unitas fidei, ac mutuus amor in- B ter caput & membra monstrabatur, ac fovebatur. Ideoque alias canonicæ, communicatoriæ, ecclesiasticæ, & pacificæ vocabantur. Harum literarum formula a Nicæno concilio præscripta extat canone 18. istius concilii. Optatus Milevitanus; qui Romanorum pontificum catalogum usque ad Siricium contexuit, de eis sic ait: *Cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat.* Augustinus epistola 136. ad Eleusium & socios, de his. *Hic primo asserere* inquit, *conatus est, ubique terrarum esse communionem suam. Quærebam utrum epistolas communicatorias, quas formatas dicimus, possent quo vellent dare: & affirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo illam facillime terminari posse quæstionem.* Vide Baron. anno Christi 142. num. 6. & 7.

Formatæ literæ quæ? Quæ sit earum formula?

[f] *Constituit ut missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, &c.*] Temporibus apostolorum hoc in usu fuisse, non tantum testimonio Clementis, lib. 8. constit. cap. 16. sed etiam inde aperte de- C monstratur, quod in antiqua liturgia Iacobi apostoli eadem antiphona extet. Itaque quæ communi usu recepta erant, ut sanctius ab unoquoque custodirentur, per Sixtum apostolica auctoritate literis confirmata sunt. Extat etiam in antiquis liturgiis Basilii & Chrysostomi, & in concilio Vasensi can. 4. alias can. 6. Baron. prædicto anno num. 12. Bellarminus de missa lib. 2. cap. 17.

A quo institutum, ut ante consecrationem in missa, Sanctus cantetur?

[g] *Episcopos per diversa loca quatuor.*] Ex his unus fuit S. Peregrinus, episcopus Antisiodorensis creatus. In tabulis ecclesiasticis, & in Romano martyrologio die 16. Maii, hæc de eo scripta habentur: *Antisiodori passio S. Peregrini episcopi, qui a B. Sixto papa in Gallias cum aliis clericis missus, evangelicæ prædicationis munere impleto, capitali sententia damnatus, coronam meruit sempiternam.*

Peregrinus episcopus Antisiodorensis a Sixto ordinatus.

EPISTOLA I.

D SIXTI PAPÆ I.

AD OMNES CHRISTI FIDELES.

"** De fide & accusatione episcopi.

" Hæc & sequens νοθεύονται.

Omnibus in Deo Patre & domino nostro Iesu Christo dilectis fratribus, in caritate domini nostri Iesu Christi, Sixtus Romanæ ecclesiæ archiepiscopus salutem.

CARISSIMI, fideliter agite in omnibus, ut fideles, & non infideles, inveniamini. Nolite imitari malum, sed quod bonum est agite: quia qui ex Deo est, bene facit: qui autem male, non ex Deo, sed ex diabolo est. Fidem enim rectam vos tenere oportet, ut dissentientes E ab apostolica non sitis doctrina. " Vnum enim verum Deum Patrem & Filium, a prophetis & apostolis ostendimus prædicatum, a quibus etiam Spiritum sanctum credimus non esse discretum, Isaia propheta dicente: *Ego sum Deus, & non est alius præter me. Et per me ipsum juro, quia exivit ex ore meo veritas, & sermo meus non revertetur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua jurabit per dominum, dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet.* Et ut in hoc testimonio Patrem & Filium simul fuisse cognoscatis, Paulum apostolum audite dicentem: *Vt in nomine*, inquit, *Iesu omne genu flectatur cælestium,*

Contra hæresiarchas hujus temporis Christum filium Dei esse.

" Ithacius contra Varim. c. 2. De quo obiter pauca supra pag. 547. B.

Isai. 45.

Philip. 2.

terrestrium

terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris omnipotentis. Quod si (secundum aliquos) filius est minor patre suo, ergo minorata est & gloria Patris in Filio. Et ubi est, quod in Salomone scriptura loquitur, dicens: *Sicut enim in conspectu eorum* (inquit) *magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te, sicut & nos cognovimus: quoniam non est Deus præter te domine?* Diligenter attende, & agnosce Filium esse, qui magnificabitur in judicio, dum venerit vivos & mortuos judicare. Item Isaias: *Audite domus Iacob, & residui domus Israel, qui egredimini ex utero, & erudimini a puero usque ad senectutem. Ab initio ego sum, & quousque senescatis, ego sum: ego vos feci, & ego sustineo: ego remittam, ego suscipiam, dicit dominus.* Et iterum: *Ego sum dominus Deus, præter me non est alius Deus, annuntians novissima, priusquam fiant, & statim consummata sunt.* Item alibi: *Audi me Iacob & Israel, quoniam ego feci. Ego sum dominus Deus primus, & ego novissimus: & in ea quæ superventura sunt in novissimis, ego sum.* Item ibi: *Ego sum Deus, qui te creavi, qui te adjuvi, & communivi dextera mea.* Et unitatem Patris & Filii assignans loquitur, dicens: *Ego testis vester, dicit dominus Deus, & puer meus tu, quem ego elegi, ut sciatis & credatis quia ego sum, & ante me non fuit alius Deus, & post me non erit.* Vnum hi, qui non sane sapiunt, eligant ex duobus: Aut fateantur Patrem & Filium Deum unum, aut si solum Patrem Deum esse contendunt, ergo illis dominus noster Iesus Christus * Dei Filius non erit Deus, quia scriptum est: *Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit.* Si secundum tales ita est, cur apostolus talia prædicat, & eumdem Filium, Deum super omnia benedictum insinuat? *Quorum patres,* inquit, *ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Item Isaias ait: *Dominus Deus Israel, qui liberavit eum de Ægypto. Ego sum primus, & ego post hæc, & præter me non est Deus sicut ego sum, qui stet, & vocet, & præparet mihi, ex quo hominem feci in sæculo.* Item alibi: *In te est Deus, & nesciebamus, & non est alius Deus præter te.* Tu es enim Deus, & nesciebamus, Deus Israel salvator. Vnus Deus non sunt Pater & Filius? Quis est hic Deus, in quo esse dicitur Deus, præter quem alium Deum non esse propheta sæpenumero protestatur? Et Baruch, *Hic Deus noster,* ait, *& non applicabitur alter ad eum, qui invenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & inter homines conversatus est.* Et in Salomone habetur: *Miserere nobis Deus omnium, & ostende nobis lumen miserationis, & immitte timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est alius Deus, nisi tu.* Item alibi: *Domine Deus Israel, non est tibi similis in cælo sursum, neque in terra deorsum.* Et in psalmo 17. *Quoniam quis Deus præter dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?* Et in Genesi: *Et pluit dominus a domino ignem & sulfur super Sodomam & Gomorrham, & evertit civitates illas.* Si solus Pater Deus est, quis pluit ignem & sulfur a domino supra prædictas civitates, ut eas everteret? quæso, responde. Et in Deuteronomio: *Dominus solus deducebat eos, & non fuit cum illis Deus alienus.* Et Paulus apostolus: *Vnus Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* Et ad Corinthios: *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Et iterum: *Non est Deus, nisi unus.* Et ad Galatas: *Mediator autem unius non est, Deus autem unus est.* Et unitatem Patris & Filii & Spiritus sancti demonstrans, Ephesiis scribens, ita confirmat: *Sufferentes invicem in caritate, soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.* " Si non sane sapientes unitatem fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc itaque testimonio, in uno Spiritu poterunt simul Patris & Filii unitatem condiscere. Patrem igitur (ut superius comprehensum est) in divinis literis, ingenitum, proprie positum, nec legere possunt penitus, nec probare. Sed quia idipsum fides exigit Christiana, absque ulla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen secundum seriem scripturarum, in Filio a se genito visus esse monstratur. De cetero placuit, " propter malorum hominum infestationes, ut in accusatione domini ministrorum, primo persona, fides, vita, & conversatio blasphemantium enucleatim perscrutetur. Nam fides " omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conversationis vitam ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viventes. Idcirco suspicio eorum discutienda est primum, & corrigenda, neque accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus, est credendum. Erant enim quidam, qui prius videbantur esse ex nobis, *sed non erant ex nobis. Si vero fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum,* & non conturbassent fratres. *Exacuerunt* enim, ut ait propheta, *linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum.* Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, & vitandi, ne domino famulantes decipiant. *State ergo, dilectissimi, super vias, aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis, & videte quæ est via domini bona & recta, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris.* Data " 16. Kalend. Maii, sub " Hadriano & Vero.

Eccles. 36. — Isai. 46. — Ibidem. — Isa. 44. 45. intermixtim. — Isa. 41. — Isa. 43. — * Deus — Isa. 43. — Rom. 9. — Isa. 43. — Isa. 45. — Baruch 3. — Eccl. 36. & Deuter. 4. — 3. Reg. 8. — Cap. 19. — Deuter. 2. — Rom. 3. — 2. Cor. 5. — 1. Cor. 8. — Galat. 3.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola I.*] Epistolas duas scripsit, quarum postrema, qua universalis ecclesiæ apostolicæ episcopus inscribitur, novatoribus summopere displicet. Sub hujus Sixti papæ nomine, Sixti philosophi Pythagoræi, hominis ethnici ac infidelis, commentarium a se e græco latine translatum, Rufinus Aquileiensis presbyter vulgavit: de quo illum suo merito S. Hieronymus frequentissime redarguit. Ita enim ad Ctesiphontem scribens ait: *Illam autem temeritatem, imo insaniam, quis digno poterit explicare sermone, quod librum Sixti Pythagorei, hominis absque Christo atque ethnici, immutatio nomine, Sixti martyris & Romanæ ecclesiæ episcopi, prænotavit? in quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur; ut qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipso volumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla fit Christi mentio, ut episcopum & martyrem sine fide Christi fuisse contendat.* Hæc ibi Hieronymus, qui alibi eadem ex causa in eumdem graviter invehitur. Baron. anno Christi 142. num. 5.

EPISTOLA II.

SIXTI PAPÆ I.

"** Vniversis ecclesiis directa.

I. *De sacris vasis.*
II. *De appellanda sede apostolica.*
III. *De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis.*

Sixtus a *universalis apostolicæ ecclesiæ episcopus, omnibus episcopis in domino salutem.*

I.

COGNOSCAT vestra sapientia, carissimi fratres, quia in hac sancta sede apostolica a nobis & reliquis

reliquis episcopis, ceterisque domini sacerdotibus A statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quam a sacratis, dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, [b] ut sacra domini vasa, quæcumque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a domino famulantibus eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus dominus, * plagam imponat populo suo, & hi etiam, qui non peccaverunt, mala patiantur, aut pereant, quia perit justus sæpissime pro impio. Attendite, fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso Christi sanguine redemptus, in præcipitium (quod absit) ruat. Propter quod *assumite armaturam Dei*, ut possitis resistere his qui contradicunt veritati: & *induite vos loricam justitiæ, calceati pedes in præparatione evangelii pacis.* B

II.

Si quis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam & apostolicam appellet sedem, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem ei necesse fuerit, eamque appellare minime ausus fuerit, & vocatus tamen ab hac sancta sede fuerit, non renuat venire: sed confestim, ut ei nuntiatum fuerit, venire festinet, & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hic primos invenerit, corrigat, [c] Ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter hic sua aliorumque causa discussa fuerit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate nuntiare & prædicare omnibus possit. ab hac enim sancta sede, a sanctis apostolis, tueri, defendi & liberari episcopi jussi sunt, ut sicut eorum dispositione (ordinante domino) primitus sunt constituti, sic hujus sanctæ sedis (cujus dispositioni eorum causas & judicia servaverunt) protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Vnde culpantur hi, qui aliter circa fratres D egerint, quam hujus sedis rectoribus placere cognoverint.

III.

His taliter consideratis, atque cum reliquorum episcoporum decretis, tanquam" omnium curam gerentes, propter sedis propriæ apicem decernimus, ut nemo pontificum, aliquem suis rebus expoliatum episcopum, aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat: quia non est privilegium, quo expoliari possit jam nudatus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram hujus sedis cum omnibus membris suis sibi venturam. Et sicut egerit, ita recipiet: si bene, E bene: si grave, grave: si pessime, pessime: *quoniam dignus est operarius mercede sua.* Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit, qui pie considerata avertit, & qui apostolorum & hujus sanctæ sedis decreta libenter violat." *Sed nunc, fratres, commendamus vos omnes domino, & verbo gratiæ ejus, qui potest perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis.* Ipse autem Deus pacis & consolationis, *det vobis idipsum sapere in alterutrum*, ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi, *ut unanimes, uno ore & uno corde honorificemus eum in concordia* & consolatione fratrum, *qui potens est confirmare secundum evangelium ejus, juxta revelationem mysterii* æterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda sunt. Data 9. Kalend. Aprilis" Hadriano & Vero viris clarissimis consulibus.

"Falsa iti fé subscriptio.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Vniversalis apostolica.*] In hujus epistolæ titulo Sixtus pontifex, non, ut quidam novatores nostri temporis notarunt, fastu superbiæ, aut titulo inconvenienter usurpato, se universalis ecclesiæ episcopum nominat, sed jure ac titulo successoribus Petri, propter legem & institutionem Christi, justissime debito. Cui enim universi gregis Christiani pastoralis cura demandata est, Ioan. cap. 21. non inique titulum sibi de jure divino convenientem usurpat. Quid? quod Tertulliano libro de pudicitia capite primo attestante, Victor" papa se pontificem maximum, & episcopum episcoporum nominet? *Audio*, inquit Tertullianus, *etiam edictum propositum, & quidem peremptorium pontifex*, scilicet *maximus, & episcopus episcoporum dicit: Ego & mœchis & fornicationis delicta*, &c. Quæ verba sive Tertulliani, sive, quod probabilius est, edicti sint, universæ ecclesiæ regimen ac titulum Romano pontifici soli convenire evidentei convincunt. Vt a reliquis Christianæ religionis episcopis, qui omnes æque summi sacerdotes atque pontifices dicebantur, (ut Baron. multis exemplis in notis ad Rom. martyr. die 9. Aprilis declarat) Romanus pontifex, urbis & orbis totius episcopus, Petri in officiis & privilegiis successor, discerneretur, merito, propter prærogativas apostolorum principi a Christo concessas, pontifex maximus, episcopus episcoporum appellatus est. His titulis non omnibus in rebus uti consueverunt, sed tum demum cum quid publice in universali ecclesia edicendum esset, ut accidit tempore Tertulliani in promulgando decreto de recipiendis in ecclesiam fornicariis pœnitentibus. C Vide Baronium anno Christi 142. num. 4. & 216. num. 4. & seqq. usque ad 12.

Quo jure Romanus episcopus pontifex maximus & episcopus episcoporum appelletur? "Zephyrinū potius intelligit.

Quare Romanus appelletur pontifex maximus, & episcoporum episcopus.

[b] *Vt sacra vasa.*] Vide quæ supra in notis ad vitam Sixti, verbis: *Hic constituit.*

[c] *Ad ecclesiam tamen suam*, &c.] Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Sixti, verbo: *Non suscipiatur nisi cum formatis*, &c. Item quæ habet Bellarm. lib. 1. de Rom. pont. cap. 24. ubi inter prærogativas Petri recenset, quod in formata epistola, cujus formulam ibidem descriptam habent, post Patris, Filii & Spiritus sancti nomen Apostolorum principis Petri adjungebant.

In formatis epistolis post nominationem S. Trinitatis etiam nomē Petri scribebatur.

DECRETVM SIXTI EX CODICE 16. librorum, lib. 4. cap. 5. dubium tamen, an primi, secundi, vel tertii.

De presbyteris, per quorum negligentiam sine baptismate aliquis mortuus fuerit.

Perpendant presbyteri, quanti discriminis sit, animas innocentum per eorum negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente; quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam januam paradisi innocentibus claudit? Et ideo presbyteri summa diligentia caveant, ne animæ, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a cælesti beatitudine separentur. Sed si (quod absit) evenerit, gravi pœnitentiæ luctui se submittat, per cujus neglectum evenerit.

Luc. 15.

ANNO CHRISTI 142" 140.

VITA, EPISTOLA ET DECRETA TELESPHORI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] TELESPHORVS, natione Græcus, ex anachoreta, [b] sedit annos 11. menses 3. dies 21. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. [c] Martyrio coronatur. [d] Hic constituit, ut septem hebdomadas ante pascha jejunium celebraretur. [e] Hic fecit, ut in natali domini nostri Iesu Christi

"absunt a C.H. | " ingressu sacrificij.

noctu missa celebraretur, " cum omni alio tempore ante horæ tertiæ cursum nullus præsumeret missas celebrare, quia ea hora dominus noster ascendit in crucem: & ut" ante sacrificium hymnus diceretur angelicus, hoc est, Gloria in excelsis Deo. [f] Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros 12. diaconos 8. episcopos per diversa loca 13. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano Nonis Ianvarij. Et cessavit episcopatus dies 7.

NOTÆ SEVERINI BINII.

"140. | Quoto anno Christi Telesphorus Sixto successerit? An persecutio Christiana sub Antonino Pio cessarit? Quæ hæreses sub pontificatu hujus exortæ?

[a] *Telesphorus natione Græcus.*] Post interregnum duorum dierum, Telesphorus Sixto succedit, anno Christi nati "142. qui est Antonini Pii imperatoris 3. imperij. Hic quantumvis natura mitissimus, atque a sanguine & cædibus maxime alienus foret; cum tamen in dies Christianæ religionis frequentia cresceret, hominesque paulatim a deorum superstitione deficerent, invidia moti sacerdotes, egetunt, ut nonnihil in Christianos sæviretur: id quod Sixti aliorumque mors non obscure indicat. Ecclesia igitur sub hoc imperatore, pace aliqua impetrata, a variis hæresiarchis, Valentino & Marcione Cerdonis discipulo multum exagitata est. Vterque, præter multa alia, Christi nativitatem negavit: ille carnem Christi non ex Virgine sumptam, sed e cælo allatam esse docebat: hic totam Christi incarnationem & passionem negabat. Errores nefandos utriusque vide apud Baron. anno Christi 145. & 146.

Tẽpus sedis Telesphori.

[b] *Sedit annos 11. menses 3. dies 21.*] Baronius annos 11. menses 9. & dies 3. ab ejus creatione quæ octava Aprilis contigit, ad obitum ejusdem sc. ad 5. Ianvarii, ut ex omnibus martyrologiis patet, enumerat.

[c] *Martyrio coronatur.*] Telesphorum martyrio coronatum fuisse auctor est Irenæus lib. 3. cap. 3. ubi ait, *gloriosissime martyrium fecit.* Idem Tertullianus confirmat in carmine contra Marcionem lib 3. in fine, his versibus:

Post expleta sui qui lustri tempora tradit
Telesphoro: excellens hic erat, martyrque fidelis.

Iejunium quadragesimale a quo institutum?

[d] *Hic constituit ut septem.*] Quadragesimale jejunium ab apostolis domini institutum atq; universæ ecclesiæ traditum est, ut ex can. apostol. 68. constat. nam diu ante Telesphorum hujus jejunii quadragesimalis Ignatius in epistola sua ad Philippenses meminit hisce verbis: *Quadragesimale jejunium ne spernatis, continet enim exemplum conversationis dominicæ:* ideoque verissimum est, quod Hieronymus in epistola ad Marcellam scribit. *Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus:* & quod ait S. Leo serm. 6. de quadrag. *ut apostolica institutio quadraginta dierum jejuniis impleatur.*

Explicatur constitutio Telesphori.

Telesphorus igitur jejunium quadragesimæ non recens instituit, sed quod usu quodam & pia traditione in ecclesia servabatur, placuit edito decreto stabilire. vel secundo dici posset, Telesphorum, ut ex ejus sequenti epistola decretali constat, clericis dumtaxat mandasse, ut septem integras hebdomadas a carnibus abstinerent, cum laici septem hebdomadas non integras abstineant. Vide quæ diximus supra in notis ad can. apostol 68. Bellarm. & Baron. locis ibidem allegatis. A centuriatoribus ob hanc aliasque sequentes constitutiones Telesphorum calumniose reprehendi, Bellarminus lib. 4 de Rom. pontif. cap 8. declarat.

[e] *Hic fecit.*] Sequentia duo decreta extant in epistola decretali sequente; de quibus ibidem.

Cur in vita Rom. pontif. omnium fere recenseantur ordinationes episcoporũ & presbyterorum;

[f] *Hic fecit ordinationes quatuor.*] In singulis Romanis pontificibus superioribus & sequentibus, non solum ordinationes clericorum, qui Romanæ ecclesiæ usui essent, sed etiam episcoporum, qui in diversas orbis provincias mitterentur, enarrantur: ut ex his perspicuum reddatur, fuisse muneris & officii Romanorum pontificum non solum urbis, sed & orbis totius ecclesiæ consulere. Baron. anno 154. num. 2.

EPISTOLA TELESPHORI " PAPÆ ad omnes universaliter Christi fideles.

" νοθείας VV. eruditis suspecta.

"** De jejunio septem hebdomadarum ante pascha: de missarum celebratione in nocte natalis domini: quo tempore aliis diebus missæ celebrentur & de episcoporum defensione.

I. *Vt septem hebdomadas ante pascha clerici a carne jejunent, nec admittant laicos in accusationibus suis.*

II. *De celebratione missarum, & hymno angelico recitando.*

III. *De episcopis honorandis, & non detrahendis.*

IV. *De accusatoribus non recipiendis.*

Carissimis fratribus & dilectissimis episcopis, Telesphorus Romanæ urbis archiepiscopus salutem in domino.

CREDIMVS " sanctam fidem vestram, in apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere, & hanc populis universis exponere, quæ videlicet a constitutis apostolorum, eorumque successorum, nulla ratione dissentit, per quos justum est ceteros erudiri.

"Ipsis... verba... stolæ D... ad ep. ... rici. ex... version... Epipha... schol. T... V. 29. Theod... & Sozo... ni histo...

I.

Quapropter cognoscite, a nobis & a cunctis episcopis in hac sancta & apostolica sede congregatis, statutum esse, [a] ut septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha, omnes clerici in sortem domini vocati, a carne jejunent: quia sicut discreta esse debet vita clericorum a laicorum conversatione, ita & in jejunio debet fieri discretio. Et sicut laici & sæculares homines nolunt eos recipere in accusationibus & infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis; quoniam in omnibus discreta debet semper esse & segregata vita & conversatio clericorum, ac sæcularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati divinis cultibus, & familiares domini dicuntur salvatoris, ita moribus & conversatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne & deliciis jejunent, & hymnis & vigiliis atque orationibus domino inhærere die noctuque studeant.

Distinct... statuim... vt sept... Et in d... Ivo lib...

II.

[b] Nocte vero sancta nativitatis domini salvatoris, [c] missas celebrent, [d] & hymnum angelicum in eis solenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab angelo pastoribus nuntiatus est, sicut ipsa veritas testatur, dicens: *Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit juxta illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* " [e] Reliquis enim temporibus, missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia & eadem hora dominus crucifixus est, & super apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur.

Distinct... statuim... ut sept... Et in de... Ivo lib... De cons... Distinct... Nocte... cta.

Luc. 2.

" in MS... Inst. quo... sequitur... edito M... lini inse... runtur... ta ex psa... mo 36. &... quæ Cra... bus & al... submov... runt.

III.

[f] Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco missarum solenniis celebrandus est, atque solenniter recitandus. [g] Ipsi enim, qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timendi, & non dilacerandi aut detrahendi: qui a quibus se domini populus benedici, salvari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est & corripiendus, non ipsi ab eo, quia *non est discipulus super magistrum.* Nullo modo igitur domini pontifices & reliqui sacerdotes, quibus

De cons... dist. 1. N... cte sanc... Et in de... Ivo. lib... ubi add... tur. Exc... pta noct... nativit... 6. quæst... sacerdo... qui.

Luc 6.

quibus domini commissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se cognoverint laqueo infestari. Vnde justum est omnes in universo " orbe doctores legis, ea quæ legis sunt sapere, & non sacerdotes domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum enim ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius seipsos maculant & vulnerant. Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur, sacerdotes accusat, vel damnari " cupit. A quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt. Christus enim Dei filius, dominus noster, humano generi salutem condonans plenam, de nobis ait: *Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit.* Si ergo dominus in eis recipitur & rejicitur, procul dubio ipsius sunt, qui in eis rejicitur vel suscipitur. *Et tu quis es, qui judicas servum alienum?* Procul dubio transgressor es legis Dei & apostolorum atque prophetarum: & non solum harum, sed etiam legum humanarum. Omnes enim leges tam divinæ quam & humanæ, alienum servum judicare prohibent. Quid, putas, erit de te, cum transgressores & conculcatores legis Dei damnabuntur? Profecto & tu damnaberis quia postposuisti mandatum Dei, & tuam adimplesti voluntatem. Quoniam sicut digni sunt vita, qui mandatum Dei adimplent atque custodiunt, ita rei & perdigni sunt morte, qui ea postponunt, & in vanum ducunt. Est enim in apostolicis scriptum institutis: " *Alterius vitam nemo laceret, & de malo alieno os suum non coinquinet.* Accusatores vero & accusationes, quas leges sæculi non admittunt, & nos submonemus.

IV.

Et accusatori omnino non credi decernimus, qui absente adversario, causam suggerit ante utriusque partis justam discussionem. " Nec hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem, & omnes, qui adversus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi aut * insidiandi. " Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur: quia eorum æmulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri, & nos cum eis, contra persecutores nostros, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta, & vos securiores & sanctiores famulari mereamini vestro salvatori. Cæterum, *considerat impius justum, & quærit ut occidat eum. Dominus non derelinquet eum in manus ejus, & non condemnabit eum, cum judicabitur illi. Expecta dominum, & custodi viam ejus: & exaltabit te, ut possideas terram: cum interibunt impii; videbis. Vidi impium robustum & fortissimum, sicut indigenam virentem. Et transivi, & ecce non erat: & quæsivi eum, & non est inventus. Custodi simplicitatem, & vide rectum, quia erit in extremum viro pax.* * *Prævaricatores autem interibunt pariter, & novissimum impiorum peribit. Salus autem justorum a domino, fortitudo eorum tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis dominus, & liberabit eos, & eripiet eos ab impiis, & salvabit eos, quia speraverunt in eo.* Et alibi: *Quid gloriaris in malitia potens? Misericordia Dei tota est die. Insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula tua acuta faciens dolum. Dilexisti malitiam magis quam bonum, mendacium magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum,*

A *terrebit te, & evellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viventium. Videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt: Ecce vir qui non posuit fortitudinem suam Deum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva virens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in sæculum & in* * *æternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniam fecisti & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum.* De talibus enim insidiatoribus & accusatoribus servorum suorum loquitur dominus per prophetam, dicens: *Os tuum dimisisti ad malitiam, & lingua tua concinnavit* B *dolum. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & in filium matris tuæ fabricabaris opprobrium. Hæc fecisti, & tacui. Existimasti similem tui me futurum? arguam te, & proponam te ante oculos tuos. Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum, ne forte rapiat, & non sit qui liberet.* Languentes autem in isto conamine notandi sunt, & a talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli, qui " sursum atque deorsum pervolans, quærit quos possit occidere, quos possit separare, quos possit devorare. Propter quam rem, vigilandum est, & armis cælestibus sumus muniendi, ne in ejus compedes incidamus; aut ejus foveis illaqueemur. " Decet enim in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum, & caritas custodiatur, & veritas defendatur, atque innocentes & domini ministri, illæsi liberentur. De bonis ergo & legem domini custodientibus, * fra- C tribusque adjuvantibus, & non nocentibus, sed supportantibus, ait per prophetam dominus: *Non sedi cum viris vanitatis, cum superbis non ingrediar. Odivi ecclesiam pessimorum, & cum impiis non sedebo. Lavabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuum domine, ut clara voce prædicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. Domine, dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Ne auferas cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus scelus est, & dextra eorum repleta est munerī-* D *bus. Ego autem in simplicitate mea gradiar, redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in recto, in ecclesiis benedicam dominum.* " Concordent igitur cum omnibus Dei sacerdotibus hæ caritatis sententiæ, in quibus vos fixos & firmos existere judicamus. Deus vos incolumes custodiat, filii carissimi. Data decimoquinto Kalendas Martii, " Antonino & Marco viris clarissimis consulibus.

Damasus citata ep. ad Illyricos ... verb. ... Romanorū. ... quæst. 1. ... sacerdotes ... ... fid. III. ... & ex eo ... adr. coll. ... m. 1. ... Matth. 10. ... c. 10. ... m. 14. ... id. Sy- ... nymo- ... n II. 9. ... m. 1. ... for. 12. ... b. 4. ... Petr. 2. ... quæ. 5. ... cusato- ... &c. Et ... decr. Ste- ... ni papæ ... Iulii. ... uæst. 9. ... usatori ... nino. ... aianus ... st. 9. ... 9 lib. ... bd. ... od. ... sandi. ... in MS. ... & in ... Mer- ... pr mus ... bbus ... tam lc- ... nem ... corre- ... nem ... tituit. ... tiffi- ... tros ... 36. ... ersf. ... qui ... de- ... tur ... & ... 51. ex ... in-

* sempiterrnum.

Psal. 49. eodem interprete.

" Flavianus epist. ad S. Leonem.

" S. Leo ep. 8.

* for. fratresque.

Psal. 25. Hier. interpret.

" Idem Damasus supra citatus quibusdam idemtidem mutatis.

" Falsa subscriptio.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Vt septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha omnes clerici in sortem domini.*] Quod supra in vita Telesphori diximus, quadragesimale jejunium, Clementi, Ignatio & Dionysio tempore & ætate prioribus cognitum, non a Telesphoro, sed potius ab apostolis institutum esse; a Telesphoro autem non nisi scripto decreto firmatum a clericis E per septem integras hebdomadas observari exactum esse, hinc aperte constat. Non enim ait *statuimus*, ut male Gratianus dist. 4. allegat, sed *quapropter cognoscite*, &c.

[b] *Nocte vero sancta nativitatis domini.*] Cum in sacrificio missæ offeratur Christus, qui est candor lucis æternæ, juxta id quod de seipso dicit Ioan. 9. cap. *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est*, sitque hoc sacrificium legis gratiæ, in qua divina claritas illustrius communicatur; ordinarie ab aurora usque ad meridiem hoc sacrosanctum missæ sacrificium celebrare licet, ante auroram vero, vel post meridiem illud auspicari; omnium fere theologorum ac summistarum consensu velut illicitum improbatur. Ab hac lege tamen propter decretum & constitutionem Telesphori, toto terrarum orbe, nox sacratissima in qua dominus noster Iesus Christus in hunc mundum homo natus est, singulari & mystico privilegio decorata, merito excipitur; quippe quæ propter Christi fulgorem ac claritatem, dies potius quam nox ab ecclesia reputata sit. Eodem privilegio noctem Christi resurgentis olim donatam fuisse, præter

Telesphorus jejunii quadragesimale ab apostolis institutum, a clericis per 7. integras hebdomadas observari mãdat.

Quare nocturno tẽpore " regulariter sacrificium offerre non liceat?

Qua hora liceat sacrificare?

Quare nocte natalis domini " sacrificium offeratur?

Vvalfridum Strabonem, de officiis ecclef. cap. 23. cap. folent, de confecr. dift. 1. & cap. quod a patribus dift. 75. recte teftantur. Hac enim nocte circa vefpertinum crepufculum prophetiæ legebantur, ignis & cereus confecrabantur, cetæraque ceremoniæ folitæ fiebant: demum poft medium noctis miffa inchoabatur. Nunc autem illa confuetudo ceffat, cum jam fabbato fancto illa miffa paulo ante meridiem celebretur. Quid de vefpero cœnæ dominicæ, & de nocte fingularum vigiliarum olim receptum fuerit, videatur Vvalfridus prædicto loco, Baronius anno Christi 154. num. 2. Bellarm. lib. 2. de miffa cap. 14.

Miffa vigiliæ pafchalis, olim media nocte, nunc fabbato fancto fit.

c *Miffas celebrent.*] Communi ac ordinario jure nulli facerdoti fæpius quam femel in die facrificare licet, ut conftat ex cap. fuffic. de confecrat. dift. 1. ubi dicit Alexander papa II. *Sufficit facerdoti unam miffam in die una celebrare, quia Chriftus femel paffus eft, & totum mundum redemit, non modica res eft unam miffam facere, & valde felix eft qui unam digne celebrare poteft.* Et infra: *Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus fæcularium, una die præfumit plures facere miffas, non æftimo evadere damnationem.* Ex quibus verbis pofterioribus patet, Alexandrum hoc non confuluiffe dumtaxat, fed etiam fub pœna damnationis præcepiffe. Confirmata eft lex ifta ecclefiaftica per Innocentium III. cap. confuluifti, & per Honorium III. cap. de referente, de celebratione miffarum. ficut igitur natali dominico ex privilegio fingulari competit, quod nocte ejus diei facratiffima ante auroram miffam celebrare liceat, ita etiam eidem diei fingularis ifta prærogativa Telefphori pontificis auctoritate conceffa eft, quod liceat, non unam dumtaxat, fed plures miffas illo die offerre. Scribit enim in plurali numero, *Miffas celebrent.* Quare etiamfi de ternario numero facrorum in die natalis domini faciendorum expreffe nihil decretum effe reperiatur, ab ipfo tamen auctore legem hanc conditam effe, inde non male colligitur, quod S. Gregorius in homilia de natali domini confuetudinis vel legis hujus meminerit, nullufque alius auctor hactenus nominari potuerit. Qui ergo eodem die natalis domini facrificii iterationem hac epiftola expreffe non fine caufa myftica præcepit, ad certum myfterium certo numero repræfentandum, ternarium definiviffe, non poffum non fentire ac credere. Myfticas caufas trium facrificiorum hoc die offerendorum, alias S. Thomas 3. part. quæft. 83. art. 2. ad 2. alias Gloffa in ca. Nocte fancta, de confecr. dift. 1. recenfet. Prima miffa fecundum Thomam fignificat æternam illam ac divinam generationem, de qua pfalmo 2. *dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*, & Ioan. cap. 1. qua Pater fuam effentiam ac naturam intelligendo producit Verbum, quod eft Filius & perfectiffima imago Patris. Secunda miffa, generationem Chrifti illam repræfentat, qua in utero B. Mariæ virginis virtute Spiritus fancti conceptus, carne humana indutus, in hunc mundum verus homo natus eft. de qua Lucas cap. 2. Ioan. cap. 1. *Verbum caro factum eft*, &c. Tertia miffa fignificat fpiritualem illam Chrifti generationem, qua velut Lucifer quidam in cordibus noftris oritur, de qua paffim in fcriptura. Gloffa vero prædicto capite etiam non inconvenienter dicit, tres ftatus hominum per tres miffas repræfentari, ac fignificari ftatum naturæ ante legem, fub lege, & poft legem, vel fub lege gratiæ. Vide Gloffam ipfam prædicto loco. Suarez tom. 3. difp. 80. fect. 3.

Lege ecclefiaftica prohibitum eft, extra diem nativitatis dom. & cafum neceffitatis, fæpius quam femel uno die facrificare.

An a Telefphoro cõftitutum fit, ut finguli facerdotes die natalis domini ter facrificent?

Cur die nativitatis dominicæ tria facra celebrentur?

d *Hymnum angelicum in ea.*] Hymnum angelorum, qui verbis partim Luc. 2. ab angelis Chrifto nato decantatis, partim ab ecclefia fuperadditis continetur his: *Gloria in excelfis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Laudamus te: Benedicimus te*, &c. angeli inchoarunt, ecclefia confummavit, totufque eft plenus divinis laudibus, gratiarum actione & deprecatione. Angelica funt, *Gloria in excelfis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: reliquæ quæ fequuntur a quo fuperaddita fint, non fatis liquide conftat. Ex iis quæ lib. 7. conftit. cap. 57. & 58. Clemens Romanus fcribit, fi illis debita fides adhibeatur, ab apoftolis fere totum compofitum effe colligitur, totus enim fere hymnus ibidẽ a Clemente recitatur. A Telefphoro autem totum hymnũ fuiffe completum una cum pontificali auctore in vita Telefphori, ejufque epiftola decretali, afferit etiam Innocentius III. lib. 2. de miffæ cap. 20. A Symmacho papa compofitum effe fentit Berno de officio miffæ cap. 25. Ab Hilario autem Pictavienfi hæc verba angelicis verbis fuperaddita effe afferunt, Alcuinus lib. de divinis officiis cap. de celebratione miffæ: Hugo Victorinus lib. 2. de facramentis. Vtcumque vero fit, conftat eum morem & antiquiffimum & fanctiffimum effe. Diffidium auctorum fic conciliari poffe exiftimo, ut hymnum angelicum apoftoli ad gloriam totius S. Trinitatis prædicandam augere cœperint quidem, Telefphorus autem eum ficut nunc extat compleverit, & demum Symmachus papa, ut is in die dominico & natalitiis martyrum decantaretur, præceperit. Ita fere Innocentius prædicto loco hanc auctorum difcrepantiam conciliat. Vide Suarez tom. 3. de facrament. difp. 83. fect. 1. Cur hymnus angelicus nunquam in miffis defunctorum, in diebus luctus, jejuniorum, ac ferialium ordinarie decantetur, D. Thom. 4. fentent. dift. 23 hanc rationem reddit: quod cum in hymno hoc commemoretur cæleftis gloria, in folennioribus non communibus feriis, ad oftendendam differentiam cultus divini, cantetur, & dum propriam amicorum miferiam lugemus, merito intermittatur.

Hymnus angelicus quis?

An hymnus angelicus a Telefphoro fit compofitus?

Concilianтur auctores.

Cur hymnus angeli-cus quil... dam du... taxat fo... nitatibu... cantetu...

e *Reliquis enim temporibus, miffarum celebrationes ante horam diei tertiam minime funt celebrandæ.*] Totum hoc decretum extat cap. nocte fancta, de confecrat. dift. 1. Hæc autem verba decreti vel exponenda funt fic, ut de miffis diei folennibus, five conventualibus tantum intelligantur: vel fi generatim intelligi velis, dicendum eft, hoc decretum nunc, ut ex iis quæ fupra hac epiftola ad verbum, *Nocte*, annotavimus, aperte conftat, per contrariam confuetudinem revocatum effe. Olim fortaffe miffæ tardius inchoabantur, quia minor erat facerdotum numerus, major fidelium devotio, ut etiamfi tardius inchoarentur, ipfi tamen poftpofitis privatis laboribus ad miffam audiendam convenirent. Nunc autem & facerdotum numerus major eft, & aliæ circumftantiæ magna ex parte funt immutatæ, ideoque mirum non fit, tempus dicendi miffam anticipatum fuiffe. Vide Suarez tom. 3. difp. 80. fect. 4.

An fub ... tora mi... inchoar... liceat?

f *Ab epifcopis autem idem angelicus hymnus.*] Hoc loco non tantum epifcopis, fed etiam facerdotibus præcipitur ut folenne facrum celebraturi, etiam extra diem natalis dominici, hymnum angelicum in facrificio recitent: Solus autem epifcopus hic nominatur, quia ad illum maxime fpectat miffas celebrare. Vide Suarez tom: 3. difput. 83. fect. 1.

An fac... dotibu... facrific... miffæ h... nũ an... cũ reci... permif... fit?

g *Ipfi enim qui proprio ore corpus domini.*] Nihil hic concludit ut calumniantur Magdeburgenfes, fed rationem reddit cur facerdotes & epifcopi non fint temere a laicis accufandi: fcilicet, quia tantæ dignitatis fint, ut corpus domini proprio ore confecrent & confirment.

"** SYNODVS ROMANA", TELESPHORI, ex fynodico.

"Errat... auctor...

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ, δυοκαίδεκα ἐπισκόπων, ὑπὸ "Τελεσφόρου ἱερομάρτυρος, τοῦ ταύτης πάπα, συναθροισθεῖσα κατὰ Θεοδότου σκυτέως τοῦ Βυζαντίου, τοῦ αὐτῶν μαθητοῦ· ὃς εἰς ἄκρον σοφίας ἐληλακὼς, καὶ ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθύσας, καὶ ἐξαρνησάμενος τὸν Χριστὸν, ἐχάπως ὑπὸ τῶν πιστῶν ὀνειδιζόμενος, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὁ ἀνόσιος, Ἐγὼ Θεὸν οὐκ ἀρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ψιλόν.

"Βικτ...

SYNODVS fancta & divina provincialis, Romæ, duodecim epifcoporum, "a Telefphoro fancto martyre, ejufdemque urbis papa, collecta contra Theodotum coriarium Byzantium, difcipulum illorum: qui cum fapientia plurimum præftaret, fed in perfecutione facrificaffet, Chriftumque negaffet: atque id a fidelibus ipfi exprobraretur, neque ipfe hoc probrum ferret, dicere aufus fuit impius ille: Ego Deum non negavi, fed nudum hominem.

"Corr... dum o... no eft ... ctore.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA HYGINII PAPÆ.

ANNO CHRISTI 154."1...

Ex libro pontificali Damafi papæ.

a "HYGINIVS" natione Græcus, ex philofopho, de Athenis, "cujus genealogiam non inveni, b fedit annos quatuor, menfes tres, dies quatuor, c Fuit autem temporibus Veri & Marci, " a confulatu Magni & Camerini, ufque ad Orphitum & Prifcum. d Hic clerum compofuit & diftribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per menfem

"Ygir... "abfu... C. H. ... "Seve...

mensem Decembrem, presbyteros quindecim, A diaconos quinque, episcopos per diversa loca sex. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Ianuarii. Et cessavit episcopatus dies tres.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Hyginius.*] Hyginius, cum 5. Ianuarii Telesphorus martyrium subiisset, ac pontificia sedes septem diebus vacasset, in locum defuncti Telesphori suffectus est 13. Ianuarii anno Christi nati " 154. qui est Antonini imperatoris 15. Quod S. Irenæus libro 1. cap. 28. & libro 3. cap. 4. cum Tertulliano libro 3. carm. Epiphanio hæresi 27. Cypriano epist. 74. edit. Pamel. Hyginium a Petro nonum, a Lino octavum Romanæ ecclesiæ pontificem enumerant, inde accidit, quod, ut supra dictum est, ille ex Cleto & Anacleto unum eumdemque pontificem conflaverit; alii vero alterutrum horum duorum omiserint. B Hujus pontificis anno secundo Valentinus & Cerdo nefandissimi hæresiarchæ Romam veniunt, palinodiam simulate recantant, & in eumdem errorem recidunt, ut constat ex Tertull. de præscript. cap. 30. & 3. carm. in fine. Item ex S. Irenæo libro 3. cap. 4. Permanserunt Romæ usque ad tempus Eleutherii, ut ex Tertulliano prædicto loco patet. Baronius anno domini 155. num. 1. & 2. item anno 158. num. 1.

[b] *Sedit annos 4. menses 3. &c.*] Annis quatuor, minus duobus diebus sedisse ex tempore ingressus & obitus ejus colligitur: ingressus enim pontificatum 13. Ianuarii anno Christi " 154. martyrium autem subiit 11. Ianuarii anno Christi " 158. Antonini 19. latini atque græci pene omnes, sicut etiam indices Vaticani, de numero annorum consentiunt. Onuphrius errorem chronologiæ consulum hic positorum sero nimis adverteris, in consignandis pontificum annis, a prædicta chronologia, quam in superiorum pontificum vitis describendis hactenus male secutus est, nunc tandem resipiscit, & cum communi sententia bene sentire incipit. C

[c] *Fuit autem a consulatu Magni & Camerini, &c.*] Si hos consules sequamur, Hyginium 11 annis sedisse, dicere opus esset. Quod Onuphrius, ut supra dixi, sero intelligens, aliter & melius deinceps sentit.

[d] *Hic clerum composuit & gradus distribuit.*] Præter hæc reliqua quæ ab Hyginio gesta sunt, sicut & aliorum quorumdam Romanorum pontificum res gestæ, obscura remanserunt. Quod hierarchicus catholicæ ecclesiæ ordo, quo presbyteri episcopis, diaconi presbyteris, populus presbyteris & diaconis subditus est, ab Hyginio compositus esse hic dicitur, non aliter intelligi potest, quam quod Hyginius hierarchiæ ecclesiasticæ jam tempore apostolorum a Christo domino constitutæ, & a sanctis patribus ipso antiquioribus comprobatæ, quædam dumtaxat injuria temporum & scriptorum deperdita addiderit, vel eadem quæ divino jure instituta, & a patribus comprobata sunt, hac constitutione sua illustraverit. Divina enim fide credendum D est, sicut alia sacramenta, ita etiam ecclesiasticam hierarchiam, quæ ex episcopis, presbyteris, & ministris constat; quia scilicet episcopi presbyteris, presbyteri diaconis, & sic deinceps alii aliis, ordinis & jurisdictionis potestate majores & superiores sunt, non ab homine, neque (quod ab Hieronymo in epist. ad Titum cap. 1. dictum esse male sentiunt aliqui) ex schismate suborta consuetudine, sed divino jure a Christo domino ac redemptore nostro institutam esse. Sic enim loquitur concilium Tridentinum sess. 23. cap. 4. *Proinde sacrosancta synodus declarat præter ceteros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchium ordinem præcipue pertinere, & positos, sicut apostolus ait, a Spiritu sancto regere ecclesiam Dei, eosque presbyteris superiores esse,* &c. & Canon. 6. *Si quis dixerit in ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris & ministris, anathema sit.* Et canon. 7. *Si quis dixerit episcopos* E *non esse presbyteris superiores,* &c. *anathema sit.* Hæc eadem Ignatii, Clementis, Dionysii Areopagitæ, qui diu ante Hyginium papam martyrium subierunt, velut antiquissimis testimoniis, quæ a Baronio & Bellarmino locis infra designandis allegantur, firmissime confirmantur. Itaque quod hunc ordinem & gradum ecclesiasticum Hyginius composuisse dicitur, secundum eam quam supra dixi explicationem est intelligendum. Vide Baron. anno Christi 58. num. 3. 4. 5. & seqq. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 14. ubi simul, quid S. Hieron. hac de re senserit, explicatur.

[a] EPISTOLA I. HYGINII PAPÆ AD OMNES CHRISTI FIDELES.

[a] suspecta quoq; cum sequenti dicitur VV. eruditis.

*** De fide & ut metropolitanus absque ceterorum episcoporum instantia non audiat causas.

I. *De missione Filii a Patre.*
II. *De causis episcoporum.*
III. *De criminationibus majorum.*
IV. *De peregrinis judiciis.*

Hyginius in Christi nomine almæ urbis Romæ episcopus, cunctis in apostolica fide & doctrina degentibus, salutem.

CARISSIMI, *Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut justitia legis impleretur.* " Filius non secundum deitatem solam a Patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita majestatis suæ potentia) idem se Filius miserit, apostolus contestatur, & dicit: *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, & humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Et Isaias: *Non legatus, neque angelus, sed Deus ipse veniet, & salvabit nos.* Item alibi: *Palam apparui non quærentibus me.* Et Ieremias: *Dereliqui* C *domum meam, dimisi hereditatem meam: Veni, & factus sum illis in opprobrium.* Et in Michæa: *Ecce dominus veniet, & commovebuntur sub eo montes.* Et in Zacharia: *Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tui, dicit dominus.* Et apostolus ad Timotheum: *Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere.* Et Malachias: *Ecce subito veniet in templo suo dominus, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis.* In Evangelio: *Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam.* Item alibi: *Quid nobis & quid tibi Iesu fili Dei? Venisti ante tempus perdere nos? Venit filius hominis sal-* D *vare & quærere quod perierat.* Item alibi: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Item alibi: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, Filius hominis qui est in cælo.* Numquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se Filius Dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere, ab alio, & non a semetipso, venisse? dum manifestum est, quod qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie, & non ab alio missus, venerit. Nam qui in Patre manens, ubique potentia sua consistit, ubi quo a Patre mitteretur, omnimodo non habuit, quoniam nulla pars cælorum ac terræ a conspectu Patris excipitur, ubi secundum vos a Patre Filius mitteretur? E Et Paulus: *Renovamini,* inquit, *spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.* Et ad Hebræos: *In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus est, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.* Unde, fratres sancti, vocationis semper cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ, Iesum, fidelem existentem ei qui vocavit eum. Et ad Colossenses: *Nunc autem deponite & vos universa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque verba ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,* &

Rom. 8. — " Ithacius contra Varimadum cap. 3. unde fraus patefit Mercatoris. — Philipp. 2. — Isai. 33. & 35. — Isa. 65. — Ierem. 12. — Mich. 1. — Zach. 2. — 1. Tim. 1. — Malach. 3. — Luc. 5. — Matth. 8. — Luc. 19. — Ioan. 10. — Ioan. 3. — Ephes. 4. — Hebr. 2. — Coloss. 3.

& induite novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit eum. Numquid is qui universam creaturam, visibilia & invisibilia propriæ potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea aut postmodum (quod dicere nefas est) creavit, vel facere potuit? Et dominus in Evangelio ait: *Ego & Pater unum sumus.* Et iterum: *Qui me videt, videt & Patrem.* Et iterum: *Qui odit me, & Patrem meum odit.* Et iterum: *Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum: *Vt sint in nobis unum, sicut & nos unum sumus. tu in me, & ego in eis.* Et iterum: *Omnia mea, tua sunt.* Et iterum: *Ego in Patre, & Pater in me.* Et iterum: *Pater in me manens, facit opera hæc.* Et Ioannes evangelista ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et iterum ipse ad Parthos: " *Tres sunt,* inquit, *qui testimonium perhibent in terra: aqua, sanguis & caro: & tres in nobis sunt, qui testimonium perhibent in cælo, Pater, Verbum & Spiritus: & hi tres unum sunt.* Nos itaque in natura divinitatis, quia unum sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec Patrem aliquo tempore credimus præcessisse, ut major sit Filio: nec Filium postea natum esse, ut divinitate Patris minoretur.

Ioan. 10. Ioan. 14. Ioan. 15. Ioan. 5. Ioan. 17. Ibidem. Ioan. 14. Ibidem. Ioan 1. 1. Ioan. 5.
Hanc epistolam scriptam Parthis a B. Ioanne, docetur in hoc loco.
" in MS. Iust. deest Parthorum mentio & substituitur, nec non, apostolus.

II.

9 quæst. 3. Salvo in omnibus. Hadr. coll. 14.

Ceterum, fratres, salvo in omnibus Romanæ ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus, absque cererorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt, aliter actæ quam in conspectu eorum omnium ventilatæ: & ipse si fecerit, coerceatur a fratribus.

III.

2. quæst. 7. Criminat. Et in decr. Lucii & Iulii.
" Anianus const. 15. tit. 1. lib. IX.

Criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, " si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint omni se suspicione carere & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conversationem ducere.

IV.

3. quæst. 6. Peregrina judicia. Et in decr. Fel. I. & Iulii, & Sixti III.
* comprovinciales
" Hadr. coll. 17.
" Nonnulla ex Ennodii præceptione de cellulariis episcoporum descripta. Vide pag. 450. edit. Sirm.
Luc. 6. Matth. 7. Rom. 2.
" Idē Ennodius apol. pro Symmacho extremis verbis pag. 355. ubi non, legitur.
Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11.
" S. Leo ep. 87.
" falsa consulum nota.

Nec non & peregrina negotia & judicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis judicentur, qui * provinciales & a se electos debent habere judices. " Nos quidem, ex omni parte carpendo, occasiones abscindimus. Nos, supernæ memores disciplinæ, quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus, & a ruinæ præcipitio, quos possumus, relevamus, & defensionis adminiculum totis viribus præbere cupimus. " Certe si vel mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui aliis existit causa periculi. Qui vero innocentem, vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse in se jugulum mortis impingit, ut ait divinus & beatus præco. *Noli detrahere, ne eradiceris: noli accusare, ne accuseris: noli judicare, ne judiceris: quia in quo judicio judicaveris, judicabitur de te.* Nemo " creditur nos odisse, quorum relatione non læditur. Dicit enim dominus: *Omne regnum in se divisum, non stabit:* omnis scientia aut regula aduersum se divisa, non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis " hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data 17. Kalendas Octobris, " Magno & Camerino consulibus.

EPISTOLA II.
HYGINII PAPÆ
AD ATHENIENSES.

Adhortatur eos ne vitam cum infidelibus ducant.

Hyginius papa Atheniensibus salutem.

MVLTA *mihi fiducia est apud vos, fratres, & multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra.* Tribulor enim quando de vobis audio, quod non oportet: consolor vero, quoties ea inter vos fieri cognovero, quæ bonos Christianos decet implere. *Nolite, fratres, jugum ducere cum infidelibus.* Vnde doctor gentium loquitur, dicens: *Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* " Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit, in judicium cruciandos reservari, & originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens, & civitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversione damnavit, exemplum eorum, qui impie acturi sunt, ponens: quid, putatis, iniquis & impiis perseverantibus in nequitia eorum erit? Iustum vero Lot oppressum, a nefandorum injuria & * conversatione eruit: aspectu enim & auditu justus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. Novit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem judicii cruciandos reservare: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt facere, blasphemantes. Vnde alieni erroris * socium a sui propositi tramite recedentem, aut apostolicæ sedis jussionibus inobedientem, suscipere non possumus: nec * impetere recte credentes, vel sanctorum patrum jussionibus obtemperantes permittimur, quia inter fideles & infideles magna debet esse discretio. Si Deus, fratres, justis " non pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? *Custodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, ut salvi sitis in die adventus domini. Vnum autem hoc non lateat vos,* ut ait apostolus, *carissimi, quia unus dies apud dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut unus dies. Non tardat dominus promissionem suam, sed patienter expectat propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore solventur. Cum hæc ergo omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Dei, per quem cæli ardentes solventur, & elementa ignis calore tabescent? Nos vero cælos novos, & terram novam, & promissa ipsius expectamus, in quibus justitia inhabitat.* " *Deus autem omnis* " *gratiæ, qui vocavit vos in æternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit & solidabit. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.* Data x. Kalendas Martii, " Magno & Camerino consulibus.

2. Cor
2. Cor
" *2. Pe*[tr.] quibu[s] interp[re]tis.
* luxu[riosa] conver[sa]tione
3. quæ[st.] Alieni Et in d[ecr.] Diony[sii] papæ, [&] decr. I[...]
* soci[um] sectant[em] vel
* impe[...]
' ita & [...]
" eos ut pro lev[ibus] culpis [...] niens.
2. Cor.
2. Petr
1. Thess
2. Petri
1. Petr
" falsa i[n] tempor[um] adnotat[ione]

EX DECRETIS HYGINII PAPÆ, secundum Gratianum. A

Soboles ex secundis nuptiis genita, consanguineis prioris viri copulari non debet.

q. 10. Si ... mulier. Si qua mulier transierit ad secundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri usque ad quartam generationem.

EX EISDEM DECRETIS.

Ecclesiarum consecratio absque missa fieri non debet.

cõsecr. ... tinct. 1. ... anes ba- ... æ. Et in ... r. Ivon. ... 2. Omnes basilicæ cum missa debent semper consecrari, & ecclesiæ destructæ. Ubi autem plures sunt, quam necesse sit, aut majoris magnitudinis, quam ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopi providentia modus inveniatur, qualiter consistere possint aut restaurari.

EX EISDEM.

Quæ ecclesia est iterum consecranda, & salibus tantum exorcizanda.

cõsecr. ... 1. Si ... tum. ... in decr. ... lib. 2. Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. Si tantum parietes mutantur, & non altare; salibus tantum exorcizetur. Si homicidio vel adulterio ecclesia violata fuerit diligentissime expurgetur, & denuo consecretur.

EX EISDEM.

In usus laicorum non licet converti ligna ecclesiæ dedicata.

cõsecr. ... 1. Li- ... eccle- Ligna ecclesiæ dedicata, non debent ad aliud opus jungi, nisi ad aliam ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus. In laicorum vero usum non debent admitti.

EX EISDEM.

Necessitate cogente, in catechismo & confirmatione idem compater esse potest.

cõsecr. ... 4. In ... chis- ... Et in ... et. Ivo. ... 91. In catechismo & in baptismo & in confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogat. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiunt.

... NO ... RISTI ... " 156.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA PII PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] PIUS natione Italus, ex patre Rufino, [b] frater Pastoris, de civitate Aquileia, [c] sedit annos novemdecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Antonini Pii, a consulatu Clari & Severi. Sub hujus episcopatu [d] frater ipsius Hermes librum scripsit, [e] in quo mandatum continetur, quod ei præcepit angelus domini, cum veniret ad eum [f] in habitu pastoris, [g] ut sanctum pascha die dominica celebraretur. [h] " Hic constituit, hæreticum venientem ex Iudæorum hæresi, suscipi & baptizari. [i] Et constitutum de ecclesia fecit. [k] Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diaconos viginti unum, episcopos per diversa loca duodecim. Qui etiam sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, quintô Idus Iulii. Et cessavit episcopatus dies 14.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Pius.*] Hyginio non Pium, sed Anicetum in pontificatu successisse asserunt, Optatus Milevitanus lib. 2 contra Parmen. Augustinus eumdem secutus epist. 165. ubi Romanorum pontificum catalogum contexuit. Quam sententiam S. Hieronymus de scriptor. ecclesiast. in Hegesippo eo ipso confirmare videtur, quod post Petrum decimo loco Anicetum numeret, qui, si Pius prior sedem pontificiam tenuisset; undecimus ponendus erat. Verior tamen & magis recepta sententia est, Pium Aniceto pontifici anteponendum esse. Id enim præter Eusebium in chronic. Epiph. hæresi 27. Nicephorum Constantinopolitanum in chron. Nicephor. Callist. libro 3. cap. 25. omnesque Latinos ac Græcos recentiores; tres alii hoc tempore viventes, Hegesippus apud Euseb. lib. 4. cap. 21. Irenæus libro 3. cap 2. & 4. Tertullianus libro 3. carm. contra Marcionem, ita aperte profitentur, ut prope stultus habeatur is qui horum testimonio non acquiescit.
B Baron. anno Christi 158. num. 3.

Non Anicetum sed Pium Hyginio successisse probatur.

[b] *Frater Pastoris.*] Pastor hujus pontificis frater germanus, paulo infra Hermas, alibi Hermes nominatur, testimonio Origenis in epist. ad Romanos cap. 16. Eusebii libro 3. cap. 3. Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis in Herme. Idem est, de quo Paulus ad Romanos, *Salutate*, inquit, *Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen.* Pastor cognominatus est, vel quia fuerit de familia Iunii Pastoris, qui anno tertio Aurelii imperatoris cum Papirio Æliano consulatum gessit, vel quia, quod probabilius est, angelus quo die pascha celebrandum sit annuntians, in habitu pastoris ei apparuit. Hæc omnia Tertullianus lib. 3. carm. contra Marcionem in fine his versibus confirmat:

Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus Pastor, quia tradita verba locutus.

Presbyterum fuisse constat ex epistola Pii ad Iustum Viennensem.

Cur Hermes frater Pii cognominatus Pastor?

Hermes fuit presbyter.

C Præter librum quem Herma Pastoris inscripsit, editum, de quo paulo infra agemus, in thermis Novati anno Christi 162. titulum condidit, de quo infra in epistola postrema ad Iustum Viennensem. Acta Praxedis virginis ab hoc eodem Herma Pastore cónscripta esse, titulus antiquissimorum exemplarium ostendit. Baron. anno Christi 159. num. 4. & 8. item ann. 162. num. 1.

Auctor est actorum Praxedis.

[c] *Sedit annos 19. menses 4. &c.*] Ex tempore ingressus & egressus ejus colligitur sedisse annos 9 menses sex minus tribus diebus. Nam obiit 11. Iulii anno Christi " 167. M. Aurelii & Lucii Veri imperii 5. Ingressus est autem sedem pontificiam 15. Ianuarii, anno Christi nati " 158. qui est Antonini 19. Ad hanc sententiam Eusebius in chronico accedit. Itaque in auctorem libri pontificalis hoc loco errorem irrepsisse probabile est. Baron. anno Christi 167 num. 1.

Quando & quamdiu Pius Pontifex sederit.
" 165.
" 156.

[d] *Frater ipsius Hermes librum scripsit.*] Liber quem Hermes scripsisse dicitur, inscriptus est Pastor, antiquis Græcis & Latinis quibusdam notissimus fuit. Eusebius lib. 5. cap. 9.
D Origenes Periarchon lib. 4. cap. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. & 6. stromat. Athanasius de incarnatione Verbi, Tertullianus lib. 3. carm. & cap. 10. de pudicitia, Hieronymus de script. ecclesiast. hujus libri meminerunt, & ex eo testimonia citarunt. Quantæ existimationis apud Græcos fuerit, post Euseb. prædicto loco Hieron. de script. ecclesiast. declarat his verbis: asserunt hunc (intellige Hermam) auctorem esse libri qui appellatur Pastor, & apud quasdam Græciæ ecclesias etiam publice legitur. Revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpaverunt testimonia, sed apud Latinos pene ignotus est. Latinis vero sic innotuit, ut eum inter apocrypha enumeraverint, ideoque legi in ecclesia, non autem ad fidem catholicam adstruendam citari possit: testantur id Tertull. prædicto loco. Athanas. in epistola ad Afros. Prosper adversus Collatorem. Gelasius can. sancta dist. 15. Hieronymus in Amos cap. 7.

Liber Pastoris quantæ auctoritatis.

Hunc librum jam non amplius extare, hoc argumento prope firmissimo convincitur, quod in eo qui nunc adhuc
E prædicto titulo Herma Pastoris inscriptus extat, nulla prorsus de celebrando paschate mentio habeatur, imo longe ante hæc tempora scriptus esse videatur, propterea quod auctor se admonitum esse scribit, hosce libros Clementi papæ dandos esse, a quo in exteras civitates mitterentur. Itaque si velimus unum eumdemque auctorem esse, ex sententia illustrissimi Cardinalis Baronii necessario dicendum est, diversos hos inter se fuisse commentarios, diversis temporibus scriptos, quorum prior usu c librior Græcis imprimis habitus sit, posterior autem jam Latinis quam Græcis obscurior, cujus nulla prorsus mentio ab aliquo antiquorum facta inveniatur. Baron. anno Christi 159. num. 4. 5. 6. 7.

An liber Pastoris exstet.

An qui nunc exstat uno eodemque tempore scriptus sit.

[e] *In quo mandatum continetur.*] Hoc mandatum nusquam apud librum Pastoris nunc exstantem reperitur: Hermam vero hoc mandatum accepisse Tertullianus huic fere tempore æqualis lib. 3 carm. in Marcionem testatur, qui, quod angelica verba & mandata locutus fuerit, cum angelicum

Mandatum angeli de Paschate.

Paſtorem nominat. Verſum Tertulliani vide ſupra.

[f] *In habitu paſtoris.*] Hanc ob cauſam Hermetem cognominatum fuiſſe Paſtorem, ſupra diximus: a familia Iunii Paſtoris conſulis ita denominatum eſſe, non eſt valde probabile.

[g] *Vt ſanctum paſcha die dominico celebraretur.*] Hoc decretum exſtat epiſtola decretali ſequente prima. Vide quæ in notis ad illam epiſtolam dicemus, verbo *Paſcha domini.*

Cerinthi dogma.

[h] *Hic conſtituit hæreticum venientem ex Iudæorum hæreſi ſuſcipi & baptizari.*] Per Iudæorum hæreſim hoc loco intelligit Cerinthi ſectam, ſic dictam, quod præ ceteris Hebraicis ritibus obſervandis ſtudebat. Nam Cerinthus, ut conſtat ex Epiphanio hæreſi 28. adeo præter legem evangelii ceremonialem legem Moyſis obſervandam eſſe propugnavit, ut hujus rei gratia adverſus Paulum & Barnabam, doctrinam ſuam defenſurus, ſe Hieroſolymam ad tertium Apoſtolorum concilium, ibidem hanc ob cauſam habitum, contulerit. Vide quæ diximus in notis ad tertiam apoſtolorum ſynodum, verbo *Synodus*, & verbis, *Quidam deſcenderunt de Iudæa.* Sectarios hujus ſectæ, ſi ad eccleſiam redeant, non rebaptizari, (noverat enim traditionem & legem apoſtolicam eſſe, ne baptiſmus ab hæreticis miniſtris legitime juxta formam & intentionem eccleſiæ collatus iteretur) ſed tantum baptizari pontifex decernit. Cum enim

Sectatores Cerinthi baptizandi ſunt ſi convertantur.

Cerinthus legem circumciſionis propugnaret, Chriſti divinitatem, atque adeo ſacroſanctam Trinitatem negaret, ut conſtat ex Irenæo, perſuaſu facile eſt, prædictum hæreſiarchum, aliam & longe diverſam baptizandi formam uſurpaſſe: Pium pontificem autem, hujuſmodi ad eccleſiam venientes, quippe qui nunquam vere & legitime baptizati fuerint, baptizari, recte & convenienter decreviſſe. Vide quæ notavimus ad can. apoſt. 46. & 47.

[i] *Et conſtitutum de eccleſia fecit.*] Nempe decretum illud, quod in epiſtola ejus ſecunda expreſſum habetur, ne prædia divinis uſibus tradita, humanis inſerviant. Vide notas epiſtolæ ſecundæ Pii.

[k] *Hic fecit ordinationes*, &c.] In diaconorum numerum mendum irrepſiſſe, Baronius hic anno Chriſti 167. num. 3. exiſtimat.

[n] non majoris fidei apud eruditos.

[n] EPISTOLA I.
PII PAPÆ I.
AD VNIVERSOS CHRISTI FIDELES.

[n] ** Vt die dominico Paſcha celebretur: quod prædium eccleſiæ ſubtrahens ut ſacrilegus judicetur, & ſi quis ex miniſtris epiſcopo inobediens fuerit, aut contumeliam aut inſidias aut calumniam paraverit, curiæ tradatur.

I. *Vt die dominico paſcha celebretur.*

II. *A quibus non oporteat epiſcopos accuſari, & de his qui tranſgrediuntur juſſa apoſtolicæ ſedis.*

Omnibus eccleſiis, in eadem qua ſumus fide & doctrina manentibus, Pius apoſtolicæ ſedis archiepiſcopus.

2. Theſſ. 1.

GRATIAS agimus, fratres, Deo, quoniam creſcit *fides veſtra, & abundat caritas uniuſcujuſque omnium veſtrum in invicem, ita ut noſipſi in vobis gloriemur in eccleſiis Dei.* Videte, fratres, videte, ut [a] *nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione angelorum,* [b] *quæ non vidit, ambulans fruſtra, inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus & conjunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei: Sed induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes invicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam. Et ſicut Chriſtus donavit vobis, ita & vos.*

Coloſſ. 2.

Coloſſ. 3.

I.

De cõſecr. diſt. 3. Noſſe vos volumus.

[a] Vide noſtram diſſ.

Ceterum noſſe vos volumus, quod [c] paſcha domini die dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum. [d] Iſtis ergo temporibus " Hermes doctor fidei & ſcripturarum effulſit inter nos. Et licet nos idem paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ angelus domini in habitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, ut paſcha die dominico ab omnibus celebraretur. " Vnde & vos apoſtolica auctoritate inſtruimus, omnes eadem ſervare debere, quia & nos eadem ſervamus, nec debetis a capite quoquo modo diſſidere. [e] Cavete diligenter omnes *ne quis vos decipiat per* aliquam aſtrologiam vel *philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum* & traditionem rectam: *In Chriſto enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut ſitis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis,* qui & hanc ſanctam ſedem apoſtolicam omnium eccleſiarum caput eſſe præcepit, ipſo dicente principi apoſtolorum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam: & tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælo: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælo.* Sine dubio qui contra mandata Dei agit, peccat, & qui conſenſum præſtat erranti. Quid enim prodeſt illi, ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat " erranti?

de ſcri[...] eccleſ. I.

" Euſeb[...] Chron. an. 14[...]

Coloſſ.

Matth[...]

32. diſt[...] Quid [...] prodeſt[...]

" Horn[...] 25.

II.

Oves enim paſtorem ſuum non reprehendant, plebs vero epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat, quoniam *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſervus ſupra dominum.* Epiſcopi autem a Deo ſunt judicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam a ſubditis aut pravæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi, ipſo domino exemplum dante, quando per ſeipſum, & non per alium, vendentes ſacerdotes & ementes ejecit de templo, & menſas nummulariorum proprio evertit " flagello, & ejecit de templo. Et ſicut alibi per prophetam loquitur, dicens: *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit.* Si quis vero a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverit, & juſſum apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. " Fides autem & converſatio primum ſcrutanda eſt, & denuo, qui irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipiendi, & non prius: quia *bonus homo*, teſtante veritatis voce, *ex bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Ideo perſona & opinio ac vita uniuſcujuſque in initio rimanda eſt, quia boni ſemper infeſtantur a malis. Boni enim cum malis, licet mixti ſint in eccleſia, vix concordare inveniuntur, quoniam diſſimilis eſt eorum cogitatio, voluntas, & actus. " Nihil enim prodeſt homini jejunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Vnde ait propheta: *Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum.* Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult: quanto minus in " ſuſpicionem debet venire fidelis homo, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult? Quia omnis ſuſpicio potius repellenda eſt, quam approbanda vel recipienda. *Caritas enim non quærit quæ ſua ſunt,* ſed quæ aliorum: quia unius cauſa, multorum non eſt præferenda. *Sectamini caritatem, æmulamini ſpiritualia. Caritas enim patiens eſt, benigna eſt. Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur,*

6. q. 1. [...] paſtor[...] Et in [...] Ivon. [...]

Matth[...]

Luc. 6[...]

Ioan. 2[...]

" Iſid. [...] ſent. 3[...]

Pſalm[...]

3. quæ[...] Si qui[...] ro a.

" Had[...] 4. 5 15.

Matth[...]

Luc. 6[...]

" Cæſ[...] hom.[...]

De pœ[...] diſtin[...] Nihil [...] deſt.

Et de[...] ſecr. [...] Nihil [...] prode[...]

Pſal. [...]

" Sixt[...] ſent. 169.

6. q. [...] paſto[...]

1. Co[...]

1. Co[...]

1. Co[...]

inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur; non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit. Semper rogo vos, ut deteriora rejiciatis, & meliora perficiatis: quia nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, & ea sectamini indifferenter. Data septimo Idus Aprilis, " Claro & Severo viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Nemo vos seducat in religione angelorum.*] Verba sunt apostoli Pauli ad Coloss. capite 2. scripta, non, quod sensit Hieronymus epistola 151. quæst. 10. adversus Iudæos B cælicolas, stellas cæli, angelos esse credentes, neque etiam adversus Simoniacos, ut sentit Bellarminus; sed potius contra Cerinthi perniciosissimum dogma hoc, quo adeo humiliter de Christo sentiebat, ut omnem ab eo divinitatem auferret, nudum hominem fuisse doceret, angelos omnes qui mundi opifices fuerant super eum extolleret. Ita Cerinthum sensisse non tantum ex Irenæo & Epiphanio, sed etiam Tertulliano de præscript. cap. 28. constat. Cum igitur Cerinthus Christum deprimeret, & angelos exaltaret, merito Paulus epistola ad Colossenses, & Pius pontifex omnes alias ecclesias hac epistola admonent dicentes: *Nemo vos seducat in humilitate* (Christi scilicet, cum ob scandalum crucis illum nimis humilians, hominem tantum fuisse prædicaret) *& religione angelorum.* Naturæ enim ac mundi corporei opifices eos fuisse jactantes, religiose nimis deprædicabant. Theodoreti expositio hujus loci & censura canonis 35. concilii Laodiceni, præterquam quod periculosa sit, vera non est. Cerinthus enim angelos mundi opifices non modo non docebat esse colendos & adorandos, sed potius, tamquam malorum auctores, odio habendos esse. Vide Baronium anno domini 60. num. 15. & sequentibus usque ad 20. Item notas nostras in canon. 35. concil. Laod. Cur Pius pontifex omnes ecclesias hoc loco sicut Paulus Colossenses admonuerit, causa est, quod Cerinthus ejusque sectarii hoc tempore eadem perverse docentes, multos a fide averterint; ut patet ex epistola Pii pontificis ad Iustum Viennensem scripta, quam nunc primum hic tertio loco & ordine subjicimus.

[b] *Quæ non vidit.*] Videntur Paulus & Pius alludere ad id, quod de eodem Cerintho Theodoretus lib. 2. cap. 4. hæretic. fab. scripsit, dicens: *Confinxit autem etiam quasdam revelationes, tamquam ipse eas esset contemplatus.* Ad captandam enim audientium fidem, illis utebatur, multa se divinitus vidisse mentiens, quæ, ut inquiunt Paulus & Pius, non vidit. Baronius anno Christi 60. num. 18.

[c] *Pascha domini die dominica annuis solennitatibus sit celebrandum.*] Ex verbis sequentibus: *Et licet nos idem pascha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt*, &c. satis aperte constat, constitutionis illius (qua præcipitur, ut Christiani die dominico tantum, post vernale æquinoctium occurrente, pascha celebrent; ne scilicet Christianorum & Iudæorum paschalia festa unquam simul incidere possint) auctorem primum hunc pontificem Pium non fuisse, sed potius ab apostolis, quod prolixe satis supra ad canonem apostolorum 8. notavimus, institutum esse: Pium vero pontificem hanc traditionem apostolicam Iudaizantium ecclesiarum consuetudine violatam, edito scripto, & renovato dumtaxat decreto firmasse & stabilivisse. Vide Baron. anno Christi 159. num. 1. & seqq. Item ea quæ diximus supra ad canon. apostolorum 8.

[d] *Istis ergo temporibus Hermes doctor fidei.*] Quis & qualis fuerit Hermes, patet ex iis quæ diximus supra, in notis ad vitam Pii.

[e] *Cavete diligenter, ne quis vos decipiat per aliquam astrologiam aut vanam philosophiam.*] Aquilam Ponticum credo, qui sub Hadriano imperatore vixit ex judiciario astrologo Christianus, ex Christiano vicissim astrologus & apostata Iudæus, ac demum sacræ ecclesiæ hostis & inimicus est factus, notandum atque fugiendum admonet: de quo Epiphanius libro de mens. & pond. hæc ait: *Aquila igitur mente compunctus*, (intellige ob miracula quæ per Christianos fieri videbat) *Christianismo credidit, & cum petiisset progressu temporis signaculum in Christo, idipsum assecutus est. Cum autem a pristino suo habitu non discederet, a credendo videlicet vana astrologia; quam exacte edoctus erat; sed quotidie positionem nativitatis suæ spectaret, redargutusque a doctoribus & increpatus ea gratia, se non corrigeret, sed potius contentiose opponeret, & non consistentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ipso; expulsus est rursus ab ecclesia, veluti inutilis ad salutem. Ex quo facto amarulen-*
A *tiam, veluti ignominia affectus, mente concepit, & ad æmulationem elatus est; & abnegato Christianismo, ipsiusque vitæ, proselytus fit, & circumciditur Iudæus: atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendum Hebræorum linguam, & ipsorum elementa. Ubi vero hanc summe didicisset, interpretatus est, non recta ratione usus, sed quo aliqua ex receptis libris perverteret, irruens in septuaginta duorum interpretationem, ut testimonia de Christo in scripturis probata aliter ederet.* Hæc Epiphanius de Aquila prædicto loco. Baron. anno 137. num. 8. & 9. (Aquila Ponticus 72. editionem dolose interpretatur.)

EPISTOLA " II.
PII PAPÆ I.
ITALICIS DIRECTA.

("Eadem pariter suspecta.)

B Quæ divinis sunt assignata usibus, ad humanos usus sine sacrilegio non posse transferri.

Pius Romanæ urbis archiepiscopus, Italicis fratribus salutem in domino.

SCITIS, fratres, quia *Dei agricultura sumus*: ideo ejus adjutores esse debemus secundum gratiam, quam ipse dedit nobis. Si autem hoc esse neglexerimus, nulli dubium est, quod damnabimur. Si vero in ejus servitio pro viribus laboraverimus, verique ejus adjutores fuerimus, ejusque voluntatem implere studuerimus, profecto ab illo ditabimur, quia *uniuscujusque opus, quale sit*, ut ait apostolus, *dies domini declarabit, & ignis probabit.* (1. Cor. 3. — 1. Cor. 3.)

C Ad sedem autem apostolicam perlatum est, quod sint inter vos contentiones & æmulationes: & prædia divinis usibus tradita, quidam humanis " applicant usibus, & domino Deo (cui tradita sunt) ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus illius " usurpationis contumelia depellenda est, [a] ne prædia usibus secretorum cælestium dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus judicetur. Ipsos autem qui hoc agunt, clericos & domini sacerdotes persequi, eosque infamare audivimus, ut malum super malum addant, & deteriores fiant; non intelligentes quod ecclesia domini in sacerdotibus consistit, & crescit in templum Dei. (12. quæst. 2. Prædia divinis. Attendant schismatici hodierni. " Hincmar. de statu ecclesiæ. " Cod. Theod. lib. XVI. tit. 2. const. 40.)

D Et sicut qui ecclesiam Dei vastat, & ejus prædia & donaria expoliat & invadit, fit sacrilegus: sic & ille qui ejus sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit, & sacrilegus judicatur. *Æmulamini, fratres, charismata meliora, & nolite talia agere, nec eis commisceri aut consentire, qui talia agunt: quoniam non solum, qui talia agunt, sunt hujus criminis rei, sed qui facientibus consentiunt.* " Non ergo gravius peccatum est fornicatio, quam sacrilegium: sed sicut maius est peccatum quod in Deum committitur, quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari. De talibus enim ait apostolus: *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio ve-* (17. quæst. 4. Sicut qui ecclesiam. — 1. Cor. 12. — Rom. 1. — " Hincmar. ibidem. — 1. Cor. 5.)
E *strum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi, ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, in virtute domini nostri Iesu Christi, hujusmodi tradere satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate*, inquit apostolus, *vetus fermentum, ut sitis nova conspersio; sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed* (Ibidem.)

Ibidem. *in azymis ſinceritatis & veritatis. Scripſi vobis in* A *epiſtola*, ait idem ipſe apoſtolus, *ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis ſervientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri. Si quis frater nominatus eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris ſunt, judicare? Nonne de his, qui intus ſunt, vos judicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus judicabit.*

1. Cor. 6. *Auferte malum ex vobiſipſis. Audet aliquis veſtrum, habens negotium adverſus alterum, judicari apud iniquos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſancti Dei de mundo judicabunt? Et ſi in vobis judicabitur mundus,* B *indigni eſtis, qui de minimis judicetis? Neſcitis quoniam angelos judicabimus? quanto magis ſæcularia? Sæcularia igitur judicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad judicandum. Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare fratrem ſuum? ſed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque* C *adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.* De cetero (ſalva in omnibus apoſtolica auctoritate) quæcumque ſunt ad religionis" obſervantiam pertinentia, locis ſuis, & a ſuæ diœceſeos ſynodis, audiantur. Et ſi quis ſacerdotum vel reliquorum clericorum, ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei paraverit, aut contumeliam, aut calumniam, & convinci potuerit, mox curiæ tradatur. *Qui autem facit injuriam, recipiat hoc quod inique geſſit. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala.* D Evigilate juſti, & nolite peccare. Data Idibus Martii", Claro & Severo viris clariſſimis conſulibus.

" Cod. Theod. lib. XVI tit. 2. c 23. & 39. II quæſt. I. Si quis ſacerdotum.

Coloſſ. 3. 1. Cor. 15.

" falſa temporis conſignatio.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Sacrilegia prohibita. Eccleſiæ bonorum temporaliũ poſſeſſio non interdicta eſt.

a *Ne prædia uſibus ſecretorum cæleſtium dicata.*] Hoc loco ſacrilegia, quæ ſunt furta aut rapinæ rerum eccleſiæ acquiſitarum, prohibentur, & poſſeſſio bonorum temporalium eidem conceditur. Nam ſicut olim Levitis, quamquam decimis ditarentur, non erat omnino interdicta rerum poſſeſſio, quippe qui ex mandato Dei, Num. 35. in ſingulis tribubus urbes ſacerdotales habebant ad habitandum, ita etiam nec Chriſtianæ legis ſacerdotibus eorumdem bonorum poſſeſſio interdicta probatur. Eccleſias enim Chriſtianorum, poſſeſſiones olim ſub gentilibus imperatoribus poſſediſſe non tantum Pii papæ & Vrbani I. epiſtolæ ad omnes epiſcopos ſcriptæ declarant, ſed ipſa etiam imperatorum edicta, quibus eas illis ablatas reddi mandaverunt, evidenter demonſtrant. E In edicto enim Conſtantini atque Licinii hæc ſcripta leguntur. *At quoniam ipſi Chriſtiani non ſolum ea loca in qua convenire ſolent, ſed etiam alia habuiſſe cognoſcuntur, quæ non privatim ad ſingulos, ſed ad jus totius ipſorum communitatis, id eſt, Chriſtianorum ſpectabant: ſingulis qui ea poſſident, mandes velim, ut omnia per legem, quam ſupra poſuimus, abſque ulla controverſia Chriſtianis, id eſt, ſocietati ipſorum & conventui reddant.* Porro ea omnia loca, quæ ad Chriſtianos ſpectare dicit, eccleſiaſtica fuiſſe, ſequens eorumdem edictum ad Anulinum conſcriptum declarat, his verbis: *Quare volumus ut ſimul ac haſce literas a nobis acceperis, ſi quæ ex his poſſeſſionibus, quæ ad catholicam Chriſtianorum eccleſiam in quibuſque civitatibus aut aliis locis pertinent,* &c. Vide Baron. anno Chriſti 57. n. 81.

a EPISTOLA " III.
PII PAPÆ I.
DIRECTA b IVSTO EPISCOPO VIENNENSI.

ANTEQVAM Roma exiiſſes, ſoror noſtra Euprepia, ſicut bene recordaris, c titulum domus ſuæ pauperibus aſſignavit, ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, miſſas agimus. De te autem, ſuperbeate, poſtquam ad ſenatoriam urbem Viennenſem perrexiſti, quid factum ſit, noſſe cupimus, & ut ſementem evangelii jam ſparſeris, audire multum deſideramus. Preſbyteri illi qui ab apoſtolis educati uſque ad nos pervenerunt, cum quibus ſimul verbum fidei partiti ſumus, a domino vocati in cubilibus æternis clauſi tenentur. d Sanctus Timotheus & Marcus per bonum certamen tranſierunt. Vide frater ut illos imiteris ſequendo, neque vinculis mundi illigeris. Feſtina palmam perſeverabilem cum ſanctis apoſtolis tenere, quam per multas paſſiones Paulus ſuſcepit & Petrus, cui crux caritatem Chriſti tollere non potuit. Salutant te Soter & Eleutherius digni preſbyteri. Saluta fratres qui tecum vivunt in domino. e Cerinthus primarches ſatanæ multos avertit " a fide. Gratia Chriſti habitet in corde tuo.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſtola.*] Duas perbreves epiſtolas Pii ad Iuſtum Viennenſem epiſcopum ſcriptas ex Viennenſi archivo proditas, ex tomo primo bibliothecæ ſanctorum patrum Pariſienſis editionis, ubi extant, huc conſulto tranſtulimus. Haſce germanas eſſe ac legitimas, cum rerum argumentum, & admirabilis quædam cum rebus geſtis hujus temporis convenientia, tum ſimpliciſſimus ille antiquitatis candor, cuivis facile perſuadent. Priorem harum duarum Pium anno pontificatus ſui penultimo, qui eſt Chriſti 166. poſteriorem autem anno ultimo ſcripſiſſe, ipſæ epiſtolæ oſtendunt. Baron. ann. 166. num. 1. & 4.

b *Iuſto epiſcopo.*] Iuſtus Viennenſis eccleſiæ epiſcopus poſt longum exilium, ſub perſecutione Marci Aurelii martyrium ſubiit. Ita Ado ejuſdem Viennenſis eccleſiæ epiſcopus in chron. teſtatur.

c *Titulum domus ſuæ.*] Domus divino cultui dicatæ appellantur D tituli, duas ob cauſas, quas vide ſupra in notis ad vitam Anacleti, verbo, *Hic titulos.*

d *Sanctus Timotheus & Marcus.*] Hunc Timotheum, cujus exitum nuntiat Pius pontifex, Novati germanum, Pudentianæ atque Praxedis fratrem, Pudentis vero atque Priſcillæ filium fuiſſe, (eumdemque eſſe, cujus in antiquis tabulis eccleſiaſticis 24. Martii natalis deſcriptus habetur, his verbis: *Romæ natalis SS. martyrum Marci & Timothei, qui ſub Antonino imperatore martyrio coronati ſunt*) Baronius ſentit anno Chriſti 166. num. 2. Quod vero ſub Aurelio paſſi, in martyrologio ſub Antonino imperatore martyrium ſubiiſſe dicantur, neminem movere debet: nam Marcus Aurelius non tantum Antoninus, ſed pluribus etiam aliis nominibus nominatus fuit, ut oſtendit Baronius ann. 163. num. 4. & 5.

e *Cerinthus primarches ſatanæ multos avertit a fide.*] Cerinthus an vivus adhuc, vel potius in ſectariis tantum hæreſim ab eo acceptam propagantibus, multos a fide averterit, E incertum eſt. Hoc certum eſt, abſurdi nihil dici, ſi Cerinthum, quem viderunt apoſtoli, quique apoſtolorum tertiæ ſynodo interfuit, hoc tempore ſuperſtitem fuiſſe dicamus. Si enim Polycarpus diſcipulus Ioannis attigit Anicetum pontificem, cujus anno tertio ſub imperatore Aurelio martyrium ſubiit, ſi Hermas diſcipulus Pauli cum hoc pontifice ſimul vixerit, impoſſibile videri non debet, ut Cerinthus ſimul hoc & apoſtolorum tempore ſuperſtes adhuc fuerit, ac virus ſuum longe lateque per orbem terrarum evomuerit. Baron. ann. 166. num. 2.

[a]EPISTOLA IV.

PII PAPÆ I.

DIRECTA EODEM IUSTO Viennensi episcopo.

[b] Attalus epistolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis inæstimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis [c] sanctum Verum collegam nostrum victorem de mundi principe triumphasse: tu vero apud senatoriam urbem Viennensem ejus loco a fratribus constitutus & colobio episcoporum vestitus, vide ut ministerium quod accepisti, in domino impleas: B cura autem sanctorum martyrum corpora sicut membra Dei, quemadmodum curaverunt apostoli Stephanum. Carceres sanctorum visita, ne aliquis tepescat in fide. Martyria sancta Spiritu sancto proba: ut perseverent in fide, eis incitator insiste. Presbyteri & diaconi non ut majorem, sed ut ministrum Christi te observent, plebs universa sanctitate tua protegatur. Fratres nostri, quos per Attalum recognosces, de tyranni sævitia jam liberati requiescunt in domino. Presbyter Pastor titulum " condidit, & digne in domino obiit. Revelatum mihi esse scias, collega beatissime, " citius me finem hujus vitæ facturum. Vnum flagitabo; in communione sta, & mei ne obliviscaris. Salutat te [d] senatus pauper C Christi apud Romam constitutus. Saluta omne collegium fratrum, qui tecum sunt in domino.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epistola.*] Hanc epistolam ultimo anno pontificatus Pii, paulo ante obitum ejus scriptam esse, ex ipsa epistola apparet.

[b] *Attalus.*] Attalus, cujus hic fit mentio, est genere Pergamenus, sed Romana civitate donatus, ac magni nominis vir. De cujus agone literæ Viennensis & Lugdunensis ecclesiæ, apud Eusebium libro 5. cap. 1. extantes, scribunt.

[c] *Sanctum Verum.*] Verus, de quo hic, fuit " primus Viennensis ecclesiæ episcopus, apostolorum discipulus, qui Trajani tempore episcopatum ejus ecclesiæ accepit, & ad hæc usque tempora illi præfuit.

[d] *Senatus pauper.*] Id est, sacrum collegium presbyterorum, ac ceterorum Romanæ ecclesiæ clericorum. D

EX DECRETIS PII PAPÆ I.

Ante vigesimumquintum annum virgines non consecrentur.

Virgines non velentur ante vigintiquinque annos ætatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis. Et non sunt consecrandæ, nisi in epiphania, & in albis paschæ, & in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis urgente.

EX EISDEM. E

De illis qui per caput Dei vel capillum jurant, vel blasphemia contra Deum utuntur.

Si quis per capillum Dei vel caput juraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur: si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas juraverit, acerrime castigetur, & juxta hoc, quod synodus judicaverit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin divina condemnatione similiter coerceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, acerrime corripiatur.

A

EX EISDEM.

De illis qui jubentibus dominis suis perjurium fecerint.

Qui compulsus a domino, sciens pejerat, utrique sunt perjuri, & dominus & miles: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum, quam animam suam, dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos: si servus est, tres quadragesimas & legitimas ferias pœniteat. 22. quæst. 5. Qui compulsus.

Anselmus lib. 11. cap. 63. hoc citat ex pœnitentiali Theodori, ut Burchardus, & Ivo sequenti capite.

EX EISDEM.

Qui pejerat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans, se pejeraverit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat. 22. quæst. 5. Qui pejerat.

EX EISDEM.

De illo qui uxorem legitimã sine judicio interfecerit.

Quicumque propriam uxorem absque lege vel sine causa & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi qui suum seniorem interfecerit. 33. quæst. 2. Quicumq; propriam.

EX EISDEM.

Pœnitentia ejus, cujus negligentia de sanguine domini aliquid stillat.

Si per negligentiam aliquid de sanguine domini stillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corradatur, & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, novem diebus pœniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur. De cõsecr. distinct. 2. Si per negligentiã. Et in decr. Ivon. lib. 1.

EX EIUSDEM DECRETIS.

Vt arreptitii sacris altaribus non ministrent.

Communiter diffinimus, ut nullus de his, qui aut in terra arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusse se ingerant sacramentis divinis, exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti, sine hujusmodi passionibus in terra probantur elisi, qui tamen & ipsi tam diu erunt ab officii sui ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio, per discretionem episcopi, inveniantur ab incursu dæmonum liberati. 33. distinct. Communiter diffinimus, ut nullus, &c.

EIUSDEM DECRETUM EX CODICE 5. librorum, libro 2. cap. 117.

De oblationibus populorum.

Vt de oblationibus quæ offeruntur a populo, & consecrationibus quæ supersunt, vel de panibus quos

quos deferunt fideles ad ecclesiam, vel certe de A suis, presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & convenienti, ut post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die dominico, & in diebus festis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat.

EIVSDEM DECRETVM EX CODICE 16. librorum, libro 3. cap. 19.

De consuetudine servanda, qua non est contra fidem.

Petistis per Hilarium chartularium nostrum à beatæ memoriæ prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, B quæ à Petri apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa servavit. Et nos quidem, juxta seriem relationis vestræ, consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.

Distinct. 11. Consuetudinē laud. Et in decr. Ivon lib. 2.

ANNO CHRISTI 167. " 165.

VITA, EPISTOLA ET DECRETA ANICETI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] ANICETVS natione Syrus, ex patre Ioanne de vico ' Humisia, [b] sedit annos undecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus ' Veri & Marci, a consulatu Gallicani & Veteris, usque ad Præsentem & Rufinum. [c] Hic constituit, ut clericus comam non nutriret, " secundum præceptum apostoli. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros septemdecim, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca novem. Qui etiam obiit martyr, & sepultus est [d] in cœmeterio Callisti, via Appia, decimoquinto Kalend. Maias. Et cessavit episcopatus dies septemdecim.

' Amisa f. Emisa. ' Severi

" absunt a C. H.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quando Anicetus pontifex factus sit. " 165.

[a] *Anicetus.*] Anno domini nostri Iesu Christi " 167. qui est Aurelii imperatoris annus 5. vigesima 5. die Iulii, post interregnum pontificium 14. dierum, Anicetus Pio in pontificatu subrogatur. Qui eum Pio anteponendum esse senserunt, Hegesippi & Irenæi testimonio efficacissime refutantur. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Pii, in principio. Hujus primo anno Gnosticorum hæresis opera Marcellinæ nefariæ feminæ invaluit: Marcion, Cerdo & Valentinus hæresiarchæ, catholici nominis appellationem affectantes, Romam veniunt, palinodia recantata recipiuntur: sed fraude eorum detecta, vicissim proscribuntur. Marcion, quem S. Polycarpus primogenitum diaboli nominaverat, Romæ, (ad agendum enim & communicandum de paschatis controversia cum Aniceto pontifice, ipse etiam Polycarpus hoc eodem anno huc opportune venerat) E quinque millibus aureorum ecclesiæ donatis, ut fraudem animi pecunia occultaret, recipi petit, & sub ea conditione regressum ad ecclesiam impetrat, ut, si quos seduxerat, contraria docendo restitueret. Anno ejusdem Aniceti 7. Cataphrygarum hæresis, Montano, Priscilla & Maximilla auctoribus exorta est, quæ non plebem tantum indoctam, sed etiam ipsum Tertullianum virum doctissimum (proh dolor) seduxit. Hanc pseudoprophetarum hæresim ab episcopis Asiæ, conciliis de ea habitis, damnatam, constat ex epistola Serapionis ad Coricum & Ponticum, multorum aliorum episcoporum subscriptionibus illustrata, quæ extat apud Eusebium libro 5. capite 18. Verba epistolæ hæc sunt: *Vt vero istud intelligatis, omnem in Christo fraternitatem, qua per universum terrarum orbem diffusa est, ab hac nova & peregrina prophetia, tam falsis præstigiis instituta, re ipsa abhorrere, literas Claudii Apollinaris beatissimi, qui Hierapoli Asia civitati episcopus præfuit, ad vos misi.* De subscriptionibus vide apud Eusebium prædicto loco. Tatianus, qui ecclesiam antehac contra hæreses propugnaverat, superbia elatus, factus est hæresiarcha, & Encratitarum, id est continentium, caput, anno hujus pontificis octavo, qui est Christi 174. Vide Baronium prædictis locis.

Marcion, Cerdo, & Valentinus Romanæ ecclesiæ cōmunionem affectant. Polycarpus cur Romam venerit? Cataphrygarum hæresis sub Aniceto exorta. Montani hæresis per concilia Asiatica cōdemnata. " 17[illegible]

[b] *Sedit annos 11. menses; &c.*] Si habeatur ratio ingressus & obitus, annos octo, menses novem sedisse dumtaxat reperietur. De ingressu ejus constat ex iis quæ supra dicta sunt. Nono autem anno pontificatus sui decessisse, colligitur ex successoris Soteris ingressu, quem indices Vaticani anno domini 175. ponunt. Cum igitur 17. Aprilis, anno Christi prædicto, martyrio clarus migraverit ad dominum, ut ecclesiasticæ tabulæ testantur, præscriptum tempus sedis Aniceti ratum ac firmum haberi debet. Baronius anno 175. num. 2.

[c] *Hic constituit ut clericus comam non nutriat.*] Hoc decretum extat sequente illius epistola: vide quæ ibi notabimus.

[d] *In cœmeterio Callisti.*] Intellige in eo arenario, quod postea Callistus cœmeterium fecit. Baronius prædicto an. num. 3.

" EPISTOLA ANICETI ' PAPÆ AD GALLIÆ EPISCOPOS.

" Suppo[...] tiam c[...] sent V[...] eruditi[...] ' Anici[...] in MS. [...]citur.

" ** De electione & ordinatione archiepiscopi & ceterorum episcoporum & ut archiepiscopus absque consilio ceterorum nihil agere præsumat de causis eorum nisi tantum de sua speciali parochia.

C I. *De ordinationibus episcoporum, & de causis eorum.*
II. *De primatibus & metropolitanis.*
III. *Si metropolitanus sine consilio egerit, vel si episcopi eum suspectum habuerint.*
IV. *De tonsura clericorum & habitu.*

Anicetus universis ecclesiis per Galliæ provincias constitutis, in domino salutem.

BONORVM operum & " spiritualium studiorum Deum auctorem esse, non dubium est, qui bonorum hominum incitat mentes & adjuvat actiones. Quod nobis evidenter apparuit, cum inter longinqua spatia regionum, unum D corda vestra senserunt consilium, & quæ desiderabatis responsa, non unius, sed plurimorum epistolæ intimarunt.

" S. Le[...] ep. 32.

I.

De ordinationibus vero episcoporum, super quibus nos consulere voluistis, olim in sancti prædecessoris nostri Anacleti ordinationibus quædam jam decreta reperimus. Scimus enim beatissimum Iacobum, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundum carnem frater domini nuncupatus est, a Petro, Iacobo & Ioanne apostolis, Hierosolymorum episcopum esse ordinatum. Si autem non minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit ordinatus episcopus: patet profecto, E eos formam, instituente domino, tradidisse, non a minus quam a tribus episcopis, episcopum ordinari debere. Sed crescente numero episcoporum, nisi necessitas intervenerit, debent etiam plures augeri, id est, si archiepiscopus diem obierit, & alter ordinandus archiepiscopus electus fuerit, omnes ejusdem provinciæ episcopi ad eandem metropoleos conveniant, ut ab omnibus ipse ordinetur. " Oportet autem ut ipse, qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui vero comprovinciales episcopi, necesse fuerit, ceteris consentientibus, a tribus, si jussu archiepiscopi, consecrari possunt episcopis. Sed

Supra i[...] Anacl. [...] stola.

66. Di[...] Archiep[...] scopus [...] omnibu[...] " S. Le[...] 89. cap[...] Conc. [...] Aurel. [...]

Sed melius est, si ipse cum omnibus, eum qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacraverint pontificem. Et licet istud, necessitate cogente, concessum sit: illud tamen, quod de archiepiscopi consecratione prædictum est atque præceptum, id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui illis præest, ab omnibus episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus secus acta ordinatio. Ipse autem archiepiscopus nihil de eorum causis, aut de aliis communibus, juxta statuta apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio: nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet, sine suo: quoniam tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in membris suis.

II.

Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas tenent civitates, quarum episcopos apostoli & successores apostolorum regulariter "patriarchas & primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit, propter multitudinem eorum, primatem constitui. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

III.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprovincialium præsentia vel consilio episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantum quæ ad propriam suam parochiam pertinent, agere, aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si vero incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem (cui omnia episcoporum judicia" terminare præcepta sunt) ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, grave ad hanc sedem ejus causam deferre fuerit, tunc ad ejus primatem causa deferatur, & penes ipsum hujus sanctæ sedis auctoritate judicetur." Similiter, si aliquis episcoporum proprium metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem diœceseos, aut apud hanc apostolicam sedem audiatur. *Qui major est vestrum*, secundum dominicam jussionem, *sit vester minister: & quanto major es in omnibus, humilia teipsum.* Carissimi, nolite inter vos contendere, nec quærat aliquis major esse: sed, juxta apostolum, *diligite vos invicem, quia caritas ex Deo est: & omnis qui diligit fratrem, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus caritas est. Pascite*, inquit princeps apostolorum, *qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.* Et juxta alium apostolum: *Fratres, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem misereminí in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.*

IV.

Prohibete, fratres, per universas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici, qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiæ, & gravitatis exemplar esse debent, ac seipsos, tamquam signum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, [a] juxta apostolum, comam non nutriant, sed [b] desuper caput [c] in modum sphæræ radant: quia sicut discreti debent esse in conversatione, ita & in tonsura & omni habitu discreti debent apparere. Hæc vobis fratres, ut petistis, custodienda mittimus, & custodire præcipimus, *ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris*, cui honor & imperium per æterna sæcula Data octavo Kalendas Iunii, " Gallicano & Rufino viris clarissimis consulibus.

Distinct. 23. Prohibete fratres.

1. Cor. 11.

Philipp. 2.

" Mendax consulum nota.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Iuxta apostolum comam non nutriant.*] Hoc decreto Anicetus pontifex confirmat id quod apostolica traditione ac constitutione in ecclesiam derivatum est, ut scilicet eorum capita in modum sphæræ tondeantur desuper, qui a communi hominum vita recedentes, excultius vitæ genus sectantur: ita Isidorus de divin. offic. Hujus ritus mentio est apud Dionysium de ecclesiastica hierarchia, par. 2. cap. 3. In ecclesia a primis sæculis usque huc prædictum ritum frequentatum esse constat non tantum ex Dionysio Areopagita supra allegato loco, ubi ait, *Monachos tonderi solitos fuisse:* sed etiam ex Epiphanio hæres. 80. Augustino lib. de operibus monachorum, cap. ultim. ubi reprehendunt quosdam monachos, qui aliorum more tonderi nollent. Ex Hieronymo in epistola quadam ad Augustinum, quæ est inter epistolas Augustini 26. ubi sic ait: *Evodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuam.* Item ex Augustino epistol. 147. ad Proculianum episcopum, quo loco hæc scribit: *Per coronam nostram, nos adjurant vestri: per coronam vestram, vos adjurant nostri* Ex concilio Carthaginensi IV. canone 44. quod prohibet clericis comam & barbam alere. Ex concilio item Toletano IV. quod cap. 40. jubet, ut omnes clerici detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant. Recte igitur hic Anicetus ait, secundum apostolos esse, comam non alere, sed caput demisse tondere. Nam quæ per universam ecclesiam toto terrarum orbe recepta, ab apostolorum temporibus usu frequentata leguntur, ea secundum regulam S. Augustini epist. 118 ad Ianuarium, ab apostolis profecta & constituta esse, recte creduntur. Vide Baron. anno 58. num. 122. & multis aliis sequentibus, Bellarm. lib. 2. de monachis, cap. 40.

Tonsura clericalis ab apostolis instituta.

[b] *Desuper caput radant*] Id est, demisse tondeant. Sic enim olim fiebat, forficibus scilicet, non autem novacula, ut colligimus ex Clemente Alexandrino lib. 3. pædagogiæ, cap. 11. qui sic dicit: *pili tondendi sunt, non novacula, sed tonsorum forficibus.* Item ex Optato Milevitano lib. 2. contra Parmenianum, ubi arguit Donatistas, quod catholicis sacerdotibus per vim capita raserint: *Docete*, inquit, *ubi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus; cum e contrario tot sint exempla proposita, fieri non debere.* Ex Hieronymo in cap. 44. Ezech. ubi dicit: sacerdotes non debere comam alere, nec tamen radi, sed ita tonderi, ut cutis tecta maneat. Denique ex Dionysio, Epiphanio, Athanasio, Palladio, Augustino, Isidoro, Beda, concilio Carthaginensi IV. & Toletano IV. idem colligitur: cum apud omnes illos tonsuræ quidem non autem rasuræ mentio fiat. Prædicta igitur verba Aniceti pontificis modo illo quo supra, explicare, quam integram epistolam, (quod facit Bellarm. de monachis cap. 40.) propterea in dubium vocare, convenientius est ac tutius. Vide Valent. tom. 4 disp. 9. quæst. 5. puncto 3. de annexis sacramento ordinis.

Clerici olim tōdebantur forficibus: non radebantur novacula.

[c] *In modum sphæræ.*] Id est, coronæ vel circuli, quia patres & concilia dum prædictis locis de tonsura clericorum aut monachorum loquuntur, eam communiter coronam nominant, propterea nimirum, quod tonsura coronæ figuram habeat. Causam & rationem hujus tonsuræ clericalis gestatæ, alii aliam assignant. Prima est Dionysii, ut illa nudatione capitis, significetur vita aperta & pura, cui ecclesiastici studere debent. Secunda est Bedæ lib. 5. historiæ Anglic. c. 22. ut spinea Christi corona, quam clerici maxime

Causæ tonsuræ clericalis plures afferuntur.

in memoria habere debent, repræsentetur. Tertia est Isidori lib. de offic cleric. Rabani lib. 2. de institut. cleric. cap. 1. ut significetur regale esse Christi sacerdotium, cujus gubernatores tali corona redimitos esse oporteat: vel etiam ut significetur, ecclesiasticum animum, qui est in homine sicut vertex in capite, debere esse nudatum a vitiis, spoliatum affectu superfluitatum, ac demum apertum & expeditum ad divinas inspirationes facile percipiendas. Valentia prædictis locis: sed & alia ab his diversa de clericorum tonsura adducitur causa a Germano episcopo Constantinopolitano, his verbis: *Duplex corona circumposita capiti sacerdotis, capillorum significatione, imaginem refert venerandi capitis apostoli Petri: qui cum missus esset ad prædicationem domini & magistri, ei tonsa est ab his qui ejus sermoni non credebant, ut illuderetur ab ipsis, eique Christus magister benedixit; & infamiam, in honorem, illusionem, in gloriam convertit, & posuit super caput ejus coronam*, &c. Vnde constat, eam, quæ principi apostolorum derisionis & ignominiæ causa illata est nota infamiæ, totius ecclesiæ honori cessisse. Vide Baron. Bellarm. Valent. &c. allegatis locis.

Exemplo Petri coronam clerici gestant.

***ROMANA SYN. ANICETI, ex synodico libello.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου Ἀνικήτου, τοῦ ταύτης πάπα, καὶ Πολυκάρπου ἱερομάρτυρος ἐπισκόπου Σμύρνης, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δέκα· κατὰ τῶν ἰουδαϊκῶς τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης ἑορταζόντων τὸ θεῖον πάσχα, καὶ ἑτέροις ἔθεσι καὶ τύποις τοῦτο ἐκτελούντων· ὁρίσασα τὸ μὲν φρικτὸν καὶ σωτήριον πάθος τοῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ μυστικῶς ἐκτελεῖν· τὴν δὲ ζωαρχικὴν ἀνάστασιν, αὐτῇ τῇ περιδόξῳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ ἐκ παντὸς τρόπου ἄγειν.

SYNODVS divina & sancta provincialis, Romæ congregata a beatissimo Aniceto, ejusdem urbis papa, & Polycarpo sancto martyre Smyrnæ episcopo, aliisque episcopis decem: contra eos, qui Iudaico more Luna decima quarta divinum celebrabant pascha, aliisque ritibus & typis id ipsum perficiebant. Hæc igitur synodus definivit tremendam & salutarem domini nostri Iesu Christi & Dei passionem in sancta parasceve mystice celebrandam, resurrectionem autem vitæ auctricem, ipsa celebri & magna dominica omni modo esse peragendam.

ANNO CHRISTI 175. [a] 173.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA SOTERIS PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] SOTER natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, [b] sedit annos 9. menses * 7. dies 21. Fuit autem temporibus Veri & Marci, a consulatu Rustici & Aquilini, usque ad Cethegum & Clarum. [c] Hic constituit, ut ' nulla monacha pallam sacratam contingeret, nec incensum poneret in sancta ecclesia. Hic fecit ordinationes * 3. per mensem Decembrem, presbyteros * 18. diaconos 9. episcopos per diversa loca 11. Qui sepultus est ' in cœmeterio Callisti via Appia, 10. Kalendas Maias. Et cessavit episcopatus dies 11.

*6.

' C.H. nullus monachus.

* 5. vel 6.

* 21.

' juxta corpus B. Petri C.H.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quando Soter pontifex factus. [a] 173.

[a] *Soter.*] Anno domini [a] 175. qui est Aurelii imperatoris 13. die 14. Maii post interregnum 17. dierum, Soter afflictarum ecclesiarum solatium, pauperum & egentium, teste Dionysio Alexandrino, magnus remunerator, cathedram Petri administrandam & gubernandam suscepit: quam cum annis, ut infra dicemus, fere quatuor tenuisset, non tam ex voluntate & decreto Aurelii imperatoris, quam ex temerario populi impetu, de criminibus quibusdam, quæ Gnosticorum tantum propria erant, ipse cum pluribus aliis, ut constat ex literis martyrum Lugdunensium, quæ extant apud Eusebium lib. 5. cap. 1. accusatus, martyrium subiit. Imperator publico edicto ad senatum scripto, ullum Christianum, ob hoc tantum quod Christianus esset, accusari prohibuit, propterea quod in Marcomannico bello totus exercitus, solis ac sitis ardore gravissime afflictus, & ab hostibus interclusus, solius Christianæ legionis, quæ postea Fulminatrix appellata est, precibus, ad suam & totius exercitus Romani sitim extinguendam, & æstum solis temperandum, cælitus imbrem; ad fugandos hostes, fulmina de cælo ac tonitrua impetrasset: populus gentilis, ne Christianos, eo quod tales essent, persequendo, edictum imperatoris transgrederetur, in Christianos mendacia confingit, eos de incestis nuptiis, de infanticidiis, & aliis, quæ Gnosticorum propria erant, accusat, & sub prætextu hoc mendace occidi imperat, ut ex literis prædictis constat. Baron. prædicto anno & sequentibus.

Munificentia Soteris.

[b] *Sedit annos 9. menses 7.*] Verius annis 4. minus duodecim diebus. Nam ex iis quæ superius dicta sunt, constat, eum anno [a] 175. die 4. Maii pontificem factum esse: anno autem Christi [b] 179 qui est Aurelii imperatoris 17. Soterem obiisse, literæ Viennensis ac Lugdunensis ecclesiæ ad Eleutherium Soteris successorem scriptæ confirmant, & auctoritas Eusebii approbat, hoc ipso, quod lib. 5. cap. 1. scribat Eleutherium 17. anno M. Aurelii imperatoris Soteri suffectum esse. Si ergo martyres Galliæ in vinculis detenti hoc tempore persecutionis, quæ circa finem imperii M. Aurelii contigit, ad Eleutherium Romanum pontificem Soteris successorem scripserunt, necessum est, Soteri annos 9. sedis non concedere; vel, quod absurdius fuerit, M. Aurelii imperatoris annis annos plures adjicere. Accedit, quod hic tres tantum ordinationes fecisse scribatur, adeoque probabile sit, non pluribus quam tribus completis annis dumtaxat pontificatum tenuisse.

[c] *Hic constituit, ut nulla monacha pallam sacram contingat.*] Non tantum monachæ, sed etiam diaconissæ, aliisque laicis, & quibusdam etiam clericis sacrorum vasorum & corporalis contactus est interdictus, ut patet ex iis quæ diximus superius in notis ad vitam & epistolas Sixti. Probabile est hujus constitutionis editæ causam fuisse, quod ex Montani secta, ut docet Baron. anno 173. feminæ se sacris immiscerent.

" EPISTOLA I. SOTERIS PAPÆ AD CAMPANIÆ EPISCOPOS.

" ** De fide & incarnatione D.N.I.C.

Soter apostolicæ sedis archiepiscopus, Campanis omnibus salutem in domino.

GAVDERE vos oportet, fratres, quod, divina largiente gratia, familiares domini vocamini, ejusque sacerdotii dignitate fungimini. Nunc autem rogo vos, ut circa plebes vobis commissas laborare dignimini, & fructuosos manipulos domino reportare nitamini." Paulus enim apostolus de fide ita loquitur, dicens: *Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Item ipse ad Galatas: *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, ex muliere factum, & factum sub lege.* Et ad Philippenses: *In similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo,* Et in psalmo 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium.* Item ibi: *Oblivioni datus sum, tamquam mortuus a corde. Factus sum tamquam vas perditum.* Et in septuagesimo: *Tamquam prodigium factus sum multis, & tu adjutor fortis.* Et in 72. *Vt jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Et in 86. *Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.*

mus. Et in 77. *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber.* Et in 108. *Et ego factus sum illis opprobrium, viderunt me, & moverunt capita sua.* Et in 101. *Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Et in evangelio : *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Filius igitur secundum carnem dicitur factus. Nam secundum divinitatem, a Patre nusquam legitur factus; sed genitus. Dum enim Pater loquitur, Filius loquitur : & cum Filius loquitur, Patrem in illo esse loquentem, documentis cælestibus, comprobatur, Paulo apostolo attestante, qui ait: *Multifarie, multisque modis olim Deus locutus est patribus in prophetis, novissime autem locutus est nobis in Filio.* Et ut eumdem Filium, excepto Patris præcepto, doceam fuisse locutum, ex Isaiæ prophetæ volumine proferimus documentum : *Hæc dicit dominus: In illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in servis meis prophetis, evangelizans auditum pacis, & ecce adsum.* Item ibi : *Ego sum dominus, qui loquor justitiam, & annuntio veritatem.* Item ibi : *Ego cogitavi & locutus sum, & adduxi, & creavi, & feci.* Et apostolus : *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus.* Et in psalmo 118. *Loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar.* Et ipse dominus in evangelio cæco a se illuminato dicit : *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Et Samaritanæ mulieri ait : *Ego sum, qui loquor tecum.* Et ad discipulos : *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Et ad Patrem : *Ego ad te venio, & hæc loquor in mundo.* Et iterum Iudæis dixit : *Loquor vobis, & non auditis. Si autem venerit alius, illum audietis.* Et iterum : *Hæc locutus est dominus in gazophylacio, docens in templo : & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus.* Ecce in his omnibus, quæ superius dicta sunt, non docetur Filius præcepto Patris fuisse locutus, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Isaias quoque propheta ait : *Hæc dicit dominus : Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam : Ego solidavi cælum manu mea, ego omnibus sideribus mandavi, ut lucerent in cælo.* Item ibi : *Ego omne consilium meum statui, & omnia quæcumque cogitavi, ego feci.* Item ibi : *Sic dicit dominus : Qui constituit cælum & terram, & fecit eam, & * fundavit eam.* Item ibi : *Ego primus, & ego in æternum : manus mea fundavit terram, dextera mea solidavit cælum.* Et in Ieremia : *Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso.* Item ibi : *Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terræ in sapientia, & prudentia sua extendit cælum, & posuit sonum aquæ in cælo.*" Defendite, carissimi, rogo vos, contra malevolos homines inconcussum ecclesiæ statum, ut vos Christi dextera defendat in ævum. Data Nonis Maii, " Rustico & Aquilino viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA II.
SOTERIS PAPÆ
AD EPISCOPOS ITALIÆ.

"Ne feminæ sacra vasa vel sacras pallas contingant, vel altaria incendant.

Dilectissimis fratribus per Italiæ provincias sanctis constitutis episcopis Soter papa.

DIVINIS præceptis" & apostolicis monitis informamur, ut pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu : at si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, celeri solicitudine ab ignorantiæ imperitia & præsumptionis usurpatione revocemus.

[a] Sacratas Deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre, perlatum est ad apostolicam sedem : quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate, hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censemus : & ne pestis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abstergi citissime mandamus. Ait enim apostolus : *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* " Illa est enim virgo ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vel inhonesta reprehensione viciari, ut per totum mundum una sit nobis unius castæ communionis integritas. " Vnde consurgite, carissimi, cum Deo, & assistite, induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, & probetur spiritus sapienter, id est, verba illorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Ieremia : *Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam illorum.* Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientiæ discretionis, quæ occulta tenebrarum revelat, ad requisitionem hujusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus, ait : *Nam hujusmodi pseudoapostoli, operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quando ipse satanas transfigurat se in angelum lucis, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis est secundum opera eorum.* Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ergo in idipsum ex toto corde vestro referetis ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicetis cum David : *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quoniam, ut ait beatus Daniel propheta : *Sapientia & fortitudo ejus sunt. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogavi te* Data 10. Kalendas Iunii, " Cethego & Claro viris clarissimis consulibus.

23. distinct. Sacratas Deo feminas. Conc. Laod. 44. Gel. ep. 10. c. 27. — 2. Cor. 11. — " S. Leo ep. 40. — " S. Martinus in syn. Lateranensi consult. 3. — Ier. 6. — 2. Cor. 11. — Matth. 7. — Psalm. 118 — Dan. 2. — " Aberrat quoque hic consulatus an. 170. affixus.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Sacratas Deo feminas.*] Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Sixti & Soteris.

DECRETA SOTERIS PAPÆ SECUNDUM Gratianum, quæ non habentur in prioribus decretalibus epistolis.

Iuramentum malum quod incaute promittitur non est servandum.

Si aliquid forte incautius nos jurasse contigerit, quod observatum, in pejorem vergat exitum, illud salubri consilio mutandum noverimus, & magis instante necessitate perjurandum nobis, quam pro facto juramento, in aliud crimen majus divertendum.

22. quæst. 4. Si aliquid. Ita etiam ceteri collectores. Sed eadem causa & quæstione citatur ex Bedæ homilia 44. in natali decoll. sancti Ioannis.

ALIUD

ALIVD EIUSDEM EX GRATIANO.

Quisque sacrificans sacerdotem habeat, qui cœpta sacramenta expleat, si necessitas ingruerit.

Eccles 4. De consecr. distinct. 1. Vt illud. & 7. quæst. 1. Illud divin.

Vt illud divini oraculi monentis singuli præcaveant, quo scribitur: *Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem*: summopere verendum est nobis atque cavendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Deo psallitur vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti, perniciosa passio, vel quælibet corporis invalitudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo casibus præcaventes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis vel loci sive cleri copia suffragatur, habeat (quisquis ille) canens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adjutorem, ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, a tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat † Censuimus ergo convenire, ut cum a sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat quilibet eventus, quo cœptum nequeat expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero vel alii, ut consecrationem expleat officii cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quam aut incipientis, aut subsequentis explenda benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim unum sumus omnes in Christo, nihil contrarium diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei repræsentat. Quod etiam consultum, cuncti ordinis clerici indictum vel indultum esse sibi non ambigant, sed (ut præmissum est in præcedentibus) statim alii pro complemento succedant: Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem convertatur, nullus post cibum potumque, sive quodlibet minimum sumptum, Missas facere, nullusque absque patentis molestiæ proventu minister vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerarie præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

† Hactenus tantũ apud Gratianum.

EIVSDEM DECRETVM SIMILITER ex Gratiano.

Vt presbyter missam non cantet, nisi duobus præsentibus secum.

De consecr. distinct. 1. Hoc quoque.

Hoc quoque statutum est, ut nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus, & ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum: & illud in secretis, Orate pro me: aptissime convenit, ut & ipsius respondeatur salutationi.

EIVSDEM ALIVD IVXTA Gratianum.

Etiam in cœna domini sacram communionem debemus accipere.

De consecr. distinct. 2. In cœna dom . i.

In cœna domini a quibusdam perceptio eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis iis, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est) percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis dominici sacramenta reconcilientur.

A

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ELEVTHERII PAPÆ.

ANNO CHRISTI "179."

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] ELEVTHERIVS natione Græcus, ex patre " Abundio, de oppido Nicopoli, [b] sedit annos quindecim, menses tres, dies duos. Fuit autem temporibus Antonini ' Commodi, usque ad Paternum & Braduam.[c] Hic accepit epistolam a Lucio Britannico rege, ut Christianus efficeretur per ejus mandatum. Et [d] hic constituit, ut nulla esca usualis, " quæ tamen rationabilis & humana est, quam Deus creavit, a Christianis maxime fidelibus repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos octo, episcopos per diversa loca quindecim. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri, septimo Kalendas Iunii: Et cessavit episcopatus dies" quinque.

"Habu... dantio ' &... "Paull... ter in... "XVII

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Eleutherius.*] Anno Christi nati 179. M. Aurelii imperatoris 17. 3. Maii pontificatum auspicatus, a martyribus Lugdunensibus literas in vinculis de rebus apud eos gestis (quod idem fecerunt Viennenses, ut constat ex Pii 4. epistola ad Iustum Viennensem, de qua supra) scriptas, & per Irenæum Romam delatas, accepit. Marcionem, ut est apud Tertullianum de præscript. cap. 30. cum Valentino adhuc a tempore Aniceti Romæ agentem, sæpius conversum, sæpius relapsum, & instar canis ad vomitum, & suis ad volutabrum luti redeuntem, plane ecclesia ejecit. Baron. anno Christi 179. & sequenti.

b *Sedit annos 15. menses 3. dies 2.*] Qui anno Christi " 179. 5. Nonas Maii pontificatum accipiens, eum tennuit, usque ad " 194. anni 7. Kalend. Iunii (quibus, hoc eodem auctore attestante, sepultus est) non nisi 15. annis & 23. diebus sedisse potuit. Vltimum annum Eleutherii, & mortem Cõmodi imperatoris coincidere cum anno Christi nati "194. hujus chronologiæ maxima laus est, utpote quæ cum Clementis Alexandrini computatione temporum accuratissima consentiat. Hic enim 1. lib. stromatum supputans tempora, "ab anno quo natus est dominus, usque ad mortem Commodi, annos 194. numerat, eoque Baronii chronologiam, quam fere per omnia sequimur, præclare admodum confirmat.

c *Hic accepit a Lucio Britannico rege epistolam.*] Anno domini 183. Lucius Britannorum rex, divino lumine illustratus, legatos ad hunc pontificem misit, per quos divini verbi ministros aliquos, ac sacerdotes, qui populum in fide & moribus instruerent, enixe petivit, & duos quasi apostolos a pontifice missos, Donatianum nimirum & Fugatium, impetravit. Britanniam hoc tempore a Romanis nondum totam subactam & in provinciam redactam fuisse, sed potius adhuc magnam partem populi trans murum habitantis regem habuisse, Baron. anno 183. num. 5. ostendit.

d *Hic constituit, ut nulla esca.*] De hoc decreto, vide quæ dicemus in notis ad epistolam sequentem, in qua exstat.

e *Sepultus est.*] Martyr an confessor, incertum est: in martyrologio appellatur quidem martyr, sed id nomen etiam frequenter tributum est confessoribus, maxime illis qui fidei causa cruciatum aliquem sustinuerunt, ut probat Baronius in notis pluribus ad martyrologium.

Eleuthe... quando... factus... tifex. Martyr... gesta... pontific... Roman... scribi... lita. Tẽpus... Eleuthe... "177. "192. "192. "Hujus... facilis... apud C... nol. ex... catio. Britann... an & q... do, & p... quos a... dem c... versa. Confes... res qui... martyr... appella...

EPISTOLA " ELEVTHERII PAPÆ AD GALLIÆ PROVINCIAS.

"** De accusatione clericorum ac defensione.

"Cont... Aug. ... aliisqu... VV. e... tis adu... rina.

I. *De escis irrationabiliter non vitandis.*

II. *De accusationibus episcoporum, & clericorum.*

III. *De accusationibus omnium comprovincialium.*

Eleutherius

Eleutherius episcopus universis ecclesiis, per Gallias provincias domino militantibus, in domino salutem. A

MAGNO[a] munere misericordiæ Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia,[b] cum multos populos ad domini servitium festinare cognovimus.

I.

Qua de re necessarium judicavimus vos instruere,[c] ut escas, quas vitare vos audivimus irrationabiliter, non respuatis. Scitis, fratres, legislatorem docuisse, *omnia quæ creavit Deus, erant valde bona.* Et ipsa per se veritas ait: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod exit de ore.* Vnde constat, non debere refutari escas B communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus apostolorum de mundis escis legitur ita: *Postera autem die iter illis facientibus domesticis, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem eis, cecidit super eum mentis excessus, & vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Ait autem Petrus: Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter. Et statim vas receptum est in cælum.*

II.

De accusationibus ergo clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiva episcoporum tantum judicia huc deferantur, ut hujus sanctæ sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus, multorum consensu episcoporum, jam definitum est." Nec in eorum ecclesiis alii aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum juste terminentur negotia. Quoniam quamvis liceat apud D provinciales & metropolitanos atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secus quam prædictum est. Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales & metropolitanos ac primates, & ventilare & juste finire licet.[d] Iudicantem tamen oportet cuncta rimari," & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adjiciendique præbita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata sit pleniter. " Nec litigantibus" judex prius sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi jam, peractis omnibus, nihil habeant in quæstione quod proponant. Et tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas inveniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conveniat. E Induciæ enim non modicæ ad inquirendum dandæ sunt," ne aliquid præpropere agi a quacumque parte videatur; quia per surreptionem multa proveniunt. Nihil tamen absque legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam" furem esse sciebat: sed quia non est accusatus, ideo non est ejectus. Et quidquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges sæculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticæ regulæ? Docent enim terrestria & humana, quæ sint ecclesiastica atque cælestia.

III.

De accusationibus vero comprovincialibus ita legitur esse statutum: Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones" nec æstimet eum alibi aut longius ad judicium protrahendum. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caveant etiam judices ecclesiæ, ne, absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo etiam & causam in synodo pro facto dabunt." Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille, qui injuriam, ejusque sustinuit nequitiam." Oppressus namque ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Hæc omnia summopere sunt attendenda. Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile est recipienda, dicente domino: *Non sequeris turbas ad faciendum malum.* Et alibi: *Non suscipias vocem mendacii.* Et in Paralipomenon legitur: *Omnia corda scrutatur dominus, & omnem cogitationem novit. Homo vero videt in facie, Deus autem in corde.* Et alibi scriptum est: *Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit judicio.*" Igitur omne pondus, & circumstantia adversariorum nocumenta, per patientiam, fratres, comprimere sa- C gitate; *scientes quia subversi sunt hujusmodi, & delinquunt, proprio ore damnati.* Quia qui fratres accusant vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt, & peccant, dicente apostolo: *Dilectio proximi, malum non operatur.* Et alibi: *Qui non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?* Nos " enim humiles corde, ad ea quæ recta sunt, adjutore domino, sapienter vinculo caritatis vobiscum sumus constricti, & religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes, improbis probe resistere non negligimus. Vnde dictum est:" Negligere enim, cum possis * deturbare perversos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare.[e] Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Iesu commissa est ecclesia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. *Frater autem fratrem adjuvans, exaltabitur: & allidens, dissipabitur.* Quapropter relevate semper oppressos, corripite inquietos, ut zizania dominicam messem non possit suffocare. Data 5. Idus Iulii, * Paterno" & Bradua viris clarissimis consulibus.

3. quæst 6. Si quis clericus.
" Hadr. coll. 8. Anianus ad Novellam Valentiniani & Marciani, neminem exhiberi, &c.
3. quæst. 9. Caveant judices.
" Vide Cod. Theod. & Aniani interpretationes.
Exod. 23.
Ibidem.
1. *Paral. 28.*
2. *Reg. 16.*
" Const. M. ad PP. Nicænos in coll. Hadr. c. 51. & 67. ex edit. Ant. Aug. *Tit. 3.*
Rom. 13.
1. *Ioan. 4.*
" Victor ep. Carthag. ad Theodorū Papam, Cōc. Later. sub S. Martino consult. 2. anno 649.
" Felix III. ep. 1.
* perturbare.
Prov. 18.
* Materno.
" Anno 185. Eleuth. 9. Coss. Triarius Maternus & Aurelius Bradua.
" Binium in plur bus errasse Blōdellus arguit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epistola.*] Hæc epistola responsoria est ad epistolam episcoporum ac martyrum Viennensis & Lugdunensis ecclesiæ in carcere conscriptam. Cujus argumentum hoc est: " Alcibiades cum prædictis martyribus numeratus, sicut ante, ita etiam in vinculis exemplo Montanistarum, tres quadragesimas & illegitimas xerophagias observantium, vitam duriter & austere degebat, eoque multos alios fideles offendebat. Consultus igitur hac de re Romanus pontifex, aliique aliarum ecclesiarum episcopi, Eleutherius respondit, ac xerophagias Montani velut illegitimas ac superstitiosas condemnat: utpote qui privatus homo, non Paracletus sit, potestatem habens obligandi, ut intendebat, universam ecclesiam ad nova jejunia, novas etiam jejuniorum leges observandas.

[b] *Cum multos populos ad Dei servitium festinare cognovimus.*] Vide quæ scribit Baron. anno 183. num. 1. & seqq.

[c] *Vt escas, quas vitare vos audivimus irrationabiliter, non respuatis*] Sicut enim Marcionitæ, Encratitæ, & Manichæi, de quibus est intelligendus apostolus 1. ad Timotheum cap. 4 ita etiam Priscillianistæ, Montani sectatores, a quibusdam cibis, velut a malo principio conditis, abstinebant: ontanus vero, præterquam quod privata auctoritate tres quadra-

quadrageſimas inſtituerit, quibus non niſi aridis cibis veſcendum eſſe docuerit, nova jejunia & novum jejunandi modum inſtituit. Pontifex Eleutherius hac de re conſultus, illorum tamquam ſuperſtitioſam & blaſphemam ſententiam, hujus autem velut illegitimam & irrationabilem condemnat, ut patet ex verbo, *Irrationabiliter*, & verbis ſequentibus, *Erant valde bona.*

An hæc epiſtola ſit corrupta?

[d] *Iudicantem tamen oportet cuncta rimari.*] Horum verborum argumento poſt Contium etiam Baronius, hanc epiſtolam exiſtimavit eſſe corruptam & adulteram, quod ea, quæ de judiciis in ipſa ſcribuntur, ex conſtitutione Conſtantini & interpretatione ad eam appoſita, quæ in cod. Theod. lib. 2. de judiciis exſtat, ſuperaddita, exſcripta, & huc tranſlata videantur." Sed cum eadem infra in epiſtola decretali Iulii papæ ad orientales cap. 31. & in canonibus Hadriani can. 26. verbis prope iiſdem referantur, ideoque ipſo cod. Theodoſiano, qui poſt tempora Iulii papæ compilatus eſt, antiquiora ſint; manifeſto conſtat, hanc de judiciis conſtitutionem ab Eleutherio Iulium," a Iulio Theodoſium, adeoque a pontificibus imperatorem: non contra ab imperatore" pontificem hanc aliaſque ſimiles conſtitutiones mutuaſſe, & accepiſſe. Et conſequenter hac de cauſa non modo non velut ſpurium & illegitimum partum eccleſiæ reſpuendum; ſed potius tamquam matris germanæ fetum germanum plurimis poſterorum pontificum ſcriptis quaſi filiorum vultibus ſimillimum, ab injuriis inimicorum vindicatum obviis amplexibus eſſe acceptandū & fovendum.

" Errat hic quoque Binius, ut pluribus alii docent.
" Hãc prius a pontifice ſcriptam probare oportuerat.

An & quomodo ſingulis eccleſiæ univerſalis cura commiſſa ſit?

[e] *Hujus rei gratia univerſalis vobis a Ieſu.*] Id eſt, dum hæretici, quorum hoc tempore magnus numerus erat, univerſam eccleſiam oppugnant, non modo epiſcopis, ſed unicuique Chriſtiano ejus defendendæ cura & ſtudium demandata ſunt: omnibus enim nobis a Deo præceptum eſt Eccleſ. cap. 4. ut pro veritate ac juſtitia uſque ad mortem certemus. Nec ob eam cauſam confunditur ordo hierarchicus a Chriſto in eccleſia inſtitutus. Nam ſicut quodlibet membrum corporis ſuo munere fungens, pro toto corpore laborare dicitur; adeo ut hac ex parte totius corporis, non partis tantum cura abſque capitis injuria illi commiſſa merito dici poſſit; eadem ratione dixit Eleutherus pontifex, omnibus & ſingulis membris jure meritoque univerſalis eccleſiæ curam commiſſam. Novantes ergo hunc locum male intelligentes, ante victoriam triumphum canunt. Vide Turrianum cap. 9. lib. 2. pro epiſt. pontif.

Anno Christi 194." 192.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA VICTORIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damaſi papæ.

[a] VICTOR natione Afer, ex patre Felice, [b] ſedit annos 10. menſes 2. dies 10. Fuit autem temporibus Ælii Pertinacis & Severi, a conſulatu Commodi ' quinto & Glabrionis, uſque ad Lateranum & Rufinum. Hic conſtituit, ut ſanctum paſcha die dominica celebraretur, ſicut Pius. Hic fecit ſequentes cleros. Martyrio coronatur. Et conſtituit, ut neceſſitate faciente, ubicumque inventus fuiſſet quicumque hominum ex gentibus veniens, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fonte, ſive in ſtagno, baptizaretur: tantum Chriſtianæ credulitatis confeſſione declarata, integer efficeretur Chriſtianus. Et [c] fecit concilium. Et ' collatione facta cum presbyteris & diaconibus, acceerſitoque [d] Theophilo Alexandriæ epiſcopo, [e] conſtituit, " ut a decima tertia luna primi menſis, uſque ad 21. die dominica cuſtodiatur ſanctum paſcha. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos ſeptem, epiſcopos per diverſa loca numero duodecim. Qui ſepultus eſt juxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto Kalendas Auguſti. Et ceſſavit epiſcopatus dies 11.

' ſecundo
' interrogatio facta eſt de paſcha vel de die prima cum Theophilo.
" abſunt a C. H.

NOTÆ SEVERINI BINII.

" 192.
Quando Victor pontifex factus.
Theodoti hæreſis.

[a] *Victor.*] Anno Chriſti " 194. qui eſt ultimus Commodi imperatoris ipſis Kal. Iunii, Victor natione Afer in locum Eleutherii defuncti ſubrogatur. Theodotum Byzantium, qui lapſum ſuum eo ipſo defendebat, quod ſolum hominem Chriſtum, quem Deum non fuiſſe docebat, negaſſet, recte excommunicavit. Sub hujus pontificatu Patropaſſiani hæretici, quorum auctor eſt Praxeas Montani diſcipulus, qui Patrem non Filium paſſum eſſe docebant, exorti ſunt. Die dominico poſt vernale æquinoctium paſcha celebrandum eſſe, multis conciliis deſuper habitis juxta apoſtolorum traditionem, decrevit, ac contrarium ſentientes Aſiaticos epiſcopos anathemati ſubjecit; ita ut eum hanc ob cauſam Tertullianus jam in hæreſim Montani, vel ex invidia, vel ambitione epiſcopatus Carthaginenſis, lapſus, gentilem ſuum, in pace leonem, in prælio cervum, perſecutiones impiorum tyrannorum ſubterfugientem calumnioſe appellaverit. Baron. anno Chriſti 194. & 196. 198. & 201.

Patropaſſiani hæretici qu[…]

[b] *Sedit annos decem, menſes 2. dies 10.*] Annis potius novem, menſe uno, ac diebus 28. Nam 28. die Iulii, circa nonum Severi imperatoris martyrium ſubiiſſe, partim eccleſiaſticæ tabulæ, partim Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 27. teſtantur.

Tempu[s] ſedis.

[c] *Et fecit Concilium.*] Romanum ſcilicet, ad quod Theophilum Cæſareæ Paleſtinæ metropolitanum accerſivit. Præter hoc, in eadem hac Paſchatis celebrandi cauſa, Concilium Palæſtinum a Theophilo, Ponticum a Palma, Gallicum ab Irenæo, Oſroenum, Corinthium a Bacchyllo celebrata ſunt, quæ omnia unanimi conſenſu decreverunt, ut non alio quam die dominico paſcha celebraretur. Euſebius lib. 5. cap. 22.

Concili[a] ſub Vic[tore] habita.

[d] *Theophilo Alexandriæ epiſcopo.*] Hunc Theophilum a Victore ad Romanum concilium accerſitum, fuiſſe non Alexandrinum, ſed metropolitanum epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ, teſtatur Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 22. quiſquis ergo pro Cæſarienſe Alexandrinum ſubſtituit, erravit. Nam Theophilus Alexandrinus vixit ſub Arcadio imperatore.

Quis fu[erit] Theoph[i]lus?

[e] *Conſtituit ut a decima tertia luna primi menſis uſque ad 21. diei dominicæ.*] Conſtituit paſcha celebrandum eſſe dominica proxima lunæ decimæ quartæ poſt æquinoctium vernum. Idem ſtatutum eſt in concilio Nicæno, ut patet ex epiſtola Conſtantini ad omnes eccleſias, apud Euſeb. lib. 3. de vita Conſtantini exſtante: ubi tribus rationibus decreti hujus æquitatem confirmat, quarum prima eſt, ne communicemus cum Iudæis Chriſti interfectoribus. Secunda, quia par eſt, ut in tota eccleſia ſit una ratio paſchatis celebrandi. & pauci orientales Iudaizantes, omnibus occidentalibus, pluriſque orientalibus populis & epiſcopis aliter ſentientibus, cedant. Tertia eſt, quia aliter facientes orientales, quandoque, quod factu abſurdum eſt, uno anno bis, quandoque nunquam paſcha celebrarent. Interdum enim accidebat, ut id uno anno poſt æquinoctium & ſequente anno ante æquinoctium vernum celebrarent. Vide Bellarm. lib. 3. de cultu ſanct. cap. 12. & ea quæ diximus ſupra in notis ad canonem apoſtolorum octavum.

Cur paſ[cha] die dom[i]nico cel[e]brari de[beat].

" EPISTOLA I. VICTORIS PAPÆ I.

AD [a] THEOPHILVM " ALEXANDRIÆ EPISCOPVM.

" ** De paſcha & baptiſmo: de accuſatione & judicatione epiſcoporum atque de concordia unanimitatis.

" Hæc cu[m] ſequenti viris eru[di]tis ſuſpec[ta].
" Cæſare[æ] qq. corrigunt ex Beda.

I. *De celebratione paſchæ & baptiſmi.*
II. *Ne quis incerta judicet.*
III. *De cauſis epiſcoporum terminandis.*

Victor Romanæ ac univerſalis eccleſiæ archiepiſcopus, Theophilo epiſcopo & cunctis fratribus in Alexandria domino famulantibus in domino ſalutem.

MVLTA mihi gratulatio eſt, dilectiſſimi fratres, quod manifeſto (ſicut optamus) per gratiam Dei lumine " evangelicæ claritatis, & ab eccleſia jam magna ex parte pernicioſi erroris nocte depulſa, creditæ nobis diſpenſationis fructus creſcit & augmentatur in domino.

" S. Leo. ep. 53.

I.

[b] Celebritatem ſancti paſchæ die dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri " jam ſtatuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari ſolenniter mandamus, quia non decet, ut membra a capite diſcrepent, nec contraria gerant. [c] A quartadecima vero luna primi menſis, uſque ad viceſimum-primum ejuſdem menſis diem, eadem celebretur feſtivitas. Eodem vero tempore baptiſmus celebrandus eſt catholicus. ſed tamen, ſi neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocumque loco vel momento, ubicumque evenerit, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fontibus,

De conſec[ratione] diſtinct. 3
Celebritatem S. paſchæ.
" Pius & Eleutheru[s]

fontibus, tantum Christianæ confessione credulitatis clarificata, baptizentur. Ipsis quoque quod in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur. Ipsi vero qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minime reputantur. Hæc vero statuta nulla debent improbitate convelli " nulla novitate mutari: quia alia ratio est causarum sæcularium, alia divinarum.

II.

Audivimus namque, apud vos vestrosque diversa judicia fieri, & incerta judicari. Incerta, carissimi, nullatenus judicemus, quodadusque veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.

III.

Similiter, ea vos judicare, ad apostolicam delatum est sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatem, id est, episcoporum causas. Vnde ita constitutum liquet a tempore apostolorum, & deinceps placuit, ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus, licenter appellet & adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium " procuret. Et dum, iterato judicio, pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus; quoniam quamquam a comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo, non ab alio quam ab ipso dictum sit domino: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælo.* Et alibi in institutis ' legitur apostolicis: " Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ ecclesiæ judicetur sedem. Nihil aliud est, fratres, talis præsumptio, nisi apostolorum suorumque successorum terminos transgredi, eorumque decreta violare. Culpantur enim, ut scriptum est, fratres, qui aliter circa episcopos judicare præsumunt, quam apostolicæ sedis papæ fieri placuerit. Et quis est qui judicat eum, quem dominus sibi & huic sanctæ sedi reservari voluit judicandum. Ait namque dominus per prophetam Isaiam: *Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quia non confundar. Iuxta est, qui justificat me: quis contradicit mihi? Stemus simul: quis est adversarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus meus, auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum, audiens vocem servi sui? Quis ambulavit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super Deum suum. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & flammis quas succendistis. De manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis. Audite me, qui sequimini quod justum est, & quæritis dominum: Accedite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedi-*

A *xi ei, & multiplicavi eum. Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas ejus: & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite. Quia lex à me exiet, & judicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est justus meus, egressus est salvator meus, & brachium meum populos judicabit. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Levate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores ejus sicut hæc interibunt. Salus autem mea in sempiternum* B *erit, & justitia mea non deficiet. Audite me qui scitis justum, populus: lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea in generatione generationum.* Multis " mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ caritatis & continentiæ obtineatur integritas. Dominus enim *nullum vult perire, sed omnes salvos fieri.* " Certus autem sum, vos ad hæc emendanda vel defendenda, domino auxiliante, proficere. Data XIII. Kalend. Augusti, Commodo, & * Gravione " viris clarissimis consulibus.

" S. Leo ep. 53.
2. Petr. 3.
1. Tim. 2.
" S. Leo ep. 59.
*Glabrione " qui an. 186. vivente adhuc Eleuthero consulatum gessit.

C

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Theophilum Alexandriæ episcopum.*] Hic sub Arcadio imperatore vixit. Itaque ad Theophilum metropolitanum Cæsareæ Palæstinæ hanc epistolam scriptam esse, patet ex Eusebio lib. 5. cap. 22. ut supra diximus.

b *Celebritatem sancti pascha.*] Apostolica constitutio, de qua supra frequenter, confirmatur.

c *A quartadecima.*] Die scilicet dominico, ut patet ex pontificali libro in vita Victoris. Vide quæ ibi diximus.

EPISTOLA II.
VICTORIS PAPÆ I.
AD AFROS.

De causis superioribus.

D *Victor ecclesiæ Romanæ & urbis archiepiscopus, universis episcopis per Africam constitutis, in domino salutem.*

SEMPER enim in æterno " consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per dominum nostrum Iesum Christum temporaliter gerendarum, dispositione verbi divini sumpsit exordium. Quapropter oportet vos, fratres, unanimes esse, & adminiculum vicissim ferre: in recta ergo fide, & in sacramentis divinis non discrepare, sed concordes esse: quia licet pauci sitis malorum comparatione, si tamen concordes fueritis, facile, auxiliante domino, vestros insidiatores superabitis. Si E vero discordes (quod absit) fueritis, non superabitis, sed superabimini. Perlatum est enim ad sedem apostolicam, aliquos vestrum, nocere fratres velle, & ut cadant, decertare. Similiter in sacramentis discrepare, & ob id contentiones & æmulationes inter vos fieri, a quibus dissensionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim, mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab apostolicæ sedis & totius ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis. Nec attenditis, carissimi, qualiter dominus per Isaiam prophetam talibus comminatus est, dicens: *Dominus* enim

" S. Leo ep. 4. c. 2.
In decreto distinct. 90. Perlatum est.
1. Cor. 12.

Isai. 24. ex vers. S. Hieronymi * infecta * legem,

*enim locutus est verbum hoc: Luxit & defluxit terra, & infirmata est: altitudo populi terræ. Et terra" infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt * leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores ejus. Ideoque insanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ, relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quomodo si paucæ olivæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea & racemi, cum fuerit finita vindemia: hi levabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini Dei Israel.* Et dominus in oratione, quam discipulos suos docuit orare, ait: *Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.* In bonis & justis hominibus sanctificatur nomen domini, & in malis blasphematur. Et ipsa per se veritas ait: *Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum.*" Nulli vero liceat doctrinam evangelicam deserere, & sacerdotali honore gaudere. Data Kalendis Septembris," Laterano & Rufino viris clarissimis consulibus.

Matth. 6. — Matth. 5. — * S. Leo ep. 44. — * anno 197.

"** EPISTOLA III.

VICTORIS PAPÆ I.

VICTOR EPISCOPUS.

Desiderio" Viennensi episcopo salutem.

* Bar. an. 198. num. 17. ex Bibl. Floriacensis additamentis qq. suspecta est non secus atque altera quæ sequitur.

Sicut sancta fraternitas tua a presbyteris, qui apostolos in carne viderunt, erudita est, qui & ecclesiam usque ad tua tempora rexerunt, non decimaquarta luna cum Iudæis, sed decimaquinta usque ad vigesimamprimam, pascha catholica ecclesia celebravit. Non enim jam umbram, sed veritatem quæ umbra legis celebratur, quærit. Hanc doctrinam Petrus & Paulus instituerunt, ut *in azymis sinceritatis & veritatis* pascha ageretur. Qui enim cum Iudæis pascha agere volunt, quid nisi umbram diligunt, ut agni carnes non in veritate, sed in umbra figurante manducent? Nec audiunt Ioannem Baptistam clamantem: *Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi.*

1. Cor. 5. — Io. 1.

Scis frater beatissime, opus totius pietatis sexta feria & decimaquinta luna perfectum, quando in cruce clamavit is per quem factus est mundus, *Consummatum est*; & vincente luce, umbræ mortis superatæ aufugerunt: & in spem nostræ salutis centurio confessus est, *Filius Dei erat iste*. Nusquam Petrus cum Iudæis, postquam illis dixit *pœnitentiam agite*, quia *sanguinem justi fudistis*, nos pascha celebrare docuit. Nusquam Paulus, qui, ut *Deum lucrifaceret* observationes illas legis *arbitratus est ut stercora.*

Io. 17. — Matth. 17. — Act. 1. 3. — Philipp. 3.

Collega beatissime, Christi ecclesiam non in umbra, sed in veritate supra solidam petram fundatam doceamus, ut audiamus cum apostolo Petro, *Beatus es, Simon filius Ioannis, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.* Per tuam ergo fraternitatem presbyteris" Galliarum litteræ mittantur, ut observent pascha, non cum Iudæis negatoribus Christi, sed cum sequacibus apostolorum prædicantibus veritatem Christi. Salutat te collegium fratrum. Saluta fratres qui tecum versantur in domino. Eubolus, qui epistolam fert Viennam, de collegio nostro, tecum vivere & mori paratus est; quem suscipe in domino Iesu Christo. Vale.

Matth. 16. — "Presb. Galliæ incite...

EPISTOLA IV.

VICTORIS PAPÆ I.

Victor" episcopus. Fratri Paracodæ episcopo, salutem.

"Ex e... Biblio... Ioann... Bosce...

Collega noster Dionysius dormiens, te nobis socium in ecclesia Christi reliquit. Vides frater, Orientalem ecclesiam propter celebrationem paschæ ab Occidentali disjunctam esse. Placuit ergo nobis apostolorum sectatoribus, vestræ unanimitati scribere, ut (cum secundum quod scriptum est, *Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia*; non tenebras sequamur, sed lucem) ut advertamus prophetam, *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Propterea, frater collega in domino, doce per ecclesias commissas a decimaquinta luna pascha agendum; ut dicat nobis apostolus; *Pascha nostrum immolatus est Christus*; & *fuistis tenebræ, nunc autem lux in domino.* Vnanimitas fraterna te in domino salutat, fratres qui apud te Viennæ versantur de nobis salutans. Vale.

2. Cor... — Isai. 9... — 1. Cor... Ephes...

CONCILIA ALIQVOT DE PASCHATIS observatione, sub Victore pontifice habita.

ANNO CHRISTI 198. ...

CONCILIVM ROMANVM.

Hoc concilium habitum est Romæ, anno domini 198. imperatoris Severi quarto. Theophilus Cæsariensis episcopus per Victorem vocatus huic interfuit. Victor pontifex eidem præfuit. Decretum est, pascha, non 14. luna primi mensis, sed potius die dominico post 14. lunam & vernale æquinoctium occurrente, prout ab apostolis traditum est, celebrandum esse. Euseb libro 5. eccl. hist. cap. 22. liber pontificalis in vita Victoris. Actorum in hoc concilio nihil extat.

CONCILIVM PALÆSTINVM.

Eodem anno Christi nati, & Severi imperatoris, auctoritate Victoris Romani pontificis, Cæsareæ in Palæstina, Theophilus Cæsariensis metropolitanus episcopus hoc concilium coegit, quo de tempore paschatis celebrandi idem constitutum est quod præcedente & sequentibus quibusdam aliarum provinciarum conciliis, nimirum, nequaquam licere Christianis decimaquarta die primi mensis pascha celebrare. Euseb. prædicto loco. Hujus fragmentum plane aureum extat apud Bedam de æquinoctio vernali: estque inde huc translatum. Verba concilii hæc sunt.

Temp... locus causa... cilii.

Papa Victor Romanæ urbis episcopus, direxit auctoritatem ad Theophilum Cæsariensis Palæstinæque antistitem, ut quo modo pascha recto jure a cunctis catholicis celebraretur ecclesiis, inibi fieret ordinatio, ubi dominus & salvator mundi fuerat in carne versatus. Perceptaitaque auctoritate, prædictus episcopus, non solum de sua provincia, sed etiam de diversis regionibus omnes

Fragm... concil... læstin... tans a... Bedam...

ANNO CHRISTI 198.

omnes episcopos evocavit. Ubi cum illa multitudo sacerdotum convenit, tunc Theophilus episcopus protulit auctoritatem ad se missam Victoris papæ; & quid sibi operis fuisset injunctum, ostendit. Tunc pariter omnes episcopi dixerunt: Nisi prius, quomodo mundus fuerit a principio, investigetur, nihil potest de observantia paschæ salubriter ordinari. Dixerunt ergo episcopi: Quem credimus factum fuisse in mundo primum, nisi dominicum diem? Theophilus episcopus dixit: Probate quod dicitis. Responderunt episcopi secundum scripturæ auctoritatem: *Factum est vespere & mane dies primus:* deinde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus: in quo septimo requievit Deus ab omnibus operibus suis: quem diem sabbatum appellavit. Ergo cum novissimum diem signet sabbatum, quis potest esse primus, nisi dominicus dies?

Theophilus episcopus dixit: Ecce de die dominico, quia primus sit, probastis: de tempore autem quid dicitis? quatuor enim * mundi tempora accipiuntur, ver, æstas, autumnus, & hiems. Quod ergo tempus primum factum in mundo? Episcopi responderunt: Vernum. Theophilus episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est; *Germinet terra feni herbam secundum genus suum, & lignum fructiferum ferens fructum suum:* hoc autem temporibus veris accipitur. Theophilus dixit: In quo loco caput mundi esse creditis: in principio temporis, aut in medio tempore, aut in fine? Episcopi responderunt: In æquinoctio, octavo Kalendarum Aprilium. Theophilus episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est; *quia fecit Deus lucem, & vocavit Deus lucem diem: & fecit tenebras, & vocavit tenebras noctem: & divisit inter lucem & tenebras aequas partes.* Dixit Theophilus: Ecce de die & tempore probastis: de luna quid vobis videtur: utrum crescentem, an jam plenam, an imminutam a Deo fuisse * consecratam? Episcopi responderunt: Plenam. Et ille: Probate quod dicitis. Responderunt: *Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento cæli, ut luceant super terram: luminare majus in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis.* Non poterat aliter, nisi esset plena. Nunc ergo investigavimus quomodo in principio factus fuerit mundus, id est, die dominico, verno tempore, in æquinoctio, quod est octavo Kalendarum Aprilium, luna plena: per ipsum tantummodo tempus & elementa resurgunt.

Theophilus dixit: Nunc igitur agendum est de ordinatione, quomodo debeamus pascha tenere. Episcopi dixerunt: Numquid potest dominicus dies præteriri, ut in eo pascha minime celebretur, qui tot & talibus benedictionibus sanctificatus est? Theophilus episcopus dixit: Dicite ergo, quibus & qualibus benedictionibus eum esse sanctificatum asseritis, ut scribere possimus. Episcopi dixerunt: Prima illi benedictio est, quia in ipso tenebræ sunt remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Ægypti velut de tenebris peccatorum, quasi per fontem baptismi, per mare rubrum populus fuisset liberatus. Tertia illi benedictio est, quia eodem die cælestis cibus, manna hominibus datum est. Quarta illi benedictio est, qua Moyses mandat ad populum: *Sit vobis observatus dies primus & novissimus.* Quinta illi benedictio est, ut in psal. 117. dicit: *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis,* &c. De resurrectione enim domini dicit: *Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea,* usque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio est, quod in ipsa dominus resurrexit. Psal. 117.

Vides ergo, quia dies resurrectionis dominicus singulariter in pascha teneri possit. Theophilus dixit: De tempore autem ad Moysen mandatum est a domino: *Hic mensis erit vobis initium mensium: Pascha facite in eo.* Omnes ergo triginta dies a domino consecrati sunt. Episcopi dixerunt: Iam superius dedimus responsum, Principium mundi esse æquinoctium, 8. Kalendarum Aprilium: & ab 8. Kalendarum Aprilium, usque ad 8. Kalendas Maias, legimus esse consecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non est, ut passio dominica, tantum sacramenti mysterium, extra limitem excludatur. Passus namque dominus ab 11. Kalendarum Aprilium, qua nocte a Iudæis traditus est, & ad 7. Kalendas resurrexit. Quomodo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes episcopi dixerunt? Nulla ratione fieri debet, ut tantum sacramentum extra limitem excludatur: sed hi tres dies intra terminum inducantur, & desuper retrahere constitutum est. *Hucusque Beda.*

Cōfirmatio dictorum. Exod. 12.

CONCILIUM PONTICUM.

Eodem tempore, & ob eamdem causam in Ponto" a Palma hoc concilium provinciale celebratum est, & de paschatis observatione, idem quod præcedentia, definivit. Eusebius prædicto loco. Acta non extant.

" Plasmas dicitur in synodico.

CONCILIUM GALLICUM.

Huic ob prædictam quæstionem & controversiam paschatis habito in Galliis concilio, Irenæus circa prædicta tempora præsedit: constituit autem in hac causa, quod superius descripta concilia decreverunt. Eusebius prædicto loco. Hujus, sicut & præcedentium, Acta interierunt.

CONCILIUM OSROENUM, &c.

De hoc & quodam alio concilio Achaico tunc celebrato, ita Euseb. l. 5. c." 22. *Aliud porro ecclesiarum* (concilium intelligo) *quæ Osroenum & reliquas in eo loco civitates incolebant: aliud separatim Bacchylli ecclesiæ Corinthiorum episcopi, & alia denique aliorum prope infinitorum, qui uno consensu judicioque uno, eamdem de illius festi* (paschatis nimirum) *observatione tulere sententiam.* Neque horum quidquam extat.

" aut 23. in ed. Valesf.

CONCILIUM ASIATICUM reprobatum.

Hoc concilium, ob causam paschatis, circa hæc tempora Asiani episcopi per Polycratem Ephesinum episcopum celebrarunt, in quo putantes se evangelio, & majorum traditionibus inhærere, a consuetudine celebrandi pascha die 14. primi mensis, etiamsi in dominicum non incideret, recedendum non esse constituerunt, idque per Polycratem ad Victorem Romanum pontificem rescripserunt. Victor pontifex hoc responso accepto concilium reprobavit, & quam diu minatus fuerat excommunicationis sententiam contra pertinaces executus est. Hanc Victoris sententiam contra orientales, postea patres Nicæni concilii confirmarunt. Euseb. lib. 5. hist. cap. 23. & sequentibus.

** CONCILIA PLURA AD HÆC TEMPORA SPECTANTIA. A

Ex libello Synodico.

LUGDUNENSIS, IRENÆI.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, δύο καὶ δέκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ μητροπόλει τῆς Γαλλίας, παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν, ὑπὸ Εἰρηναίου ἱερομάρτυρος, ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς πόλεως, κατὰ τῶν προγεγραμμένων αἱρετικῶν.

Synodus divina & sancta provincialis, duodecim episcoporum, collecta Lugduni metropoli Galliæ, ad Rhodanum flumen, ab Irenæo B sancto martyre, ejusdemque urbis episcopo: contra præscriptos " hæreticos.

* Marcionẽ & alios.

HIERAPOLITANA, APOLINARII.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ἀπολιναρίου, τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων εἰκοσιὲξ ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασά τε καὶ ἐκκόψασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν, τοὺς ψευδοπροφήτας· οἳ καὶ βλασφήμως, ἤτοι δαιμονιῶντες, καθὼς φησιν ὁ αὐτὸς πατὴρ, τὸν βίον κατέστρεψαν. σὺν αὐτοῖς δὲ, κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τὸν σκυτέα. C

Synodus divina & sancta provincialis, Hierapoli Asiæ celebrata ab Apolinario sanctissimo hujus episcopo, aliisque viginti sex episcopis: quæ abdicavit & extirpavit Montanum & Maximillam pseudoprophetas: qui blaspheme, utpote a dæmone obsessi, sicut idem pater dicit, vitam commutarunt. Cum iisdem vero & Theodotum " coriarium (eadem Synodus) condemnavit.

* Vide supra pag. 564. C.

ACHILLANA, SOTÆ.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου D Ἀχιλλῶν," Σωτᾶ, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ἐπισκόπων· ἥτις ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε τὸν σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μοντανὸν, σὺν Μαξιμίλλῃ, ὀκτακοσίους καὶ ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίζοντα.

* ὁ ἐν Ἀγχιάλῳ dicitur Euseb. lib. v. c. 19.

Synodus divina & sacra particularis, congregata a sanctissimo " Achillarum episcopo Sota, aliisque duodecim episcopis: quæ refutatum Theodotum coriarium abdicavit: Montanum item cum Maximilla, qui octingentos septuaginta octo Æonas docebat, seque ipsum pro Spiritu sancto venditabat.

* Anchiali

GALLICANA, CONFESSORUM.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Γαλλίᾳ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῶν ὁμολογητῶν, ἀποκηρύξασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν, ἧς ὁ ὅρος πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πιστοὺς διέβη.

Synodus divina & sacra provincialis in " Gallia, congregata a confessoribus: quæ Montanum & Maximillam abdicavit: cujus decretum ad eos, qui in Asia erant, fideles dimanavit.

* De hac aliisque in notis.

EPHESINA, POLYCRATIS.

ΣΥΝΟΔΟΣ ἀφελὴς, ἀνεξέταστος, μερικὴ, ἐν Ἐφέσῳ μητροπόλει τῆς Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Πολυκράτους, τοῦ ὁσιωτάτου αὐτῆς ἐπισκόπου, ἀξιοῦσα καὶ ὁρίζουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης, Ἰουδαϊοπρεπῶς ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς τοῦτο ἀνέκαθεν παραλαβοῦσα, βεβαιούμενον παρὰ Τιμοθέῳ καὶ Φιλίππου τῶν ἀποστόλων. Βίκτωρ οὖν ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἁγιώτατος πάπας, ἀκοινωνησίαν στέλλει Πολυκράτει ταύτης προεστῶτι. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ συνοδικῶς τὰ περὶ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς διεξέρχεται· καὶ σὺν αὐτῷ ἐν πλείσταις ἐπαρχίαις καὶ μέρεσι τῆς γῆς σύνοδοι συγκροτοῦνται, καὶ συμφώνως ὁρίζουσι. ταῦτα δὲ Κομμόδου βασιλεύοντος, γέγονεν.

Synodus simplex, neque exquisita, particularis, Ephesi metropoli Asiæ congregata a Polycrate sanctissimo ejusdem episcopo: quæ dignum censet & constituit, ut omnes luna decimaquarta Iudæorum ritu mysticum pascha peragant: tamquam hoc ipsa jam inde a principio accepisset, a sanctis apostolis, Timotheo & Philippo confirmatum. Victor autem Romanorum ecclesiæ sanctissimus papa excommunicationem mittit Polycrati, qui huic præfuerat synodo: neque hoc solum, sed synodice etiam ea, quæ ad hoc festum pertinebant, persequitur: & cum ipso synodi in plurimis provinciis & partibus terræ congregatæ, idem unanimiter statuunt. Hæc vero " Commodo imperante evenerunt. * errat.

ROMANA, VICTORIS.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου αὐτῆς πάπα Βίκτορος, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ἀπαγορεύουσα Ἰουδαϊκῶς τελεῖν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα· ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ.

Synodus divina & sacra provincialis Romæ collecta a beatissimo ejusdem episcopo Victore, & aliis episcopis quatuordecim: quæ vetat Iudaice celebrari luna decimaquarta sanctum & mysticum pascha: sed in sola magna & vitæ præstatrice dominica.

HIEROSOLYMITANA, NARCISSI.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Ναρκίσσου, τοῦ ταύτης τρισμάκαρος ἀρχιεπισκόπου, καὶ E ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ὑπὲρ τοῦ μυστικοῦ πάσχα, ὁρίσασα κατὰ τοὺς ἁγιωτάτους Ἀνίκητον καὶ Βίκτορα.

Synodus divina & sacra provincialis, collecta Hierosolymis a terbeato illius archiepiscopo Narcisso, & aliis episcopis quatuordecim: super mystico pascha, secundum sanctissimum Anicetum & Victorem pronuncians.

CÆSARIENSIS PALÆSTINA, THEOPHILI.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Πυρσῶ-

Πυργοστράτωνος, ὑπὸ Θεοφίλου τοῦ αὐτῆς ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα, ὑπὸ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὡσαύτως.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta Cæſareæ Palæſtinæ, ſive " Pyrgoſtratonis, a Theophilo ſanctiſſimo ejuſdem epiſcopo, aliiſque duodecim: quæ de ſancto paſcha idem conſtituit.

LVGDVNENSIS, IRENÆI.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας, ὑπὸ Εἰρηναίου τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ τριῶν ἐπισκόπων· ὁρίσασα ὑπὲρ τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ πάσχα ὁμοίως.

B

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta Lugduni Galliæ, ab Irenæo ſanctiſſimo ibidem epiſcopo, aliiſque tredecim epiſcopis: quæ ſimiliter de divino myſtico paſcha conſtituit.

CORINTHIACA, BACCHYLIDIS.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ Βακχυλίδου, τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων· ὁρίσασα περὶ τοῦ μακαρίου πάσχα ὡσαύτως.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta Corinthi a " Bacchylide ejuſdem ſanctiſſimo archiepiſcopo, aliiſque octodecim epiſcopis: quæ idem de beato paſchate conſtituit.

ASIATICA, PLASMÆ.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὸ Πλασμᾶ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ ἑτέρων δεκατεσσάρων ἐπισκόπων, περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὁμοίως.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta in Aſia a " Plaſma ſanctiſſimo, aliiſque quatuordecim epiſcopis: quæ ſimiliter de ſancto paſcha conſtituit.

D

OSROENA.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ὀσροήνῃ, ὑφ' ἣν καὶ ἡ Ἔδεσσα καὶ ἡ τῶν Ἀδιαβηνῶν γῆ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, ὧν ὁ προκαθήμενος οὐ δεδήλωται, περὶ τοῦ θείου πάσχα ὡσαύτως ὁρίσασα, Κομμόδου βασιλεύοντος.

SYNODVS divina & ſacra provincialis in Oſroene, cui " Edaſa & Adiabenorum regio ſubjacet, collecta ab epiſcopis octodecim, quorum præſes memoriæ proditus non eſt: de ſancto paſcha idem ſtatuens, " Commodo imperante.

E

MESOPOTAMICA.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἐπὶ Κομμόδου τοῦ βασιλέως, περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁμοίως ὁρίσασα· ἧς τὸν προκαθεζόμενον, οὐδεὶς τῶν ἱστορικῶν ἐδήλωσεν.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, ab octodecim epiſcopis collecta in Meſopotamia,

A

Commodo " imperante: quæ de ſancto paſcha ſimiliter conſtituit cujus præſidem, hiſtoricorum nemo manifeſtavit.

a Severa

ROMANA, VICTORIS.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Βίκτορος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ἀποκηρύξασα Θεόδοτον, Ἐβίωνα, καὶ Ἀρτέμωνα, τοὺς οὐχ ἧττον Ἰουδαίων τῇ πίστει. οὗτοι γὰρ ἀρχηγοὶ γεγόνασι Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ Νεστορίου.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta Romæ ſub Victore ſanctiſſimo papa, aliiſque quatuordecim epiſcopis: quæ Theodotum, Æbionem & Artemonem abdicavit, qui non minus, quam Iudæi, fide. Hi enim duces fuerunt Pauli Samoſateni & Neſtorii.

ROMANA ALIA, EIVSDEM.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Βίκτορος, ἀποκηρύξασα Σαβέλλιον καὶ Νόητον, τοὺς ἐπὶ τῆς τρισυποστάτου θεότητος, συναλοιφὴν καὶ συναίρεσιν ὑποστάσεων πρεσβεύοντας, καὶ Οὐαλεντῖνον, τὸν σὺν πολλοῖς ἀτοπήμασι, καὶ οὐράνιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντα.

C

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta Romæ a beatiſſimo papa Victore: quæ Sabellium & Noetum abdicavit, qui de divinitate in tribus perſonis ſubſiſtente, contractionem & commixtionem perſonarum divulgabant: Valentinum item, qui præter cæteras ineptias, corpus etiam Chriſti cæleſte aſſerebat.

ANNO CHRISTI 203. " 201.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA ZEPHYRINI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damaſi papæ.

[a] ZEPHYRINVS natione Romanus, ex patre ' Abundio, [b] ſedit annos octo, menſes ſeptem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Severi, a conſulatu Saturnini & Gallicani, uſque ad Præſentem & Strigatum conſules. Hic conſtituit, ut præſentibus clericis & laicis fidelibus, ſive clericus, ſive Levita, ſive ſacerdos ordinetur. Et fecit conſtitutum de eccleſia, ut patenas vitreas ' miniſtri ante ſacerdotes portarent, dum epiſcopus miſſam celebraret, & ut ſacerdotes omnes adſtarent, dum ſic miſſæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem, preſbyteros 13. diaconos 7. epiſcopos per loca 13. Qui ſepultus eſt in cœmeterio ſuo, non longe a cœmeterio Calliſti via Appia, ſeptimo Kalendas Septembris. Et ceſſavit epiſcopatus dies ſex.

' Habundantio,

' tenerent ſacerdotes in eccleſia & miniſtri ſupportarent.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Zephyrinus.*] Anno Severi imperatoris nono, qui fuit Chriſti redemptoris noſtri " 203. octavo die Auguſti, poſtquam ſedes pontificia undecim diebus vacaſſet, Victori Zephyrinus pontifex, natione Romanus ſuccedit Euſeb. lib. 5. hiſtor. eccleſ. cap. 27. Sub hoc quinta Chriſtianorum generalis

Quando Zephyrinus pontifex factus ſit? " 201.

Quinta

persecutio. Fuga persecutionũ licita est. Disputatione habita convincuntur hæretici. Pœnitentia & cõversio Natalii.

neralis persecutio edicto imperatoris decreta est: cujus sævitiam catholici quidam subterfugientes, a Montano, ejusque sectatore Tertulliano immerito redarguuntur. Per hunc pontificem Cataphrygæ, disputatione publica,* cui Caius vir apprime disertus ac pius præerat, convicti, una cum Marcione, Praxea, Sabellio, Valentino, & ceteris anathemate damnati sunt. Hieronym. de scriptor. eccles. in Caio. Euseb. lib. 6. hist. cap. 14. Optat. Milevit. Natalius confessor in Theodori coriarii hæresin largitione pecuniæ inductus, postquam ad resipiscendum frequenter admonitus, & ab angelis graviter cæsus fuisset, eamdem cilicio indutus, cineribus conspersus, magno cum mœrore ac lacrymis ad pedes Zephyrini pontificis & ad genua clericorum ac laicorum devolutus, supplex in ecclesiam & ad pœnitentiam recipi petens, ab hoc eodem pontifice benigne acceptatur. Euseb. lib. 5. hist. cap. 27.

Quando controversia de hereticis rebaptibandis orta sit.

Hujus tempore, Agrippino Carthaginensi episcopo auctore, hæreticorum rebaptizantium secta exorta, & concilio Africano reprobato, de quo infra, comprobata est, ut constat ex Cypr. epist 71. Edictum, quod adversus Montani hæresim, aliorumque pseudoparacletorum lapsis pœnitentiam denegantium, auctoritate pontificia edidit, (quo lapsos, etiamsi mœchi ac fornicarii fuissent, ad pœnitentiam invitat ac recipit) Tertullianus Christianus transfuga lib. 1. de pudicit. recitat & impugnat.

Lapsi per edictũ publicum põtificis ad pœnitentiã recipiũtur.

Verba edicti, quæ ibidem extant hæc sunt: *Pontifex maximus, episcopus episcoporum, dicit: Ego & mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto.* Plura vide apud Baron. ab anno Christi 203. usque ad 221.

Quamdiu sederit Zephyrinus.

b *Sedit annos 8 menses 7. dies 16.*] Annis 18. & diebus totidem sedisse auctor est Euseb. in chronic. quam sententiam, tamquam Vaticanis indicibus magis conformem, sequitur Baron. anno 221. num. 1. & recte, quia ab anno Severi imperatoris nono, quo pontificatum ingressus est, usque ad secundum Antonini Elagabali, cujus anno secundo vita & pontificatu defunctum esse, Euseb. testatur lib. 6. hist. eccles. cap. 15. neque plures neque pauciores computari possunt. Martyrem obiisse martyrologium refert: fortasse ex ea causa quod Elagabalo omnium etiam Christianorum religionem sub cultu Dei sui referre volenti, contradixerit. Baron. prædicto anno num. 2.

Elagabali religio.

Quibus calicibus usa sit ecclesia.

c *Ut patenas vitreas.*] Sicut his temporibus vitreas patenas in usu fuisse: hinc constat: ita etiam calicem vitreum, ligneum, atque etiam argenteum, hoc tempore usitatum fuisse, aliunde probatur. De calice vitreo scribit S. Greg. papa libro 1. dial. cap. 7. Sanctum Donatum Aretinæ ecclesiæ in Galliis episcopum ac martyrem, vitreum calicem a paganis fractum orando instaurasse. Hieron. epist. 4. ad Rusticum, *Nihil*, inquit, *illo ditius, qui corpus domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro.* De eodem Cyprianus Gallus in vita Cæsarii episcopi Arelatensis, *An non*, inquit, *in vitro habetur sanguis Christi*. Epiphanius in Panar. hæresi 34. refert, Marcum hæresiarcham, apostolorum temporibus proximum, calice vitreo, quo in suis sacris peragendis utebatur, populum dementasse sic, ut colorem vini albi, qui foris apparebat in vitro, populus arte magica & præstigiis illusus rubrum judicaret, atque ita vinum in sanguinem conversum esse crederet.

Calices argentei usurpati.

Hisce etiam temporibus ante Christianos imperatores fuisse in ecclesia sacra vasa argentea, constat ex vita S Urbani apud librum pontificalem infra & ex epistola 165. Sancti Augustini, ubi ex actis proconsularibus refert, Christianos temporibus Diocletiani habuisse calices aureos duos, argenteos sex, &c. Gregorius Turonensis de gloria Matt. cap. 38. scribit, sub eodem Diocletiano vasa sacra ministerialia argentea e cryptis, in quibus sancti martyres sacra peragentes delitescebant, effossa esse.

Calicis lignei usus interdictus.

Ligneum calicem usurpatum esse, expresse dicitur can. vasa, de consecrat. dist. 1. idemque aperte colligitur ex concilio Triburiensi c. 18. ubi prohibentur sacerdotes, *ne in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumant.* Quia tamen propter fragilitatem vitri, usus vitrei calicis periculosus est, tandem circa tempora Caroli magni, in concilio Remensi statutum est, *ut calix domini cum patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis autem tam pauper est*, additur, *saltem vel stanneum calicem habeat.* Vide Baron. in notis ad martyrolog. Rom. die 7. August.

Calicis vitrei usus interdictus.

* Hæc cum seq. Ant. Aug. aliisq; viris eruditis supposititia habetur.

" EPISTOLA I.

ZEPHYRINI PAPÆ

AD EPISCOPOS OMNES SICILIENSES.

De judiciis episcoporum, & majoribus ecclesiæ causis in sede apostolica terminandis.

Romanæ urbis archiepiscopus Zephyrinus, omnibus per Siciliam constitutis episcopis in domino salutem.

* Hilari papæ sancti

DIVINÆ circa nos gratiæ " memores esse debemus, quæ nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc a ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotum ejus speculatione constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Sicut stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium, firmamento ' inhærentes sanctæ scripturæ, non " obscurat mundana iniquitas. Idcirco meditari vos oportet, & scripturas, & præcepta divina quæ in scripturis continentur, diligenter attendere, ne transgressores legis Dei, sed impletores appareatis.

Patriarchæ vero vel primates, accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fulti auctoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per " innocentes & regulariter examinatos convincatur testes: qui minori non sint numero, quam illi discipuli fuerunt, quos dominus ad adjumentum apostolorum eligi præcepit, id est, septuaginta duo." Detractores quoque, qui divina auctoritate eradicandi sunt, & auctores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione vel testimonio: nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut ' dispereat. Neque in re " dubia, certa judicetur sententia: nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo judicetur, quia & divinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum, " omni careant suspicione, quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullum namque eorum sententia, " a non suo judice dicta, constringat, quia & leges sæculi idipsum fieri præcipiunt. Duodecim enim enim judices, " quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus causa juste judicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocato, ad suorum primo conventum episcoporum, per eos ejus causa juste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero ejus causæ ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea finiatur, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam ejus auctoritate fulciatur Ad eam quoque ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressionibus releventur, quia *non potest nec debet mater oblivisci filium suum.* Iudicia enim episcoporum, majoresque ecclesiæ causæ, a sede apostolica, & non ab alia, sicut apostoli & sancti successores eorum statuerunt, cum aliis ' episcopis sunt terminandæ: quia licet in alios transferantur episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis.* Et reliqua privilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, b & in constitutis apostolorum, corumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concinentibus, habentur inserta. * c Septuaginta enim apostoli sententias præfixerunt, cum aliis quamplurimis episcopis, & servandas censuerunt. De occultis enim alieni " cordis temere judicare, peccatum est: & eum cujus non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum, quæ hominibus sunt incognita, solus Deus judex sit. Ipse vero novit abscondita cordis, & non alius. Injusta enim judicia ab omnibus cavenda sunt, maxime tamen a servis Dei. *Servum autem Dei non oportet litigare*, nec quemquam

Leonis [...] cessoris [...] 3.
Distinć[...] Sicut [...] las cæli [...] ' adhær[...] " Prosp[...] sent. 12[...] S. Aug[...] ps. 93.
2. q. 1. [...] mat. ac[...] Et in [...] cis I. [...] decr. I[...] lib. 4. [...] " Anian[...] in con[...] tit. 40 [...] IX. Co[...] Theod[...] " Hadr[...] coll. 68 [...] 3. q. 4. [...] tractor[...] quoqu[...] desper[...] * Greg[...] 30. lib. [...] & 52. [...] 3. q. 9 [...] sens ve[...] * Hadr[...] coll. 15 [...] * Cod. [...] unica [...] IV. tit. [...] 5. quæs[...] Duode[...] judices [...] * IV C[...] 10. & I[...]
2. q 6 [...] Romã [...] ecclesi[...]
Isa. 49
' vox [...] scopis [...] a MS.
Matt.
* al. [...] ginta [...] MS. I[...] al. qu[...] quagi[...] Dist. [...] Sexag[...] apost[...] " Pro[...] sent. [...] S. Au[...] ps. 118 [...] Psalm[...] 2. Tim[...]

quam damnare. Episcopi namque a plebibus & A clero, & domini a servis " ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ, sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum graviter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu persequentium, ut cum beato Iob dicatis: *Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestivi me vestimento & diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam*: & reliqua. Vos ergo, qui in specula a do- B mino estis positi, comprimere & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones & scandala ' excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, " non tamen Deum. Ideo hos repellere, & ab his vos cavere oportet, quatenus extincta funditus hujusmodi caligine, " Lucifer eis resplendeat, & lætitia oriatur, sanctissimi fratres. Data duodecimo Kalend. Octobris, Saturnino & * Gallicano " viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Ad fastigium sacerdotale.*] Pontificatum summum intelligit, cui simul oves & agni, (id est, episcopi, ut patres exponunt) cum reliquis clericis & tota plebe commissi sunt, Ioan. cap. 21. Ideoque hic recte pontificatum suum sacerdotale fastigium nominat, cujus sacerdotium, dignitate & officio simul, supra omnium sacerdotum & episcoporum longe emineat.

[b] *Et in constitutis apostolorum*] 73. canonem apostolorum intelligit: quo constitutum est, ut episcopales causæ non nisi ab episcopis superioribus, conciliis, aut Romano pontifice dijudicentur. Vide quæ diximus ibi in notis ad prædictum canonem 73.

[c] *Septuaginta enim apostoli sententias præfixerunt.*] Alia quædam lectio habet, sexaginta, alia quinquaginta; quovis modo legatur; verum est, quod per has sententias, canones apostolorum intelligat; quorum numerus, licet quinquagenarius tantum fuerit, (ut supra in notis nostris ibidem ostendimus) tamen, quia uno canone quandoque plures sententiæ comprehenduntur, 60. aut 70. sententiarum apostolicarum numerus, quinquagenario apostolorum canonum numero, nihil obstat aut præjudicat. Vide quæ diximus in notis ad canones apostolorum in principio, verbo *Canones*.

EPISTOLA II.

ZEPHYRINI PAPÆ AD ÆGYPTI PROVINCIÆ EPISCOPOS.

I. *De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis.*
II. *De ordinatione presbyterorum atque diaconorum.*

Carissimis fratribus per Ægyptum domino militantibus Zephyrinus Romanæ urbis archiepiscopus.

TANTAM a domino, hujus sanctæ sedis & E apostolicæ ecclesiæ fundatore, & beato Petro principe apostolorum, accepimus fiduciam", ut pro universali Christi sanguine redempta ecclesia, impigro laboremus ' affectu, & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis pie viventibus apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt " pie vivere, necesse est, ut ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tamquam stulti & insani, ut meliores & purgatiores efficiantur qui bona temporalia perdunt, ut percipiant æterna. Eorum vero despectio & irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt & contumeliis afficiunt, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem.

I.

Nuntiatum est enim sedi apostolicæ per [d] apocrisiarios vestros, quosdam fratrum nostrorum, episcoporum videlicet, ab ecclesiis & sedibus propriis pelli, suaque eis auferri supellectilia, & sic nudos & expoliatos ad judicia vocari: quod omni ratione caret, cum constituta apostolorum, eorumque successorum, & præcepta " imperatorum ac constitutiones legum, idipsum prohibeant, & apostolicæ sedis auctoritas idipsum fieri vetet. Præceptum est ergo in antiquis statutis ", episcopos ejectos, atque suis rebus expoliatos, ecclesias pro- B prias recipere, & primo sua omnia eis reddi: & tum demum, si quis eos juste accusare voluerit, æquo periculo facere, judices esse decernentes, episcopos recta sapientes, & in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur: nec " prius eos respondere debere, quam omnia sua eis & ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum dominum nostrum usque ad mortem sint persecuti. Ipsæ tamen persecutiones patienter portandæ sunt, ut ejus discipuli esse cognoscamini, pro quo & patimini. Unde & ipse ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* His fulti suffragiis, non C multum " debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus jubet per Isaiam prophetam, dicens: *Audite me qui scitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis*, considerantes quod in psalmo scriptum est: *Nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt. Vana autem locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Sed disperdet dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt: quis noster do-* D *minus est?* Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. Non enim probabili " & paterna doctrina hoc faciunt, sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam. Scriptum namque est: *Via stulti recta in oculis ejus.* Et *sunt viæ, quæ videntur homini justæ, novissima autem earum deducunt ad mortem.* Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei hæc reservare debemus, qui reddet unicuique secundum opera ejus. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens: *Mihi vindictam, ego retribuam.* Vos enim in recta fide, & opere, ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam *in hoc*, ait dominus, *cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.* Unde & ipse per prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Spiritali dico habitaculo " & " concordia, quæ in Deo est, & unitate fidei, hujus delectabilis secundum veritatem habitaculi, quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque * sacerdotibus induentibus dignitatem, sicut unguentum super caput, principalem intellectum irrigans, & usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promisit dominus. Hujus igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præsentem fraternam syllabam exposuimus, nostra

In decret. Ivonis l. 4.
" Ethnicorum utique & ecclesiæ persecutorum.
2. quæst. 2. Præceptum est.
" Hadr. coll. 13. ex Trip. VII. c. 12.
" Hadr. coll. 5. ex Syn. III. Rom. sub Symmacho.
Matth. 5.
" Martinus consult. 3. conc. Lateranensis.
Isai. 51.
Psalm. 43.
Psalm. 93.
Psalm. 11.
" Idē Martinus.
Proverb. 12.
Matth. 16.
Rom. 12.
Ioan. 13.
Psalm 132.
" Pauli ep. CP. epist. consult. 4. oc. Later. sub Martino I.
* sacerdotalem ' ita & MS.

nostra propter caritatem minime quærentes, aut A quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo (secundum vulgarem fabulam) excutere palum. Absit. Non sunt ista nostra. Hæc enim avertat divinitas. Iusto " judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Ipsis tamen, qui eos persequuntur, & exprobrant, atque detrahunt, erit procul dubio væ. Væ væ illis qui detrahunt servis Dei: quia detractio eorum ad eum pertinet ", cujus ministerium agunt, & vice funguntur. Oramus autem, ostium circumstantiæ, qui neminem perire aut labiis suis pollui volumus, eorum oribus imponi, & verbum minime nocivum concipere, aut ore proferre. B Vnde & dominus per prophetam loquitur, dicens: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Dominus omnipotens, & ejus unigenitus Filius, & salvator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus, quibuscumque tribulationum molestiis laborantibus, viribus quibus potestis succurratis, & eorum (ut dignum est) injurias vestras æstimetis: maximum adminiculum eis verbis & factis præbeatis, ut ejus discipuli inveniamini veri, qui fratres, ut se, omnibus diligere præcepit.

" S. Prosperi sent. 23. ex S. Aug. in ps. 118.

" Greg. ep. 32. lib. XII.

Psalm. 38.

II.

Ordinationes vero presbyterorum & Levitarum, C tempore congruo, & multis coram adstantibus, solemniter agite, & probabiles & doctos viros ad hoc opus * provehite, ut de eorum societate & adjumento plurimum gaudeatis. Ponite " indesinenter corda vestra in virtute Dei, & enarrate hæc & cetera divina verba in progenies alteras, *quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula.* Data 7. Idus Novembris, Saturnino & * Gallicano viris clarissimis consulibus.

Distinct. 83. Ordinationes presbyterorum.
* constituite,
" Gelasius ep. 9.
Psalm. 47.
* Gallo

NOTA SEVERINI BINII.

a *Apocrisarios vestros.*] Apocrisarii dicuntur legati episcoporum, & velut eorum locum tenentes, qui res ecclesiæ gubernant, negotia singulorum audiunt, & ad episcopos referunt. Dicuntur igitur apocrisarii, id est, responsales, ab ἀποκρίνομαι, id est, respondeo. Horum fit mentio in capite D significasti, de elect. & apud Iustinianum Novell. quomodo oporteat episcopos, cap. 12. & de sanctissimis episcopis §. Reverendiss. Albericus per apocrisarios nuntios papæ intelligit.

Apocrisarii qui?

CONCILIVM AFRICANVM
sub Zephyrino improbatum.

ANNO CHRISTI 217. " 215.

Agrippinum Carthaginensis ecclesiæ episcopum, indicto concilio in Africa omnes Numidiæ & Africæ episcopos convocasse, de iterando hæreticorum baptismate, omnium sententias rogasse, ac demum ex communi episcoporum sententia id affirmantium, contra apostolicam ecclesiæ catholicæ traditionem, canonem & decretum statuisse., Cyprian. epist. 71. ad Quintum aperte testatur his verbis: E *Quod quidem & Agrippinus bonæ memoriæ vir cum ceteris coepiscopis suis, qui illo tempore in provincia Africa & Numidia ecclesiam Dei gubernabant, statuit, & librato consilii communis examine firmavit: quorum sententiam, & religiosam & legitimam & salutarem, fidei & ecclesiæ catholicæ congruentem, nos etiam secuti sumus.* Quia autem annus Christi 217. " Christianis pacatus exstitit, illo eodem anno sane Carthaginensem synodum habitam esse, probabile est. Occasionem errandi, Tertullianus gentilitius tribuisse videtur. Hic enim quodam prætextu pietatis, dum adhuc catholicus esset, omnia hæreticorum ab ecclesia rejicienda ac depellenda esse sentiens, eo erroris ipse cum aliis quibusdam quos induxit, prolapsus est, ut nec baptismum communem cum hæreticis habendum esse putaret: ideoque etiam baptizatos a ministris hæreticis, in ecclesiam catholicam recipiendos non esse, nisi illud ipsum sanctum lavacrum per ministerium catholicorum iteratum denuo susciperent. Hinc igitur certissimum esse liquido constat usum rebaptizandi sub Agrippino frequentari cœptum esse: controversiam vero de valore baptismi ab hæreticis collati, eorumque rebaptizatione, inter doctores ecclesiæ agitatam, sub Stephano pontifice exortam esse. Baronius anno Christi 217. num. 1. 2. 3. & anno 258. num. 19. & 20.

Hoc concilio auctore Agrippino hæreticorũ baptismus condemnatur.

" 215.

Tertullianus prædicti baptismi auctor.

Contr[...] sia de[...] ptismo quand[...] ta sit.

VITA,
EPISTOLÆ, ET DECRETA
CALLISTI PAPÆ I.
Ex libro pontificali Damasi papæ.

AN[NO] CHR[ISTI] 221."

a CALLISTVS natione Romanus, ex patre Domitio, de regione urbis Ravennatum, b sedit annos 5. menses duos, dies 10. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, a consulatu Antonini & Alexandri. c Hic martyrio coronatur. d Hic constituit jejunium " quater in anno fieri, frumenti, vini & olei gratia, secundum prophetiam. Qui sepultus est e in cœmeterio Calepodii, via Aurelia, f milliario tertio, pridie Idus mensis Octobris. Hic fecit ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tiberim. " Et fecit aliud cœmeterium via Appia, ubi multi sacerdotes & martyres requiescunt, quod appellatur usque in hodiernum diem cœmeterium Callisti. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros 16. diaconos 4. episcopos per loca 8. Quievit episcopatus dies 6.

" die f[...] ti ter i[...] no fie[...] menti & ol[...] cundũ phetã[...] ti me[...] septin[...] decim[...] " desi[...] C. H.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Callistus.*] Post interregnum 6. dierum 2. die Septembris anno dominicæ incarnationis " 221. qui est Antonini " Caracallæ secundus, pontificatum gubernandum accipit Callistus, patria Romanus, vigilantissimus ecclesiæ pastor, miraculis & sanctitate clarus, qui Privatum ulceribus plenum precibus sanavit. Vide Baron. anno 220.

b *Sedit annos 5. menses duos, dies 10*] Cum sub Alexandro imperatore, anno imperii illius tertio, qui est Christi " 226. pridie Idus Octobris martyrio affectus sit, ut ecclesiasticæ tabulæ referunt, quinque quidem annis, sed uno dumtaxat mense, & diebus 12. sedisse, invenitur.

c *Hic martyrio coronatur.*] De martyrio Callisti Romanum martyrologium hæc continet: *Romæ, via Appia natalis beati Callisti papæ & martyris. qui Alexandri imperatoris jussu diutius fame in carcere cruciatus, & quotidie fustibus cæsus, tandem e fenestra domus, in qua custodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demersus, victoriæ triumphum promeruit.* Sed cum Alexander imperator, teste Lampridio in Alexandro, Christianam rem non solum non læserit; sed potius plurimum promoverit, Christum inter Deos habuerit, eique matutinis horis in larario suo rem divinam fecerit, ac, nisi oraculis deorum dissuasus fuisset, templum eidem erigere decreverit, Christianorum moribus delectatus fuerit, eos provinciarum rectoribus imitandos proposuerit, iisque demum, popinariis expulsis, ad conventus faciendos publicum locum, ex quo olim, regnante Augusto, Christo in Bethlehem nascente, oleum scaturiit, concesserit, ac ibidem per Callistum pontificem templum in honore partus virginei consecratum erigi permiserit: hac, inquam, voluntate optima cum erga Christianos affectus fuerit, Callistum pontificem non ipsius Alexandri imperatoris expresso jussu ac decreto; sed potius consilio ac decreto jurisconsultorum, & imprimis Vlpiani, quem Christianis, velut sacrilegis, infestissimum fuisse, ex Lactantio Firmiano lib. 5. cap. 11. & 12. constat, occisum fuisse verius esse putavimus. Hic enim, teste Lampridio ibidem, Alexandri imperatoris tutorem egit, principi primo loco assedit, præfecturam prætoriam, dignitatem amplissimam, imperatoris concessu administravit, ac scriniorum magister extitit, adeo ut hujus arbitrio pene cuncta

Quot[...] no pon[...] factus[...] " 219 " Alag[...] Mirac[...] Callis[...] Quam[...] sederi[...] " 22[...] Marty[...] Callis[...] Alexa[...] imper[...] erga [...] stiano[...] time[...] ctus. Vlpia[...] jurisc[...] tus a[...] necis[...] listi. Vlpia[...] præfe[...] præto[...]

cuncta imperator faceret, diceretur que juſſu Alexandri accidiſſe, quod mandato & conſilio ſolius Vlpiani factum fuerat. De quibus vide Baron. anno 225. num. 1. 2. 3. 4. &c. item anno 226. num. 4.

d *His conſtituit.*] Hoc decretum extat epiſtola ejus prima. Vide quæ dicemus in notis ad illam epiſtolam.

e *In cœmeterio.*] Cœmeteriorum, quorum in vitis pontificum apud hunc auctorem diverſis in locis mentio fit, quadraginta tria recenſentur a Baronio anno Chriſti 226. num. 8. & 9. Nominantur autem cœmeteria illa loca, in quæ Chriſtiani ſuorum defunctorum corpora unguentis delibuta ſepelienda deferebant: appellabant autem ea loca cœmeteria, quod fides doceret, Chriſtianos non mori, ſed rurſus excitandos, interea in domino obdormire. Tertullianus de corona militis. Hæc alibi nominantur interdum areæ, tumbæ, catatumbæ, & ex natura loci, cryptæ arenariæ. His in locis Chriſtianorum dumtaxat, non autem ethnicorum gentilium defuncti ſepeliebantur, ideoque diebus dominicis a Chriſtianis frequentari ſolebant: quod deinceps aliorum imperatorum edictis vetitum, aliorum viciſſim Chriſtianis conceſſum. Vide Baronium anno 130. numero 2. anno 226. num. 10. & 11. anno 260. num. 17. 258. numero 7. item 262. num. 77. & 78.

f *Milliario tertio.*] Ab urbe nimirum: lege enim 12. tabularum teſte Cicer. de legibus lib. 2. vetitum fuerat, defunctum intra mœnia ſepelire. Hac igitur lege cogebantur etiam Chriſtiani ſuos mortuos extra mœnia ſepelire, niſi forte quis clanculum (quod ſæpius accidit) cadaver martyris ſuſtuliſſet, ac in domo propria ſepeliſſet. Sub Chriſtianis imperatoribus ſanctorum oſſa in eccleſias tranſlata ſunt. Baron. anno 226. num. 7. & 12.

" EPISTOLA I.
CALLISTI PAPÆ I.
AD BENEDICTVM EPISCOPVM.

*** De jejuniis quatuor temporum, & ut criminationem adverſus doctorem nemo ſuſcipiat.

I. *De temporibus jejuniorum.*
II. *De criminationibus doctorum.*

Calliſtus archiepiſcopus eccleſiæ catholicæ urbis Romæ, Benedicto fratri & coepiſcopo ſalutem in domino.

FRATERNITATIS amore " conſtringimur, & apoſtolico moderamine cogimur, ut conſultis fratrum (prout dominus dederit) reſpondeamus, eoſque apoſtolicæ ſedis auctoritate inſtruamus.

I.

a Iejunium, b quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, c ut ſicut annus per quatuor volvitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus jejunium, per anni quatuor tempora. Et ſicut replemur frumento, vino & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur jejunio ad alendas animas, juxta prophetæ Zachariæ vocem, qui ait: *Factum eſt verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocaſſent me patres veſtri, & non ſum miſertus: ſic converſus cogitavi in diebus iſtis, ut bene faciam Ieruſalem & domui Iuda. Nolite timere. Hæc ſunt verba quæ facietis: loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo; veritatem & judicium pacis judicate in portis veſtris, & unuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & juramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odivi, dicit dominus exercituum. Et factum eſt verbum domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Iejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & in lætitiam, & in ſolennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite, dicit dominus exercituum.* In hoc ergo omnes nos " unanimes oportet eſſe, ut ſecundum apoſtolicam doctrinam, *idipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata. Simus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia*, in cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam eſſe conſortem. Non decet enim a capite membra diſſidere, ſed, juxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium, *omnia membra caput ſequantur.* d Nulli vero dubium eſt, quod apoſtolica eccleſia mater ſit omnium eccleſiarum, a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, ſic & vos voluntatem veſtræ impleatis matris, quæ eſt eccleſia, cujus caput (ut prædictum eſt) Romana exiſtit eccleſia. " Quidquid ergo ſine diſcretione juſtitiæ contra hujus diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

" S. Leo ep. 53. & 84.
1. Petri 3.
Diſtinct. 12. Non decet a capite.
1 Cor 12.
Ioan. 6.
Idem habetur infra in decr. 2. Stephani I. & Sixti papæ III.
" Hadrian. coll. 3. & 67.

II.

Criminationes vero contra doctorem nemo ſuſcipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec ſervos dominos lacerare. Filii ergo ſunt doctorum, omnes quos inſtruunt. Et ſicut filii patres carnales, ſic & hi patres debent diligere ſpirituales. Non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit ſuos. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi quam reprehendendi ſunt, niſi in recta fide erraverint. Nullus ergo doctorem per ſcripta accuſet, nec niſi fideli & legitimo, qui etiam irreprehenſibilem vitam ac converſationem ducat, accuſatori reſpondeat: quia indignum eſt, ut doctor ſtulto & indocto; atque reprehenſibiliter viventi, reſpondeat juxta ſtultitiam ſuam, dicente ſcriptura: *Non reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam.* Non bene vivit, qui non recte " credit. Nihil mali vult, qui fidelis eſt. Si quis fidelis eſt, videat ne falſa loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. Fidelis homo ſemper fideliter agit, & infidelis callide inſidiatur, atque fideles & pie ac juſte viventes perdere nititur, quia ſimilis ſimilem ſibi quærit. Infidelis homo mortuus eſt in corpore vivente. Et contra, ſermones fidelis hominis vitam cuſtodiunt auditorum. Doctorem enim " catholicum, & præcipue domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe ſcriptura ſancta, *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere:* multis hujus mundi illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, ut veræ continentiæ obtineatur integritas. Cujus prima eſt labes ſuperbia, initium " tranſgreſſionis & origo peccati: quoniam mens ſponte avida, nec abſtinere novit, nec pietati adhibere conſenſus. " Nullus bonorum inimicum habet, niſi malum, qui ideo eſſe permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipſum bonus exerceatur. Quidquid ergo " irreprehenſibile eſt, catholica defendit eccleſia. Nulli imperatori, " vel cuipiam pietatem cuſtodienti, licet aliquid contra mandata divina præſumere. Injuſtum ergo judicium & diffinitio injuſta, regio metu aut juſſu, aut cujuſcumque epiſcopi aut potentis, a judicibus ordinata vel acta, non valeat. Homini religioſo parum eſſe debet " inimicitias aliorum non exercere, vel augere male loquendo, niſi etiam eas extinguere bene loquendo ſtuduerit " Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio. Omnes vero qui amant " vitam beatam, malunt eam tranquillitatis ſuæ & juſtitiæ ſtatu currere, quam noſtrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. e Memor enim ſum, " me

Proverb. 26.
" Sixti ſententiæ 6. 167. 189. 203.
" S. Leo ep. 53.
Eccleſ. 18.
" Proſperi ſent. 202. ex Aug. in pſ. 54.
" Canon. 9. conc. Niceni.
" Cõc Rom. VI. ſub Symmacho papa
11. q. 3. Injuſtum judicium &
" S. Proſperi ſent. 179. ex S. Aug. ix. confeſſ. c. 9.
" ejuſdem, ex eodem in pſ. 93.
" S. Ambr. ep. 21.
" S. Leo ep. 32.

A ſub illius nomine eccleſiæ præſidere, cujus a domino noſtro Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cujus fides omnes ſemper deſtruit errores. Et intelligo, aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei cauſæ, in qua univerſalis eccleſiæ ſalus infeſtatur, impendam. Spero autem adfuturam " miſericordiam Dei, quod cooperante ejus clementia, omnis peſtifer morbus, ipſo pellente, auferatur: & quidquid ipſo inſpirante atque auxiliante poterit ſalubriter fieri, cum tuæ fidei & devotionis laude peragatur. Quoniam res omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi, quæ ad divini muneris famulatum pertinent, ſacerdotalis defendat auctoritas. Data undecimo Kalendas Decembris, " Antonino & Alexandro viris clariſſimis conſulibus. B

" S.Leo ep. 31. cujus verba ut præcedentium auto-rũ detractis additiſve quibuſdam interpolata.

* ann. 222.

Notæ Severini Binii.

Iejunium quatuor temporum a quo inſtitutum ſit.

a *Iejunium.*] Iejunium quatuor temporum non a Calliſto pontifice, ſed ab apoſtolis inſtitutum eſſe, præter expreſſum ſancti Leonis teſtimonium, ipſe quoque Calliſtus hac epiſtola indicat, verbis ſequentibus hiſce: *quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti*; affirmans jam ante ſua tempora trium temporum jejunia in eccleſia ſervari eſſe ſolita: a ſe vero, quarti dumtaxat temporis jejunium ſuperadditum eſſe, ne Iudæi, ſecundum prophetiam Zachariæ capite octavo quater in anno jejunantes, in virtutis temperantiæ exercitio promptiores & alacriores eſſe dici poſſint. Iejunium menſis Decembris, quod eſt unum atque præcipuum ex quatuor, tempore apoſtolorum, a Chriſtianis obſervatum eſſe, indicat Lucas Actor. cap. 27. his verbis: *Incipiebat enim periculoſa eſſe navigatio, quia jejunium jam præterierat:* quaſi diceret, ut exponunt Chryſoſtomus & Oecumenius, quia hibernum illud decimi menſis jejunium C præterierat, incipiebat eſſe periculoſa navigatio: propterea quod hiems ageretur, qua navigantibus graviſſima pericula imminent. Hoc igitur jejunium Calliſtus integrum non inſtituit: ſed inſtitutum ab apoſtolis ſcripto confirmavit, & ut Bellarminus concedit, quarto ſuperaddito ſaltem ampliavit. Vide Bellarminum de bon. oper. in part. lib. 2. cap. 19. Baron. ann. Chriſti 57. num. 6. & 7.

Calliſtus tribus temporibus quartum jejunandi tempus adjecit.

b *Quod ter in anno.*] Baron. anno Chriſti 226. num. 6. putat legendum eſſe, *quater*, ex eo quod prophetiam Zachariæ citat, quæ quater in anno jejunandum eſſe admonet: aliter ſentit Bellarm. loco prædicto, cujus expoſitio textui conformior eſſe videtur.

c *Vt ſicut annus per quatuor.*] His verbis Calliſti pontificis tres cauſæ jejunii quatuor temporibus obſervandi indicantur. Prima, ne Chriſtiani Iudæis hac in parte remiſſiores viderentur. Conſtat enim ex verbis prophetiæ ſequentibus Iudæos quater in anno jejunaſſe ſolenni jejunio: D æquum igitur fuit ut Chriſtiani, qui perfectiores Iudæis eſſe debebant, etiam ſua quatuor tempora haberent, quibus ſolenni ac communi jejunio per totum orbem jejunarent. Hanc eamdem rationem inſtituti jejunii quatuor temporum, reddit etiam ſanctus Leo ſermone 7. de jejunio ſeptimi menſis. Item ſermone 4. & 6. de jejunio decimi menſis. Secunda eſt, ut his temporibus Deo ſupplicaremus pro frugibus ac fructibus terræ, ac pro iiſdem perceptis gratias ageremus. Nam in iis quatuor temporibus, aëris temperies maxime variatur, ac fructus omnes cum frugibus vel ſeruntur, vel naſcuntur, vel maturantur, vel colliguntur. Hanc rationem adfert ſanctus Leo ſermone 2. 5. & 8. de jejunio decimi menſis. Tertia cauſa eſt, ut ſingulis menſibus certum aliquod ſtativum ac ſolenne jejunium ſervetur, ſicut ſingulis annis quadrageſimale, ſingulis hebdomadibus feria ſexta & quarta olim, nunc ſabbato jejunatur, ac proinde quatuor anni temporibus tribus diebus unius hebdomadæ jejunemus, pro tribus menſibus: nimirum menſe E Martio jejunamus ſemel tribus diebus, pro primo, ſecundo ac tertio menſe: menſe Iunio circa pentecoſten jejunamus per dies tres, pro tribus ſequentibus menſibus Iunio videlicet, Iulio & Auguſto: menſe Septembri, pro ſeptimo, octavo & nono: Decembri pro decimo, undecimo ac duodecimo menſe anni, ſcilicet pro Decembri, Ianuario ac Februario. Idque majoris commoditatis gratia factum eſt. Hæc Leo ſerm. 9. de jejunio ſeptimi menſis: & ſerm. 8. de jejunio decimi menſis, Amalarius de offic. eccleſ. lib. 2. c. 2. Quarta cauſa inſtituti jejunii quatuor temporum eſt ordinatio clericorum: quæ cum his temporibus ordinarie per univerſam eccleſiam fiat, omnes & ſinguli Chriſti fideles exemplo primitivæ eccleſiæ, quam Actor. cap. 13. tempore ordinationis jejunaſſe conſtat, merito cum jejunio orant, ut Chriſtus dominus fideles operarios in vineam ſuam mitA tere dignetur. Et quamquam primi ſummi pontifices, ut perſpicuum eſt ex libro pontificali, ac teſtimonio Amalarii lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 1. menſe Decembri tantum ordines ſacros contulerint, tamen creſcente ordinandorum numero, recte inſtitutum eſt, ut aliis etiam tribus temporibus ſacri ordines conferrentur, ita Gelaſius epiſtola prima. Vide Bellarm. prædicto loco.

Prima cauſa jejunii quatuor temporum.

Secunda cauſa.

Tertia cauſa.

Quarta cauſa.

d *Nulli vero dubium.*] Romanam eccleſiam matrem & caput eſſe omnium aliarum eccleſiarum; evidens teſtimonium notatu digniſſimum hic traditur: plura teſtimonia vide apud Bellarm. de Rom. pont.

e *Memor enim ſum, me ſub illius nomine eccleſiæ præſidere.*] Romanum pontificem ſucceſſorem Petri eſſe, hic indicatur. Plura teſtimonia vide apud Bellarm. de Roman. pont. lib. 2. cap. 12. & multis aliis ſequentibus.

EPISTOLA II.

CALLISTI PAPÆ I. B

AD OMNES GALLIARVM EPISCOPOS.

" ** De conſpirationibus & reliquis illicitis cauſis ne fiant, & de reparatione lapſi poſt pœnitentiam.

I. *De iis qui conſpirant adverſus epiſcopos, vel qui eis conſentiunt.*

II. *De iis qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.*

III. *Vt nullus epiſcopus de alterius parochia aliquid præſumat, & de mutationibus epiſcoporum.*

IV. *De conjunctionibus conſanguineorum; & de iis, qui ex eis naſcuntur, & de accuſationibus quas leges rejiciunt.* C

V. *Qui non debeant admitti ad accuſationem, vel ad teſtimonium: nec niſi de iis quæ in præſentia acta ſunt, teſtimonium dandum.*

VI. *Si poſſit ſacerdos poſt lapſum miniſtrare.*

Dilectiſſimis fratribus per Gallias conſtitutis, univerſis epiſcopis Calliſtus.

PLVRIMORVM relatu comperimus, " dilectionem veſtram, fervore Spiritus ſancti, ita eccleſiæ gubernacula firmiter contra impetus tenere & regere, ut naufragia aut naufragiorum detrimenta, Deo auctore, non ſentiat. Talibus igitur gloriantes indiciis, rogamus, ne in illis par- D tibus contra ſtatuta apoſtolica quidquam fieri ſinatis, ſed noſtra fulti auctoritate, nociva compeſcite, illicita prohibete.

I.

Conſpirationum vero crimina veſtris in partibus vigere audivimus, & plebes contra epiſcopos ſuos conſpirare, nobis ' manifeſtatum eſt. Cujus criminis aſtutia non ſolum inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non ſolum eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi damnant leges: & non ſolum conſpirantes, ſed *etiam conſentientes eis.* Anteceſſores vero no- ſtri cum plurima turba epiſcoporum, quicumque E eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore, quo utuntur, * cadere præceperunt: ceteros vero communione privari, & ab eccleſia extorres fieri juſſerunt: omneſque ſimul utriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt: & *non ſolum facientes, ſed & eis conſentientes.* Iuſtum eſt enim, ut qui divina contemnunt mandata, & inobedientes patrum exiſtunt juſſionibus, ſeverioribus corrigantur vindictis, quatenus ceteri talia committere timeant, & ' omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti ſumant ſeveritatis atque bonitatis exemplum. Nam " ſi (quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem, vigoremque

" Sim… cius ep…

' mand…

Rom.

* care… & MS… at in textu cilii C… ched. … legitu… 23. q. … ſtum … qui.

' Deus… deat

" S. G… ep. 11. xii.

remque negligimus, perdit desidia disciplinam, & A animabus fidelium profecto nocebitur. Hi vero in nullius accusationem sunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox, ullum nocere vel accusare potest.

II.

Excommunicatos quoque a sacerdotibus, nullus recipiat ante utriusque partis justam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec Ave eis dicat: quia quicumque in his vel aliis prohibitis, scienter excommunicatis communicaverit, [a] juxta apostolorum institutionem, " & ipse simili excommunicatione subjacebit. Ab his ergo clerici & laici se abstineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite conjungi, nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes, non fideles, sed infideles judicantur. Vnde ait apostolus: *Quæ pars fideli cum infideli: aut quæ participatio justitiæ cum iniquitate.*

III.

Nemo quoque alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare aut excommunicare præsumat: " quia talis judicatio vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit: quoniam nullus alterius judicis, nisi sui, " sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & dominus loquitur dicens: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt* C *patres tui.* Nullus autem primas vel metropolitanus diœcesani ecclesiam vel parochiam, aut aliquem de ejus parochia præsumat excommunicare vel judicare, vel aliquid agere absque ejus consilio vel judicio: sed hoc observet, [b] quod ab apostolis ac patribus & prædecessoribus nostris est statutum, & a nobis confirmatum: id est, si quis " metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio ac voluntate omnium comprovincialium episcoporum, extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de provincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum, & clericorum atque sæcularium D necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu [c] comprovincialium agatur pontificum: nec aliquo dominationis fastu, sed humillima & concordi administratione; sicut dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Similiter & ipsi comprovinciales episcopi cuncta cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum, [qui " quamvis aliquo temporum intervallo nos antecesserint, ab uno tamen eodemque puritatis fonte, veritatis & fidei lumen hauserunt, & eodem illustratore & directore spiritu, ecclesiæ Dei stabilimentum, & omnium Christianorum communem quæsiverunt utilitatem ?] ut " uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullusque reliquorum episcoporum, alterius adeat civitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi est parochiæ, super cujusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cujus juris esse dignoscitur: aut quidquam ibi disponat vel ordinet, aut judicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur: & non solum ille, sed cooperatores, eique consentientes: quia sicut ordinatio, ita eis & " judicatio,

& aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter judicabit? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit: quoniam sicut alterius uxor, nec adulterari ab aliquo, vel judicari aut disponi, nisi a proprio viro, eo vivente permittitur: sic nec [d] uxor episcopi, quæ ejus ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, absque ejus judicio & voluntate, alteri judicari vel disponi, aut ejus concubitu frui, id est, ordinatione, ullatenus conceditur. Vnde ait apostolus: *Alligata est uxor legi, quamdiu vir ejus vivit: eo vero defuncta, soluta est a lege viri.* Similiter & sponsa episcopi (quia sponsa uxorque ejus dicitur ecclesia) illo B vivente ei est alligata: eo vero defuncto, soluta est, & cui voluerit, nubat, tantum in domino, id est, regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera judicabitur. Similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulter æstimabitur, & communione privabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia, fugiendum illi est ad alteram, eique est associandus, dicente domino: *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus, & auctoritate hujus sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed utilitatis.

7. q. 1. Sicut alterius uxor. — Rom. 7. — Matth. 10. — In decret. Ivon. lib. 5.

IV.

Conjunctiones autem consanguineorum fieri prohibentur, quando has & divinæ & sæculi prohibent leges. Leges ergo divinæ hoc agentes, & eos qui ex eis prodeunt, non solum ejiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo sæculi, infames tales vocant, & ab hereditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi. Nec eos viros, nec accusationes eorum, quos leges sæculi rejiciunt, suscipere debemus. [Quis " enim dubitat, leges humanas, rationi & honestati non repugnantes, esse amplectendas, præsertim ubi vel publicæ consulunt utilitati vel ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur?] Eos autem consanguineos dicimus, quos divinæ & imperatorum, ac Romanorum " atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hereditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim conjunctiones nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ: [& " si quæ ausu temerario tentatæ sint, auctoritate apostolica rescindendæ veniunt.]

35. q. 2. 3 Cõjunctiones consanguineorũ. — " absunt a MS. Iust. — 3. q. 4. Consanguineorum conjunctiones. — " inserte hinc arguitur distinctio impp. in Romanos & Græcos. — " absunt a MS.

V.

Quisquis ergo non est legitime conjunctus, vel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime conjunctos criminari, vel in eos testificari minime potest: quoniam omnis incesti macula pollutus, E infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hi rejiciendi sunt; & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergo sæculi leges interficiunt, sed nos, misericordia præeunte, sub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. Ipsam quoque infamiam, qua sunt aspersi, delere non possumus, sed animas eorum per pœnitentiam publicam, & ecclesiæ satisfactionem sanare cupimus, quia " manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum, & eorum super quorum fide non hæsitatur, minime recipiatur, & in testimonio humano dubii

In decret. Ivon. lib. 4. — " S. Isid. III. sent. 46.

habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem de quorum fide dubitatur: nec eis" omnino esse credendum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum est ergo in judicio, cujus sit conversationis & fidei, is qui accusat, & is qui accusatur: quoniam hi qui non sunt rectæ conversationis ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur majores natu accusare, nec quorum fides, vita, & libertas nescitur. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusationem. Rimandæ vero sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare vel accusari potest, sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. Nec absente" eo, quem accusare voluerit, cuicumque accusatori credatur. Similiter testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed præsentes, de his quæ viderunt & noverunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores vero consanguinei, adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes: sed si voluerint, & invicem consenserint inter se, parentes tantummodo testificentur, & non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur: quia" propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio, veritatem impedire solet. Amor carnalis," & timor, atque avaritia, plerumq; sensus hebetant humanos, & pervertunt opiniones: ut quæstum pietatem putet, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. *Nemo enim in dolo loquatur ad proximum suum. Fovea alta est os malevoli.* Innocens, dum credit facile, cito labitur. Sed iste lapsus, surgit: & tergiversator suis artibus præcipitatur, unde nunquam exiliat atque evadat. Ponderet ergo unusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Unde bene sacra ait scriptura: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* Nos enim* tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia & opera nostra, neque ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, ' non perdamus eum, sed fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus apostolus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Porro S. David de criminibus mortiferis" egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando dominum negasse pœnituit, sed tamen apostolus permansit. Et dominus per prophetam peccantibus pollicetur, dicens: *Peccator in quacumque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.*

* Hadr. coll. 4. 2. quæst. 7. Quærendum est. Et in Carthag. conc. IV. cap. 96. Hadr. I. coll. 5 & 15. 2. q. 8. Accusatorum.
3. q. 9. Absente eo quem.
3. q. 9 Testes per quas.
* Vide cod. Theod. & Anianum aliosque jurisconsultos.
3. q. 5. Consanguinei accusatores.
Anian. veritatis professionem propinquitatis affectio impedire cognoscitur.
* S. Ambr. ep. 44. quam legẽdã moneo. *Psalm. 23. Prov. 26.* juxta lxx. *Tob. 4.*
* S. Ambr. epistola 39.
' portemus eum, & fr. c. affectu. *Galat. 6.*
* S. August. ep. 50. de iisdem Davide & S. Petro.
Ezech. 18.

VI.

Errant enim, qui putant domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra traditas ecclesiæ claves disputant" & agere videntur, de quibus dictum est: *Quæcumque solveritis in terra, erunt soluta & in cælo.* Alioquin hæc sententia, aut domini non est, aut vera est. Nos vero indubitanter, tam domini sacerdotes, quam reli-

In decr. Ivo. lib. 4
* S. August. ibidem. *Matth. 18.*

A quos fideles, post dignam satisfactionem posse redire" ad honores credimus, testante domino per prophetam: *Numquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat? & qui aversus est, non revertetur?* Et alibi: *Nolo*, inquit dominus, *mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Et propheta David pœnitentiam agens," dixit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Ipse namque post pœnitentiam & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: *Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.* Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Videns enim
B propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitavit, prædicando & domino libando, curare aliena. Lacrymarum ergo effusio movet animi passionem. Satisfactione autem impleta, avertitur animus ab ira. Qui enim non ignoscit alteri, quomodo sibi putat subveniri? Superabundant ergo peccata, superabundet & misericordia. *Quoniam apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Penes dominum omnium abundantia est, quia *Dominus virtutum ipse est & rex gloriæ.* Ait enim apostolus: *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei: justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in*
C *Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus & justificans eum, qui ex fide est Iesu Christi.* David enim dicit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Mundatur ergo homo a peccato, & resurgit gratia Dei' lapsus, & in pristino manet officio, juxta prædictas auctoritates. Videat ne amplius peccet, ut sententia evangelii maneat in eo: *Vade, & amplius noli peccare.* Unde ait apostolus: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato,*
D *sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ. Humanum dico.* Majus" enim peccatum est judicantis, quam ejus qui judicatur. *Existimas*, inquit apostolus, *o homo omnis*
E *qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: his quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quærentibus vitam æternam: his autem, qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum,*

* S. Gr. ep. 54 VII. *Ierem. Ezech. & 33.*
" Idẽ quem *Psal.*
Ibidem
Psal.
Psalm.
Rom.
Psal.
' a la
Ioan
Rom
" Six 174.
Rom

lum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum. Sententiam, fratres, quæ" misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocautomatibus & sacrificiis. " Consultis vestris breviter respondimus, quia oppressos nimis, & præoccupatos aliis judiciis, literæ nos invenere vestræ. Data VIII. Idus Octobris, Antonino & Alexandro viris clarissimis " consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Iuxta apostolorum institutionem.* [Canones apostolorum 11. & 12. intelligit: in quorum notis, vide quæ diximus de excommunicatis vitandis.

b *Quod ab apostolis.*] Canone 35. & 36. quibus singulis episcopis apostolica lege præcipitur, ne diœceseos suæ terminos transgrediantur, verum potius singuli intra suos fines sese contineant. Vide quæ diximus in notis ad allegatos canones.

c *Comprovincialium agatur pontificum.*] Locus notabilis, unde perspicue constat, pontificis & episcopi nomen commune fuisse omnibus omnino episcopis Romano dignitate & officio inferioribus: adeoque nemini mirum videri debeat, Romanum pontificem & episcopum, cui maxima cura ecclesiæ commissa est; qui non tantum universæ plebis, sed etiam totius cleri, omnium sacerdotum & episcoporum pastoralem curam habere debet, discriminis causa atque officio suo convenienter pontificem maximum & episcopum episcoporum appellari. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Zephyrini, & ad epistolam Sixti.

d *Vxor episcopi.*] Sicut virgines per votum emissum dicuntur Christo nubere, ejusque sponsæ, tota causa 27. quæst. 1. ita merito ecclesia ejus, cui quis per ordinationem adscriptus est, uxor esse dicitur. Vnde recte apostolica constitutione, quæ extat canonibus apostolorum 14. 15. & 16. constitutum est, ne episcopi aliive curata beneficia possidentes diœceses ac parochias suas sine gravi causa majoris utilitatis, sua sponte mutent. Sicut & illud, quod qui post sacros ordines susceptos, quantumvis invalide, matrimonium in facie ecclesiæ contrahere præsumpserint, interpretativam, quam vocant bigamiam, adeoque irregularitates, aliasque pœnas incurrant, Can. quotquot 27. quæst. 1.

VITA, EPISTOLA, ET DECRETA VRBANI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

a VRBANVS natione Romanus, ex patre Pontiano, b sedit annos quatuor, menses 10. dies 12. c Hic fecit ministeria sacrata omnia argentea, & patenas argenteas 25. apposuit. Hic sua traditione multos convertit ad baptismum & credulitatem: Tiburtium etiam & Valerianum nobilissimum virum, sponsum sanctæ Cæciliæ, quos etiam usque ad martyrii palmam perduxit. Et d per ejus monita & doctrinam, multi martyrio coronati sunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, episcopos per diversa loca octo. Qui & sepultus est in cœmeterio Prætextati, via Appia, VIII. Kalendas Iunias, & cessavit episcopatus dies 30.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Vrbanus.*] Cum post martyrium Callisti, sedes sex diebus vacasset, 21. Octobris anno Christi nati " 226. qui est Alexandri imperatoris tertius, Vrbanus patria Romanus ei substituitur. Baron prædicto anno, num. ult. Sub hujus pontificatu Origenem Alexandrinæ ecclesiæ subditum, spontaneum eunuchum ab Alexandro Hierosolymorum episcopo contra apostolorum canones ordinatum esse Demetrius Alexandrinæ ecclesiæ episcopus jure meritoque conquéritur, ipsumque Origenem in laicorum ordinem redigendum, & ab exercitio presbyterii suspendendum esse, recte decrevit & admonet: postea tandem excommunicat, quod scripta quædam deinceps ab eo vel evulgata, vel ut ipse Origenes excusabat, suo nomine edita, multis hæresibus scaterent. Vide Baron. prædicto anno & sequentibus. (hæretica excommunicatur.)

b *Sedit annos 4. menses 10. dies 11.*] Ex Vaticanis indicibus constat eum sedisse annis sex, mens. 7. dieb. 4. Euseb. in chron. graviter errat, dum illi annos novem adscribit. Baron. anno 233 num. 1. (Vrbanus quandiu sederit.)

c *Hic fecit ministeria sacra omnia argentea.*] His temporibus ecclesiam non modo vitreis, sed etiam argenteis calicibus, quibus abundabat, usam fuisse, præterquam quod hic illud asseratur, ex Gregorii Turonensis commentariolo, quem de gloria martyrum scripsit, cognoscere licet, ubi dicit: multa sacra ministerialia vasa ex argento confecta, inventa esse, dum crypta illa, in qua fideles sacra agentes occlusi fuerant, refoderetur. Imo non argenteis tantum, sed & aureis calicibus Romanos pontifices circa hæc tempora incruentum corporis ac sanguinis domini sacrificium offerre consuevisse, Prudentius in hymno de rebus gestis S. Laurentii indicat, versibus, quibus persecutores S. Laurentium interpellarunt, hisce: (Vasorum argenteorū & aureorum usus in ecclesia.) (Vsus vasorum aureorum.)

Hunc esse vestris Orgiis
Moremque, & artem, proditum est;
Hanc disciplinam fœderis,
Libent ut auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem:
Auroque nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.

Cum igitur hac ex parte Christianæ ecclesiæ gloria cresceret, regale sacerdotium Christi his fulgoribus & ornamentis illustraretur, non sine Dei nutu ac consilio accidit, ut Alexander imperator templis deorum gentilium, aurum & argentum conferri ægre tulerit, illudque Persii, ut refert Lampridius, frequenter susurrarit: *In templo quid facit aurum?* Et demum singularis divinæ providentiæ opus esse videtur, quod aurum & argentum, templis ethnicorum jam ante collatum, per Maximinum Alexandri successorem isthuc auferri, statuas deorum, omnemque materiam nummis condendis idoneam conflari permiserit: adeoque voluerit fieri, quod 1. Reg. cap. 5. scribitur, arca scilicet Dei appropinquante, Dagon Philisthæorum deum confringi: illam extolli, hunc dejici: illam gloria & honore affici, hunc vero dejectum universo ornatu & decore exui & spoliari: Christianæ religionis gloriam crescere, gentilitiæ superstitionis honorem minui, & penitus obscurari. Baron. anno Christi 233. num. 2. & 3. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Zephyrini. (Crescente religione Christiana, gentilitas decrescit.)

d *Per ejus monita & doctrinam multi martyrio coronati sunt.*] Qui Tiburtium, Valerianum & Maximum cum sancta Cæcilia in fide instruxerat, baptizaverat, & adversus ictum gladii hortatu suo obfirmaverat; tandem ipse quoque multa propter ecclesiam passus, cervicibus abscissis, martyrio coronatus est, anno Christi 233. Alexandri imperatoris 10. vigesimoquinto die Maii. Baron. prædicto loco. (Vrbani martyrium.)

a EPISTOLA VRBANI PAPÆ I.

(a Ejusdem ponderis apud eruditos ac præcedentes.)

** De eo quod ecclesia modo possessiones fidelium recipit, & non pretium earumdem rerum sicut temporibus apostolorum: & cur sedes excelsæ in ecclesiis episcoporum præparentur: & ut eis, quos episcopi excommunicant, nullus communicet: & quos ipsi quoquomodo ejecerint, nullus recipiat.

I. *De vita communi, & quam ob causam ecclesia possessiones habere cœperit.*
II. *A quibus vel in quos usus res ecclesiasticæ dispensentur, & de invasoribus earum.*
III. *Si quis ab ecclesia jus possidendi avellere tentaverit.*
IV. *De cathedris episcopalibus.*
V. *Vt nullus communicet iis, quibus episcopus non communicat, vel recipiat, quos ille abjecerit.*
VI. *De sponsione in baptismo facta, & de iis qui communem vitam susceperunt.*
VII. *De impositione manus episcopalis.*

Vrbanus episcopus omnibus Christianis, in sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis domini nostri Iesu Christi, salutem.

DECET omnes Christianos, carissimi, ut eum imitentur, cujus nomen sortiti sunt. *Quid*

Iacob. 2. Iacob. 3.

Quid prodest, fratres mei, Iacobus apostolus ait, *si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Qui sapiens & disciplinatus est inter vos, ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.*

I.

11. quæst. 1. Scimus vos non ign. * omnes [a] Isid. II. de off. c. 1. Actor. 4.

[a] Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter * bonos Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maxime inter eos qui in sortem [a] domini sunt electi, id est, clericos, sicut in Actibus legitur apostolorum: *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes, afferebant precia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Ioseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum, filius consolationis, Levites & Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum, & attulit precium ante pedes apostolorum*, & reliqua. Videntes ergo sacerdotes summi & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hereditates & agros quos vendebant, ecclesiis, quibus præsidebant episcopi, traderent, eo quod ex sumptibus eorum, tam præsentibus quam futuris temporibus, plurima & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quam ex precio eorum: cœperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus [a] ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere.

12. quæst. 1. Videntes autem sacerdotes.

[a] Conc. Milev. 25.

II.

Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum, episcoporum, qui locum tenent apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsæ enim res, fidelium oblationes appellantur, quia domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quam ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum vel indigentium converti: quia [a] vota sunt fidelium, & [b] precia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum, domino traditæ. Si quis autem (quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegii efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui precia prædictarum rerum fraudaverunt, de quibus legitur in prædictis apostolorum Actibus: *Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum & fraudavit de precio agri, conscia uxore sua: & afferens partem quamdam, ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus Ananiæ: Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nonne manens tibi manebat, & venumdatum erat in tua potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es hominibus mentitus, sed domino. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expiravit. Et factus est timor magnus in omnes qui audierunt. Surgentes autem juvenes, amoverunt eum: & efferentes, sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, & uxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introivit. Respondens autem ei Petrus, dixit: Dic mihi, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ad pedes ejus, & expiravit. Intrantes autem juvenes, invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in universam ecclesiam, & in omnes qui audierant hæc.* Hæc, fratres, valde cavenda sunt & timenda: quia res ecclesiæ, non quasi propriæ, sed ut communes, [a] & domino oblatæ: cum summo timore non in alios quam in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Saphiræ incurrant, & (quod pejus est) anathema maranatha fiant: & si non corpore, ut Ananias & Saphira, mortui ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua & alienata a consortio fidelium, cadat, & in profundum barathri labatur. Vnde attendendum est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius usurpationis contumelia depellenda, ne prædia usibus * secretorum cælestium dedicata, a quibusdam irruentibus vexentur." Quod si quis fecerit, post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promenda est, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis [f] utatur. Quoniam, juxta apostolum, tradere oportet hujusmodi hominem [f] satanæ, ut spiritus salvus sit in die domini.

[a] Iulianus Pomerius lib. II. de vita contempl. c. 9. & 16. Vide Hincm. ep. 5. & 8 edit. Moguntinæ Busæi.

Actor. 5.

12. quæst. Rex ecc... się nō q... [a] Idem merius supra i... opere q... falso a... risque t... butum Prosper Aquitan... 1. Cor. ...

17. quæst. Attende... dum est prædia. * sacror... [a] Cod. Theod. XVI. tit. Const. ... quam ex... pende. [f] uratur 1. Cor. 5

III.

Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus, in tantum ecclesiæ, quibus episcopi præsident, domino adminiculante, creverunt, & tantis maxima pars earum abundant rebus, ut nullus sit in eis, communem * eligens vitam, indigens: sed omnia necessaria ab episcopo suisque ministris percipit. Ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

12. quæst. Videntes autem s... cerdot.

* degen... *vel* gere...

IV.

Quod autem sedes in episcoporum ecclesiis excelse constitutæ & præparatæ inveniuntur ut thronus, speculationem & potestatem judicandi, & solvendi atque ligandi, a domino sibi datam materiam docent. Vnde ipse salvator in evangelio ait: *Quæcumque ligaveritis super terram erunt ligata & in cælo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Et alibi: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Matth. ... Ioan. 2...

V.

Ideo ista prætulimus, carissimi, ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini, & eos ut animas vestras diligatis: & quibus illi non communicant, non communiceris: & quos ejecerint, non recipiatis. [c] Valde enim timenda [a] est sententia episcopi, licet injuste liget aliquem, quod tamen summopere prævidere debet.

11. quæst. Quibus ... piscopi ... commun... cant. [a] S. Gre... hom. 26 evangeli...

VI.

Vos autem, hortantes, monemus omnes, qui [a] christianitatem suscepistis, & a Christo vocabulum [a] Christiani sumpsistis, ne in aliquo Christianitatem vestram irritam faciatis, sed sponsionem, quam domino in baptismo fecistis, firmiter teneatis,

[a] Isid. VI... Orig. 14...

tis, ne reprobi, ſed condigni coram eo inveniamini. Et quicumq; veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vovit ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat: quoniam ſatius eſt non vovere, quam votum, prout melius poteſt, non perficere. Gravius enim puniuntur" qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quam illi qui vitam ſine voto finierunt, aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera. Ad hoc enim ſenſum rationabilem" naturæ munere, & ſecundæ nativitatis reparationem ſuſcepimus, ut ſecundum apoſtolum, *magis quæ ſurſum ſunt, ſapiamus, non quæ ſuper terram: quia ſapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum.* Quid autem ſuadet, cariſſimi, ſapientia hujus ſæculi, niſi nocitura quærere, & amare peritura, negligere ſalutaria, pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatem commendat, de qua dicitur: *Radix omnium malorum eſt cupiditás:* Quæ imprimis hoc malum habet, quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna. Et dum aforis poſita conſpicit, intra ſe latentia non introſpicit: & dum aliena quærit, " ſectatori ſuo ſemetipſum alienum facit. Ecce, quid ſuadet ſæculi ſapientia? Vivere in deliciis. Vnde dicitur: *Vidua quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt.* Suadet ergo molliſſimis ſuavitatibus, peccatis, vitiis & flammis nutrire carnem, cibi & vini intemperantia animam premere, ac vitam ſpiritus intercludere, & contra ſe hoſti ſuo de ſe gladium miniſtrare. Ecce, quid ſuadet ſæculi ſapientia? ut qui boni ſunt, mali eſſe malint, &per errorem mentis, fieri etiam ſtudeant peccatores, & non cogitent illam terribilẽ Dei vocem, cum *exurentur peccatores ſicut fenum.*

VII.

Omnes enim fideles per manus impoſitionem epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, ut plene Chriſtiani inveniantur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, " cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur. De Spiritu ſancto accipimus, ut efficiamur ſpirituales: *quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei.* De Spiritu ſancto accipimus, ut ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, juſta diligere, injuſta reſpuere, ut malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diverſis illecebris, & fœdis indigniſque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus, ut amore vitæ & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere a terrenis mentem ad ſuperna & divina valeamus." Data Nonis Septembris, id eſt, quinto die ejuſdem menſis, " Antonino & Alexandro viris clariſſimis conſulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Stimus vos non ignorare.*] Docet hoc loco S. Vrbanus pontifex, initio eccleſiæ, juxta teſtimonium Lucæ Act. cap. 4. conſueviſſe pios homines poſſeſſiones rerum ſuarum diſtrahere, earumque precium eccleſiis donare: ſed quia eo modo præſentibus dumtaxat, non autem futuris eccleſiæ miniſtris providebatur, decernit magis e re & commodo eccleſiæ futurum, ſi ipſæ rerum poſſeſſiones eccleſiæ donentur. Et merito: ſi enim ſacerdotibus & Levitis veteris teſtamenti divino jure conceſſum eſt, ut urbes ad habitandum, ſuburbana ad alendum pecora poſſideant, agros & vineas ex oblationibus populi licite emant, licite etiam diſtrahant ac vendant, quod Levit. cap. 25. & 3. Reg. cap. 2. Hier. cap. 32. Act. cap. 4 ſatis aperte indicatur; quo jure, quave ratione hoc ſacerdotibus ac clericis novi teſtamenti interdictum erit? Patriarchæ Iacob filium Levi exheredantis ſententiam ac voluntatem Deus quidem approbavit, ejuſque poſteris, nullam partem terræ, in 12. dumtaxat partes, pro numero 12. tribuum diviſæ aſſignari permiſit, ſed tamen decimam partem omnium fructuum,

A ſibi, tamquã proprio Iudæorum regi, loco tributi debitam una cum 48. civitatibus, & ſuburbanis earum prædiis, illis, tamquam ſuis heredibus, donavit. Ridicula ſane foret, vehemens illa multorum pontificum & conciliorum decretis, rerum eccleſiaſticarum interdicta alienatio, ſi eccleſia nullã rem licite hactenus poſſederit. Quare quod inquit Chriſtus Luc. 14. non poſſe eſſe diſcipulum ſuum, niſi qui renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, ita intelligendum eſt, ſicut id quod ſequitur: *Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem & uxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Certum eſt, non ad odium, ſed potius ad amorem parentum, filiorum, uxoris, & vitæ propriæ quemlibet hominem divina lege obligari, ſi horum amor Dei caritati, quem ſuper omnia diligere debemus, nihil obſtet aut præjudicet: ſic ſi rerum poſſeſſio animum a Dei cultu avocet, mala eſt eoque caſu plane deſerenda: ſi vero miniſtris alimenta præbendo, eumdem Dei cultum promoveat, utiliſſime ſane eccleſia temporalium bonorum dominium ac poſſeſſionem ſibi retinet & uſurpat. Vide quæ diximus ſupra in

Clerici heredes domini. Refellitur tacite objectio quædã.

B notis ad 2. epiſt. Pii I. Bellarm. lib. 1. de clericis cap. 26.

[b] *Precia peccatorum.*] Receptiſſima eſt expoſitio, ut hoſtiæ & eleemoſynæ pro peccatis oblatæ, peccata appellentur. Oſee cap. 4. de ſacerdotibus dicitur: *Peccata populi mei comedent.* Quem locum Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus & alii recentiores recte de hoſtiis interpretantur. Nam ſcriptura ita frequenter loqui ſolet, ut imprimis evidentiſſime patet ex hiſce verbis Pauli apoſt. 2. Corinth. cap. 5. *Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo.* Quia igitur bona temporalia Deo in miniſtris eccleſiæ oblata, peccata redimunt, & peccantem ad donum pœnitentiæ obtinendum diſponunt, recte precia peccatorum appellantur. De hoc peccatorum precio intelligendum eſt illud apoſtoli Pauli: *Impertiunt nobis corporalia, quibus nos ſpiritualia impertimus.* Hoc idem beatus martyr ac pontifex Alexander I. epiſt. 1. in principio, hiſce verbis: *Ipſi enim*, inquit, *pro populo interpellant, & populi*

Quomodo ſacerdotes dicantur comedere peccata populi.

C *peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt.* Comedi enim dicuntur in ſcriptura pſal. 78. quæ conſumuntur. Diſcamus ergo quod qui eleemoſynis & oblationibus fidelium fruimur, eas precibus noſtris, ſicut obligamur, diligentiſſime compenſemus, futurum alioquin, ut de rebus injuſte acceptis; corã tremendo judice ſæculi, graviter periclitemur. Vide Riberã in Oſeam. c. 4. n. 4.

[c] *Valde enim timenda.*] Duplex eſt excommunicatio, una juſta, in qua nulla debita circumſtantia deſideratur: altera injuſta eſt, cui una vel plures requiſitæ circumſtãtiæ deſunt. Hæc poſterior, ſi invalida ſit, puta ſi excommunicans poteſtatem & auctoritatẽ non habeat, vel ſi propter bonum opus eam ferat, vel deniq; ſi ſolennia debita (de quibus cap. Statuimus, & cap conſtitut. 2. de ſent. excommunicat. lib. 6.) non obſervaverit, conſcientiam fidelium non obligat, adeoque talis nunquam timenda foret, niſi forte ratione alicujus ſcandali, ab hominum conſortio, & ſacramentorum perceptione abſtinendũ foret, donec populo nullitas latæ excom-

Duplex eſt excommunicatio, una juſta, altera injuſta.

D municationis innotuerit. Quæ vero aliunde excommunicato injuſta videtur, ex eo nimirum quod judicem non recta intentione judicaſſe putet, vel ſe innocentem eſſe exiſtimét, merito ſingulis fidelibus extimeſcenda eſt: cum omnium judicio certum ſit, talibus fructum orationis & ſuffragiorum communium a reliquis fidelibus licite applicari non poſſe, neq; debere: imo ſi excommunicato de ſua innocentia non evidenter conſtet, tenetur etiam ſub gravi peccato ſententiæ latæ parere, & uſq; ad abſolutionem ab hominum conſortio & ſacramentorum perceptione abſtinere. De tali igitur excommunicationis ſententia, quæ ſcilicet probabili judicio judicis, tametſi non re ipſa, cauſam juſtam habeat, intelligi debet quod hac epiſtola dicitur: ſicut & illud, quod hom. 26. in evangelia ſcribit Gregorius: *Sententiam paſtoris ſive juſta, ſive injuſta ſit, timendam eſſe.* Valent. tom. 4. diſp. 7. quæſt. 17. punct. 2. Vide quæ diximus ſupra in notis ad can. apoſt.

Injuſta excõmunicatio quomodo obliget conſcientias.

[d] *Omnes fideles per manus impoſitionem.*] Ab Vrbano ſacramentum confirmationis inſtitutum eſſe, ſi qui ex hoc loco probari poſſe exiſtimant, graviter errant. Apoſtoli enim, qui

E Act. 8. & 19. ſuper baptizatos manus impoſuerunt, ut Spiritum ſanctum acciperent, hoc ſacramentum confirmationis adminiſtrarũt. Accedit quod Tertullianus Vrbano antiquior confirmationis pluribus in locis meminerit. In lib. de reſurrectione carnis: *Caro*, inquit, *abluitur, ut anima emaculetur: caro ungitur, ut anima conſecretur.* Et lib de bapt. *Dein de manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum ſanctum.* Et in lib. de præſcript. loquens de diabolo, qui imitatur baptiſmum & confirmationem noſtram: *Tingit*, inquit, *& ipſe quoſdam utiq; credentes & fideles ſuos: ſignat illic in frontibus milites ſuos.* De hoc ſacramento S. Dionyſius Areopagita apoſtolorum temporibus æqualis cap. 2. par. 2. eccleſ. hierarchiæ ſic ait: *Baptizatum indutum alba veſte ad pontificem ducunt, ille divino ac Deifico prorſus unguento virum ſignat.* Et infra cap. 4. part. 3. *Sed & ipſis qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio conſecrantur, ad-*

Sacramentum confirmationis a Chriſto inſtitutum eſt.

Omni sæculo in ecclesia usurpatum est. Appellatur sigillum domini. Vnguentum sive chrisma sacramentum.

ventum Spiritus sancti consummans unguenti inunctio elargitur. Similia hac de re duo Clementes, alter Romanus in suis apost. constit. libris, alter Alexandrinus. Iustinus martyr aliique plures de hoc sacratissimo sacramento scripserunt, longe ante Vrbani pontificis tempora. Quomodo igitur sigillum domini & sacratum hoc unguentum ab Vrbano institutum esse potuit, quod prædictorum testimonio a Christo institutum est, & ab apostolis usurpatum, & universæ ecclesiæ traditum est; vide Bellarm. lib. 2. de confir. cap. 5. & 6. & 4. de Roman. pontif. cap. 8.

ANNO CHRISTI 233." 231.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA PONTIANI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] PONTIANUS natione Romanus, ex patre ' Calfurnio, [b] sedit annos 9. menses 5. dies 2. martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri, a consulatu Pompeiani & ' Pelagiani. [c] Eodem tempore Pontianus episcopus & * Philippus presbyter, in exilio ab Alexandro sunt deportati in Sardiniam, in insulam ' Buccinam, Severo & Quintiano consulibus. In eadem insula afflictus, " defunctus est 13. Kalend. Decembris. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, episcopos per diversa loca 6. Quem beatus Fabianus adduxit cum clero navigio, & sepelivit in cœmeterio Callisti via Appia. Et cessavit episcopatus a die depositionis 11. Kalend. Decembr. * dies 13.

' Calpurnio
' Peliniani
* Hippolytus.
' Bucinam
" maceratus fustibus
* dies 10.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Pontianus quando factus sit pontifex. " 231. Sexta persecutio.

[a] *Pontianus.*] Post interregnum 30. dierum, octavo Kalend. Iulii anno Christi " 233. Alexandri imperatoris 10 Pontianus Vrbano subrogatur. Sub hoc pontifice Origenes Cæsareæ philosophiam docens, Gregorium magnum, cognomento Thaumaturgum, discipulum habuit. Hoc pontifice sexta persecutio Christianorum, & maxime præsulum ecclesiæ, a Maximino imperatore publico edicto promulgata est, propterea quod dii gentiles, ut spargebant, Christianorum moribus & religione contempti, ideoque ad iracundiam ac vindictam provocati, universam orientalem plagam gravissimis terræ motibus acerbissime exagitassent. Hac eadem persecutione Pontianus, jussu Alexandri in Sardiniam relegatus, Maximini imperatoris mandato fustibus verberatus, martyrium ibidem consummavit 19. die mensis Novembris anno Christi nati " 237. Corpus illius postea a Fabiano papa Romam translatum, in cœmeterio Callisti sepultum est. Baron. prædicto anno, num. 5. 6. & 10.

Pontianus martyrio coronatus. " 235.

[b] *Sedit annos 9. menses 5. dies 2.*] Annos 4. menses 4. dies 25. sedisse ex die ingressus & obitus colligitur.

Quamdiu sederit?

[c] *Eodem tempore Pontianus, &c. in exilium ab Alexandro.*] Quod non tam religionis causa, quam aliqua potius calumnia a gentilibus circumventum Pontianum Alexander relegaverit, ipsius erga Christianos affectus, & familia Christianis hominibus referta indicat. Euseb. lib. 6. hist. cap. 21. ob quod facinus, Deo vindice, a militibus Alexandrum imperatorem occisum esse, non vana conjectura dici poterit. Baron. anno 237. num. 1.

* Fictæ itidem ac suppositæ doctis viris habentur ex Gregorii & Sixti præsertim laciniis consutæ.

" EPISTOLA I. PONTIANI PAPÆ AD FELICEM SUCCRIBONUM.

De honore quo sacerdotes prosequendi sunt.

*Pontianus episcopus Felici * Succribono ' salutem.*

* Succeriboni, vel Subscriboni
' Scriboni
" S. Greg. ep 95. lib. VII. consule.

OPPIDO cor nostrum caritati vestræ congaudet, " quod studium sanctæ religionis summopere adimplere studetis, & fratres mœrentes ac destitutos, in fide & religione confortatis. Vnde redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua nobis in omnibus gratia suffragetur, & effectu implere tribuat, quod velle concessit. In hoc itaque bono, tanto commoda retributionis accrescunt, quanto & studium laboris augetur. Et quia in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est", omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoramus, quatenus ' hæc vobis semper operanda bona & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea vos via, cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil agi potest, per ipsum implere bona, quæ cœpistis, valeatis. [a] De sacerdotibus autem domini, quos vos audivimus contra pravorum hominum insidias adjuvare, eorumque causas portare, scitote vos in eo valde Deo placere, qui sibi eos ad serviendum adscivit, & familiares intantum sibi esse voluit, ut etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, sibique reconciliaret. Ipsi quoque [b] proprio ore corpus domini " conficiunt, & populis tradunt. De illis enim dictum est: *Qui vos contristabit, me contristabit: & qui vobis facit injuriam, recipiet id quod inique gessit.* Et alibi: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.* Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In his quoque dominus honoratur, cujus legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint, a fidelibus sunt sublevandi & portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectæ vel religionis hominibus. Si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus: sed & a summis pontificibus constringantur, & non a sæcularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratris vestri " transitu vos contristari audivimus, non modico compulsi sumus mœrore. Vnde omnipotentem Deum rogamus, ut suæ vos gratiæ adspiratione consoletur, vosque & a malignis spiritibus, & a perversis hominibus, cælesti protectione custodiat. Nam & si quos post illius obitum tumultus quorumdam adversantium sustinetis, nolite mirari, si vos, qui frui bonis in terra vestra, id est, in terra viventium quæritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita præsens: & qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiamsi blandus esse videatur. Vobis autem qui patriam quæritis, inter suspiria quæ habetis, etiam gemitus audio humanæ oppressionis exurgere. Quod mira omnipotentis Dei dispositione agitur, ut dum veritas per amorem vocat, mundus præsens a seipso animum vestrum per tribulationes, quas ingerit, rejiciat; tantoque facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam impendite, in oratione & lacrymis instantissime laborate: eleemosynis, quas semper amastis, jam nunc largius atque uberius date operam, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreverit studium laboris.

" Symm... conc. R... VI.
' ad.
" Hier. 1. & 8... Zach. 2... Luc. 1...
" S. Gr... ep. 70. IX. pa... pro mo... susque... que ver...

Præterea, salutantes " paterna dulcedine bonitatem vestram, petimus, ut in bonis, quæ cœpistis, ne deficiatis. Neque ullus vos ab eis avertere possit, sed in cunctis affectum vestræ caritatis, clerici & servi Dei, ac cuncti Christiani, qui in illis partibus commorantur, amore Christi & S. Petri pleniter inveniant, & favoris vestri solatiis, quocumque modo necesse fuerit, potiantur: quatenus vestra cuncti ope defensi atque adjuti, & nos vobis gratiarum possimus existere " debitores, & Christus Iesus dominus noster æternam gloriam compenset, & beatus apostolus Petrus apostolorum princeps, in quorum vos causis impenditis, ipsius gloriæ januam aperiat. Data 10. Kal. Febr Severo & Quintiano viris clarissimis " consulibus.

" Idem... 21. lib...
" Idem... 27. eju... libri.
" an. 2...

NOTÆ

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *De sacerdotibus*, &c.] Docet sacerdot bus Dei ministris summum honorem deferendum esse, ideo quod Dei maximi ministri sint, quodque inter Deum & homines quasi mediatores existant, imaginem Dei gestent, ac demum pro Christo legatione fungantur. Cum igitur injuria & contemptus legatorum cedat in ignominiam superioris legantis, honor legato exhibitus, ipsi regi aut superiori exhibeatur; recte hic decernitur sacerdotium Christi in ecclesiam translatum, venerandum esse ministerium, ejusque gubernatores, qui sunt episcopi & sacerdotes, maximo honore colendos esse. Addo, regale Christi sacerdotium & regnum in apostolos, eorumque successores, ut supra alibi diximus, translatum, non modo omnibus regnis, imperiis ac principatibus dignius & præstantius esse, verum etiam quoslibet reges ac principes quibusvis sacris ministris inferiores esse, adeoque Christi sacerdotes longe majore honore ac reverentia dignos esse. *Sacerdotium*, inquit S. Ignat. epist. ad Smyrnenses, *est omnium bonorum, quæ in hominibus sunt, apex*: quidni igitur maxime honorandum? Animam corpore, res divinas humanis præstantiores esse, omnium hominum una communis est sententia. Sacerdotium est velut anima, ejusque regnum spirituale est & divinum. Nam *vos*, inquit Gregor. Nazianzen. orat. ad cives Nazianzen. *quoque meæ potestati, meisque subselliis lex Christi subjicit: imperium enim nosipsi quoque gerimus, addo etiam præstantius & perfectius, nisi vero æquum est spiritum carnis fascibus submittere, & cælestia terrenis cedere.* Et pulcre Ambros. de dignit. sacerd. cap. 2. *Honor*, inquit, *& sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippe cum videas regum colla ac principum submitti genibus sacerdotum, exosculatis eorum* C *dextris, orationibus eorum se credunt communiri.* In eamdem sententiam hæc Chrysost. in verb. Isaiæ hom. 4 & 5. *Alii sunt termini regni, alii sacerdotii: sed hoc illo majus est, neque enim ex gemmis & auro æstimari debet. Ille, quæ sunt in terris sortitus est: sacerdotii jus a supernis descendit. Regi, quæ hic, commissa sunt, mihi cælestia. Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ: major hic principatus, propterea rex caput submittit manui sacerdotis.* Sacerdotium igitur, *cujus arma non sunt carnalia*, ut inquit Paulus 2. Corinth. cap. 10. *sed Deo potentia*, scilicet ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, hoc, inquam, sacerdotium quolibet humano imperio præstantius esse, nemo non videt. Vnde recte sancti patres jubent, ut post Deum, episcopi & sacerdotes supra reges ac principes majorem potestatem habentes, ac demum tertio loco sæculares principes ac magistratus honorentur: sic enim D ait Ignatius epist. prædicta. *Honora Deum, ut omnium auctorem & dominum: episcopum, ut principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem; Dei quidem propter principatum, Christi vero propter sacerdotium. Honorare oportet & regem, nec enim rege quisquam præstantior, aut quisquam ei similis in rebus omnibus creatis. Nec episcopo quidquam majus in ecclesia*, &c. Et ut significet, quo loco, quove ordine & honore singuli in ecclesia habendi sint, ibidem subjungit: *Omnia igitur vestra decenti ordine perficiantur in Christo. Laici, e quorum numero sunt omnes etiam reges Christianissimi, diaconis subjiciantur: diaconi presbyteris: presbyteri episcopo: episcopus Christo, ut ipse Patri.* S. Chrysostomus homil. 33. in Matthæum, diaconos altaris ministros allocutus hæc ait: *Si dux igitur quispiam, si qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe ac coerce: majorem tu illo habes potestatem.* Docuit hoc idem exemplo Sanctus Martinus episcopus, qui cum a Maximo imperatore convivio exceptus, rogaretur pateram a ministro oblatam, tamquam dignior, prius acceptare, & regi præbibere, obtemperavit regis petitioni, sumpsit poculum, ac præbibit. *Sed Martinus ubi bibit*, (verba Sulpitii in vita Martini cap. 23. sunt) *pateram* E *presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui a rege erant proximi, presbytero prætulisset.* Vide quæ diximus in notis ad can apostol. 73. & 74. Baron. anno Christi 57. num. 31. & 32.

[b] *Proprio ore corpus domini conficiunt.*] Qui hanc ob causam Pontianum velut blasphemum accusant, iidem Sanctum Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, aliosque plures ecclesiæ catholicæ patres orthodoxos de crimine notant, in quo nullum sane crimen demonstrare possunt. Hieron. in epist. ad Heliodorum, *Absit*, inquit, *ut de his quidquam sinistrum loquar, qui apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per* A *quos & nos Christiani sumus, qui claves regni cælorum habentes, quodammodo ante judicii diem judicant.* Augustinus epist. 122. ad Victorianum, ubi de feminis captivis inter barbaros: *Ora*, inquit, *Deum pro eis, & roga, ut etiam ipsas doceat alia dicere, qualia S. Azarias inter cetera in oratione & confessione fudit ad Deum: sic enim sunt illæ in terra captivitatis suæ, quomodo erant illi in terra, ubi nec sacrificare more suo poterant domino, sicut nec istæ possunt vel ferre oblationem ad altare Dei, vel invenire ibi sacerdotem, per quem offerant Deo* Sanctus Chrysostomus, 3. lib. de sacerdotio, comparans sacerdotium novæ legis cum sacerdotio veteris legis, dixissetque Iudæorum sacerdotes non lepram purgasse, sed depurgata dumtaxat judicasse: *Nostris*, inquit, *sacerdotibus, non corporis lepram, sed animæ sordes non dico purgatas probare; sed purgare prorsus concessum est.* Quod igitur Pontianus hic scribit, per sacerdotes corpus domini confici, aliorum hostias a Deo recipi, peccata hominum B dimitti, etiam probatissimi auctores prædicti scripserunt, ideoque quod Magdeburgenses in Pontiano reprehendunt, nihil est aliud quam mera calumnia. Bellarm. lib. 4. de Roman. pontif. cap. 8.

Augustini.

Chrysostomi.

EPISTOLA II.

PONTIANI PAPÆ

De fraterna dilectione & vitandis malis.

Pontianus sanctæ & universalis ecclesiæ episcopus, omnibus recte dominum colentibus, & divinum cultum amantibus, salutem.

C GLORIA *in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hæc verba, carissimi, non hominum sunt; sed angelorum: & non humano sensu excogitata, sed ab angelis in ortu salvatoris annuntiata. Quibus indubitanter ab omnibus intelligi potest, quod non malæ voluntatis hominibus, sed bonæ, pax sit a domino data. Vnde & dominus per prophetam loquitur, dicens: *Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes; pene effusi sunt gressus mei: quia æmulatus sum contra iniquos, pacem impiorum videns.* De bonis vero ipsa per se veritas ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vi-* D *debunt.* Mundi enim non sunt corde, qui mala cogitant, aut nociva adversus fratres suos: quia nihil mali vult, [a] qui fidelis est. Fidelis ergo homo magis diligit audire quæ oportet, quem dicere quæ non oportet. Et si quis fidelis est, videat ne mala loquatur, aut cuiquam insidias ponat. In hoc ergo discernuntur filii Dei & filii diaboli. Filii namque Dei semper cogitant & agere contendunt quæ Dei sunt, & fratres indesinenter adjuvant, & nulli nocere volunt. Filii autem diaboli econtra, mala & nociva semper meditantur, quia opera eorum mala sunt. De quibus loquitur dominus per Ieremiam prophetam, dicens: *Loquar judicia mea cum eis: super omnia malitia eorum. Propterea judicio contendam adhuc vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos* E *cogitationem.* Hæc, fratres, valde sunt timenda, & ab omnibus cavenda: quoniam super quem judicium Dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo unusquisque prævideat, ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipse pati noluerit. Et nec in suspicionem veniat homo fidelis, [a] ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Vnde suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accusatores esse & testes, & antecessores nostri apostolica repu-

Luc. 2.

Psalm. 72.

Matth. 5.

[a] Sixti sent. 205. & ibi.

Ierem. 1.

Ierem. 2.

Ierem. 18.

[a] Sixti ejusdem sent. 168 & 169. 3. q. 5. Suspectos autem ini. Et 2. q. 7. quærendum

eſt. Et in decr. Ivo. lib. 4. lerunt auctoritate, & nos ſubmovemus, atque A futuris temporibus excludimus, ne libenter labi poſſint, quos nos tenere & ſalvare debemus: ne (quod abſit) prædictum Dei judicium, non tantum ſuper utroſque veniat, ſed & nos eorum vitio (quod Deus avertat) pereamus. Scriptum eſt enim: Eccleſ. 32. *Rectorem te poſuerunt? curam illorum habe, ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris corrogationis.* Verbum enim nequam immutat cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix eſt eorum aſſidue lingua. Pro talibus prædicti vitandi admodum ſunt, & priuſquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones, & ab illis B alieni inveniantur, non ſunt ſuſcipiendi, quoniam Eccleſ. 35. *ſacrificium ſalutare eſt, attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate. Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate: & laudatio, recedere ab injuſtitia.* Eccleſ. 27. Quoniam ſcriptum eſt: *dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Quod ſi denudaveris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit avem de manu ſua, ſic qui dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. Non illum ſequaris, quoniam longe abeſt. Effugit enim quaſi caprea de laqueo, quia vulnerata eſt anima ejus. Vltra eum non poteris colligare, & maledicti eſt* C *concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abjiciet. In conſpectu oculorum tuorum conculcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Noviſſime autem pervertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa odivi, & non coæquavi ei, & dominus odiet illum. Qui in altum lapidem mittit, ſuper eius caput cadet, & plaga doloſa doloſi dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum devolvetur: & non cognoſcet unde adveniet illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oble-* D *ctantur caſu iuſtorum: dolor autem conſumet illos antequam moriantur. Ita & furor, utraque execrabilia ſunt: & vir peccator continens erit illorum.* Eccleſ. 28. *Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam & peccata illius ſervans ſervabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. Homo homini reſervat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe, cum caro ſit, reſervat iram: & propitiationem petit a Deo? Quis orabit pro delictis illius? Memento noviſſimorum, & deſine inimicari: tabitudo enim & mors imminent * mandatis. Memorare timorem Dei, & non* E *iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſilvæ, ſic ignis exardeſcet: & ſecundum virtutem hominis, iracundia illius erit: & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendet ignem, & lis feſtinans effundet ſanguinem, & lingua * teſtificans, adducet mortem. Si ſufflaveris in ſcintillam, quaſi ignis ardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur, & utraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilin-*

* mandatis ejus.

* feſtinans,

A *guis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem. Civitates divitum * munitas deſtruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſolvit. Lingua tertia mulieres ' viratas ejecit, & privavit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec * habitabit cum requie. Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladii; ſed non ſic, quomodo qui interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum ejus, & vinculis ejus non eſt ligatus. Iugum enim illius, ju-* B *gum ferreum eſt: & vinculum illius, vinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima: & utilis potius infernus quam illa. Perſeverantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias injuſtorum, & * flamma ſua non comburet juſtos. Qui derelinquunt dominum, incident in illam, & exardeſcet in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet eos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam: & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi; & ſit caſus tuus inſanabilis ad mor-* C *tem.* Eccleſ. *Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in divitiis injuſtis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via: ſic enim peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia: & proſequatur te verbum pacis & juſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum verbum, ut intelligas: & cum ſapientia fer reſponſum verum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua imprudentis, ſubverſio ipſius. Non appelleris ſu-* D *ſurro: & in lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Iuſtifica puſillũ & magnum ſimiliter.* Eccleſ. *Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua ſuper ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdet, qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in ſortem impiorum.* Cariſſimi, oppreſſos erigere ſtudete, & neceſſe E habentes ſemper adjuvate: quoniam qui fratrem afflictum relevat, " apprehenſum eripit, mœrentem conſolatur, ab illo ſibi retribui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait; *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Taliter enim bona indeſinenter agere ſtudete, ut fructum boni operis & hic conſequamini, & in futuro gratia Dei perfruamini, quatenus cæleſtis regni aulam introire poſtea mereamini. Data * 4. Kal. Maii, Severo & Quintiano viris clariſſimis " conſulibus.

* mura

' veridi

* habeb amicum in quo r quieſcat

* in

" S.Greg 125 lib. Matth.

* 3. ut et MS.

" anno

VITA,

VITA,
EPISTOLA, ET DECRETA
ANTERI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] ANTERVS natione Græcus, ex patre Romulo, [b] ſedit annos 12. menſem unum, dies 12. Martyrio coronatur temporibus Maximini & Africani conſulum. [c] Hic geſta martyrum diligenter a notariis exquiſivit, & in eccleſia recondidit. Propter quod a quodam Maximo præfecto martyr effectus eſt. Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, & unum epiſcopum ordinavit in civitate Fundis Campaniæ. Qui ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, 3. Nonas Ianuarii. Et ceſſavit epiſcopatus dies 13.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Anterus.*] Poſtquam ſedes 13. diebus vacaſſet, tertio Decembris anno Chriſti [a] 237. qui eſt primus Iulii Maximini imperatoris, Anterus Vrbano ſubrogatur. Errant igitur recentiores chronologi, qui poſt Pontianum, Cyriacum quemdam, cujus neque apud Latinos, neque apud Græcos hiſtoricos pontificum ſeriem contexentes, ulla mentio invenitur, Vrbano ſucceſſiſſe, male aſſerunt. Baron. anno prædicto num. 11.

[b] *Sedit annos 12. menſem unum*, &c. Vix menſem unum in pontificatu ſediſſe, præter auctoritatem Euſebii, conſulatus eorum ſub quibus martyrio affectus eſt, ſcribitur hic indicat. Qui enim tertio Decembris in ſedem pontificiam elevatus, ab ea per violentum perſecutoris gladium, tertia die Ianuarii, ut ex tabulis eccleſiaſticis conſtat, dejicitur, ultra unum menſem pontificiam ſedem tenuiſſe non poteſt.

[c] *Hic geſta martyrum.*] Clemens Romanus pontifex certos conſtituit notarios, qui res a martyribus privatim aut publice geſtas deſcriberent, eorumve publice dicta aut facta notis quibuſdam conſuetis celerrime in tabulis annotarent: quæ vero privatim intra cancellos coram ſolis judicibus in proconſularia acta relata erant, ab iiſdem data pecunia redimerent, & inter acta martyrum ſedulo aſſervarent. Tanta eorum in excipiendis dictis, etiam prolixis orationibus velocitas erat, ut prius illi ſententiam dicendam notaſſent, quam a dicente & loquente pronuntiata eſſet. De qua ſcribendi celeritate Martialis lib. 14. hoc diſtichon:

Currant verba licet, manus eſt velocior illis:
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Extat etiam elegans epigramma Auſonii ad notarium ſuum velociter excipientem, his verſibus contentum.

Quam prepetis dextra fuga
Tu me loquentem prævenis?
Quis quæſo quis me prodidit?
Quis iſta jam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimò
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum abſolverit?

Quæ igitur acta martyrum, juſſu Clementis, per notarios fideliter conſcripta fuerant, ea Anterus pontifex diligenter conquiſivit, & ne vel interirent, vel ab ethnicis corrumperentur, in eccleſia recondidit. Quamobrem ad Iulium Maximinum imperatorem, qui ſacerdotibus cruentum bellum indixerat, delatus, per Vitalianum aut Sabinum Maximini præfectos martyrio afficitur die 3. Ianuarii coſſ. Maximino & Africano, quorum conſulatus cum anno Chriſti [a] 238. & anno 2. imperii Maximini coincidit.

[a] EPISTOLA
ANTERI PAPÆ
AD EPISCOPOS PROVINCIARVM BÆTICÆ ET TOLETANÆ.

De mutatione epiſcoporum.

Cariſſimis fratribus per Bæticam atque [a] Toletanam A *provincias epiſcopis conſtitutis, Anterus epiſcopus in domino ſalutem.* bat Ant. Aug. in cap. 62. coll. Hadriani papæ.

OPTAREM, fratres cariſſimi, ſemper [a] dilectionis & pacis veſtræ ſinceritatis gaudia audire, ita ut viciſſim diſcurrentibus literis ſoſpitatis indicia juvarentur, ſi quietos nos ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus ſineret: qui *ab initio mendax*, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, ſe ante decepit, pudicitiæ adverſarius, luxuriæ magiſter: crudelitatibus paſcitur, abſtinentia punitur: odit jejunia, miniſtris ſuis prædicantibus, dum dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris, Apoſtoli ſententia B repercuſſus, dicentis: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* O infelix audacia, o deſperatæ mentis aſtutia. Ipſe enim hortatur odia, & fugat concordiam. Et quia [a] facile ad deteriorem partem mens humana tranſducitur, volens magis per ſpatioſam viam ambulare, quam arctæ viæ iter cum labore tranſire. Qua de re, fratres dilectiſſimi, ſectamini meliora, & ſemper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, ut vere diſcipuli domini eſſe inveniamini.

[a] Siricius ep. 2.

Ioan. 8.

1. Cor. 15.

[a] Idem Siricius.

[a] De mutatione ergo epiſcoporum, unde ſanctam ſedem apoſtolicam conſulere voluiſtis, ſcitote eam communi utilitate atque neceſſitate fieri licere, sed non libitu cujuſquam aut dominatione. Petrus, ſanctus magiſter noſter & princeps C apoſtolorum, de Antiochia utilitatis cauſa tranſlatus eſt Romam, ut ibidem potius proficere poſſet. [a] Euſebius [a] quoque de quadam parva civitate, apoſtolica auctoritate, mutatus eſt [a] Alexandriam. Similiter Felix [a] de civitate, qua ordinatus erat, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac populorum conſilio, tranſlatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de civitate ad civitatem, qui non ſuo libitu aut ambitu hoc facit, ſed utilitate quadam aut [a] neceſſitate aliorum, hortatu & conſilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori civitate ad majorem, qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit, ſed aut vi a propria ſede pulſus, aut neceſ- D ſitate coactus, aut utilitate loci aut populi, non ſuperbe, ſed cum humilitate, ab aliis tranſlatus & inthronizatus eſt: quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et dominus per prophetam loquitur, dicens: *Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vana ſunt.* Non ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem. Nec mutat civitatem, qui non ſua ſponte, ſed [a] conſilio & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de civitate ad civitatem, qui non avaritiæ cauſa, nec ſponte dimittit ſuam: ſed (ut jam dictum eſt) aut pulſus a ſede ſua, aut neceſſitate coactus, aut electione & exhortatione ſacerdotum & populorum, E tranſlatus eſt ad alteram civitatem. Nam ſicut epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter epiſcopos & reliquos ſacerdotes, ſic quoties utilitas aut neceſſitas [a] coegerit, ſupradicto modo & mutare & inthronizare poteſtatem habent. Hæc, ut petiſtis, licet vobis [a] incognita non ſint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorumdam, meliora & utiliora vitentur, & inutiliora ſumantur, ſicut in ſancto legitur evangelio: *Væ vobis hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethum, & cuminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.* Quod licet, non

7. q. 1. Mutationes epiſcoporum. Et in decret. Ivon. lib. 3.

[a] Ignotus viris doctis.

[a] in

[a] Ignotus iiſdem.

[a] Apoſtol. can. 14.

Pſalm. 93.

[a] χεῖρσι πολλῶν ἐπισκόπων.

7. q. 1. Mutationes epiſcoporum.

[a] expoſcerit.

[a] ignota

Matth. 23.

2. Tim. 3.

* Ennodius in apol. pro Symmacho papa.

non licet " : & quod non licet, licet. Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt veritati, sic & illi, mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum, quod licet, docent non licere, id est, episcopos migrare de civitate ad civitatem, prætaxato modo : & quod non licet, docent licere, id est, misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis qui episcopum non habent, & sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia civitate causa utilitatis vel necessitatis tribui : & episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus, aliam cathedram dari negant. Contradicunt etiam sacræ scripturæ, quæ testatur *malle Deum misericordiam quam ' judicium.*

Osee 6. ' sacrificiū.

In eodem MS. desunt quæ ansulis clausa.

[Quæ, precor, major caritas, aut quod efficacius pietatis patrocinium potest a quoquam alicui impendi, quam si ignorantiæ tenebras & imperitiæ caliginem ab eo repellat, ac demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstum, non ad ambitionem, sed ad eruditionem & ædificationem reficiat? Tamquam enim mutilo fit manus, *claudo pes, oculus cæco*, qui ignorantiæ tenebris obvoluto, sapientiæ & scientiæ thesaurum reserat, & candorem lucis, viasq; domini benigniter aperit.]

Iobi 29.

Vtrisque autem, id est, & famem verbi Dei patientibus, & episcopis necessitatem, quando inthronizantur propter communem utilitatem in aliis civitatibus, non modica exhibetur misericordia. Negantes autem hæc, licet *speciem habeant pietatis " , virtutem tamen ejus abnegant.* Nam ' in tali negatio prosapiam " non agnosco. si quis tamen sapientium, quos insipientibus tempestatis hujus procella aliis sociavit auctoribus, facinorum participatione maculatur, splendor sapientis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Alia quoque est causa utilitatis & necessitatis, & alia avaritiæ & præsumptionis, aut propriæ voluntatis. Avaritiæ quoque causa, vel præsumptionis, aut propriæ voluntatis, non sunt episcopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis & necessitatis. Quod nemo negat, nisi hi de quibus dictum est: *Erraverunt in ebrietate, nescierunt Videntem, ignoraverunt judicium.* ' Nam si enarrando " cogeret aperire transacta, ostenderem vobis, nullum evenire solatium de comparatione factorum. Ceterum *state*, carissimi, *super vias, aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis", & videte, quæ est via bona & recta, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris.* Et ut juxta sapientiæ vocem dicamus, *Diligite justitiam, qui judicatis terram, Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum : quoniam invenitur ab his qui non tentant illum : apparet autem eis qui fidem habent in illum. Perversæ enim cogitationes separant a Deo, probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit ' maledictum a labiis suis : quoniam renum illius testis est Deus, & cordis ejus scrutator est verus, & linguæ illius auditor. Quoniam spiritus domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit: Sermonum autem illius auditio ad dominum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius : quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest: & a detractione parcite linguæ : quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum : quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent omnia, & sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra viventium. Iustitia perpetua est & immortalis : injustitia autem mortis est acquisitio. Impii autem manibus & verbis accersierunt illam : & æstimantes eam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam : quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. Dixerunt enim, apud se cogitantes non recte: Exiguum est, & cum tædio, tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reversus ab inferis. Quoniam ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus. Quoniam fumus * afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commovendum cor nostrum : qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus effundetur, tamquam mollis aer. Et transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est a radiis solis, & a calore illius aggravata. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo revertetur.* Propterea unicuique prævidendum est, ut summopere se custodiat, & utiliter se prævideat, ut cum dies extrema finisque vitæ advenerit, non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam æternam. Facta enim subditorum judicantur a nobis, nostra vero judicat Deus. " Ex merito vero plebis nonnunquam episcopi depravantur, quatenus proclivius cadant qui sequuntur. Capite languescente, cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Caveat unusquisque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes", id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. *Sedens*, inquit, *adversus fratrem tuum loquebaris, detrahendo, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum*, &c. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos: & sciant, quia cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sententia judicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos servare, sed & linguam. Nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus per vos unquam noverit. Habeant omnes simplicitatem " columbæ, ne cuiquam machinentur dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ, judicare de ceteris, & de ministris ecclesiarum sinistrum quidpiam dicere. Absit, ut quidquam sinistrum de his loquar, qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves regni cælorum habentes, ante judicii diem judicant. Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus, lapidabatur a populo, aut gladio cervice subjecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali

Margin notes (left column): * 2. Tim. 3. ' propriam prosapiem " Idem Ennodius loco supra citato. — 7. q. 1. Mutationes episcoporū. — Isa. 28. " Idem Ennodius mox laudatus. — Ier. 6. " Synodica Martini I. — Sapient. 1. — ' maledicum

Margin notes (right column): Sapien — * ac fl — 9. q. 3. subdito " Isid. sent. 38 — " S. Hie 2. ad N tianum ' Psal. 4 — " Idē E ep. 13. ep. 4. n I. ad l liodoru Vnde gatur Mercat mango putidiss mum. 11. q. 3. sit ut q quam. Deuter.

spirituali animadversione truncatur, & ejectus ab A ecclesia, rabido dæmonum ore " discerpitur. " Oportet enim ut qui Deum hereditate possident, absque ullo impedimento sæculi Deo serviant, ut dicere possint: *Dominus pars hereditatis meæ. O quam bonus & suavis est spiritus tuus, domine, in omnibus.* Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine qui animas amas. *Ideoque hos, qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris, ut relicta malitia, credant in te domine. Tu autem Deus noster, suavis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Spiritus timentium dominum quæretur ab eo, & in respectu illius* B *benedicentur. Quapropter, fratres carissimi, omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus, & nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi; & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut avari-* C *tia non nominetur in vobis, sicut & decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate, (fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia & veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in* D *occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi Deo & Patri,* E *subjecti invicem in timore Christi. State itaque, fratres, & tenete traditiones* apostolorum & apostolicæ sedis, *ut dominus noster Iesus Christus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & in sermone bono. De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo domini currat & clarificetur, sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet a malo.* " *Quapropter ponite indesinenter corda vestra in virtute Dei, & resistite semper malis, & enarrate hæc*, juxta vocem prophetæ, *in progenies alteras; quoniam hic est* Psal. 47. *Deus Deus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula.* Vnde vos, qui in specula a domino estis constituti, comprimere & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones & scandala excitant. Facile est enim hominem verbo " fallere, sed non domi- " Sixti sent. 176. num. Ideo hos reprehendere, & ab his vos avertere oportet, quatenus, " extincta funditus hu- " Steph. Dorensis in libello oblato an. 649. in synod. Rom. cons. 2. jusmodi caligine, Lucifer eis resplendeat, & lætitia oriatur in cordibus eorum. *Confidimus autem de vobis, fratres, in domino, quoniam quæ præcepimus, & facitis, & facietis.* 2. Thess. 3. Quanto enim beneficia vestra his amplius exhibetis", tanto majorem vicissitudinem ab omnipotenti Deo, cui * serviunt, expectatis. " S. Greg. ep. 52. lib. IX. * servitis Omnipotens Deus sua " vos protectione custodiat, honoremque & præceptum servare concedat, & gloria honorque Deo " Idem ep. 50. lib. IV. Patri omnipotenti, ejusque unigenito Filio salvatori nostro, cum Spiritu sancto sit in sæcula sæculorum. Amen. " * * ' Data XII. Kal. Aprilis Maximiano & Africano viris clarissimis consulibus. ' ex MS. Iustelli.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *De mutatione episcoporum*] Pontifex de sedibus episcopalibus transferendis & transmutandis consultus, hac epistola docet, & exemplo Petri apostoli aliorumque plurium probat translationem sedis episcopalis licitam esse, si utilitate & necessitate alterius ecclesiæ exigente fiat cum superiorum episcoporum cognitione & consensu: si vero vel ex avaritia, vel ambitione aut præsumptione, ac sola propria voluntate episcopus sedem mutet, illicitum est, & apostolica lege, quæ extat canon. apostol. 14. interdictum. *Mutatio sedis episcopalis ex sola utilitate & necessitate ecclesiæ licita est.* Vnde cum tempore Nicæni concilii ex Antiochenis, alii Eusebium Cæsariensem, alii Eustathium Beroensem antistitem non sine turba totius populi expeterent, sacrosancta synodus sanctissime id, quod ab apostolis constitutum jam ante fuerat, confirmavit, ne episcopi, presbyteri atque diaconi de ecclesia in qua ordinati sunt in aliam transferantur, nisi necessitas vel evidens ecclesiæ utilitas aliud requirat. Nam ut alicui sedi ab hæreticis pessumdatæ, insignis aliquis alterius ecclesiæ episcopus præficiatur, id non modo non sancta synodus prohibuit, sed econtra potius id faciendum esse exemplo edocuit, cum Eusebio Nicomediensi & Theognide Nicæno episcopis Arianis insignioribus depositis, in sedem ipsorum aliarum sedium antistites suffecerunt. Et quia Eusebii Nicomediensis hominis inquieti & ambitiosi (qui post duas sedes mutatas Constantinopolim se transferri curavit) exemplo, frequenter ab Arianis fiebat, ut, qui humanæ gloriæ libidine incitati, muneribus ad majores sedes provehi laborarent, iis episcopis qui majoribus civitatibus præerant, negotium facesserent; ideo patres sacrosancti Oecumenici concilii Sardicensis decreverunt, ut tales deinceps, non tantum inter episcopos non numerarentur, sed ab omni penitus ordinis ecclesiastici gradu dejecti, inter laicos commorarentur, imo ne laica quidem communione in fine vitæ impartirentur. Baron. anno Christi 324. num. 155. anno 325. num. 153. item anno 347. num. 46. *Pœna sedes episcopales sine justa causa mutantium.*

[b] *Eusebius quoque.*] Hic est ille Eusebius Alexandrinus episcopus, qui scripsit 18. sermones nuper in vetustissimo libro bibliothecæ Cryptæ ferratæ, ut testatur Turrianus cap. 12. libro 2. inventos, in quorum uno quem de ascensione domini scripsit, usus est verbo *Homousii*, quod sanctus Athanasius in epist. ad Africanos ait non fuisse in synodo Nicæna inventum, sed prius fuisse etiam ab episcopis Alexandriæ usurpatum, ad asserendam contra hæreticos consubstantialitatem Filii Dei.

ANNO CHRISTI 238. " 236.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA FABIANI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] FABIANVS natione Romanus, ex patre Fabio, [b] sedit annis 14. mensem * unum, dies * XI. 11. [c] martyrio coronatur 14. Kalend. Februarias. Fuit autem temporibus Maximini & Africani, usque ad Decium secundo & * Gratum. * Quadratum. [d] Hic regiones

giones divisit diaconibus, & [e] fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum ' in integrum colligerent: & [f] multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit. Post passionem vero ejus, [g] Moses & Maximus presbyteri, & Nicostratus diaconus, comprehensi sunt, & in carcerem missi. [h] Eodem tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum de ecclesia, & quosdam confessores, [i] postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses ' II. [k] Et sic multi Christiani fugerunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros vigintiduos, diaconos septem, episcopos per diversa loca ' II. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, XIII. Kalendas Februarii. Et [l] cessavit episcopatus dies sex.

' fideliter

' XI.

' XIV.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Fabianus quando, & quomodo factus sit pontifex. " 236.

[a] *Fabianus.*] Anno Christi " 238. Maximini secundo, post interregnum tredecim dierum, 16. Ianuarii, Fabianus judicio Spiritus sancti in specie columbæ super caput ejus descendentis eligitur: & in pontificia sede, uno animorum omnium consensu collocatur, & ex ea difficillimis temporibus ecclesiam universam gubernat. Euseb. lib 6. cap. 22. post Maximinum utrimque a militibus occisum, pacato ecclesiæ statu, Privatum hæreticum, a concilio Africano 90. episcoporum condemnatum, ipse & Donatus Carthaginensis episcopus ecclesiastica communione privarunt Baronius anno 241. num. 2. Philippum imperatorem a Pontio martyre Christi fide imbutum, ut ex martyrologio & actis illius constat, ecclesiam in profesto paschæ ingredi; ejusque preces participare volentem, non prius admisit, quam peccatorum suorum confessionem & exomologesim prius edidisset, proque iis debitam pœnitentiam persolvisset. Euseb. lib. 6. cap. 27. Baron. anno 246. numero 5. & sequentibus. Item anno 249 num. 2. & seqq. Hujus pontificatu Helchesaitarum, Valesiorum, aliorumque hæreticorum immortalitatem animæ negantium hæreses exortæ, prope sui initio pontificis gladio, conciliorum, aliorumque doctorum virorum eam fortiter impugnantium impetu jugulatæ sunt. Baronius anno 249. num. 6. 7. &c. Donato Carthaginensi episcopo defuncto Cyprianus rhetor eloquentissimus a Cæcilio ad fidem conversus, ab ethnicis per contemptum deinceps Coprianus, id est, Stercorarius nominatus, summo cleri ac totius populi consensu, uno Felicissimo presbytero infeliciter adversante, ejusdem sedis episcopus eligitur, consulibus duobus Philippis, qui est Christi nati " 250. Fabiani 12. Philippi imperatoris 5.

Philippus imp. Christianus jussu pōtificis peccatorū suorū pœnitentiam agit.

Hæresis Helchesaitarū, & Valesiorum.

Cyprianus fit Carthaginensis episcopus. " 248.

[b] *Sedit annos* 14. *menses* 11. *dies* 11.] Qui 16. Ianuarii anno " 238. pontificatum auspicatus, 20. Ianuarii anno " 253. cum Decius secundum consulatum ageret, & initium imperii auspicatus esset, martyrio coronatus est, annis 15. & 4. diebus sedisse oportuit. Baron. anno 253. num. 5. & 6.

Quamdiu sederit Fabianus? " 236. " 250.

[c] *Martyrio coronatur.*] Initio omnium atrocissimæ persecutionis illius, quam Decius imperator, ex eo quod sub Philippis longe lateque divina prædicatio pervagata, ingentem numerum ubique ad fidem Christi aggregasset, & gentilis superstitio indies magis languesceret, ira & invidia incitatus indixit, quamque Deus, teste Cypriano libro de lapsis, ob Christianam disciplinam corruptam, permisit. Baron. prædicto loco.

Septima persecutio atrocissima. Fabianus fit martyr.

[d] *Hic regiones divisit diaconibus*] Sicut Evaristus, ut supra diximus in notis ad vitam Evaristi, diaconis id muneris injunxit, ut etiam episcopo evangelium prædicanti assisterent, ita & Fabianus hic addidit, ut iidem quatuordecim urbis regionibus præessent, singulis binas assignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent. Ideoque ex officio *diaconi regionarii* appellati sunt, qui in concilio Romano II. sub Silvestro cap. 6. diaconi cardinales etiam nominati reperiuntur; ideo quod licet diversis in locis agerent, unius tamen ecclesiæ, ejusdemque primariæ cardine continerentur. Vide quæ ibi dicemus, item Baron. anno 112. numero 8. & 9.

Diaconi regionarii qui.

Diaconi cardinales qui.

[e] *Fecit septem subdiaconos, qui.*] Vt major sit auctoritas actorum a notariis conscriptorum, subdiaconos eidem muneri præfecit. Vide notas ad vitam Clementis & Anteri, ibique Baronium.

Subdiaconorum munus.

[f] *Multas fabricas per cœmeteria.*] Cum a tertio anno Fabiani usque ad ultimum exclusive pontificatus sui annum Gordianus & Philippus imperassent, sub quibus omni ex parte persecutione cessante Dei ecclesia tranquille agebat, Fabianus pontifex non modo Christianam religionem propagare, sed etiam propagatam ædificiis supra sepulcra martyrum in cœmeteriis & cryptis erectis pro viribus illustrare studuit, quæ deinceps frequenter orandi causa a fidelibus, ut supra dixi, frequentata sunt. At non Fabianus tantum hoc tempore pacis, Romæ ecclesias extruxit: verum etiam Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocæsareæ in Ponto, de quo Gregorius Nyssenus scribit, quod cum immensum civium numerum convertisset ad fidem, populo pecuniam & operam conferente, nobilissimam extruxit ecclesiam, altaribus pulcherrime ornatam, quam Deus, quod a tali viro ædificata, ac divino cultui consecrata esset, a maximi terræmotus impetu, quo urbs ipsa funditus eversa fuit, & quod miraculosum, a Diocletiani omnes omnino ecclesias & sacra altaria demolientis furore ac sævitia, usque ad Gregorii Nysseni tempora illæsam conservavit. Baron. anno Christi 245. num. 2

Ecclesiæ ædificatæ a Fabiano.

Ecclesia mirabil[is] Gregor[io] Thauma[turgo e]tructa.

[g] *Moses & Maximus presbyteri*] Romanæ ecclesiæ presbyteros ac confessores, eosque ultra annum in carcere detentos, misere afflictos fuisse, literæ Cypriani ad hosce confessores, & confessorum ad Cyprianum, testantur. Vide epistolas Cypriani 16. 23. 26. 31.

Moses [&] Maxim[us] qui.

[h] *Eodem tempore.*] Nempe quo prædicti confessores in carcere detinebantur, & quo in locum Fabiani jam ultra annum martyrio affecti, post annuum interregnum pontificium Cornelius suffectus erat. Nam qui hæc verba ad tempus Fabiani adhuc viventis referunt, graviter errant: cum non tantum liber pontificalis hic in vita Fabiani, & infra in vita Cornelii, verum ipse quoque Cypr. epistol. 49. 52. & 76. aperte scribant Novatianum non ante a Novato seductum fuisse, nisi post schisma adversus Cornelium conflatum. Vnde quid de epistola Fabiani prima, qua Novatianus a Novato ejus tempore seductus esse scribitur, sentiendum sit, in notis ad primam epist. dicemus infra. Baron. anno 238. num. 9. & sequentibus.

Novati[a]nus a [No]vato qu[an]do sedu[ctus] sit.

[i] *Postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses* 11.] Cum sede adhuc vacante ad Mosen, Maximum & Nicostratum, postquam in carcere ultra annum detenti fuissent, sanctus Cyprianus epistolam scripserit, quæ est 16. editionis Pamel. fuerintque tunc adhuc pace & unitate concordes, (quorum Maximus & Nicostratus post creatum Cornelium; ab eodem, ut ex Eusebio constat, in schismate divisi sunt,) certissimum est, non 6. diebus, ut infra auctor pontificalis scribit, neque etiam sex mensibus tantum, quod alii asserunt, sed ultra integrum annum hoc tempore sedem pontificiam vacasse. Baron. anno 253. num. 28. Quem auctor hic in carcere defunctum esse insinuat, ex epist. Cornel. ad Fabium Antiochen. quam infra ex Eusebio huc inferemus, constat glorioso martyrio publice in omnium conspectu coronam martyrii adeptum esse. Ita Baronius anno 255. num. 39.

Quamdi[u] sedes p[ost] martyr[ium] Fabiani [va]caverit.

[k] *Et sic multi Christiani fugerunt.*] Indictio persecutionis atrocissimæ, adeo ecclesiam universam concussit, ut complures licet fortissimi se subduxerint, & quidem inter alios sanctissimus Cyprianus divino prope spiritu impulsus, Dionysius Alexandrinus, ac Paulus eremita, qui deinceps in spelunca, quam tunc temporis nactus est, solitariam vitam agens, exemplum vitæ monasticæ prebens, permansit ad annum ætatis 113. qui est Constantii imperatoris 7. inchoatus. Baron. anno 253.

Cyprian[us,] Dionys[ius,] Pauli e[re]mitæ fu[ga.]

[l] *Cessavit episcopatus dies* 6.] Vltra annum sedem pontificiam vacasse, constat ex iis quæ supra dixi, verbis, *Postquam Moses:* qua de re plura dicemus infra.

EPISTOLA I.

" FABIANI PAPÆ

Qui non debeant admitti ' ad excusationem, & non esse communicandum excommunicatis.

" Tres ep. pari[ter] supposi[titiæ] ac spur[iæ] viris do[ctis] habent[ur] & meri[to.]

' de er[…] Novati[…] Novati[…]

Dilectissimis ubique catholicæ ecclesiæ comministris, Fabianus salutem in domino.

DIVINIS præceptis & apostolicis monemur " institutis, ut pro cunctarum ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Vnde consequens est, debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu ecclesiam, ut ejus sequentes exempla, ejus veri filii inveniamini, quæ vestra est mater vocata. [b] Septem ergo diaconos in urbe Roma per septem regiones civitatis, sicut a patribus accepimus, habemus: qui per singulas hebdomadas, & dominicos dies, atque festivitatum solennia, cum subdiaconibus & acolythis, ac ' sequacium ordinum ministris, injuncta sibi observant ministeria, & parati omni hora sunt ad divinum officium, & quidquid eis injungitur, peragendum. Similiter & vobis, prout opportunum fuerit, per

" S. Leo 4.

' seque[n]tium

per singulas civitates est faciendum, ut divinum absque ulla mora & negligentia studiose ac solenniter agatur officium. [c] Denique septem similiter subdiaconos ordinavimus, " qui septem notariis imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligerent, nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioque oriatur: quoniam *omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illusio inveniatur, ex qua fidelibus scandalum (quod absit) oriatur. Unde & caritatem vestram paterna dulcedine petimus", ut in cunctis affectum vestræ caritatis sancta modo ecclesia inveniat, & favoris vestri solatiis, quocumque necesse fuerit, potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de se nobis certitudinem præbet, ut in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis, ut sapientibus filiis ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter commendamus: ita postpositis opportunitatis occasionibus, vestra efficacia elaborare enixius debet, atque modis, quibus possibile fuerit", omni studio [f] abigere contumelias. Hortamur etiam vos, juxta dictum apostoli, *Stabiles esse & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.* Et alibi: *Vigilate, & orate, & state in fide. Viriliter agite, & confortamini. Omnia vestra in caritate fiant.* [d] Insuper & illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus" præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper *ut leo rugiens circuit, quærens quem devoret*, supervenit Novatus ex Africa, & separavit de ecclesia Christi " Novatianum, & quosdam alios Christi confessores, & convertit in pravam doctrinam. A quibus vos, fratres, avertite, & cavete ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam apostoli & successores eorum tenuerunt & docuerunt, ne (quod absit) post eum abeuntes, in laqueum satanæ cadatis, & compedibus ejus detineamini. " Unde fraternitatis vestræ caritatem intimis obsecramus precibus, ut nostræ parvitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orantes ac deprecantes dominum cæli, ut tam nos, quam sancta mater ecclesia Christi pretioso sanguine redempta, a laqueis venantis satanæ, & ab importunis & malis hominibus liberetur, & sermo Dei currat & clarificetur, & prava eorum, & omnium perversa docentium, corruat doctrina atque deficiat. Precamur etiam, ut pietatis vestræ precibus impetrare studeatis, ut *Deus & dominus noster Iesus Christus, qui vult omnes homines salvos fieri, & neminem perire*, sua ingenti omnipotentia reverti faciat corda eorum ad sanam doctrinam & catholicam fidem, quatenus *resipiscant a diaboli laqueis*, quibus capti tenentur, & aggregentur filiis matris ecclesiæ. Reminiscentes quoque fratrum vestrorum, misereminí illorum, quibus potestis bonis studiis vestris, ne perdantur, sed ut precibus & aliis bonitatis vestræ studiis * domino salventur. Ita ergo in his agite, ut obedientes filii & fideles sanctæ Dei ecclesiæ appareatis, & ut mercedis præmia percipiatis. Hi, & omnes qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati, & a sinu sanctæ matris ecclesiæ, apostolico mucrone, usque ad rectam conversationem & reversionem eorum abscissi. Unde apostolica auctoritate, cum omnibus ejusdem apostolicæ atque universalis ecclesiæ filiis, statuentes sancimus, ut omnes qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentium non suscipiantur: quia [f] suspiciones semper sunt amovendæ. Merito ergo eorum reprobatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt." Nec eis omnino est credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant, submovemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo semper debent esse fideles ab infidelibus, & justi ab injustis: quoniam infideles & malevoli, modis quibus possunt, semper infestant fideles & perdere nituntur: & ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi, & procul abjiciendi, ne perdere fideles aut infamare possint. Quapropter, carissimi, cavete talium foveam, in quam multos cecidisse cognovimus. " Cavete talium jacula, & antiqui hostis tentamenta, per quæ etiam proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiantium, quibus notos & commilitones strangulare solent. Nolite tales sequi, sed procul repellite eos. *Estote*, juxta veritatis vocem, *prudentes ut serpentes, & simplices ut columbæ.* Videte, ne in vacuum quoque curratis, aut laboretis: sed alterutrum fulti precibus & orationibus, voluntatem Dei facere contendite, & a memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter ab omnibus quos apostolus commemorat, dicens: *cum eis nec cibum sumere:* quia & illi, sicut & isti, sunt repellendi, & ante satisfactionem ecclesiæ non sunt suscipiendi: quoniam illi, cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati usque ad satisfactionem a reliquis [f] fratribus. Quamobrem non debent nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio, usque ad jam dictam satisfactionem repelli, ne similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subjaceant: quoniam sic apostoli statuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis, avertendo regulas, scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut oraverit, ille " communione privetur. Tales ergo in omnibus sunt cavendi, & non suscipiendi: quia juxta apostolum, *non solum qui faciunt damnantur, sed & qui consentiunt facientibus.* Unde & beatus apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populum, inter cetera ait: Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis", vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat. Ideoque, carissimi, his apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut " effecta" certior caritas vestra, solicitius deinceps

[Margin notes: [f] suspecti omnes semper sunt amovendi & non recipiendi. — " Hadrian. coll. c. 4. 3. q. 4. Omnes quos sanctorum. — " S. Bonif. ep. 19. pluribus modis interpolata. — Matth. 10. Phil. 2. — 1. Cor. 5. q. 1. Omnes illi sunt ab. — [f] fidelibus. 11. q. 3. Sicut apostoli statuerunt. — Can. 11. — " Can. 11. apost. interp. Dionysio. — Rom. 1. Dist. 63. Si inimicus. — " Epist. 1. Clementi tributa ex versione Rufini supra pag. 88. D. — " S. Leo ep. 2.]

agere studeat & cautius, ne perversi & infideles A homines, lædendi fideles & benevolos habeant facultatem: *quoniam spes talium & omnium impiorum, tamquam lanugo est, quæ a vento tollitur, & tamquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tamquam fumus, qui a vento diffusus est, & tamquam memoria hospitis unius diei prætereuntis.* Summopere, carissimi, tales cavendi sunt, & avertendi, atque rejiciendi, si nocentes apparuerint: quia non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges' se nocentes non suscipiunt, sed repellunt. Vnde scriptum est: *Os impiorum devorat iniquitatem.* Et dominus per prophetam loquitur, dicens: *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris: Et cum electo electus eris, & cum viro innocente innocens* B *eris.* Et apostolus inquit: *Pervertunt bonos mores colloquia mala.* Idcirco (ut jam prælibatum est) mali sunt semper cavendi, & bonis atque benevolis est inhærendum", ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus. Et ne pestis hæc latius divulgetur", severitate qua possumus, abscindamus: quoniam non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est" diligentia pietatis. Agat semper " unusquisque vestrum, hac informatione apostolica fultus juxta vires suas, & fraterna dilectione, & sancta religione, mores proprios conservare, & in commune alterutrum adjuvare, & in caritate permanere, & in Dei voluntate indesinenter studeat inhærere, ut simul laudantes dominum, indefessas semper illi gratias agamus. Valete in domino C carissimi, & prædicta, ut melius potestis, domino opem ferente, adimplere studete. Data Kalendis Iulii, ' Maximino & Africano viris " clarissimis consulibus.

Sapient. 5.
' abest, se, a MS.
Prov. 19.
Psalm. 17.
1. Cor. 15.
" S. Leo ep. 4.
" Idem ep. 2.
" Idē ep. 2.
" S. Bonif. ep. 17.
' Maximo
" an. 236.

NOTÆ SEVERINI BINII.

An hæc epistola sit Fabiani?

[a] *Epistola Fabiani.*] Hæc epistola aliis spuria, nisi a quibusdam mendis & erroribus expurgetur, aliis non a Fabiano, sed potius a Cornelio scripta esse videtur: eo quod infra de Novato & Novatiano hæc referat: *Insuper & illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus, præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit quærens quem devoret, supervenit Novatus ex Africa, & separavit de ecclesia Christi Novatianum, & quosdam alios Christi confessores, & convertit in pravam doctrinam.* Quæ sane non ante Cornelii pontificis creationem contigisse, testimonio libri pontificalis, & Cypriani satis est manifestum. Adde, quod Pacianus epist. 3. ad Sympronianum, cum Novatiani meminit, de iis quæ ante sedem Cornelii gesserat, commendat ejus catholicam fidem; sic enim scribit: *Cur igitur Novatianus tuus, ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos, longe antequam Cornelius Romæ episcopus fieret, antequam sacerdotio illius invideret, hæc suasit? Habes Cypriani testimonium,* &c. Et post reliqua: *At hanc ipsam hæresim Novatiani quando cœperunt? Audite quæso, & totum ordinem erroris vestri advertite. Cornelius jam Romæ episcopus a sexdecim episcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat, & illa qua fuit præditus castimonia virginali crebras persecutiones nati principis sustinebat. Tum forte quidam presbyter Novatus ex Africa,* &c. *Romam venit,* &c. Itaque ob hanc causam liceret firma conjectura statuere, auctorem hujus epistolæ Cornelium potius quam Fabianum fuisse, nisi infra mentio fieret septem subdiaconorum, quos, ut ex vita ejusdem apud librum pontificalem constat, notariis acta martyrum colligentibus, & conscribentibus, Fabianus, non E Cornelius, omnium sententia præfecit. Tutius igitur ac verius esse videtur, prædicta de Novato & Novatiano ab aliquo sciolo superaddita fuisse, ideo, quod putarit hæc verba libri pontificalis, *Eodem tempore supervenit Novatus,* ad Fabiani sedis pontificiæ tempus referenda esse, cum revera ad ea quæ auctor proxime dixerat, *post passionem vero ejus,* referri debeant. Baron. an. 238. num. 9. & sequentibus.

Hæc epistola' est corrupta "imo potius cōficta omnino & ex variis laciniis consarcinata circa an. Chr. 800.

[b] *Septem diaconos.*] Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Clementis, Evaristi, Anteri, & Fabiani.

[c] *Denique septem similiter subdiaconos.*] Hinc colligitur hujus epistolæ auctorem esse Fabianum pontificem: & quod illi fidem derogat, surreptitium esse, adeoque expungendum, vel saltem annotandum.

[d] *Insuper & illud vos scire desideramus.*] Hæc integra periodus surreptitia est, & ab aliquo sciolo superaddita, qui existimavit ea quæ in vita Fabiani de Novato & Novatiano scribuntur, temporibus Fabiani accidisse, ideoque in hanc epistolam inferenda esse. Vide quæ diximus verbo, *Epistola Fabiani.*

"EPISTOLA II. FABIANI PAPÆ AD OMNES ORIENTALES EPISCOPOS.

" apocrypham nonnullis viri testantur Bell. Poss. aliique Catholici, ... multa probant.

*** Vt chrisma omni anno renovetur consecrando, & vetus in ecclesiis ponatur cremando: de accusatione sacerdotum, & ut oves pastorem suum nisi in fide erraverit reprehendere non audeant.

I. *Vt per annos singulos novum chrisma conficiatur, & vetus incendatur.*

II. *De episcopis non accusandis ac obtrectationibus lacerandis.*

Fabianus episcopus urbis Romæ, omnibus orientalibus episcopis & cunctis fidelibus in domino salutem.

EXIGIT dilectio vestra sedis apostolicæ consulta, quæ vobis denegare non possumus, nec debemus. Hoc autem & prædecessores nostros multarum regionum episcopis egisse liquet: & nos, qui in eadem sede, domino largiente, collocati sumus, agere debere fraterna caritas & obedientiæ debitum compellit. Cura est ergo vestræ solicitudini adhibenda, ut ea, quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus ordinata, & instigante sancto Spiritu instituta", nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc, quod rationis exigebat utilitas, oportuit diffinire: ita quod diffinitum est, non debet violari.

" S. Gre... epist. 11... lib. VII.

I.

Literis vestris vero inter cetera insertum invenimus, quosdam regionis vestræ [a] episcopos a vestro nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cœna domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam conservare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, nec necesse fore per singulos annos chrisma conficere, sed dum una confectio chrismatis abundat, aliam fieri necesse D non habere. Errant enim qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentientes, hæc dicunt. [b] In illa enim die dominus Iesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, (sicut a sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt) chrisma conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti chrismatis unctione perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum sacramentum est per singulos annos, & jam dicto die innovandum, & vetus in sanctis ecclesiis E cremandum. Ista a sanctis apostolis & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana ecclesia, & Antiochena a tempore apostolorum custodit: hæc Hierosolymorum & Ephesinorum tenet. In quibus apostoli præsidentes, hæc docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam uno anno uti, permiserunt, atque deinceps novo frui, & non veteri, jubentes docuerunt. Si quis ergo his obviare tentaverit, omnem sibi per' vos, & per omnes recte intelligentes", indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia pravissimarum mentium perversa

De cōse... dist. 3. li... ris vestr...
Ibidem.
Ibidem.
' nos
" Siric... ep. 1. c...

perversa doctrina ; dum indulgentius frenis utitur", in prævaricationem præsumptionis delabitur : & nullatenus eruitur, nisi prudentium sustentatione & correctione liberetur. Illa autem, quæ circa divina mysteria & erga" baptizandos, in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplanda sunt intuitu, ne locum supervacuis intentionibus & superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potius sunt, quam illudendi." Ad nostram enim lætitiam benefacta perveniunt, & mœroris aculeis nos, quæ fuerint male facta,' pungunt. Hic" vero inter manus latronum & dentes luporum furentium, utcumque versamur, & contumaces sunt subditi atque oves Nam" latratu canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. " Illa vero quæ fomentis non sanantur vulnera, ferro abscindi necesse est. Nec silere" possumus, ut cum hic ab illicitis revocemus aliquos, officii nostri provocamur instinctu, in speculis a domino constituti, ut vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda sunt resecemus, & quæ observanda sunt * censeamus.

II.

Consulere etiam nos (ut in prædictis literis vestris invenimus) super accusatione sacerdotum voluistis, quæ oppido apud vos (ut in eisdem apicibus reperimus) crebrescit. Significastis insuper, plerosque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus & sacramentis" quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliviscuntur : qui & multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui ea quæ dicunt, non faciunt : & traditorem suum tolerans, usque in finem etiam ad evangelizandum cum ceteris misit. Nam apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt : similiter & successores eorum, quamquam multa de talibus, prævidentes spiritu Dei futura, statuerunt. Porro (ut legitis in Actibus apostolorum) *erat eo tempore inter fideles cor unum & anima una, neque aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia.* Nulla enim inter eos accusatio, nisi familiaris erat, nec unquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente domino : *Quod tibi non vis fieri, alteri non facias.* Et idem : *Diliges proximum tuum sicut teipsum* : &, *Dilectio proximi malum non operatur.* Ipsi ergo apostoli & successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, qui sunt" suspecti, vel qui heri, aut nudiustertius, vel dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, & qui non sunt bonæ conversationis", vel quorum vita est accusabilis, aut dubii in recta fide. Similiter quorum fides, vita & libertas nescitur, vel qui infamiæ maculis sunt aspersi, aut sceleribus irretiti. " Neque eos, sacerdotes debere vel posse aut clericos accusare, qui rite sacerdotes fieri non possunt, nec sui sunt ordinis : quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici a sæcularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi & alienandi criminatione. Et sicut isti ab illis, ita & illi ab istis non recipiantur : quoniam sicut domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum conversatione, ita & litigatio ; *quia servum Dei non oportet litigare.* Tales, carissimi fratres, accusationes, & injustas aut nocivas æmulationes, pro viribus prohibete, quia contentio" summopere est vitanda. *Septies enim cadet justus in die, & resurget, impii autem corruent in malum.* *Cum* *ceciderit inimicus tuus*, ait Salomon, *ne gaudeas, & in ruina ejus non exultet cor tuum : ne forte videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Non contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. Nec æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinam meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.* Hæc cavete, carissimi. Hæc meditamini, & fratribus in omnibus solatium præstate : quia *in hoc cognoscent omnes*, ut ipsa per se veritas ait, *quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.* Si enim in rebus" sæcularibus suum cujusque jus, & proprius ordo servandus est : quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio? Quod ista observatione observabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. Unde constat episcopos locorum singulorum, omnium qui sub eorum degunt" moderamine, curam habere solicitam, & causas utilitatesque eorum cum Dei timore disponere. Valde ergo iniquum est, ut alii quilibet, omissis suis, se illorum causis admisceant. Sed illi eorum vitam & judicium competenti regularique debeant moderamine disponere, qui eos in sacerdotium ordinant, & a quibus jam ordinati sunt : quoniam, ut lex loquitur, *Maledictus omnis est, qui transfert terminos proximi sui. Et dixit omnis populus : Amen.* Deus ergo, fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes qui summo sacerdotio funguntur, ut injustitias removeatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & " opprobriis & calamitatibus eorum locum non præbeatis ; sed ei, qui calumniam & opprobrium patitur, adjutorium feratis, illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis, & domino in suis sacerdotibus opem feratis. Sacerdotes quoque dominus sibi elegit, ut sacrificent ei, & offerant oblationes domino. Levitas quoque sub eis esse jussit in ministeriis eorum. Unde ad Mosen loquitur, dicens : *Princeps autem principum Levitarum Eleazar, filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores ecclesiæ sanctuarii.* De his enim loquutus est dominus ad Mosen. *Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Levitarum pro pecoribus eorum, eruntque Levitæ mei. Ego dominus.* Si Levitas suos esse dominus voluit, quanto magis sacerdotes sibi adscivit? De quibus ait : *Si quis externorum accesserit, morietur.* Omnia vero, quæ domini sunt, caute tractanda sunt, & non leviter præcipitanda : quoniam & inter homines pro fidelibus habentur, qui dominorum suorum causas bene custodiunt, & fideliter tractant, atque præcepta dominorum suorum bene custodiunt, & non transgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi, qui dominorum suorum causas incaute & negligenter tractant, & præcepta eorum despiciunt, & non, ut debent, custodiunt. Ideo hæc præmisimus, ut cognoscatur ab his, quibus incognitum est, quod & sacerdotes (quos sibi dominus de omnibus adscivit, & suos esse voluit) non sunt leviter tractandi, nec lacerandi, nec temere accusandi, aut reprehendendi, nisi a magistris suis, quoniam eorum causas sibi dominus reservare voluit, & suo judicio vindicari. Nam in his & in aliis præceptis domini, & fideles cognoscuntur, & infideles reprobantur.

Margin notes (right): * Hadrian. coll. 5. — Proverb. 24. — Ioan. 13. — " S. Greg. ep. 121. lib. VII. — " Idem ep. 66. ejusdem libri. — Deuter. 27. — 3. q. 1. Deus ergo fratres. — * Proclus ep. ad Domninum Ant. — Num. 3. — Ibidem. — Num. 1.

Tolerandi enim hi sunt potius a fidelibus, quam A exprobrandi, veluti palea cum tritico, usque " ad ultimum ventilabrum, sicut pisces mali cum bonis, usque ad segregationem, quæ futura est in litore, hoc est, in fine sæculi. Nullatenus ergo potest " condemnari humano examine, quem Deus suo judicio reservavit, ut propositum Dei, quo decrevit salvare quod perierat, fiat immobile. Et ideo, quia voluntas ejus non immutatur, nullus præsumat ea quæ sibi non sunt concessa. Vnde est illud quod apostolus loquitur, dicens: *Iam quidem omnino delictum est, quia judicia habetis vobiscum. " Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini?* Ad illud redeatur quod dominus ait: *Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in judicio* B *tecum contendere, dimitte ei & pallium.* Et alio loco: *Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* Sunt autem quædam, quæ levissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione graviora. Quis unquam dicentem fratri suo, Fatue, reum gehennæ putaret, nisi ipsa veritas diceret? Illi vero qui illa peccata perpetrant, de quibus apostolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur:* valde cavendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi: quia infamiæ maculis sunt adspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali auctoritate subventum fuerit. Similiter & illi de quibus ipse ait: *Cum hujuscemodi hominibus nec* C *cibum sumere:* quia infamia sunt notati antequam sacerdotali auctoritate sanentur, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ redintegrentur: quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. Manifestum est enim, quod hi extra nos sunt, & a nobis discreti esse debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet. Similiter & omnes personæ, quibuslibet turpitudinibus ac scurrilitatibus subjectæ, infames sunt effectæ: & omnes ", qui adversus patres armantur, infames efficiuntur. *Arenam vero & salem & massam ferri facilius est portare, quam hominem imprudentem & fatuum atque impium. Quoniam qui minoratur corde, cogitat inania: & vir* D *imprudens & errans, cogitat stulta. Multos enim supplantavit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum male habebit in novissimo: & qui amat periculum, in ipso peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem, & * pravi cordis in illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adjiciet ad peccandum.* Talia cogitantes sancti apostoli, eorumque successores, spiritu Dei repleti malos homines prævidentes, & simplices considerantes, difficilem, aut nunquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, ne a malis potuissent everti aut submoveri: quia si hoc facile concederetur sæcularibus & malis hominibus, aut E nullus, aut vix perpauci remanerent: quoniam semper fuit, & est, & (quod pejus est) nimis viget, ut mali bonos persequantur, & carnales spirituales infestent. Idcirco (ut prædictum est) statuerunt, ne accusarentur, aut si aliter fieri non possit, perdifficilis eorum fieret accusatio, & a quibus (ut supra dictum est) non præsumeretur, neque a propriis sedibus aut ecclesiis episcopi ejicerentur. Quod si quo modo præsumptum fuerit, antequam & proprius locus, & sua omnia eis legibus " redintegrarentur, nullatenus a quoquam accusarentur aut criminarentur, & nisi sponte elegerint, cuiquam pro talibus

" S. Aug. xv. advers. Cresc 26. & de utilitate pœnitentiæ cap. 12.
" Const M. coll. Hadr. c. 51.
1. Cor. 6.
" S. August. Enchir. c. 78. & 79.
Matth. 5.
Luc. 6.
6. q. 1. Illi qui.
Galat. 5.
1. Cor. 5.
" Proclus ad Dominum
Eccles. 22.
Eccles. 16.
Eccles. 3.
* pravum cor in
Idem infra in decr. Steph. 1.
3. q. 1. Episcopi si a propriis.
" Conc. v. sub Symmacho.

non " responderent. Sed postquam (ut præfixum est) restituti fuerint, & sua omnia eis legibus redintegrata, dispositis ordinatisque suis, magnum spatium, tractandi causa, eis concederetur. Et postea, si necesse fuerit, regulariter vocati, venirent ad causam: & si justum visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum responderent. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona vel ecclesiæ atque res ab æmulis aut a quibuscumque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quisquam potest eis quoquo modo quidlibet majorum vel minorum objicere, dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus carent suis. Similiter statutum est, & nos eadem statuta firmantes, statuimus, ut si aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero, " curiæ tradatur, cui diebus vitæ suæ deserviat, & infamis absque ulla restitutionis spe permaneat. Nec ullus unquam præsumat, accusator simul esse & judex vel testis: quoniam in omni judicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est, judices electos, & accusatores, ac defensores, atque testes. Similiter statuentes, apostolica auctoritate jubemus, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ " fuerant, nisi in fide erraverit, reprehendere audeant: quia facta præpositorum, oris gladio " ferienda non sunt, neque potest esse discipulus super magistrum, dicente veritatis voce: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Odibilis autem coram Deo & hominibus est superbia, & execrabilis omnis iniquitas. Perdidit Deus memoriam superborum, & reliquit memoriam humilium sensu. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum. Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis ejus. Fili,* ait Salomon, *in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem, cui honor competit. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juste. Priusquam audias, ne respondeas verbum: & in medio seniorum ne adjicias loqui.* Exemplo Cham filii Noe, damnantur " qui patrum suorum culpas in publicum produnt, aut eos accusare vel detrahere præsumunt: veluti Cham, qui patris sui Noe pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Similiter & illi exemplo Sem & Iapheth justificantur, qui reverenter operiunt, & non produnt ea, quæ patres suos excessisse cognoscunt. Si enim a fide deviaverit episcopus, erit corrigendus prius secrete a subditis suis. Quod si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos, aut ad sedem apostolicam. Pro aliis vero actibus suis magis est tolerandus ab ovibus & subditis suis, quam accusandus, aut publice derogandus: quia " cum in eis a subditis delinquitur, ejus ordinationi obviatur, qui eos ei prætulit, dicente apostolo: *Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit.* Qui vero omnipotentem Deum metuit, nec contra evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum patrum instituta, aliquid ullo modo agere consentit. Sacerdotes ergo honorandi sunt, non lacerandi vel exprobrandi sunt. Legitur in Ecclesiastico: *In tota anima tua time Deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros ejus non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacer-*

" Hadri coll. 5.
3. q. 1. scopi si propri
11. q. 1. tuimus quis cle corum.
" Curiæ valde specta Ant. A in cap. coll.
" Conc Rom. Symmacho.
" S. G Past. P c. 5.
Matth
Luc. 6.
Eccles.
Ibidem
Genes.
" Isid. I Sent. 39
Sup. h tur id in epist Anacle ultima
" S. G Past. I c. 5.
Rom. 1
21. q. 1. omnip tentem
Eccles.

ſacerdotem, & propurga te cum brachiis. Da illi A *partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum & de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino, & initia ſanctorum: & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua.* Hæc non tantummodo vobis, ſed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus, ut unanimes, " unum ſentientes, permaneamus in Chriſto. Nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, ſed Deo ſalvatori noſtro placentes. Cui eſt honor & gloria in ſæculorum ſæcula. Amen.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epiſcopos.*] Indicatur materiam ſacramenti confirmationis eſſe chriſma, quod eſt unguentum ex oleo & balſamo mixtum, & ab epiſcopo conſecratum. B Ex eo enim quod ſcribit, Chriſtum ritum conficiendi apoſtolos docuiſſe, utique aliquam formam benedicendi & conſecrandi tradidiſſe, dubium non eſt. Vnde præterquam quod ſanctiſſimi patres, Clemens, Dionyſius, Irenæus, Vrbanus pontifex epiſtola ſua, &c. hoc alibi ſanctum chriſma, alibi unguentum ſanctificatum nominent, conciliis Florentino & Tridentino nunc aperte definitum eſt, quod univerſæ eccleſiæ, ex inſtitutione Chriſti, ab apoſtolis traditum erat. Bellarm. Suarez, Valent. de ſacram. confirm. Hanc epiſtolam Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo, Fabianus, a quibuſdam, neſcio quibus, velut apocrypham rejici aſſerit. Qui confirmationem a Melchiade inſtitutam eſſe aiunt, ex hac & præcedentis Vrbani epiſtola ſatis refutantur.

b *In illa die dominus.*] Vt chriſma conficiatur & conſecretur feria quinta in cœna dominica, ab apoſtolis inſtitutum eſſe ait, C ideoque ab ea conſuetudine nequaquam recedendum eſſe decernit. Hunc ritum eodem tempore obſervatum fuiſſe indicat Cyprianus, vel quiſquis auctor eſt ejus libri, ſerm. de unct. chriſm. his verbis: *H. die in eccleſia* (loquitur de die cœnæ domini) *ad populum acquiſitionis ſanctificandum, in participatione dignitatis & nominis ſacrum chriſma conficitur, in quo mixtum oleo balſamum, regia ſacerdotalis gloria exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis, divinitus eſt unctio inſtituta.* Eadem conſuetudo colligitur ex Iſidoro, Alcuino, Ruperto, & aliis antiquis divinorum officiorum ſcriptoribus. Vnde in conc. Meldenſi cap. 46. expreſſe præcipitur, *ut nemo ſacrum chriſma, niſi in quinta feria majoris hebdomadæ conficere præſumat.* Et hanc ob cauſam in cap. quoniam, de ſent. excom. in 6. dicitur, chriſma eſſe conficiendum in die cœnæ domini, etiamſi terra interdicta exiſtat. Errant igitur, qui putant fuiſſe aliquando uſitatum in eccleſia, ut quolibet anni tempore chriſma conficeretur. Quod dicitur cap. omni tempore, de conſecr. diſt. 4. item conc. Tolet. 1. cap. 20. D licere epiſcopo omni tempore chriſma conficere, intelligendum eſt non ſimpliciter de omni tempore: ſed accommodate, de omni tempore annuali, quod ad conficiendum chriſma præſcriptum eſt. Accedit quod concilia non aliquam temporis, ſed potius certi miniſtri determinationem præfinire intendant: quaſi dicerent ſoli epiſcopo, non presbytero liceat omni tempore conſueto, ſacrum chriſma conficere. Nam concilium Tolet. expreſſe intendit prohibere abuſum quorumdam presbyterorum, qui confectionem chriſmatis ſibi uſurpabant. Vide Suarez tom. 3. diſp. 38. ſect. 1.

EPISTOLA III.
FABIANI PAPÆ
AD HILARIVM EPISCOPVM.

E

*** Vt peregrina judicia reſpuantur atque accuſatus in ſuo loco cauſam ſuam peragat & ut omnis qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum, & ſi non probaverit quod objicit, pœnam quam intulerit patiatur.

I. *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*
II. *De peregrinis judiciis.*
III. *De pulſatis.*
IV. *Si quis iratus crimen objecerit, vel objecta non probaverit.*
V. *Si epiſcopus accuſatus ſedem apoſtolicam appellavit.*

Dilectiſſimo fratri Hilario epiſcopo Fabianus.

DIVINÆ circa nos gratiæ memores " eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ miſericordiam, ob hoc ad faſtigium ſacerdotale provexit, ut mandatis ipſius inhærentes, & in quadam ſacerdotum ejus ſpecula conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus. In tantum enim in occiduis partibus, quibus moraris, audivimus aſtutiam diaboli ſævire in populum " Chriſtianum, atque multiplici deceptione prorumpere, ut non ſolum laicos ſæculares, ſed ipſos quoque domini ſacerdotes premat atque vexet. Vnde, in grandi mœrore poſiti, diſſimulare non poſſumus, quod corrigere atrociter debemus. Quapropter competens adhibenda eſt talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas, mortifera ' capitis peſte nihil poſſit, ſed ſegnius tracta pernicies, reatu non legitimæ curationis, involvat pariter ſauciatos & medentes.

" Hilarus papa S. Leonis ſucceſſor ep. 3.
" Felix III. ep. 7.
' captis peſte non proſit,
Hæc ad finem uſque epiſtolæ habentur etiam in decret. Sixti III.

I.

Ob id ergo ſtatuentes decernimus, ut hi, " qui non ſunt bonæ converſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, aut quorum fides, vita & libertas neſcitur, non poſſint domini ſacerdotes accuſare, ne viles perſonæ ad accuſationem eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti ſunt, vel qui ſunt ſuſpicioſi, vocem adverſum majores natu non habeant C accuſandi: quia ſuſpicioſa, vox & inimica, veritatem ſolet opprimere.

" Hadr. coll. c. 15.

II.

Peregrina vero " judicia, ſalva in omnibus apoſtolica auctoritate, generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt ab externis, ut judicetur, qui provinciales, & a ſe electos debet habere judices, niſi fuerit appellatum. Vnde oportet, ſi aliquis epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ut ab omnibus audiatur qui ſunt in provincia epiſcopis: quia non oportet accuſatum alicubi, quam in foro ſuo, audiri. Si quis vero judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat. " Appellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis injuriare cuſtodia: ſed D liceat appellatori, vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare. Liceat etiam in cauſis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem ſupplicio ſententia deſtinarit.

" Idem Hadr. cap. 17. ex Cod. Theod. lib. IX. tit. 1. conſt. 10. 3. quæſt. 6. Si quis epiſcoporum. 1. q. 6. Si quis judi.
" Vide Hadr. coll. c. 27. 32. 33. 34. ex interpr. Aniani in conſt. 2. 15 & 20. tit. 30. libri XI. Cod. Theod. necnon nota Ant. Aug. 3. q. 1. Pulſatus ante.

III.

Pulſatus ante ſuum judicem cauſam dicat: & ante non ſuum judicem, pulſatus, ſi voluerit, taceat: & ut pulſatis, quoties appellaverint, " induciæ dentur.

" Hadr. coll. c. 56. 1. q. 6. Qui crimen.

IV.

Si quis ergo iratus, crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convicium non eſt pro accuſatione habendum: ſed, permiſſo tractandi ſpatio, " id quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur: ut, ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ E præ iracundia dixit, iterare aut ſcribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo " qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum. Revera " ſemper ibi cauſa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objecit, pœnam quam intulerit ipſe patiatur.

" Hadr. coll. 47. ex Aniano in conſt. 5. tit. primi lib. IX. Cod. Theod.
" Idem c. 48. ex Aniani interpr. in conſt. 11. ejuſdem tituli.

V.

Placuit etiam, " ut ſi epiſcopus accuſatus, appellaverit ad apoſtolicam ſedem, id ſtatuendum, quod ejuſdem ſedis pontifex cenſuerit. Hæc tamen omnino in ſacerdotum cauſa forma ſervetur, ne quemquam ſententia, non a ſuo judice dicta, " conſtringat. Occurrere quoque quiſque fidelium ruinis

" Hadr. coll. c. 21. In decr. Ivo. lib. 4.
" Cod. Theod. lib. IV. tit. 16. conſt. 2.

ruinis debet oppressorum & miserorum* subsidio, quo valeant, ex revelatione alienæ vindictæ, a se Dei removere" vindictam. Libat enim domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. Vnde scriptum est: *Frater fratrem adjuvans, exaltabitur.* Ecclesia enim Dei sine macula & ruga debet existere, & ideo non oportet eam a quibusdam conculcari aut maculari, quia scriptum est: *Vna est columba mea, perfecta mea.* Hinc iterum dominus ad Mosen ait: *Est locus penes me, & stabis super petram."* Quis est locus, qui non sit domini, dum cuncta in ipso, per quem creata sunt, continentur? Est tamen locus apud Deum, videlicet sanctæ ecclesiæ unitas, in qua supra petram statur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. Te, frater, & omnes fratres nostros ecclesiam Christi sanguine redemptam regentes, monemus, ut omnes a præcipitio, in quo fratres, & domini pastoribus detrahendo & persequendo, verbis & factis labuntur, laqueis quibus potestis, retenteis, & * lacerari eos in hamo iræ non permittatis, quia scriptum est: *Ira enim viri justitiam Dei non operatur."* Hinc rursum dicitur: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Hæc autem vos, Deo auctore, omnia servare non ambigo, sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris desideriis & operibus me furtive subjungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis etiam admonens additur, jam non soli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos & omnes fideles diligere invicem, & non detrahere aut accusare alterutrum. scriptum est enim: *Dilige proximum, & * conjungere fide cum illo. Quod si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui: & sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus. Vltra eum non poteris colligare, & maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Annuens oculo, fabricat iniqua, & nemo non abjiciet. In conspectu oculorum tuorum " conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur: Novissime autem pervertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa ' audivi, & non coæquavi ei, & dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet: & plaga dolosa, dolosi dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti consilium nequissimum, super ipsum devolvetur: & non agnoscet, unde adveniet illi. Illusio & improperium superborum, & vindicta, sicut leo insidiabitur illis. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu justorum; dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira & furor, utraque execrabilia sunt: & vir peccator, continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam: & peccata illius servans, servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis * deprecatur altissimum? Ipse, dum caro sit, reservat iram, & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro dilictis illius? Memento novissimorum, & desine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mandatis ejus. Memorare timorem Dei, & non*

*[Margin: * consilio. " Conc. Tol. VIII. c. 2. Prov. 18. Cant 6. Exod. 33. " S. Greg. ep. 54. libri VII. * labi eos ' in imo non ' in ima Iacobi 1. " Greg. ep. 128. lib. VII. Eccles. 17. * conjunge fidem * conculcabit ' odivi Eccles. 28. * deprecatur? Ipse]*

A *irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescet: & secundum virtutem hominis, iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, & lis festinans effundet sanguinem, & lingua testificans adducet mortem. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur, & utraque ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis, maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem. Civitates muratas divitum destruxit,* B *& domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, & privavit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic, quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus, qui tectus est a lingua nequam, qui in iracundiam illius non transivit, & qui non attraxit jugum ejus, & vinculis ejus non est ligatus. Iugum enim illius, jugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius infernus, quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum. In flamma sua non comburet justos. Qui derelinquunt dominum, incident in illam: & exardescet in illis,* C *& non extinguetur: & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Ista caveant omnes, & *cohibeant linguam suam a malo, & labia eorum ne loquantur dolum.* *De cetero,* carissimi, *confortamini in domino, & in potentia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates,* D *adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo, succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiæ, & calceati pedes in præparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Hæc, frater, quæ tibi scripsimus, generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ ceteros tangunt, omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, & reliquos fratres nostros, ubique consistentes, " protegat usque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere, Iesus Christus E dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amen. Data decimo septimo Kalend. Novembr. Africano" & Decio viris clarissimis consulibus.

[Margin: Psal. Ephes " S. Gre 54. lib " menc adnota]

DECRETA FABIANI, EX DECRETO Gratiani desumpta, nec prioribus inserta.

Inediis maceretur acerrimis qui fratri suo reconciliari non vult.

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Infamis efficitur qui sciens pejerare præsumit.

Quicumque sciens se pejeraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat: & nunquam sit sine pœnitentia: & nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen post hoc percipiat.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Furiosus & furiosa, matrimonium contrahere non possunt.

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt. Sed si contractum fuerit, non separentur.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Affines in quinta generatione copulari possunt: & in quarta, si fuerint inventi, non separentur.

De propinquis, qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione conjungantur: in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Æqualiter vir conjungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis, post mortem suæ uxoris.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Ad titulum immediate præscriptum.

Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis, quandiu utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, nisi ignorantia excusentur.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Consanguinei tantum, vel (si progenies defecit) antiqui & veraces, propinquitatem in synodo computent.

Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater & mater, soror & frater, patruus, avunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, episcopus canonice perquirat: & si inventa fuerit propinquitas, separentur.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Ter in anno quisque fidelium communicet.

Etsi non frequentius, saltem in anno ter laici homines communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur, in pascha videlicet & pentecoste, & natali domini.

EIVSDEM EX GRATIANO.

Ante annos 30. presbyter non ordinetur.

Si quis triginta ætatis suæ non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus: quia & ipse dominus triginta annorum baptizatus est, & sic cœpit docere. Non oportet ergo, qui ordinandus est, usque ad hanc ætatem legitimam consecrari.

EIVSDEM DECRETA EX CODICE decretorum sexdecim librorum, libro quinto, capite septimo.

Vt oblatio altaris singulis diebus dominicis fiat.

Decernimus, ut in omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus fiat, tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur.

EIVSDEM DECRETA ex eodem, capite nono.

Vt presbyter illiteratus missam celebrare non audeat.

Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes vel actiones, & reliquas observationes in missa secundum ritum implere non potest.

CONCILIVM LABESITANVM in Africa.

Anno Christi 242."240

Hoc concilium Africæ habitum est in Labesitana colonia, anno Christi nati" 242. qui est Fabiani 4. & Gordiani imperatoris 2. annus. Convenerunt XC. episcopi adversus Privatum hæreticum, quem post causæ discussionem communi omnium sententia condemnarunt: sententiam vero eorum Fabianus pontifex eo ipso approbavit, quod eumdem ecclesiastica communione privaverit. De rebus in hac synodo adversus Privatum gestis, hæc Cypr. epist. 55. ad Corn. *Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatum veterem hæreticum, in Labesitana colonia ante multos fere annos, ob multa gravia delicta 90. episcoporum sententia esse damnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non latet) Fabiani & Donati literis severissime notatum.* Quæ fuerint hæres & errores hujus hominis, nondum constat; potius alienæ hæresis sectatorem, quam novæ alicujus institutorem fuisse, credibile est. De hoc eodem in quodam concilio Carthaginensi sub Cypriano, anno 255. vicissim prodeunte, plura dicemus.

Causa, tempus & locus hujus conc. "240.

CONCILIVM ARABICVM.

Anno Christi 249."247.

Concilium hoc, teste Euseb. lib. 6. cap. 31. in Arabia celebratum est, anno 4. Philippi imperatoris, qui est Christi" 249. & Fabiani pontificis 11. contra hæreticos affirmantes, animas hominum mortales esse, easque una cum corporibus extingui, & in novissimo die cum iisdem vicissim resuscitari. Origenes in hoc concilio præsens, eos doctissime impugnavit, & simul expugnavit. Eusebii verba hæc sunt: *Per idem tempus* (anno scilicet 4. Philippi imperatoris) *quidam rursus in Arabia dogmatis cujusdam prorsus a veritate alieni auctores nascuntur, asserentes hominum animas una cum corporibus uno eodemque temporis articulo morte occumbere, & penitus extingui: at demum tempore resurrectionis universæ carnis, cum iisdem vitam denuo recuperaturas. Non exiguo igitur episcoporum conventu ea de re coacto, Origenes ibi etiam rogatus, ut partes de illa controversia disputandi susciperet, sic orationis vi & impetu ferebatur, ut eorum mentes, qui se ante ei errori implicuissent, ad rectam fidem & sanam doctrinam traduceret.* Vide Baron. an. 249. num. 6.

Causa, tempus & locus conc. " 247.

Qui interfuerint.

SYNODI BOSTRENA ET ARABICA.

"** Ex libello synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ πολυμαθοῦς Ὠριγένους, ἐν Βόστρᾳ τῆς Ἀῤῥαβίας, ἣν τινα Ἡσαΐας πάλαι Βότρον ὠνόμασεν, ἐπώνυμον οὖσαν Βοσόῤῥας, τῆς μητρὸς τοῦ θεσπεσίου Ἰὼβ, ἐπὶ διορθώσει τοῦ ἱεροσοφιστοῦ Βηρύλλου, τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, εἰς τὸ τοῦ σκυτέως Θεοδότου φρόνημα παραῤῥέντος, καὶ αὖθις πάλιν δραμήσαντος εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ταῖς παραινέσεσιν Ὠριγένους.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, collecta a doctiſſimo Origene in Boſtra Arabiæ, quam Iſaias olim Botron nominavit, cognominem Boſoræ matri divini Iobi: ad emendationem ſacriſophiſtæ Berilli ejuſdem urbis epiſcopi, qui in Theodoti coriarii ſenſum prolapſus fuerat, & ad orthodoxam rurſus fidem Origenis cohortatione recurrerat.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀῤῥαβίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ὠριγένους, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ἐπὶ τῇ τῶν πιστῶν διορθώσει, ἔκ τινος λοιμώδους αἱρέσεως, ἀναφανείσης συμφθείρεσθαι τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασι, καὶ πάλιν συνανίστασθαι οἰηθέντων, τῇ παραινέσει δὲ τοῦ Ὠριγένους προκαθεζομένου, τὴν πλάνην ἀποθεμένων.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, in Arabia collecta ab Origene, aliiſque quatuordecim epiſcopis pro correctione fidelium ex quadam peſtilente hæreſi, quæ affirmabat una cum ipſis corporibus animas interire, eaſdemque rurſus cum corporibus reſurgere arbitrabantur: Origenis autem, qui præſidebat, cohortatione, errorem depoſuerunt.

ANNO CHRISTI 253." 250.

INTERREGNVM PONTIFICIVM unius anni.

Quo a clerus Romanus eccleſiam univerſam curavit.

Septima perſecutio, cauſa interregni pontificii. " 250.

ANNO Chriſti" 253. ſeptima Chriſtianorum perſecutio, corruptis multorum fidelium moribus cauſata, publico edicto Decii imperatoris promulgata, a Cypriano Dei revelatione jam ante cognita, tam horrenda, immanis & atrox fuit, ut non modo fulcra eccleſiæ plurima fugarit, ejuſque capita, nimirum Babylam Antiochenum, Alexandrum Hieroſolymitanum, & demum ipſum eccleſiæ verticem Fabianum Romanum pontificem maximum abſtulerit, verum etiam metu & horrore omnibus incuſſo impedierit, ne per annum integrum, licet cauſæ graviſſimæ maxime id exigerent, ſucceſſor ei ſubrogari potuerit. Nam cum Cyprianus epiſtola ſua 16. editionis Pamel. Moſi & Maximo presbyteris, poſt Fabiani paſſionem," ut habet liber pontificalis, in carcerem miſſis, de annuo confeſſionis honore plurimum gratuletur, eoſque velut fratres pace & unitate concordes ſalutet, manifeſtum eſt, eo tempore, quo hanc epiſtolam ſcripſit, jam annuum tempus defuncti Fabiani & incarceratorum presbyterorum ſupradictorum revolutum, ipſumque Corneliuм Romanæ eccleſiæ præſulem & antiſtitem Fabiani ſucceſſorem nondum creatum fuiſſe, adeoque ultra annum integrum ſedem pontificiam vacaſſe. Quos enim Cyprianus prædicta epiſtola 16. inter ſe unanimes & concordes fuiſſe demonſtrat, eorumdem aliquos tempore electionis Cornelii," dum adhuc in carcere detinerentur, fraudibus & dolo Novati ad defectionem & ſchiſma ſolicitatos & inductos eſſe conſtat ex Cypriani epiſtola 51. ad eoſdem poſt mortem Decii, Voluſiani imperatoris juſſu e carceribus ſolutos, ſcripta: item ex quadam epiſtola Cornelii pontificis ad Fabium epiſcopum Antiochenum, quam infra ex Euſebii lib 6. cap. 35. nunc in tomos conciliorum cum aliis quibuſdam conſulto retulimus. Accedit, quod idem Cyprianus epiſtola 40. ad plebem ſcribens initio ſecundi anni ſui exilii, cleri tantum, non Romani pontificis meminerit, adeo ut ſatis liqueat, adhuc cum hanc epiſtolam ſcripſit, Romanam eccleſiam paſtore deſtitutam fuiſſe: ita enim inquit: *Non ſuffecerat exilium jam biennii, & a vultibus atque oculis veſtris lugubris ſeparatio*, &c. & infra: *Cumque ſemel placuerit tam nobis, quam confeſſoribus & clericis urbicis; item univerſis epiſcopis, vel in noſtra provincia, vel trans mare conſtitutis, ut nihil innovetur circa lapſorum cauſam, niſi omnes in unum convenerimus.* Certum igitur eſt, non minus quam integro anno poſt martyrium ſancti Fabiani, ſedem Romanam vacaſſe, & paſtore deſtitutam, quaſi viduam perſeveraſſe. Quod ſanctus Cyprianus prædicta epiſtola ait, ſe biennio exulaſſe, ſedique pontificiæ clerum Romanum totidem annis præfuiſſe, ideoque non uno tantum ſed duobus annis ſedes pontificia vacaſſe videatur, dicendum eſt, id non de abſoluto, ut exponit Pamelius, ſed de inchoato dumtaxat biennio intelligi debere: nam ſedem tanto tempore vacaſſe, dictu monſtroſum eſſet, cum nullus unquam hactenus id vel ſomniaverit, neque ut tamdiu differretur, reddita anno 254. ante feſtum paſchæ, ut patet ex Baronio anno 40. pace eccleſiæ, ulla prorſus cauſa præceſſerit. Vide Baronium anno Chriſti 253. numero 28. item anno 254. numero 30. & 31.

Sedem uno integro anno vacaſſe. Ratio prima.

Ratio [ſe]cunda.

Integr[o] bienni[o] vacaſſe [...]dam m[...] aſſerun[t]. Explic[atur] locus C[y]priani.

a *Clerus Romanus.*] Clerus Romanus probe ſciens, ex antiquiori conſuetudine, ſublato viſibili univerſalis eccleſiæ capite, ſuarum eſſe partium (quippe qui veluti propinquiora membra capiti inhærerent, quique Petri eccleſiæ adminiſtri eſſent) catholicæ eccleſiæ per totum terrarum orbem diffuſæ proſpicere atque conſulere, in iis quæ licerent, ipſius capitis munera explevit. Principio igitur poſtquam glorioſo martyrio Fabianus pontifex ex hac vita ſubtractus eſſet, ut exemplo capitis membra nullo mortis metu a Chriſti confeſſione dejicerentur, id tranſmarinis eccleſiis per literas (quas Cyprianus epiſtola 4. ad clerum ſe accepiſſe ſcribit per Clementium ſubdiaconum) ſignificat. Baronius anno Chriſti 253. numero 26. & 27. Deinde cum idem Romanus clerus a Clementio ſubdiacono, iterum ex Africa miſſo, intellexiſſet Cyprianum epiſcopum monitu Spiritus ſancti, (quod ipſe Cyprianus epiſtola 15. teſtatur) magis quam mortis metu perſecutoris gladium ſubterfugiſſe, & voluntarie in exilium abiiſſe, fugam Cypriani laudans, ad clerum Carthaginenſem literas dedit (extant in Cypriani epiſtola 3.) quibus eum recte feciſſe declarat, ut ſcilicet in tanta rerum perturbatione ad tempus eccleſia relicta, opportuniore tempore in medium prodiret, &

Ad cler[um] Roman[um] ſede va[can]te perti[net] cura u[ni]verſæ [ec]cleſiæ. Cleri R[o]mani f[...]

Cypri[ani] fugam [in]ſtinctu [Spi]ritus S[ancti] factam [com]menda[t].

& dilatum martyrium majore cum utilitate ecclesiæ : præterea ut a pastore relictam ecclesiam Carthaginensem in officio contineret, Carthaginensem clerum hortatur, ut & ipsi, suo exemplo, optimi pastoris specimen edant & vicem gerant, infirma ecclesiæ membra non negligant, & sacra martyrum corpora diligenter curent. Baronius anno 253. numero 32. 33. 34. 35. 36. Tertio eam, quam sanctus Cyprianus, de lapsis recipiendis, deque convulsa ab aliquibus ecclesiastica disciplina restituenda, sententiam per epistolam 29. significatam, (reddita ad eum epistola, quæ est apud Cyprianum 31.) clerus Romanus confirmat, ad evitandam invidiam odiumque lapsorum, in ecclesiasticam communionem recipi instantium : Synodum, de qua infra, convocat, ejusque de lapsis coercendis vel recipiendis decreta universæ ecclesiæ per literas circulares intimat. Baronius prædicto anno 253. numero 75. & sequentibus. Demum cum jam ingens lapsorum numerus præ foribus esset, & ut in ecclesiam reciperetur solicite instaret, Novatus etiam Africani schismatis auctor Romanam sedem vacantem adhuc dolis atque insidiis, ut infra dicemus, ambiret, totius Romanæ ecclesiæ clerus, nullo persecutionis adhuc Romæ durantis metu, aut principis adhuc viventis (ut patet ex epistola ejus 52. ad Antonianum) conatu prohibente, conveniunt, &, quod erat officii sui, Cornelium Romanum Christianæ religionis pontificem, divino judicio & suffragio jam ante quasi prælectum, episcopi, qui tunc in Vrbe 19. aderant, jure suffragii eligunt : presbyteri vero cum plebe præsentes factam ab episcopis electionem suo testimonio comprobarunt. Baronius anno 254. num 41. & sequentibus usq; ad 46.

cilium cit. / nelii ficis io s.

D. CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS

EPISTOLÆ ALIQVOT AD CLERVM ROMANVM, paucæ item cleri Romani.

Quæ certa ratione hic collocatæ sunt, quod multum conferant ad rationem illorum temporum.

DIVI CYPRIANI EPISTOLA AD CLERVM VRBIS ROMÆ.

De dormitione episcopi Romani.

Cyprianus [a] *presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.*

CVM de excessu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres carissimi, & opinio dubia nutaret, accepi a vobis literas ad me missas per * Clementem hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso ejus exitu instruerer. Et exultavi satis, quod pro integritate administrationis ejus, consummatio quoque honesta processerit. In quo vobis quoque plurimum gratulor, quod ejus memoriam tam celebri & illustri testimonio prosequamini, ut per vos innotesceret nobis, quod & vobis esset circa præpositi memoriã gloriosum, & nobis quoq; fidei ac virtutis præberet exemplũ. Nam quantum perniciosa est ad sequentium lapsum, ruina præpositi, intantum contra utile est & salutare, cum episcopus se per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiam alias literas, quibus nec qui scripserint, nec ad quos scriptum sit, significanter expressum est. Et quoniam me in iisdem literis & scriptura, & sensus, & chartæ ipsæ quoque moverunt, ne quid ex vero vel subtractum sit vel immutatum, eamdem ad vos epi-

ci. / ordine in a edi- Nic. tti, Pame- / nen- * ita leg. is.

A stolam authenticam remisi, ut recognoscatis an ipsa sit, quam [b] Clementi hypodiacono perferendam dedistis : perquam etenim grave est, si epistolæ clericæ veritas mendacio aliquo & fraude corrupta est. Hoc igitur ut scire possimus, & scripturam & subscriptionem, an vestra sit, recognoscite, & nobis quid sit in vero rescribite. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

[b] Clementio

EPISTOLA [a] CLERI ROMANI AD CLERVM CARTHAGINENSEM.

[a] Est ordine II. in ed. Pam. & Rig.

De secessu divi Cypriani.

B *Intellexerat clerus Romanus a Clementio hypodiacono secessisse Cyprianum in persecutione. pro suo itaque zelo fidei clerum Carthaginensem officii sui admonet, ac instruit, quid circa lapsos, interea dum abest illorum episcopus, fieri oporteat.*

DIDICIMVS secessisse benedictum papam Cyprianum a Clementio subdiacono, qui a vobis ad nos venit certa ex causa; quod utique recte fecerit, propterea quod cum sit persona insignis, & imminente agone quem permisit Deus in sæculo colluctandi causa cum adversario, simul cum servis suis, volens etiam angelis & hominibus certamen hoc manifestare, ut qui vicerit coro-
C netur ; victus vero portaverit in se sententiam, quæ nobis manifesta est. Et cum incumbat nobis qui videmur præpositi esse, & vice pastoris custodire gregem : si negligentes inveniamur, dicetur nobis quod & antecessoribus nostris dictum est, qui tam negligentes præpositi erant: quoniam perditum non requisivimus, & errantem non correximus, & claudum non colligavimus, & lac eorum edebamus, & lanis eorum operiebamur. Denique & ipse dominus implens quæ erant scripta in lege & prophetis, docet, dicens : *Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis: mercenarius autem, & cujus non sunt propriæ oves, cum viderit lupum venientem, relinquens effugit, & lupus dispergit oves.* sed & Simoni sic dicit : *Diligis me ?* respondit : *Diligo*; ait ei : *Pasce oves*
D *meas.* Hoc verbum factum ex actu ipso quo cessit cognoscimus, & ceteri discipuli similiter fecerunt. Nolumus ergo, fratres dilectissimi, vos mercenarios invenire, sed bonos pastores, cum sciatis tum non minimum periculum incumbere, si non hortati fueritis fratres nostros stare in fide immobiles, ne præceps iens ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas. nec enim hoc solum verbis vos hortamur, sed discere poteritis a pluribus a nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos Deo adjuvante & fecimus & facimus cum omni solicitudine & periculo sæculari, ante oculos plus habentes timorem Dei, & pœnas per-
E petuas, quam timorem hominum & brevem injuriam; non deserentes fraternitatem, & hortantes eos stare in fide, & paratos esse debere ire cum domino : sed & ascendentes ad hoc quod compellebantur, revocavimus. Ecclesia ista fortis in fide, licet quidam terrore ipso compulsi, sive quod essent insignes personæ, sive apprehensi timore hominum revertuntur : quos quidem separatos a nobis non dereliquimus, sed ipsos cohortati sumus & hortamur agere pœnitentiam, si quo modo indulgentiam potuerunt recipere ab eo qui potest præstare : ne si relicti fuerint a nobis, pejores efficiantur. Videtis ergo, fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, ut etiam illi

Scripta sede vacante per mortem sancti Fabiani, quæ satis indicat prærogativam ecclesiæ Romanæ.

Ezech 34.

Ioan. 10.

Ioan. 21.

qui ceciderunt, hortatu vestro corrigentes animos A eorum, si apprehensi fuerint iterato, confiteantur, ut possint priorem errorem corrigere. Et alia quæ incumbunt vobis, etiam ipsa subdidimus, ut si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri eis debet. Sive viduæ, sive clinomeni, qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent. Sed & cathecumeni apprehensi infirmitate, decepti esse non debebunt, ut eis subveniatur: & quod maximum est, corpora martyrum, aut ceterorum, si non sepeliantur, grande periculum imminet eis, quibus B incumbit hoc opus. Cujusque ergo vestrum quacumque occasione effectum fuerit hoc opus, certi sumus eum bonum servum æstimari, ut *qui in minimo fidelis fuit, constituatur super decem civitates.* Faciat autem Deus, qui omnia præstat sperantibus in se, ut omnes nos in his operibus inveniamur. Salutant vos fratres qui sunt in vinculis, & presbyteri & tota ecclesia, quæ ipsa cum summa solicitudine excubat pro omnibus qui invocant nomen domini. Sed & nos petimus mutua vice, memores sitis nostri. Sciatis autem Bassianum pervenisse ad vos, & petimus vos, qui habetis zelum Dei, harum literarum exemplum ad quoscumque poteritis, transmittere, per idoneas occasiones, vel vestras, faciatis; sive nuntium mittatis, ut stent fortes & immobiles in fide. Optamus vos carissimi bene valere.

Luc. 10.

CYPRIANI * EPISTOLA AD CLERVM ROMANVM.

* XIV. in edit. Pam. & Rigal.

De secessu suo.

Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

QVONIAM comperi, fratres carissimi minus simpliciter & minus fideliter vobis renuntiari, quæ hic a nobis & gesta sunt & geruntur, necessarium duxi has ad vos literas facere, quibus D vobis actus nostri, & disciplinæ, & diligentiæ ratio redderetur. Nam sicut domini mandata instruunt, orto statim turbationis impetu primo, cum me clamore violento frequenter populus flagitasset, non tam meam salutem, quam quietem fratrum publicam cogitans, interim secessi, ne per inverecundam præsentiam nostram seditio, quæ cœperat, plus provocaretur. Absens tamen corpore, nec spiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quo minus secundum domini præcepta fratribus nostris, in quibus possem, mea mediocritate consulerem. & quid egerim, loquuntur vobis epistolæ, pro temporibus emissæ numero tredecim, quas ad vos transmisi. In quibus nec clero consilium, nec E confessoribus exhortatio, nec extorribus, quando oportuit, objurgatio, nec universæ fraternitati ad deprecandam Dei misericordiam allocutio, & persuasio nostra defuit: quantum secundum legem fidei, & timorem Dei, domino suggerente, nostra mediocritas potuit eniti. Posteaquam vero & tormenta venerunt, sive jam tortis fratribus nostris, sive adhuc ut torquerentur inclusis, ad corroborandos & confortandos eos noster sermo penetravit. Item cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atq; ora maculassent, vel nefandis libellis nihilo minus conscientiam polluissent, exambire ad mart[y]res passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrimine atque examine singulorum darentur qu[o]tidie libellorum millia contra evangelii legem; [l]iteras feci quibus martyres & confessores consilio meo quantum possem ad dominica præcepta revocarem. Item presbyteris & diaconibus non defu[i]t sacerdotii vigor, ut quidam minus disciplinæ [m]emores & temeraria festinatione præcipites, qui cum lapsis communicare jam cœperant, comprimerentur, intercedentibus nobis. Plebi quoque ipsi quantum potuimus ' animum composuimus, & ut ecclesiastica disciplina servaretur, instruximus. Postmodum vero cum quidam de lapsis, sive sua sponte, sive aliquo incitatore, audaci [fl]agitatione ' proruerent, ut pacem sibi a martyrib[u]s & confessoribus promissam extorquere violento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum literas feci, & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, si qui libello a martyribus accepto de sæculo excederent, exomologesi facta, & manu eis in pœnitentiam im[po]sita, cum pace sibi a martyribus promissa ad dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me auctorem temere constitui: sed cum videretur & honor martyribus habendus, & eorum qui omnia turbare cupiebant impetus comprimendus, & præterea vestra scripta legissem, quæ ' de hoc ad clerum nostrum per Clementium hypodiaconum C nuper feceratis, ut iis qui post lapsum infirmitate apprehensi essent, & pœni[t]entes communicationem desiderarent, subveniretur; standum putavi & cum vestra sententia, ne actus noster qui adunatus esse & consentire circa omnia debet, in aliquo discreparet. Plane ceterorum causas quamvis libello a martyribus accepto differri mandavi, & in nostram præsentiam reservari: ut cum, pace a domino nobis data, plures præpositi convenire in unum cœperimus, communicato etiam vobiscum consilio disponere singula & reformare possimus. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

' animos

' proruperent

' huc

EPISTOLA * CYPRIANI AD CLERVM ROMANVM.

* XXI. edit. Pa[m]. & Rigal.

De Luciani inverecundia.

Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

POST factas ad vos literas, fratres carissimi, quibus actus noster expositus, & disciplinæ ac diligentiæ quantulacumque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam frater noster Lucianus & ipse unus de confessoribus, fide quidem [c]alidus & virtute robustus, minus dominica lecti[o]ne fundatus, quædam conatus est, imperiti jampridem se vulgi auctorem constituens, ut manu ejus scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur; cum Mappalicus martyr cautus & verecundus, legis ac disciplinæ memor, nullas contra evangelium literas fecerit, sed tantum domestica pie[ta]te commotus matri suæ & sorori, quæ lapsæ fuerant, mandaverit pacem dari: Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas ejusmodi literas emiserit. Lucianus vero non tantum Paulo adhuc in carcere posito nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post ejus excessum eadem facere sub ejus nomine perseveravit, dicens hoc sibi ab illo mandatum; nesciens domino ma[g]is quam conservo obtemperandum

perandum. Aurelii quoque adolescentis tormenta perpessi nomine libelli multi dati sunt, ejusdem Luciani manu scripti, quod literas ille non nosset. Cui rei ut aliquatenus posset obsisti, literas ad eos feci, quas ad vos sub epistola priore transmisi, quibus petere & suadere non destiti, ut dominicæ legis, & evangelii ratio teneretur. Postquam vero ad eos literas misi, ut quasi moderatius aliquid & temperantius fieret, universorum confessorum nomine idem Lucianus epistolam scripsit, qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum domini, & evangelii sanctitas, & firmitas solveretur. Scripsit enim omnium nomine, universis eos pacem dedisse, & hanc formam per me aliis episcopis innotescere velle, cujus epistolæ exemplum ad vos transmisi. Additum est plane: de quibus ratio constiterit, B quid post commissum egerint. Quæ res majorem nobis conflat invidiam, ut nos cum singulorum causas audire & excutere cœpe imus, videamur multis negare; quod se nunc omnes jactant à martyribus & confessoribus accepisse. Denique hujus seditionis origo jam cœpit: nam in provincia nostra per aliquot civitates in præpositos impetus multitudinum factus est; & pacem quam semel cunctis a martyribus & confessoribus datam clamitabant, confestim sibi repræsentari coegerunt; territis & subactis præpositis suis, qui ad resistendum minus virtute animi & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur, & in nostram præsentiam differebantur, per hanc epistolam, velut quibusdam facibus accensi, plus exardescere, & pacem sibi datam extor- C quere cœperunt. De quibus quales ad clerum nostrorum literas fecerim, exemplum vobis misi: sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate & fide sua scripserit, quidve ego ei rescripserim, utrumque ad vos legendum transmisi. Exempla quoque epistolæ Celerini boni & robusti confessoris, quam ad Lucianum eumdem confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit misi vobis; ut sciretis & laborem circa omnia & diligentiam nostram, & veritatem ipsam disceretis: Celerinus confessor, quam sit moderatus & D cautus, & humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus, Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, & circa invidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum dominus dixerit, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti gentes* 28. *tingui*, & in baptismo præterita peccata dimitti; hic præcepti & legis ignarus, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine: & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in literis ejusdem Luciani ad Celerinum factis animadvertetis. Quibus minime consideravit, quod non martyres evangelium faciant, sed per evangelium martyres fiant: quando & Paulus apostolus, quem dominus vas electionis suæ dixit, po- 1. suerit in epistola sua, dicens: *Miror quod sic tam cito demutamini, ab eo qui vos vocavit in gratiam, ad aliud evangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui qui vos turbant, & volunt convertere evangelium Christi: sed licet nos, aut angelus de* E *cælo aliud annuntiet, præterquam annuntiavimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis annuntiaverit præterquam quod accepistis, anathema sit.* Opportune vero supervenerunt literæ vestræ, quas accepi ad clerum factas, item quas beati confessores Moses & Ma- A ximus, Nicostratus, & ceteri, Saturnino, & Aurelio, & ceteris miserunt, in quibus evangelii plenus vigor & disciplina robusta legis dominicæ continentur; laborantes hic nos, & contra invidiæ impetum totis fidei viribus resistentes, multum sermo vester adjuvit, ut divinitus compendium fieret; & priusquam venirent ad vos literæ, quas vobis proxime misi, declararetis nobis, quod secundum evangelii legem stet nobiscum fortiter atque unanimiter etiam vestra sententia. Opto vos, fratres, semper bene valere.

CYPRIANI [a] EPISTOLA AD CLERUM ROMANUM.

[a] XXIX. edit. Pam. & Rigal.

De lapsis qui sibi pacem a Paulo martyre datam vindicabant.

Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

Et dilectio communis & ratio exposcit, fratres carissimi, nihil conscientiæ vestræ subtrahere de his quæ apud nos geruntur, ut sit nobis circa utilitatem ecclesiasticę administrationis commune consilium: nam posteaquam ad vos literas feci, quas misi per Saturum lectorem, & Optatum hypodiaconum fratres nostros de quorumdã prospecta temeritate, qui pœnitentiam agere, & Deo satisfacere detrectant, literas ad me fecerunt: pacem non dandã sibi postulantes, sed quasi jam datam sibi vindicantes, quod dicant Paulum omnibus pacem dedisse, sicut in literis eorum, quarum exemplum ad vos transmisi, legetis. Simul quid & ego eis breviter interim rescripserim, sed & quales postea ad clerum literas fecerim, ut scire possetis; hujus quoque rei exemplum vobis misi. Quod si ultra temeritas eorum nec meis nec vestris literis compressa fuerit, nec consiliis salutaribus obtemperarit, agemus ea quæ secundum evangelium dominus agere præcepit. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

EPISTOLA [a] CLERI ROMANI AD CYPRIANUM.

[a] XXX. edit. Pam, & Rigal.

Confirmat sententiam ipsius de lapsis.

Cypriano papæ, presbyteri & diaconi Romæ consistentes salutem.

Cum perlegissemus, frater, literas tuas, quas per Fortunatum hypodiaconum miseras gemino sumus dolore perculsi, & duplici mœrore confusi, quod neque tibi requies ulla in tantis persecutionis necessitatibus traderetur, & lapsorũ fratrum immoderata petulãtia usque ad periculosam verborum temeritatem producta denotaretur. Sed quamquam nos atque animum nostrum ista, quæ diximus, graviter affligerent; tamen mœroris nostri tam gravem sarcinam, rigor tuus, & secundum evangelicam disciplinam adhibita severitas temperat: dum & quorumdam improbitatem juste coercet, & hortando ad pœnitentiam, viam legitimam salutis ostendit. Quos quidem satis mirati sumus ad hoc usque prosilire voluisse, ut tam urgenter, & tam immaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti & immenso crimine, atque delicto, pacem sibi non tam peterent, quam vindicarent, imo jam & in cælis habere se dicerent. Qui si habent, quid petunt quod tenent? si autem non habere illos probatur, hoc

ipso quod petunt, cur non judicium eorum sustinent, a quibus petendam pacem, quam utique non habent, putaverunt? Quod si aliunde prærogativam communicationis habere se credunt, cum evangelio illam conferre conentur, ut ita demum firmiter valeat, si ab evangelica lege non dissonat. Ceterum quo pacto evangelicam poterit præstare communicationem, quod contra evangelicam decretum videtur veritatem? Nam cum omnis prærogativa ita demum ad indulgentiæ privilegium spectet; si ab eo cui sociari quærit non discreper, qui a Deo, cui sociari quærit, discrepat, necesse est indulgentiam & privilegium societatis amittat. Videant igitur quid in hoc negotio agere conentur. nam si aliud quidem evangelium, aliud autem martyres dicunt posi sse decretum, collidentes contra evangelium martyres, ' utrobique periclitabuntur. Nam & evangeli fracta jam & jacens videbitur esse majestas, si po uit alterius decreti novitate superari. & de mart rum capite gloriosa confessionis corona detracta, si non illam de evangelii conservatione invenientur consecuti, unde martyres fiunt; ut merito nulli magis sit competés nihil contra evangelium decernere, quam qui martyris nomen evangelio laborat accipere. Illud præterea vellemus addiscere, si martyres non propter aliud martyres fiunt, nisi ut non sacrificantes, teneant ecclesiæ usque ad effusionem sanguinis sui pacem, ne cruciatus dolore superati perdendo pacem, perdant salutem: quo pacto salutem, quam si sacrificassent se habituros non putaverunt, illis existiment donandam, qui sacrificasse dicantur, cum legem hanc debeant alius tenere, quam ipsi videbantur sibi anteposuisse? In quo negotio, hoc ipsum, quod pro se ipsis facere putaverunt, animadvertimus cótra seipsos protulisse Nam si dandam illis pacem martyres putaverunt, cur illos ad episcopum, ut ipsi dicunt, remittendos censuerunt? Is enim qui jubet fieri, potest utique facere, quod fieri jubet. Sed ut intelligimus, imo ut res ipsa loquitur & clamat, sanctissimi martyres utrobique adhibendum putaverunt temperamentū & pudoris & veritatis. Nam & quia a multis urgebantur, dum ad episcopum illos remittunt, verecundiæ propriæ, ne ulterius inquietarentur, consulendum putaverunt: & dum illis non ipsi communicant, evangelicæ legis illibatam sinceritatem custodiendam judicaverunt. Tu tamen, frater, nunquam pro tua caritate desistas lapsorum animos temperare, & errantibus verita s præstare medicinam; licet animus ægrorum me entium respuere soleat industriam. Recens est lapsorum nuper hoc vulnus, & adhuc in tumorem plaga consurgens: & idcirco certi sumus, quod spatio productioris temporis, impetu isto consen ente, amabunt hoc ipsum, ad fidelem se dilato esse medicinam; si tamen desint qui illos arment ad periculum propriū, & in perversum instruentes pro salutaribus dilationum remediis, exitiosa deposcant illis properatæ communicationis venena. neque enim credimus sine instinctu qu rumdam, ausuros fuisse omnes tam petulanter sibi pacem vindicare. Novimus Carthaginensis ecclesiæ fidem, novimus institutionem, novimus humilitatem: unde etiam mirati sumus, quod quædam in te per epistolam injecta durius notaremus: cum amorem vestrum mutuum, & caritatem exemplis multis reciprocæ affectionis in vos invicem sæpe comperissemus. Tempus est igitur ut agant delicti pœnitentiam, ut probent lapsum sui dolorem, ut ostendant verecundiam, ut monstr nt humilitatem, ut exhibeant modestiam, ut de submissione provocent in se Dei clementiam, & de honore debito in Dei sacerdotem, eliciant in se divinam misericordiam. Quanto meliores ipsorum literæ fuissent, si pro ipsis preces stantium humilitate ipsorum adjutæ fuissent, quoniam & facilius impetratur quod petitur, quando is pro quo petitur, condignus est, ut quod petitur, impetretur. Quod autem pertinet ad Privatum Lambesitanum, pro tuo more fecisti, qui rem nobis solicitam nuntiare voluisti: omnes nos decet pr corpore totius ecclesiæ, cujus per varias quasque provincias membra digesta sunt, excubare: sed nos etiam ante literas tuas fraus callidi hominis latere non potuit. nam cum antehac quidam ex ipsius nequitiæ cohorte venisset vexillarius Privati ', & furto ac fraudulenter literas a nobis elicere curaret, nec quis esset, latuit, nec literas, quas volebat, accepit. Optamus te in domino bene valere.

' utrobique

' Priva[tus] futurus fraudul[enter]

EIUSDEM " CLERI ROMANI EPISTOLA AD CYPRIANUM.

" XXX[…] edit. P[…] & Rig[…]

De eodem.

Cypriano papæ, presbyteri & diaconi Romæ consistentes salutem.

QVAMQVAM bene sibi conscius animus, & evangelicæ disciplinæ vigore subnixus, & verus sibi in decretis cælestibus testis effectus, soleat solo Deo judice esse contentus, nec alterius aut laudes pet e, aut accusationes pertimescere: tamen gemina a sunt laude condigni, qui cum conscientiam sciant Deo soli debere se judici, actus tamen suos desiderant etiam ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod te frater Cypriane facere non mirum est, qui pro tua verecundia & ingenita industria, conc orum tuorum nos non tam judices voluisti, qu n participes inveniri; ut in tuis rebus gestis laudem tecum, dum illas probamus inveniremus; & tuorum consiliorum bonorum coheredes, quia & affirmatores esse possimus. Idem enim omnes * credimur operati, in quo * deprehendim r eadem omnes censuræ & disciplinæ consensione sociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium, quam debitam severitatem divini vigoris tenere? quam qui remiserit, instabili rerum cursu erret semper necesse est, & huc atque illuc variis & incertis negotiorum tempestatibus dissipetur & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, navim ecclesiasticæ salutis illidat in scopulos, ut appareat non aliter saluti ecclesiasticæ consuli posse, nisi si qui & contra ipsam faciunt, quasi quidam adversi fluctus repellantur, & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate servetur. Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos adversus improbos modo supervenerunt repentina subsidia, sed antiqua hæc apud nos severitas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua. quoniam nec tantas de nobis laudes apostolus protulisset dicendo: *Quia fides vestra prædicatur in toto mundo*, nisi jam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est. minus est enim dedecoris nunquam ad præconium laudis accessisse, quam de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse, quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse. Minus est, sine prædicatione virtutum ignobilem sine laude jacuisse,

* cred[…] mur

* dep[…] hēdere[…]

Rom. 1

jacuisse, quam exheredem fidei factum laudes A proprias perdidisse: ea enim quæ in alicujus gloriam proferuntur, nisi anxio & solicito labore serventur, in invidiam maximi criminis intumescunt. Hoc nos non falso dicere superiores nostræ literæ probaverunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus, adversus eos qui seipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant, quasi evasuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso quod ipsum contestati fuerant, tenerentur. Sed etiam adversus illos qui acta fecissent, licet præsentes cum fierent non adfuissent, cum præsentiam suam utique ut sic scriberentur mandando fecissent. Non est enim immunis a scelere, qui ut fieret im- B peravit, nec est alienus a crimine, cujus consensu, licet non a se admissum crimen, tamen publice legitur, & cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intelligatur esse digestum, qui fallaces in excusatione præstigias quærit, negavit, & qui vult videri propositis adversus evangelium vel edictis vel legibus satisfecisse, hoc ipso jam paruit, quod videri paruisse se voluit. Nec non etiam contra illos quoque qui illicitis sacrificiis manus suas atque ora polluerant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam sunt ipsæ manus atque ora polluta, fidem nostram consensumque monstravimus. Absit enim ab ecclesia Romana vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & C nervos severitatis eversa fidei majestate dissolvere: ut cum adhuc non tantum jaceant, sed & cadant eversorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præstentur, & nova per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad eversionem majorem eripiatur & pœnitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina procedere, si etiam ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis? si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere. Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in car- D cerem dignitas suæ confessionis inclusit, & ad certamen evangelicum sua fides in confessione jam gloriosa semel coronavit, literas habeas conspirantes cum literis nostris, quibus severitatem evangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesiæ pudore revocarunt. Nisi hoc fecissent, disciplinæ evangelicæ ruina non facile sarciretur, præsertim cum nulli magis tam congruens esset tenorem evangelici vigoris illibatum, dignitatemque servare, quam qui se excruciandos & excarnificandos pro evangelio furentibus tradidissent, ne martyrii honorem merito perderent, si in occasione martyrii prævaricatores evangelii esse voluissent: nam qui quod habet non custodit, E in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet violat, violat illud quod possidebat. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus; quod illorum carceris tenebras literis tuis illuminasti, quod ad illos venisti, quo modo introire potuisti, quod illorum animos sua fide & confessione robustos tuis allocutionibus literisque recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus prosecutus accendisti ad multo ardentiorem cælestis gloriæ cupiditatem, quod pronos impulisti, quod, ut credimus & optamus, victores futuros viribus tuis sermonis animasti: ut quamquam hoc totum de fide confitentium & de divina indulgentia venire videatur, tamen in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse videantur. Sed ut ad id, unde digressus sermo videbatur esse, rursus revertatur, quales literas in Siciliam quoque misimus, subjectas habebis. Quamquam nobis differendæ hujus rei necessitas major incumbat, quibus, post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani, nondum est episcopus propter rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum qui lapsi sunt possit cum auctoritate & consilio habere rationem. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti prius: ecclesiæ pacem sustinendam, deinde, sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus, pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tractare rationem. Perquam enim nobis & invidiosum & onerosum videtur, non per multos examinare, quod per multos commissum videatur fuisse, & unum sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse; quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum. Aspice totum orbem pene vastatum, & ubique jacere dejectorum reliquias, & ruinas, & idcirco tam grande expeti consilium, quam late propagatum videtur esse delictum. Non sit minor medicina, quam vulnus est: non sint minora remedia quam funera: ut quomodo qui ruerunt, ob hoc ruerunt, quod cæca temeritate nimis incauti fuerunt; ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine utantur, ne quid non ut oportet factum tamquam irritum ab omnibus judicetur. Uno igitur eodemque consilio, iisdem precibus & fletibus tam nos, qui usque adhuc videmur temporis istius ruinas subterfugisse, quam illi qui in has temporis videntur clades incidisse, divinam majestatem deprecantes, pacem ecclesiastico nomine postulemus: mutuis votis nos invicem foveamus, custodiamus, armemus: oremus pro lapsis, ut erigantur; oremus pro stantibus, ut non ad ruinas usque tententur; oremus ut qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant non momentaneam neque præproperam desiderare medicinam; oremus ut effectus indulgentiæ lapsorum subsequatur & pœnitentiam, ut, intellecto suo crimine, velint nobis interim præstare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent ecclesiæ statum; ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse videantur, & accedat ad criminum cumulum, quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens inverecunda. Pulsent sane fores, sed non utique confringant. Adeant ad limen ecclesiæ, sed non utique transiliant. Castrorum cælestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant se desertores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. Arment se quidem modestiæ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiserant clypeum, resumant, sed ut contra hostem diabolum vel nunc armati, non contra ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patientia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus lacrymas; advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. Imo si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si pectoris & conscientiæ suæ lethalem plagam & sinuosi vulneris

neris altos recessus vere medica manu tractant, A erubescant & petere, nisi quia majoris est rursum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petiisse. Sed hoc totum in sacramento, sed in ipsis postulationis lege temporis facto temperamento, sed postulatione demissa, sed prece subdita; quoniam & qui petitur ...ecti debet, non incitari, & sicut respici debet divina clementia, sic respici debet & divina censura, & sicut scriptum est: *Donavi tibi omne debitum, quia me rogasti:* sic scriptum est: *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, & coram angelis ejus.* Deus enim, ut est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens, & sicut ad convivium vocat, s... habitum nuptiarum non habentem ligatis man...us & pedibus extra sanctorum cœtum foras jactat. Paravit cælum, sed B paravit & tartarum. Paravit refrigeria, sed paravit etiam æterna supplicia. Paravit inaccessibilem lucem, sed paravit etiam perpetuæ noctis vastam æternamq; caliginem. Cujus temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes, diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam episcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe positis persecutionis istius ardor ejecerat, ante constitutionem episcopi nihil innovandum putavimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus; ut interim dum episcopus dari a Deo nobis sustinetur, in suspenso, eorum qui moras possunt dilationis C sustinere, causa teneatur. Eorum autem quorum vitæ suæ finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia & professa frequenter suorum detestatione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute & solicite subveniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, & qualiter judicii sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam nostram impii homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem. Optamus te beatissime ac gloriosissime papa in domino semper bene valere, & nostri meminisse.

Matth. 18.
Matth. 10.

ANNO CHRISTI 253. " 250.

[a] CONCILIVM ROMANVM A CLERO ROMANO SEDE VACANTE CONGREGATVM.

[a] *Concilium.*] Hoc concilium Romæ habitum est, anno Christi 253. hanc ob causam. Plurimi ex lapsis, quorum alii sacrificati erant, qui quomodocumque vel immolaverant, vel immolata gustaverant: alii thurificati, qui thus obtulissent: alii idololatræ, qui quemlibet religionis cultum idolis publice exhibuissent: alii libellatici, qui quidem privatim vel per se, vel per alium edita E aliqua professione fidem negaverant, ne vero sicut ceteri ignominiose ad aram traherentur, id pecunia redimebant. Baron. anno 253. num. 18. 19. & 24. Ex his, inquam, cum plurimi in Africana ecclesia lapsi a Cypriano ardentius, datis nomine ecclesiæ libellis supplicibus, pacem peterent, isque non sine prævia pœnitentia ac satisfactione recipi posse neque debere respondisset; Lucianus autem confrater quosvis sine discrimine recepisset, Romanæ ecclesiæ sententiæ ac judicio per literas se submittit, ejusque consilium hac in re inquirit: clerus vero Romanus, ad evitandam invidiam odiumque lapsorum, ne ipsi tantum viderentur auctores atque promulgatores ecclesiasticæ disciplinæ, persecutione adhuc instante, hanc synodum celebravit, & ad eam vicinos quosque episcopos, & quotquot ex aliis regionibus extorres Romæ fidei causa mutato habitu delitescebant, convocavit. Qui simul congregati constituerunt, ut infirmi quidem de vita periclitantes, prævia confessione & pœnitentia recipiantur, aliorum vero causa & reconciliatio ad electionem novi Romani pontificis suspendatur. Decretum hoc extat epistola illa quam scripsit clerus Romanus, de qua supra: verba illius hæc sunt: *Ante constitutionem episcopi nihil innovandum putavimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus ut interim dum episcopus dari a Deo nobis sustinetur, in suspenso, eorum; qui moras possunt dilationis sustinere, causa teneatur. Eorum autem quorum vitæ suæ finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia & professa frequenter suorum detestatione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute & solicite subveniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, & qualiter judicii sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam nostram impii homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem.* Deinde leges iisdem præscribit hasce, ut ad communionem & unitatem ecclesiæ, a qua per negationem exciderant, recipi petant, non per vim, seditiones aut turbas, sed humilem pœnitentiam & lacrymas. *Pulsent*, inquit, *fores, sed non utique confringant, adeant ad limen ecclesiæ, sed non transiliant*, &c. Hæc de lapsis coercendis vel recipiendis decreta ejus synodi, universæ ecclesiæ catholicæ servanda, præscripta, & ad singulas toto terrarum orbe diffusas ecclesias transmissa sunt, ut scilicet universus orbis catholicus observet, quod a cathedra Petri etiam vacante dimanare intelligit. Cyprianus epistola 52. ad Antonianum. Baron. anno 253. num. 78. 79. 80. & 81.

Tempus & locus concilii. Lapsi quotuplices.

Libellatici qui.

Causa habiti concilii.

Decretum hujus concilii.

Synodi decreta promulgata per universam ecclesiam.

D

ANNO CHRISTI 254. "

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA CORNELII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] CORNELIVS natione Romanus, *ex patre Castino, [b] sedit annos ' tres in episcopatu, & dies decem. [c] Hic sub Cæsare * Decio martyrio coronatur. [d] Sub hujus episcopatu Novatus Novatianum extra ecclesiam ordinavit, & in Africa Nicostratum. Hoc facto, [e] confessores qui se separaverant a Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Mose fuit, ad ecclesiam sunt reversi, & facti sunt confessores fideles. Post hoc Cornelius episcopus [f] Centumcellas pulsus est, & ibi scriptam epistolam de sua confirmatione, missam a Cypriano, (quam Cyprianus in carcere subscripsit, & dedit Celerino lectori) suscepit. [g] Hic temporibus suis rogatus a quadam matrona Lucina, corpora apostolorum beatorum Petri & Pauli e catatumbis levavit noctu. Primum quidem corpus beati Pauli, beata Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi ad locum ubi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius episcopus, & posuit juxta locum, ubi crucifixus

' an. 1. d. 3.
* Volusiano

fixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in Vaticano palatii Neroniani, in monte aureo, 3. Kalendas Iulii. Post hoc Cornelius ambulavit Centumcellas. Eodem tempore [h] audivit * Decius, quod epistolam accepisset a beato Cypriano Carthaginensi episcopo. Qui misit Centumcellas, & adduxit beatum Cornelium. Quem jussit sibi cum præfecto urbis [i] in * Tellude noctu præsentari. Cui ita dixit: Sic definisti, ut nec deos consideres, nec præcepta principum audias, nec nostras minas timeas, ut contra rempublicam literas accipias, & dirigas? Cornelius episcopus respondit, dicens: Ego [k] de corona domini mei literas accepi & direxi, & non contra rempublicam, sed magis per spirituale consilium ad animas redimendas. Tunc * Decius iracundia plenus, jussit os beati Cornelii cum plumbatis cædi, & præcepit eum duci ante templum Martis, ut adoraret. Quod si non fecerit, dicens: Capite truncetur. [l] Post hoc, id est, 3. Nonas Martii, antequam passus est, omnia bona ecclesiæ tradidit Stephano archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non vellet, decollatus est in loco supradicto. Cujus corpus nocte collegit beata Lucina cum clericis, & sepelivit in crypta juxta cœmeterium Callisti in prædio suo via Appia, 18. Kalendas Octobris. Et [m] cessavit episcopatus dies * triginta quinque.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Cornelius.*] Anno 254. post pascha, mense nimirum Aprili, vel saltem eo tempore quod intermedium est inter pascha & initium Maii, Decio imperatore adhuc vivente, (ut infra patebit verbis, *Hic sub*) Cornelius in sede pontificia, postquam a martyrio Fabiani, ultra annum vacasset, Deo volente, clero & plebe approbante, substituitur. Ante Idus Maias hujus anni electum fuisse constat ex epist. Cypr. 55. ad Cornelium scripta. Decium imperatorem post designatum Fabiani successorem adhuc supervixisse, & paulo post exordium sedis, bello victum extinctumque fuisse, testatur Cyprianus epist. 5. ad Antonianum, his verbis: *Tyrannum*, (puta Decium) *armis & bello postmodum victum, Cornelius prior sacerdotio suo vicit.* Circa paschale tempus autem sedem pontificiam adhuc vacasse, indicat ejusdem Cypr. epist. 40. instante paschate ad suos data, quibus post pascha reditum pollicetur: verba ejus hæc sunt: *Cumque semel placuerit tam nobis quam confessoribus & clericis urbis, item universis episcopis, vel in nostra provincia, vel trans mare constitutis, ut nihil innovetur circa lapsorum causam, nisi omnes in unum convenerimus*, &c. Quibus sane verbis cum cleri tantum, nulla de Romano pontifice mentio fiat, satis liquet eo tempore, quo prædictæ literæ scriptæ sunt, Romanam ecclesiam pastore adhuc destitutam fuisse. Hunc in recipiendis lapsis, nimiæ facilitatis incusant iidem illi schismatici, qui Africanæ ecclesiæ episcopos, & maxime Cyprianum, duræ nimis austeritatis accusarant: Cornelium per saltum in sedem pontificiam promotum, & a fide apostatam fuisse, malitiose calumniabantur. Calumniis fidem dederunt etiam ex Romanis clericis, qui in carcere detinebantur, Maximus, Nicostratus, Vrbanus, aliique plures. Horum schismaticorum factio eo temeritatis & audaciæ progressa est, ut legitimam Cornelii pont. electionem annullare, & Novatianum in ejus locum subrogare, non sine magnis ecclesiæ turbationibus, conati fuerint. Qui multis ob hanc & lapsorum causam conciliis habitis (de quibus infra) jure condemnantur, & in hæresin graviorem labuntur. Hujus sectarii appellati fuerunt Novatiani, ab auctore schismatis: & Cathari, id est, mundi, eo quod turpiter a fide lapsos, & incontinentes, ad ecclesiam non reciperent, & secundas nuptias damnarent. Cornelius quibus virtutibus præditus, quibus calumniis exagitatus fuerit, refert Cyprianus epist. ad Antonianum, de qua infra. Plura infra in notis sequentibus. Vide Baron. anno 254. & sequentibus.

[b] *Sedit annos tres & dies 10.*] Verius, non ultra unum annum, 5. menses, & dies 14. Nam quem supra circa mensem Aprilem anni 254. pontificatum accepisse diximus, eumdem 14. Septembris anni 255. martyrii palmam consecutum esse, partim ex tabulis ecclesiasticis, partim ex iis, quæ verbis sequentibus notabimus, constat.

[c] *Hic sub Cæsare Decio martyrio coronatur.*] Cornelium, Decio imperatore adhuc vivente; martyrio coronatum esse, falsum est. Constat enim ex iis quæ supra diximus, ipso exordio pontificatus Cornelii circa mensem Aprilem anno 254. divina ultione, (ut inquit Cyprian. epist. 5. & lib. de lapsis) armis & bello victum occubuisse. Nam Eusebio & Cassiodoro testantibus anno tantum uno, & mensibus tribus imperavit. Cum igitur principio imperii sui 20. Ianuarii interfici mandaverit Fabianum pontificem, a cujus obitu usque ad initium Cornelii, sedes pontificia anno uno, & duobus vel tribus mensibus vacavit, necessum est affirmare Decium imperatorem initio pontificatus Cornelii e vivis sublatum fuisse: Cornelium vero non sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano imperatoribus Romanis, 14. Septembris, anno 255. Christi nati qui est secundus Galli & Volusiani, & primus instauratæ Decianæ persecutionis, martyrii coronam obtinuisse. Et hæc quamquam satis superque demonstrata sint illis testimoniis quæ supra attulimus: ad omnem tamen hac de re ambiguitatem prorsus tollendam, accedit aliud testimonium Cypriani, qui epist. 58 ad Lucium papam Cornelii successorem scribens, hæc ait: *Intelligimus, frater carissime, & tota cordis luce perspicimus, divinæ majestatis salutaria & sancta consilia. Vnde illic repentina persecutio exorta sit, inde contra Christi ecclesiam, & episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes sæcularis potestatis subito proruperit*, &c. Quibus verbis asserit Cornelium martyrem esse factum, quando repentina persecutio in ecclesia exorta est; Gallo nimirum & Volusiano imperantibus. Nam post mortem Decii, Gallus & Volusianus initio sui imperii ecclesiæ pacem dederunt, vinctos e carceribus dimiserunt, & a sanguine Christianorum manum ac gladium subtraxerunt, adeo ut eam ob causam senatus (ut refert Aurelius Victor in Gallo) ab imperatoribus deficiens Hostilianum Perpennam, ad exturbandos (ut cœperat Decius) Christianos, in imperium evexisset: verum is cum paulo post quam persecutionem Christianorum instaurasset, sævissima peste tunc recens exorta absumptus esset, Gallus & Volusianus persecutionem a Decio cœptam, ab Hostiliano instauratam, anno imperii sui secundo prosequuntur. Hæc Cyprianus initio libelli de lapsis, & multis epist. item Dionysius Alexandrinus epist. quæ est apud Eusebium lib. 7. cap. 1. Itaque hinc verum esse constat, Cornelium, (quod præter Cyprianum prædictis locis testantur Euseb. in chron. & lib. 7. histor. cap. 1. & 2. Hieronym. de script. ecclesiast. in Cornelio,) non sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano imperatoribus martyrem factum esse. Quorum persecutio, cum una & eadem sit cum ea quæ auctore Decio cœpta, & paulo post quam per pacem redditam interrupta fuisset, deinceps secundo anno Galli & Volusiani instaurata, per integrum decennium usque ad obitum Valeriani continuata est, frequenter in actis martyrum Decii persecutio, a primo auctore sic dicta, reperitur nominata fuisse. Et probabile est, auctorem libri pontificalis hujus ignorantia deceptum esse, ita ut quod sub persecutione Decii factum esse legitur, id sub Decio contigisse putaverit: ideoque ea quæ sub Gallo & persecutione Decii facta esse legebantur, quasi sub Decio, non sub Gallo contigissent, inconsulte contexerit. Baronius anno Christi 254. num. 46. & sequentibus, & anno 255. num. 55. 56. & 57.

Martyrium sub quo imperatore.

Decius quamdiu imperaverit.

Persecutio Decii per quem sit instaurata?

Cur Galli & Volusiani persecutio appelletur Decii persecutio.

[d] *Sub hujus episcopatus Novatus Novatianum extra ecclesiam ordinavit.*] Vide quæ de hoc schismate primo, in Romana ecclesia sub hujus pontificatu exorto, supra in Fabiano diximus, & quæ infra in notis ad primam epist. Cornel. dicemus.

Primum schisma.

[e] *Confessores.*] Qui & quales fuerint hi confessores, vide in notis Fabiani, & epist. 1. Cornelii.

[f] *Centumcellas pulsus est.*] Hic locus egregie describitur a Plinio secundo libro 6. epist. 31. Ad eum ibi degentem, & de prostrata perfidia triumphantem, Cyprianus scripsit epistolam edit. Pamel. 57. quæ sic incipit: *Cognovimus, frater carissime, fidei ac virtutis vestræ*, &c. De exilio Cornelii intelligendum est illud Dionysii Alexandrini apud Eusebium lib. 7. cap. 1. *Sanctos & pios viros, qui pro pace ejus imperii proque vitæ incolumitate enixe Deum precabantur*, (Gallus scilicet & Volusianus) *crudeliter exegerunt*: ideoque in eumdem offensionis lapidem, in quem Decius impegerat, cum suo magno malo incurrerunt: nam ut instaurata per ipsos persecutione, dira & immensa lues ab Æthiopia orta, in universum prope orbem progressa, vix intra decennium quiescit, ita atrocem toto orbe vulgatam Christiani sanguinis innocentis internecionem, sæva & atrox decennalis pestis scelerum impiorum vindex, & Christiani sanguinis ultrix totum terrarum orbem concomitatur. Orosius lib. 7. cap. 2. Euseb. in chron. Baron. anno Christi 255. num. 41. & 45. & anno 256. num. 6. & sequentibus.

Pestis decennalis persecutionis vindex.

[g] *Hic temporibus.*] Corpora sanctorum apostolorum, Petri in Vaticano, Pauli in via Ostiensi sepulta, istinc semel sublata, & ad catatumbas translata, ac demum propriis locis, in quibus nunc sunt restituta, & ecclesiis ac trophæis desuper erectis exornata esse, omnium fere scriptorum eccle-

Translatio SS. corporum Petri & Pauli, quando, & quoties.

ecclesiasticorum una & communis est sententia. Quo tempore vero eorum translatio ad catatumbas, & vicissim eorumdem in Vaticanum & viam Ostiensem restitutio, & ecclesiarum desuper erectarum structura contigerit, maximopere variatur. Quidam ex recentioribus qui ad Platinam & librum pontificalem additiones scripsit, temporibus Heliogabali, anno Christi 221. circa initium pontificatus Callisti ad catatumbas utriusque corpus translatum, ibique usque ad tempora Cornelii reconditum fuisse existimavit. Idque ideo, quod teste Lampridio in Heliogabalo, ipse imperator hoc tempore ad agitandas quatuor elephantorum quadrigas in Vaticano, inter alia sepulcra quæ obsistebant, etiam sepulcrum apostoli Petri demolitus fuerit. Verum amplioribus spatiis Vaticanus patuit, quam ut necesse fuerit hæc facta eo loco ubi esset sepulcrum Petri: imo cum hoc ipsum a latere circi Neronis, monti inhæreat, locus ille ad agitandas immanium bestiarum quadrigas nimis importunus, hanc sententiam non leviter refellit: oportuisset enim prius circum, quam sepulcra, dirutum fuisse: nam transitus inter circum & Petri sepulcrum, alioquin nimis angustus esset. Esto, Petri sepulcrum dirutum fuerit, nullam sane causam attuleris, quare simul cum corpore Petri, & corpus sancti Pauli via Ostiensi reconditum, etiam tolli ac transferri oportuerit. Auctor libri pontificalis hoc loco, quod idem epistola prima sequenti Cornelii dicitur, ab hoc pontifice Cornelio, e catatumbis Petri in Vaticanum, Pauli in viam Ostiensem, ubi ante fuerant, translata, vel potius restituta fuisse. Quod si verum est, non video quomodo defendi possit id quod idem auctor libro pontificali scribit, permultos Romanos pontifices, ante Zephyrinum recensitos, in Vaticano juxta corpus beati Petri sepultos esse. item illud, quod adversus Proclum Montani sectatorem sub Zephyrino, teste Eusebio lib. 2. cap. 24. & Hieron. de script. ecclef. in Gaio, Romæ disputans vir spectatissimæ vitæ & eruditionis Gaius aiebat, hisce verbis: *Ego apostolorum trophæa perspicue possum ostendere, nam si lubet ad Vaticanum proficisci, aut in viam, qua Ostiensis dicitur, te conferre, trophæa eorum, qui istam ecclesiam suo sermone & virtute stabilierunt, invenies.* Cum ergo prædictorum sententia satis superque refutata sit, nisi quod absurdius est, dicatur, bis e catatumbis, in locum sepulturæ primæ translata esse, hoc quod de SS. corporum Petri & Pauli translatione S. Greg lib. 3. epist. 30. scribit, cum Baron. anno domini 221. num 3. 4. 5. & 6. verius esse opinor: nimirum quod Græci paulo post tempus passionis apostolorum Petri & Pauli, sacra corpora furtim sublata, ad catatumbas quidem transtulerint, sed divino miraculo, ne longius ferrent, præpediti, & a cœptis desistere coacti fuerint: quodque deinceps fideles hac re comperta in sua loca eorumdem apostolorum corpora retulerint. Verba Gregorii prædicta epistola 30. ad Constantiam Augustam scribentis, hæc sunt: *De corporibus vero SS. apostolorum quid ergo dicturus sum? dum constat, quia eo tempore quo passi sunt, ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, sicut civium suorum, repeterent: quæ ducta usque ad secundum urbis milliarium, in loco, qui dicitur ad catatumbas, collocata sunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque dispersit, ut talia denuo nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, in quibus nunc sunt condita, posuerunt.* Itaque cum major sit auctoritas Gregorii pontificis, quam incerti auctoris illius libri qui falso Damaso adscribitur, sitque etiam dictu absurdum, bis ea corpora ad catatumbas delata, bis suis propriis locis per translationes diversas restituta esse, auctorem libri pontificalis incertum errasse potius est dicendum, quam Gregorium pontificem ad Augustam mendacia perscripsisse. Si objicias primam[*] epistolam Cornelii, qua idem, quod liber pontificalis asserit, de corporum apostolicorum translatione scribitur, ego illa quæ istinc objiciuntur, vel surreptitia, vel saltem minoris auctoritatis esse respondeo, quam sunt ea quæ a Gregorio scribuntur illis epistolis, de quibus nunquam ne quidem in minimo est dubitatum. Baron. anno 221. num. ult. Sed dices secundo, non videri quo pacto factum fuerit, ut tot tantisque persecutionum procellis Romana ecclesia exagitata ipsæ SS apostolorum memoriæ, eorumque præclara omnibus conspicua trophæa diruta & funditus eversa non fuerint, cum tamen Tertulliani auctoritate manifestum sit, gentiles sub persecutionibus quibusdam præcedentibus in Christianorum sepulcra debacchari, ossa martyrum refodere, dissipare atque dispergere consuevisse. Fateor, hoc me nunquam satis admirari potuisse, atque miraculorum pene omnium maximum esse semper dijudicasse, ut aliorum martyrum sepulcra desolantes, ossa defunctorum contumeliose tractantes homines furiosi, apostolorum sepulcris pepercerint, & ab ædificiis desuper extructis pariter abstinuerint, illo opinor Dei consilio, ut omnibus innotesceret, quod sancti apostoli jam mortui,

An Heliogabalus sepulcrũ Petri diruerit.

Liber pontificalis redarguitur erroris.

De translatione corporũ Petri & Pauli, vera est sententia S. Gregorii.

[*] suppositiția est

Refellitur quædam objectio.

Refellitur objectio altera.

Miraculum de corporibus apostolorum.

A omnes armorum potentia furentes imperatores longe superent, quod supra talem tamque firmam petram istud ædificium fundatum, a qua nullo ventorum aut procellarum impetu dejici possit. Baron. anno Christi 215 num. 3.

h *Audivit Decius.*] Hæc Cornelii pontificis acta, quæ & hic, & apud Adonem in martyrologio ejus extant, corrupta esse patet ex iis quæ supra diximus. Auctor enim pontificalis existimans Cornelium in persecutione Decii passum, sub ipso imperatore Decio adhuc vivente, martyrio affectum esse, corrupte loco Decianæ persecutionis, nomen Decii substituit: qui error ut emendetur, nomen Decii, quod in textum irrepsisse certum est nomine Volusiani, (cui, ut ex literis Cornelii ad Viennensem episcopum patet, una cum imperio persecutio demandata est) in margine scripto adnotavimus.

i *In Tellude.*] Id est, in templo, in quo sæpe senatus cogi consuevit, ut ex Cicerone, Dione & Livio apparet. Vide Baron. anno 255. num. 6.

B k *De corona domini.*] Fidelem Christi plebem, eamque populi multitudinem, quæ episcopum vallare consueverat, intelligit, nisi fortasse voluerit significare coronam martyrii. Cujus argumenti est Cypriani epist. 57. edit. Pamel. ad Cornel. novissime scripta. Baron. anno 255. num. 79.

l *Post hoc, id est, 3. Nonas Martii*] His verbis auctor libri pontificalis ad mensem Martium Cornelii martyrium referens, graviter errat, quia manifestum est eadem die, nimirum 14. Septembris, licet non eodem anno, Cornelium & Cyprianum martyrium consummasse

m *Cessavit episcopatus.*] Emendatiores codices habent 35. diebus post obitum Cornelii sedem vacasse. Quod vero ordinatio nulla ab eo facta legatur, temporis quo sedit brevitatem arguit, cum vix aliquem alium sit reperire, qui absque ordinatione pontificatum exegerit. Baron anno 255. num. 63. Veneta autem editio habet, in quodam vetusto exemplari de ordinationibus Cornelii hæc extare. *Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, & ordinavit presbyteros 4. diacones 4. episcopos per diversa loca numero 7.* De

C scriptis vero Cornelii papæ eadem Veneta editio conciliorum hæc subjungit: *Epistolas atque decreta episcopis atque catholicis viris per diversa loca direxit.* De quibus scriptis, lib. de script. ecclef. in Cornel. hæc S. Hieron. *Cornelius Romanæ urbis episcopus, ad quem 8. Cypriani extant epistolæ, scripsit epistolam ad Flavianum* (alii hunc dicunt Fabium) *Antiochenæ ecclesiæ episcopum de synodo Romana, Italica & Africana & aliam de Novatiano, & de his qui lapsi sunt: tertiam de gestis synodi: quartam ad eumdem Flavianum valde prolixam, & Novatianis hæreseos causam & anathema continentem.* Baron. anno 255. num. 63.

Acta Cornelii corrupta

Templum Telluris

Corona domini quæ.

Libri pontificalis error.

An Cornelius ordines sacros contulerit

Scripta Cornelii papæ.

[a] EPISTOLA I.
CORNELII PAPÆ.

De translatione corporum apostolorum Petri & Pauli: & de Novato, aliisque hæreticis.

D

Carissimis atque dilectissimis fratribus, sanctæ Dei ecclesiæ filiis, & omnibus domino recta fide famulantibus, Cornelius episcopus.

VIDENS caritatis vestræ benevolentiam, quia apostolorum amatores estis, eorumque fidem & doctrinam tenetis, decrevi vobis scribere (domino auctore) quædam ex his quæ nunc temporis necessaria sunt sciri, & quæ apud nos in ecclesia Romana (auxiliante domino) meritis apostolorum nuper acta sunt sive geruntur: quoniam patrocinante caritate, credo vos paterna

E gratia scripta sedis apostolicæ libenter suscipere, & mandata ejus peragere, atque de ejus profectibus gratulari: quia quisquis se in radice caritatis inserit, nec a viriditate deficit, nec [a] a fructibus inanescit, nec amore fecunditatis opus efficax amittit. Ipsa enim caritas exercet corda fidelium, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed fiat totum dulce quod agitur, dum ejus proprium sit, nutrire concordiam, servare mandata, atque dissociata conjungere, prava dirigere, & ceteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare.

Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cujusdam devotæ feminæ atq; nobilissimæ matronæ

[a] Bar.a... que me... suspecta... cũ sequ... quæ no... majoris... apud ei... ditos fid...

'ifidens... ritatis v... stræ ben... volentia...

[a] S. Gre... epist. ... lib. vi... Vide & ... lib. vii...

matronæ Lucinæ, [b] levata sunt corpora" aposto- A lorum Petri & Pauli de catatumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus, levatum silentio, * positum est in prædio prædictæ matronæ, via Ostiensi ad latus ubi decollatus est. Postea vero beati apostolorum principis Petri accepimus corpus, & condecenter posuimus illud juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatii Neroniani, tertio Kalendarum Iuliarum die, orantes Deum & dominum nostrum Iesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis apostolis, maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conservet voluntate diebus vitæ vestræ, & in fructu boni operis vos perseverabiles reddat. Vos vero his congaudete, quia & ipsi sancti apostoli de vestro B congratulantur gaudio. Vos semper Deum laudate, & ipse glorificetur in vobis. Scriptum est enim: *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* " Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio ' commendare. Vnde quidem tanto nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque dominicæ vocis ad suscipiendam ejus requiem suadet assertio.

Hæc invidens antiquus hostis, [c] suscitavit nobis adversarium Novatum, rectæ fidei & sanctæ do- C ctrinæ æmulum, [d] qui extra ecclesiam ordinavit Novatianum, & in Africa" Nicostratum; utrosque hæreticos, sicut ille erat. Hi vero conatibus quibus potuerunt, [e] multos a recta & catholica fide suadentes recedere fecerunt, & post se in perversam & Deo odibilem doctrinam corruere persuaserunt. Sed sicut istorum tergiversationibus nimis sumus contristati, & de eorum perditione contriti, sic de aliorum conversatione, domino auxiliante, sumus lætificati. Deus autem omnipotens, qui tristibus miscet læta, oppido nos lætificavit, quod quidam confessores, qui dudum fuerant fideles, a nobis & a recta fide, diabolo instigante, se separantes, cum Maximo D presbytero ad ecclesiam catholicam & fidem rectam sunt reversi, & denuo, sicut prius', facti sunt confessores fideles. Quapropter, carissimi, hortamur vos & deprecamur per dominum nostrum Iesum Christum, prædictos hæreticos," & omnes quos a recta fide & doctrina apostatare cognoveritis," exhortationibus & bonis studiis vestris ad catholicam fidem & rectam doctrinam convertere contendite, & in Dei voluntate persistere suadete. Et non solum hos, sed omnes qui nondum fidem rectam perceperunt, ad catholicam fidem perducere festinate. *Quia neque mors," neque vita, neque angeli, neque prin-* E *cipatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia* (magistro gentium docente) *poterit nos separare* "*a caritate domini nostri Iesu Christi*, &c., quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certare properant. *Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Ecce enim judex ante januam assistit;* coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. *Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ,* sed cadet de promissione propter negationem. *Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.* Heb. 10. *Propter quod assumite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, adversus omnes inimicos sanctæ ecclesiæ & vestros; & induite vos loricam justitiæ, & calceati pedes in præparatione evangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei," in quo possitis omnia jacula nequissimi ignita extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem*, radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu domino nostro. Ephes. 6. Sed *& nunc,* fratres, *commendamus vos domino, & omnes verbo gratiæ ejus, qui potest perficere, & dare hereditatem nobis cum omnibus sanctis.* Act. 20. *Ipse autem Deus pacis & consolationis; det vobis idipsum sapere in alterutrum,* ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi, *ut unanimes, uno ore & uno corde honorificetis eum,* in concordiam & consolationem fratrum, Rom. 15. *qui potest confirmare vos secundum evangelium ejus, juxta revelationem æterni mysterii, temporibus scilicet perpetuis,* quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Rom. 16. Summopere considerare etiam debetis, quod illi qui fratribus invident, eosque damnare atque perdere cupiunt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim dominus: *Omne regnum in se divisum, non stabit:* & omnis scientia & lex adversum se divisa, non stabit. Matt. 12. Marc. 3. Luc. 11. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Philip. 2. Data* septimo Idus Septembris, Decio " & Maximo viris clarissimis consulibus.

* octavo
" an. 250. aut seq.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epistola I. Cornelii papæ.*] S. Cornelium plures epistolas scripsisse, testatur Hieron. libro de scriptor. eccles. in Cornelio, verbis supra allatis. Primam, cujus meminit, cum ipsis actis conciliorum excidisse refert Baron. anno 255. num. 3. Secundam, cujus ibidem mentionem facit, hanc esse, ideoque immerito de fide & auctoritate taxari puto, quæ probatæ fidei testem Hieronymum " adepta est, & cujus scripta cum rerum historia conveniunt. Quod vero SS. corporum Petri & Pauli e catatumbis translationem Cornelio attribuit, id ex libri pontificalis erroribus in hanc epistolam mendose irrepsisse, probabile esse videtur: nam ea verius primo sæculo paulo post ipsorum passionem accidit, ut testimonio S. Gregorii pontificis supra demonstratum est.

Quot epist. Corn. papa scripserit.

" Hoc falsum: neque enim quisquilias istas unquam vidit Hieronymus.

Translatio sanctorum corporum Petri & Pauli, quando?

[b] *Levata sunt corpora.*] Vide quæ supra diximus in notis ad vitam Cornelii, verbo, *Hic temporibus*, &c.

[c] *Suscitavit nobis adversarium Novatum.* Novatus fuit Africanæ ecclesiæ episcopus, qui Felicissimum diaconum & schismaticum Montensium (sic dicti, quod sectarii illius in monte convenirent) auctorem, invito Cypriano ordinaverat, & ad schisma conflandum, ejusdem odio & invidia, antesignanus extiterit: qualis autem fuerit, Cyprianus epist. 49. his verbis declarat. *De Novato nihil ad nos fuerat nuntiandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi, rerum novarum semper & cupidus, avaritiæ inexplebili rapacitate furibundus*, &c. Sede vacante ad evertendam Romanam ecclesiam Romam veniens, Novatianum Romanum presbyterum, male in Cornelium vitio ambitionis animatum, acrius in eum impellit, eo quod Cornelius, fratrum suorum consilio, pœnitentes lapsos in ecclesiam reciperet: cum tamen in Africa Cypriano sacrosanctæ ecclesiæ communionem a lapsis petitam, ille ad certum tempus differendam esse respondisset. plura in notis sequentibus. Baronius anno 254. numero 32. usque ad 41. item numero 59. & quibusdam sequentibus.

Novatus quis & qualis.

Quando Romam venerit.

[d] *Qui extra ecclesiam ordinavit Novatianum.*] Novatus qui semel in Africa per suos cathedram contra cathedram diro schismate collocarat, ut infelicia germina ipse cum

Quare Romam venerit.

Felicissimo uno ac primo tot infelicium casuum auctore in transmarinam quoque ecclesiam propagaret, Romam se contulit, nactus occasionem sedis vacantis, per fraudem multorum animos sibi conciliavit, ut eorum favore, vel ipse, vel saltem aliquis ex sibi faventibus in sede pontificia collocetur, atque ita semel conflatum schisma contra Cyprianum rectius solidetur. Sed cum, Deo volente, Cornelius opinione citius pontifex crearetur, per fraudem ac dolum, gravibus calumniis in Cornelium sparsis, præter multos confessores gloria præclaros, tres episcopos in eumdem concitavit, qui Novatianum clandestine pontificem Romanum electum ordinarunt, & primum schisma ecclesiæ Romanæ conflarunt. Res gesta describitur a Cypriano epist. 49. ad Cornelium, & 52. ad Antonianum secundum editionem Pamel. & constat ex epist. Cornel. ad Fabium Antiochenum, quam ex Eusebio nunc primum in hoc tomo conciliorum imprimi curavimus, Baron. prædicto anno numero 65. & sequentibus.

Novatianus quomodo & a quibus antipapa electus. Primum schisma.

[c] *Multos a recta fide recedere fecerunt.*] Romanos clericos in errore adhuc detentos hosce, Maximum, Nicostratum, Vrbanum, Sidonium, Macarium, Celerinum, & alios, uno Mose presbytero excepto, in suam sententiam per dolos ac fraudes pellexerunt, ut patet ex prædicta epistola.

Schisma Novatiani confessores incarceratos seduxit.

EPISTOLA II.

CORNELII PAPÆ AD * RVFVM COEPISCOPVM ORIENTALEM.

* RVSTICVM

*** Ne sacerdotes domini sicut vulgus solet facere, præsumant jurare vel compellantur.

I. *Si sacramentum ab episcopis fieri debeat.*
II. *De causis episcoporum, & ut quidquid adversus absentes agitur, vacuum habeatur.*

*Cornelius episcopus * Rufo coepiscopo ' in domino salutem.*

* *Rustico* ' *episcopo*

EXIGIT dilectio tua, frater carissime, ut ex auctoritate sedis " apostolicæ tuis deberemus consultibus respondere. Quod licet non prolixe, sed succincte agere festinaremus, propter quasdam importunitates, quæ nostris præpedientibus peccatis, in nos supervenere, tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius & investigare permittimus. Non enim potest mens attrita, & oneribus atque importunitatibus gravata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc & alia, quæ necessaria fore cognoverimus, tuæ sanctitati velimus denegare: sed quod hic minus invenitur, latius perquiratur.

* Greg. ep. 32. lib. XII.

I.

[a] Sacramentum autem hactenus a summis sacerdotibus vel ' Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognovimus, nec spontaneos ' jurasse reperimus. Summopere ergo sanctus Iacobus apostolus prohibens sacramentum, loquitur, dicens: *Ante omnia, fratres mei, nolite jurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester, Est, est, Non, non: ut non sub judicium decidatis.* Et dominus in evangelio: *Audistis quia dictum est antiquis: Non pejerabis, reddes autem domino juramenta tua. Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia civitas magni regis est: neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est, est, Non, non: quod autem his abundantius est, a malo est,* id est, ab exigente & a jurante. Hæc, frater carissime, ipse dominus prohibet, id est, non debere jurare. Hæc apostoli maxime omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri, qui huic sanctæ universali apostolicæ ecclesiæ præfuerunt ante nos, hæc prophetæ & reliqui sancti doctores, per universum mundum dispersi ad prædicandum, juramenta fieri vetant. Quorum nos exempla si cœperimus enumerare, aut in schedula hac inserere, ante deficiet hora diei, quam eorum exempla de hac causa prohibita. Quæ nos sequentes, sanctorum apostolorum, eorumque successorum jura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus. Vnde & ipse dominus in tabulis lapideis, quas Mosi dedit, propria manu scripsit, dicens: *Vide ne assumas nomen domini Dei tui in vanum:* & reliqua. Nos autem (ut paulo superius prælibavimus) sacramentum episcopis nescimus oblatum, nec unquam fieri debet: quoniam (ut supra memoratum est) *præceptum est a domino, non jurandum, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per caput suum, quia nullus potest unum capillum creare.* Vnusquisque enim sicut ante altare stans, Dei timorem habet præ oculis, & propriam conscientiam mundam servat Deo, quod in memoria retinet, nullatenus habet intermittere, quoniam, *os quod mentitur, occidit animam.* Et apostolus ait: *Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra.* Et alibi: *Nolite mentiri invicem.* Hæc sunt præcepta salvatoris, hæc prophetarum, hæc sanctorum patrum instituta. " Quæ si quis in vanum duxerit, hostis est animæ suæ: quia nemo contra prophetas, nemo contra apostolum, nemo contra evangelium facit aliquid absque periculo. " Et summopere prævidendum est, ne pastorem suum oves, quæ ei commissæ fuerant, reprehendere " (nisi a fide exorbitaverit) neque accusare præsumant: quoniam tales accusationes vim non habent, neque eis nocere possunt. *Vnum vero, carissimi,* ut ait beatus apostolus Petrus, *non lateat vos, quia unus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni sicut unus dies. Non tardat dominus * promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut fur, in qua cæli magno impetu transient, elementa vero calore solventur.* Cum hæc igitur omnia dissolvenda sint, ex his potestis considerare, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Dei, per quem cæli ardentes solventur, & elementa ignis ardore tabescent. *Vos autem carissimi,* dixit Iudas apostolus, *memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum sua desideria ambulantes † impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.* Nullus " enim sacerdotum causam suam alieno committat judicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum.

Sed

2. q. 4. Sacramentum hactenus. ' reliquis ' sponte

Iacob. 5.

Matth. 5.

2. q. 4. [...] sanctorum [...] sequent[...]

Exod. 2[...] 2. q. 4. [...] sacrame[...] tum.

Matth. Iacob. 5.

Sap. 1. Ephes. 4. Coloss. 3.

* Ep. ad Oceanum de vita clericorum apud Hieronymum

" Conc. Carth. [...] cap. 13. " Conc. Rom. V. [...] *Symmac[...] 2. Pet. 3

* Sic M[...] Q. alia, promissi, ut & Gra[...] vulgata Latina, [...] missione[...]

In epis[...] sua cano[...] ca, v. 17

† Sic [...] Q. edi[...] nis vulg[...] tæ, sic & Græca. [...] in impi[...] te, excu[...] habent [...] impieta[...] bus.

S. Ambr. ep. 29.

Sed unusquisque comprovinciales judices" & nostos habeat, nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestos, aut suspectos inibi judices habuerit, pro quibus causis ad majoris auctoritatis judices, & ad alias provincias appellare & venire concessum est.

II.

Omnia ergo quæ adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut judicantur, omnino evacuentur: quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat." Facile ergo homo hominem fallere potest, non tamen Deum", cujus oculis omnia nuda sunt & aperta. Vnde ait propheta: *Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.*" Sapiens ergo non est, qui nocet. Nec quidquam mali vult," qui fidelis est, aut cuiquam insidias machinatur. Hortamur, frater, & monemus tuam dilectionem, ut omnes semper, prout melius potueris, adjuves, confortes & consoleris. Et sacramenta, super quibus hanc sanctam Romanam ac universalem ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas, & neminem unquam infestes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas pervenire, ut omnes hæc mala caveant. Et sicut generaliter tam ab ipso domino, quam a sanctis & reliquis apostolicis viris, & ceteris patribus, sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene" valere beatitudinem tuam semper optamus, & sacris virtutibus proficere te desideramus, frater carissime atq; amantissime. Data undecimo Kalendas Iunii, Maximo" & Decio viris clarissimis consulibus.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Sacramentum autem hactenus.*] Quando ab episcopis ac reliquis clericis juramentum licite præstetur, vel exigatur, vide canonistas 2. quæst. 4. can. sacramentum hactenus, de quo prolixe Covarruvias, aliique plures.

a EPISTOLA III.
CORNELII PAPÆ
AD b FABIVM ANTIOCHENVM
EX EVSEBIO.

Vt vero intelligas c hunc admirabilem virum jampridem in episcopatu petendo ambitione incensum esse, & eam temerariam effrenatamque cupiditatem occultasse intra se, & simulatione ac tamquam involucro, quo arrogantiam tegeret, in initio confessores Christi, viros sane probos secum habuisse, tibi volo aperte ostendere. Presbyter nomine Maximus & Vrbanus e nostris, qui bis ex constanti fidei confessione summam gloriæ amplitudinem collegerant, Sidonius item, & Celerinus, (vir qui Dei clementia adjutus omnia tormentorum genera maxima cum tolerantia pertulerat, & corporis imbecillitate, vi ac robore fidei suæ confirmata, strenue ac viriliter ab adversario victoriam reportaverat) cum Novatianum attentius considerassent, & callidam ejus fraudem, versutiam, perjuria, mendacia, agrestem inhumanitatem, ab omni vitæ communione alienam, veteratoriam denique instar lupi amicitiam deprehendissent; eo relicto, ad sanctam ecclesiam reverterunt, atque omnes ejus fallacias & maleficia, quæ longo tempore intimo pectore obtexisset, multis præsentibus tum episcopis, tum presbyteris, tum laicis quamplurimis, palam ostendere, & cum lacrymis ac querela, cum dolore & pœnitentia suam vicem deplorare cœperunt, quod subdolæ illius & efferatæ bestiæ consilio abducti, ab ecclesia etiam vel ad exiguum temporis spatium descivissent. *Paulo post ait*: Vix credibile est, carissime frater, quantam in moribus varietatem, quantam mutationem exiguo momento in illo factam conspexerimus. Nam splendidissimus iste scilicet, qui, inusitato ac terribili jurejurando adjecto, fidem suis fecerat se non aliquando episcopatum appetivisse, tamquam ex fallaci quadam præstigiarum impostura, in medium projectus, derepente episcopus apparuit. Etenim iste novæ sectæ inventor, & doctrinæ ecclesiasticæ, si diis placet, propugnator, quando episcopatum a Deo certe minime ei donatum sibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodo extorquere nitebatur; duos sibi socios de sua ipsorum salute prope desperatos adscivit, ut eos in exiguam aliquam partem, & minimum quasi Italiæ angulum mitteret: indeque episcopos tres, homines agrestes, rudes ac simplices, simulatione quadam veteratoria in fraudem inductos abduceret, asserens & constanter affirmans, eos quamcelerrime debere Romam venire, ut videlicet omnis lis & discordia, per sententiam illorum aliorumque episcoporum interpositam, dirimeretur. Episcopi igitur, quoniam (ut supra diximus) homines simpliciores erant, & in perditorum fallaciis dolisque discernendis minus perspicaces, Romam adventant. Iste tum per quosdam sui similes ad eam rem comparatos, eos in unum locum concludendos curavit: ac cum circiter horam decimam ebrios & crapula oppressos cerneret, vi coegit imaginaria quadam & vana manuum impositione episcopatum ipsi tribuere: quem dignitatis gradum parum sibi accommodatum, ad hunc modum per fraudem & astutiam acquisiuit. Ex quibus episcopis unus non longe post, peccatum flebiliter lamentatus, & idem aperte confessus, ad ecclesiam revenit: quem, populo universo pro eo rogante, tandem ut laicum in communionem recepimus: atque alios, d qui in reliquorum duorum episcoporum loca, qui eum creassent, succederent, misimus. Istum igitur lepidum evangelii patronum * Novatianum omnino præteriit, scilicet e unum solum episcopum oportere esse in hac ecclesia catholica: in qua tamen non ignorabat (quomodo enim poterat?) f presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos quadraginta duos, exorcistas & lectores una cum ostiariis quinquaginta duos, viduas & alios morbo atque egestate afflictatos, mille & quingentos: quos omnes domini gratia & benignitas abunde sustentat. Sed tamen nemo est ex tanta ministrorum multitudine, tamque in ecclesia necessaria, nemo ex tanto egentium numero, Dei providentia locupletato; & rerum abundantia circumfluente, nemo denique ex maxima illa & innumerabili propuli frequentia, istum quem dico Novatianum, ab ea desperatæ mentis cæcitate & contumacia avertere, & ad ecclesiam denuo revocare potuit. *Quinetiam paulo post annectit ista*: Deinceps dicamus, quibus actis quibusque vitæ institutis cum tanta confidentia episcopatum prensarit. Num quod a primo ætatis tempore in ecclesia versatus fuit? Num quod multa certamina pro ejus defensione

Novatiani conatus.

* al. Novatum

Clerus Romanæ ecclesiæ.

Novatiani vita qualis olim.

ne ſubiit? Num quod multis magniſque periculis pro pietate ſe objecit? Non eſt certe ejus generis ille quidem, cui ex Satana, qui ingreſſus eſt in illum, diu eſt in intimo pectore commoratus, primum data fuit credendi occaſio. Qui quidem, ubi exorciſtarum præſidio ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam gravem morbum, ut jam fere mori putaretur, incidiſſet, in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus, baptiſmum accepit, ſi modo talem hominem baptiſmum accepiſſe dicendum ſit. Verum morbo tandem elapſus, neque cetera, quibus poſt baptiſmum ſecundum eccleſiæ canonem imbui oporteat, acquiſivit, [g] neque domini ſigillo ab epiſcopo obſignatus fuit. Quo quidem neutiquam potitus, quomodo (quæſo) Spiritum ſanctum adeptus eſt? *Atque paucis interpoſitis, iterum addit:*

Ejus ignavia.

Iſte perſecutionis tempore metu debilitatus, & nimia vitæ cupiditate adductus, ſe presbyterum eſſe negavit. Nam cum a diaconis rogatus oratuſque eſſet, ut domo, qua ſe concluſum occuluerat, egreſſus, quantum presbytero liceret, quantumque in ejus ſitum eſſet poteſtate, fratres in periculo conſtitutos, opiſque & auxilii indigentes, juvaret; tantum abfuit ut diaconis eum obſecrantibus obtemperaret, ut etiam non ſine ſtomacho & bile ab illis abiret, diſcederetque: nam ſe nolle amplius eſſe presbyterum, ſed alteri vitæ generi ſe dicaturum aſſeruit. *Qui paulo longius progreſſus, rurſum adjungit.*

Canon. de baptizatis in lecto.

Iſte præclarus ſcilicet & inſignis Novatianus, Dei penitus dereliquit eccleſiam, in qua poſt fidem receptam presbyteri munere donatus fuit, idque propter amorem & benevolentiam, qua epiſcopus qui illi manus impoſuerat, eum complexus eſt: qui quidem epiſcopus non modo ab univerſo clero, ſed etiam a multis laicis vetitus, [h] quoniam minime licebat, quemquam in lecto propter morbum baptizatum, ſicut huic contigerat, in clerum aſſumi, magnopere poſtulabat ſibi poteſtatem dari huic ſoli manus in ſortem presbyterii imponendi. *Deinde poſt iſta aliud ejus facinus, omnium ſane peſſimum, hoc fere pacto tradit:*

Novatiani artes in ſchiſmate fulciendo.

Cum feciſſet oblationes, & ſingulis partem ſacramenti diſtribuiſſet porrexiſſetque, miſeros homines & infelices pro benedictione & gratiarum actione jusjurandum dare coegit. Atq; ſuis utriſq; manibus manus accipientis prehendens, non prius dimiſit, quam hoc jurejurando eum obſtrinxiſſet: (illius enim verbis utar) Iura mihi per corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, te nunquam nec me deſerturum, nec ad Cornelium reverſurum. Atque miſer homo non ante deguſtavit, quam ita illi ſe devoviſſet. Et qui illum acceperat, pro Amen, quod dicere debuerat, hoc dixit. Non deinceps ad Cornelium revertar. *Poſt alia quædam, iterum hæc narrat:* Scias velim propterea quod in dies ſingulos jam fratres eum deſerunt, & ad eccleſiam redeunt, jam illum omnium fere ſocietate denudatum deſtitutumque eſſe. Cujus amentem audaciam & inſolentiam etiam [k] Moſes beatus martyr, qui nuper apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vita manebat, perſpicue animadvertens, tum illi, tum aliis quinque presbyteris, qui una cum illo ſeſe ab eccleſia ſegregaviſſent, fidelium ſocietate & communione interdixit. *Porro in extrema epiſtola epiſcopos, qui Romam profecti, Novatiani dementiam condemnabant, enumerat, & non ſolum nomina cujuſque, ſed eccleſias etiam, quibus ſinguli præerant, recenſet. Quinetiam epiſcoporum, qui minime Romam ſe contulerant quidem, ſed per litteras, decreto eorum, quos diximus, aſſentiebantur, nomina pariter & civitates, unde quiſque ſcripſit epiſtolam, commemorat Iſta Cornelius Fabio Antiochiæ epiſcopo per literas ſignificavit.* Hucuſque Euſebius.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epiſtola.*] Hoc fragmentum epiſtolæ, cui Hieron. in libro de ſcript. eccl. teſtimonium præbet, extat apud Euſebium lib. 6. cap. [a] 35 juxta verſionem Ioan. Chriſtophorſoni: conſulto illud ex Euſebio huc tranſtulimus.

[a] in nu Pariſien edition numera 43.

[b] *Ad Fabium.*] Quem Euſeb. cap. 43. Sigeb. cap. 69. & Honorius Fabium appellant, Hieronymus præd. lib. de ſcript. eccl. in Cornelio Flavianum nominat: ſed Lipſius, qui Martinianum codicem ſequitur, priore modo rectius legi docet. Vide Poſſevin. in appar. ſacr. verbo Cornelius.

Hunc admirabilem virum.] Novatianum fuiſſe hunc, de quo hic Cornelius ſcribit, conſtat ex Cypriano epiſtola 49 item ex Hieron. de ſcript. eccleſ. & ex ipſo Euſebio in chronico. Quod autem Euſeb. lib. 6. cap. 35. hac epiſt quam ibi recenſet, loco Novatiani, Novatum ponit, id alii factum putant ideo, quod cum quodam Gilda Sapiente, Britanniæ excidium deplorante, Græcos ſcriptores ſecutus, Novati & Novatiani nomina confuderit: ego id non ab Euſebio, ſed librariorum potius errore accidiſſe puto, cum in chronico ſuo Euſebius Novatum a Novatiano optime diſtinxerit. Vide Baron. anno 254. num. 62.

[d] *Qui in reliquorum duorum epiſcoporum locum*, &c.] Novatianum a tribus epiſcopis ordinatum eſſe hic indicatur, quo facto apoſtolorum canon primus egregie confirmatur.

[e] *Vnum ſolum epiſcopum.*] In eccleſia catholica unum epiſcopum ac pontificem maximum, qui oves ſimul & agnos, clericos & laicos omnes regat & gubernet, eſſe oportet. Quiſquis ergo huic uni paſtori, debita obedientia, in moribus & fide ſe non ſubjecerit, ſchiſmaticus eſt.

[f] *Presbyteros eſſe*, &c.] Egregium teſtimonium pro ordinibus eccleſiaſticis.

[g] *Neque domini ſigillo ab epiſcopo*, &c.] Sacramentum confirmationis appellatur ſigillum domini, quia hoc ſacramento, per ſignum crucis adhibito, baptizati ab epiſcopis chriſmate ſacro in fronte conſignabantur. Vide plura in notis noſtris ad epiſt. Vrbani. Baron. an. 254. num. 72.

[h] *Quoniam minime licebat*] Quod Novatianus non libere, ſed vi quadam adactus, Chriſtianus factus eſſe videretur, quippe qui non cum valeret, ſed in lecto decumbens mortis timore perculſus, ſacro baptiſmate initiatus eſſet, a preſbyterorum Romanæ eccleſiæ collegio repulſus fuit. Hoc, quod antiquo uſu eccleſiæ recte & bene receptum fuit, canone 12. concilii Neocæſarienſis approbatum eſt his verbis: *Siquis in ægritudine conſtitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet: niſi forte poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut raritas hominum cogat.* Baron. anno 254. num. 73.

[i] *Magnopere poſtulabat ſibi poteſtatem dari*, &c.] Diſpenſationem contra canonem vetantem ordinari eos, qui in lecto baptizati eſſent, petiit, & ſine fructuoſo eventu impetravit. Hoc igitur exemplum ſatis evidenter oſtendit, quanto cum periculo per diſpenſationem quæratur, quod alias eccleſiaſticis legibus eſt interdictum. Baron. prædicto anno num. 74.

[k] *Moſes beatus martyr*, &c.] Ex hoc loco conſtat Moſem non in carcere defunctum eſſe, quod auctor pontificalis in vita Fabiani ſignificare videtur, ſed publica potius atque glorioſa martyrii corona in omnium hominum conſpectu inſignitum eſſe.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, ſociet. Ieſu ſacerdotis.

Severinus Binius pro more Baronianis inſiſtens veſtigiis Euſebianæ hiſtoriæ interpretationem a Ioanne Chriſtophorſono Ciceſtrenſi in Anglia epiſcopo elaboratam adhibuit. Verum cum ea pluribus non arrideat, Græcuſque contextus prætermiſſus ſit, quem plerique rerum eccleſiaſticarum ſtudioſi expoſcunt, Valeſianam verſionem cultiſſimam hic atque in ſequentibus, ubi ſe dabit occaſio, adſcribemus una cum germanis ipſius Euſebii verbis paulo altius repetitis.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ς΄. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ΄. A

Ἐπειδή περ τῇ κατὰ τούτων ἀρθεὶς ὑπερηφανίᾳ Νουάτος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὡς μηκέτ' οὔσης αὐτοῖς σωτηρίας ἐλπίδος, μηδ' εἰ πάντα τὰ εἰς ἐπιστροφὴν γνησίαν καὶ καθαρὰν ἐξομολόγησιν ἐπιτελοῖεν, ἰδίας αἱρέσεως τῆς κατὰ λογισμοῦ φυσίωσιν Καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀποφηναμένων, ἀρχηγὸς καθίσταται. ἐφ' ᾧ συνόδου μεγίστης ἐπὶ Ῥώμης συγκροτηθείσης, ἑξήκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων· πλειόνων δ' ἔτι μᾶλλον πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἰδίως τε κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τῶν κατὰ χώραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου διασκεψαμένων· δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι· τὸν μὲν Νουάτον ἅμα τοῖς αὐτῷ συνεπαρθεῖσι, B τούς τε συνευδοκεῖν τῇ μισαδέλφῳ καὶ ἀπανθρωποτάτῃ γνώμῃ τἀνδρὸς προαιρουμένους, ἐν ἀλλοτρίοις τῆς ἐκκλησίας ἡγεῖσθαι· τοὺς δὲ τῇ συμφορᾷ περιπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν, ἰᾶσθαι καὶ θεραπεύειν τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις. ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου, καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας· καὶ ἄλλαι πάλιν Ῥωμαϊκῇ φωνῇ συντεταγμέναι, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν ἐπισκόπων· δι' ὧν τε καὶ αὐτοὺς συνευδοκεῖν τῷ δεῖν τυγχάνειν ἐπικουρίας τοὺς πεπει- C ρασμένους ἐνεφαίνετο· καὶ τῷ χρῆναι εὐλόγως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκκήρυκτον ποιήσασθαι τὸν τῆς αἱρέσεως ἀρχηγὸν, πάντας τε ὁμοίως τοὺς συναπαγομένους αὐτῷ. ταύταις ἄλλη τις ἐπιστολὴ συνῆπτο τοῦ Κορνηλίου, περὶ τῶν κατὰ τὴν σύνοδον ἀρεσάντων. καὶ πάλιν ἑτέρα, περὶ τῶν κατὰ Νουάτον πραχθέντων· ἀφ' ἧς καὶ μέρη παραθέσθαι οὐδὲν ἂν κωλύοι, ὅπως εἰδεῖεν τὰ κατ' αὐτὸν οἱ τῇδε ἐντυγχάνοντες τῇ γραφῇ. τὸν δὴ οὖν Φάβιον ἀναδιδάσκων ὁποῖός τις ὁ Νουάτος ἐγεγόνει τὸν τρόπον, αὐτὰ δὴ ταῦτα γράφει ὁ Κορνήλιος.

Ἵνα δὲ γνῷς ὅτι πρόπαλαι ὀρεγόμενος τῆς ἐπισκοπῆς ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπικαλύμματι D τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῷ κατ' ἀρχὰς σὺν αὐτῷ τοὺς ὁμολογητὰς ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλομαι. Μάξιμος πρεσβύτερος τῶν παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς, δὶς τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι· Σιδόνιός τε καὶ Κελερῖνος, ἀνὴρ ὃς πάσας βασάνους διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα διενέγκας, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς ἐπιρρώσας, κατὰ κράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβολίαν, τάς τε ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν· ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, E καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα καὶ πονηρεύματα ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπεστέλλετο, παρόντων ἱκανῶν τοῦτο μὲν ἐπισκόπων· τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων καὶ λαϊκῶν ἀνδρῶν παμπόλλων, ἐξήγγελλον ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώσκοντες ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει θηρίῳ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν. εἶτα μετὰ βραχέα φησίν. ἀμήχανον ὅσην ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένην. ὁ γάρ τοι λαμπρότατος, καὶ δι' ὅρκων φοβερῶν τινων πιστούμενος τὸ μηδ' ὅλως ἐπισκοπῆς

*** EVSEBII VI. CAPVT XLIII.

Etenim "Novatus ecclesiæ Romanæ presbyter, arrogantia adversus eos elatus; quasi nulla spes salutis ipsis posthac superesset, tametsi omnia explerent quæ ad sinceram conversionem puramque confessionem pertinent, propriæ cujusdam sectæ corũ qui tumore mentis elati seipsos Catharos cognominarunt, auctor exstitit. Ob quam rem cum Romæ congregata esset synodus, in qua sexaginta quidem episcopi: presbyteri vero ac diaconi multo plures convenerunt: Cumque in provinciis antistites quid agendum esset seorsum consultassent, hujusmodi decretum cunctis promulgatum est. Novatum quidem & eos qui una cum ipso sese insolentius extulerant, & quicumque inhumanissimæ & a fraterna caritate alienæ ejus opinioni consentire præsumpserant, alienos ab ecclesia habendos esse: fratres vero qui in calamitatem inciderant, pœnitentiæ remediis curandos esse & confovendos. Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad Fabium Antiochensis ecclesiæ præsulem missæ: in quibus & Romanæ synodi gesta, & omnium per Italiam & Africam aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur. Aliæ præterea Latino sermonę conscriptæ exstant epistolæ Cypriani & aliorum antistitum qui cum ipso in Africa congregati sunt. Ex quibus colligitur, ipsis etiam placuisse ut subveniretur iis qui in tentationem inciderant: utque auctor nefariæ opinionis simul cum iis qui ad partes ipsius desciverant, ab ecclesiæ catholicæ consortio merito abdicaretur. His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola, de his quæ in synodo decreta fuerant: & rursus alia de facinoribus Novati; ex qua nihil obstat quominus hic aliqua inseramus, ut historiæ nostræ lectores, ea quæ ad Novatum pertinent perspicue cognoscant. Igitur Cornelius Fabium docens cujusmodi ingenio ac moribus fuisset Novatus, ita scribit.

Atque ut scias qualiter admirandus ille vir episcopalis loci cupiditate jampridem incensus, & præcipitem illam ambitionem suam tegens, diu omnes latuerit; dum confessores quos statim ab initio sibi sociaverat, velamentum vesanię obtendit, deinceps tibi edisseram. Maximus ecclesiæ nostræ presbyter, & Vrbanus: ambo ex fidei confessione egregiam jam secundo laudem adepti; Sidonius etiam & Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissime sustinuit, & qui fidei suæ constantia infirmitatem corporis sui roborans, adversarium penitus debellavit: Hi omnes cum illum tandem cognovissent, & fraudem ejus ac versutiam, perjuria quoque atque mendacia, & abhorrentem ab omni societate feritatem, & lupinam quamdam in eo amicitiam deprehendissent, ad sanctam ecclesiam reversi sunt: cunctasque illius præstigias, & nequitiam quam jampridem intra se occultans, sese interim submittebat, præsentibus aliquot episcopis ac presbyteris & laicis compluribus evulgarunt: ingemiscentes ac dolentes, quod a fraudulenta illa malignaque bestia inducti, aliquanto temporis spatio ab ecclesia recessissent. Et paulopost addit: Mirabilem quamdam frater carissime conversionẽ in eo mutationemq; brevi temporis articulo factam conspeximus. Nam egregius ille vir, qui tremendis quibusdam sacramentis affirmaverat se episco-

" Pro Novato substituendus ubiq; Novatianus.

patum non concupiſcere : repente tamquam ex machina quadam in medium projectus, epiſcopus apparuit. Et is qui ſe doctorem & eccleſiaſticæ diſciplinæ propugnatorem ferebat, cum epiſcopatum ſibi a Deo minime conceſſum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ ſalutis homines ſibi ſocios adjunxit: ut eos in exiguam ac viliſſimam Italiæ partem mitteret, atque illinc accitos tres epiſcopos, homines plane rudes ac ſimplices, fraudulenta quadam molitione deciperet; conſtantiſſime affirmans ipſos quam primum Romam proficiſci oportere, ut omnis undecumque orta diſcordia, ipſorum una cum aliis epiſcopis interventu atque arbitrio ſedaretur. Qui cum adveniſſent, homines, ut jam diximus, ſimplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis ſatis triti: eos ille a quibuſdam ſui ſimillimis quos ad id comparaverat, incluſos hora decima, temulentos & crapula oppreſſos, adumbrata quadam & inani manuum impoſitione epiſcopatum ſibi tradere per vim cogit: eumque nullo ſibi jure competentem per fraudem atque inſidias vindicat. Nec multo poſt unus ex illis epiſcopis ad eccleſiam rediit, delictum ſuum cum lamentis ac fletibus confitens. Quem nos, cum univerſus populus pro illo interceſſiſſet, ad communionem laicam ſuſcepimus. Reliquis etiam duobus epiſcopis ſucceſſores ordinavimus, eoſque in loca illorum direximus. Ergo ille evangelii vindex, ignorabat unum epiſcopum eſſe oportere in eccleſia catholica. In qua tamen ſciebat (quomodo enim illud neſcire potuiſſet) presbyteros quidem eſſe quatuor & quadraginta : ſeptem autem diaconos, totidemque ſubdiaconos : Acoluthos duos & quadraginta : exorciſtas & lectores cum oſtiariis quinquaginta duos : viduas denique cum infirmis & egentibus pluſquam mille & quingentas. Quibus univerſis gratia & benignitas Dei alimenta ſuppeditat. Et tamen tanta tamque neceſſaria in eccleſia multitudo : cœtus ille divinæ providentiæ copiis opulentus & numeroſus, cum immenſo ac pene innumerabili populo, ab hujuſmodi deſperatione & audacia illum deterrere & ad eccleſiam revocare non potuit. Paucis deinde interjectis hæc addit. Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus & cujuſmodi converſatione confiſus, ad epiſcopalem locum aſpiraverit. An ideo fortaſſe quod ab initio in eccleſia verſatus eſt, & multa pro ejus defenſione certamina ſubivit, multiſque & graviſſimis periculis religionis cauſa conflictatus eſt? Minime id quidem. Quippe qui cauſam atque initium credendi præbuit Satanas in ipſum ingreſſus, atque in ipſo aliquandiu commoratus. Cumque ab exorciſtis foveretur, in morbum graviſſimum collapſus; dum jamjamque moriturus creditur, in ipſo in quo jacebat lectulo perfuſus, baptiſmum ſuſcepit; ſi tamen hujuſcemodi baptiſmum ſuſcepiſſe dicendus eſt. Sed neque poſtquam liberatus eſt morbo, reliqua percepit quæ juxta eccleſiaſticam regulam percipi debent; neque ab epiſcopo conſignatus eſt. Hoc autem ſignaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum ſanctum potuit accipere? Et aliquanto poſt. Qui perſecutionis, inquit, tempore præ metu ac nimia vivendi cupiditate preſbyterum ſe eſſe negavit. Admonitus enim & rogatus a diaconis, ut ex cubiculo in quo ſeipſum incluſerat egreſſus,

ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται. οὗτος γάρτοι ὁ δογματιστὴς, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστὴς, ὁπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο· ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος, καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ· κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλαστῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ. διαβεβαιούμενος καὶ διϊσχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἥτις δή ποτε οὖν διχοστασία γεγονυῖα, σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων, διαλυθῇ. οὓς παραγενομένους ἅτε δὴ (ὡς ἔφθημεν λέγοντες) ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥᾳδιουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι· ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ᾽ οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλκαμεν. ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου, οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει· πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ· διακόνους ἑπτά· ὑποδιακόνους ἑπτά. ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα· ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα· χήρας σὺν θλιβομένοις, ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας· οὓς πάντας ἡ τοῦ δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέ τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν. καὶ αὖθις μεθ᾽ ἕτερα τούτοις προστίθησι ταῦτα. φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεθαῤῥηκὼς, ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν· ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησίν. ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωΐαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερον εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν᾽ ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτὸν, βοη-

θήσῃ

θήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν· τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι· μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη· ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστής. ὑπερβὰς δὲ ὀλίγα, τούτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων· καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γίνεσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. εἶτ' ἄλλο τι τούτοις χεῖριστον προστίθησι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως. ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφεὶς ἕως ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις. ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμὴν, οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτά φησιν. ἤδη δὲ ἴσθι γεγυμνῶσθαι καὶ ἔρημον γεγονέναι· καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἑκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν. ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας. καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς, τῶν ἐπὶ Ρώμης παραγενομένων ἐπισκόπων, τῶν τε τοῦ Νοβάτου κατεγνωκότων ἀβελτηρίας, κατάλογον πεποίηται· ὁμοῦ τά τε ὀνόματα, καὶ ἧς ὁ καθεὶς αὐτῶν προηγεῖτο παροικίας, ἐπισημηνάμενος· τῶν τε μὴ παραγενομένων μὲν ἐπὶ τῆς Ρώμης, συνευδοκησάντων δὲ διὰ γραμμάτων τῇ τῶν προειρημένων ψήφῳ, τὰς προσηγορίας ὁμοῦ καὶ τὰς πόλεις ὅθεν ἕκαστος ὁρμώμενος ἐπέστελλε μνημονεύει. ταῦτα μὲν ὁ Κορνήλιος Φαβίῳ Αντιοχείας ἐπισκόπῳ δηλῶν ἔγραφε.

A fratribus auxilio indigentibus succurreret, tantum abfuit, ut hortantibus diaconis morem gereret. Quin potius ira & indignatione percitus, abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit, sed alterius philosophiæ desiderio teneri. Paucis deinde transcursis hæc iterum subjungit. Nam cum egregius ille vir ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evexit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfusi fuis- B sent, in clerum assumi; postulavit ab iis episcopus, ut hunc solum ordinari a se paterentur. Posthæc facinus quoddam subjungit omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita scribens. Etenim oblatione facta, portionem singulis dividens: dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus suis manibus comprehensas retinens, nec prius dimittens quam jurati ista dixerint: ipsis enim utar illius verbis. Iura mihi per corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi, te nunquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium esse rediturum. Ita miser ille non prius gustare fini- C tur, quam sibi ipse malum imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset Amen, ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium. Et post alia rursus hæc addit. Scias porro illum jam nudatum ac pene solum remansisse: fratribus quotidie eum deserentibus, & ad ecclesiam redeuntibus. Quem etiam Moses beatissimus martyr, qui nuper apud nos egregio & admirando martyrio perfunctus est, dum adhuc in vivis esset, audaciam ejus ac furorem perspectum habens, a communione sua separavit una cum quinque presbyteris, qui se pariter cum illo ab ecclesiæ corpore abruperant. Sub finem autem epistolæ, numerum recenset episcoporum qui in urbem Romam convenien- D tes, amentiam Novati condemnaverant, nomina quoque illorum, & quam quisque regebat ecclesiam adscribens. Eorum item qui Romæ quidem minime adfuerant, superiorum tamen episcoporum sententiam literis suis approbaverant, vocabula simul & civitates unde singuli literas dederant, accurate commemorat. Et hæc quidem Cornelius Fabio Antiochensi episcopo per epistolam insinuavit.

EPISTOLA IV.
CORNELII PAPÆ
AD [a] LVPICINVM EPISCOPVM VIENNENSEM.

Cornelius episcopus Romanus, fratri Lupicino Viennensi episcopo salutem.

SCIAS, frater carissime, aream dominicam [a] vento persecutionis acerrime commoveri, & edictis imperatorum Christianos ubique tormentis variis affici: nam [b] in urbe Roma imperator ad hoc constitutus est, unde publice [c] neque in cryptis notioribus missas agere Christianis licet. Exhortetur itaque caritas vestra omnes credentes
10. in Christum, *ne timeant eos qui occidunt corpus,* E *sed potius eum qui habet corpus & animam potestatem perdendi.* Iam plures fratrum martyrio coronati sunt. Ora ut perficiamus cursum nostrum nobis a domino revelatum. Vale frater in domino, & saluta omnes qui nos amant in Christo.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Vento persecutionis.*] Hæc de Mose Romano presbytero sub Decio olim jam prope biennium in vinculis detento, cujus etiam in epistola ad Fabium mentio extat, intelligit, sicut & de quibusdam aliis. Baron. anno 255. num. 47.

[b] *In urbe Roma imperator ad hoc constitutus est.*] Volusianum Galli filium a patre Augusti nomine insignitum significat, nisi placeat intelligere Hostilianum Perpennam, qui (ut inquit Aurelius Victor in Gallo) Gallo & Volusiano imperantibus imperator a senatu creatus, non multo post pestilentia absumptus interiit. Senatus enim fortasse cum videret Gallum & Volusianum ecclesiæ pacem reddidisse, ad exturbandos, sicut cœperat Decius, Christianos, hunc Hostilianum in imperium evexit: post quem peste defunctum,

Gallus

Gallus & Volusianus a Decio cœptam, ab Hestiliano instauratam, Christianorum vexationem prosequuntur.

c *Neque in cryptis notioribus missas agere Christianis licet.*] Cœmeteria, quæ alias cryptæ arenariæ dicebantur, ut supra in Callisto notavimus, a Christianis die dominico frequentari & sacrificiis ibidem oblatis honorari solebant, persecutione vero hac restaurata, omnis Dei cultus, & universa Christianorum sacrificia tam privata, quam publica prohibita sunt.

"Hæc & sequens epistola cum iis, quas clerus Romanus scripsit, docet, quid distet æra lupinis, & subæratæ merces aureis veterum scriptis. Est XLVI. inter ep. Cypriani in editionibus Pam. & Rigal.

"anno 252.

"EPISTOLA V. CORNELII PAPÆ AD CYPRIANUM.

De confessoribus ad unitatem regressis.

Cornelius Cypriano fratri salutem.

QUANTAM solicitudinem & anxietatem sustinuimus de his confessoribus", qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris fuerant circumventi & pene decepti, & ab ecclesia alienati, tantam lætitiam adepti sumus; & Deo omnipotenti, & Christo domino nostro gratias agimus, cum ' eos, cognito suo errore, intelligamus, hominis maligni velut serpentis astutia venenata derelicta, ad ecclesiam, unde exierant, sicut ipsi ex suo corde profitentur, simplici voluntate ' venisse. Et primo quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem ' illum horum mollitum jam annuntiabant. Fides tamen non idonea, ut facile nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. Postea vero Urbanus & Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confessorem & presbyterum secum pariter cupere in ecclesiam redire: sed quoniam multa præcesserant ab eis designata, quæ tu quoque a coepiscopis nostris & literis meis cognovisti: ut non temere eis fides haberetur, ex ipsorum ore & confessione, ista quæ per legationem mandaverant, placuit audiri. Qui cum venissent, & a presbyteris, quæ * gesserant, exigerentur, novissime quod per omnes ecclesias literæ calumniis & maledictis plenæ, eorum nomine ' frequenter missæ fuissent, & pene omnes ecclesias perturbassent, circumventos se esse affirmaverunt, neque in istis literis quid inesset, scisse: tantummodo circumductos se, commisisse quoque ' schismata, & hæresis auctores fuisse: ut paterentur ei manus quasi in episcopum imponi. Qui, cum hæc & cetera eis fuissent exprobrata, ut abolerentur, & de memoria tollerentur, deprecati sunt. Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personas eorum observari deberet, consensu omnium statueretur. Et ut * motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestri perferri, quas & subjectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, & plerique fratres, qui se eis adjunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea quæ ante fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum, invicem omnibus remissis, cor mundum & purum jam Deo exhiberent, sequentes evangelicam vocem, dicentem *beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos viderent in ecclesia constitutos, quos errantes &

' ii

' venerunt

' illorum

* gesta erant

' frequētes

' schismatica,

* votum

Matth. 5.

A palabundos jamdiu viderant, & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat omnium, gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentium, complectentium eos, quasi hodie pœna carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria uerba designem: *Nos*", inquiunt, *Cornelium episcopum sanctissimæ catholicæ ecclesiæ, electum a Deo omnipotente, & Christo domino nostro, scimus. Nos errorem nostrum confitemur: Nos imposturam passi sumus. circumventi sumus perfidia & loquacitate * captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in*

B *ecclesia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum esse, & unum Christum esse dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere.* Ista eorum professione non moveremur: ut quod apud potestatem sæculi erant confessi, in ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum ' ignoscere jussimus: ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cujus potestate sunt omnia reservata. Hæc igitur, frater carissime, eadem hora, eodem momento ad te perscripta transmisimus, & Nicephorum ' acolythum, descendere ad navigandum festinantem, de statione ad vos statim dimisi, ut nulla procrastina-

C tione habita, velut præsens in isto clero, & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & Christo domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo jam pro certo confidimus, ceteros quoque qui in hoc errore sunt constituti, in ecclesiam brevi reversuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has literas puto te debere, frater carissime, & ad ceteras ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici hujus & hæretici dolum & prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater carissime.

" For... profe... nis M... & al... pœni... & ad... siā re... tium... utinā... tentu... smat... omne... que h... ci.

* fac... Vnus... scopu... catho... eccle...

' ag...

' acc... vel a... thum...

EPISTOLA " VI. CORNELII PAPÆ AD CYPRIANUM.

D

De factione Novatiani cum suis.

Cornelius Cypriano fratri salutem.

NE quid minus ad pœnam futuram hujus " scelerati hominis deesset, prostratus virtutibus Dei (cum Maximus, & Longinus, & " Machæus inde fuissent expulsi) denuo resurrexit: & sicut prioribus literis tibi, quas per Augendum confessorem misi, significavi, puto Nicostratum, & Novatum, & Evaristum, & Primum, & Dionysium, illo jam pervenisse. Invigiletur ergo, ut

E omnibus coepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum patronæ suæ carnali, cujus rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam pœnam reservatum, ecclesiæ deposita non modica abstulisse: Evaristum vero auctorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antea præfuerat, Zetum, in locum ejus episcopum esse constitutum. Majora vero & graviora hic designavit malitia & inexplebili pravitate sua, quam quæ illic apud suos semper exercuit, ut scias quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo semper junctos habeat."

" XL... inter... Cypr... Pam... Riga...

"No... an. 2... " an... rius... supe... epist...

D. CY-

D. CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI

EPISTOLÆ AD CORNELIVM PAPAM:

Quæ cum ad præcedentium historiam & intelligentiam multum conferant, huc eas transtulimus.

EPISTOLA I. * CYPRIANI AD CORNELIVM PAPAM.

Quod ordinationem Novatiani non receperit.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

VENERVNT ad nos, frater carissime, missi a Novatiano, Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & ' Machæus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex literis, quas secum ferebant, & ex eorum sermone atque asseveratione Novatianum episcopum factum comperissemus, illicitæ & contra ecclesiam catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, a communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus, refutatis interim ac retusis quæ obstinate ac pertinaciter asserere tentabant. Nam ego & collegæ mei plurimi, qui ad me convenerant, expectavimus adventum collegarum nostrorum Caldonii & Fortunati, quos ad te nuper & coepiscopos nostros, qui ordinationi tuæ adfuerant, legatos miseramus, ut eis adventantibus, & rei gestæ veritatem reportantibus, majore auctoritate, & 'elucidata per eos probatione, partis adversæ improbitas frangeretur: supervenerunt vero Pompeius & Stephanus collegæ nostri, qui & ipsi quoque ad instruendos istic nos, manifesta secundum gravitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerunt, ut nec necesse fuerit audiri ultra eos qui a Novatiano venerant missi: qui cum in statione, invidiosis quoque conviciis & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent ut crimina, quæ se afferre ac probare dicebant, publice a nobis & a plebe cognoscerentur, gravitati nostræ negavimus convenire, ut collegæ nostri jam delecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, ' ventilari ultra famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia, quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus hæresim fecisse nudati sunt, in epistolam congerere longum fuit, ex Primitivo compresbytero nostro plenissime singula, cum ad vos venerit, audietis. Ac ne eorum furens audacia unquam desisteret, hic quoque in schismatis partes Christi membra distrahere, & catholicæ ecclesiæ corpus unum scindere ac laniare nituntur, ut ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam civitates discurrentes, obstinationis suæ, & erroris scissi sibi quærant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus, ut perniciosa dissensione & concertatione deposita, impietatem esse sciant matrem deserere, & agnoscant atque intelligant, episcopo semel facto, & collegarum ac plebis testimonio & judicio comprobato, alium constitui nullo modo posse: proinde pacifice sibi ac fideliter consuluisse, ut si se assertores evangelii & Christi esse confitentur, prius ad ecclesiam revertantur. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA * II. CYPRIANI AD CORNELIVM.

* XLII. edit. Pam. & Rig

De ordinatione ejus a se comprobata, & Felicissimo.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

QVOD servis Dei, & maxime sacerdotibus justis & pacificis congruebat, frater carissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium & Fortunatum, ut non tantum persuasione literarum nostrarum, sed præsentia sua, & consilio omnium vestrum, eniterentur, quantum possent, & elaborarent, ut ad ecclesiæ catholicæ unitatem scissi corporis membra componerent, & Christianæ caritatis vinculo copularent. Sed quoniam diversæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia, non tantum radicis & matris sinum atque complexum recusavit, sed etiam gliscente & in pejus recrudescente discordia, episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum divinæ dispositionis & catholicæ unitatis, adulterum & contrarium caput extra ecclesiam fecit: acceptis literis tam tuis, quam collegarum nostrorum, item adventantibus bonis viris, & nobis carissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, a quibus hæc omnia nobis cum ' lætitia communi asseverata sunt firmiter & probata, secundum quod divinæ traditionis, & ecclesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter veritas exigebat, literas nostras ad te direximus. Sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis nostris singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum literis dirigendos esse mandavimus, quamquam mens nostra & propositum jam tunc fratribus & plebi istic universæ manifestatum fuisset, quando literis nuper ab utraque parte susceptis, tuas literas legimus, & episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimavimus. Honoris etiam communis memores, & * gravitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea quæ ex diverso in librum ad nos transmissum congesta fuerant, acerbationibus criminosis respuimus, considerantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religiosoque conventu considentibus Dei sacerdotibus, & altari posito, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim facile promenda sunt, & incaute ac temere publicanda, quæ discordioso stylo scripta audientibus scandalum moveant, & fratres longe positos, ac trans mare constitutos, incerta opinione confundant. Viderint, qui vel furori suo, vel libidini servientes, & divinæ legis ac sanctitatis immemores, jactitare interim gestiunt, quæ probare non possunt. Et cum innocentiam destruere, atque expugnare non valeant, satis habent, fama mendacii & falso rumore maculas inspergere. Certe quod præpositis & sacerdotibus congruit, danda opera est, ut talia cum a quibusdam scribuntur, per nos respuantur. Vbi enim erit, quod discimus ac docemus scriptum esse, *Contine linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur insidiose?* Item alibi: *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua complectebatur insidias: Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum?* Item quod apostolus dicit: *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Porro hæc fieri debere ostendimus, si quando talia quorumdam calumniosa temeritate conscripta sunt, legi apud nos

Marginalia: ' tristitia — * gratiæ — Psal. 33. — Psal. 49. — Ephes. 4.

nos non patimur. Et idcirco, frater cariſſime, cum A ad me talia adverſum te & compreſbyteros tecum confidentes ſcripta veniſſent, & clero & plebi legi præcepi, quæ religioſam ſimplicitatem ſonabant, nec ullis maledictorum & conviciorum latratibus perſtrepebant. Quod autem ſcripta collegarum noſtrorum, qui illic ordinationi tuæ adfuerant, deſideravimus, non veteres mores obliti, novum aliquid quærebamus. Nam ſatis erat, ut tu te epiſcopum factum literis nuntiares: niſi eſſet ex diverſo diſcrepans factio, quæ criminoſis & calumnioſis commentis ſuis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei ſopiendæ neceſſarium duximus, ut ſcribentium nobis inde collegarum noſtrorum firma & ſolida auctoritas * pareretur, qui B moribus ac vitæ & diſciplinæ tuæ condigna literarum ſuarum teſtimonia prædicantes, æmulis quoque & rerum vel novitate vel pravitate gaudentibus, omnem ambigendi, & diſcrepandi ſcrupulum ſuſtulerunt, & ſecundum conſilium noſtrum ſalubri ratione * liberatas in hoc fluctu æſtuantium fratrum mentes, ſincere ac firmiter tuum ſacerdotium probaverunt. Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus, & laborare debemus, ut unitatem a domino, & per apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus: & quod in nobis eſt, palabundas & errantes oves, quas quorumdam pervicax factio, & hæretica tentatio a matre ſecernit, in C eccleſiam colligamus, illis ſolis foris remanentibus, qui in obſtinatione ſua vel furore perſeveraverunt, & ad nos redire noluerunt; diſcretionis ac ſeparationis a ſe factæ, & eccleſiæ derelictæ, ipſi rationem domino reddituri. Quantum vero hic ad " preſbyterium quorumdam & Feliciſſimi cauſam pertinet, quid hic actum ſit, ut ſcire poſſes, literas ad te collegæ noſtri manu ſua ſubſcriptas miſerunt. Qui, auditis eis, quid ſenſerint, & quid pronuntiaverint, ex eorum literis diſces. Melius autem, frater, facies, ſi etiam exempla literarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi per Caldonium & Fortunatum collegas noſtros proxime miſeram, quæ de eodem Feliciſſimo D & de preſbyterio ejuſdem ad * clerum iſtic noſtrum, & ad plebem ſcripſeram, legi illic fratribus jubeas, quæ & ordinationem & rationem rei geſtæ loquantur, ut tam iſtic, quam illic circa omnia per nos fraternitas inſtruatur. Exemplaria autem eadem nunc quoque per Mettium hypodiaconum a me miſſum & Nicephorum acolythum tranſmiſi. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

* pararetur,

* libratæ

" f. preſbyterorum.

* eccleſiam noſtram & ad plebem

EPISTOLA III. " CYPRIANI AD CORNELIVM.

" XLIII. edit. Pam. & Rigal.

Quod ad confeſſores a Novatiano ſeductos literas fecit.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

Et religioſum nobis, & neceſſarium exiſtimavi, frater cariſſime, ad confeſſores, qui illic ſunt, & Novatiani & Novati obſtinatione & pravitate ſeducti, de eccleſia receſſerunt, literas breves facere, quibus eos pro affectione mutua convenirem, ut ad matrem ſuam, id eſt, eccleſiam catholicam, revertantur: quas literas tibi a Mettio hypodiacono legi prius mandavi, ne quis aliud me ſcripſiſſe fingeret, quam quod meis literis continetur. Mandavi tamen eidem Mettio a me ad vos miſſo, ut de tuo arbitrio rem gerat: & ſi eaſdem literas confeſſoribus putaveris eſſe reddendas, tunc eas tradat. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

EPISTOLA IV. " CYPRIANI AD CORNELIVM.

" X[...] edit[...] & R[...]

De Polycarpo Adrumetino.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

Legi literas tuas, frater cariſſime, quas per Primitivum compreſbyterum noſtrum miſiſti, in quibus te comperi motum, quod cum de ' Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigerentur, poſteaquam nos, ego & Liberalis, in eumdem locum veniſſemus, cœpiſſent illuc ad preſbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod ſcire te volumus, & pro certo credere, nulla id levitate aut contumelia factum. Sed cum ſtatuiſſemus collegæ complures, qui in unum conveneramus, ut legatis ad vos coepiſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis, omnia interim integra ſuſpenderentur, donec ad nos iidem collegæ noſtri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent: preſbyteri & diaconi in Adrumetino conſiſtentes, Polycarpo coepiſcopo noſtro abſente, ignorabant, quid nobis in commune placuiſſet. At ubi nos in præſentiam venimus, comperto conſilio noſtro, ipſi quoque id, quod & ceteri, obſervare cœperunt, ut in nullo eccleſiarum iſtic conſiſtentium conſenſio diſcreparet. Quidam tamen mentes nonnunquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam, quam ſe habet veritas, nuntiant. Nos enim ſingulis navigantibus, ne cum ſcandalo ullo navigarent, rationem reddentes, ſcimus nos hortatos eos eſſe, ut eccleſiæ catholicæ matricem & radicem agnoſcerent, & tenerent. Sed quoniam latius fuſa eſt noſtra provincia, habet enim Numidiam & Mauritanias duas ſibi cohærentes, ne in urbe ſchiſma factum abſentium animos incerta opinione confunderet, placuit, ut per epiſcopos, retenta a nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam, facta auctoritate majore, tum demum ſcrupulo omni de ſingulorum pectoribus excuſſo, per omnes omnino in provincia iſta poſitos, literæ fierent, ſicuti fiunt, ut te univerſi collegæ noſtri & communicationem tuam, id eſt, catholicæ eccleſiæ unitatem pariter & caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus eveniſſe, & conſilium noſtrum providenter proceſſiſſe gaudemus. Sic enim nunc epiſcopatus tui & veritas pariter & dignitas apertiſſima luce & manifeſtiſſima & firmiſſima comprobatione fundata eſt, ut ex reſcriptis collegarum noſtrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, & ex relatione ac teſtimoniis coepiſcoporum, Pompei & Stephani, & Caldonii, ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo neceſſaria, & ratio juſta, & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noſcetur. Quod ut ſimul cum ceteris quoque collegis noſtris ſtabiliter ac firmiter adminiſtremus, atque ut catholicæ eccleſiæ pacem concordiæ unanimitate teneamus, perficiat divina protectio, ut dominus, qui ſacerdotes ſibi in eccleſia ſua eligere & conſtituere dignatur, electos quoque & conſtitutos, ſua voluntate atque opitulatione tueatur, gubernantes inſpirans, ac ſubminiſtrans, & ad improborum contumaciam frenandam, vigorem, & ad lapſorum foven-

' Ha[...] tina

fovendam pœnitentiam, lenitatem. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

VII. ame- Ri-

EPISTOLA V. CYPRIANI AD CORNELIVM.

Reſponſum congratulatorium, de confeſſorum reditu ex ſchiſmate.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

ET egiſſe nos, & agere, frater cariſſime, maximas gratias ſine ceſſatione profitemur Deo patri omnipotenti, & Chriſto ejus, domino & Deo noſtro ſalutari, quod ſic eccleſia divinitus protegatur, ut unitas ejus & ſanctitas non jugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ pravitatis obſtinatione vitietur. Legimus enim literas veſtras, & voti communis ampliſſimum gaudium exultanter excepimus, Maximum preſbyterum & Vrbanum confeſſores, cum Sidonio & Macario ad eccleſiam catholicam regreſſos eſſe, id eſt, errore depoſito & ſchiſmatico, imo hæretico furore deſerto, unitatis ac veritatis domicilium fideli ſanitate repetiiſſe, ut unde ad gloriam proceſſerant, illuc glorioſi redirent: ne qui Chriſtum confeſſi eſſent, Chriſti poſtmodum caſtra dereſerent: nec tentarent caritatis atque unitatis fidem, qui victi robore & virtute non fuerant. Ecce, incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & ſolida confitentium dignitas, a deſertoribus & profugis receſſiſſe, proditores fidei & eccleſiæ catholicæ impugnatores reliquiſſe. Merito illos revertentes, ſummo (ut ſcribitis) gaudio, & clerus, & plebs, & fraternitas omnis excepit: quoniam in confeſſoribus gloriam ſuam conſervantibus, & ad unitatem revertentibus, nemo non ſocium ſe & participem eorum gloriæ computat. Hujus diei lætitiam de noſtris poſſumus ſenſibus æſtimare. Nam cum iſtic ad literas veſtras, quas de eorum confeſſione miſiſtis, lætatus ſit omnis fratrum numerus, & ſumma alacritate hunc nuntium communis gratulationis exceperit, quid illic, ubi res ipſa & præſens lætitia ſub oculis omnium gerebatur? Cum enim dominus in evangelio ſuo dicat, *eſſe ſummum gaudium in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente*: quanto majus eſt gaudium & in terris pariter & in cælo, ſuper confeſſoribus ad eccleſiam Dei cum gloria ſua & cum laude redeuntibus, & redeundi viam ceteris exempli ſui fide & probatione facientibus? Hic enim quoſdam fratres noſtros error induxerat, quod ſibi communicationem confeſſorum ſequi viderentur. Quo errore ſublato, lux omnium pectoribus infuſa eſt, & eccleſia catholica una eſſe, nec ſcindi nec dividi poſſe monſtrata eſt. Nec quiſquam jam facile poterit ſchiſmatici furentis verbis loquacibus decipi, cum probatum ſit, bonos & glorioſos Chriſti milites non potuiſſe diu aliena fallacia & perfidia extra eccleſiam detineri. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

IX. m.

EPISTOLA VI. CYPRIANI.

Reſponſum ad Cornelium de Novati ſceleribus.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

ET cum diligentia & cum dilectione feciſti, frater cariſſime, feſtinato ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confeſſoribus regreſſis glorioſam lætitiam nuntiaret, & adverſus Novatiani & Novati novas & pernicioſas ad impugnandam Chriſti eccleſiam machinas pleniſſime inſtrueret. Nam cum pridie iſtuc veniſſet hæreticæ pravitatis nocens factio, ipſa jam perdita, & alios qui ſibi conſenſerint perditura, poſtero die Nicephorus cum veſtris literis ſupervenit: quibus & didicimus, & docere atque inſtruere ceteros cœpimus, Evariſtum de epiſcopo jam nec laicum remanſiſſe, cathedræ & plebis extorrem, & de eccleſia Chriſti exulem, per alias longe provincias oberrare, & ipſum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quoſdam ſui ſimiles paria naufragia concitare: Nicoſtratum vero, diaconio ſanctæ adminiſtrationis amiſſo, eccleſiaſticis pecuniis ſacrilega fraude ſubtractis, & viduarum ac pupillorum depoſitis denegatis, non tam in Africam venire voluiſſe, quam conſcientia rapinarum & criminum nefandorum, illinc ab urbe fugiſſe: & nunc eccleſiæ deſertor ac profugus, quaſi mutaſſe ſit hominem, mutare regionem, confeſſorem ſe ultra jactat & prædicat, cum Chriſti confeſſor nec dici, nec eſſe jam poſſit, qui eccleſiam Chriſti negavit. Nam cum Paulus apoſtolus dicat: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carne una. Sacramentum illud magnum eſt, ego autem dico in Chriſtum & in eccleſiam.* Ephes. 5. Cum hoc, inquam, beatus apoſtolus dicat, & Chriſti pariter atque eccleſiæ unitatem individuis nexibus cohærentem ſancta ſua voce teſtetur, quomodo poteſt eſſe cum Chriſto, qui cum ſponſa Chriſti atque in ejus eccleſia non eſt? Aut quomodo aſſumit ſibi regendæ aut gubernandæ eccleſiæ curam, qui ſpoliavit & fraudavit eccleſiam Chriſti? Nam de Novato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus oſtendi, rerum novarum ſemper cupidus, avaritiæ inexplebilis rapacitate furibundus, arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſtic epiſcopis male cognitus, quaſi hæreticus ſemper & perfidus, omnium ſacerdotum voce damnatus, curioſus ſemper, ut prodat: ad hoc adulatur, ut fallat: nunquam fidelis, ut diligat: fax & ignis, ad conflanda ſeditionis incendia: turbo & tempeſtas, ad fidei facienda naufragia: hoſtis quietis, tranquillitatis adverſarius, pacis inimicus. Denique Novato illinc a vobis recedente, id eſt, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni confeſſores, qui de eccleſia, illo incitante, diſceſſerant, poſteaquam ab urbe ille diſceſſit, ad eccleſiam reverterunt. Idem eſt Novatus, qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminavit, qui quoſdam iſtic ex fratribus ab epiſcopo ſegregavit, qui in ipſa perſecutione ad evertendas fratrum mentes, alia quædam perſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum, diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit: & cum ſua tempeſtate Romam quoque ad evertendam eccleſiam navigans, ſimilia illic & paria molitus eſt, a clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene ſibi cohærentis, & ſe invicem diligentis concordiam ſcindens. Plane quoniam pro magnitudine ſua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commiſit. Qui iſtic adverſus eccleſiam diaconum fecerat, illic epiſcopum fecit. Nec hoc quiſquam miretur in talibus. Feruntur mali ſemper ſuo furore dementes: & poſteaquam ſcelera fecerint, conſcientia ipſa ſceleratæ mentis agitantur. Nec remanere in eccleſia Dei poſſunt, qui deificam & eccle-

ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conversatione, nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque ecclesiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in ejus furore conspicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Vterus uxoris calce percussus, & abortione properante, in parricidium partus expressus: & damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius, qui nascebatur, occisus est. Hanc conscientiam criminum jam pridem timebat: propter hoc se non de presbyterio excitari tantum, sed & communicatione prohiberi, pro certo tenebat. Et urgentibus fratribus, imminebat cognitionis dies, quo apud nos causa ejus ageretur, nisi persecutio ante venisset, quam iste voto quodam evadendæ & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commisit & miscuit, ut qui ejici de ecclesia & excludi debebat, judicium sacerdotum voluntaria discessione præcederet: quasi evasisse sit pœnam, prævenisse sententiam. Circa ceteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris perniciosum latus fugiant, ut lethales laqueos solicitantis evadant, ut, de qua ille pelli divinitus meruit, ecclesiam repetant. Quos quidem, domino adjuvante, per ejus misericordiam regredi posse confidimus. Neque enim potest perire, nisi quem constat esse periturum, cum dominus in evangelio suo dicat: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur.* (Matth. 15.) Qui plantatus non est in præceptis Dei patris & monitis, solus poterit de ecclesia ille discedere: solus, episcopis derelictis cum schismaticis & hæreticis in furore remanere. Ceteros vero nobiscum adunabit Dei patris misericordia, & Christi domini nostri indulgentia, & nostra patientia. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA [a] VII. CYPRIANI AD CORNELIVM.

[a] LV. edit. Pamelii & Rigaltii.

De Fortunato & Felicissimo, sive contra hæreticos.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

LEGI † literas tuas, frater carissime, quas per Saturum fratrem nostrum acolythum misisti, & dilectionis fraternæ, & ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas, quibus significasti, Felicissimum hostem Christi, non novum, sed jam pridem ob crimina sua plurima & gravissima abstentum, & non tantum mea, sed & plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, rejectum a te illic esse: & cum venisset, stipatus* caterva & factione desperatorum, vigore pleno (quo episcopum agere oportet) pulsum de ecclesia esse, de qua jam pridem cum sui similibus, Dei majestate & Christi domini & judicis nostri severitate depulsus est, ne schismatis & dissidii auctor, ne pecuniæ commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, ultra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam, præsentiæ suæ dedecore, & impudica atque incesta contagione violaret. † Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis literis subjunxisti, satis miratus sum, cum animadvertissem, te minis atque terroribus eorum qui venerant aliquantum esse commotum, cum te, secundum quod A scripsisti, aggressi essent cum summa desperatione, comminantes, quod si literas quas attulerant, non accepisses, publice eas recitarent, & multa turpia ac probrosa, & ore suo digna, proferrent. Quod si ita res est, frater carissime, ut nequissimorum timeatur audacia*, & quod mali jure atque æquitate non possunt, temeritate atque desperatione perficiant, actum est de episcopatus vigore, & de ecclesiæ gubernandæ sublimi ac divina potestate: nec Christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas atque insidias pertimescamus. (Nota.) Nam & Gentiles & Iudæi minantur, & hæretici, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolus obsidet, venenatam rabiem suam quotidie furiosa voce testantur: non tamen idcirco cedendum est, B quia minantur: aut ideo adversarius & inimicus major est Christo, quia tantum sibi vindicat & assumit in sæculo. Manere debet apud nos, frater carissime, fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus contra omnes incursus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine & mole debet obsistere. Nec interest, unde episcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis vivit obnoxius, & tamen fit de ipsis terroribus & periculis gloriosus. Neque enim solas Gentilium vel Iudæorum minas cogitare & spectare debemus, cum videamus ipsum dominum a fratribus esse detentum, (Mart. 1 / Ioan. 18) C & ab eo, quem inter apostolos ipse delegerat, proditum: inter initia quoque mundi, Abel justum non nisi frater occiderit, & Iacob fugientem persecutus sit frater infestus, & Ioseph puer venierit vendentibus fratribus. (Genes. 4 / Ibid. 32 / Ibid. 37 / Matth. 1) In evangelio etiam legimus esse prædictum, magis domesticos inimicos futuros: & qui prius copulati sacramento unanimitatis fuerint, ipsos invicem tradituros. Nihil interest, quis tradat aut sæviat, cum Deus tradi permittat, quos disponit coronari. Neque enim nobis ignominia est, pati a fratribus, quod passus est Christus: nec illis gloria est, facere quod fecerit Iudas. Quæ autem sui elatio est, quæ comminantium tumens & inflata ac vana jactatio, illic absenti minari, cum hic me habeant in D potestate præsentem? Convicia eorum, quibus se & vitam suam quotidie lacerant, non timemus: fustes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus jactant, non perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud Deum tales: necare tamen non possunt, nisi eis dominus necare permiserit. Et cum nobis semel moriendum sit, illi tamen & verbis & delictis suis quotidie perimunt. Sed non idcirco, frater carissime, relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis solvenda censura, quoniam conviciis infestamur, aut terroribus quatimur, quando occurrat & moneat scriptura divina dicens: *Ille vero qui præsumit, &* E *contumax est, vir sui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tamquam infernus animam suam.* (Isai. c. 5 / Abac. 2.) Et iterum: *Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus in stercora erit & in vermes. Hodie extollitur, & cras non invenietur, quoniam conversus est in terram suam, & cogitatio ejus periit.* (1. Mach) Et iterum: *Vidi impium exaltatum, & extolli super cedros Libani, & transivi, & ecce non erat: & quæsivi eum: & non est inventus locus ejus.* (Psalm. 3) Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba jactatio, non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de Antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per prophetam dominus, & dicit: *Tu autem dixisti in animo tuo, in cælum ascendam, super* (Isa. 14) *stellas*

† Hæ non extant.

* acerba factione

† Hæc non extat.

stellas Dei ponam sedem meam. Sedebo in monte A *alto, super montes altos in Aquilonem, ascendam super nubes, & similis ero altissimo.* Et addidit, dicens: *Tu vero ad inferos descendes in fundamenta terræ, & qui videbunt te, super te mirabuntur.* Vnde & parem talibus pœnam scriptura divina loco alio comminatur, & dicit: *Dies enim domini sabaoth super omnem injuriosum & superbum, & super omnem elatum & excelsum.* De ore itaque & de verbis suis unusquisque statim proditur, & utrum Christum in corde suo, an vero Antichristum habeat, loquendo detegitur, secundum quod dominus in evangelio suo ait: *Progenies vi-*
12. *perarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? De abundantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit bona, & nequam* B *homo de nequam thesauro emittit nequam.* Vnde & dives ille peccator, qui de Lazaro in sinu Abrahæ posito, atque in refrigerio constituto, implorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur; inter omnes corporis partes magis os ejus & lingua dat pœnas, quia plus scilicet lingua sua & ore peccaverat. Nam cum scriptum sit: *Neque maledici regnum Dei consequentur*: & iterum in evangelio suo do-
5. minus dicat: *Qui dixerit fratri suo, fatue, & qui dixerit raca, reus erit gehennæ ignis*; quomodo possunt censuram Dei ultoris evadere, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quisquis sacerdoti ejus, & ad tempus hic judicanti, non obtemperaret, statim necaretur? In Deu- C teronomio dominus Deus loquitur, dicens: *Et homo * quæcumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut judicem, quicumque fuerit, in diebus illis morietur homo ille & omnis populus, cum*
7. *audierit, timebit, & non agent impie etiam nunc.* Item ad Samuelem, cum a Iudæis sperneretur, Deus dicit: *Non te spreverunt, sed me spreverunt.* Et dominus quoque in evangelio: *Qui audit*, inquit, *vos, me audit, & eum qui me misit: & qui rejicit vos, me rejicit: qui me rejicit, rejicit eum*
8. *qui me misit.* Et cum leprosum mundasset: *Vade*, inquit, *& demonstra te sacerdoti.* Et cum postea tempore passionis alapam accepisset a servo sacer- D dotis, cumque ei dixisset, *Sic respondes pontifici?* adversus pontificem dominus contumeliose nihil dixit, nec quidquam de sacerdotis honore detraxit; sed innocentiam suam magis asserens & ostendens: *Si male*, inquit, *locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* Item in Actibus apostolorum postmodum beatus Paulus, cum ei dictum esset: *Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo?* quamvis domino jam crucifixo, sacrilegi & impii & cruenti illi esse cœpissent, nec jam quidquam de sacerdotali honore & auctoritate retinerent: tamen ipsum, quamvis inane nomen & umbram quamdam sacerdotis cogitans Paulus, *Nesciebam*, inquit, *fratres, quia pontifex est: scri-* E *ptum est enim: Principem populi tui non maledices.* Cum hæc tanta ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis auctoritas & potestas de divina dignatione firmatur; quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes & contra ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus judex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria divina obtempe-

taret fraternitas universa, nemo adversum sacerdotum collegium quidquam moveret: nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, judicem se jam non episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio unitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens, ac tumens, seorsum foris novam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet, sine Dei judicio fieri sacerdotem: cum dominus in evangelio suo dicat: *Nonne duo passeres asse veneunt, & neuter eorum cadit in terram sine Patris vestri voluntate?* Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo, in ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores ejus non de ejus sententia ordinari? Hoc est fidem non habere, qua vivimus: hoc est Deo honorē non dare, cujus nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Plane episcopi non de voluntate Dei fiūt, qui extra ecclesiā fiunt, sed cōtra dispositionem & traditionē evangelii fiūt, sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit, & dicit, *Sibimetipsis regē constituerunt, & non per me.* Et iterum: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabuntur.* Et per Isaiam quoque Spiritus sanctus clamat, & dicit: *Væ vobis filii desertores, Hæc dicit dominus: Habuistis consilium, & non per me: & fecistis conventionem, & non per spiritum meum, adjicere peccata super peccata.* Ceterum, dico enim provocatus, dico dolens, dico compulsus, quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi universi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctus, plebi suæ in episcopatu quadriennio jam probatus, in quiete serviens disciplinæ, in tempestate proscriptus, applicito & adjuncto episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus in circo, in amphitheatro, dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te literas feci, ob sacrificia quæ edicto proposito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo, cum talis, frater carissime, a quibusdam desperatis & perditis, & extra ecclesiam constitutis, impugnari videtur: apparet, quis impugnet, non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit aut protegit, sed ille qui Christi adversarius, & ecclesiæ ejus inimicus, ad hoc ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quemquam fidelem, & evangelii memorem, atque apostoli præmonentis mandata retinentem, movere debet, frater carissime, si quidam in extremis temporibus superbi & contumaces, & sacerdotum Dei hostes, aut de ecclesia recedunt, aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nunc futuros, & dominus & apostoli ejus ante prædixerint. Nec præpositum servum deseri a quibusdam, miretur aliquis, quando ipsum dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes Dei patris factorum suorum testimoniis comprobantem, discipuli sui reliquerint: & tamen ille non increpuit recedentes, aut graviter comminatus est, sed magis conversus ad apostolos suos, dixit: *Numquid & vos vultis ire?* servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem domino fuerat ecclesia, unus pro omnibus loquens, & ecclesiæ voce respon-

Matth. 10. Osee 8. Osee 9. Isai. 30. Ioan. 6. Matth. 16.

Ioan. 6. dens, ait: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognovimus, quoniam tu es Filius Dei vivi.* Significans ſcilicet & oſtendens, eos qui a Chriſto receſſerint, culpa ſua perire: eccleſiam tamen quæ in Chriſtum credat, & quæ ſemel id, quod cognoverit, teneat, nunquam ab eo omnino diſcedere: & eos eſſe eccleſiam, qui in domo Dei permanent. Plantationem vero plantatam a Deo Patre non eſſe, quos videmus non frumenti ſtabilitate ſolidari, ſed tamquam paleas, diſſipantis inimici ſpiritu ventilari. De quibus & Ioannes in epiſtola ſua dicit: *1. Ioan. 2.* *Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum.* Item Paulus monet nos, cum mali de eccleſia pereunt, B non moveri, nec recedentibus perfidis fidem minui. *Rom. 3.* *Quid enim*, inquit, *ſi exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Abſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* *Pſal. 115.* Quod ad nos attinet, conſcientiæ noſtræ convenit, frater cariſſime, dare operam, ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat. Si autem quis ultro & crimine ſuo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad eccleſiam redire noluerit, nos in die judicii inculpatos futuros, qui conſulimus ſanitati: illos ſolos in pœnis remanſuros, qui noluerint conſilii noſtri ſalubritate ſanari. Nec movere nos debent convicia perditorum, quo minus a via recta & a certa regula non recedamus, quando & apoſtolus inſtruat dicens: C *Galat. 1.* *Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* Intereſt, utrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, dominus offenditur: ſi vero enitimur & elaboramus, ut poſſimus Deo placere; & convicia & maledicta debemus humana contemnere. Quod autem tibi de Fortunato iſto pſeudoepiſcopo, a paucis & inveteratis hæreticis conſtituto, non ſtatim ſcripſi, frater cariſſime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos feſtinato ſtatim, quaſi magna aut metuenda, perferri; maxime quando & Fortunati nomen jam ſatis noſſes, qui eſt unus de quinque presbyteris, jam pridem de eccleſia profugis, & ſententia coepiſcoporum noſtrorum, multorum & graviſſimorum virorum nuper * abſtentis, qui ſuper hac re D priore anno ad te literas fecerunt. Item Feliciſſimum ſigniferum ſeditionis recognoſceres, qui & ipſe in iiſdem coepiſcoporum noſtrorum factis ad te pridem literis continetur, qui non tantum ab iis iſtic * abſtentus, ſed abs te illic nuper de eccleſia pulſus eſt. Cum hæc in notitia tua eſſe conſiderem, & pro certo hærere memoriæ & diſciplinæ tuæ ſcirem, neceſſarium non putavi, celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nuntiandas. Neque enim ad catholicæ eccleſiæ majeſtatem, pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud ſe hæreticorum & ſchiſmaticorum moliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos a Novatiano legatum E miſſum, atque a noſtra communicatione rejectum, nunc iſtic ſibi feciſſe pſeudoepiſcopum dicitur. Nec tamen de hoc tibi ſcripſeram, quando hæc omnia contemnantur a nobis, & miſerim tibi proxime nomina epiſcoporum iſtic conſtitutorum, qui integri & ſani in eccleſia catholica fratribus præſunt. Quod utique ideo de omnium noſtrorum conſilio tibi placuit ſcribere, ut erroris diluendi, ac perſpiciendæ veritatis compendium fieret, & ſcires tu & collegæ noſtri, quibus ſcribere, & literas mutuo a quibus vos accipere oporteret. Si quis autem præter hos, quos epi-

* ſeparatis,

* ſeparatus,

A ſtola noſtra complexi ſumus, ſcribere vobis auderet, ſciretis eum vel ſacrificio, vel libello eſſe maculatum, vel unum de hæreticis, perverſum ſcilicet & profanum. Nactus tamen occaſionem familiariſſimi hominis & clerici, per Felicianum acolythum, quem cum Perſeo collega noſtro miſeras, inter cetera, quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato iſto tibi ſcripſi. Sed dum iſtic Felicianus frater noſter vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epiſtolis a nobis detinetur, Feliciſſimo ad vos properante, præventus eſt: ita enim ſemper ſcelera feſtinant, quaſi contra innocentiam feſtinatione prævaleant. Per Felicianum autem ſignificavi tibi, fratrem, veniſſe Carthaginem Privatum veterem hæreticum, in * Lambeſitana colonia ante multos fere annos, ob multa & gravia delicta, nonaginta epiſcoporum ſententia condemnatum, anteceſſorum etiam noſtrorum (quod & veſtram conſcientiam non latet) Fabiani & Donati literis ſeveriſſime notatum: qui cum cauſam ſuam apud nos in concilio, quod habuimus Idibus Maiis, quæ proxime fuerunt, velle ſe agere diceret, nec admiſſus eſſet, Fortunatum iſtum ſibi pſeudoepiſcopum, dignum collegio ſuo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipſe extra eccleſiam in hæreſi pſeudoepiſcopum olim conſtituerat. Sed & Iovinus & Maximus comites cum Privato hæretico adfuerunt, ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe probata, ſententia novem epiſcoporum collegarum noſtrorum condemnati, & iterato quoque a pluribus nobis in concilio anno priore abſtenti. Cum his autem quatuor junctus eſt & Repoſtus Suturnicenſis, qui non tantum in perſecutione ipſe cecidit, ſed & maximam partem plebis ſuæ ſacrilega perſuaſione dejecit. Hi quinque cum paucis vel ſacrificatis, vel male ſibi conſciis, Fortunatum ſibi pſeudoepiſcopum cooptarunt, ut criminibus in unum convenientibus talis eſſet ſcilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc jam & cetera mendacia, frater cariſſime, potes noſcere, quæ illic homines deſperati & perditi ventilaverunt, ut cum de ſacrificatis vel de hæreticis amplius quam quinque pſeudoepiſcopi non fuerint qui Carthaginem venerint, & Fortunatum ſibi dementiæ ſuæ ſocium conſtituerint; illi tamen quaſi filii diaboli, & mendacio pleni, auſi ſunt, ut ſcribis, jactitare vigintiquinque epiſcopos adfuiſſe: quod mendacium & iſtic prius apud fratres noſtros jactitabant, dicentes vigintiquinque epiſcopos de Numidia eſſe venturos, qui ſibi epiſcopum facerent: quo in mendacio ſuo poſteaquam, quinque ſolis convenientibus naufragis & a nobis abſtentis, detecti ſunt, atque confuſi, Romam cum mendaciorum ſuorum merce navigaverunt, quaſi veritas poſt eos navigare non poſſet, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret. Atque hæc eſt, frater, vera dementia, non cogitare, nec ſcire, quod mendacia non diu fallant; noctem tamdiu eſſe quamdiu illuceſcat dies: clarificato autem die, & ſole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ graſſabantur per noctem latrocinia ceſſare. Denique ſi nomina ab eis quæreres, non haberent vel quos falſo nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria eſt, ut ad illos nec de ſacrificatis, nec de hæreticis vigintiquinque colligi poſſint. Et tamen ad decipiendas aures ſimplicium & abſentium mendacio numerus inflatur; quaſi etſi verus eſſet hic numerus, aut ab hæreticis eccleſia, aut ab injuſtis juſtitia vincatur. Nec me oportet, frater cariſſime,

* P[...] tana[...]

Cor[...] 90. por[...]

A cariſſime, paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiſerunt atque hucuſque committunt meo ſermone decurrere; cum conſiderandum ſit nobis, quid proferre & ſcribere ſacerdotes Dei oporteat: nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui; & ne videar provocatus maledicta potius, quam crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus eccleſiæ factis: conjurationes, adulteria, & varia delictorum genera prætereo: unum illud (in quo non mea, nec hominum, ſed Dei cauſa eſt) de eorum facinore non puto eſſe reticendum; quod a primo ſtatim perſecutionis die, cum recentia delinquentiũ facinora ferverent, & ſacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, ſed adhuc manus ipſæ lapſorum atque ora fumarent, B communicare cum lapſis & pœnitentiæ agendæ
22. intercedere non deſtiterunt. Clamat Deus: *Sacrificans diis eradicabitur, niſi domino ſoli.* Et domi-
.10. nus in evangelio dicit: *Qui me negaverit, negabo illum.* Et alio loco indignatio & ira divina non tacet, dicens: *Illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia: ſuper hæc non indignabor? dicit dominus.* Et intercedunt, ne rogetur Deus, qui indignari ſe ipſe teſtatur. Intercedunt, ne exoretur precibus & ſatisfactionibus Chriſtus, qui negantem ſe negare profitetur. Nos in ipſo perſecutionis tempore de hoc ipſo literas miſimus, nec auditi ſumus concilio frequenter acto, non cõſenſione tantum noſtra, ſed & comminatione decrevimus, ut pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam non C agentibus nemo temere pacem daret: & illi contra Deum ſacrilegi, contra ſacerdotes Dei impio furore temerarii, de eccleſia recedentes, & contra eccleſiam parricidalia arma tollentes, elaborant (ut opus ſuum diaboli malitia conſumment) ne vulneratos divina clementia in eccleſia ſua curet; miſerorum pœnitentiam mendaciorum ſuorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti ſatisfiat; ne Chriſtum dominum ſuum, qui Chriſtianus eſſe vel erubuit ante, vel timuit, poſtmodum quærat; ne ad eccleſiam, qui de eccleſia receſſerat, redeat. Datur opera, ne ſatisfactionibus & lamentationibus juſtis delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Pax vera falſæ pacis mendacio tollitur, ſalutaris ſinus matris noverca intercedente præ- D cluditur, ne de pectore atque ore lapſorum fletus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc inſuper lapſi, ut linguis, atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant, ſacerdotibus convicium faciant; confeſſores, & virgines, & juſtos quoſque fidei laude præcipuos atque in eccleſia glorioſos contumeliis & maledicis vocibus proſequantur. A quibus quidem non tam noſtrorum modeſtia, & humilitas, & pudor cæditur, quam illorum ipſorum ſpes & vita laceratur. Neque enim qui audit, ſed qui facit convicium miſer eſt: nec qui a fratre vapulat, ſed qui fratrem cædit, in lege peccator E eſt: & cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere ſe credunt. Denique hinc illis percuſſa mens, & hebes animus, & ſenſus alienus eſt. Ira eſt Dei non intelligere delicta, ne ſequatur pœnitentia, ſicut
9. ſcriptum eſt: *Et dedit illis Deus ſpiritum transpunctionis;* ne revertantur ſcilicet, & curentur, & deprecationibus & ſatisfactionibus juſtis poſt peccata ſanentur. Paulus apoſtolus in epiſtola ſua po-
2. nit & dicit: *Dilectum veritatis non habuerunt ut ſalvi fierent: ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed ſibi placent in injuſtitia.* Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere: ſecundus, delicta cognoſcere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ ſervet, hic ſuccedit medela quæ ſanet: quod utrumque iſti offenſo Deo perdiderunt, & ut amiſſa ſit gratia, quæ de baptiſmi ſanctificatione percipitur, & non ſubveniat pœnitentia, per quam culpa curatur. An putas, frater, levia eſſe adverſus Deum facinora, parva & modica delicta, quod per illos non rogatur majeſtas indignantis Dei? quod non timetur ira, & ignis, & dies domini? quod imminente Antichriſto, exarmatur fides militantis populi, dum tollitur vigor & timor Chriſti? Viderint laici hoc quomodo curent: ſacerdotibus labor major incumbit in aſſerenda, & procuranda Dei majeſtate, ne quid videamur in hac parte negligere, cum admoneat dominus & dicat: *Et nunc* Malach. 2.
præceptum hoc ad vos eſt, o ſacerdotes: Si non audieritis, & ſi non poſueritis in corde veſtro ut detis honorem nomini meo, dicit dominus, immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem veſtram. Honor ergo non datur Deo, quando ſic Dei majeſtas & cenſura contemnitur, ut cum ſe ille indignari & iraſci ſacrificantibus dicat, & cum pœnas æternas & ſupplicia perpetua comminetur, proponatur a ſacrilegis atque dicatur; ne ira cogitetur Dei, ne timeatur judicium domini, ne pulſetur ad eccleſiam Chriſti: ſed ſublata pœnitentia, nec ulla exomologeſi criminis facta, deſpectis epiſcopis atque calcatis, pax a preſbyteris verbis fallacibus prædicetur; & ne lapſi ſurgant, aut foris poſiti ad eccleſiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam ſatis non fuit ab evangelio receſſiſſe, ſpem lapſis ſatisfactionis & pœnitentiæ ſuſtuliſſe, fraudibus involutos, vel adulteriis commaculatos, vel ſacrificiorum funeſta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in eccleſia exomologeſin criminum facerent, ab omni & ſenſu & fructu pœnitentiæ removiſſe; niſi foris ſibi extra eccleſiam & contra eccleſiam conſtituiſſent conventiculum perditæ factionis, cum male ſibi conſciorum & Deum rogare ac ſatisfacere nolentium caterva conflueret. Poſt iſta adhuc inſuper pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, navigare audent, & ad Petri cathedram atque ad eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, a ſchiſmaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos (quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt) ad quos perfidia habere non Rom. 1.
poſſit acceſſum. Quæ autem cauſa veniendi & pſeudoepiſcoporum contra epiſcopos factum nuntiandi? aut enim placet illis quod fecerunt, & in ſuo ſcelere perſeverant: aut ſi diſplicet & recedunt, ſciunt quo revertantur. Nam cum ſtatutum ſit omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuſcujuſque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum, & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat unuſquiſque & gubernet, rationem ſui actus domino redditurus; oportet utique eos quibus præſumus non circumcurſare, nec epiſcoporum concordiam cohærentem ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere, ſed agere illic cauſam ſuam, ubi & accuſatores habere & teſtes ſui criminis poſſint; niſi ſi paucis deſperatis & perditis minor videtur eſſe auctoritas epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conſcientiam multis delictorum laqueis vinctam judicii ſui nuper gravitate damnarunt. Iam cauſa eorum cognita eſt; jam de eis dicta ſententia eſt: nec cenſuræ congruit ſacerdotum mobilis atque inconſtantis

constantis animi levitate reprehendi, cum domi- A nus doceat & dicat: *Sit sermo vester, est est, non non.* Matth. 5. Si eorum qui de illis priore anno judicaverunt numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc adfuerunt judicio & cognitioni, quam sunt iidem isti qui cum Fortunato nunc videntur esse conjuncti. Scire enim debes, frater carissime, eum, posteaquam pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, jam pene ab omnibus esse desertum. Namque ii, quibus in præteritum præstigia obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad ecclesiam regressuri dicerentur; posteaquam viderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie atque ad ecclesiam pulsant: B nobis tamen, a quibus ratio domino reddenda est, anxie ponderantibus, & solicite examinantibus, qui recipi & admitti ad ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renituntur, ut recipi omnino non possint, cum scandalo & periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, ut quæ integra & sana sunt, vulnerentur: nec utilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oves gregi admiscet, ut gregem totum mali cohærentis afflictatione contaminet. O si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum, cum pravi isti & perversi de schismate revertuntur; videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore C sopito recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & lætantur, cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles, & protervi, & vel adulteriis, vel sacrificiis contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi, sic ad ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, imo extorqueo, ut tales patiantur admitti: & justior factus est fraternitatis dolor, ex eo quod unus atque alius, obnitente plebe, & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, pejores extiterunt, quam prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ servare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant. De istis vero quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo D omnium criminum reo navigaverunt, legati a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te literas afferentes, quam est & ipse, cujus literas ferunt, falsus; quam est ejus peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis vita, quam turpis, ut etsi in ecclesia essent, ejici tales de ecclesia debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad ecclesiæ limen accedere, sed foris per provinciam circumveniendis fratribus, & spoliandis pererrant: & omnibus jam satis noti, atque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos navigant. Neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cum sint E acerbissima & gravissima crimina, quæ eis a fratribus ingerantur. Si judicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum: nec ecclesia istic cuiquam clauditur, nec episcopus alicui denegatur; patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præsto est. Opto omnes in ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino, delictis plusquam oportet remittendis pene ipse delinquo: amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales clausam stare ecclesiam domini, nec castra Christi invicta & fortia, & domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei evangelium tenens, & Christi præcepta custodiens occidi potest, non potest vinci. Suggerit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei, qui cum terreri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est, clamans & idemtidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: *Hæc dicit dominus: Dereliquistis vias domini, & dominus derelinquet vos.* 2. Par Neque enim, quia pauci temerarii & improbi cælestes & salutares vias domini derelinquunt, & sancta non agentes a sancto Spiritu deseruntur, ideo & nos divinæ traditionis immemores esse debemus, ut majora esse furentium scelera, quam sacerdotum judicia censeamus; aut existimemus plus ad impugnandum posse humana conamina, quam ad protegendum prævalet divina tutela. An ad hoc, frater carissime, deponenda est catholicæ ecclesiæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta majestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, ut judicare velle se dicant de ecclesiæ præposito extra ecclesiam constituti? de Christiano hæretici? de sano saucii? de integro vulnerati? de stante lapsi? de judice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quam ut ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus, ac domini altare removentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque consessum simulacra atq; idola cum aris suis transeant, & Novatiano declamandi adversum nos atque increpandi largior & plenior materia præstetur; si ii qui sacrificaverunt, & Christum publice negaverunt, non tantum rogari, & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia a Dei sacerdotibus non timentur: neque enim & Antichristus, cum venire cœperit, introibit ecclesiam, quia minatur; aut armis ejus & violentiæ creditur, quia resistentes peremptorum se esse profitetur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri, nec in * pace nos dejiciunt, sed magis erigunt, & accendunt, dum ipsam pacem persecutione pejorem fratribus faciunt. * fac Et optamus quidem ne quod loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoq; delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare illi & exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore deposito ad sanitatem mentis redeant, ut pectora operta delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoscant: & magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseveraverint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic jacens & abjectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas

humilitas & infirmitas vigore & robore domini A
protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut a
quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis
præmium de domino recepturi. Illorum flenda &
lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæ-
cat, ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes,
Antichristi jam propinquantis adventum conen-
tur imitari. Et quamquam sciam, frater carissime,
pro mutua dilectione quam debemus, & exhibe-
mus invicem nobis, florentissimo illic clero tecum
præsidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi
legere te semper literas nostras, tamen nunc & ad-
moneo & peto, ut quod alias sponte atque hono-
rifice facis, etiam petente me facias, ut hac epistola
mea lecta, si quod illic contagium venenati sermo- B
nis, & pestiferæ seminationis irrepserat, id omne
de fratrum auribus & pectoribus exuatur, & bo-
norum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæ-
reticæ detractionis sordibus repurgetur. Declinent
autem de cetero fortiter, & evitent dilectissimi fra-
. 2. tres nostri verba & colloquia eorum, *quorum ser-*
mo ut cancer serpit: sicut apostolus dicit: *Corrum-*
15. *punt ingenia bona confabulationes pessimæ.* Et ite-
rum: *Hæreticum hominem post unam correptionem*
evita, sciens quia perversus est hujusmodi, & peccat,
& est a semetipso damnatus. Et par Salomonem lo-
6. quitur Spiritus sanctus: *Perversus*, inquit, *in ore*
suo portat perditionem, & in labiis suis ignem condit. C
28. Item denuo monet dicens: *Sepi aures tuas spinis, &*
noli audire linguam nequam. Et iterum: *Malus*
7. *obaudit linguæ iniquorum, justus autem non intendit*
labiis mendacibus. Quod, quamquam sciam illic
fraternitatem nostram, vestra scilicet providentia
monitam, sed & sua vigilantia satis cautam, nec
capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tan-
tumque, apud illos prævalere & magisteria & præ-
cepta divina, quantus illis in Deum timor est: ta-
men ex abundanti vel solicitudo nostra, vel cari-
tas scribere ad vos ista persuasit, ut nulla cum tali-
bus commercia copulentur, nulla cum malis con-
vivia vel colloquia misceantur, simusque ab eis
tam separati, quam sunt illi de ecclesia profugi: D
.18. quia scriptum est: *Si autem & ecclesiam contem-*
pserit, sit tibi tamquam ethnicus & publicanus. Et
beatus apostolus non monet tantum, sed & jubet,
T.3. a talibus ut recedatur. *Præcipimus*, inquit, *vobis in*
nomine domini Iesu Christi, ut recedatis ab omnibus
fratribus ambulantibus inordinate, & non secundum
traditionem, quam acceperunt a nobis. Nulla socie-
tas fidei & perfidiæ potest esse. Qui cum Christo
non est, qui adversarius Christi est, qui unitati &
paci ejus inimicus est, nobiscum non potest cohæ-
rere. Si etiam precibus & satisfactionibus veniunt,
audiantur: si maledicta & minas ingerunt, respuan-
tur. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

edit. ii & ii.

EPISTOLA VIII. CYPRIANI AD CORNELIUM PAPAM. E

De confessione ejus.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

COGNOVIMUS, frater carissime, fidei ac vir-
tutis vestræ testimonia gloriosa, & confessio-
nis vestræ honorem sic exultanter accepimus, ut
in meritis ac laudibus vestris, nos quoque partici-
pes ac socios computemus. Nam cum nobis &
ecclesia una sit, & mens juncta, & individua con-
cordia; quis non sacerdos in consacerdotis sui
laudibus, tamquam in suis propriis, gratuletur?
Aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubi-
que lætetur? Exprimi satis non potest, quanta
istic exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de
vobis prospera & fortia comperissemus, ducem te
illic confessionis fratribus extitisse, sed & confes-
sionem ducis de fratrum confessione crevisse: ut
dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ
comites: & confessorem populum suaseris fieri,
dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut
non inveniamus, quid prius prædicare in vobis
debeamus, utrumne tuam promptam & stabilem
fidem, an inseparabilem fratrum caritatem. Vir-
tus illic episcopi præcedentis publice comprobata
est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est:
dum apud vos unus animus, & una vox est, ec-
clesia omnis Romana confessa est. Claruit, fra- Romanæ
tres carissimi, fides, quam de vobis beatus apo- ecclesiæ ro-
stolus prædicavit. Hanc laudem virtutis & robo- bur.
ris firmitatem jam tunc in spiritu prævidebat, &
præconio futurorum merita vestra contestans,
dum parentes laudat, filios provocabat. Dum
sic unanimes, dum sic fortes estis, magna ceteris
fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla
tribuistis. Docuistis granditer Deum timere,
Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus
in periculo jungi, in persecutione fratres a fra-
tribus non separari: concordiam simul junctam
vinci omnino non posse: quidquid simul petitur
a cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Prosi-
lierat adversarius terrore violento Christi castra
turbare: sed quo impetu venerat, eodem im-
petu pulsus est: & quantum formidinis & terro-
ris attulit, tantum fortitudinis invenit & robo-
ris. Supplantare se iterum posse crediderat Dei
servos, & velut tirones & rudes, quasi minus
paratos & minus cautos, solito suo more concu-
tere. Vnum primo aggressus, ut lupus ovem se-
cernere a grege, ut accipiter columbam ab ag-
mine volantium separare tentaverat. Nam cui
non est adversus omnes satis virium, circumve-
nire quærit solitudinem singulorum. Sed retusus
adunati exercitus fide pariter & vigore, intelle-
xit milites Christi vigilare jam sobrios, & arma-
tos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse:
& hoc ipso invictos esse, quia nec mori timent,
nec repugnare contra impugnantes; cum occide-
re innocentibus nec nocentem liceat, sed prom-
pte & animas & sanguinem tradere, ut cum tanta
in sæculo malitia & sævitia grassetur, a malis &
sævis velocius recedatur. Quale illud fuit sub Cornelii
oculis Dei spectaculum gloriosum, quale in con- gloriosa
spectu Christi & ejus ecclesiæ gaudium, ad pu- confessio.
gnam, quam tentaverat hostis inferre, non sin-
gulos milites, sed * semel tota castra prodiisse? * simul
Omnes enim constat venturos fuisse, si audire
potuissent, cum accurrerit properanter, & venerit
quisquis audivit. Quot illic lapsi gloriosa confes-
sione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore
pœnitentiæ facti ad prælium fortiores: ut appa-
reat, nuper * subitatos esse, & novæ atque insuetæ * dubitasse, &
rei pavore trepidasse: rediisse ad se postmodum,
fidem veram & vires suas de Dei timore collectas,
ad omnem patientiam constanter & firmiter ro-
borasse: nec jam stare ad criminis veniam, sed ad
passionis coronam. Quid ad hæc Novatianus, fra-
ter carissime? Vtrumne jam deponit errorem, an
vero (qui dementium mos est) ipsis bonis & pro-
speris nostris plus adactus est ad furorem? & quo
magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic glo-
ria, illic dissensionis & zeli recrudescit insania: nec
vulnus suum miser curat, sed adhuc gravius & se &
suos vulnerat? in perniciem fratrum lingua sua per-

strepens,& facundiæ venenatæ jacula contorquens, A magis durus sæcularis philosophiæ pravitate, quam philosophiæ dominicæ lenitate pacificus, desertor ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis? Agnoscitne jam quis sit sacerdos Dei, quæ sit ecclesia & domus Christi? qui sint Dei servi, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim quærit illos, quos jam subegit: aut gestit evertere, quos jam suos fecit. Inimicus & hostis ecclesiæ, quos alienavit ab ecclesia & foras duxit, ut captivos & victos contemnit & præterit: eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare. Quamquam etsi aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum B constet, si occisi hujusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ: nec in domo Dei inter unanimes habitaturos esse, quos videmus de pacifica & divina domo furore discordiæ recessisse. Hortamur plane, quantum possumus, frater carissime, pro caritate mutua, qua nobis invicem cohæremus, ut (quoniam providentia domini monentis instruimur, & divinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur appropinquare jam certaminis & agonis nostri diem) jejuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cælestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt. Hæc sunt munimenta spiritalia & tela divina, quæ protegunt. Memores nostri invicem simus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua caritate relevemus. Et si quis istinc nostrũ prior divinæ dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiã Patris non cesset oratio. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

Se invicem sancti episcopi hortantur.

Defunctos pro vivis orare.

EPISTOLA * IX. CYPRIANI AD ANTONIANVM DE CORNELIO ET NOVATIANO. D

* LII. edit. Pamelii & Rigaltii.

ARGVMENTVM EX PAMELIO.

Cum Antonianus acceptis literis a Novatiano in partes illius animo propendere cœpisset, confirmat illum Cyprianus in priori sententia: ut nempe cum Cornelio, hoc est, cum ecclesia catholica communicare pergat. Quod ut persuadeat, totius tragœdiæ inter Cornelium & Novatianum historiam texit, & Cornelium virum optimum & legitime electum, Novatianum vero multis sceleribus obnoxium illegitimam electionem usurpasse docet: obiter etiam sub initium epistolæ se excusans de mutata quod ad lapsorum rationem attinet sententia, & sub finem, in quo Novatiana hæresis consistat, explicans.

Cyprianus Antoniano fratri salutem.

ACCEPI primas literas tuas, frater carissime, concordiam collegii sacerdotalis firmiter obtinentes, & catholicæ ecclesiæ cohærentes, quibus significasti cum Novatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum, & cum Cornelio coepiscopo nostro unum tenere consensum. Scripsisti etiam, ut exemplum earumdem literarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni solicitudine jam sciret te secum, hoc est, cum catholica ecclesia communicare. Sed enim supervenerunt postmodũ aliæ literæ tuæ per Quintum compresbyterũ missæ, in quibus animadverti animum tuum Novatiani literis motum nutare cœpisse. Nam cum & consilium & consensum tuum firmiter ante fixisses, desiderasti in his literis, ut rescriberem tibi, quam hæresim Novatianus introduxisset, vel Cornelius qua ratione Trophimo & thurificatis communicet. Quod quidem si pro solicitudine fidei anxie curas, & rei dubiæ veritatem solicitus exploras, reprehendenda nõ est in timore divino æstuantis animi solicitudo suspensa. Quoniam tamen video post primam sententiam epistolæ tuæ, Novatiani literis postmodum te esse commotum, illud, frater carissime, primo in loco pono: graves viros, & semel super petram solida stabilitate fundatos, non dico aura levi, sed nec vento aut turbine commoveri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdam ventorum incursantium flatibus, frequenter agitetur, & a proposito suo cum quadã levitatis reprehensione mutetur. Quod ne vel apud te vel apud quemquam Novatiani literæ faciant, ut desiderasti, frater, rationem rei tibi breviter exponam. Et quidem primum quoniam de meo quoq; actu motus videris, mea apud te & persona & causa purganda est, ne me aliquis existimet a proposito meo leviter recessisse: & cum evangelicũ vigorem primo & inter initia defenderim, postmodum videar animum meum a disciplina & censura priore flexisse: ut his, qui li- C bellis conscientiam suam maculaverint, vel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putaverim. Quod utrumq; non sine librata diu & ponderata ratione a me factum est. Nam cum acies adhuc inter manus esset, & prælium gloriosi certaminis in persecutione ferveret, toto hortatu, & pleno impetu militũ vires fuerant excitandæ, & maxime lapsorum mentes classico quodam nostræ vocis animandæ, ut pœnitentiæ viam non solum precibus & lamentationibus sequerentur, sed (quoniam repetendi certaminis & reparandæ salutis dabatur occasio) ad confessionis potius ardorem, & martyrii gloriam nostris increpiti vocibus provocarentur. Denique cum de quibusdam ad me presbyteri & diaconi scripsissent eos immoderatos esse, & ad communicationẽ accipiendam festinanter urgere; rescribens eis in epistola mea quæ extat, & hoc addidi: Qui si nimium properant, habent in sua potestate quod postulant, tempore ipso sibi plusquam postulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commissi vere & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet, qui differri non potest, potest coronari. De eo tamen quod statuendum esse circa causam lapsorum distuli; ut cum quies & tranquillitas data esset, & episcopis in unum convenire indulgentia divina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collocatione consilio, statueremus quid fieri oporteret: E si quis vero ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam lapsis temere communicare voluisset, ipse a communicatione abstineretur. Quod etiam Romam ad clerum tunc adhuc sine episcopo agentem, & ad confessores Maximum presbyterum & ceteros in custodia constitutos, nunc in ecclesia cum Cornelio junctos, plenissime scripsi, quod me scripsisse, de eorum rescriptis poteris noscere, nam in epistola sua ita posuerunt. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti, prius esse ecclesiæ pacem sustinendam; deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus pariter ac stantibus laicis facta,

facta, lapsorum tractare rationem. Additum est etiam Novatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante, & presbytero Mose, tunc adhuc confessore, nunc jam martyre subscribente, ut lapsis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur. Quæ literæ per totum mundum missæ sunt; & in notitiam ecclesiis omnibus & universis fratribus perlatæ sunt. Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & domini tutela protexit, in unum convenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi ecclesia clauderetur, secuti sæculum gentiliter viverent; nec tamen rursus censura evangelica solveretur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ, & voluntates, & necessitates singulorum, secundum quod libello continetur, quem ad te pervenisse confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. Ac si minus sufficiens episcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipse cum plurimis coepiscopis habito concilio, in eamdem nobiscum sententiam pari gravitate & salubri moderatione consensit. De quo tibi necesse nunc fuit scribere, ut scias me nihil leviter egisse, sed secundum quod literis meis fueram ante complexus, omnia ad commune concilii nostri consilium distulisse, & nemini quidem ex lapsis prius communicasse, quando adhuc erat, unde non tantum indulgentiam, sed & coronam lapsus acciperet: postea tamen sicut collegii concordia, & colligendæ fraternitatis ac medendi vulneris utilitas exigebat, necessitati temporum succubuisse, & saluti multorum providendum putasse, & nunc ab his non recedere, quæ semel in concilio nostro de communi collatione placuerunt, quamvis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia adversus sacerdotes Dei, de diaboli ore prolata, ad rumpendam catholicæ unitatis concordiam ubique jactentur. Sed te oportet ut bonum fratrem atque unanimem consacerdotem, non quid maligni atque apostatæ dicant facile suscipere; sed quid collegæ tui modesti & graves viri faciant, de vitæ & disciplinæ nostræ exploratione perpendere. Venio jam nunc, frater carissime, ad personam Cornelii collegæ nostri; ut Cornelium nobiscum verius noveris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de domini Dei judicio, qui episcopum fecit, & coepiscoporum testimonio, quorum numerus universus per totum mundum concordi unanimitate consensit. Nam, quod Cornelium carissimum nostrum Deo, & Christo, & ecclesiæ ejus, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat; non iste ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus dominum sæpe promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde episcopatum ipsum nec postulavit, nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogantiæ & superbiæ suæ tumor inflat, invasit; sed quietus & modestus, & quales esse consueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ verecundiæ, non ut quidam vim fecit, ut episcopus fieret; sed ipse vim passus est, ut episcopatum coactus acciperet. Et factus est episcopus a plurimis collegis nostris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos literas honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ prædicationis illustres de ejus ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius episcopus de Dei & Christi ejus judicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quæ tunc adfuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio; cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret, quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis jam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet unitatem: quisquis ille fuerit, multum de se licet jactans & sibi plurimum vindicans profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse debeat, factus est, jam secundus ille, sed nullus est. Tum deinde post episcopatum non exambitum, nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate susceptum, quanta in ipso suscepto episcopatu suo virtus? quantum robur animi? qualis firmitas fidei? quod nos simplici corde & perspicere penitus, & laudare debemus: sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur; cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adversus se æmulum principem quam constitui Romæ æmulum sacerdotem. Nonne hic, frater carissime, summo virtutis & fidei testimonio prædicandus est? nonne inter gloriosos confessores & martyres deputandus, qui tantum temporis sedit expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adversus edicta feralia resistentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viscera ejus & membra laniarent? Etiam si majestas domini protegentis & bonitas sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet & timorem, passus est quidquid pati potuit, & tyrannum armis & bello postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit. Quod autem quædam de illo inhonesta & maligna jactantur, nolo mireris, cum scias hoc esse opus semper diaboli, ut servos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet; ut qui conscientiæ suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias, & verissime comperisse, nulla illum libelli, ut quidam jactant, labe maculatum esse, sed neque cum episcopis, qui sacrificaverunt, communicationem sacrilegam miscuisse; sed eos demum, quorum causa audita & innocentia comprobata sit, conjunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor, & mendacium malignorum. Nam sicut antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris carissimus frater noster Cornelius necessitati succubuit: & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad ecclesiam Trophimo, & satisfaciente, & pœnitentia deprecationis errorem pristinum confitente, &

& fraternitatem, quam nuper abstraxerat, cum A plena humilitate & satisfactione revocante, auditæ sunt ejus preces, & in ecclesiam domini non tam Trophimus quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito, susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus, & restituta multorum salus: sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum literæ pertulerunt, quasi locum sacerdotis usurpet. Sed & quod passim communicare sacrificatis Cornelius tibi nuntiatus est, hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur. Neque enim possunt laudare nos qui recedunt: aut expectare debemus ut B placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra ecclesiam rebelles, solicitandis de ecclesia fratribus violenter insistunt. Quare & de Cornelio, & de nobis quæcumque jactantur, nec audias facile, nec credas, frater carissime. Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis, sicut placuit, in periculo subvenitur: posteaquam tamen subventum est, & periclitantibus pax data est, suffocari a nobis non possunt, aut opprimi, aut vi & manu nostra in exitum mortis urgeri: ut quoniam morientibus pax datur, necesse sit mori eos qui acceperint pacem: cum magis in hoc judicium divinæ pietatis & paternæ lenitatis appareat, quod qui C pignus vitæ in data pace percipiunt, hic quoque ad vitam percepta pace teneantur. Et idcirco si accepta pace commeatus a Deo datur, nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, cum semel placuerit fratribus in periculo subveniri. Nec tu existimes, frater carissime, sicut quibusdam videtur, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere, quando inter ipsos etiam qui sacrificaverint, & conditio frequenter & causa diversa sit. Neque enim æquandi sunt, ille qui ad sacrificium nefandum statim voluntate prosilivit, & qui reluctatus & congressus diu ad hoc funestum opus necessitate pervenit: ille qui & se & omnes suos prodidit, & qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens, uxorem, & liberos, & domum totam periculi sui per- D functione protexit: ille qui inquilinos vel amicos suos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit, fratres etiam plurimos qui extorres & profugi recedebant in sua tecta & hospitia recepit, ostendens & offerens domino multas viventes & incolumes animas, quæ pro una saucia deprecentur. Cum ergo inter ipsos qui sacrificarint multa sit diversitas; quæ inclementia est, & quam acerba duritia libellaticos cum iis qui sacrificaverint jungere? quando is cui libellus acceptus est, dicat: Ego prius legeram & episcopo tractante cognoveram non sacrificandum idolis, nec simulacra servum Dei adorare debere; & idcirco, ne hoc facerem quod non licebat, (cum E occasio libelli fuisset oblata, quem nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisset occasio) ad magistratum vel veni, vel alio eunte mandavi Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non posse, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Nunc tamen etiam iste qui libello maculatus est, posteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc se facere debuisse, & si manus pura sit, & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen ejus esse pollutam; flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit nunc admonetur, & non tam crimine quam errore deceptus, quod jam de cetero instructus & paratus sit, contestatur. Quorum si pœnitentiam respuamus habentiū aliquam fiduciam tolerabilis conscientiæ, statim cum uxore, cum liberis, quos incolumes reservaverant, in hæresim vel schisma diabolo invitante rapiuntur: & adscribetur nobis in die judicii, nec ovem sauciam curasse, & propter unam sauciam multas integras perdidisse. Et cum dominus relictis nonaginta novem sanis unam errantem & lassam quæsierit, & inventam humeris suis ipse portaverit; nos non tantum non quæramus lapsos, sed & venientes arceamus: & cum pseudoprophetæ gregem Christi nunc vastare & lacerare non desinant, occasionem canibus & lupis demus, ut quos persecutio infesta non perdidit, eos nos duritia nostra & inhumanitate perdamus. Et ubi erit, frater carissime, quod apostolus dicit? *Omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salventur. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et iterum: *Factus sum infirmus infirmis, ut infirmos lucrarer.* Et iterum: *Si patitur membrum unum, compatiuntur & cetera membra: & si lætatur unum membrum, collætantur & cetera membra.* Alia est philosophorum & Stoicorum ratio, frater carissime, qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Christianos autem & philosophos plurimum distat. Et cum apostolus dicat: *Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam & inanem fallaciam*, vitanda sunt quæ non de Dei clementia veniunt, sed de philosophiæ durioris præsumptione descendunt. De Moyse autem legimus in scripturis dictum: *Et fuit Moyses homo lenis nimis.* Et dominus in evangelio suo dicit: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misertus est vestri.* Et iterum: *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus.* Quam potest exercere medicinam, qui dicit: ego solos sanos curo, quibus medicus necessarius non est? Opem nostram, medelam nostram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos esse, sed magis semianimes jacere eos, quos persecutione funesta sauciatos videmus: qui si in totum mortui essent, nunquā de eisdem postmodum & cōfessores & martyres fierent. Sed quoniam est in illis quod pœnitentia sequente revalescat, ad fidem, & ad virtutem de pœnitentia robur armatur; quod armari non poterit, si quis desperatione deficiat, si ab ecclesia dure & crudeliter segregatus ad gentiles se vias & sæcularia opera converrat, vel ad hæreticos & schismaticos rejectus ab ecclesia transeat. Vbi etsi occisus propter nomen postmodum fuerit extra ecclesiam constitutus, & ab unitate atq; a caritate divisus, coronari in morte non poterit. Et ideo placuit, frater carissime, examinatis causis singulorum, libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subveniri: quia exomologesis apud inferos non est, nec ad pœnitentiam quis a nobis compelli potest, si fructus pœnitentiæ subtrahatur. Si prælium prius venerit, corroboratus a nobis invenietur armatus ad prælium: si vero ante prælium infirmitas urserit, cum solatio pacis & communicationis abscedit. Neque enim præjudicamus domino judicaturo, quo minus si pœnitentiam plenam & justam peccatoris invenerit, tunc ratum faciat quod a nobis fuerit hic statutum. Si vero nos aliquis pœnitentiæ simulatione deluserit, Deus, qui non deridetur, & qui cor hominis intuetur, de his quæ nos minus perspeximus judicat, & servorum sententiam dominus emendet, dum tamen nos meminisse, frater, debeamus scriptum esse: *Frater fratrem adjuvans exaltabitur.* Prov.

Et

Matt.
1. Cor.
1. Cor.
1. Cor.
1. Cor.
Coloss.
Num.
Luc.
Matt.

6. Et apostolum quoque dixisse : *In contemplatione* A
habentes unusquisque, ne & vos tentemini, alter-
utrum onera sustinete, & sic adimplebitis legem Chri-
sti. Item quod superbos redarguens, & arrogan-
o. tiam frangens in epistola sua ponat : *Et qui se pu-*
tat stare, videat ne cadat. Et alio in loco dicat : *Tu*
4. *quis es qui judicas alienum servum? Domino suo stat*
aut cadit : stabit autem : potens est enim Deus statuere
eum. Ioannes quoque Iesum Christum dominum
advocatum & deprecatorem pro peccatis nostris
2. probet dicens : *Filioli mei ista scribo vobis ne delin-*
quatis : & si quis deliquerit, advocatum habemus
apud Patrem, Iesum Christum justum, & ipse est de-
precatio pro delictis nostris. Et Paulus quoque apo-
stolus in epistola sua posuit : *Si cum adhuc pecca-* B
tores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo
magis nunc justificati in sanguine illius liberabimur
per illum ab ira. Cum pietatem & clementiam co-
gitantes, non acerbi adeo, nec duri, nec in foven-
dis fratribus inhumani esse debemus, sed dolere
cum dolentibus, & cum flentibus flere, & eos
quantum possumus auxilio & solatio nostræ dile-
ctionis erigere, nec adeo immites & pertinaces ad
eorum pœnitentiam retundendam, nec iterum so-
luti & faciles ad communicationem temere laxan-
dam. Iacet ecce saucius frater ab adversario in acie
vulneratus. inde diabolus conatur occidere quem
vulneravit, hinc Christus hortatur ne in totum
pereat quem redemit. Cui de duobus assistimus,
in cujus partibus stamus ? utrumne diabolo fave-
mus, ut perimat, & semianimem fratrem jacen- C
tem, sicut in evangelio sacerdos & Levites, præte-
rimus? an vero ut sacerdotes Dei & Christi, quod
& Christus docuit & fecit imitantes, vulneratum
de adversarii faucibus rapimus, ut curatum Deo
judici reservemus ? Nec putes, frater carissime,
hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria de-
ficere, quod lapsis laxata sit pœnitentia, & quod
pœnitentibus spes pacis oblata. Manet vere fiden-
tium robur immobile, & apud timentes ac dili-
gentes corde toto Deum stabilis & fortis perseve-
rat integritas. Nam & mœchis a nobis pœnitentiæ
tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcir-
co virginitas in ecclesia deficit, aut continentiæ
propositum gloriosum per aliena peccata langue- D
scit. Floret ecclesia tot virginibus coronata, & ca-
stitas ac pudicitia tenorem gloriæ suæ servat, nec
quia adultero pœnitentia & venia laxatur, conti-
nentiæ vigor frangitur. Aliud est, ad veniam stare,
aliud ad gloriam pervenire, aliud missum in carce-
rem non exire inde, donec solvat novissimum qua-
drantem, aliud statim fidei & virtutis accipere
mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cru-
ciatum emundari, & purgari diu igne, aliud pec-
cata omnia passione purgasse, aliud denique pen-
dere in die judicii ad sententiam domini, aliud sta-
tim a domino coronari. Et quidem apud antecesf-
sores nostros quidam de episcopis istic in provincia
nostra dandam pacem mœchis non putaverunt, & E
in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clau-
serunt; non tamen a coepiscoporum suorum col-
legio recesserunt, aut catholicæ ecclesiæ unitatem
vel duritie, vel censuræ suæ obstinatione ruperunt;
ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non
dabat, de ecclesia separaretur. Manente concor-
diæ vinculo, & perseverante catholicæ ecclesiæ
individuo sacramento, actum suum disponit &
dirigit unusquisque episcopus, rationem propo-
siti sui domino redditurus. Miror autem quosdam
sic obstinatos esse, ut dandam non putent lapsis
pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment veniam
denegandam, cum scriptum sit : *Memento unde ce-* Apoc. 2.
cideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera.
Quod utique ei dicitur, quem constat cecidisse, &
quem dominus hortatur per opera rursus exurge-
re, quia scriptum est : *Eleemosyna a morte liberat ;* Tob. 4.
& non utique ab illa morte quam semel Christi
sanguis extinxit, & a qua nos salutaris baptismi &
redemptoris nostri gratia liberavit, sed ab ea quæ
per delicta postmodum serpit. Alio item loco pœ-
nitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agenti
dominus comminatur : *Habeo*, inquit, *adversus te* Apoc. 2.
multa, quod uxorem tuam Iezabel, quæ se dicit pro-
pheten, sinis docere, & seducere servos meos, forni-
cari, & manducare de sacrificiis : & dedi illi tempus
ut pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult a forni-
catione. Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea
fornicati sunt in maximam tribulationem, nisi pœni-
tentiam gesserint ab operibus suis. Quos utique ad
pœnitentiam dominus non hortaretur, nisi quia
pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in evan-
gelio : *Dico*, inquit, *vobis, sic erit gaudium in cælo* Luc. 15.
super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super
nonaginta novem justis, quibus non est opus pœniten-
tia. Nam cum scriptum sit : *Deus mortem non fecit,* Sap. 2.
nec lætatur in perditione vivorum, utique qui ne-
minem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam
agere, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire.
Ideo & per Ioel prophetam clamat & dicit : *Et*
nunc dicit dominus Deus : Revertimini ad me ex Ioel 2.
toto corde vestro, simulque & jejunio, & fletu, &
planctu, & discindite corda vestra, & non vestimenta
vestra, & revertimini ad dominum Deum vestrum,
quia misericors & pius est, & patiens, & multæ mi-
serationis, & qui sententiam flectat adversus mali-
tias irrogatas. In psalmis etiam legimus censuram
pariter & clementiam Dei comminantis simul at-
que parcentis; punientis ut corrigat, & cum cor-
rexerit reservantis. *Visitabo*, inquit, *in virga faci-* Psal. 88.
nora eorum, & in flagellis delicta eorum : Miseri-
cordiam autem meam non dispergam ab eis. Domi-
nus quoque in evangelio pietatem Dei Patris
ostendens ait : *Quis est ex vobis homo quem si pe-* Matth. 7.
tierit filius ejus panem, lapidem porriget illi ? aut si
piscem postulaverit, serpentem illi porriget ? Si ergo
vos, cum sitis nequam, scitis bona data dare filiis
vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona
poscentibus se ? Comparat hic dominus carnalem
patrem & Dei Patris æternam largamque pieta-
tem : quod si iste in terris nequam pater offensus
graviter a filio peccatore & malo, si tamen eum-
dem postmodum viderit reformatum, & deposi-
tis prioris vitæ delictis ad sobrios & bonos mo-
res, & ad innocentiæ disciplinam pœnitentiæ do-
lore correctum, & gaudet & gratulatur, & susce-
ptum, quem ante projecerat, cum voto paternæ
exultationis amplectitur; quanto magis unus ille
& verus Pater bonus, misericors & pius, imo ipsa
bonitas & misericordia & pietas lætatur in pœni-
tentia filiorum suorum, nec iram pœnitentibus,
aut plangentibus & lamentantibus pœnam com-
minatur, sed veniam magis & indulgentiam pol-
licetur. Vnde dominus in evangelio *beatos dicit* Matth. 5.
plangentes, quia qui plangit, misericordiam pro-
vocat : qui pervicax & superbus est, iram sibi &
pœnam judicii venientis exaggerat. Et idcirco,
frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec
dolorem delictorum suorum toto corde & mani-
festa lamentationis suæ professione testantes, pro-
hibendos omnino censuimus a spe communica-
tionis & pacis, si in infirmitate atque in periculo
cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti

pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio com- A pellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum. Quod vero ad Novatiani personam pertinet, frater carissime, de quo desiderasti tibi scribi quam hæresim introduxisset; scias nos primo in loco nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat. Quisquis ille est, & qualiscumque est, Christianus non est, qui in Christi ecclesia non est. Iactet se licet, & philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus prædicet; qui nec fraternam caritatem, nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit. Nisi si episcopus tibi videtur, qui episcopo in ecclesia a sexdecim coepiscopis facto, adulter atque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur: & cum sit a Chri- B sto una ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus; ille post Dei traditionem, post connexam & ubique conjunctam catholicæ ecclesiæ unitatem, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat: cumque jampridem per omnes provincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoepiscopos audeat. Quasi possit aut totum orbem novi conatus obstinatione peragrare, aut C ecclesiastici corporis compaginem discordiæ suæ seminatione rescindere; nesciens schismaticos semper inter initia fervere, incrementa vero habere non posse, nec augere quod illicite cœperint, sed statim cum prava sua æmulatione deficere. Episcopatum autem tenere non posset, etiamsi episcopus prius factus, a coepiscoporum suorum corpore & ab ecclesiæ unitate descisceret, quando apostolus admoneat, ut invicem nosmetipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat: *Sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis.* Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec conjunctionem pacis observat, & se ab D ecclesiæ vinculo atque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem voluit tenere, nec pacem. Tum deinde quantus arrogantiæ tumor est, quanta humilitatis & lenitatis oblivio, arrogantiæ suæ quanta jactatio, ut quis aut audeat, aut facere se posse credat, quod nec apostolis concessit dominus, ut zizania a frumento putet se posse discernere, aut quasi ipsi paleam auferre & aream purgare concessum sit, paleas conetur a tritico separare. Cumque apostolus dicat: *In domo autem magna non solum vasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia*, aurea & argentea vasa videatur eligere, lignea vero & fi- E ctilia contemnere, abjicere, damnare, quando non nisi die domini vasa lignea divini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo, cui data est ferrea virga, frangantur. Aut si se cordis & renis scrutatorem constituit & judicem, per omnia æqualiter judicet, & cum sciat scriptum esse: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat*, fraudatores & mœchos a latere atque a comitatu suo separet: quando multo & gravior & pejor sit mœchi quam libellatici causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit: hic existimans sibi satis esse quod non sacrificaverit, errore deceptus sit; ille matrimonii expugnator alieni,

Ephes. 4. — Matth. 13. — 1. Tim. 2. — Ioan. 5.

vel lupanar ingressus ad cloacam & cœnosam voraginem vulgi, sanctificatum corpus & Dei templum detestabili colluvione violaverit: sicut apostolus dicit: *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem mœchatur, in corpus suum peccat.* Quibus tamen & ipsis pœnitentia conceditur, & lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur, secundum ipsum apostolum dicentem: *Timeo ne forte veniens ad vos lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam de immunditiis quas fecerunt & fornicationibus & libidinibus.* Nec sibi in hoc novi hæretici blandiantur, quod se dicant idololatris non communicare, quando sint apud illos & adulteri & fraudatores, qui teneantur idololatriæ crimine, secundum apostolum dicentem: *Hoc enim scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immundus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.* Et iterum: *Mortificate itaque membra vestra quæ in terra sunt, exponentes fornicationem, immunditiam, & concupiscentiam malam & cupiditatem, quæ sunt idolorum servitus, propter quæ venit ira Dei.* Nam cum corpora nostra membra sint Christi, & singuli simus templum Dei, quisquis adulterio templum Dei violat, Deum violat; & qui in peccatis committendis voluntatem diaboli facit, dæmoniis & idolis servit. Neque enim mala facta de sancto Spiritu veniunt, sed de adversarii instinctu, & de immundo spiritu natæ concupiscentiæ contra Deũ facere, & diabolo servire compellunt. Ita fit ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt, & idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire sua asseveratione contendunt, excusari secundum suam vocem non possint ab idololatriæ crimine, cum constet de apostolica probatione mœchos & fraudatores, quibus illi communicant, idololatras esse. Nobis autem secundum fidem nostram, & divinæ prædicationis datam formam competit ratio veritatis, unumquemque in peccato suo ipsum teneri, nec posse alterum pro altero reum fieri, cum dominus præmoneat & dicat: *Iustitia justi super eum erit, & scelus scelerati super eum erit.* Et iterum: *Non morientur patres pro filiis, & filii non morientur pro patribus. Vnusquisque in peccato suo morietur.* Quod legentes scilicet & tenentes, neminem putamus a fructu satisfactionis & spe pacis arcendum, cum sciamus juxta scripturarum divinarum fidem, auctore & hortatore ipso Deo, & ad agendam pœnitentiam peccatores redigi, & veniam atque indulgentiam pœnitentibus non denegari. Atque o frustrandæ fraternitatis irrisio! o miserorum lamentantium caduca deceptio! o hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio! hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam: dicere fratribus nostris, Plange & lacrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra ecclesiam post omnia ista morieris: quæcumque ad pacem pertinent facies; sed nullam pacem, quam quæris, accipies. Quis non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animum suum a proposito lamentationis avertat? Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: Agrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste; sed nullam messem metes, nullam vindemiam premes, nullos oliveti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel si ei, cui dominium est, usum navium suadeas, & dicas: Materiam de excellentibus silvis mercare,

1 Cor. 6 — 2. Cor. 1[2] — Ephes. 5 — Coloss. 3 — Ezech. 1[8] — 4. Reg. 1[4]

mercare, frater, carinam prævalidis & electis roboribus intexe, clavo, funibus, velis, ut fabricetur atque armetur navis, operare: sed cum hæc feceris, fructum de actibus ejus & cursibus non videbis. Præcludere est atq; abscindere iter doloris ac pœnitendi viam, ut cum in scripturis dominus Deus revertentibus ad se & pœnitentibus blandiatur, nostra duritia & crudelitate dum fructus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentia ipsa tollatur. Quod si invenimus a pœnitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecantibus atque exorantibus domini misericordiam, secundum quod ille misericors & pius est, per sacerdotes ejus pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde pœnituerint & rogaverint, in ecclesiam debent interim suscipi, & in ipsa domino reservari, qui ad ecclesiam suam venturus de illis utique, quos in ea intus invenerit, judicabit. Apostatæ vero & desertores, vel adversarii & hostes, & Christi ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti, secundum apostolum, possunt ad ecclesiæ pacem, quando nec Spiritus, nec ecclesiæ tenuerunt unitatem. Hæc interim, frater carissime, pauca de multis quantum potui breviter decurri, quibus & desiderio tuo satisfacerem, & te magis ac magis collegii & corporis nostri societati conjungerem. Si autem tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit, plura in commune conferre, & uberius ac plenius quæ in salutarem concordiam faciant, tractare poterimus. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

DECRETVM CORNELII PAPÆ ex Gratiani decreto desumptum, in prioribus decretalibus non extans.

Vt a jejunis juramenta præstentur.

Honestum etiam videtur, ut qui in sanctis audet jurare, hoc jejunus faciat cum omni honestate & timore Dei; & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare.

[a] CONCILIVM CARTHAGINENSE PRIMVM IN CAVSA LAPSORVM CELEBRATVM anno CCLIV. tempore Cornelii papæ.

[a] *Concilium.*] Carthaginense concilium hoc habitum est Carthagine post pascha, anno domini 254. estque Cypriano episcopo auctore convocatum. Initio illius legati, quos Novatianus cum literis ad Africanam ecclesiam scriptis allegaverat, a Cypriano excommunicantur: patres autem in synodo congregati literas eorum, quas ipsi calumniis & mendaciis in sanctum Cornelium plenissimas publice in concilio legi urgebant, schismatis causa ex literis Cornelii, relatione quorumdam ecclesiæ episcoporum Roma revertentium, plene cognita rejiciunt, tamquam indignas quæ in tam sacro sacerdotum conventu legantur & audiantur. Cyprianus epistola 41. 42. & 55. Felicissimus schismatis Africani infelix auctor, & quinque illi presbyteri Carthaginenses fidei desertores, ac schismatici sectarii, de quibus Cyprianus epistola 40. jam ante bis excommunicati, in hoc sacro episcoporum conventu, causam suam acturi adsunt, audiuntur, & demum tertio excommunicantur. Id aperte constat ex epist. Cypriani 52. & 55. item ex literis synodicis ad Cornelium scriptis, quarum quidem S. Cyprianus epist. 42. meminit, sed injuria temporum interciderunt. Decretum est in hoc concilio, ut lapsi pœnitentiam agentes in ecclesiæ communionem quidem recipiantur; sed non citra urgentem necessitatem ante satisfactionis tempus impletum admittantur. Hæc Cyprianus epist. 52. ad Antonianum scribens his verbis significat: *Secundum quod tamen antea fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & domini tutela protexit, in unum convenimus: & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi ecclesia clauderetur, secuti sæculum, gentiliter viverent: nec tamen rursus censura evangelica solveretur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum.* Vide Baron. anno Christi 254. num. 83. usque ad 90. exclusive.

ANNO CHRISTI 254. " 252.

CONCILIVM ROMANVM I. IN CAVSA LAPSORVM,

Celebratum anno " CCLIV. tempore Cornelii papæ. " 252. aut initio 253.

Auctoritate Cornelii pontificis ad petitionem Cypriani Romæ hæc synodus ob eamdem lapsorum causam anno 254. celebrata est: in qua decretum Carthaginensis concilii, de quo supra, confirmatum est; nimirum, ut lapsi ad pœnitentiam quidem admitterentur, sed ad communionem non nisi tempore satisfactionis peracto reciperentur. Hæc omnia ex eadem 52. epistola Cypriani ad Antonianum probantur his verbis: *Ac si minus sufficiens episcoporum numerus in Africa videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipse cum plurimis coepiscopis habito concilio, in eamdem nobiscum sententiam, pari gravitate & salubri moderatione, consensit,* &c.

Tempus, locus & causa concilii.

Primum decretum concilii.

De sacerdotibus lapsis hoc peculiariter decretum, & constitutum est hoc eodem concilio, ut sacerdotes lapsi prævia pœnitentia & satisfactione ad ecclesiam quidem recipiantur, sed a sacerdotali functione deinceps abstineant, & laica tantum communione contenti in ecclesia communicent. Hoc decretum per literas Cornelius promulgavit, ut testatur Cyprianus epistola 67. in fine. Vigore hujus decreti Cornelius pontifex, ut constat ex 52. epistola Cypriani, Trophimum quemdam episcopum lapsum, ad laicam tantum communionem recepit, eique, quamquam ad ecclesiam admissus esset, episcopali munere interdixit. Eamdem constitutionem a Fortunatio episcopo Assuritano lapso non observatam fuisse, Cyprianus epistola 64. vehementer exclamat. Item epistola 68. de Basilide & Martiale loquens, eo quod lapsi essent, hæc ad Hispanos scribit: *Frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines nec ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre debere: maxime cum jampridem nobiscum & cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac justus, & martyrio quoque dignatione domini honoratus, decreverit, hujusmodi homines* (lapsos nimirum sacerdotes & episcopos) *ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi.* Baron. anno 254. num. 90. & 91.

Decretum concilii.

Trophimus episcopus lapsus recipitur ad laicã communionẽ.

CONCI-

ANNO CHRISTI 255. " 253.

CONCILIVM ROMANVM II. QVO NOVATIANVS CONDEMNATVR,

Anno " CCLV. *sub Cornelio papa.*

" 253.

Anno domini 255. Romæ sub Cornelio pontifice habitum est hoc concilium, in quo 60. episcopi congregati, decreverunt; Novatianum ejusq; fautores schismaticos, eo quod ab unitate ecclesiæ ipsi se præscidissent, & lapsis pœnitentiam & reconciliationem denegarent, excommunicandos esse, sicuti etiam de facto excõmunicatos denuntiarunt: lapsos vero ad reconciliationem & pœnitentiam admittendos esse decreto suo confirmarunt. Acta hujus concilii, cum subscriptionibus episcoporum, teste Eusebio lib. 6. cap. 35. in extrema parte illius epistolæ, quam Cornelius ad Fabium Antiochenum scripsit, extiterunt, sed magno antiquitatis ecclesiasticæ detrimento exciderunt. De hoc concilio prædicto lib. 6. cap. 35. hæc Eusebius: *Ob quam rem* (Novatianum aliosq; ejusdem schismatis sectatores) *concilium maximum Romæ cogitur: in quo sexaginta episcopi, atque presbyteri totidem atque amplius, una cum diaconis in unum conveniunt. A pastoribus etiam, separatim per singulas cujusque regionis provincias, quid ea de re agendum esset, deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandem decernitur; Novatianum ejusque fautores tanta superbia inflatos, & quotquot illius inhumanissimæ, & a fraterna caritate alienissimæ opinioni assentirentur, in eorum numero qui erant ab ecclesia exclusi haberi: fratres autem, qui casu infelici prolapsi fuissent, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad sanitatem restitui.* Vide Baron. anno domini 255. num. 2. & 3.

Novatianus excommunicatur.

CONCILIVM ITALICVM SVB CORNELIO PAPA, de causa Novatiani,

Celebratum anno domini " CCLV.

" 253. aut circiter.

Decretum hujus concilii.

Episcopos Italiæ ob hanc eamdem causam Novatiani circa hæc tempora convenisse, idem quod præcedente Romano concilio secundo constitutum est, confirmasse, & decrevisse, testatur Hieron. lib. de scriptor. eccles. in Cornelio, hisce verbis: *Cornelius Romanæ urbis episcopus, &c. scripsit epistolam ad Flavianum Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de synodo Romana, Italica, & Africana.* Eusebius prædicto libro 6. cap. 35. de hoc concilio hæc ait: *Epistolæ quidem Cornelii episcopi Romani scriptæ ad Fabium episcopum ecclesiæ Antiochenæ, ad nos pervenerunt, quæ tum acta concilii Romæ habiti, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, evidenter declarant.* Vide Baronium anno domini 255. num. 2. & 3.

CONCILIVM CARTHAGINENSE II. IN CAVSA SCHISMATICORVM Felicissimi & Novatiani,

Celebratum anno " CCLV. *sub Cornelio papa.*

253.

Tempus, locus & causa habiti concilii. " 253.

Hoc concilium anno domini " 255. Idibus Maii Carthagine in Africa celebratum est, in causa duorum schismaticorum, Felicissimi nimirum, & Novatiani, quorum ille omnes omnino lapsos absque pœnitentia mox suscipi debere pertinaciter defendebat: Novatianus vero in alteram extremum nimis declinans, neminem eorum qui lapsi essent in ecclesiam recipiendum esse non minore pertinacia asserebat. Ad hanc ergo controversiam determinandam, auctoritate Cypriani episcopi, quadraginta duo episcopi Africanæ ecclesiæ congregantur, qui media via incedentes, definiverunt lapsis reditum ad ecclesiam postulantibus, pacem & reconciliationem concedendam esse, si impositam sibi pœnitentiam adimplevissent: idque ordinarie observari constituerunt, nisi vel vitæ extremæ periculum imminens, vel instans tyrannorum persecutio (quam futuram esse Spiritus sanctus Cypriano revelaverat) pœnitentiarum injunctarum, aut etiam injungendarum, indulgentiam, relaxationem & dispensationem postularet. Privatus veterator hæreticus, ut causam suam ageret, ad hanc synodum ipse cum suis introire tentavit quidem, sed quia antea sæpe damnatus fuisset, repulsus est: qua de causa ille sociis quibusdam collectis, Fortunatum quemdam profugum & abstentum, adversus Cyprianum, pseudoepiscopum creat, & postea statim per Felicissimum, & magnam schismaticorum catervam ad Cornelium papam ablegatam, ut schismatis & hæreseos suspicionem averterent, apostolicæ sedis communionem solicite admodum appetunt. Verum cum Romam adnavigassent, & a pontifice Cornelio aliquoties audiri & recipi postulassent, eique contra Cyprianum querelas offerre tentassent, ab eodem protinus rejecti sunt: quippe qui per literas a Cypriano scriptas, hos schismatis atque hæreseos auctores & propugnatores, profugos & absentes, jam satis cognovisset. Vide Baronium anno 255. num. 5. sequentibus. Synodica epistola ad Cornelium transmissa extat apud Cyprianum inter suas " 54. quam huc transtulimus commode.

ANNO CHRISTI 255.

Decretum concilii.

Privatus hæreticus ab ad concilium repellitur.

" Eu... quoq... vat... in ec... Pame... Riga...

EPISTOLA D. CYPRIANI ET SYNODI AFRICANÆ AD CORNELIVM.

De lapsis.

*Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Iunius, Marutius, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Sattius, Secundinus, alius Saturninus, Eutyches, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculanus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hortensianus, Gerianus, Iambus, Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortunatus, Rogatus, & * Mummillus, Cornelio fratri salutem.*

* Mu... lus, ...

STATVERAMVS quidem jampridem, frater carissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario, vel lapsi fuissent, ac sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam: & si periculum infirmitas urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & divina clementia, ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus & deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes, sine communicatione & pace domini dimitterentur; quando " permiserit ipse, qui legẽ dedit, *ut ligata in terris, etiam in cælis ligata essent*: solvi autem possent illic, quæ hic prius in ecclesia solverentur. Sed enim cum videamus diem rursus

" f. p... serit. Matth... & 18...

rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris præparemus, & omnes omninò milites Christi, qui arma desiderant, & prælium flagitant, intra castra domini colligamus; necessitate cogente censuimus, eis qui de ecclesia domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere, & lamentari, ac dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium (quod imminet) armari & instrui oportere. Obtemperandum est namque ostensionibus atque admonitionibus justis, ut a pastoribus oves in periculo non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur, & exercitus domini ad certamen militiæ cælestis armetur. Merito enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur, quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas, & subvenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est: nec morientibus sed viventibus communicatio a nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & cum ad hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela; quos tutos esse contra adversarium volumus, munimento dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia poculum domini jure communicationis admittimus? Interesse debet, frater carissime, inter eos, qui vel apostataverunt, & ad sæculum, cui renuntiaverant, reversi, gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt: & inter eos qui ab ecclesiæ limine non recedentes, & implorantes jugiter ac dolenter divina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem non deliciis, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus, & optamus, & credimus, fortiter steterint, & adversarium nobiscum in congressione prostraverint, non pœnitet pacem concessisse tam fortibus: imo episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Si autem (quod dominus avertat a fratribus nostris) aliquis lapsorum fefellerit; ut pacem subdole petat, & impendentis prælii tempore communicationem non præliaturus accipiat; seipsum fallit, & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronuntiat. Nos, inquantum nobis & videre & judicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari & mentem perspicere non possumus. *De his judicat occultorum scrutator & cognitor citò venturus, & de arcanis cordis atque abditis judicaturus.* Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adjuvari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est, quia sunt quidam negaturi; cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Ne quisquam dicat: Qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab episcopo necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem, & accepturo majorem de domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta eucharistia erigit & accendit. Dominus enim in evangelio suo ait: *Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quando autem dicat, in traditis atque in confessione nominis constitutis, loqui Spiritum Patris, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri, qui non prius, pace accepta, receperit Spiritum Patris, qui corroborans servos suos, ipse loquitur & confitetur in nobis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus & languore decesserit; nonne nobis imputabitur, quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo & parentibus ac liberis, sequi dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione decedit? Nonne nobis vel negligentia segnis, vel duritia crudelis ascribetur in die judicii, quod pastores, creditas & commissas nobis oves nec curare in pace, nec in acie voluerimus armare? Nonne nobis ingeretur a domino, quod per prophetam suum clamat, & dicit: *Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis: & quod crassum est, interficitis, & oves meas non pascitis: quod infirmatum est, non confirmastis, & quod male habuit, non corroborastis, & quod contribulatum est, non consolati estis; & quod errabat, non revocastis, & quod periit, non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis labore: & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sunt pastores, & factæ sunt in comesturà omnibus bestiis agri: & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos, ut non pascant oves meas, & jam non pascent eas, & extraham oves meas de ore eorum, & pascam eas cum judicio.* Ne igitur ore nostro quo pacem negamus, quod duritiam magis humanæ crudelitatis, quam divinæ & paternæ pietatis dulcedinem opponimus, oves nobis commissæ a domino reposcantur; placuit nobis, sancto Spiritu suggerente, & domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænuntiatur, & ostenditur colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, imo pugnaturis arma suggerere: quod credimus vobis quoque, paternæ misericordiæ contemplatione, placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit, qui urgente certamine pacem fratribus & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die judicii domino, vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos, quod fidei & caritati & solicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra, protulimus: diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem qualis fuit, sed graviorem multò & acriorem multo venire: hoc nobis divinitus frequenter ostenditur, de hoc nos providentia & misericordia domini sæpius admonere dignatur; de cujus ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

[Margin notes: ANNO CHRISTI 255. 253. — Matth. 10. Ex hoc loco & similibus confirmatur necessitas confessionis. — Ezech. 34. — Vides quomodo confirmari petant quodammodo suâ a Cornelio ut summo pontifice, sententiam.]

" ** SYNODI TRES EX LIBELLO synodico.

ROMANA, CORNELII.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, πατέρων μακαρίων, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα, ὑπὸ Κορνηλίου τοῦ μακαριωτάτου παπα, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναύατον, παγίδα τῶν μετανοεῖν βουλομένων.

SYNODVS divina & ſacra provincialis patrum beatorum Romæ congregata a Cornelro beatiſſimo papa, aliiſque octodecim epiſcopis: quæ Novatum, laqueum illum pœnitentiam agere volentium, abdicavit.

CARTHAGINENSIS, CYPRIANI.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Καρθαγένῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καλουμένῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ, γενομένου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναύατον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πταίουσι κλείοντα.

SYNODVS divina & ſacra provincialis, Carthagine, nova Africæ civitate dicta, collecta a ſacro martyre Cypriano, qui ejus erat epiſcopus, aliiſq; octoginta quatuor epiſcopis: quæ Novatū, utpote pœnitentiam lapſis negantem, abdicavit.

ANTIOCHENA, DEMETRII.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα, ὑπὸ Δημητριανοῦ τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καθελοῦσα Ναύατον, ὡς ὄντα φιλαμαρτήμονα.

SYNODVS divina & ſacra provincialis Antiochiæ collecta a Demetrio, ejuſdem ſanctiſſimo epiſcopo: quæ Novatum depoſuit, tanquam qui peccatoribus patrocinaretur.

ANNO CHRISTI 255. "253.

VITA, EPISTOLA, ET DECRETA LVCII PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damaſi papæ.

[a] LVCIVS natione Romanus, ex patre ' Porphyrio, [b] ſedit annos tres, menſes tres, dies tres. Martyrio coronatur. [c] Fuit autem temporibus Galli & Voluſiani, uſque ad Valerianum ' ſecundo & Gallienum coſſ. [d] Hic in exilio fuit relegatus, poſtea nutu Dei, incolumis ad eccleſiam reverſus eſt. Hic præcepit, ut duo presbyteri & tres diacones in omni loco epiſcopū non deſererent, propter teſtimonium eccleſiaſticū. [e] Qui etiā a Valeriano capite truncatus eſt, quarto nonas Martii. Hic omnem poteſtatem eccleſiæ dedit archidiacono ſuo Stephano, dum ad paſſionem pergeret. Hic fecit ordinationes * duas per menſem Decembrē, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, [f] epiſcopos per diverſa loca ſeptem. Qui etiā ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, & ceſſavit epiſcopatus dies 35.

' Parſurio

' tertio.

* tres

NOTÆ SEVERINI BINII.

Lucius pontifex quando. "253.

[a] *Lucius*] Poſt interregnum 35 dierum, an. Chriſti " 255. 20. Octobris, qui eſt ſecundus Galli & Voluſiani, Lucius pontifex, qui Cornelium ad Centumcellas in exilium ſecutus fuerat, ad urbem cum collegis reverſus, unanimi omnium conſenſu eidem Cornelio ſuccedit. Poſtquā vero ad apoſtolicæ cathedræ culmen aſſumptus eſſet, B. Cyprianus literis ad eum ſcriptis plurimum illi gratulatus eſt. Durante adhuc perſecutione, quæ a Decio cœpta, a Gallo & Voluſiano continuata eſt, juſſu imperatoris in ipſo pontificatus ſui ingreſſu relegatur; verum monitu Spiritus ſancti anno Chriſti " 256. Romam ab exilio revertitur, ob quam rem illi feliciter reſtituto, poſt partam confeſſionis gloriam, Cyprianus ſecunda epiſtola ad eum ſcripta gratulatur. Quam epiſtolam unicam apud Cyprianum extantem, quod ad hiſtoriam hanc eccleſiaſticam recte intelligendam multum conferat, huc transferri & epiſtolæ Lucii ſubjungi procuravi. Quæ vero ad Lucium papam perperam inſcripta eſt 77. Cypriani epiſtola, non ad Lucium Romanum pontificem, ſed ad alium epiſcopum ejuſdem nominis ſcripta eſt. Sicut illa 79 Lucii ad Cyprianum, non eſt pontificis Romani, ſed alterius cujuſdam cognominis epiſcopi. Baron. anno 257. num. 4. Hujus pontificatu peſtis ingens & immanis omnes totius orbis provincias depopulata eſt. Eutrop. in Gallo &c. Euſeb. in chron. Hanc peſtem dira fames & atrocia bella comitabantur: quæ cum impius Demetrianus Africæ proconſul in invidiam Chriſtianorum refunderet, & eorum impietate omnia mala hæc mortalibus contingere affirmaret, Cyprianus pulchra & acri apologia ſceleſti præſidis audaciam retundit, & plane compeſcit. Clariſſimum de Lucio & Cornelio S. Cypriani elogium extat ejus epiſt. 67. his verbis: *Servandus eſt anteceſſorum noſtrorum, beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater cariſſime, honorificare & ſervare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei, & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non eſſe, literis ſuis ſignaverunt, quam rem omnes omnino utique cenſuimus: neque enim poterat apud nos eſſe ſenſus diverſus, in quibus unus eſſet Spiritus.* Hæc Cyprianus prædicto loco. Baron. anno 255. num. 64 item 256. num. 2. & ſeqq.

Luci[us] [re]lat. "254.

Epiſt. Cypr. ad Lu[cium] quæ quot. Peſtis [...] mes [...] Lucio

Lucii [...]

[b] *Sedit annos tres, &c.*] Si, quod infra ſcribit auctor libri pontificalis, per menſem Decembrem duas ordinationes fecerit, & 4. Nonas Martii, ſub conſulatu Valeriani & Gallieni capite truncatus ſit, non 8. dumtaxat menſibus, ut ſcribit Euſeb ſed uno anno, quatuor menſibus & 12. diebus ſediſſe oportuit. Baronius anno 257.

Temp[us] [ſe]dis.

[c] *Fuit temporibus Galli*] Anno ſecundo Galli & Voluſiani pontifex creatus, quarto eorumdem imperatorum anno inchoato, capite truncatus martyrium conſummat. Euſeb. in chron. & in hiſt. libro 7. cap. 2. Vide quæ infra dicemus, verbis: *Qui etiam a Valeriano*, &c.

[d] *Hic in exilio fuit relegatus.*] Bis ob confeſſionem fidei exulavit; ſemel cum Cornelio, de quo exilio ſupra egimus, & ſemel jam pontificatum adeptus, ut conſtat ex epiſt. Cypriani 58. ad eumdem ſcripta.

Quoti[es] exular[it].

[e] *Qui etiam a Valeriano capite truncatus eſt.*] Dionyſius Alexandrinus, qui his temporibus vixit, ideoque ad rerum geſtarum veritatem probandam inſtar omnium eſſe poteſt ac debet, apud Euſeb. lib. 7. cap. 9. abſque ulla ambiguitate teſtatur, Valerianum permultis ab exordio imperii ſui annis, optime meritum, nihil illis negotii faceſſiviſſe: martyrium igitur Lucii pontificis, quod, teſte Cypr. epiſt. 58. ſæviente perſecutione factum eſt, non Valeriani, ſed Galli potius ac Voluſiani juſſu contigiſſe neceſſario affirmari debet: quamquam quod hic dicitur a Valeriano capite truncatus eſſe, duplici ratione hac optime & veriſſime exponi poſſit: primo, ut per nomen Valeriani hic poſitum, intelligatur Valeriani perſecutio; ita tabulæ eccleſiaſticæ habent: ſub qua perſecutione Lucium martyrio affectum eſſe veriſſimum eſt. Quæ enim perſecutio Decio auctore cœpta eſt, & Valeriani cenſura approbata fuit (nam illo tempore Valerianus cenſorem agebat, cujus hoc officii erat, ut latis legibus facinoroſi quique punirentur) ea horum auctoritate ſemel promulgata, ſic ſemper in poſterum perſeveravit, ut omnis illa reliquorum temporum perſecutio, etiamſi aliquo temporis interſtitio pax fuerit in eccleſia, Decii & Valeriani appellaretur. Vnde etiamſi juſſu Valeriani, juxta Dionyſii Alexandrini teſtimonium, Lucium occiſum eſſe falſum ſit; attamen verum eſt, eumdem ſub Valeriani perſecutione, quæ cenſura ipſius, Decio adhuc vivente approbata, & ad decennium continuata fuit, martyrium ſubiiſſe. Secundo, ſic exponi poteſt, ut quod juſſu Galli & Voluſiani, anno imperii eorum quarto accidit, id ſub Valeriani imperio factum eſſe, vere ſcribatur, propterea quod Valerianus in fine anni 255. a militibus Alpinis imperator acclamatus, cum Gallo & Voluſiano adhuc viventibus biennio imperium obtinuerit, adeoque verum ſit, ſive ſub Gallo, ſive ſub Valeriano Lucius occiſus eſſe ſcribatur. Baron. anno 257. num. 2 & 3.

Valeri[anus] initio [im]peri[i] C[hri]ſtianis [fa]vet. Iuſſu G[alli] fit mar[tyr].

An & q[uan]do ſub [Va]leriano paſſus [ſit].

Decian[a] perſecu[tio] cur Val[eria]ni appe[lla]tur.

Valeri[anus] quando [im]perator [fa]ctus ſit.

[f] *Epiſcopos.*] Ex iis fuit unus Melanius epiſc. Rothomagenſis ſanctitate celebris, de quo vide Baron. in not. ad mart. Rom. die 28. Octobris.

a EPISTOLA

EPISTOLA LVCII PAPÆ I.

AD GALLIÆ ATQVE HISPANIÆ episcopos.

** Vt duo presbyteri & tres diaconi in omni loco episcopo adhæreant propter testimonium ecclesiasticum; & de accusatione episcoporum: & de unanimitatis concordia inter metropolitanum ceterosq episcopos, & ut raptores atque ecclesiasticorum rerũ ablatores, invasores, alienatores, ut fures & sacrilegi anathematizentur.

I. *Vt episcopus semper testes secum presbyteros ac diaconos habeat.*

II. *De criminationibus episcoporum, sive majorum natu, & ut audientia ad majores personas appellantibus non negetur.*

III. *Vt metropolitanus sine consilio episcoporum nihil agat, nec ipsi sine illius, nisi quod ad proprias ecclesias pertinet.*

IV. *Vt metropolitanus sine episcopis causam eorum non audiat.*

V. *Ne posteriores episcopi prioribus se præferant, nec eis inconsultis aliquid agant.*

VI. *De iis qui res ecclesiæ, vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis consentiunt.*

Dilectissimis fratribus omnibus in partibus occidentalibus, tam in Galliis quam in Hispaniis consistentibus, Lucius episcopus in domino salutem.

LITERAS dilectionis vestræ, quas ad beati Petri apostoli sedem pro vestra causa " negotii misistis, libenter suscepimus: sed de vestris afflictionibus non modice contristati sumus. Significastis enim, vos tam a quibusdam, non rectam fidem tenentibus, sed erroribus implicitis, quam & ab aliis eos imitantibus, persequi & infamari, atque vestras ecclesias suis dotibus & fidelium oblationibus spoliari, vestrosque ministros nimis vexari: & ideo multos a vobis & a recta fide discedere, quoniam eis non potestis defensionem impendere, nec ea quæ necessaria sunt ministrare. Nolite mirari, fratres, si vos malevoli & impii persequuntur; cum ipsum Christum caput nostrum sint persecuti. Vnde & consolatricem ipsam habetis veritatem, quæ ait: *Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?* Ipsa iterum consolans nos loquitur, dicens: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: sed quia non estis de mundo, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*

I.

Propter tales, fratres, hortamur vos, sicut & in hac sancta ecclesia constitutum habemus, ut semper testes vobiscum sacerdotes & diaconos habeatis. Et licet conscientia sufficere possit propria, tamen propter malevolos, juxta apostolum, etiam *testimonium vos oportet habere bonum ab his qui foris sunt.* Quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, ut [b] duo presbyteri, vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant, propter testimonium ecclesiasticum.

II.

Episcopi ergo non sunt leviter accusandi vel detrahendi, quia injuria eorum " ad Christum pertinet, cujus vice & legatione funguntur in ecclesia. Vnde nobis & omnibus, qui nobiscum sunt in nostro solatio, sicut & olim factum invenimus, constitui placuit, ut criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendũt, " si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, " omni se carere suspicione atque inimicitia, & irreprehensibilem fidem ac conversationem ducere. " Vnde placuit, ut a quibuscumque judicibus ecclesiasticis, " ad alios judices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, si fuerit provocatum, audientia non negetur.

" Anian. üs cap. 25. tit. 1. libri IX. Cod. Theod.
" Conc. Arelat. c. 13.
" Hadr. col. c. 9.

III.

Item constituimus, sicut & a sanctis apostolis eorumque successoribus decretum reperimus, si quis metropolitanus episcopus, nisi quod solummodo ad propriam pertinet parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum, " extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit: & quod egerit, irritum, habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprovincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum & clericorum atque sæcularium necessitatibus, aut de quibuscunque communibus causis agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed concordi & humillima administratione, sicut dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester,* & reliqua. Similiter ipsi comprovinciales episcopi, cuncta cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

" Concil. Carthag. III. c. 10. 3. q. 3. Nullus autem primas, sub nomine Callisti ponitur ibi.
" Hadr. coll. c. 46.
Matth. 20. Marc. 10. Matth. 23.

IV.

Similiter, auctoritate fulti apostolica, præcipimus, ut nullus metropolitanus " episcopus, absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum: quia irrita erunt, & ipse caussam pro facto dabit.

" Hadr. col. c. 14.

V.

Episcopi vero per singulas provincias observent, ne posteriores se prioribus suis præferant: " nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant: sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam profetant & determinent, quoniam aliter acta nullas vires habebunt, " nec ecclesiastica reputabuntur. Bonum esset, fratres, & valde Deum timentibus & pie vivere volentibus necessarium, si intra catholicam ecclesiam nullius mali, aut infestationis alicujus, erga domini sacerdotes, aut juste & pie volentes vivere, germen exurgeret. Sed quia prævalente invidia, quod deterius est surgit & crescit, atque nimis se in omnes partes extendit, idcirco necesse est, illud ecclesiastico & apostolico abscindi mucrone, ne * servis Dei ac domini * sacerdotibus valeat nocere, aut perdere. *Exhonoravit enim dominus*, ut in ecclesiastico legitur libro, *conventus malorum, & destruxit Deus eos usque in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium evertit dominus, & perdidit eas usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum de terra. Perdidit Deus memoriam superborum, & reliquit memoriam humilium sensus. Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur hominum, quod preterit mandata domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis illius. Gloria divitum, honoratorum, & pauperum, timor*

" Concil. Mileu. c. 13. Codex Afr. c. 86.
" Hadr. col. c. 3.
* servos * sacerdotes
Eccles. 10.

*Dei est. Noli despicere hominem justum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem divitem. Magnus, & judex, & potens est in honore: & non est major illo, qui timet Deum. Servo sensato liberi servient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & insčius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo * opera tua, & noli cunctari in tempore angustiæ. Melior est qui operatur & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Fili, in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis justificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo, qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia. Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum considere illum faciet. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Brevis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & invisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juste. Priusquam audias, nec respondeas verbum, & in medio seniorum ne adjicias loqui. De ea re, quæ te non molestat, ne certeris, & in judicio peccantium ne consistas. Fili mi, ne in multis sint actus tui, & si dives fueris, non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si præcurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius: & tanto magis non abundabit. Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltabit caput ejus, & mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt. Datio Dei permanet justis: & profectus illius, successus habebit in æternum. Est qui locupletatur parce agendo, & hæc pars mercedis illius in eo quod dicit. Inveni requiem mihi, & non manducabo de bonis meis solus: & nescit, quod tempus prætereat illum, & relinquet omnia aliis, & morietur. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in * opera mandatorum tuorum veterasce. Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subito * honestari pauperem. Benedictio Dei in mercedem justi festinat, & in honore veloci processus illius * justificat. Ne dicas, quid est mihi opus? & quæ erunt mihi ex hoc bona? Nec dicas, sufficiens mihi sum, & quid ex hoc pessimabor? In die honorum, ne immemor sis malorum: & in die malorum, ne immemor sis bonorum: quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim insidiæ sunt dolosi. Sicut enim eructant præcordia * fetantium, & sicut perdix inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut perspector videns casum proximi sui. Bona in * malum convertit insidiator, & in electis ponet maculam. A scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. Homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi a pestifero: fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & subvertet in turbine, & abalienabit te a * tuis propriis.* Tales, carissimi, valde sunt cavendi, usquedum aut convertantur, aut abscindantur verbo divino. *Beatus autem est ille, qui non est lapsus in verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habet animi sui tristitiam, & non * abscedit a spe sua.* Scriptum est enim: *Melior est unus timens Deum, quam mille impii.* Sapiens vero non " est omnis qui nocet.

* opere tuo, vel opus tuum,

Eccl. 11.

* opere

* honestare

* fructificat.

* fœtentiũ,

* mala cõvertens, insidiatur.

* viis

Eccles.

* excid

Eccles. 6 q. 1. S... piens ... est. Et ... in Dec... Corne...

VI.

Res quoque ecclesiarum vestrarum, & oblationem fidelium, quas significastis a quibusdam irruentibus vexari, vobisque & ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum; testante " ipsa scriptura quæ ait: *qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse peccatum, homicidæ particeps est.* Pater ergo noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: & mater nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter generavit. Et ideo qui Christi pecunias & ecclesiæ aufert, fraudat & rapit; homicida in conspectu " justi judicis esse deputabitur. Vnde scriptum est: *Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit:* qui autem pecunias vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. Vnde & Iudas qui pecuniam fraudavit, quæ usibus ecclesiæ, id est, pauperibus, quos ecclesia pascere debet, distribuebatur jussu Salvatoris (cujus vicem episcopi tenent) non solum fur, sed fur & " sacrilegus factus est. De talibus enim, id est, qui facultates ecclesiæ rapiunt, fraudant, vel auferunt, dominus comminans omnibus, per prophetam loquitur, dicens: *Deus, ne taceas tibi, ne sileas, & non quiescas, Deus. Quia ecce inimici tui tumultuati sunt, & qui oderunt te, levaverunt caput. Contra populum tuum nequiter tractaverunt, & inierunt consilium adversum arcanum tuum. Dixerunt: Venite, & conteramus eos de gente, & non sit memoria nominis Israel ultra. Quoniam tacuerunt corde, pariter contra te fœdus pepigerunt tabernacula Idumæa & Ismaelitarum, Moab & Agareni; Gebal & Ammon & Amalec, Palæstina cum habitatoribus Tyri. Sed & Assur junxit se cum eis, facti sunt brachium filiorum Lot. Fac illis sicut Madian, sicut Sisaræ, sicut Iabin in torrente * Cison. Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquilinium terræ. Pone duces eorum sicut Oreb & Zeb, sicut Zebee & Salmana. Omnes principes eorum, qui dixerunt: Possideamus nobis pulchritudinem Dei: Deus meus pone illos ut rotam, quasi stipulam ante faciem venti. Quomodo ignis comburit silvam, & sicut flamma devorat montes, sic persequeris eos in tempestate tua, & in tuo turbine turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Confundantur & conturbentur usque in æternum, & erubescant, & pereant: Et sciant, quia nomen tuum dominus: solus tu excelsus super omnem terram.* Hæc fieri prophetæ, hæc apostoli, hæc successores eorum, & omnium catholicorum patrum vetant decreta: & tales præsumptiones, sacrilegium ' esse dijudicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales præsumptores, & ecclesiæ raptores, " atque suarum facultatum alienatores, una vobiscum a liminibus sanctæ matris ecclesiæ anathematizatos, apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse judicamus. Et non solum

" Sixti... 292.

" S. Bo... ep. 19.

Prov. ... 12. q. 2. abstul...

17. q. 4 ... rapit.

" S. Gr... ep. 36. ... II.

Ioan ...

S. Hie... ep. 2.

" S. A... tract ... Ioann...

Psalm. ... ex int... S. Hie... nymi ... versa ... gata.

* Cison

' Sacrile... judicant 17. q. 4 ... Omnes ... ptores.

" Hincm... ep. 8. ed... Mog. C... cil. Car...

lum eos, sed omnes consentientes eis: *quia non solum qui faciunt, rei judicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit. *Vos ergo, fratres, vigilate & orate. Viriliter agite, & confortamini in domino, & omnia vestra*, juxta apostolum, *in caritate fiant.* A recta ergo fide & apostolico tramite propter ullam persecutionem nolite recedere, scientes, quia (juxta salvatoris sententiam) *beati sunt qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Hæc est apostolorum viva traditio, " hæc vera caritas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus * depravanda succubuit: sed, ut in exordio normam fidei apostolicæ percepit ab auctoribus suis, apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est evangeliis: *Petre*, inquiens, *ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit, persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare: quoniam dominus & salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit: quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen, divina dignatione, ministerio, pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationem justus judex Christus dominus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor " dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis solicitudine, vigiletis ad investigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis pro viribus extirpetis: quoniam, ut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Kalendis Aprilis, " Gallo & Volusiano viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epistola.*] Non unam hanc dumtaxat, sed plures decretales epistolas Lucium pontificem scripsisse, testis est Cyprianus epistola 67. his verbis: *Illi enim*, loquitur de Cornelio & Lucio pontificibus, *pleni Spiritu Dei, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non esse, literis suis signaverunt.* Quas hac de re Lucius scripsit epistolas non extant. Quæ apud Cyprianum 70. repetitur hoc nomine Lucii insignita, a quibusdam hujus pontificis esse, creditum fuit, sed ignorantes fuisse episcopum eodem nomine appellatum, decepti sunt; perperam eam, quæ alterius est, Lucio pontifici adscribentes. Baronius anno 257. num. 4.

[b] *Duo presbyteri vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant.*] Decernitur ut ad evitanda detractionis & infamiæ pericula propter testimonium ecclesiæ nusquam eant, nisi duorum presbyterorum & trium diaconorum comitatu stipati. Decreti hujus sanciendi calumniæ in Cornelium a Novatiano confictæ, de quibus supra, causam dedisse videntur. Baronius anno 257. num. 5. Episcopus non sine comitatu ambulet.

EPISTOLA " GRATULATORIA DIVI CYPRIANI AD LUCIUM PAPAM ROMANUM reversum ab exilio.

" LVIII. edit. Pam. & Rigaltii.

Cyprianus cum collegis, Lucio fratri salutem.

Et nuper quidem tibi, frater carissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in ecclesiæ suæ administratione confessorem pariter & sacerdotem constituit divina dignatio: sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis, atque universæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudibus vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna domini & larga protectio, ut pascendo gregi pastor, & gubernandæ navi gubernator, & plebi regendæ rector redderetur: ut appareret, relegationem vestram sic divinitus esse dispositam, non ut episcopus relegatus & pulsus ecclesiæ deesset, sed ut ad ecclesiam major rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, *quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt*, aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, *quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus a domino, vixit ad gloriam.* In confessoribus Christi dilata martyria non merita confessionis minuunt, sed magnalia divinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum in vobis videmus, quod apud regem fortes atque illustres pueri prædicaverunt: Ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis ejus servirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent: Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentem esse, ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus, ac de pœnis præsentibus liberaret. Quod invenimus in confessionis vestræ fide, & in domini circa vos protectione nunc gestum, ut cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamen vos pœnæ subtraheret, & ecclesiæ reservaret. Regredientibus vobis, breviata non est in episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis crevit sacerdotalis auctoritas, ut altari Dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur: & imminente Antichristo, paret ad prælium milites, non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus, frater carissime, & tota cordis nostri luce perspicimus divinæ majestatis salutaria & sancta consilia, * unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra ecclesiam Christi & episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes, sæcularis potestas subito proruperat, ut ad confundendos hæreticos & retundendos ostenderet dominus, quæ esset ecclesia, quis episcopus ejus, unus, divina ordinatione delectus, qui cum episcopo presbyteri sacerdotali honore conjuncti, quis adunatus & verus Christi populus, dominici gregis caritate con-

Dan. 3. Dan. 6. & 14.

* quod * unde * forte, inde

nexus, qui essent quos inimicus lacesseret: qui contra, quibus diabolus ut suis parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi adversarius nisi castra & milites Christi: hæreticos, prostratos semel & suos factos, contemnit & prætérit. Eos quærit dejicere, quos videt stare. Atque utinam nunc facultas daretur, frater carissime, ut interesse illic vobis regredientibus possemus, qui vos mutua caritate diligimus, ut adventus vestri lætissimum fructum præsentes cum ceteris ipsi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omnium fratrum? qui concursus atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adhærentium potest satisfieri, vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo satiari. De adventus vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cœpit, qualis & quanta sit secutura, Christo veniente, lætitia: cujus quia cito appropinquabit adventus, imago jam quædam præcessit in vobis, ut quomodo Ioannes præcursor ejus & prævius veniens, prædicavit Christum venisse, sic nunc episcopo confessore domini & sacerdote redeunte, appareat & dominum jam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos litteras mittimus, frater carissime: & repræsentantes vobis per epistolam gaudium nostrum, fida obsequia caritatis expromimus, hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris non cessantes Deo Patri & Christo Filio ejus domino nostro gratias agere; & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestræ gloriosam coronam. Qui & ad hoc vos fortasse revocavit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestræ consummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus, te frater carissime, semper bene valere.

Matth. ...

DECRETA LUCII PAPÆ,

ex Gratiano desumpta.

Officio & beneficio privetur episcopus, presbyter, vel diaconus, uxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Distinct. 81. Ministri.

Ministri altaris, presbyteri sive diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam servent. Si vero post ordinationem suam ministros contigerit propriæ uxoris invadere cubile, sacrarii non intrent limina, neque sacrarii portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neque ad dominici corporis portionem accedant, neque propinquent, neque sine majoris natu auctoritate majora gerant officia, urceum sane ad altare vel calicem non sufferant.

EX EISDEM.

Clericus matronarum domicilia frequentans, deponatur.

Distinct. 81. Clericus. Habetur in epistola 2. Clem. ad Iacobum fratrem domini.

Clericus solus ad feminæ tabernaculum non accedat, neque frequenter properet sine majoris natu sacerdotis jussione. Nec solus presbyter cum sola femina fabulas misceat. Nec archidiaconus, sub prætextu humilitatis aut officii, frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos matronæ mandet aliquid secrete. Si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa liminibus ecclesiæ arceatur.

EX EISDEM.

De eodem titulo.

Distinct. 81. Sed si forte.

Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam ire debent, A ipse per interventum pergat. Sin autem, de latere suo dirigat cum duobus aut tribus testibus, nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi soror aut proxima fuerit, & hoc cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ.

2. Cor.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA STEPHANI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

ANNO CHRISTI 257.

[a] STEPHANUS natione Romanus, ex patre [f] Iulio[b], sedit annos [f] septem, menses quinque, dies duos. Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & * Gallicani & Maximi, usque ad [c] Valerianum quarto, & Gallicanum tertio. * Hic constituit, sacerdotes & Levitas vestibus sacratis in usu quotidiano non uti, & nisi in ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos 5. episcopos per diversa loca tres. Sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, quarto Nonas Augusti. Et cessavit episcopatus dies 22.

NOTÆ SEVERINI BINII.

C [a] *Stephanus.*] Stephanus patria Romanus, postquam 35 diebus sedes pontificia pastore destituta fuisset, nona Aprilis, anno Christi [a] 257. qui est quartus Galli & Volusiani, Valeriani & Gallieni tertius, in sede pontificia collocatur. Initio hujus pontificatus, duobus prædictis imperatoribus Gallo & Volusiano, prout a Cypriano prædictum fuerat, occisis, ecclesia pace & quadam tranquillitate fruitur, usque ad annum Valeriani imperatoris quintum, & Christi [a] 259. quo imperator Valerianus principio imperii sui erga Christianos benevolentissimus, optime affectus, a quodam mago Ægyptio in eosdem vicissim concitatur, atque ad resumendum contra eos arma inducitur. Dionysius Alexand. apud Euseb. lib. 7. cap. 9 Baron. anno 257. numero 6. & 7. Cum igitur pax reddita diuturna non esset futura, Cyprianus ac reliqui Africanæ ecclesiæ episcopi, multis conciliis in Africa habitis convenientes, summo conatu laborarunt, ut id, quod a fide catholica & bonis moribus alienum in ecclesiam irrepserat, emendarent, hæreses extirparent, vitia corrigerent, ac demum orthodoxæ fidei dogmata confirmarent. D Aquariorum hæresin, aquam dumtaxat in sacrificio offerentium, Cyprianus epistola 63 ad Cælium scripta, refutat, dicens, hos persecutione vigente summo mane, seu potius nocturno tempore, ad sacram synaxin convenientes, loco vini aquam obtulisse, ne scilicet Christi sanguinem in specie vini bibentes, odore vini, velut quodam Christianitatis indicio, proderentur. Baron. anno 257. num. 9. 10. & 11. Cum Martianus Arelatensis episcopus in Gallia hoc tempore Novatiano plurimum studeret, multos etiam in ejusdem errorem induxisset, Faustinus Lugdunensis episcopus cum Cypriano & reliquis coepiscopis Galliæ, per literas ad Stephanum scriptas (Cypriani infra extant) solicite petivit, ut is ex officio & munere Martianum Novatiani sectarium e sede deponat, & alium in ejus locum substituat. Baron. anno 258. num. 8. 9. & 10. Sub hoc pontifice apud catholicæ ecclesiæ episcopos & doctores gravissima controversia moveri ac disputari cœpta est, hæc: E *An baptismus quem minister hæreticus secundum legitimam ecclesiæ catholicæ formam, ac debitam ministri intentionem, scilicet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, contulisset, invalidus sit, ideoque iterandus, quod a ministro hæretico administratus sit?* Cyprianus cum Firmiliano Asiæ, aliisque plurimis orientalibus episcopis, id non modo affirmavit, verum etiam habitis hac de re plurimis in Africa conciliis idem aliquoties confirmavit, unum esse baptismum, qui extra unam ecclesiam catholicam non invenitur. Stephanus vero Romanæ ecclesiæ pontifex, docens antiquam apostolicam traditionem esse, qua baptizati ab hæreticis, sola manuum impositione recipiebantur, ideoque, ut inquit Vincentius Lirinensis, contra hæres. cap. 9. nihil hac in re innovandum, sed omnino id quod ab apostolis traditum est tenendum esse docens, apostolicam traditionem velut quemdam murum inexpugnabilem, eorum sententiis opposuit, eaque fere sola fretus, illum baptismum

ſmum ratum, validum, & nequaquam reiterandum eſſe definivit, quem miniſter hæreticus juxta formam a Chriſto præſcriptam, & ab eccleſia uſurpatam, contuliſſet. Ad hanc ſententiam Stephani pontificis non modo omnes fere patres Africani, verum etiam ii qui propugnatores erant contrarii dogmatis Firmilianus, Dionyſius, & Cyprianus acceſſerunt, quod ex Auguſtino epiſt. 48. ad Vincent. & de baptiſm. contra Donat. 6. cap. 2. item ex Hieronymo contra Luciferianos, aliiſque rationibus probat Baronius anno Chriſti 258. num. 49. 50. 51. De hac controverſia legantur Cypriani epiſtolæ 70. cum ſeptem ſequentibus. Auguſtinus de baptiſm. contra Donatiſtas. Hieronymus contra Luciferianos, Baronius præd. anno numero 11. & ſequentibus. Notetur etiam quanta vis traditionum apoſtolicarum, quantaque Petri ſucceſſoriinſit auctoritas, qui nullis aliis ferme armis, quam majorum traditione vallatus, omnem orientalium & occidentalium epiſcoporum impetum ſuſtinuerit, eorumque tela, ex divinis ſcripturis confertim petita, unico traditionum clypeo excepta retorſerit.

[b] *Sedit annos ſeptem, menſes quinque, dies duos.*] Annos tres, menſes tres, dies 22. ſub 4. conſulatu Valeriani, qui in faſtis apponitur anno Chriſti " 260. martyrio coronatum eſſe Stephanum, liber pontificalis & acta Stephani teſtantur. Itaque repetito ſedis ejus exordio, dicto temporis ſpatio, cum ſediſſe oportuit. Baron. anno 260 num. 2.

[c] *Valerianum quarto*, &c.] Eodem quarto conſulatu Valeriani, acta ſancti Stephani emendatiora conſignata ſunt. Quod autem in quibuſdam ponatur Valeriani conſulatus tertius, Gallieni ſecundus, mendoſum eſſe probat Baronius anno Chriſti 260. num. 2.

" EPISTOLA I.

STEPHANI PAPÆ I.

AD HILARIVM EPISCOPVM.

[a] ** Qui ſint infames & qui ad gradus eccleſiaſticos vel ad accuſationem non ſint admittendi: & de veſtimentis miniſtrorum, ut ſacrata ſint.

I. *Qui ſint infames, vel qui ad gradus eccleſiaſticos, ſive ad accuſationem non ſunt admittendi.*
II. *De reverentia præpoſitis exhibenda.*
III. *De veſtimentis eccleſiaſticis.*

Dilectiſſimo fratri atque familiari amico Hilario, Stephanus epiſcopus intimæ caritatis ſalutem.

QVAMQVAM ſperem, " dilectionem tuam ad omne opus bonum eſſe devotam, tamen pro familiaritate, qua nobis conjunctus eſſe cognoſceris, ut tua efficacior fiat induſtria, congruum nobis viſum eſt, has fraternitatis literas tuæ dilectioni debere dirigere. Monemus te, frater cariſſime, ſemper in bonis manere, & a malis cavere: cum bonis & rectæ fidei ac ſanctæ converſationis hominibus aſſidue eſſe, & a perverſis, ac fratrum inſidiatoribus (niſi ut eos convertas, & ad concordiam reducas) ſeparari: quoniam ut ait apoſtolus, *corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et ipſa per ſe veritas dicit: *Si oculus tuus ſcandalizaverit te, erue eum, & projice abs te. Et ſi manus tua ſcandalizaverit te, abſcinde eam, & projice abs te. Similiter & de pede agendum eſt, quia melius eſt tibi, læſcum aut claudum intrare in regnum cælorum, quam duos oculos aut duas manus, aut duos pedes habentem mitti in gehennam ignis.* Et in eccleſiaſtico invenitur libro: *In bonis viri; inimici illius: in triſtitia vero & in malitia illius, amicus agnitus eſt. In labiis ſuis indulcat inimicus; & in corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat te in foveam.* Et *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Et *qui communicaverit ſuperbo, * induetur ſuperbia. Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. Ditiori te ne fueris ſocius. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando ſe colliſerint, confringetur. Dives injuſte aget, & fremet, pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habei, convivet tecum, & evacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis & ter, & in noviſſimo deridebit te. Poſtea videns, derelinquet te, & caput ſuum movebit ad te. Humiliare Deo, & expecta manus ejus. Attende, ne ſeductus in " ſtultitia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus, in ſtultitiam ſeducaris. Advocatus a potentiore, diſcede: ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris, & ne longe ſis ab eo, * & eas in oblivionem. Ne retineas ex equo loqui cum illo, & ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius conſervabit verba tua, & non parcet de malitia & de vinculis. Cave tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum ſubverſione tua ambulas. Audiens vero illa quaſi in ſomnis, vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, & invoca illum in ſalute tua. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi * conjungitur, & omnis homo ſimili ſibi * ſociatur. * Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator juſto. Quæ communicatio ſancto homini ad carnem? Aut quæ pax bona diviti ad pauperem? Venatio leonis, onager in eremo: ſic paſcua divitum ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas, ſic execratio diviti pauper. Dives commotus, confirmatur ab amicis: humilis autem cum ceciderit, expelletur & a notis. Diviti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & juſtificaverunt illum: humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Locutus eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius uſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubvertent illum. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impii. Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bona, ſive in mala. Veſtigium boni cordis & faciem bonam difficile invenies, & cum labore.* Hæc, frater, cave tibi, & poſt concupiſcentias tuas non vadas.

" ſtultitiam. * ne

* conjungetur. * ſociabitur. * Sicut

I.

[a] Quod vero conſuluiſti ſedem apoſtolicam, qui ſunt infames, aut qui ad gradus eccleſiaſticos non ſunt admittendi, & noſſe te credimus, & pro auctoritate ſedis apoſtolicæ te informare non denegamus. infames autem eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, " id eſt, omnes qui Chriſtianæ legis normam abjiciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt. Similiter fures, ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulcrorum quoque violatores, & apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes qui adverſus patres " armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & inceſtuoſos, homicidas, perjuros, raptores, " maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt injuſte, & qui " fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant: vel qui contra innocentes, principum animos ad iracundiam " provocant: & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab eccleſia pulſos & omnes quos eccleſiaſticæ " vel ſæculi leges infames pronuntiant: hos vero non ' ad ſacros ordines licet promovere,

6. q. 1. Infames eſſe eas. Et in decr. Ivo. lib. 4.

" Anianus in ſent. Pauli lib. 1. tit. 2. conſt. 11. tit. 39. libri xi. cod. Theod.

" Proclus ad Domnũ. Hadr. coll. c. 71.

" Anianus in conſt. 8. tit. 39. libri ix. cod. Theod.

" Cod. Theod. lib. ix. tit. 1. c. 11. Hadr. coll. 48.

" Anianus conſt. 3. tit. 39 libri ix. cod Theod.

" Hadr. coll. c. 19.

' non ordines nec ſervos

promovere, nec ſervos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos qui curiæ deſerviunt, vel qui non ſunt integri corpore, aut ſanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur: hi omnes nec ad ſacros gradus debent provehi, nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti: nec rectam fidem vel dignam converſationem non habentes, ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare.

II.

" S. Greg. ep. 10. libri IV.

Sed & qualiter obedientia" vel reverentia ſit præpoſitis exhibenda, ex tuis quoque ſubjectis ipſe non ambigis. In qua re valde eſt utile, ſi id, quod diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda ſervaverit. " Omnipotens Deus, in cujus manu ſunt omnia, de quo ſcriptum eſt: *Non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra dominum*: ipſe te tuoſque, & divina & apoſtolicæ ſedis inſtituta illibata ſervare, & nos atque omnes fideles ad potiora ſemper conſcendere, & de die in diem deteriora cavere, & meliora ac Deo placita ſectari atque perficere concedat.

" Idem ep. 34. ejuſdem libri.
Prov. 28.

III.

De conſecr. diſt. 1. Veſtimenta. Idem habetur in decret. Sixti P I. & Hygini.

ᵇ Veſtimenta vero eccleſiaſtica, quibus domino miniſtratur, cultuſque divinus omni cum honorificentia & honeſtate a ſacerdotibus reliquiſque eccleſiæ miniſtris celebratur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta. Quibus aliis in uſibus (cum Deo ejuſque ſervitio conſecrata & dedicata ſint) nemo debet frui, quam eccleſiaſticis & Deo dignis officiis. Quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, niſi a ſacratis hominibus, ne ultio, quæ Balthaſar regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumentes, veniat divina, & corruere eos faciat divinæ ultionis juſtum flagellum ad ima. Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & obſervare apoſtolica mandato auctoritate: quia & noſtri, nobiſq; commiſſi, in ſancta apoſtolica & univerſali eccleſia, omnes hæc obſervare, nunc & futuris temporibus profeſſi ſunt. His breviter tuis, frater magnifice, reſpondi literis. Quibus tua dilectio ita ſocietur, " ut nihil in his, quæ ad univerſalis eccleſiæ ſtatum pertinent, aut dubie agatur aut ſegniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, ut nec benevolentiæ partes, nec juſtitiæ negligantur, ſed abſque perſonarum acceptione divinum in omnibus judicium cogitetur. Quod ut recta obſervantia valeat cuſtodiri, catholicæ primitus ſervetur fidei integritas. Et quia per omnia anguſta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, neque in ſiniſtram, neque in dextram ab ejus tramite devietur. Data quinto Nonas Maii, " Valeriano & Gallieno viris clariſſimis conſulibus.

" S. Leo ep. 46.

" annis 254. 255. & 257.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Quæ auctoritas irregularitatis.

ᵃ *Quod vero conſuluiſti ſedem.*] Qui hic a Stephano ob infamiam, bigamiam, defectum corporis aut animi, irregulares eſſe declarantur, hos ad ſuſcipiendos ordines ſacros inhabiles & incapaces eſſe debere, apoſtolorum conſtitutionibus & canonibus, jamdiu ante hunc pontificem conſtitutum fuit, ut patet canonibus apoſtolorum 17. & quibuſdam ſequentibus. Vide quæ ibi diximus.

De veſtibus ſacris quatuor hic ſtatuuntur.

ᵇ *Veſtimenta, &c. ſacrata eſſe debent.*] Circa veſtimenta, quibus utuntur miniſtri ſacri, plura conſtituuntur. Primum, ut veſtes, quibus ſacerdotes, diaconi, reliquique eccleſiæ miniſtri ſacri in miniſteriis ſacris utuntur, ab illis, quibus communiter induuntur, ſint diſtinctæ. Alterum, ne quis iiſdem extra ſacrum miniſterium utatur vel induatur. Tertium, ut ordinarie per epiſcopalem (vel ſaltem ſacerdotis alicujus ſuper hac re privilegium habentis) benedictionem ſint conſecratæ, juxta ritum ab eccleſia præſcriptum. Quartum, ne a laicis hominibus contingantur. Horum quædam ab anteceſſoribus pontificibus conſtituta, hoc decreto dumtaxat confirmantur. Nam Anacletus papa Clementis ſucceſſor prima decretali epiſtola hæc ait: *Epiſcopus miniſtros ſecum habeat ſacris indutos veſtimentis.* Soter, ne a laicis, etiamſi ſacratæ virgines ſint, contingantur, conſtituit. Vide quæ diximus in notis ad vitam Sixti, & Soteris. Hæc autem bene & recte conſtituta eſſe, probatur exemplo veteris teſtamenti, in quo Deus propria & ſancta veſtimenta inſtituit, quibus ſacerdotes & miniſtri Dei in templo & ſacrificiis domini uterentur, ut conſtat Exodi cap. 28. Multo magis igitur (ut recte colligit Ivo Carnotenſis epiſt. 124.) in lege nova ſacerdotes ad divinum cultum ac miniſterium recte peragendum, & præſertim ad corpus & ſanguinem domini conſecrandum ſacris veſtibus uti oportuit. Quæ vero primorum ſæculorum pontificibus auctoribus recte conſtituta ſunt, non modo poſterioribus hiſce, ſed etiam anterioribus ſæculis recepta fuiſſe, teſtatur Hieron. in cap. 54. Ezech. ubi dicit: *Religio divina alterum habitum habet in miniſterio, alterum in uſu vitaque communi.* Item epiſt. 3. ad Heliodorum refert, Nepotianum morti vicinum avunculo dixiſſe: *Hanc tunicam, qua utebar in miniſterio Chriſti, mitte dilectiſſimo mihi ætate patri, fratri, collegæ*, &c. ubi Maria. Victorius veſtem illam caſulam vel planetam fuiſſe interpretatur. Similiter Chryſoſt. hom. 83. in Matth. veſtium ſacrarum mentionem facit: & in liturgia ponit orationes, quas dicit ſacerdos, cum ſacras veſtes induit. Ioannes diaconus libro 2. vitæ Gregor. cap. 57. refert, Gregorium papam, inter alia dona miſiſſe in Angliam veſtimenta ſacerdotalia & clericalia. Theodoretus lib. 2. hiſt. cap. 27. meminit cujuſdam veſtis ſacræ, quam Conſtantinus Macario epiſcopo miſit. Adde quod libro 1. contra Pelagium ſcribit Hieronymus, epiſcopos, presbyteros, atque omnem clerum in ſacrificii adminiſtratione candidis veſtibus uti ſolitos fuiſſe. Itaque hoc de ſacris veſtimentis Stephani decretum, non tantum ab ipſo ipſiuſque quibuſdam anteceſſoribus bene ac convenienter promulgatum eſt, ſed etiam toto pene terrarum orbe omnibus ſæculis receptum fuit, ac proinde eorumdem uſus, quaſi qui indifferens ſit, non niſi ab hæreticis rejicitur, vel plane negligitur.

Ratio conſtitutionis.

Conſtitutionem ſemper receptam probant teſtimonia Hieronymi, Chryſoſtomi, Ioannis Diaconi, Theodoreti, Hieronymi.

" EPISTOLA II.

STEPHANI PAPÆ I.

" * De expulſione epiſcoporum, & ut quidquid in ſacratis Deo rebus & epiſcopis injuſte agitur pro ſacrilegio reputabitur, & ut per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, & de aliis pluribus atque utilibus cauſis.

I. *De accuſationibus ſacerdotum.*
II. *De epiſcopis rebus ſuis expoliatis, aut a ſede pulſis.*
III. *Si quis epiſcopos vel actores ſive defenſores eccleſiæ, antequam eos caritative conveniat, accuſare præſumpſerit, ut ſit puniendus.*
IV. *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*
V. *Accuſationem per ſcripta non ſuſcipiendam, nec abſentem poſſe accuſari vel accuſare, nec debere reſpondere, priuſquam locum accipiat defendendi.*
VI. *De primatibus, & metropolitanis, & de negotiis epiſcoporum ad ipſos referendis.*
VII. *Ut epiſcopus accuſatus, ab omnibus comprovincialibus epiſcopis audiatur.*
VIII. *Ut omnis accuſatio intra provinciam terminetur, niſi ad ſedem apoſtolicam fuerit appellatum: & de accuſationibus criminalibus implicatis, vel ſponte confeſſis, aut olim inimicis.*
IX. *Si clericus epiſcopum accuſaverit, aut inſidiatus fuerit.*
X. *Si laici res eccleſiaſticas diſpenſare debeant.*
XI. *De perſonis accuſatorum.*
XII. *De criminationibus doctorum, vel quod divinis vocibus damnati, epiſcopos non poſſunt accuſare, vel in eos teſtificari.*

Stephanus ſanctæ apoſtolicæ & univerſalis Romanæ eccleſiæ epiſcopus, omnibus per diverſas provincias conſtitutis epiſcopis, in domino ſalutem.

PLURIMUM gaudemus in domino", & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quod fides veſtra

" S. Leo ep. 4[illegible]

vestra per bona opera crescit magnifice, & dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur & tribulamur de vestra oppressione, super qua crebrior "commeantium usque ad nos fratrum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem ab illis, a quibus sustentari & portari atque honorari debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter necessarium est, ut remotis talium tergiversationibus, quibus venenosa malitia revelari, atque, " obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non modicum vobis a fidelibus impendatur, atque ab hac apostolica sede suffragetur, quos per divinam gratiam Christi auxilio dignum est adjuvari, ne in totius ecclesiæ perturbationem imprudens procedat intentio, & ea quæ a sanctis B prædecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus dudum fuerant prohibita, denuo reviviscant. Loci namq; nostri " consideratione compellimur, ea quæ ad notitiam nostram emendanda pervenerunt, propter dominum non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si sæcularibus officiis ordo suus, & tradita a majoribus disciplina servanda est; quis ferat, ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendanda, non opem ferendo, postponere?

I.

Audivimus enim, vos a quibusdam accusari, non tam pro vestra culpa, quam pro eorum libitu, ut vestra rapere possint: & ideo vos nimis affligi, C & concuti intantum, ut etiam a sedibus propriis pellamini, & tali occasione ecclesiæ, facultatesque vestræ vastentur ac deprædentur. Ista, carissimi, non oportet fieri, nec denuo replicari. Tamen necesse est, ut quæ toties usurpantur, sæpius replicentur & prohibeantur. Nam quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, & violari a quoquam non debent.

II.

Nullus enim episcoporum, dum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut a quoquam ei potest crimen objici, priusquam integerrime " re- D stauretur: & omnia, quæ illi ablata quocumque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedi & pristino statui regulariter reddatur, ita ut omnes possessiones, & cuncta sibi injuste ablata, atque fructus omnes, ante cœptam accusationem, primates & synodus episcopo, de quo agitur, funditus restituant: quia hoc non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges fieri prohibent.

III.

Neque aliquis eorum, aut ecclesiarum [a] actorum vel defensorum " ad aliquos prius accusari debet, quam ipsi caritative bis aut ter ab eis qui se læsos æstimant, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conveniantur, ut ab eis aut familiarem emendationem, aut justam percipiant E excusationem. Quod qui præsumpserit, liminibus arceatur ecclesiæ usque ad condignam satisfactionem.

IV.

Accusatores vero & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus. [b] Nullus enim alienigena, aut accusator eorum fiat, aut judex. Unde & de Lot scriptum est: *Ingressus es ut advena, numquid ut judices?* Accusator autem vestrorum nullus sit servus ", aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis. Repellantur etiam cohabi- A tantes inimicis, & omnes laici: quia infestationem blasphemiæ affectio amicitiæ incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infamatione. Nullus * anathema suscipiatur, nec a quoquam credantur quæ ab eis vel dicuntur, vel conscribuntur.

** anathematizatorum.*

V.

Eos quoque dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant. Per scripta enim nullius * accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima & condigna accusatoris persona fuerit, præsente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens aut accusari potest aut accusare. " Nullus tamen præfati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primate vocatus sit, locumque defendendi & * inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

3. q. 4. Nullus anath. 2. q. 8. Per scripta. — ** accusatio, accusatore, & eo qui accusatur absentibus.* — *" Hincm. cap. 15. libri 55.* — ** abluendi*

VI.

Nulli enim metropolitani, aut alii episcopi [e] appellentur primates, nisi hi qui primas sedes tenent " & quorum civitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero, qui ceteras metropolitanas civitates adepti sunt, non primates, sed aut archiepiscopi, aut metropolitani vocentur. Urbes enim & loca, quibus primates præsidere debent, non a modernis, sed etiam multis ante adventum Christi sunt statutæ temporibus, [d] quorum primates etiam gentiles, pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post Christi adventum, apostoli & successores eorum patriarchas vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia, salva in omnibus apostolica auctoritate, & majores causæ, post apostolicam sedem sunt referendæ. Et licet (apostolo prohibente) inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi non poterint, accusationes episcoporum ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri: " studendum est tamen episcopis, ut dissidentes fratres magis ad pacem, quam ad judicium [f] coerceantur.

Idem supra in decr. Aniceti papæ. — *" Hadr. coll. 25.* — *Dist. 80. Urbes, sed sub nomine Lucii, non Stephani.* — *1. Cor. 6.* — *" Conc. Carth. IV. c. 26.* — *[f] cohortentur.*

VI.

Episcopus " autem aliter non debet audiri aut judicari, nisi in præsentia omnium comprovincialium, & ab omnibus comprovincialibus episcopis: quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quæ vero personæ ad accusationem eorum non sunt admittendæ, & superius ex parte jam dictum est, & latius tam hi, quam & infames personæ, in epistola, quam dudum Hilario [f] misimus, sunt annumeratæ.

" Hadr. coll. 25. 27. — *[f] episcopo*

VIII.

Ultra provinciæ vero terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur, nisi ad apostolicam sedem fuerit tantum appellatum. " Et neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcumque professio. Familiares vero, & sponte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui " hesterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici.

3. q. 6. Ultra provinciæ. Et in decr. Ivo. lib. 4. — *3. q. 11. Neganda est. Et in decr. Ivo. lib. 4.* — *" Vide cod. Theod. lib. IX. const. 10. 12. 16. Anianum interpretem, Hadr. coll. &c.* — *" S. Ambr. ep. 64.*

IX.

Clericus ergo, qui episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus,

3. q. 4. Clericus qui episcopum. quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi serviturus. A

X.

Idem in ep. Fabiani papæ. * forte disponendi ' ita legitur in MS. Iust.

Laicis quoque, quamvis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid * respondendi legitur unquam attributa facultas. Scimus, dilectissimi, quia semper carnales spirituales solent persequi, & malevoli benevolos infamare & lacerare. Ideoque apostoli & successores eorum, ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusationem, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur." Throni enim Dei vocantur: ideo non debent moveri, aut affligi, vel perturbari. De ipsis ergo ait propheta: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* B

" Conc. Tol. XI. cap. 5. Psal. 18.

XI.

2. quæst. 7. Quærendum est. ' 1. q. 8. Accusatorum personæ. Et in decr. Callisti papæ.

Hi vero, qui non sunt bonæ conversationis, & quorum vita est accusabilis; aut quorum fides, vita & libertas nescitur, non possunt eos accusare. Primo, semper accusatorum personæ, fides, vita, & conversatio est enucleatim inquirenda: & postea, quæ objiciunt, fideliter sunt pertractanda; quia nihil prius fieri debet, quam impetitorum personæ, fides, vitaque & conversatio diligenter discutiantur, ne alicujus invidia, aut inimicitia vel intentione mala quisquam vexetur.

XII.

"Hadr. col. 67. Gal. 6. 1. Cor. 13. 1. Ioan. 4.

" Criminationes adversus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, quam lædendi, aut infamandi. Vnde ait apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic implebitis legem Christi. Caritas autem non est ambitiosa, non inflatur, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et qui in Deo manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adjuvare & sustentare, sicut ipse dominus *omnes venit salvare, & animam suam dare in redemptionem pro nobis.*" Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & divinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnoscimus. Prævidere ergo summopere debent omnes, qui sacerdotes Domini persequuntur, tam occulte quam manifeste, ne subjectis domini damnentur præceptis. Per Ieremiam autem prophetam, talibus comminando dominus, loquitur dicens: *Iniquitates vestræ declinaverunt * omnia, & peccata vestra amoverunt bona a vobis: quia inventi sunt in populo meo impii, & loquentes vana, statuerunt ad disperdendos viros, & comprehenderunt, ut laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolo.* Et per David ait: *Qui cogitaverunt malitias in corde, tota die versati sunt in præliis: exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum.* Et paulo post: *Cadent super eos carbones in igne, dejicies eos in foveas, ut non consurgant. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum injustum mala capient in interitu. Scio, quia faciet dominus causam inopis, judicia pauperum.* Item idem: *Muta fiant labia dolosa*: & iterum per Michæam inquit: *Omnes in sanguine * judicantur, unusquisque proximum suum tribulat, omnes in malum manus suas præparant.* Hos dominus prævidens, apostolis præcepit ne facile servi sui lacerarentur, ne forte perderentur, aut in talem tentationem inciderent, quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli & successores eorum, decretorum normas statuerunt, ne talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes & simplices, quam salvare) facile reciperetur, sed ipsi his jaculis pellerentur procul, & domini

Matth. 20. "Hadr. coll. 29. Ier. 5. * hac. Psal. 139. " Ibidem ex Hieronymiana & vulgata versionibus. Psal. 30. Mich. 7. ex vers. 70. * insidiantur.

discipulos, juxta voluntates & versutias eorum, minime perdere possent. Vnde & ipse dominus ait: *Excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis.* Et alibi ipsa per se veritas de talibus dicit: *Melius est illi ut suspendatur mola asinaria in collo ejus & demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de pusillis istis.* Et Iacobus apostolus inquit: *Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam.* Qua enim fronte quis peccatorum suorum veniam sperat a Deo se impetraturum, qui delinquenti fratri, nihil per pietatis & clementiæ officium vult condonare? Profecto necesse est, ut æstimet se talem in judicio Deum experturum, (cum ante justi judicis tribunal fuerit constitutus) qualem se fratri suo exhibuerit: *Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis.* Et Ioannes apostolus & evangelista ait: *Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Vos tamen, filii carissimi, hortamur, ut patienter mala vobis illata domini adminiculo portetis, & his apostolicis præceptis tales procul pellite, ne more canino vos lacerare aut mordere valeant." Mementote etiam, quia juxta psalmographi vocem, *Homo sicut fenum dies ejus, & ut flos agri, ita florebit.* Et apostolus ait: *Totus mundus in maligno positus est.* Vnde precamur ne tales multum timeatis, quia infames sunt, & non multum vobis nocere possunt, quia eorum vox extincta est: quoniam sic odit Deus C eos" qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in mundo infamia sunt notati. Armamini ergo his apostolicis adminiculis contra eos, & spiritu principali roborate corda vestra, ut Deus, qui vos pastores in populo suo vocari voluit, non negligentes aut tepidos, aut lupis supervenientibus fugientes inveniat, sed exemplo boni pastoris, agnos pariter cum matribus & filiis ac filiabus viriliter defensantes, atque sanctam matrem ecclesiam fideliter reportantes semper inveniat. Et quamquam " *dies mali sint*, vos tamen nolite esse imprudentes, *sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Quamobrem confortamini, & state in fide, viriliter agentes, ac omnia vestra in caritate fiant*; & secundum sanctum evangelium, *in* D *patientia vestra possidebitis animas vestras.* Recordamini quoque sanctorum apostolorum & prophetarum: & quia multum laboraverunt in domino, ideo adepti sunt præmia sempiterna. Scitote etiam, quoniam juxta psalmistæ vocem: *Multæ tribulationes justorum, & de omnibus his liberabit eos dominus.* Quapropter, filii carissimi, hortamur vos & deprecamur, ut crebris orationum vestrarum precibus Deum exoretis," ut liberemur nos & vos, juxta dictum apostoli, *ab importunis & malis hominibus, quia non omnium est fides.* Flagitate etiam, ut Deus & dominus noster, qui est refugium pauperum, & spes humilium, sanctam suam ecclesiam, precioso videlicet sanguine E suo redemptam, & nos, qui eamdem sanctam ecclesiam docere, regere, portare & tueri debemus, de prædictis oppressionibus & tentationibus hujus sæculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, ut sermo Dei currat, & glorificetur gloriosum evangelium domini nostri Iesu Christi; & gratia ejus in nobis vacua non fiat, ne sine fructu evangelii (quod absit) steriles in conspectu Dei appareamus, & vacui filiorum filiarumque numero revertamur, nec de abscondito talento, domino veniente, rei esse judicemur. Ista enim semper invidet Satan.

Marc. 6. Matth. Luc. 17. Iacob. 2. Matth. 1. Ioan. "S. Bon. ep. 26. Psal. 1. Ioan. " Procl. ad Dom. Hadr. c. 71. "S. Bon. ep. 25. Ephes. 1. Cor. Luc. 21. Rom. Psal. 33. "Idem nif. ep. 2. Thes. 1. Cor. Matth.

Satan. Et idcirco tales adversum nos suscitat, qui nos premant & suffocent, ut domini oves absque nobis rapiat, & in ima, non existentibus pastoribus qui eos custodiant & defendant, ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate, & orate, atque vigilate, ne hæc fiant, scientes, nos semper paratos esse in omnibus, quibuscumque dominus posse dederit, modis, vobis, opem ferre, licet nos ab ipsis æmulis sanctæ Dei ecclesiæ, & nostris, non simus excepti; & tribulationes cordis nostri pro nostra & vestra tribulatione, sive ovium nobis commissarum, admodum sint dilatatæ. Vos quoque obsecramus, ut injunctum vobis a domino famulatum non negligatis, & omnes oppressos, & cunctos Dei servos, atque generaliter omnes Christianos, prout dominus posse dederit, adjuvare studeatis, " ut ante tribunal Christi mercedem habeatis perpetuam. Et scitote, quod memoria vestra coram Deo est assidue. Nam quemadmodum dolentes cognoscimus, vos ab iniquis & scelestis hominibus obturbari, ita continuo vobis compatimur. Deum orantes pro liberatione ac sublevatione vestræ afflictionis, quæ vobis (unde graviter angimur) ab iniquis in dies irrogatur. Et ante corpora apostolorum pro vobis preces fiunt quotidie, ut & vos liberemini ab importunis & malis hominibus, domini auxilio, & oves vobis commissæ, ad pascua æternæ vitæ una vobiscum perveniant sempiterna. Unitatem & communionem " dilectionis vestræ, valentem atque proficientem in salutem omnium populorum, creator omnium Deus omnipotens memorem nostri æternaliter custodiat. Amen. Data Nonis Aprilis, " Valeriano & Gallieno viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Actorum vel.*] Episcopi dicuntur actores ecclesiæ: quia ipsis lege apostolica rerum ecclesiasticarum administratio, cura & dispensatio commissa est. Vide quæ diximus in notis ad primam epistolam Alexandri, verbis: *Quam ad sacerdotes.*

[b] *Nullus alienigena aut accusator eorum fiat aut judex.*] Vide notas epistolæ primæ Anacleti, verbis: *Peregrina judicia*, &c. item verbis: *Quoniam apostoli*, &c.

[c] *Appellentur primates*, &c.] Hoc loco ea quæ de numero & origine patriarchalium sedium diximus in notis ad 3. epistolam Anacleti confirmantur: itaque vide quæ ibidem diximus.

[d] *Quorum primates etiam gentiles.*] Sicut alia multa, ita etiam antiquissimum hoc nomen, primatum, & patriarcharum, feliciter in ecclesiam translatum est. Non tantum enim Iudæi, sed etiam Ægyptii utebantur eo nomine atque primaria dignitate. Nam Herodotus cum agit de sacris Ægyptiorum, " patriarchas illos nominat, qui principem locum in sacris tenent. Insuper usus est eo nomine Hadrianus imperator Trajani successor, in epistola ad Servium consulem de Ægyptiorum inconstantia, ubi teste Flavio Vopisco in Saturnino, hæc verba ait: *Ille ipse patriarcha cum in Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.* Quod an imperator vere dixerit, & de quibus id intelligendum sit, vide Baronium anno Christi 132. num. 13. & 14.

EPISTOLA " I. CYPRIANI AD STEPHANUM PAPAM.

De Marciano " episcopo Arelatensi, qui Novatiano consensit.

Cyprianus Stephano fratri salutem.

FAUSTINUS collega noster Lugduni consistens, frater carissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam vobis scio utique nuntiata, tam ab eo, quam a ceteris coepiscopis nostris in eadem provincia constitutis, quod Marcianus Arelate consistens Novatiano A se conjunxerit, & a catholicæ ecclesiæ unitate, atque a corporis nostri & sacerdotii consensione discesserit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam pravitatem, ut servis Dei pœnitentibus & dolentibus, & ad ecclesiam lacrymis & gemitu & dolore pulsantibus, divinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudantur, nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati, sed sine spe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciantur. Cui rei nostrum est consulere & subvenire, frater carissime, qui divinam clementiam cogitantes, & gubernandæ ecclesiæ libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis B erigendis & curandis vulneratis, bonitatis & misericordiæ divinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas literas ad coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne ultra Marcianum pervicacem & superbum, & divinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quod necdum a nobis videatur abstentus, qui jampridem jactat & prædicat, quod Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, a communicatione se nostra segregaverit; cum Novatianus ipse, quem sequitur, olim abstentus & hostis ecclesiæ judicatus sit: & cum ad nos in Africam legatos misisset, optans ad communicationem nostram admitti, C hanc a concilio plurimorum sacerdotum, qui præsentes eramus, sententiam retulerit, se foris esse cœpisse, nec posse a quoquam nostrum sibi communicari, qui episcopo Cornelio in catholica ecclesia de Dei judicio, & cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & sacrilega contra verum sacerdotem sacrificia offerre tentaverit. Proinde si resipiscere, & ad sanæ mentis consilium redire vellet, ageret pœnitentiam, & ad ecclesiam supplex rediret. Quam vanum est, frater carissime, ut Novatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem a sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, & de D majestate ac dignitate ecclesiæ judicare? Dirigantur in Provinciam, & ad plebem Arelate consistentem, a te literæ, quibus abstento Marciano, alius in locum ejus substituatur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat, multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine * pace: vel ceteris subveniatur qui supersunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt, & divinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opitulationis exposcunt. Idcirco enim, frater carissime, copiosum corpus est sacerdotum concordiæ mutuæ glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut si quis ex collegio no- E stro hæresim facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentaverit, subveniant ceteri & quasi pastores utiles ac misericordes, oves dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliquis, munitionibus suis ruptis, infestus & periculosus esse navibus cœperit? Nonne navigantes ad alios proximos portus naves suas dirigunt, ubi sit tutus & salutaris introitus & statio secura? Aut si in via stabulum aliquod obsideri & teneri a latronibus cœperit, ut quisquis ingressus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur: nonne commeantes, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia, & receptacula commeantibus tuta? Quare necessarium erit, frater carissime,

* i. sine confessione, & reconciliatione ecclesiæ.

A ut fratres nostros, qui jactati Marciani scopulis petunt ecclesiæ portus salutares, suscipiamus ad nos prompta & benigna humanitate, & stabulum commeantibus præbeamus tale, quale est in evangelio, quo a latronibus sauciati & vulnerati suscipi & foveri & tutari ab stabulario possint. Quæ est enim major aut melior cura præpositorum, quam diligenti solicitudine & medela salubri fovendis & conservandis ovibus providere? cum dominus loquatur & dicat: *Quod infirmatum est, non confortastis: & quod male habuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, non consolati estis: & quod erravit, non revocastis: & quod periit, non inquisistis: & dispersæ sunt oves meæ, eo quod* B *non sint pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri, & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos, ut non pascant oves meas, & jam non pascent eas, & extraham eas de ore eorum, & pascam eas cum judicio.* Cum ergo pastoribus talibus, per quos dominicæ oves negliguntur & pereunt, sic dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater carissime, quam colligendis & revocandis Christi ovibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapsorum vulneribus paternæ pietatis adhibere medicinam, quando etiam dominus in evangelio moneat & dicat: C *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus.* Nam etsi pastores multi sumus, unum tamen gregem pascimus, & oves universas, quas Christus sanguine suo & passione quæsivit, colligere & fovere debemus, nec pati supplices & dolentes fratres nostros crudeliter despici, & superba quorumdam præsumptione calcari, cum scriptum sit: *Ille autem qui contumax est, vir sui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tamquam infernus animam suam*: & ejusmodi homines dominus in evangelio suo culpet & damnet, dicens: *Vos estis, qui justificatis vos in conspectu hominum, Deus autem dignoscit corda vestra: quoniam quod excelsum est in hominibus, execratio est in conspectu Dei.* Execrabiles & detestabiles dicit esse, qui sibi placeant, D qui tumidi & inflati aliquid sibi arroganter assumant. Ex quibus cum Marcianus esse cœperit, & se Novatiano conjungens, adversarius misericordiæ & pietatis extiterit, sententiam non dicat, sed accipiat; nec sic agat quasi ipse judicaverit de " collegio sacerdotum, cum ipse sit ab universis sacerdotibus judicatus. Servandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor gloriosus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater carissime, honorificare & servare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni spiritu domini, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis E pacem censuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non esse literis suis signaverunt, *quam rem omnes omnino utique censuimus.* Neque enim poterat esse apud nos sensus diversus, in quibus unus esset spiritus: & ideo manifestum est eum Spiritus sancti veritatem cum ceteris non tenere, quem videmus diversa sentire. Significa plane nobis, quis in locum Marciani " Arelate fuerit substitutus, ut sciamus ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

Luc. 10. — Ezech. 34. — Matth. 9. — Isai. 5. — Luc. 16.

* Quidam ex iis verbis arguunt concilium Lugduni habitum in causa Marciani: neque tamé evincunt, ut dicemus in notis. En quantum tribuit decretis pontificum.

" an tum fuerit metropolitana civitas merito dubitari potest, neque Saxio ac similibus fides temere obliganda.

EPISTOLA " II. CYPRIANI AD STEPHANVM PAPAM.

"LX[X] edit. P[am.] & Rig[alt.]

De baptizandis iis qui ab hæreticis sunt baptizati: quæ ejus sententia non recipitur: item de non admittendis in clerum qui ab hæresi redeunt.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri salutem.

AD quædam disponenda & communis consilii examinatione limanda, necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere & celebrare concilium, in quo multa quidem prolata atque transacta sunt: sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem auctoritatem, & ad ecclesiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem, de divinæ dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una est, venerint, baptizari oportere; eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & ecclesiæ baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari & esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: *Nisi quis ' natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Invenimus enim etiam in Actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum, & salutaris fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii centurionis super ethnicos, qui illic aderant, fidei calore ferventes, & in dominum toto corde credentes descendisset Spiritus sanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apostolum Petrum, divini præcepti atque evangelii memorem præcepisse ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant sancto Spiritu pleni, ut nihil prætermissum videretur, quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apostolica magisteria servarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Christo adversantur, per gratiam Christi posse proficere, diligenter nuper expressum est in epistola " quæ ad Quintum collegam nostrum, in Mauritania constitutum, super ea re scripta est: item in literis " quas collegæ nostri ad episcopos in Numidia præsidentes ante fecerunt, cujus utriusque epistolæ exempla subdidi. Addimus plane & adjungimus, frater carissime, consensu & auctoritate communi, ut etiamsi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a pseudoepiscopis & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, & contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur, ut communicent laici, & satis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint: nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes & ministros, qui altari & sacrificiis deserviunt, integros atque immaculatos esse, cum dominus Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præcipiat & dicat: *Et sacerdotes qui accedunt ad dominum*

Ioan. [3.] ' renat[us] — Act. 1[0.] — " est LX[X] edit. Pa[m.] & Riga[lt.] " LXX. Pam.&[Rig.] — Hæreti[co]rum profana ord[i]natio. — Levit. 2[1.] — Exod. 1[9.]

minum Deum, sanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus. Et iterum: *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Quod autem majus potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quam adversus Christum stetisse? quam ecclesiam ejus, quam ille sanguine suo paravit & condidit, dissipasse? quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, contra unanimem & concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse? Qui etsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos & secum revocare non possunt, qui ab eis seducti & foris morte præventi, extra ecclesiam sine communicatione & pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores & duces extiterunt. B Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari: non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis & innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos qui a nobis recesserint, & contra ecclesiam steterint, honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere quæ & religiosa pariter & vera sunt. Ceterum scimus quosdam, quod semel imbiberint, nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud se semel sint usurpata, retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat in ecclesiæ C administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui domino redditurus. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

[a] CONCILIVM AFRICANVM I. AD COLLAPSAM ECCLESIÆ disciplinam reformandam,

Habitum anno " CCLVII. *sub Stephano papa.*

[a] *Concilium.*] Anno Christi " 257. persecutione cessante, ad quassatam ecclesiam componendam, Cyprianus ejusque collegæ episcopi Africanæ ecclesiæ, ex more convenerunt; partim ut rectam D fidem & catholicam unitatem conservarent, partim etiam ut collapsam ecclesiasticam disciplinam restituerent, ac bonos mores fidelium informarent. In hac synodo constitutum est primo, ut diaconus ille, quem Rogatianus de protervia & conviciis sibi illatis coram patribus concilii denuntiaverat, aut abstineatur, aut, nisi peccatum emendet, omnino deponatur. Idem de reliquis protervis & contumeliosis clericis constitutum esse volens: quia contumacia in clericis subjectis periculosa sit, ex qua ut plurimum in hæresin prolabi consueverunt. Verba Cypriani responsoria ad Rogatianum hac de re scribentis hæc sunt: *Hæc* E *sunt initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de ecclesia receditur: sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumeliis suis exacerbaverit & provocaverit, fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel abstineas.* Secundo hac eadem synodo patres concilii intelligentes quod Geminius Victor Christianus ex hac vita discedens Fortunatum quemdam A presbyterum testamento suorum filiorum tutorem nominasset, atque ita, juxta decretum concilii alicujus, olim hac de re in Africa sub antecessoribus celebrati, pœnam excommunicationis incurrisset; ipsum Geminium defunctum, eo quod presbyterum a cultu Dei ad sæcularia avocasset, excommunicatum esse denuntiant; ideoque pro defuncto sacrificium offerri, nomen apud altare nominari severe admodum interdicunt: ipsumque antecessorum suorum decretum hac synodali constitutione confirmant. Hæc constant ex Cypriani epistola 66. qua sic ait: *Graviter commoti sumus ego & collegæ mei, qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant,* &c. Baron. anno 257. numero 13. & 14. Hoc eodem concilio baptismum infantulorum in casu necessitatis ante octavum diem accelerandum esse, ad quorumdam dubitationem responsum esse videtur: maxime, quia concilium illud tempore ecclesiæ pacato celebratum, non sub Lucio, ut Veneta editio habet, sed potius circa initium Valeriani habitum fuisse, certo colligere liceat. Qualis illa de baptismo infantulorum controversia fuerit, ex " 59. epistola Cypriani ad Fidum presbyterum hic subjecta cognoscere licet.

ANNO CHRISTI 257. " 255.

Clericos a testamentaria tutela eximit. Qui testamento clericos tutores constituunt, excommunicantur.

Infantes ante octavum diem baptizari possunt.

" Eumdem servat ordinem in edit. nupera Rigaltii, quem in Pameliana.

CYPRIANI EPISTOLA AD FIDVM.

De infantibus baptizandis.

Cyprianus & ceteri collegæ qui in concilio adfuerant, numero sexaginta sex, Fido fratri salutem.

Legimus literas tuas, frater carissime, quibus significasti de Victore quodam presbytero, quod ei antequam pœnitentiam plenam egisset, & domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & præpropera festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate; ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente, pax ei concederetur: sed librato apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium collegam nostrum, quod temere hoc fecerit, & instruxisse, ne quid tale de cetero faciat. Pacem tamen quomodocumque a sacerdote Dei semel datam non putavimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sint constitutos baptizari non oportere, & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum & sacrificandum non putares; longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius judicavimus, nulli hominum nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. Nam cum dominus in evangelio suo dicat: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare;* quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in utero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum sæcularium cursum, accipere, qui nati sunt, incrementum videntur: ceterum quæcumq; a Deo fiunt, Dei factoris majestate & opere per-

Gen. 17.

Luc. 9.

ANNO CHRISTI 257. "255.

fecta sunt. Esse denique apud omnes, sive infantes, sive majores natu, unam divini muneris æqualitatem, declarat nobis divinæ scripturæ fides, cum Elisæus super infantem Sunamitis viduæ filium, qui mortuus jacebat, ita se Deum deprecans superstravit, ut capiti caput, & faciei facies applicaretur, & superfusi Elisæi membra singulis parvuli membris & pedes pedibus jungerentur. Quæ res, si secundum nativitatis nostræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & provecto infans non posset æquari, nec cohærere & sufficere possent parva membra majoribus. Sed illic æqualitas divina & spiritalis exprimitur, quod pares atque æquales sint omnes homines, quando a Deo semel facti sunt; & possit ætas nostra in incrementis corporum, secundum sæculum, non secundum Deum, habere discrimen: nisi si & gratia ipsa, quæ baptizatis detur, pro ætate accipientium vel minor vel major tribuitur; cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus præbeatur. Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cælestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cælestem gratiam dandam impedimento esse oportere; scriptum est enim: *Omnia munda sunt mundis.* Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu novus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari; quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debet cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodam modo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Iudaica circumcisione carnali octavus dies observabatur; sacramentum est in umbra atque in imagine ante præmissum, sed veniente Christo veritate completum. Nam quia octavus dies, id est, post sabbatum primus dies, futurus erat, quo dominus resurgeret, & nos vivificaret, & circumcisionem nobis spiritalem daret: hic dies octavus, id est, post sabbatum primus & dominicus, præcessit in imagine, quæ imago cessavit superveniente postmodum veritate, & data nobis spiritali circumcisione. Propter quod neminem putamus a gratia consequenda impediendum esse ea lege quæ jam statuta est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi; quando & Petrus in Actibus apostolorum loquatur & dicat: *Dominus mihi dixit neminem communem dicendum & immundum.* Ceterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset; magis adultos, & provectos, & majores natu possent impedire peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & a baptismo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Et idcirco, frater carissime, hæc fuit in consilio nostra sententia, a baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa universos observandum sit, atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra, ac de divina misericordia plus merentur, quod in primo statim nativitatis suæ ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

4. Reg. 4. — Gal. 2. — Tit. 1. — Gen. 17. — Act. 10.

CYPRIANI " EPISTOLA AD ROGATIANUM EPISCOPUM.

"LXV Pam. Rigalt.

De superbo diacono.

Cyprianus Rogatiano fratri salutem.

GRAVITER & dolenter commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentes aderant, frater carissime, lectis literis tuis, quibus de diacono tuo conquestus es, quod immemor sacerdotalis loci tui, & officii ac ministerii sui oblitus, contumeliis & injuriis suis te exacerbaverit. Et tu quidem honorifice circa nos & pro solita tua humilitate fecisti, ut malles de eo nobis conqueri, cum pro episcopatus vigore & cathedræ auctoritate haberes potestatem, qua posses de illo statim vindicari; certus quod collegæ tui omnes gratum haberemus quodcumque circa diaconum tuum contumeliosum sacerdotali potestate fecisses, habens circa hujusmodi homines præcepta divina, cum dominus Deus in Deuteronomio dicat: *Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut judicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille: & omnis populus cum audierit, timebit; & non agent impie etiam nunc.* Et ut sciamus hanc Dei vocem cum vera & summa majestate processisse ad honorandos ac vindicandos sacerdotes suos, cum adversus Aaron sacerdotem tres de ministris, Core, & Dathan, & Abiron ausi sunt superbisse, & cervicem suam extollere, & sacerdoti præposito se adæquare, hiatu terræ absorpti ac devorati, pœnas statim sacrilegæ audaciæ persolverunt. Nec soli illi, sed & ceteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpente a domino igne consumpti sunt; ut probaretur sacerdotes Dei ab eo qui sacerdotes facit, vindicari. In libro quoque ' regnorum, cum Samuel sacerdos a Iudæorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamavit iratus dominus, & dixit: *Non te spreverunt, sed me spreverunt.* Et ut hoc ulcisceretur, excitavit eis Saul regem, qui eos injuriis gravibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas superbum populum calcaret & premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultione divina vindicaretur. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus testatur & docet quæ sit sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens; *Ex tota anima tua time Deum, & sacerdotes ejus sanctifica.* Et iterum: *Honora Deum, ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes ejus.* Quorum præceptorum memor beatus apostolus Paulus, secundum quod in Actibus apostolorum legimus, cum ei diceretur: *Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo?* Respondit & dixit: *Nesciebam fratres quia pontifex est: scriptum est enim: Principem populi tui non maledices.* Dominus etiam noster ipse Iesus Christus rex & judex & Deus noster usque ad passionis diem servavit honorem pontificibus & sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem

Deut. — Num. — ' Reg — 1. Reg. — Eccles. — Act. 23 — Exod. 22

nem Christi servassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: *Vade, & monstra te sacerdoti, & offer donum.* Humilitate ea qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis cum alapam accepisset, & ei diceretur, *sic respondes pontifici?* nihil ille contumeliose locutus est in personam pontificis, sed magis innocentiam suam tuitus est, dicens: *Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter, ut nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime & plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Meminisse autem diaconi debent, quoniam apostolos, id est, episcopos & præpositos dominus elegit: diaconos autem post ascensum domini in cælos apostoli sibi constituerunt episcopatus sui & ecclesiæ ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit; possunt & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt. Et ideo oportet diaconum, de quo scribis, agere audaciæ suæ pœnitentiam, & honorem sacerdotis agnoscere, & episcopo præposito suo plena humilitate satisfacere. Hæc sunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeat, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumeliis suis exacerbaverit & provocaverit; fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel abstineas. Nam si apostolus Paulus ad Timotheum scribens dixit: *Juventutem tuam nemo despiciat:* quanto magis tibi a collegis tuis dicendum est: Senectutem tuam nemo despiciat. Et quoniam scripsi quemdam cum eodem diacono tuo se miscuisse, & superbiæ ejus atque audaciæ participem esse: hunc quoque, & si qui alii tales extiterint, & contra sacerdotem Dei fecerint, vel coercere poteris, vel abstinere: nisi quod hortamur & monemus, ut peccasse se potius intelligant, & satisfaciant, & nos propositum nostrum tenere patiantur: magis enim optamus & cupimus contumelias & injurias singulorum clementi patientia vincere, quam sacerdotali licentia vindicare. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

CYPRIANI " EPISTOLA AD CLERUM ET PLEBEM FURNITANORUM.

Lect. Rig.

De Victore qui Faustinum presbyterum tutorem nominavit.

Cyprianus presbyteris, & diaconibus, & plebi Furnis consistentibus salutem.

GRAVITER commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissemus quod Geminius Victor frater noster, de sæculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominaverit, cum jampridem in concilio episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat, quando singuli divino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: *Nemo militans Deo obligat se molestiis sæcularibus, ut possit placere ei cui se probavit.* Quod cum de omnibus dictum sit; quanto magis molestiis & laqueis sæcularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupati, ab ecclesia recedere, & ad terrenos & sæculares actus vacare non possunt? Cujus ordinationis & religionis formam Levitæ prius in lege tenuerunt, ut cum terram dividerent, & possessiones partirentur undecim tribus, Levitica tribus, quæ templo, & altari, & ministeriis divinis vacabat, nihil de illa divisionis portione perciperet, sed aliis terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad victum atque alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur decimas reciperet. Quod totum fiebat de auctoritate & dispositione divina: ut qui operationibus divinis insistebant, in nulla re avocarentur, nec cogitare, aut agere sæcularia cogerentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, ut qui in ecclesia domini ordinatione clerica promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, nec molestiis & negotiis sæcularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cælestibus rebus & spiritualibus serviant. Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes, censuerunt ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit avocare. Et ideo Victor cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum religiose & necessarie factum servetur a nobis: simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes & ministros Dei, altari ejus & ecclesiæ vacantes, ad sæculares molestias devocet: observari enim de cetero poterit, ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est fuerit vindicatum. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

Anno Christi 257. " 255.

2. Tim. 2.

Iosue 13.

CONCIL. AFRICANUM II. IN CAUSA BASILIDIS ET MARTIALIS,

habitum anno " CCLVIII sub Stephano papa I.

Anno Christi 258. " 256.

a *Concilium.*] Hoc concilium habitum est in Africa, anno Christi " 258. ad instantiam Hispaniæ episcoporum, eo fine, ut de causa Basilidis & Martialis, Africanæ ecclesiæ judicium cognoscerent. Causa talis erat: Basilides Legionensis, & Martialis Asturicensis ecclesiæ episcopi, eo quod in persecutione fuissent lapsi libellatici, qui nimirum privatim fidem abnegantes, publicum idolorum cultum pecunia redemissent, episcopali honore ad denuntiationem fidelium Hispanorum spoliantur, & in eorum locum Sabinus ac Felix substituuntur. Cessante persecutione, illi, sicut antea Felicissimus in Africa lapsus, absque ullo gradus & honoris dispendio ab ecclesia recipi temerario ausu contenderunt: quo conatu cum frustrarentur, Felicemque

" CCLVI.

Tempus, locus, & causa concilii.

" 256.

ANNO CHRISTI 258. ° 256.

Basilides & Martialis libellatici, cur Romam profecti.

licemque cum Sabino in locum suum substitutos viderent, Basilides livore tabescens ad apostolicam sedem Romam se contulit, ibique se injuste sede privatum conquerens, Stephano Romano pontifici supplicationem plurimis mendaciis refertam exhibet, ac per eam sedi ac honori pristino restitui suppliciter rogat. Quod cum episcopi Hispaniæ audissent, ipsi duo suffecti episcopi, Sabinus ac Felix, ad Africanam ecclesiam ablegantur, & utrique literæ ad Cyprianum reliquosque ejus ecclesiæ episcopos scriptæ communicantur, ut scilicet iidem episcopi libellaticorum duorum causam cognoscant ac dijudicent. Cyprianus igitur cum legatos una cum literis prædictis excepisset, collegas antistites convocat, & in eorum sacro consessu literas ad se suosque collegas scriptas legi ac recitari, & ab iisdem legatis in concilium introductis suam ipsorum causam enarrari procurat. Quæ cum facta essent, hoc quod ab episcopis Hispaniæ de Basilidis & Martialis libellaticorum episcoporum depositione, & Sabini cum Felici suffectione constitutum fuerat, per Africanæ ecclesiæ episcopos illos, qui huic concilio interfuerant, confirmatum est; nimirum libellaticos omnes ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, verum ab ordinatione clericali, atque sacerdotali dignitate recte prohiberi: hosce duos etiam sua episcopali dignitate recte spoliatos, Sabinum ac Felicem in locum ipsorum recte suffectos esse. Quo testimonio habito, ipsi Sabinus ac Felix, literis Cypriani aliorumque episcoporum ad Stephanum & episcopos Hispaniæ scriptis communiti, Romam adnavigant, tum ut mendacia Basilidis coram refellant, tum etiam ut auctoritate sedis apostolicæ contumaces episcoporum Hispaniæ contemptores compescant. Vide Baron. anno. 258. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Definitio concilii quæ.

Sabinus & Felix cur Romã veniunt.

° LXVIII. edit. Pan. & Rigaltii.

EPISTOLA ° CYPRIANI AD CLERUM ET PLEBES IN HISPANIA CONSISTENTES.

De Basilide & Martiale.

Cyprianus, Cæcilius, Primus, Polycarpus, &c. Felici presbytero & plebibus consistentibus ad Legionem & Asturicæ: item Lelio diacono & plebi Emeritæ consistentibus fratri in domino salutem.

Cum in unum convenissemus, legimus literas vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum episcopos nostros pro fidei vestræ integritate, & pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia vinctos, episcopatum gerere, & sacerdotium Dei administrare non oportere: & desiderastis rescribi ad hæc vobis, & justam pariter ac necessariam solicitudinem vestram vel solatio, vel auxilio nostræ sententiæ sublevari. Sed enim desiderio huic vestro non tam nostra consilia, quam divina præcepta respondent; quibus jampridem mandatur voce cælesti, & Dei lege præscribitur, quos & quales oporteat deservire altari, & sacrificia divina celebrare. In Exodo namque ad Moysen Deus loquitur & monet, dicens: *Sacerdotes, qui accedunt ad dominum Deum, sanctificentur; ne forte derelinquat illos dominus.* Et iterum: *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Item in Levitico præ-

Exod. 19.

Exod. 28.

cipit dominus, & dicit: *Homo, in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo.* Quæ cum prædicta, & manifesta sint nobis, præceptis divinis necesse est obsequia nostra deserviant, nec personam in ejusmodi rebus accipere, aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit divina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus, quid ad Iudæos per Isaiam prophetam locutus sit dominus increpans & indignans, quod contemptis divinis præceptis humanas doctrinas sequerentur: *Populus iste, inquit, labiis suis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes:* quod item dominus in evangelio repetit, & dicit: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis.* Quæ ante oculos habentes, & solicite ac religiose considerantes in ordinationibus sacerdotum, non nisi immaculatos & integros antistites eligere debemus, qui sancte & digne sacrificia Deo offerentes, audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cum scriptum sit: *Deus peccatorem non audit: sed si quis Deum coluerit, & voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Propter quod plena diligentia, exploratione sincera, oportet eos ad sacerdotium deligi, quos a Deo constet audiri. Nec sibi plebs blandiatur, quasi immunis esse a contagio delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans, & ad injustum atque illicitum propositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur & dicat censura divina: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabuntur.* Docens scilicet & ostendens omnes omnino ad peccatum constringi, qui fuerint profani & injusti sacerdotis sacrificio contaminati. Quod item in Numeris manifestari invenimus, quando Core, & Dathan, & Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vendicaverunt. Illic quoque per Moysen præcepit dominus, ut ab eis populus separetur, ne facinorosis conjunctus eodem facinore & ipse perstringatur. *Separamini, inquit, a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne simul pereatis in peccato eorum.* Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere: quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos, plebe præsente, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris dominus Moysi præcipit, dicens: *Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium ejus, & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam ejus, & indue Eleazarum filium ejus, & Aaron appositus moriatur illic.* Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata. Quod postea secundum divina magisteria observatur in Actis apostolorum, quando de ordinando in locum Iudæ episcopo Petrus ad plebem loquitur: *Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium:*

ANNO CHRISTI 258.

Levit.

Isai.

Marc.

Ioan. 9.

Osee. 9.

Num.

Num.

discentium: fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo & ipso in actis eorum scriptum est: *Et convocaverunt*, inquit, *illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis.* Quod utique idcirco tam diligenter & caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos, non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc Deo displicere, quæ non veniant ex legitima & justa ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam, dicens: *Sibimetipsis constituerunt regem, & non per me.* Propter quod diligenter de traditione divina, & apostolica observatione observandum est & tenendum quod apud nos quoque, & fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos literas fecerant, judicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gestæ rei ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se injuste in episcopatum, de quo fuerat juste depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: *Deus non deridetur.* Sed nec Martiali potest profuisse fallacia, quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando & apostolus moneat, & dicat: *episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem.* Quapropter cum (sicut scripsistis, fratres dilectissimi, ut & Felix & Sabinus collegæ nostri asseverant, utque alius Felix de Cæsaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis literis suis significat) Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint; Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit, & se blasphemasse confessus sit; & episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens, ad agendam pœnitentiam conversus sit, Deum deprecans, & satis gratulans, si sibi vel laico communicare contingeret; Martialis quoque præter gentilium turpia & lutulenta convivia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos; actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse contestatus sit; cumque alia multa sint & gravia delicta, quibus Basilides & Martialis implicati tenentur; frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines nec ecclesiæ Christi præesse, nec Deo sacrificia offerre debere. Maxime cum jampridem nobiscum & cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus ac justus, & martyrio quoque dignatione domini honoratus, decreverit ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Nec vos moveat, fratres dilectissimi, si apud quosdam in novissimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligiosus vacillat, aut pacifica concordia non perseverat. Prænuntiata sunc hæc futura in sæculi fine, & domini voce, atque apostolorum contestatione prædictum est: deficiente jam mundo, atque appropinquante Antichristo, bona quæque deficere, mala vero & adversa proficere. Non sic tamen, quamvis novissimis temporibus, in ecclesia Dei aut evangelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut non supersit portio sacerdotum, quæ minime ad has rerum ruinas, & fidei naufragia succumbat; sed fortis & stabilis honorem divinæ majestatis & sacerdotalem dignitatem plena timoris observatione tueatur. Meminimus & tenemus, succūbentibus licet & cedentibus ceteris, Mathathiam legem Dei vindicasse fortiter: Eliam, Judæis deficientibus atque a religione divina recedentibus, stetisse, & certasse sublimiter: Danielem, nec solitudine regionis alienæ, nec persecutionis assiduæ infestatione deterritum, frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martyria: tres item pueros, nec annis nec minis fractos, contra ignes Babylonios fideliter obstitisse, & victorem regem in ipsa sua captivitate vicisse. Viderit vel prævaricatorum numerus, vel proditorum, qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere, & fidem pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos sincera mens, & religio integra, & non nisi domino & Deo suo anima devota, nec Christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat & exaltat ad gloriam, secundum quod beatus apostolus Paulus hortatur, & dicit: *Quid enim si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem omnis homo mendax est, & solus Deus verax; quid aliud servi, & maxime sacerdotes Dei facere debemus, nisi ut humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta dominica custodientes, in Dei veritate maneamus? Quare etsi aliqui de collegis nostris exstiterunt, fratres dilectissimi, qui deificam disciplinam negligendam putant, & cum Basilide & Martiale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet, cum Spiritus sanctus in psalmis talibus comminetur, dicens: *Tu autem odisti disciplinam, & abjecisti sermones meos retro. Si videbas furem, concurrebas ei, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Consortes & participes ostendit eos alienorum delictorum fieri, qui fuerint delinquentibus copulati. Sed & hoc idem Paulus apostolus scribit, & dicit: *Susurratores, detractores, abhorrentes Deo, injuriosi, superbi, jactantes sui, adinventores malorum, qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni; non tantum qui faciunt ea, sed & qui consentiunt eis qui hæc agunt: quoniam qui talia*, inquit, *agunt morte sunt digni.* Manifestat, & comprobat morte dignos esse, & ad pœnam venire, non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agen-

Marginalia: ANNO CHRISTI 258. "256. — Osee 8. — Galat. 6. — 1. Tim. 4. — 2. Petr. 2. — 1. Mach. 2. — 3. Reg. 19. — Daniel. 6. & 4. — ' sollicitudine — Dan. 3. — Rom. 3. — Psalm. 49. — Rom. 1.

agentibus consentiunt: qui dum malis & pecca- A toribus, & pœnitentiam non agentibus, illicita communicatione miscentur, nocentium contactibus polluuntur, & dum junguntur in culpa, sic nec in pœna separantur. Propter quod integritatis & fidei vestræ religiosam solicitudinem, fratres dilectissimi, & laudamus pariter & probamus; & quantum possumus adhortamur literis nostris, ne vos cum profanis & maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega misceatis, sed integram & sinceram fidei vestræ firmitatem religioso timore servetis. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

ANNO CHRISTI 258. "256. "CCLVI.

[a]CONCILIUM ICONIENSE CONTRA CATAPHRYGAS,

B

Celebratum anno " CCLVIII *sub Stephano papa I.*

Tempus, locus & causa concilii. "256. Qui interfuerint.

[a]*Concilium Iconiense.*] Hoc concilium habitum est anno "258. Iconii in Phrygia, occasione Cataphrygarum hæreticorum, ut de ipsorum omniumque aliorum hæreticorum baptismatis valore, quid statuendum sit, inquirerent. Ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliisque proximis orientalibus regionibus episcopi ad hanc synodum accesserunt: a quibus omnibus constitutum ac decretum est, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta sunt, ab ecclesia catholica recipiendum esse: ordinationes, baptismum, manuum impositiones, aliudve sacrum quodvis ab hæreticis administratum, invalidum esse. Stephanus pontifex Romanus episcopos orientales hæc constituentes excommunicat, & apostolicæ sedis communione privat: ipsam vero synodum erraticam contra apostolorum traditionem erroneum dogma confirmantem reprobat. Orientales ad pontificem suos quidem legatos, qui de rebus in synodo gestis coram pontifice rationem redderent, ablegarunt; verum Romam venientes, a sancto Stephano pontifice, neque recepti, neque auditi fuerunt. Ob quam causam Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ episcopus ad Cyprianum eam, qua acta hujus concilii enarrat, & de legatis non auditis valde conqueritur, epistolam sequentem hanc conscripsit. Baron. an. præd. num. 14. 15. & 16.

Decretum concilii.

C

Stephanus papa hoc concilium reprobavit.

Firmilianus episcopus Asiæ.

EPISTOLA "FIRMILIANI AD CYPRIANUM, contra epistolam Stephani.

"Inter epistolas S. Cypriani ordine LXXV. in edit. Pam. & Rigal.

Firmilianus Cypriano fratri in domino salutem.

ACCEPIMUS per Rogatianum carissimum nostrum diaconum a vobis missum literas quas ad nos fecisti, frater dilectissime, & gratias propter hoc domino maximas egimus; quod contigerit, ut qui corpore abinvicem separamur, sic spiritu adunemur, quasi non unam tantum regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitantes. Quod & decet dicere, quia & spiritalis domus Dei una est: *erit enim in novissimis*, ait propheta, *diebus manifestus mons domini, & domus Dei super vertices montium.* In quam convenientes cum jucunditate adunantur, secundum quod & in psalmo hoc postulatur a domino, *inhabitare in domo Dei per omnes dies vitæ.* Unde & in alio loco manifestatum est, esse apud sanctos magnam voluntatis caritatem, in unum convenire. *Ecce*, inquit, *quam bonum & voluptibile est, ut habitent fratres in unum.* Adunatio enim, & pax, &

Isai. 2. Psalm. 26. Psalm. 132.

concordia, non solum hominibus fidelibus & cognoscentibus veritatem, sed & angelis ipsis cælestibus voluptatem maximam præstat; quibus dicit sermo divinus, *ecce gaudium in uno peccatore pœnitentiam agente;* & ad unitatis vinculum revertente. Quod utique non diceretur de angelis conversationem in cælis habentibus, nisi ipsi quoque essent nobis adunati, qui nostra adunatione lætantur: sicut e contrario utique contristantur, quando vidět diversas quorumdam mentes, & scissas voluntates, quasi non tantum unum, & eumdem dominum simul invocent, sed separatis & divisis abinvicem nec confabulatio jam possit esse, aut sermo communis. Nisi quod nos gratiam referre Stephano in isto possumus, quod per illius inhumanitatem nunc effectum sit, ut fidei & sapientiæ vestræ experimentum caperemus. Sed non si nos propter Stephanum hanc beneficii gratiam cepimus, statim Stephanus beneficio & gratia digna commisit. Neque enim & Iudas perfidia sua & proditione, qua scelerate circa salvatorem operatus est, dignus videri potest, quasi causam bonorum tantorum ipse præstiterit, ut per illum mundus, & gentium populus liberaretur. Sed hæc interim quæ ab Stephano gesta sunt prætereantur, ne, dum audaciæ & insolentiæ ejus meminimus, de rebus ab eo improbe gestis longiorem mœstitiam nobis inferamus. De vobis autem cognoscentes, quod secundum regulam veritatis & sapientiam Christi, hoc de quo nunc quæritur disposueritis; cum magna lætitia exultavimus, & Deo gratias egimus, quia invenimus in fratribus tam longe positis tantam nobiscum fidei & veritatis unanimitatem. Potens est enim gratia Dei copulare & conjungere caritatis atque unitatis vinculo, etiam ea quæ videntur longiore terrarum spatio esse divisa. Secundum quod & olim intervallo temporum separatos ab Iob & Noe, qui in primis fuerant, Ezechielem & Danielem, posteriores ætate ad unanimitatis vinculum virtus divina conjunxit; Ut quamvis temporibus longis discreti essent, eadem tamen divina inspiratione sentirent. Quod & nunc in vobis animadvertimus, ut qui longissimis regionibus a nobis separati estis, sensu tamen & spiritu copulatos vos esse nobiscum probaretis. Quod totum D hoc fit divina unitate. Nam cum dominus unus atque idem sit qui habitat in nobis, conjungit ubique & copulat suos vinculo unitatis. Unde *in universam terram exivit sonus eorum*, qui a domino missi sunt unitatis spiritu velociter currentes. Sicut e contrario nihil prodest aliquos proximos & junctos sibi esse corporibus, si animo & mente dissideant; quando adunari animæ omnino non possint, quæ se a Dei unitate diviserint: *Ecce enim*, inquit, *qui longinquant se abs te peribunt*: sed tales judicium domini pro merito suo subibunt, recedentes a verbis ejus, qui patrem pro unitate deprecatur, & dicit: *Pater da ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & hi in nobis unum sint.* Nos vero E ea quæ a vobis scripta sunt, quasi nostra propria suscipimus, nec in transcursu legimus, sed sæpe repetita memoriæ mandavimus: neque obest utilitati salutari aut eadem retexere, ad confirmandam veritatem, aut & quædam addere ad cumulandam probationem. Si quid autem a nobis additum fuerit, non sic additur quasi a vobis aliquid minus dictum sit: sed quoniam sermo divinus humanam naturam supergreditur, nec potest totum & perfectum anima concipere, idcirco & tantus est numerus prophetarum, ut multiplex divina sapientia per multos distribuatur. Unde & tacere

ANN CHRI 258. " Luc. 15. Psalm. Ioan. 17.

tacere præcipitur, primo in prophetia loquendi, si secundo fuerit revelatum. Qua ex causa necessario apud nos fit, ut per singulos annos seniores & præpositi in unum conveniamus ad disponenda ea quæ curæ nostræ commissa sunt: ut si qua graviora sunt, communi consilio dirigantur: lapsis quoque fratribus & post lavacrum salutare a diabolo vulneratis per pœnitentiam medela quæratur; non quasi a nobis remissionem peccatorum consequantur, sed ut per nos ad intelligentiam delictorum suorum convertantur, & domino plenius satisfacere cogantur. Quoniam vero legatus iste a vobis missus regredi ad vos festinabat, & hibernum tempus urgebat; quantum potuimus ad scripta vestra rescripsimus. Et B quidem quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit, quasi apostoli eos qui ab hæresi veniant baptizari prohibuerint, & hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime vos respondistis; neminem tam stultum esse qui hoc credat apostolos tradidisse, quando etiam ipsas hæreses constet execrabiles ac detestandas postea extitisse. Cum & Marcion Cerdonis discipulus inveniatur sero post apostolos, & post longa ab eis tempora, sacrilegam adversus Deum traditionem induxisse. Apelles quoque blasphemiæ ejus consentiens, multa alia nova & graviora fidei ac veritati inimica addiderit. Sed & Valentini & Basilidis tempus manifestum est, quod & ipsi post apostolos, & post longam ætatem, adversus C ecclesiam Dei sceleratis mendaciis suis rebellaverint. Ceteros quoque hæreticos constat pravas suas sectas & inventiones perversas, prout quisque errore ductus est, postea induxisse; quos omnes manifestum est a semetipsis damnatos esse, & ante diem judicii inexcusabilem sententiam adversus semetipsos dixisse: quorum baptisma qui confirmat, quid aliud quam cum ipsis se adjudicat, & se ipse participem talibus faciendo condemnat? Eos autem qui Romæ sunt non ea in omnibus servare quæ sint ab origine tradita, & frustra apostolorum auctoritatem prætendere; scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschæ, & circa multa alia divinæ rei D sacramenta, videat esse apud illos aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter, quæ Hierosolymis observantur. Secundum quod in ceteris quoque plurimis provinciis, multa pro locorum & nominum diversitate variantur; nec tamen propter hoc ab ecclesiæ catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est. Quod nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversum vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum amore & honore mutuo custodierunt: adhuc etiam infamans Petrum & Paulum beatos apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint; qui in epistolis suis hæreticos execrati sunt, & ut eos evitemus monuerunt. Unde apparet traditionem E hanc humanam esse, quæ hæreticos asserit, & baptisma, quod non nisi solius ecclesiæ est, eos habere defendit. Sed & ad illam partem bene a vobis responsum est, ubi Stephanus in epistola sua dixit: *Hæreticos quoque ipsos in baptismo convenire, & quod ad alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum*, quasi ad nos hoc facere debeamus. Quo in loco, etsi vos jam probastis satis ridiculum esse, ut quis sequatur errantes, illud tamen ex abundanti addimus; non esse mirum si sic hæretici agant, qui etsi in quibusdam minoribus discrepant, in eo tamen quod est maximum, unum & eumdem consensum tenent,

A ut blasphement creatorem, quædam somnia sibi & phantasmata ignoti Dei confingentes: quos utique consequens est sic consentire in baptismi sui vanitate, ut consentiunt in repudianda divinitatis veritate. De quibus quoniam longum est ad singula eorum, vel scelesta vel supervacua, respondere; satis est breviter illud in compendio dicere; eos qui non teneant verum dominum Patrem, tenere non posse nec Filii nec Spiritus sancti veritatem. Secundum quod etiam illi qui Cataphryges appellantur, & novas prophetias usurpare conantur, nec Patrem possunt habere, nec Filium, nec Spiritum sanctum; a quibus si quæramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit spiritum per Montanum & Priscam locutum. In quibus cum animadvertamus non veritatis spiritum sed erroris fuisse; cognoscimus eos qui falsam illorum prophetiam contra Christi fidem vindicant, Christum habere non posse. Sed & ceteri quique hæretici, si se ab ecclesia Dei sciderint, nihil habere potestatis aut gratiæ possunt; quando omnis potestas & gratia in ecclesia constituta sit, ubi præsident majores natu, qui & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi possident potestatem. Hæretico enim sicut ordinare non licet, nec manum imponere; ita nec baptizare, nec quidquam sancte nec spiritaliter gerere, quando alienus sit a spiritali & deifica sanctitate. Quod totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convenientibus ex Galatia, & Cilicia, & ceteris proximis regionibus, confirmavimus, tenendum contra hæreticos firmiter & vindicandum, cum a quibusdam de ista re dubitaretur. Et quoniam Stephanus & qui illi consentiunt, contendunt dimissionem peccatorum & secundam nativitatem in hæreticorum baptisma posse procedere, apud quos etiam ipsi confitentur Spiritum sanctum non esse; considerent & intelligant spiritalem nativitatem sine spiritu esse non posse: secundum quod & beatus Paulus apostolus eos qui ab Ioanne baptizati fuerant, priusquam missus esset a domino Spiritus sanctus, baptizavit denuo spiritali baptismo, & sic eis manum imposuit, ut acciperent Spiritum sanctum. Quale est autem, ut cum Paulum post Ioannis baptisma iterato discipulos suos baptizasse videamus, nos eos qui ab hæresi ad ecclesiam veniunt, post illicitam & profanam eorum tinctionem baptizare dubitemus? Nisi si his episcopis, de quibus nunc, minor fuit Paulus, ut hi quidem possint per solam manus impositionem venientibus hæreticis dare Spiritum sanctum; Paulus autem idoneus non fuerit, qui ab Ioanne baptizatis Spiritum sanctum per manus impositionem daret, nisi eos prius etiam ecclesiæ baptismo baptizasset. Illud quoque absurdum, quo non putant quærendum esse, quis sit ille qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus sit, gratiam consequi potuerit invocata trinitate nominum Patris & Filii & Spiritus sancti. Deinde hæc erit sapientia quam scribit Paulus esse in his qui perfecti sunt. At quis est in ecclesia perfectus & sapiens, qui hoc aut defendat, aut credat, quod invocatio hæc nominum nuda sufficiat ad remissionem peccatorum, & baptismi sanctificationem? cum hæc tunc utique proficiant, quando & qui baptizat habet Spiritum sanctum, & baptisma quoque ipsum non sit sine Spiritu constitutum. Sed dicunt eum qui quomodocumque foris baptizatur, mente & fide sua baptismi gratiam consequi posse: quod & ipsum si- ne

1. Cor. 2.

ANNO CHRISTI 258. * 256.

ne dubio ridiculum est, quasi de cælo adducere ad A se possit aut mens prava justorum sanctificationem, aut fideles falsa credentium veritatem. Non omnes autem, qui nomen Christi invocant, audiri, & invocationem suam consequi aliquid gratiæ posse dominus ipse manifestat, dicens: *Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos fallent.* (Mar. 13.) Nulla quippe differentia est inter pseudoprophetam & hæreticum. Nam ut ille in nomine Dei aut Christi, ita iste in sacramento baptismi fallit. Mendacio uterque nititur, ad decipiendas hominum voluntates. Volo autem vobis & de historia, quæ apud nos facta est, exponere ad hoc ipsum pertinente. Ante viginti enim & duos fere annos, temporibus post Alexandrum imperatorem, multæ istic conflictationes & pressuræ acciderunt, vel in B commune omnibus hominibus, vel privatim Christianis, terræ etiam motus plurimi & frequentes extiterunt, ut per Cappadociam & per Pontum multa subruerent, quædam etiam civitates in profundum receptæ dirupti soli hiatu devorarentur, ut ex hoc persecutio quoque gravis adversum nos Christiani nominis fieret. Quæ post longam retro ætatis pacem repente oborta, de inopinato & insueto malo ad turbandum populum nostrum terribilior effecta est. Serenianus tunc fuit in nostra provincia præses, acerbus & dirus persecutor. In hac autem perturbatione constitutis fidelibus, & C huc atque illuc persecutionis metu fugientibus, & patrias suas relinquentibus, atque in alias partes regionum transeuntibus, (erat enim transeundi facultas, eo quod persecutio illa, non per totum mundum, sed localis fuisset) emersit istic subito quædam mulier, quæ in ecstasi constituta, prophetem se præferret, & quasi sancto Spiritu plena sic ageret. Ita autem principalium dæmoniorum impetu ferebatur, ut per longum tempus solicitaret & deciperet fraternitatem, ac mirabilia quædam & portentosa perficiens, & facere se terram moveri pollicеretur. Non quod dæmoni tanta esset potestas, ut terram movere, aut elementum concutere jussu valeret; sed quod nonnunquam spiritus nequam præsciens & intelligens terræmotum futurum, id se facturum esse simularet, quod futu- D rum videret. Quibus mendaciis & jactationibus subegerat mentes singulorum, ut sibi obedirent, & quocumque præciperet & duceret, sequerentur: faceret quoque mulierem illam cruda hieme nudis pedibus per asperas nives ire, nec vexari in aliquo aut lædi illa discursione: diceret etiam se in Judæa & Hierosolymam festinare, fingens tanquam inde venisset. Hic & unum de presbyteris Rusticum, item & alium diaconum fefellit, ut eidem mulieri commiscerentur, quod populo post detectum est. Nam subito apparuit illi unus de exorcistis, vir probatus, & circa religiosam disciplinam bene semper conversatus, qui exhortatione quoque fratrū plurimorum, qui & ipsi fortes ac laudabiles in fide a- E derant, excitatus, erexit se contra illum spiritum nequam revincendum; qui subtili fallacia etiam hoc paulo ante prædixerat, venturum quemdam aversum & tentatorem infidelem. Tamen ille exorcista inspiratus Dei gratia fortiter restitit, & esse illum nequissimum spiritum, qui prius sanctus putabatur, ostendit. Atqui illa mulier, quæ prius per præstigias & fallacias dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est; ut invocatione non contemptibili sanctificare se panem & eucharistiam facere simularet, & sacrificium domino sine sacramento solitæ * prædicationis offerret; baptizaret quoque multos usitata & legitima verba interrogationis usurpans, ut nil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. Quid igitur de hujus baptismo dicemus, quo nequissimus dæmon per mulierem baptizavit? Numquid & hoc Stephanus, & qui illi consentiunt comprobant? maxime cui nec symbolum Trinitatis, nec interrogatio legitima & ecclesiastica defuit? Potest credi aut remissio peccatorum data, aut lavacri salutaris regeneratio rite perfecta, ubi omnia quamvis ad imaginem veritatis, tamen per dæmonem gesta sunt? Nisi si & dæmonem in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti gratiam baptismi dedisse contendant, qui hæreticorum baptisma defendunt. Apud quos sine dubio idem error est, dæmonum fallacia ipsa est, quando apud illos omnino Spiritus sanctus non est. Illud etiam quale est, quod vult Stephanus, his qui apud hæreticos baptizantur, adesse præsentiam & sanctimoniam Christi? Nam si non mentitur apostolus, dicens: *Quotquot in Christo tincti estis, Christum induistis*: (Gal. 3.) utique qui illic in Christo baptizatus est, induit Christum: si autem induit Christum, accipere potuit & Spiritum sanctum, qui a Christo missus est, & frustra illi venienti ad accipiendum Spiritum manus imponitur: nisi si a Christo Spiritum induit, ut apud hæreticos sit quidem Christus, non sit autem illic Spiritus sanctus. Decurramus vero breviter & cetera quæ a vobis copiose & plenissime dicta sunt, festinante vel maxime ad vos Rogatiano diacono carissimo nostro. Sequitur enim illud quod interrogandi sunt a nobis qui hæreticos defendunt, utrum carnale sit eorum baptisma, an spirituale. Si enim carnale est, nihil differunt a Judæorum baptismo, quo sic illi utuntur, ut eo tamquam communi & vulgari lavacro tantum sordes laventur. Sin autem spiritale est: quomodo apud illos esse baptisma spiritale potest, apud quos Spiritus sanctus non est? Ac per hoc aqua, qua tinguntur, lavacrum est illis carnale tantum, non baptismi sacramentum. Quod si baptisma hæreticorum habere potest regenerationem secundæ nativitatis; non hæretici, sed filii Dei computandi sunt, qui apud illos baptizantur: secunda enim nativitas quę est in baptismo, filios Dei generat. Si autem sponsa Christi una est, quæ est ecclesia catholica; ipsa est quæ sola generat Dei filios. Neque enim multæ sponsæ Christi, cum dicat apostolus: *Despondi vos uni viro virginem castam assignare Christo.* (2. Cor.) & : *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populi tui: quia desideravit rex speciem tuam.* (Psal. 44.) & : *Veni sponsa de Libano, advenies & pertransibis a principio fidei.* (Cant.) & : *Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa,* (Cant.) Videmus unam personam ubique proponi, quia & sponsa est una. Non est autem una nobiscum hæreticorum synagoga, quia nec sponsa est adultera & fornicaria; unde nec potest filios Dei parere. Nisi si, secundum quod Stephano videtur, hæresis quidem parit & exponit; expositos autem ecclesia suscipit, & quos non ipsa peperit pro suis nutrit, cum filiorum alienorum mater esse non possit. Et ideo Christus dominus noster unam esse manifestans sponsam suam, & unitatis ejus sacramentum declarans, ait: *Qui non est mecum, adversus me est, & qui non mecum colligit, spargit.* (Luc. 11.) Si enim nobiscum est Christus, hæretici autem non sunt nobiscum, pro certo adversus Christum sunt hæretici. Et si nos colligimus cum Christo, non colligunt autem nobiscum hæretici, sine dubio spargunt. Sed nec illud prætereundum est a nobis, quod a vobis necessario

*f. precationis

necessario dictum est, quod ecclesia, secundum Canticum canticorum, *hortus sit conclusus, & fons signatus, paradisus cum fructu pomorum.* Qui autem nunquam in hunc hortum introierunt, neque paradisum a Deo creatore plantatum viderunt, quomodo de fonte, qui intus inclusus est, & divino sigillo signatus est, aquam vivam lavacri salutaris præbere alicui poterunt? Cum vero & arca Noe nihil aliud fuerit quam sacramentum ecclesiæ Christi, quæ tunc omnibus foris pereuntibus eos solos servavit qui intra arcam fuerunt; manifeste instruimur ad ecclesiæ unitatem perspiciendam, quemadmodum & apostolus Petrus posuit, dicens: *Sic & vos similiter salvos faciet baptisma*, ostendens, quoniam quomodo qui cum Noe in arca non fuerunt, non tantum purgati & salvati per aquam non sunt, sed statim diluvio illo perierunt: sic & nunc quicumque in ecclesia cum Christo non sunt, foris peribunt, nisi ad unicum & salutare ecclesiæ lavacrum per pœnitentiam convertantur. Qualis vero error sit, & quanta sit cæcitas ejus, qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas hæreticorum dari posse, nec permanet in fundamento unius ecclesiæ quæ semel a Christo supra petram solidata est: hinc intelligi potest, quod soli Petro Christus dixerit: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis*: & iterum in evangelio, quando in solos apostolos insufflavit Christus dicens: *Accipite Spiritum sanctum: si cujus remiseritis peccata, remittentur illi: & si cujus tenueritis, tenebuntur.* Potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est, & ecclesiis quas illi a Christo missi constituerunt, & episcopis qui eis ordinatione vicaria successerunt. Hostes autem unius catholicæ ecclesiæ, in qua nos sumus, & adversarii nostri, qui apostolis successimus, sacerdotia sibi illicita contra nos vendicantes, & altaria profana ponentes, quid aliud sunt quam Core & Dathan & Abiron; pari scelere sacrilegi, & easdem quas & illi pœnas daturi cum his qui sibi consentiunt; secundum quod etiam tunc illorum participes & fautores pariter cum eis perierunt. Atque ego in hac parte juste indignor ad hanc tam apertam & manifestam Stephani stultitiam, quod qui sic de episcopatus sui loco gloriatur, & se successionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta ecclesiæ collocata sunt, multas alias petras inducat, & ecclesiarum multarum nova ædificia constituat, dum esse illic baptisma sua auctoritate defendit. Nam qui baptizantur, complent sine dubio ecclesiæ numerum. Qui autem baptisma eorum probat, de baptizatis & ecclesiam illic esse confirmat. Nec intelligit offuscari a se & quodammodo aboleri Christianæ petræ veritatem, qui sic prodit & deserit unitatem. Iudæos tamen quamvis ignorantia cæcos, & gravissimo facinore constrictos, zelum Dei apostolus habere profitetur; Stephanus qui per successionem cathedram Petri habere se prædicat, nullo adversus hæreticos zelo excitatur: concedens illis non modicam, sed maximam gratiæ potestatem; ut dicat eos & asseveret per baptismi sacramentum sordes veteris hominis abluere, antiqua mortis peccata donare, regeneratione cælesti filios Dei facere, ad æternam vitam divini lavacri sanctificatione reparare. Qui sic magna & cælestia ecclesiæ munera hæreticis concedit & tribuit; quid aliud quam communicat eis, quibus tantum gratiæ defendit ac vendicat? Et frustra jam dubitat in ceteris quoque consentire eis & particeps esse; ut & simul cum eis conveniat, & orationes pariter cum iisdem misceat, & altare ac sacrificium commune constituat. Sed in multum, inquit, proficit nomen Christi ad fidem & baptismi sanctificationem, ut quicumque, & ubicumque in nomine Christi baptizatus fuerit, consequatur statim gratiam Christi, quando huic loco breviter occurri possit & dici, quoniam si in nomine Christi valuit foris baptisma ad hominem purgandum, in ejusdem Christi nomine valere illic potuit & manus impositio ad accipiendum Spiritum sanctum. Et incipient cetera quoque, quæ apud hæreticos aguntur, justa & legitima videri, quando in nomine Christi gerantur; secundum quod vos in epistola vestra exsecuti estis: non nisi in ecclesia sola valere posse nomen Christi, cui uni concesserit Christus cælestis gratiæ potestatem. Quod autem pertinet ad consuetudinem refutandam, quam videntur opponere veritati; quis tam vanus sit, ut veritati consuetudinem præferat? aut qui perspecta luce tenebras non derelinquat? Nisi si & Iudæos Christo adventante, id est, veritate, adjuvat in aliquo antiquissima consuetudo, quod relicta nova veritatis via in vetustate permanserint. Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Ceterum nos veritati & consuetudinem jungimus, & consuetudini Romanorum, consuetudinem, sed veritatis opponimus: ab initio hoc tenentes, quod a Christo & ab apostolo traditum est. Nec meminimus hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper isthic observatum sit, ut non nisi unam Dei ecclesiam nossemus, & sanctum baptisma non nisi sanctæ ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui & si novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem & Filium nosse nobiscum videntur: plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus, & confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptisma, quod sit extra ecclesiam constitutum. Ad illud autem quod pro hæreticis ponunt, & aiunt apostolum dixisse: *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur*, ut respondeamus, ineptum est; quando manifestum sit, apostolum in epistola sua, qua hoc dixit, neque hæreticorum, neque baptismi eorum mentionem fecisse, sed locutum esse de fratribus tantum, sive perfide secum loquentibus, sive in fide sincera perseverantibus. Nec oporteat hoc longo tractatu excutere, sed ipsam satis sit epistolam legere, & quid apostolus dixerit, de ipso apostolo recognoscere. Quid ergo, inquiunt, fiet de his, qui ab hæreticis venientes sine ecclesiæ baptismo admissi sunt? Si de sæculo excesserunt, in eorum numero qui apud nos catechizati quidem sunt, sed priusquam baptizarentur obierunt, habentur. non modo dicunt emolumentum veritatis & fidei, ad quam relicto errore pervenerant, & si consummationem gratiæ consecuti non sunt, morte præventi. Qui autem adhuc in sæculo permanent, baptizentur ecclesiæ baptismo, ut remissionem peccatorum consequi possint; ne per alienam præsumptionem, in pristino errore manentes, sine gratiæ consummatione moriantur. Ceterum quale delictum est, vel illorum qui admittuntur, vel illorum qui admittunt, ut non ablutis per ecclesiæ lavacrum sordibus, nec peccatis expositis, usurpata temere communicatione contingant corpus & sanguinem domini, cum scriptum sit: Qui-

Philipp. 1.

ANNO CHRISTI 258." 256.

1. Cor. 11. *Quicumque ederit panem aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini?* Nos etiam illos quos hi qui prius in ecclesia catholica episcopi fuerant, & postmodum sibi potestatem clericæ ordinationis assumentes baptizaverant, pro non baptizatis habendos judicavimus. Et hoc apud nos observatur, ut quicumque ab illis tincti ad nos veniunt, tamquam alieni & nihil consecuti, unico & vero ecclesiæ catholicæ baptismo apud nos baptizentur, & lavacri vitalis regenerationem consequantur. Et tamen multum interest inter eum qui invitus & necessitate persecutionis coactus succubuit, & illum qui sacrilega voluntate audax contra ecclesiam rebellat, vel in Patrem & Deum Christi, & totius mundi conditorem impia voce blasphemat. Et non pudet Stephanum hoc asserere, ut per eos qui ipsi in omnibus peccatis sunt constituti, dicat posse remissionem peccatorum dari? Quasi possit esse in domo mortis lavacrum salutis. Ubi ergo erit quod scriptum est: *Ab aqua aliena abstine te, & a fonte alieno ne biberis?* si relicto ecclesiæ fonte signato, alienam aquam pro tua suscipis, & prophanis fontibus ecclesiam polluis. Quando enim baptismo hæreticorum communicas, quid aliud quam de voragine & cœno illorum bibis, & ipse ecclesiæ sanctificatione purgatus, alienarum sordium contactibus inquinaris? Nec metuis judicium Dei, hæreticis testimonium contra ecclesiam perhibens; cum scriptum sit: *Falsus testis non erit impunitus.* Quinimo tu hæreticis omnibus pejor es. Nam cum inde multi cognito errore suo ad te veniant, ut ecclesiæ verum lumen accipiant, tu venientium errores adjuvas, & obscurato lumine ecclesiasticæ veritatis, tenebras hæreticæ noctis accumulas. Cumque se illi in peccatis esse, & nihil gratiæ habere se, ac propterea ad ecclesiam venire fateantur; tu eis remissionem peccatorum subtrahis, quæ in baptismo datur, dum dicis eos jam baptizatos, & extra ecclesiam ecclesiæ gratiam consecutos. Nec intelligis animas eorum de manu tua exquiri, cum judicii dies advenerit; qui sitientibus ecclesiæ potum negasti: & volentibus vivere, causa mortis fuisti. Et insuper indignaris. Vide qua imperitia reprehendere audeas eos qui contra mendacium pro veritate nituntur. Quis enim justius indignari contra alterum debuit? Utrumne qui hostes Dei asserit, an vero qui adversus eum qui hostes Dei asserit, pro ecclesiæ veritate consentit? Nisi quod imperitos etiam animosos atque iracundos esse manifestum est, dum per inopiam consilii & sermonis ad iracundiam facile vertuntur, ut de nullo alio magis quam de te dicat scriptura divina: *Homo animosus parit lites, & vir iracundus exaggerat peccata.* Lites enim & dissensiones quantas parasti per ecclesias totius mundi? Peccatum vero quam magnum tibi exaggerasti, quando te a tot gregibus scidisti? Excidisti enim teipsum; noli te fallere: siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit. Dum enim putas omnes a te abstinere posse; solum te ab omnibus abstinuisti. Nec te informare ad regulam veritatis & pacis vel apostoli præcepta potuerunt monentis & dicentis: *Obsecro ergo vos ego vinctus in domino digne ambulare vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia, sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus dominus, una fides,* A *unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Hæc apostoli mandata & monita salutaria, quam diligenter Stephanus implevit, humilitatem sensus & lenitatem primo in loco servans? Quid enim humilius aut lenius quam cum tot episcopis per totum mundum dissensisse, pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum, qui in meridie estis? A quibus legatos episcopos patienter satis & leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret: adhuc insuper, dilectionis & caritatis memor, præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut B venientibus non solum pax & communio, sed & tectum & hospitium negaretur. Hoc est servasse unitatem spiritus in conjunctione pacis, abscindere se a caritatis unitate, & alienum se per omnia fratribus facere, & contra sacramentum & fidem, contumacis furore discordiæ rebellare. Apud talem potest esse unum corpus & unus spiritus; apud quem fortasse ipsa anima una non est, sic lubrica & mobilis & incerta? Sed quantum ad illum pertinet, relinquamus: excutiamus potius id de quo maxima quæstio est. Qui contendunt ab hæreticis baptizatos sic recipi oportere, tanquam legitimi baptismi gratiam consecutos; unum nobis atque illis baptisma dicunt esse, & in nullo discrepare. Sed quid ait apostolus Paulus? *Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.* C Si unum atque idem est cum nostro baptisma hæreticorum; sine dubio & fides una est: si autem fides una est, utique & dominus unus: " [si dominus unus est, consequens est dicere, quia * unus est.] Si autem hæc unitas, quæ separari omnino & dividi non potest, etiam apud hæreticos ipsa est; quid ultra contendimus? Ut quid illos hæreticos, & non Christianos vocamus? Porro cum nobis & hæreticis nec Deus unus sit, nec dominus unus, nec una ecclesia, nec fides una, sed nec unus spiritus, nec corpus unum; manifestum est, nec baptisma nobis & hæreticis commune esse posse, quibus nihil est omnino commune. Et tamen non pudet, Stephanum talibus adversus D ecclesiam patrocinium præstare, & propter hæreticos asserendos, fraternitatem scindere: insuper & Cyprianum, pseudochristum, & pseudoapostolum, & dolosum operarium dicere? Qui omnia in se esse conscius prævenit; ut alteri ea per mendacium objiceret, quæ ipse ex merito audire deberet. Bene te valere omnibus nobis, cum universis qui in Africa sunt episcopis, & cunctis clericis, & omni fraternitate universi optamus; ut perpetuo unanimes, & unum sentientes, habeamus nobiscum etiam de longinquo adunatos.

Prov. 5. — Prov. 19. — Prov. 16. — Ephes. 4. — Ibidem.

" absu[...] edit. [...] III. * lege[...] tas,

ª CONCILIUM SYNADENSE, IN CAUSA BAPTISMI AB HÆRETICO COLLATI,

ANN[O] CHRI[STI] 258."

E *celebratum anno* " CCLVIII. *sub Stephano papa I.* " CCL[...]

ª *Concilium Synadense.*] Eodem tempore, quo Iconiense concilium, Synadis in Asia habitum est. In eo idem plane, quod præcedente concilio, statutum est; nimirum, ut hæreticorum baptisma plane nullius momenti esse existimetur, ob causam supra dictam. De quo apud Euseb. libro 7. cap. 6. in fine. Dionys. Alexand. hæc: *Hoc tamen didici, quod non episcopi in Africa solum istam consue-*

Tempu[s] locus & causa c[on]cilii.

consuetudinem de hæreticis rebaptizandis jam invexerunt, verum etiam longo tempore ante, episcoporum memoria, qui antegressi sunt, in ecclesiis maxima hominum frequentia celebratis, & synodis fratrum tum Iconii, tum Synadis, tum aliis multis in locis convocatis istud decretum fuit: quorum judicia & sententias condemnare, irritaque facere non audeo. Vide Baron. an. Christi 258. num. 17.

[a] CONCILIVM AFRICANVM VEL CARTHAGINENSE I.

in causa baptismatis hæreticorum,

anno [b] CCLVIII. *sub Stephano papa I. habitum.*

[a] *Concilium Africanum.*] Postquam in Africana ecclesia Agrippino, vel etiam Tertulliano auctore, usus rebaptizandi eos qui ab hæreticis baptizati erant, jamdiu antehac frequentatus fuisset, eumque Novatianus, ut saltem hoc modo lapsi, quos immundos esse docebat, per baptismum ab omni sua immunditia ablutos in ecclesiam reciperet, æmulatus fuisset; Magnus, homo laicus, occasione Novatianorum, eamdem tunc temporis baptizandi formam ac ritum cum catholicis observantium, dubitavit primus, an ad ecclesiam revertentes rebaptizari deberent, quos a Novatianis baptizatos esse scirent. Ex episcopis primi reperiuntur fuisse Numidæ, qui de iterando hæreticorum baptismate ad Cyprianum aliosque episcopos, ad synodum hanc Carthagine coactos, literas conscripserunt. Prima igitur synodica hac de re consultatio, anno [b] 258. Valeriani & Gallieni imperatorum 4. habita hæc est, ut Cypriani epistola 73. ad Iubaianum ostendit, in qua cum ex Africanis alii, juxta apostolicam traditionem, sentirent non esse rebaptizandos eos qui legitime ab hæreticis baptizati sunt: alii vero contra existimarent, unum baptismum dumtaxat esse unius ecclesiæ, ideoque apud hæreticos qui extra ecclesiam sunt, baptismum verum & catholicum esse non posse; hac inquisitione prævia, tandem definitum est, cum unum sit in sancta ecclesia baptisma, neminem foris extra ecclesiam baptizari posse: traditionem apostolorum male interpretantes, male etiam loquentem universaliter constringentes, addiderunt (ut ex Cypriani epistola 71. ad Quintum constat,) illos qui a catholicis rite baptizati ad hæreticos defecissent, non per baptismum, sed per solam manuum impositionem recipiendos esse, si ad ecclesiam redire contendant. Baron. anno Christi 258. num. 17. usque ad 26. inclusive. Quibus omnibus ita constitutis, Ianuario ceterisque Numidiæ episcopis sententiam ac definitionem hujus synodi, prout ipsi per litteras ad synodum scriptas expetiverant, hac synodica epistola, quam infra ex Cypriano hic subjecimus, significarunt.

EPISTOLA [c] SYNODICA CYPRIANI, &c. AD IANVARIVM ET CETEROS EPISCOPOS NVMIDAS.

De baptizandis hæreticis.

Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Iunius, &c. Ianuario, Saturnino, Maximo, Victori, alteri Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargilio, Euticiano, alteri Gargilio, alteri Saturnino, Nemesiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato, fratribus salutem.

CVM simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus literas vestras, quas ad nos fecistis, de iis qui apud hæreticos & schismaticos baptizati videntur, an ad ecclesiam catholicam, quæ una est, venientes baptizari debeant. De qua re, quamquam & ipsi illic veritatem & firmitatem catholicæ regulæ teneatis; tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non novam promimus, sed jampridem ab antecessoribus nostris statutam, & a nobis observatam, vobiscum pari consensione conjungimus; censentes scilicet, & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum in sancta ecclesia constitutum, & scriptum sit domino dicente: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare.* (Ierem. 2.) Et iterum divina scriptura moneat & dicat: *Ab aqua aliena abstine te; & a fonte aquæ alienæ ne biberis.* (Prov. 5.) Oportet ergo mundari & sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere; quia per Ezechielem prophetam dominus dicit: *Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulacris vestris emundabo vos, & dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis.* (Ezech. 36.) Quomodo autem mundare & sanctificare aquam potest, qui ipse immundus est, & apud quem Spiritus sanctus non est? cum dominus dicat in Numeris: *Et omnia quæcumque tetigerit immundus, immunda erunt.* (Num. 19.) Aut quomodo baptizans dare alteri remissam peccatorum potest, qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest? Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus: *Credis in vitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam*, intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari: apud hæreticos autem, ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui hæreticos asserunt, aut interrogationem mutent, aut vindicent veritatem, nisi si eis & ecclesiam tribuunt, quos baptisma habere contendunt. Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia, & unde baptizati unguntur oleum, in altari sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec ecclesiam. Vnde nec unctio spiritalis apud hæreticos potest esse, quando constat, oleum sanctificari, & eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem, & meminisse debemus, scriptum esse: *Oleum peccatoris non ungat caput meum*: (Psal. 140.) Quod ante in psalmis præmonuit Spiritus sanctus, ne quis exorbitans, & a via veritatis exerrans, apud hæreticos & Christi adversarios ungeretur. Sed & baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus & peccator? cum scriptum sit: *Deus peccatorem non audit: sed qui eum coluerit, & voluntatem ejus fecerit, illum audit.* (Ioan. 9.) Quis autem potest dare quod ipse non habeat? aut quomodo potest spiritalia agere, qui ipse amiserit Spiritum sanctum? Et idcirco baptizandus est & innovandus qui ad ecclesiam rudis venit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptū est: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum, dicit dominus*: (Levit. 19.) ut qui in errorem seductus est,

ANNO CHRISTI 258. "256.

est, & foris tinctus, in baptismo vero & ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat, quod homo ad Deũ veniens, dum sacerdotẽ quærit, in sacrilegum fraude erroris incurrit. Ceterum probare est hæreticorum & schismaticorum baptisma, consentire in id, quod illi baptizaverint. Neque enim potest pars illic inanis esse, & pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit & Spiritum sanctum dare: si autem Spiritum sanctum dare non potest, quia foris constitutus cum sancto Spiritu non est, nec baptizare venientem potest; quando & baptisma unum sit, & Spiritus sanctus unus, & una ecclesia a Christo domino super Petrum origine unitatis & ratione fundata. Ita fit, ut cum omnia apud illos inania & falsa sint, nihil eorum, quod illi gesserint, probari a nobis debeat. quid enim potest ratum & firmum esse apud Deum quod illi faciunt, quos dominus hostes & adversarios suos dicit, in evangelio suo ponens: *Qui non est mecum, adversum me est: & qui non mecum colligit, spargit?* Et beatus quoque apostolus Ioannes mandata domini & præcepta custodiens in epistola sua posuerit: *Audistis, quia Antichristus venit, nunc autem Antichristi multi facti sunt, unde cognoscimus, quia novissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Vnde nos quoque colligere & considerare debemus, an qui adversarii sunt domini, & appellati sunt Antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum domino sumus, & unitatem domini tenemus, & secundum ejus dignationem sacerdotium ejus in ecclesia administramus, quæcumque adversarii ejus & antichristi faciunt, repudiare & rejicere, & pro profanis habere debemus, & eis qui de errore & pravitate venientes agnoscunt unius ecclesiæ veram fidem, dare illis per omnia divinæ gratiæ sacramenta unitatis, & fidei veritatem. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere.

Luc.11. — *1. Ioan.2.*

ᵃCONCIL. AFRICANVM SIVE CARTHAGINENSE II.

in causa baptismi.

Anno "CCLVIII. *sub Stephano papa.I.*

"CCLVI.

ᵃConcilium Africanum.] Vt ea quæ præcedente concilio constituta sunt pleniore sententia confirmentur, Cyprianus in eadem causa baptismi ab hæreticis collati, hoc eodem anno "258. pleniorem conventum episcoporum convocavit, & ex Africa ac Numidia 70. episcopos & unum ad hanc synodum coegit, eo fine, ut quod singuli sentiunt de traditionibus majorum sancte & inviolabiliter servandis, deponant. Postquam omnes prædicti convenissent, idem, quod supra præcedentibus conciliis Africanis in hac & Basilidis causa habitis definitum est, duplici decreto desuper lato, confirmarunt. Quorum primum est, ut ii, qui in ecclesia ordinati a fide defecerunt, revertentes ad ecclesiam, nõ nisi ad laicam communionem recipiantur. Alterum, ut baptismus hæreticorum ab ipsis collatus, non tantum pro invalido, sed etiam pro nullo habeatur; adeo ut si ad ecclesiam revertentes baptizentur, non secundo baptismo rebaptizentur, sed tantũ primum iis baptisma conferatur, quia ab hæreticis non vere baptizati, sed aqua tantum hæreticorum amplius sordidati fuerint. Ita Cyprianus epist.73. ad Iubaianum. Vnde qui illum anabaptismo patrocinatum fuisse sentiunt, graviter errant. Hæc cum episcoporum prædictorum 71. sententia constituta essent, ad Stephanum Romanum epistola quadam synodica, quam infra ex Cypriano hic subjici curavimus, perscribuntur. Ille vero synodica epistola accepta, per literas redditas concilium hoc reprobavit, & simul etiam sanctissime mandavit, ne a traditione apostolica, de non iterando baptismate hæreticorum eorum, qui eadem forma, qua utitur ecclesia, baptizassent, vel latum unguem recedant, ipsosque ab ipsis baptizatos, si ad ecclesiam redire petant, non aliter, quam per solam manuum impositionem recipiant. Hæc ex Cypriani epistola, quam ad Pompeium Sabratensem in Africa episcopum scripsit, probantur. Vide Baron. anno 258. num. 27. usque ad 38. inclusive.

Tempus & causa hujus concilii. "256. — Numerus episcoporũ. — Decreta concilii. — Decretum primum. — Decretum secundum. — Cyprianus anabaptismo patrocinatus. — Romanus pontifex acta concilii rescribit. — Romanus pontifex concilium hoc reprobavit.

CYPRIANI "EPISTOLA AD STEPHANVM PAPAM.

"XX edit. & Rig.

De concilio.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri salutem.

Ad quædam disponenda, & consilii communis examinatione limanda, necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere & celebrare concilium. in quo multa quidem prolata atque transacta sunt, sed de eo vel maxime tibi scribendum, & cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad sacerdotalem auctoritatem, & ad ecclesiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem, de divinæ dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una est, venerint, baptizari oportere; eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & ecclesiæ baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari, & esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Invenimus enim etiam in Actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum, & salutaris fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii centurionis super ethnicos qui illic aderant, fidei calore ferventes, & in dominum toto corde credentes, descendisset Spiritus sanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apostolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepisse, ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant sancto Spiritu pleni; ut nihil prætermissum videretur, quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apostolica magisteria servarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Christo adversantur per gratiam Christi posse proficere, diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est: item in literis quas collegæ nostri ad episcopos in Numidia præsidentes ante fecerunt, cujus utriusque epistolæ exempla subdidi. Addimus plane & adjungimus, frater carissime, consensu & auctoritate communi, ut etiamsi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a pseudoepiscopis & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, & contra

Ioan.3. — *Act.10.*

ANNO CHRISTI 256.

& contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur, ut communicent laici; & satis habeant quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes & ministros qui altari & sacrificiis deserviunt, integros atque immaculatos esse, cum dominus Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præcipiat, & dicat: *Et sacerdotes qui accedunt ad dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus.* Et iterum: *& cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Quod autem majus potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quam adversus Christum stetisse? quam ecclesiam ejus, quam ille sanguine suo paravit & condidit, dissipasse? quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, contra unanimem & concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse? Qui etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos & secum revocare non possunt, qui ab eis seducti & foris morte præventi extra ecclesiam sine communicatione & pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores & duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari, non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri: nam quid bonis & innocentibus, atque ab ecclesia non recedentibus reservamus; si eos, qui a nobis recesserint, & contra ecclesiam steterint, honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ & religiosa pariter & vera sunt. Ceterum scimus quosdam quod semel imbiberint nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud se semel sint usurpata, retinere: qua in re nec nos vim cuiquam facimus aut legem damus; cum habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui domino redditurus. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

CYPRIANI EPISTOLA AD POMPEIUM.

Contra epistolam Stephani.

Cyprianus Pompeio fratri salutem.

QUAMQUAM plene ea quæ de hæreticis baptizandis dicenda sunt complexi sumus in epistolis, quarum ad te exempla transmisimus, frater carissime, tamen quia desiderasti in notitiam tuam perferri, quæ mihi ad literas nostras Stephanus frater noster rescripserit, misi tibi rescripti ejus exemplum: quo lecto magis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæreticorum causam contra Christianos & contra ecclesiam Dei asserere conatur. Nam inter cetera, vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibiipsi contraria, quæ imperite atque improvide scripsit, etiam illud adjunxit, ut diceret: *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum*

A *est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam: cum ipsi hæretici* proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* A quacumque hæresi venientem baptizari in ecclesia vetuit, id est, omnium hæreticorum baptismata justa esse & legitima judicavit. Et cum singulæ hæreses singula baptismata & diversa peccata habeant, hic cum omnium baptismo communicans, universorum delicta in sinum coacervata congessit. Et præcipit nihil aliud innovari nisi quod traditum est; quasi is innovet, qui unitatem tenens, unum baptisma uni ecclesiæ vendicat; & non ille utique qui unitatis oblitus mendacia & contagia profanæ tinctionis usurpat. *Nihil innovetur*, inquit, *nisi quod traditum est.* (Stephan.) Unde est ista traditio? utrumne B de dominica & evangelica auctoritate descendens, an de apostolorum mandatis atque epistolis veniens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt, Deus testatur, & proponit ad Iesum Nave dicens: *Non recedet liber legis hujus ex ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte; ut observes facere omnia quæ scripta sunt in eo.* (Iosue 1.) Item dominus apostolos suos mittens, *mandat baptizari gentes & doceri, ut observent omnia quæcumque ille præcepit.* (Matth. 18.) Si ergo aut in evangelio præcipitur, aut in apostolorum epistolis, aut actibus continetur, ut a quacumque hæresi venientes non baptizentur, sed tantum manus illis imponatur in pœnitentiam, observetur divina hæc & sancta traditio. Si vero ubique hæretici nihil aliud quam adversarii & antichristi nominantur; si vitandi & perversi, & a semetipsis C damnati pronuntiantur; quale est ut videantur damnandi a nobis non esse, quos constat apostolica contestatione a semetipsis damnatos esse? Ut nemo infamare apostolos debeat, quasi illi hæreticorum baptismata probaverint, aut eis sine ecclesiæ baptismo communicaverint, quando talia de hæreticis apostoli scripserunt: & hoc, cum nondum hæreticæ pestes acriores prorupissent, nec dum quoque Marcion de Ponto emersisset, cujus magister Cerdon sub Hyginio tunc episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit: quem Marcion secutus additis ad crimen augmentis, impudentius ceteris & abruptius in Deum patrem creatorem blasphemare instituit, & hæreticum furorem sacrilegis armis contra ecclesiam D rebellantem sceleratius & gravius armavit. Quod si hæreses constat postmodum plures ac pejores extitisse, & si retro nusquam omnino præceptum est, neque conscriptum, ut hæretico tantum manus in pœnitentiam imponatur, & sic ei communicetur: & si baptisma non nisi unū est, quod apud nos est, & intus est, & soli ecclesiæ de divina dignatione concessum est: quæ ista obstinatio est, quæve præsumptio, humanam traditionem divinæ dispositioni anteponere, nec animadvertere, indignari & irasci Deum, quotiens divina præcepta solvit & præterit humana traditio? Sicut per Isaiam prophetam clamat & dicit: *Populus iste labiis honorificat me, cor vero eorum longe separatum* (Isai. 29.) E *est a me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.* Item dominus in evangelio increpans similiter & objurgans ponit & dicit: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis.* (Marc. 7.) Cujus præcepti memor beatus apostolus Paulus, commonet ipse quoque & instruit, dicens: *Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis verbis domini nostri Iesu Christi & doctrinæ ejus, stupore elatus est, nihil sciens;* (1. Tim. 6.) discedendum ab hujusmodi. Præclara sane & legitima traditio Stephano fratre nostro docente pro-

ANNO CHRISTI 258. al. 256. * prope

ANNO CHRISTI 258. " 256.

ponitur, quæ auctoritatem nobis idoneam præbeat. Nam in eodem loco epistolæ suæ addidit & adjecit: *Cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Ad hoc enim malorum devoluta est ecclesia Dei & sponsa Christi, ut hæreticorum exempla sectetur, ut ad celebranda sacramenta cælestia disciplinam lux de tenebris mutuetur, & id faciant Christiani, quod Antichristi faciunt. Quæ vero est animi cæcitas, quæ pravitas, fidei unitatem de Deo patre, & de Iesu Christi domini & Dei nostri traditione venientem nolle cognoscere? Nam si idcirco apud hæreticos ecclesia nō est, quia una est, & dividi non potest; si ideo illic Spiritus sanctus non est, quia unus est, & esse apud profanos & extraneos non potest; utique & baptisma, quod in eadem unitate consistit, esse apud hæreticos non potest, quia separari neque ab ecclesia, neque a Spiritu sancto potest. Aut si effectum baptismi majestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Iesu Christi ubicumque & quomodocumque baptizantur, innovati & sanctificati judicentur, cur non in ejusdem Christi nomine illic & manus baptizato imponitur ad accipiendum Spiritum sanctum? cur eadem ejusdem majestas nominis non prævalet in manus impositione, quam valuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Nam si potest quis extra ecclesiam natus templum Dei fieri, cur non possit super templum & Spiritus sanctus infundi? Qui enim peccatis in baptismo expositis sanctificatus est, & in novum hominem spiritaliter reformatus, ad accipiendum Spiritum sanctum idoneus factus non est; quando apostolus dicat: *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Qui potest apud hæreticos baptizatus Christum induere, multo magis potest Spiritum sanctum, quem Christus misit, accipere. Ceterum major erit mittente qui missus est, ut incipiat foris baptizatus Christum quidem induisse, sed Spiritum sanctum non potuisse percipere; quasi possit aut sine spiritu Christus indui, aut a Christo spiritus separari. Illud quoque ineptum, ut cum nativitas secunda spiritalis fit, qua in Christo per lavacrum regenerationis nascimur, dicant quod possit quis apud hæreticos spiritaliter nasci, ubi spiritum negant esse. Peccata enim purgare, & hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat & Spiritum sanctum. Quare aut & spiritum necesse est concedant esse illic, ubi baptisma esse dicunt: aut nec baptisma esse, ubi spiritus non est; quia baptisma esse sine Spiritu non potest. Quale est autem asserere, & contendere, quod esse possint filii Dei, qui non sint in ecclesia nati? Baptisma enim esse in quo homo vetus moritur, & novus nascitur, manifestat & probat beatus apostolus, dicens: *Salvavit nos per lavacrum regenerationis.* Si autem in lavacro, id est, in baptismo est regeneratio, quomodo generare filios Deo hæresis per Christum potest, quæ Christi sponsa non est? Ecclesia est enim sola, quæ Christo conjuncta & adunata spiritaliter filios generat, eodem apostolo rursus, dicente: *Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, purgans eam lavacro aquæ.* Si igitur hæc est dilecta & sponsa, quæ sola a Christo sanctificatur, & lavacro ejus sola purgatur; manifestum est, hæresim (quæ sponsa Christi non sit, nec, purgari, nec sanctificari lavacro ejus possit) filios Deo generare non posse. Porro autem non per manus impositionem quis nascitur quando accipit Spiritum

Galat. 3.

Tit. 3.

Ephes. 5.

A sanctum, sed in baptismo; ut spiritum jam natus accipiat, sicut in primo homine Adam factum est. *Ante enim Deus eum plasmavit, & tunc insufflavit in faciem ejus flatum vitæ.* Nec enim potest accipi spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. Cum autem nativitas Christianorum in baptismo sit, baptismi autem generatio & sanctificatio apud solam sponsam Christi sit, quæ parere spiritaliter, & generare filios Deo possit: ubi, & ex qua, & cui natus est, qui filius ecclesiæ non est, ut habere quis possit Deum patrem, ante ecclesiam matrem? Cum vero nulla omnino hæresis, sed neque aliquod schisma habere salutaris baptismi sanctificationem foris possit; cur in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis baptismo, item Valentini & Apelletis, & ceterorum blasphemantium in Deum patrem contendat filios Deo nasci? & illic in nomine Iesu Christi dicat remissionem peccatorum dari, ubi blasphematur in Patrem, & in dominum Deum Christum? Quo in loco considerandum est, frater carissime, pro fide & religione sacerdotalis loci quo fungimur, an constare sacerdotis Dei ratio in die judicii possit, asserentis & probantis, & in acceptum referentis blasphemantium baptismata, cum dominus comminetur & dicat: *Et nunc præceptum hoc ad vos est, o sacerdotes, si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini meo, dicit dominus omnipotens, immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram.* Dat honorem Deo, qui Marcionis baptismo communicat? Dat honorem Deo, qui apud eos qui in Deum blasphemant remissionem peccatorum dari judicat? Dat honorem Deo, qui foris de adultera & fornicaria nasci Dei filios asseverat? Dat honorem Deo, qui unitatem, & veritatem de divina lege venientem non tenens, hæreses contra ecclesiam vindicat? Dat honorem Deo, qui hæreticorum amicus, & inimicus Christianorum, sacerdotes Dei, veritatem Christi, & ecclesiæ unitatem tuentes abstinendos putat? Si sic honor Deo datur, si sic a cultoribus & sacerdotibus ejus timor Dei & disciplina servatur; abjiciamus arma, manus demus in captivitatem, tradamus diabolo ordinationem evangelii, dispositionem Christi, majestatem Dei, divinæ militiæ sacramenta solvantur, sacrorum cælestium signa prodantur, succumbat & " cadat ecclesia hæreticis, lux tenebris, fides perfidiæ, spes desperationi, ratio errori, immortalitas morti, caritas odio, veritas mendacio, Christus Antichristo. Merito & sic in dies singulos schismata & hæreses surgunt, crebrius atque liberius excrescunt, & serpentinis criminibus pullulantes, adversus ecclesiam Dei majoribus viribus venenorum suorum virus exprimunt: dum illis advocatione quorumdam & auctoritas præstatur & firmitas, dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum veritas proditur, dum id, quod contra ecclesiam foris geritur, intus in ipsa ecclesia vindicatur. Quod si est apud nos, frater dilectissime, Dei timor, si tenor prævalet fidei, si custodimus Christi præcepta, si incorruptam atque inviolatam sponsæ ejus sanctitatem tuemur, si hærent sensibus & cordibus nostris verba domini dicentis: *Putas cum venerit filius hominis, inveniet fidem in terra?* quia fideles Dei milites, qui Deo fide & religione sincera militamus, commissa nobis divinitus castra fideli virtute servemus. Nec consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat,

ANNO CHRISTI 258. " 256.

Genes.

Malach.

" cedat

Luc. 18.

obrepserat, impedire debet quo minus veritas prævaleat & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quia & apud Esdram veritas vicit, sicut scriptum est: *Veritas manet & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personam, nec differentias, sed quæ sunt justa facit: nec est in judicio ejus iniquum, sed fortitudo, & regnum, & majestas, & potestas omnium sæculorum: Benedictus Deus veritatis.* Quam veritatem nobis Christus ostendens in evangelio suo, dicit: *Ego sum veritas.* Propter quod si in Christo sumus, & Christum in nobis habemus; si manemus in veritate, & veritas in nobis manet; ea quæ sunt vera teneamus. Fit autem studio præsumptionis & contumaciæ, ut quis magis sua prava & falsa defendat, quam ad alterius recta & vera consentiat. Cui rei prospiciens beatus Paulus apostolus, ad Timotheum scribit & monet, *episcopum non litigiosum, sed mitem & docibilem esse debere.* Docibilis autem ille est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis: oportet enim episcopum non tantum docere, sed & discere; quia & ille melius docet, qui quotidie crescit, & proficit discendo meliora. Quod ipsum quoque idem apostolus Paulus docet, præmonens, *ut si alii sedenti melius revelatum fuerit, prior taceat.* In compendio est autem apud religiosas & simplices mentes, & errorem deponere, & invenire atque eruere veritatem. Nam si ad divinæ traditionis caput & originem revertamur, cessat error humanus; & sacramentorum cœlestium ratione perspecta, quidquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat, in lucem veritatis aperitur. Si canalis aquam ducens, qui copiose prius & largiter profluebat, subito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noscatur, utrumne arescentibus venis, in capite unda siccaverit; an vero integra inde & plena procurrens in medio itinere destiterit? Ut si vitio interrupti aut bibuli canalis effectum est, quo minus aqua continua perseveranter ac jugiter flueret, refecto & confirmato canali ad usum atque ad potum civitatis aqua collecta eadem ubertate atque integritate repræsentetur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet Dei sacerdotes præcepta divina servantes, ut si in aliquo nutaverit & vacillaverit veritas, ad originem dominicam & evangelicam, & apostolicam traditionem revertamur: & inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit. Traditum est enim nobis quod sit *unus Deus, & Christus unus, & una spes, & fides una, & una ecclesia, & baptisma unum*, non nisi in una ecclesia constitutum; a qua unitate quisquis discesserit, cum hæreticis necesse est inveniatur, quos dum contra ecclesiam vindicat, sacramentum divinæ traditionis impugnat. Cujus unitatis sacramentum expressum videmus etiam in cantico canticorum ex persona Christi dicentis: *Hortus conclusus soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ vivæ, paradisus cum fructu pomorum.* Si autem ecclesia ejus hortus conclusus est, & fons signatus, quomodo in eumdem hortum introire, aut bibere de fonte ejus potest, qui in ecclesia non est? Item Petrus ipse quoque demonstrans & indicans unitatem, mandavit & monuit nisi per unum solum baptisma unius ecclesiæ salvari nos non posse. *In arca*, inquit, *Noe pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam, quod & vos similiter salvos faciet baptisma.* Quam brevi & spiritali compendio unitatis sacramentum manifestavit! Nam ut in illo mundi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est, qui in arca Noe non fuit non potuit per aquam salvus fieri; ita nec nunc potest per baptismum salvus videri, qui baptizatus in ecclesia non est, quæ ad arcæ unius sacramentum dominica unitate fundata est. Observatur itaque a nobis & tenetur, frater carissime, explorata & perspecta veritate, ut omnes qui ex quacumque hæresi ad ecclesiam convertuntur, ecclesiæ unico legitimo baptismo baptizentur, exceptis his qui baptizati in ecclesia prius fuerant, & sic ad hæreticos transierant: hos enim oportet, cum redeunt, acta pœnitentia, per manus impositionem solam recipi, & in ovile, unde erraverant, a pastore restitui. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

SYNODUS ROMANA STEPHANI

**** Ex libello Synodico.*

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Στεφάνου τοῦ ἱερομάρτυρος πάπα· ἀποκηρύξασα τοὺς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδῳ παραλόγως ἐπικεχειρηκότας ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐκ πάσης αἱρέσεως προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

SYNODUS divina & sacra provincialis, Romæ collecta a Stephano sancto martyre & papa: quæ eos, qui in Africana synodo sine ratione concesserant eos rebaptisari, qui ex quacunque hæresi ad catholicam accederent ecclesiam, abdicavit.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

In exemplari vetustissimo S. Remigii Remensis post superiorem S. Cypriani ad Pompeium epistolam sequitur tractatus scriptoris anonymi qui adversus Cyprianum jactatam per ea tempora de baptizandis hæreticis controversiam judicat. Hunc a R. P. Iacobo Sirmondo τῷ μακαρίτῃ acceptum V.C. Nicolaus Rigaltius observationibus suis inseruit; & nos hic tibi quoque, lector antiquitatis ecclesiasticæ studiose, repræsentamus, quia, ut ait ille, variis super Cypriani sententia quæstionibus subtiliter examinatis multa continet, quæ ad veteris ecclesiæ disciplinam faciunt plurimum; & quantum ex dictione deprehenditur, auctoris est ab ævo Cyprianico parum distantis.

*** NON DEBERE DENUO BAPTIZARI qui semel in nomine domini nostri Iesu Christi sint tincti.

ANIMADVERTO quæsitum apud fratres, quid potius observari oportet in personam eorum, qui in hæresi quidem, sed in nomine Dei nostri Iesu Christi sint tincti, postmodum inde digressi, & suppliciter ad ecclesiam Dei advolantes, totis præcordiis pœnitentiam agerent, & erroris sui damnationem nunc demum intelligentes, auxilium salutis ab ea implorent: utrum vetustissima consuetudine ac traditione ecclesiastica, post illum, qui foris quidem, sed in nomine Iesu Christi dominicum acceperunt baptisma, tantummodo imponi eis manum ab episcopo, ad accipiendum Spiritum sanctum sufficeret, & hæc manus impositio signum fidei iteratum atque consummatum eis præstaret: an vero etiam iteratum baptisma his necessarium esset, tanquam nihil habituris, si hoc quoque adepti ex integro non fuissent, perinde ac si nunquam baptizati in nomine Iesu Christi forent. Ideoque nonnulla super hac nova quæstione scripta aut rescripta esse jactabantur, quibus utraque pars ad destruenda aliena summo studio nitebatur. In quo genere quæstionis, ut mihi videtur, nulla

nulla omnino potuisset controversia aut disceptatio emergere, si unusquisque nostrum contentus venerabili ecclesiarum omnium auctoritate, & necessaria humilitate, nihil innovare gestiret, cum locum contradictioni non quemlibet animadverteret. Namque omne quod anceps & ambiguum, & in diversis sententiis prudentium ac fidelium virorum constitutum est, si contra priscam & memorabilem cunctorum emeritorum sanctorum & fidelium sollennissimam observationem judicatur, damnari utique debet, cum in re olim composita & ordinata, quodcumque est illud quod contra ecclesiarum quietem atque pacem in medium producatur, nihil præter discordias & simultates & schismata allaturum; ubi nullus alius B fructus reperiatur, nisi hic solus, ut unus homo, quicumque ille est, magnæ prudentiæ & constantiæ esse apud quosdam leves homines inani gloria prædicetur, & hæreticorum stupore præditus, quibus hoc unicum perditionis solatium est, si non soli peccare videantur, errores & vitia universarum ecclesiarum correxisse apud simillimos sui & compares celebretur. Hæreticorum enim omnium hoc studium atque propositum est, sanctissimæ matri nostræ ecclesiæ ejuscemodi & plurimas quantas calumnias nectere, & invenisse aliquid quod ei crimini, vel etiam leviter, dari posset, summam gloriam ducere. Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum, ac multo magis C episcoporum, audere deceat, monstri simile est, ipsos episcopos talia scandala cogitare, & turpitudinem matris ecclesiæ, si quam putant in hoc negotio esse, contra præceptum legis & omnium scripturarum nimis inreverenter cum sua ipsorum turpitudine & periculo non vereri detegere, quamquam nulla sit in hoc, nisi in errore ipsorum illorum, turpitudo ecclesiæ. Itaque deterius delinquitur ab hominibus ejusmodi, si id quod in observatione antiquissima, aliis tanquam non recte fiat reprehenditur, & ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte observatum esse & observari manifeste ac fortiter ostendatur, ita ut etsi pa- D ribus argumentis ex utraque parte congrederemur, tamen quia non poterat id quod innovabatur sine dissensione fratrum & damno ecclesiastico consistere, utique non debeat contra fas quod aiunt & nefas, id est contra bonum & æquum, ecclesiæ matri quasi macula temere infligi, eisque qui hoc adtentarint, audaciæ hujus atque impietatis ignominia merito debeat adscribi. Sed quoniam non est in nostra potestate, ut secundum præceptum apostoli idipsum dicamus omnes, neve sint in nobis schismata, tamen in quantum possumus, connitimur hujus tractatus statum demonstrare; & turbulentis hominibus, ut vel nunc suum negotium agere incipiant, persuadere; consecuturis E etiam plurimum nobis, si hoc quoque consilio sano tandem voluerit adquiescere. Et ideo quæcumque sanctarum scripturarum ad hanc partem pertinentia sunt capitula, necessario in unum congeremus: & quæ videntur esse diversa aut varia, quantum poterit, manifeste inter se conglutinabimus, & utilitatem ac commodum singulorum pro mediocritate nostra examinabimus, ut* accendi in ecclesia formam & consuetudinem saluberrimam atque pacificam universis fratribus insinuemus. Igitur adgredientibus tractatum salutaris & novi, hoc est spiritalis & evangelici baptismatis, imprimis occurrit notissima omnibus predicatio celebrata atq; cœpta ab Ioanne Baptista, qui aliquantum descis-

A cens a lege, id est Moyse, antiquissimo baptismate, & viam novæ & veræ gratiæ præsternens, & baptismate, quod interim exercebat, aquæ & pœnitentiæ sensim aures Iudæorum præveniebat, & occupabat spiritalis baptismatis futuri annuntiatione adhortans eos & dicens: Qui post me venit fortior me est, cujus ego non sum dignus corrigiam calciamenti solvere. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Propter quod nobis quoque hujus sermonis orsus hinc incipere debebit. Nam & dominus hanc eandem vocem Ioannis post suam resurrectionem in Actis apostolorum confirmans, præcepit eis, ab Hierosolymis ne discedere, sed expectare illam promissionem Patris quam audistis a me, quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Itemque Petrus eadem verba domini percensuit, rationem pro se apud apostolos reddens dicendo: Cum autem inciperem loqui ego, irruit Spiritus sanctus super eos, sicut & super nos in principio, & recordatus sum sermonem domini sicut dicebat: Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si ergo æquale donum dedit eis sicut & nobis credentibus dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere domino? Et iterum: Viri fratres, scitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes verbum evangelii & credere, & qui corda novit Deus testimonium perhibuit dans eis Spiritum sanctum sicut & nobis. Ac propterea hujus sententiæ quæ sit vis & potestas considerare debemus. Ait enim dominus eis qui postmodum baptizari haberent quia crederent, baptizandos esse, non quemadmodum a se in aqua in pœnitentiam, sed in Spiritu sancto. De qua prædicatione cum utique nemo nostrum possit ambigere, manifestum est qua ratione homines in Spiritu sancto baptizati sint. nam & proprie in ipso solo sancto spiritu baptizati sunt qui crediderunt. quia Ioannes discrevit & dixit, dicens, Se quidem in aqua baptizare, venturum autem qui in Spiritu sancto baptizet, gratia & virtute Dei, * sunt & hoc & occulta largiente & operante. nihilominus autem etiam in baptismate Spiritus & aquæ. Præterea etiam in baptismate spiritus in sanguine proprio uniuscujusque. sicut declarant nobis sanctæ scripturæ, quarum per singula quæque eorum quæ enarrabimus, adferemus perspicuas probationes. Ad quæ forte tu, qui novum quid inducis, continuo impatienter respondens ut soles, dixisse in evangelio dominum, Nisi quis denuo natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum cœlorum. Ex quo manifeste apparet, illum baptisma solum prodesse, cui possit etiam Spiritus sanctus inesse. super ipsum enim dominum, cum baptizaretur Spiritum descendisse, factumque ejus atque dictum pariter congruere, nec ulla alia ratione mysterium istud posse consistere. Cui responso nemo nostrum adeo, ita insanus reperitur aut contumax, ut audeat contra fas aut contra verum contradicere: scilicet, rebus integris, & omni modo ita in ecclesia gerendis, & secundum disciplinæ ordinem perpetuo a nobis observandis. Sed si in eodem novo testamento hæc quæ in isto negotio deprehendimus adunata nunquam, reperiantur quodammodo divisa ac separata, & proinde disposita, atque si sint singula, videamus utrum possint esse aliquando etiam singulariter solitaria, quasi non sint mutila, sed tanquam integra atque perfecta. Nam cum per manus impositionem episcopi datur unicuique

unicuique credenti Spiritus sanctus, sicut apostoli circa Samaritanos post Philippi baptisma manum ei imponendo fecerunt, & hac ratione Spiritum sanctum in eos contulerunt. quod ut fieri posset ipsi pro eis oraverunt. nondum enim super quemquam eorum descenderat Spiritus. tantum autem baptizati erant in nomine domini Iesu. Dominus quoque noster post resurrectionem, cum insufflasset & dixisset apostolis suis, Accipite Spiritum sanctum, ita demum largitus eis Spiritum. cum ita invenitur, Quid tibi frater videtur, si quis non ab episcopo baptizatus, ita ut si in continenti etiam manus ei imponatur, priusquam tamen acciperet Spiritum sanctum, fuerit defunctus, utrum censeas salutem percepisse eum, nec ne. quoniam quidem & ipsi apostoli & discipuli, qui etiam alios baptizabant, qui etiam a domino baptizati, non statim Spiritum sanctum acceperint, qui nondum erat, quia Iesus nondum fuerat clarificatus: sed post resurrectionem ejus nec modicum intervallum temporis quo id gestum est, intercesserit. Sicuti & cum baptizati a Philippo Samaritani, donec Samariam rogati ab Hierusalem apostoli descenderent ad illos, ut eis manum imponerent, & Spiritum sanctum per manus impositionem in eos conferrent. quoniam illo intervallo temporis aliquis eorũ non adeptus Spiritum sanctum morte potuit intercipi, & defraudatus gratia Spiritus sancti defungi. Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum, & evenire solitum ut plerique post baptisma sine impositione manus episcopi de sæculo exeant, & tamen pro perfectis fidelibus habentur. sicuti Æthiops eunuchus cum rediret ab Hierusalem & legeret prophetam Esaiam & hæsitaret, suggerente Spiritu, audita veritate a Philippo diacono, credidit & baptizatus est, & cum ascendisset de aqua Spiritus domini rapuit Philippum, & non vidit eum jam nunc amplius eunuchus. abibat enim viam suam gaudens. quoniam ut animadvertis imposita ei manus non est ab episcopo, ut Spiritum sanctum reciperet. Quod si hoc admittis, & salutare esse credis, nec opinioni omnium fidelium refragaris, necesse est confitearis, proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius posse consistere. id est, ut per solam manus impositionem episcopi, quia baptisma in nomine Iesu Christi domini nostri præcessit, possit alio homini pœnitenti atque credenti etiam Spiritus sanctus tribui. quoniam eos qui in Christum credituri essent scriptura sancta prædixit, Oportet in Spiritu baptizari. ita ut & hi quoque non videantur minus aliquid habere, quam illi qui perfecte sunt Christiani, ne necesse sit quæri, Quare illud baptisma fuerit quod in nomine Iesu Christi sunt consecuti. Nisi forte in illo quoque superiore tractatu, circa eos qui tantummodo in nomine Christi Iesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvos fieri, aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem episcopi Spiritum sanctum consuesse præstari. aut etiam non episcopum dicas Spiritum sanctum solum esse largiri. Quod si ita est, & potest aliquid horum eveniens salutem homini credenti non præripere, tu quoque ipse annuis, quoniam modo dimidiatum, & non ut contendis consummatum mysterium fidei, quia necessitas intervenit, salutem adimere non posse credenti & pœnitenti homini. Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut omnibus hominibus qui sub cura eo-

A rum agunt, & hac atque illac dispersis regionibus ipsorum infirmantur, per semetipsos subvenire deberent, quia ceteri homines minores clericis qui periclitantur, hoc idem præstare non possint: ne sanguis eorum qui vacui de sæculo exisse videbantur, de manu episcoporum necesse habeat requiri. Porro autem ut non ignoratis credentibus hominibus invenitur Spiritus sanctus a domino datus sine baptismate aquæ; sicut Actis apostolorum continetur in hunc modum: Adhuc loquente Petro verba hæc, irruit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, & obstupefacti sunt qui erant ex circumcisione fideles quotquot simul venerant cum Petro, quia & super gentes donum Spiritus sancti effusum est. audiebant enim eos lo-
B quentes linguis suis & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid aliquis aquam prohibere potest ut non baptizentur isti qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? & præcepit eos baptizari in nomine Iesu Christi. Sicut etiam Petrus postmodum de eisdem gentibus plenissime docuit nos dicens, Et nihil discrevit inter nos & ipsos, fide emundatis cordibus eorum. Atque hoc non erit dubium in Spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari. sicut animadvertis baptizatos hos prius quam aqua baptizarentur, ut satisfieret & Ioannis & ipsius domini prædicationibus, quandoquidem hæc sine manus impositione apostolo-
C rum, & sine lavacro, quod postea adepti sunt, gratiam repromissionis receperint. & inundatis cordibus eorum Deus per fidem ipsorum etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit, ut hoc solum eis baptisma subsequens præstiterit, ut invocationem quoque nominis Iesu Christi acciperent, ne quid eis deesse videretur ad integritatem ministerii & fidei. Quod etiam, a contrario latere tractatus hujus, sunt consecuti ipsi illi discipuli domini nostri, super quos jampridem baptizatos, postremo die pentecostes supervenit Spiritus sanctus, voluntate Dei quidem, non sua sponte cælo lapsus, sed ad hoc ipsum munus effusum, sed & super unumquemque eorum. cum justi jampridem ut diximus baptismate domini fuissent baptizati, sicut
D & ipsi apostoli, qui tamen omnes domino nocte qua apprehensus est, deseruisse inveniuntur. & ille ipse, qui gloriatus est perseveraturum se in sua fide, Petrus, & adversus ipsius domini prædictum obstinatissime repugnavit, postremo tamen tum ipsum negavit, ut hac ratione ostenderetur nobis, quæ medio tempore, quoque modo, contraxerant delicta, eadem hæc in eis fide postmodum sincerata per baptisma Spiritus sancti non dubie esse dimissa. nec ulla ut puto alia ex causa apostoli his quos in Spiritu sancto adloquebantur, nisi quia virtus nominis Iesu super quemcumque hominum baptismate invocata ad salutem adsequendam non
E modicam prærogativam ei qui baptizaretur præstare posset, sicuti Petrus in actis apostolorum narrat dicens, Nec enim aliud est nomen sub cælo quod datum est hominibus, in quo oportet salvos fieri nos. Sicut etiam apostolus Paulus aperit ostendens, quia Deus exaltavit Iesum dominum nostrum & donavit illi nomen ad hoc ut sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omnes genua curvent cælestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus est Iesus in gloria Patris. & ille, in quo cum baptizaretur, invocatum esset in nomine Iesu, licet in aliquo errore consequeretur, tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere, & errorem suum corrigere, & ad ecclesiam & ad episcopum venire, &

finceriter confiteri Iesum nostrum coram hominibus, ut tunc cum ab episcopo ei manus imponeretur, etiam Spiritum sanctum acciperet, nec invocationem illam pristinam nominis Iesu amitteret, quam nemini nostrum licet damnare: quum hæc nuda & singularis sit constituta non posset ad salutem præstandam sufficere, ne hac ratione etiam ethnicos & hæreticos abutentes nomen Iesu, credamus ad salutem sine vera re atque integra posse pervenire. quam tamen invocationem nominis Iesu, correctione erroris & agnitione fidei veritatis, & abscisa omni labe præteritæ conversationis, mysterio Dei, circa ejusmodi homines rite perpetratam, locum quem habitura non erat, obtinere, & postremo in fide recta, & ad integritatem signi B præstandam non obesse, supplemento ejus quod deerat accedente. Per quam utile est credere, & tot annorum, totque ecclesiarum, itemque apostolorum & episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere. cum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimæ matris ecclesiæ adversus prisca consulta, post tot sæculorum tantam seriem, nunc primum repente ac sine ratione insurgere. Nec enim propter aliud Petrus, qui jam fuerat baptizatus, & quid sentiret de domino ab ipso domino erat interrogatus, & veritate revelationis Patris cælestis in eum collocata, quod dominus noster non solum Christus, verum etiam filius Dei vivi esset confessus, postmodum eidem Christo prædicanti de sua passione refragatus esse monstratus est, C & propterea Satanas dici ostensus est. nisi quia futurum erat, ut quidam tametsi variantes in sententia propria, & claudicantes aliquando in fide atque doctrina, cum in nomine Iesu baptizarentur, tamen si intervallo quodam temporis recorrigere id potuissent, non propterea a salute exciderent. sed quandoque resipuissent, integram spem salutis pœnitendo obtinerent. præsertim cum Spiritum sanctum, quo baptizari unusquisque hominum debet, acciperent, aliquid tale designassent. sicuti non solum Petrum hoc passum esse in evangelio deprehendimus, verum universos quoque discipulos, quibus jam baptizatis postea dominus ait, quia vos omnes scandalizabimini in me. qui omnes, ut D animadvertimus, correcta fide sua, post resurrectionem domini in Spiritu sancto sunt baptizati. ut non immerito hodie quoque credamus homines correctos a pristino errore in Spiritu sancto posse baptizari, qui cum aqua baptizarentur in nomine domini aliquod scabram habuissent fidem. quoniam multum interest, utrum in totum quis non sit baptizatus in nomine domini nostri Iesu Christi, an vero in aliquo claudicet cum baptizatur * baptismate aquæ, quod minus est, dummodo postea constet in veritate sincera fides in baptismate spiritus, quod majus est. Nec æstimes huic tractatui contrarium esse quod dixit dominus: Ite, docete gentes, tinguite eos in nomine Patris & Filii & E Spiritus sancti. Quia cum hoc verum & rectum & omnibus modis in ecclesia observandum sit, & observari quoque solitum sit, tamen considerare oportet quod invocatio nominis Iesu non debet a nobis futilis videri propter venerationem & virtutem ipsius nominis, in quo nomine virtutes omnes solent fieri: & nonnunquam aliquæ etiam ab hominibus extraneis. Ceterum quo pertinet illa verba Christi, qui negaturum se esse dixit, nec nosse eos qui sibi in die judicii dicturi essent, Domine domine nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus, respondendo eis etiam

A cum jurejurando, Quia nunquam cognovi vos: Discedite a me qui operamini iniquitatem nisi ostenderetur nobis, nonnunquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem, posse per nimiam virtutem nominis Iesu etiam hæc fieri. Idcirco quæ debet invocatio hæc nominis Iesu quasi initium quoddam mysterii dominici commune nobis & ceteris omnibus accipi, quia possit postmodum residuis rebus impleri, alias non profutura talis invocatio cum sola permanserit. quia post mortem ejusmodi hominis non potest ei quicquam omnino adici vel suppleri, aut in aliquo prodesse in die judicii, cum illa a domino nostro quæ supra memoravimus cœperint exprobrari, qui tamen universi hodie, ut sibi his modis subveniant quibus supra ostendimus nō possunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi. Sed ad hæc ut soles contradices, opponendo nobis, tunc cum baptizarentur integro ac recte discipulos, ac non ut hos hæreticos, esse baptizatos, quod ex persona ipsorum, & ejus qui baptizavit illos, sumas necesse est. & ideo nos ad propositionem hanc tuam non ut accusatores discipulorum domini respondemus, sed sicuti compellimur, quia necesse est ubi & quando & quemadmodum unicuique nostrum salus sit præstita, rationibus investigemus. Namque natum esse dominum nostrum, & Christum esse eum, multis rationibus a discipulis ejus non immerito credi videbatur, quod ex tribu Iuda, quod ex genere David, quodque in civitate Bethleem fuisset natus, & quod pastoribus ab angelis, quoniam salvator illis natus esset, eodem momento fuisset annuntiatus, quod in oriente visa ejus stella sollicitissime fuisset a Magis requisitus & adoratus, & illustribus donis & insignibus muneribus honoratus. quod puer admodum in templo sedens cum legis doctoribus prudenter & cum admiratione omnium disputasset. quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, cælis apertis descensione Spiritus sancti, & super eum mansione, testimonio etiam Patris sui, itemque Ioannis Baptistæ fuisset clarificatus. quod supra humanam mediocritatem corda & cogitationes universorum intelligeret. quod languores & vitia & valetudines cum potestate maxima curaret atque sanaret. quod remissiones peccatorum cum evidenti probatione præstaret, quod dæmonia jussu expelleret, quod leprosos verbo mundaret, quod aquam in vinum convertendo convivium nuptiale admirabili lætitia amplificaret. quod cæcis visionem restitueret aut indulgeret. quod doctrinam Patris cum omni fiducia assereret. quod in loco deserto de quinque panibus quinque millia hominum saturaret. quod reliquiæ atque buccellæ plusquam duodecim cophinos implerent. quod mortuos pro sua pietate passim suscitaret. quod ventis & mari ut quiescerent imperaret. quod super mare pedibus ambularet. quod virtutes omnes omnino perficeret. Quibus rebus & hujusmodi compluribus factis ad claritatem ejus pertinentibus consequens esse videbatur, ut quemadmodum Iudæi de Christo sentiant, quod tamen de Iesu Christo domino nostro non credunt, ut etiam ipsi exstimarent, ut talis & tantus nulla obita morte in æternum perseveret, & regnum Israel & totius orbis in perpetuum quod non corriperetur possideret. Unde etiam Iudæi ausi fuerant eum rapere & in regnum unguere. quod quidem necesse habuit ille superfugere. ac propterea discipuli ejus arbitrabantur, quod nulla alia ratione vitam æternam his præstaturus esset, nisi primum ipse vitam hanc temporalem cum illa æterna in seipso continuasset. Denique

Denique cum conversarentur in Galilæa dixit eis A Iesus, Incipit filius hominis tradi in manus hominum & interficient eum, & post triduum resurget, & contristati sunt nimis ac mente conceperant. Denique hic fuit etiam Iudæorum sermo contradictionis adversus eum, cum se ipse quidem doceret eos, & futura annuntiaret. illi autem dicerent, Nos audivimus a lege quia Christus manet in æternum, & quo modo tu dicis, quia exaltari oportet filium hominis. Itaque fuit discipulorum eadem hæc præsumptio de Christo, prorumpente in istum sermonem incredulitatis suæ Petro ipso duce ac principe apostolorum. Cum enim a domino simul cum ceteris fuisset interrogatus quidnam sentiret de ipso, id est quem esse eum existimaret, & primo veritatem confessus fuisset dicens esse eum Christum filium Dei vivi, & propterea beatus ab illo judicatus esset, quod hoc non carnaliter, sed per Patris cœlestis revelationem adsecutus esset: idem tamen, ubi cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oportet illum Hierosolymam ire & multa pati a senioribus & sacerdotibus & scribis & interfici & post diem tertium resurgere, nihilominus ille verus Christi confessor post pauculos dies assumpto eo cœpit illum corripere dicens, Propitius sit tibi, non erit istud: ut propterea audire a domino commeruerit, Vade post me Satanas, scandalum mihi es. ob hoc quod non saperet ea quæ sunt hominum. Quæ increpatio adversus Petrum magis magisque eluxit adprehenso Christo, cum a muliercula conterritus diceret, Nescio quid dicas, neque novi te. & iterum cum hoc diceret adhibito jurejurando & tertio devotans & jurans adfirmaret, quoniam non nosset hominem. & non semel sed sæpius eum negasset. quod consilium ei quoniam usque ad passionem domini perseveraturum erat, multo prius a domino palam factum est, ut nos quoque id non ignoremus. Denique post resurrectionem domini unus e discipulis ejus Cleopas cum esset mœstus secundum errorem omnium condiscipulorum suorum, ipsi domino, tanquam alicui ignoto, referens quod contigerat, sic locutus est dicens, De Iesu Nazareno, qui fuit propheta potens in factis & dictis in conspectu Dei & universi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdo- D tes & principes nostri in damnationem mortis & crucifixerunt: Nos autem sperabamus quod ipse erat redempturus Israel. Iuxta quæ, omnes quoque discipuli adseverationem quoque mulierum, quæ post resurrectionem viderant dominum, judicaverunt deliramenta, & quidam ipsorum viso eo non crediderũt, sed dubitaverunt. quique tunc nõ interfuerũt, omnino non crediderunt; nisi postmodum ab ipso domino omnibus modis fuissent objurgati atque increpati. quoniam mors eos ita offenderat, ut putarent eum non resurrexisse, quem * timuerant mori non debuisse. quia contra opinionem ipsorum semel mortuus fuisset. Itaque E quod ad ipsos discipulos pertinet, neque integram neque perfectam fidem habuisse his modis quibus retulimus inveniuntur, & quod multo gravius est, sicut in evangelio circa Ioannem scriptum est, etiam alios baptizabant. Præterea, quid dicturus es de his, qui plerumque ab episcopis pessimæ conversationis baptizantur. qui tamen tandem, cum Deus voluerit, in sceleribus suis convicti, etiam ipso, aut prorsus etiam communicatione privantur? Aut quid statues de eis qui ab episcopis prave sentientibus aut imperitioribus fuerint baptizati? quando non ad liquidum & integre, vel etiam aliter quam oportet, in traditione sacramenti fuerint locuti. certe aut interrogaverint quid, aut interrogantes a respondentibus audierint quod minime ita interrogari aut responderi debet. quod tamen non valde illam nostram rectam fidem lædat, sed non tam ornate ut tu & composite, isti quoque simpliciores homines mysterium fidei tradant. Dicturus es enim utique pro tua singulari diligentia, hos quoque denuo baptizandos esse, cum maxime eis res desit, aut obstet, quominus inviolabile illud divinum mysterium fidei intemeratum possit accipere. Sed enim virorum optime reddamus & permittamus virtutibus cælestibus vires suas, & dignationi divinæ majestatis concedamus operationes proprias, ut intelligentes quantum in ea sit emolumentum, libentes ei adquiescamus. Et ideo B cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctus est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre & solemniter & per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a domino supplendum reservetur. si vero ab alienis traditum fuerit, ut potest hoc negotium & ut admittit, corrigatur. quia Spiritus sanctus extra ecclesiam non sit, fides quoque non solum apud hæreticos, verum etiam apud eos qui in schismate constituti sunt, sana esse non possint. Idcirco quæ pœnitentiam agentibus correctisq; per C doctrinam veritatis & per fidem ipsorum, quæ postea emendata est, purificato corde eorum, tantummodo baptismate spiritali, id est manus impositione episcopi, & Spiritus sancti subministratione subveniri debeat. signum quoque fidei integrum hoc modo & hac ratione tradi in ecclesia merito consuevit. ne invocatio hominis Iesu, quæ aboleri non potest contemptui a nobis videatur habita. quod utique non oportet. quamquam talis invocatio, si nihil eorum quæ memoravimus servatum fuerit, ab operatione salutis cesset ac vacet. Dicente enim apostolo, unum esse baptisma, necesse est invocatione hominis Iesu perseverante, quia non potest a quoquam hominum quæ semel invocata est auferri. si eam contra decretum apostolorum geminare, aut si fuerimus nimietate præstandi, immo superaddendi baptismatis studiosi. Si ille qui ad ecclesiam revertitur noluit denuo baptizari, futurum est ut defraudemus baptismate spiritali eũ, quem putamus defraudandum non esse baptismate aquæ. Quid autem statues in personam ejus verbum audientis, qui forte adprehensus in nomine Christi statim confessus, ac priusquam baptizari aqua permitteretur ei, fuerit punitus, utrum perisse eum pronuntiabis, quia non est aqua baptizatus, an vero aliquid extrinsecus patrocinari ei ad salutẽ existimabis, licet non sit aqua baptizatus. quod perisse cum existimabis obviam tibi veniet sententia domini dicentis, Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum & ego coram patre meo qui in cælis est. quia nihil interest utrum hic verbum audiens, an fidelis sit qui confitetur domino, dummodo ipsum Christum quem confiteri oportet, confiteatur. quia dominus pari vice confitendo & ipse confessorem suum apud Patrem honore eum martyrii ut pollicitus est exornet. quod utique non debet latius accipi, quasi possit usquequaque porrigi, quia potest Christi nomen etiam hæreticus aliquis, qui tamen ipsum Christum negat, confiteri. quia in alium Christum credit. cum Christus confiteatur quod ei prodesse minime possit. si quidem dominus non seipsum in confessionem

confessionem a nobis coram hominibus deduci oportere dixit. quod sine ipso, & sine venerando nomine ejus non potest fieri. Et ideo integrum ac sincerum & incontaminatum & inviolatum utrúque debet consistere confitenti, nullo dilectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator, perfectusq; Christianus, an vero etiamnunc imperfectus qui summo discrimine suo domino confiteri non timuit. nec est hoc contrarium superiori tractatui. quia illic quidem tempus superat ad corrigenda quæ* multa vel prava sunt. & quoniam quędam concessa sunt ipsi tantummodo nomini domini nostri; martyrium autem non nisi in ipso & per ipsum dominum possit consummari. Et idcirco neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri, neque nomen Christi sine ipso Christo ad cōfessionem cuiquam possit patrocinari. Quapropter totus discernendus est tractatus hic, ut possit manifestior fieri. Namque invocatio nominis Iesu ideo tantum patrocinari potest, si rite suppleta postea fuerit. quia & prophetæ & apostoli ita prædicaverunt. ait enim Iacobus in actis apostolorum, Viri fratres audite, Symeon exposuit quemadmodum primum Deus visitaverit accipere ex gentibus populum nomini suo. & si consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est, Post hæc revertar, & reædificabo tabernaculum illud David quod cecidit, & quæ demolita sunt ejus reædificabo, & denuo erigam illud uti exquirant residui hominum Deum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum super eas, dicit dominus faciens hæc. Itaque & residui hominum, id est quidam Iudæorum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen domini, possunt & necesse habent requirere dominum. quia ipsa invocatio nominis præbet eis occasionem, vel etiam imponit necessitatem requirendi dominum. cum quibus præcipiunt scripturas sanctas, sive universas, sive quasdam, tamen audentius de veritate tractare, quam cum gentibus super quas non est invocatum nomen domini, id est Christi Iesu filii Dei vivi. sicuti nec super Iudæos, qui veteres tantum scripturas recipiunt. Et ideo utriusque hujus generis homines, id est Iudæi & Gentiles, plene ut oportet credentes pari modo baptizantur. hæretici vero jam baptizati aqua in nomine Iesu Christi, tantum in Spiritu sancto baptizādi sunt. & in Iesu, quod nomen solum datum est sub cælo in quo oporteat salvos fieri nos, merito mors contemnitur. quam si sic perseverēt salvi esse non possunt quia non requisiverunt domino post invocationem nominis ejus super eos. sicut & illi * qui in eos Christus qui forte credere noluerunt. de quibus dominus ait, Cavete ne quis vos in errorem inducat. multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus. & multos in errorem inducent. Et iterum ait, Tunc si qui dixerit vobis, Ecce hic Christus aut hic, nolite credere. Surgent enim pseudo-Christi & pseudo-prophetæ, & dabunt signa magna & portenta, ita ut errent si fieri potest etiam electi. Quas virtutes non dubie tunc illi sub nomine Christi facient. In quo nomine videntur quidam etiam modo quasdam virtutes facere, & falso prophetare. sed certum est eos, quod ipsi non sint Christi, propterea ad Christum non pertinere. quemadmodum etiam si quis desciscat a Christo inhærens solo nomini ejus. qui non multum adjuvatur. immo magis hoc nomine etiā oneratur, licet fuerit antea fidelissimus aut justissimus, aut clero aliquo oneratus, aut confessionis dignitate præditus. Hic enim omnes negando verū Christum, introducendo aut sequendo alium, cum

A sit nullus omnino alius, nihil spei aut salutis sibi relinquunt. non aliter quam illi, qui coram hominibus negaverunt Christum. quos negari necesse est a Christo non habita ulla ratione ipsorum ex præcedenti conversatione eorum aut sensu aut dignitate, proinde atque ipsi * aut si sunt Christum, id est salutem suam abrogare damnati. per hujusmodi clausulam quia manifestissime a domino dictū est, Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo qui in cælis est. ut verbum hoc, Quicumque etiam in clausula confessionis plenissime nobis ostendat, quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit, licet negator ille antea vel hæreticus fuerit vel audiens, aut audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, B vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab ecclesia digressus ac postea reversus sit, & tunc cum rediret prius ei manus ab episcopo imponeretur, adprehensus confiteri Christum coram hominibus, necesse habuerit, sicut iterum neganti Christum nulla propria vetus dignitas potest ad salutem patrocinari. Quodcumque enim in homine ultimum in hac specie deprehensum fuerit, in illo quis nostrum judicari necesse habebit abolitis & obliteratis omnibus quæ prius gessit. Et ideo cum in martyrio tanta sit mutatio rerum in momento temporis, ut in re perquam veloci possint mutari universa, nemo sibi blandiatur, qui occasionem amiserit gloriosæ salutis, si forte se ab ea excluserit propria sua culpa. sicuti & illa uxor C Loth, quæ similiter in angustiis rerum contra præceptum angelorum, tantummodo post se respexit, & tumulus salis facta est. qua ratione etiam ille hæreticus qui confitendo Christi nomen trucidatur, nihil postea potest corrigere, si quid de Deo aut de Christo male senserit, cum in alium Deum, aut in alium Christum credendo semetipsum fefellit, confessor non Christi, sed solitario Christi nomine. quando & apostolus consequenter dicat: Et si corpus meum tradidero, ita ut exurar igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio. Quia hoc facto nihil proficit qui non habet dilectionem ejus Dei & Christi, qui per legem & prophetas & in evangelio in hoc modo prædicatur, Diliges dominum Deum tuum in toto corde tuo, D & in tota anima tua: & in tota cogitatione tua. &, Diliges proximum tibi tanquam te: In his enim duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Sicut & Ioannes evangelista dicit, Et omnis qui diligit ex Deo natus est, & cognoscit Deum quia Deus dilectio est. Sicuti & Deus ait, Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet, non periret, sed haberet vitam æternam. Vt manifeste apparet eum, qui hanc diligendi nos & diligendi a nobis dilectionem in se non habeat, inani confessione & passione nihil proficere. * quam ut ipsa apparet & constat hæreticum esse, qui in alium Deum credat, sive Christum alium accipiat. E quamquam scripturæ novi & veteris testamenti manifeste prædicant, quæ patrem omnipotentem creatorem omnium & filium ejus sine obscuritate annuntiant. veniet enim eis ut alii ab alio Deo salutem expectanti. tunc demum contra opinionem suam a Christo Dei patris omnipotentis creatoris filio, quæ blasphemaverant, in pœnam æternam damnentur, cum judicare Deus cœperit absconsa hominum, secundum evangelium per Christum Iesum, eo quod in ipsum non crediderint; licet ipsius nomine abluti sint. & usque adeo omne illud hæreticorum baptisma

baptisma intercedente aliquo intervallo temporis corrigi potest, si quis supervixerit & fidem correxit, ut Deus noster in evangelio secundum Lucam ad discipulos suos locutus est dicens, Habeo autem aliud baptisma baptizari. Item secundum Marcum ad filios Zebedæi eadem ratione dixerit, Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismate quo ego baptizor baptizari? Quod sciret homines non solum aqua, verum etiam sanguine suo proprio habere baptizari. ita ut & solo hoc baptismate baptizati fidem integram & dilectionem sinceram lavacri possint adipisci, & utroq; modo baptizari. æque tamen unum baptisma salutis & honoris pariter & æqualiter consequi. Quod enim dictum est a domino, Habeo aliud baptisma baptizari, hoc in loco non ut secundum baptisma, ac sint duo baptismata, significat: sed alterius quoque speciei baptisma ad eandem salutem concurrens donatum nobis esse demonstrat. Quas utrasque species ab ipso domino nostro primum ministrari & sanctificari oportebat, ut nobis quoque alterutra, sive utraque species, unum hoc duplex salutiferum atque honorificum baptisma præstaret. & viæ quædam unius baptismatis sic nobis patefierent, ut aliquando impune aliqua illarum deesset, sicut in verbum audientibus, martyribus, impune aquæ baptisma deest. quos tamen certi sumus, si quid laxamenti habeant etiam aqua solitos baptizari. itemque illis qui legitimi sunt fideles effecti, impune deest baptisma sanguinis proprii. quia baptizati in nomine Christi redempti sunt pretiosissimo sanguine domini, cum utraque hæc ex uno atque eodem fonte procedant flumina baptismatis dominici, ut omnis qui sitit veniat & bibat, sicut scriptura dicit, Flumina de ventre ejus currebant aquæ vivæ. Quæ flumina primum apparuerunt in domini passione, cum de latere perforato lancea militari sanguis & aqua manavit. ut emitteret duo flumina diversæ speciei, sed tamen ejusdem ac singulare latus, ita ut impleatur Spiritu sancto quicumque credens biberit ex utroque flumine. Hæc enim de fluminibus his loquens ostendebat dominus significans Spiritum sanctũ quem accepturi essent qui credituri erant in illum. nondum autem erat Spiritus, quia Iesus nondum erat clarificatus. Igitur dicens quemadmodum generari potest baptisma, quod apostolus unum esse prædicat, utique manifestum est illa ratione, quia diversæ sunt species unius atque ejusdem baptismatis ex uno vulnere profluentis in aquam & sanguinem. cum illic duo sint de quibus locuti sumus baptismata aquæ, id est unius atque ejusdem speciei cum unum esse debeat baptisma uniuscujusq; speciei, sicut plenius sumus locuti. Et quoniam videmur omne baptisma spiritale trifariam divisisse, veniamus etiam ad probationem narrationis propositæ, ne videamur proprio sensu & temere hoc fecisse. Ait enim Ioannes de domino nostro in epistola sua nos docens, Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. non in aqua tantum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testimonium perhibet, quia Spiritus est veritas. quia tres testimonium perhibent, Spiritus & Aqua & Sanguis. Et isti tres in unum sunt. Vt ex illis colligamus, & aquam præstare solitam, & sanguinem proprium hominibus præstare spiritum solitum, & ipsum quoque Spiritum præstare spiritum solitum. Nam cum effundatur aqua sicuti & sanguis, spiritus etiam effusus sit a domino super omnes qui crediderunt, utique & aqua, & proprio nihilominus sanguine; tunc deinde & Spiritu

A sancto possunt homines baptizari. Ait enim Petrus. Sed hoc est quod dictum est per prophetam. Erit in novissimis diebus dicit dominus, Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabũt filii eorum & filiæ eorum. & juvenes visionis videbunt, & seniores somnia somniabunt. Et quidem super servos & super ancillas effundam de spiritu meo. Quem spiritum in veteri Testamento, non quidem passim, nec effuse, sed communicatum cum aliis, aut etiam sponte insiluisse in quosdam homines, vel induisse illos & fuisse super eos deprehendimus. sicuti Mosi de septuaginta presbyteris a domino dictum esse animadvertimus, Et auferam spiritum qui super te est, & imponam super eos.

B Propter quod etiam, secundum pollicitationem suam, Deus ab alio ex spiritu qui super Moysen fuerat, imposuit super illos, & prophetaverunt in castris, quod Moyses ut homo spiritalis ita contigisse gaudebat, licet ab Iesu filio Nave, ut huic rei intercederet, invito suadebatur, & idcirco non fuisse permotus. Porro autem in libro Iudicum, item in Regnorum libris animadvertimus super plerosque aut fuisse spiritum domini, aut insiluisse in eos, tamquam super Gothoniel, Gedeon, Iephthe, Sampson, Saul, David, & ceteros alios. quod usque adeo ita se habet, ut Spiritus sancti sponte accedendi ab eis libertatem ac facultatem manifestissime nos dominus docuerit, dicens, Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nescis

C unde veniat aut quo vadat. ita ut idem spiritus etiam super indignos quoque sui nonnunquam inveniatur esse. non utique otiose, nec sine ratione, sed necessariæ alicujus operationis gratia, sicuti super Saul fuit, super quem factus est spiritus Dei & prophetavit. quamquam posteriore tempore postquam recessit ab eo Spiritus domini, & postquam angebat eum spiritus malignus adm. quoniam tunc ad hoc postremus venerat post nuntios quos ante assidue præmiserat, ut interficeret David. qui idcirco inciderunt in chorum prophetarum & prophetaverunt, ne id quod jussi fuerant perficere possent aut vellent. quod admirabili ratione per voluntatem Dei spiritum qui super om-

D nes illos fuit credimus operatum esse. Qui spiritus implevit etiam Ioannem Baptistam adhuc ab utero matris suæ, & incubuit super eos, qui cum Cornelio centurione erant priusquam baptizarentur aqua. Ita dum cohæret baptismati hominum Spiritus sanctus; aut antecedit aut sequitur; vel cessante baptismate aquæ incumbit super eos qui credunt, det nobis consilium, quod aut ex integro rite baptisma observare, aut forte dato a quocumque in nomine Iesu baptismate, supplere id debeamus custodita nominis Iesu Christi, sicuti plenissime exposuimus, sanctissima invocatione; custodita præterea tanti temporis, tot virorum, veneranda nobis consuetudine & auctoritate. Quo-

E niam autem prima pars disputationis hujus videtur explicata, etiam sequentem ejus propter hæreticos debemus attingere. quia perquam necessarium est eum tractatum qui semel in manus incidit non præterire. ne forte eos qui sunt simpliciores ex fratribus aliquis hæreticorum versutia sua audeat attentare. Nam quia Ioannes dixit nos baptizandos esse in spiritu & igni, eo quod addiderit dicens: Et igni, idcirco quidam desperati homines ausi sunt usquequaque pravitatem suam porrigere, & propterea homines nasutissimi quærunt quomodo sanctitatis baptisma ita corrumpant ac violent, ut etiam evacuent. qui originem jam exinde trahunt a Simone mago multiformi perver-

sitate

sitate per varios errores eam exercentes. cui Simoni Petrus in actis apostolorum dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia gratiam Christi existimasti per pecunias posse possidere. non est tibi portio neque sors in sermone hoc. cor enim tuum non est rectum coram Deo. Et agunt isti hæc omnia dum fallere cupiunt eos qui sint simpliciores aut curiosiores. & temptant nonnulli iterum tractare se solos integrum atque perfectum, non sicuti nos mutilatum & decurtatum, baptisma tradere. quod taliter dicantur adsignare, ut quammox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. Quod si aliquo lusu perpetrari potest, sicut adfirmantur plerique hujusmodi lusus Anaxilai esse, sive naturale quid est, quo pacto possit hoc contingere, sive illi putant hoc se conspicere, sive maligni opus & magicum virus ignem potest in aqua exprimere: illi tamen talem fallaciam & stropham prædicant perfectum baptisma esse, quod fideles homines, si coacti fuerunt accipere, utique non dubitabitur eos id quod habuerant amisisse. proinde ac si quis sacramento miles dicto desertis suis castris, in hostium diversissimis castris longe aliud sacramentum velit dicere. hac ratione constat eum vetere sacramento exauctoratum esse. idem si hujusmodi homo rursus ad te redeat, utique hæsitabis utrum habeat baptisma nec ne, & tamen oportebit te huic quoque pœnitentiam agenti quibuscumq; modis potueris subvenire. Est autem adulterini hujus, immo internecini baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur PAVLI PRÆDICATIO. In quo libro contra omnes scripturas, & de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Ioannis baptisma pene invitum a matre sua Maria esse compulsum. Item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum. quod in evangelio nullo est scriptum. Et post tanta tempora, Petrum & Paulum, post conlationem evangelii in Hierusalem & mutuam altercationem & rerum agendarum dispositionem, postremo in urbe quasi tunc primum invicem sibi esse cognitos. & quædam alia hujuscemodi absurde ac turpiter conficta. quæ omnia in illum librum invenies congesta. Qui autem non ignorant Spiritus sancti qualitatem, intellegunt quod dictum est de igni, de ipso Spiritu dictum esse. Nam in actis apostolorum secundum hanc eandem promissionem domini nostri, ipso die pentecostes cum descendisset Spiritus sanctus super discipulos, & in illo baptizarentur, visæ sunt insidentes super singulos linguæ quasi ignis, ut constaret eos Spiritu sancto & in igne baptizatos, hoc est eo spiritu qui esset sive ignis sive quasi ignis. qualis ignis fuit qui in rubo ardebat & rubum non comburebat. qualisque est ille ignis qui est angelorum spiritus, sicut scriptura dicit, Qui fecit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem. Cui cum similis aut socius aut particeps fueris, poteris nullum ignem timere. nec illum quidem qui antecedens domino in die judicii conflagrabit totum orbem terræ absque eis qui baptizati sunt in Spiritu sancto & igni. & hominibus quidem Spiritus perseverat hodie invisibilis, sicut dominus dicit, Spiritus ubi vult spirat, & nescis unde veniat vel quo vadat. Sed in principio mysterii fidei & spiritalis baptismatis hic idem Spiritus manifeste visus est & super discipulos insedisse quasi ignis. Item cælis apertis descendisse super domino columbæ similem. A quoniam pleraque, immo pene omnia quæ essent futura manifesta sunt, quæ tamen modo essent invisibilia nihilominus. nunc quoque oculis & incredulitati hominum vel ex parte, vel aliquando, vel in figura sunt monstrata ad corroborandam & confirmandam fidem nostram. Sed nec illud omiserim quod evangelium merito prædicat. Ait enim paralytico dominus noster, Bono animo esto fili, dimittuntur tibi peccata. ut ostenderet fide mundari corda ad remissionem peccatorum consequendam. quam remissionem peccatorum consecuta est illa quæ erat mulier peccatrix in civitate. cui dominus ait, Dimittuntur tibi peccata. Et cum cœpissent qui simul discumbebant apud semetipsos dicere, Quis est hic qui peccata dimittit? Quod & circa paralyticum acerbius Scri- B bæ & Pharisæi obmurmuraverant. Ait ad mulierem dominus, Fides tua te salvam fecit. vade in pace. Ex quibus universis ostenditur, fide emundari corda, Spiritu autem ablui animas. Porro autem per aquam lavacri corpora. Sanguine quoque festinantius perveniri per compendium ad salutis præmia. Puto nos plene exsecutos prædicationem Baptistæ Ioannis, unde sermonem sumus exorsi, qui dixit ad Iudæos, Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam. qui autem post me venit, fortior me est, cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calciamenti. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Arbitror autem & apostoli C Ioannis doctrinam nos non inepte disposuisse, qui ait, Quia tres testimonium perhibent, Spiritus & Aqua & Sanguis. & isti tres unum sunt. Nisi fallor autem etiam illud explanavimus quod dominus noster ait, Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto. Præterea existimo nos non infirmam rationem reddidisse, consuetudinis causam. Tueamur tamen, etsi posteriore loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo presentem altercationem suscitare. Quamquam hæc consuetudo etiam sola deberet apud homines timorem Dei habentes & humiles præcipuum locum obtinere.

AD TRACTATVM ANONYMI.

D NOTÆ NIC. RIGALTII.

Dominicum acceperunt baptisma.] In exemplari legitur: *Domini non acceperunt baptisma.* quod absque dubio pravum est. itaque edi curavimus, *dominicum*. ex conjectura quam exhibuit doctissimi Sirmondi manus, qui nobis istius scripti copiam fecit. nam ipsum exemplar nondum inspeximus. Dominicum baptisma dicitur, quod est in nomine domini nostri Iesu Christi collatum fideli, sive credenti.

Locum contradictioni non quemlibet.] Non quemlibet, dicit, qui est in ancipiti & in ambiguo, & diversam sententiam patitur; contradictione tam obvia, tamque in promptu, ut eam nemo non gestiat proponere.

Hæreticorum stupore.] Stuporem dicit, arrogantiam, superbiam, quod jam compluribus locis observavimus apud Tertull. & Cypr.

Scripturarum capitula.] Sic etiam sæpe Tertullianus & E Cypr.

Vt accendi in ecclesia.] Fortean, *ut tacendi in ecclesia formam & consuetudinem insinuemus.*

Gratia & virtute Dei sunt & hoc.] Aliquid hic deesse videtur, quod absque alterius exemplaris ope restitui nequeat. nisi dicamus, ista: *Gratia & virtute Dei sunt*, pendere de præcedentibus illis: *proprie in ipso solo sancto Spiritu baptizati sunt*, ut continua lectione sic perducamus: *Gratia & virtute Dei sunt.* nempe baptizati. deinde sequatur: *hoc & occulta largiente & operante.* Verum hæc sunt nimis anxia & coacta. Sustinebimus igitur usque dum in alium incidamus codicem antiquum.

Illum baptisma.] Mox dicet, *illud.* sicut & modo baptismum, modo baptisma. & in dandi casu, *alio.*

Apostoli & discipuli qui etiam a domino baptizati.] Tertul. lib. de baptismo: *Apostolos tinctos non invenimus in domino, præter Paulum.* Ibidem: *Illis vel prima collectionis, & exinde*

exinde individua familiaritatis prerogativa compendium baptismi conferre potuit. A

Aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem.] Aliquid hic deesse videtur: nisi totam clausulam sic constituamus: *Circa eos qui tantummodo in nomine Christi Iesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvos fieri: aut, non hac sola ratione, sed & per manus impositionem episcopi, Spiritum sanctum consuesse prestari: aut etiam non episcopum dicas Spiritum sanctum esse largiri.* Solum, hoc est, sine aqua, sine baptismo. Esse largiri, hoc est, Spiritum sanctum dare posse etiam non episcopum. videlicet aliquem de minore clero, vel de iis qui sunt minores clericis

Qua necessitas intervenit.] Peculiari necessitatis causatione, cujus exempla observavimus apud Tertullianum & Cypr.

Cum justi jampridem.] Leg. *cum isti.*

Postremo tamen tum ipsum negavit.] Leg. *ter ipsum neg.*

Fide postmodum sincerata.] Ad sinceritatem reducta. B Mel sincerum, quod purum & sine cera. Infra dicet, *purificato corde.*

Aliquod scabram habuissent fidem.] Fortean scripserit auctor, *aliquo scabram.* hoc est, aliquatenus. ut apud Tertul. *aliquo Numidas.* Quod si quis malit, *aliquod scabram,* ferri certe poterit, quemadmodum apud Virgil. *os humerosque deo similis.*

Baptismate aqua.] Sic emendavimus quod in MS. Remensi prave scriptum est, *Baptismata ex aqua.*

Ab hominibus extraneis.] Non domesticis fidei: extra ecclesiam constitutis. Infra dicet, *alienis.*

Per nimiam virtutem.] Abundantia, sive exuberantia divinæ virtutis, nominis Iesu.

Necesse habuit superfugere.] Hoc certe magis Deo convenit, quam subterfugere.

Cum se ipse quidem doceret eos.] Docebat se Christus, docens se esse natum hominem, crucifixum, sepultum, postea vero surrexisse ac revixisse. Nam totum illud, Homo Christi, C sive corpus & sanguis Christi, caro Christi, crux Christi, ac denique omne illud quod pro nobis in homine suo, conversatus nobiscum, fecit dixitque, Christus est: historia corporis & crucis Christi, Christus est. Eam qui sciunt, Christum sciunt. qui gesta & mandata Christi animo suo, corde suo, mente sua, bene ac fideliter continent, Christum in se habent. in illis vivit Christus, & vivunt in Christo: Christum sciunt, ut Tertullianus dixit, *Alexandrum qui sciunt,* de iis qui Alexandri vitam sive historiam scirent.

Propitius sit tibi.] Comparative dictum videtur, Propitiora tibi adveniant. quasi fatum suum Christus narrasset discipulis.

Devotans & jurans.] Tertullianus dixit, *devotamenta.*

Quem timuerant mori non debuisse.] Prava scriptura Remensis. Legendum, *quem innuerant mori non debuisse.*

Circa Ioannem.] *Kata Ioannem.*

Etiam ipso, aut prorsus etiam comm. priv.] Etiam ipso, scilicet domino, privantur. quia vel facto suo pessimo dominum negant, & ad Ethnicos transeunt: aut prorsus etiam D ejiciuntur ab ecclesia.

Vivorum optime.] Christiano more loquitur: ne si, mortalium optime, dixisset, aliquid in fidem sive spem vitæ æternæ peccasset. qui de sæculo sunt, mortui dicuntur: qui vero de ecclesia, vivi.

Minore clero.] Presbytero, diacono. per necessitatem scilicet.

Ut aut suppleatur a nobis.] Si revalescat ægrotus.

Aut a domino supplendum.] Iudicaturo vivos & mortuos.

Alienis.] Supra dixit, *extraneis.*

Nimietate prestandi.] Superstitiosa, vana & inepta formidine.

Fuerit punitus.] Occisus pro nomine.

Verbum audientis.] Catechumeni.

Si quidem dominus non seipsum.] Legendum, *Dominus noster,* aut certe delenda est negandi particula, Etenim dixit E dominus, *Qui me confessus fuerit.*

Summo discrimine suo.] Interrogatus scilicet coram sæculi potestatibus infestissimis nomini Christiano.

Qua multa vel prava sint.] Legendum, *quam multa vel prava sint.* hoc est, quam multa vel quam prava sint.

Quam si sic perseveret.] Locus depravatissimus expectat melioris alicujus codicis auxilium.

Clero aliquo.] Nempe episcopo, presbytero, diacono.

Aut sensu.] Qui rectus antea steterat.

Proinde atque ipsi aut si.] Legendum, *proinde atque ipsi ausi sunt Christum, id est salutem suam abrogare, damnati per hujusmodi clausulam.*

Prius ei manus ab episcopo imponeretur.] Scribendum, *priusquam ei manus ab episcopo imponeretur, adprehensus.*

Nihil proficere, quam ut ipsa apparet & constat hareticum esse.] Scribendum, *nihil proficere, quam ut ipsum appareat & constet hareticum esse.*

Baptisma salutis & honoris.] Etenim martyrii baptismate non solum salus æternæ vitæ, sed & corona datur.

Utrasque baptismi species ab ipso domino primum ministrari & sanctificari oportebat.] Nimirum ante baptisma Christi aquæ non laverant: ante crucem Christi, sanguis non laverat. quod utrobique accipiendum est de vi ac virtute spiritali, sive deifica. Sed improprie dici videtur a Christo ministrari aquæ baptisma, cum ipsi Christo ab Ioanne sit ministratum. Inde nata varietas scripturæ *initiari,* pro *ministrari.* Etsi hoc ferri quidem possit.

Si quid laxamenti habeant.] Si necessitas discriminis imminentis aliquid laxaverit, aliquid temporis indulserit, quod Cyprianus amat dicere, commeatum, & moram in sæculo tantisper adhuc manendi.

Legitimi fideles.] Baptismate in ecclesia rite suscepto.

Angebat eum spiritus malignus adm.] Sic legitur in MS. Remensi. Reg. I. 16. Exagitabat eum spiritus nequam a domino. Arripuit eum spiritus domini malus.

Adfirmantur plerique hujusmodi lusus Anaxilai esse.] Hæc etiam est scriptura Remensis. Plin. lib. XXXV. ubi de sulphure, Lusit & Anaxilaus eo, condens in calice novo, prunaque subdita circumferens, exardescentis repercussu pallorem dirum, velut defunctorum, effundente conviviis.

Petri pradicatio.] Hujusce scripti meminit Hieron. lib. de script. eccl. in Petro, atque inter apocryphas scripturas reputari. & ab Eusebio, in Ebionis hæresi, notantur Περίοδοι Πέτρου. Talia fuere acta Pauli, studio cujusdam in Asia presbyteri, qui postea convictus fraudis, hæc se amore Pauli fecisse confessus est. Hunc propterea loco decessisse tradit Tertullian. libro de baptis. Videatur Euseb. in Paulo. Hic vero irrepsit nomen Pauli pro nomine Petri.

Fide inundari corda.] Invocato nomine Christi, agnito Christo Dei filio βεβαμμένα εἰς βάθος.

[a] CONCILIUM CARTHAGINENSE III.

SUB CYPRIANO EPISCOPO,

improbatum ab ecclesia, in causa baptismi:

Celebratum anno [a] CCLVIII. *sub Stephano papa.* — [a] CCLVI.

SENTENTIÆ EPISCOPORUM [a] de hæreticis baptizandis.

[a] LXXXVII.

Hujus provincialis concilii decreta non recipit catholica ecclesia.

CUM in unum Carthagini convenissent Kalendis Septembris episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconibus, præsente etiam plebis maxima parte, D & lectæ essent literæ Iubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Iubaianum rescriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque [f] postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit;

[f] quid quoque

Cyprianus dixit: Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & profano hæreticorum baptismo, & quid ego ei rescripserim; censens scilicet quod semel atque iterum censuimus, hæreticos ad ecclesiam venientes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item, lectæ sunt vobis & aliæ literæ Iubaiani, quibus pro sua sincera & religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consen- E sit, sed etiam instructum se esse gratias agit. Superest ut de hac ipsa re, quid singuli sentiamus, proferamus; neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nostrum [b] episcopum se [a] esse episcoporum constituit, [c] aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, [d] quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tamquam judicari ab alio non possit, cum nec ipse possit alterum judicare. Sed expectemus universi judicium domini nostri Iesu Christi, qui unus & solus habet potestatem & præponendi

[a] abest illud verbum a MS. codice.

ANNO CHRISTI 258. " 256.

nos in ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro judicandi.

I.

* Bidil, * Bida, " Plurimæ aliæ variantes colligi poterunt ex versione Græca quã mox subjiciemus. Ephes. 4. ' cancerem mittunt,

Cæcilius a * Bilta " dixit: Ego unum baptisma in ecclesia sola scio, & extra ecclesiam nullum. Hic erit unum, ubi spes vera est & fides certa. Sic enim scriptum est: *Una fides, una spes, unum baptisma.* Non apud hæreticos, ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi omnia per mendacium aguntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramentum interrogat, cujus os & verba ' cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit Antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antistites diaboli audeant eucharistiam facere. Aut qui illis assistunt, dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia ecclesia consentire cogitur, & sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, & a tanto scelere nos separare, & unum baptisma tenere, quod soli ecclesiæ a Deo concessum est.

II.

* Misgirpa, * Miscirpa, seu Miscyrpa. Ephes. 4.

Primus Felix a * Migirpa dixit: Censeo omnem hominem ab hæresi venientem, baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptisma, nisi in ecclesia unum & verum; quia dominus unus, & fides una est, in qua stat unum baptisma, & sanctitas, & cetera. Nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum.

III.

' nostrum evacuant.

Polycarpus ab Adrumeto dixit: Qui hæreticorum baptisma probant ', hæreticis communicant.

IV.

' decernere

Novatus a Thamugade dixit: Licet sciamus omnem scripturam testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere: hæreticos & schismaticos ad ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati videntur, ' debere eos in fonte perenni baptizari. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimorum virorum, omnes schismaticos & hæreticos, qui ad ecclesiam conversi sunt, baptizari: sed & quicumque ordinati videbuntur, inter laicos recipi.

V.

* Tubinis ' Thubunis. Prov. 10. ' deseruit ' destinatam siti, Prov. 5. Ioan. 3. Gen. 1.

Nemesianus a * Tubunis dixit: Baptisma, quod dant hæretici & schismatici, non esse verum, ubique in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi præpositi eorum, falsi Christi sunt, & falsi prophetæ, dicente domino per Salomonem: *Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aves volantes. ' Derelinquit autem vias vineæ suæ, & a semitis agri sui erravit. Ingreditur autem per avia loca atque arida, & terram ' distinet a messe, colligit autem manibus sterilitatem.* Et iterum: *Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis. Ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ.* Et in evangelio sua voce dominus noster Iesus Christus locutus est, dicens: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Hic est spiritus, qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant, quod per manus impositionem Spiritum sanctum accipiant, & sic recipiantur, cum manifestum sit, utroque sacramento debere eos renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei esse, dicente apostolo: *Curantes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis. Unum corpus, & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus.* Et hæc omnia ecclesia catholica loquitur. Et iterum in evangelio dicit: *Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quoniam spiritus Deus est, & de Deo natus est.* Ergo omnes hæretici & schismatici omnia quæcumque faciunt, carnalia sunt, dicente apostolo: *Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, incestus, idololatriæ, veneficia, inimicitiæ, ' certamina, zelus, ira, divisiones, hæreses, & his similia: de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicumque hæc faciunt, regnum Dei non hereditabunt.* Condemnat æque apostolus cum omnibus malis & eos qui divisionem faciunt, hoc est, schismaticos & hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica, quæ una est, salvi esse non possunt, sed cum carnalibus in judicio domini Christi condemnabuntur.

Ephes. 4. Ioan. 3. Ioan. 4. Galat. 5. ' contentiones,

VI.

* Lam[besi]

Ianuarius a * Lambese dixit: Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno, hæreticos omnes baptizandos, & sic in ecclesiam sanctam admittendos.

VII.

* Cast[ra]galbæ Matth.

Lucius a * Castragalba dixit: Cum dominus in evangelio suo dixerit: *Vos estis sal terræ: si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum valebit, nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus*: iterum post resurrectionem suam mittens apostolos suos mandaverit, dicens: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: ite ergo, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Cum ergo manifestum sit hæreticos, id est, Christi hostes, non integram sacramenti confessionem habere: item schismaticos non posse condire sapientia spirituali, cum ipsi ab ecclesia, quæ una est, recedendo infatuati, contrarii facti sint; fiat sicut scriptum est: *Domus contrariorum legis debet emundationem*: & consequens sit, eos qui a contrariis baptizati inquinati sunt, primo purgari, & tunc demum baptizari.

Matt[h.]

VIII.

' sanct[o]rum [do]cume[ntorum]

Crescens a Cirta dixit: In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotum, lectis literis Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in se ' testimoniorum descendentium ex scripturis deificis continent, ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus: censeo omnes hæreticos, sive schismaticos, qui ad catholicam ecclesiam voluerint venire, non ante ingredi, nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sane, qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impositionem in pœnitentiam ecclesiæ reconcilientur.

IX.

* Seg[ermis] * Sem[...] * Sur[...]

Nicomedes a * Segermis dixit: Mea sententia hæc est, ut hæretici ad ecclesiam venientes, baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

X.

* Mu[...] * Mo[...] ' Mu[...] a Gir[pa]

* Mommillus a Girpa dixit: Ecclesiæ catholicæ matris

matris nostræ veritas semper apud nos, fratres, & A mansit, manet, & vel maxime in baptismatis Trinitate, domino nostro dicente: *Ite & baptizate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Cum ergo manifeste sciamus hæreticos non habere nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum, debent venientes ad ecclesiam matrem nostram vere renasci & baptizari, ut cancer quod habebant, & damnationis ira, & erroris ' offensa, per sanctum & cæleste lavacrum sanctificetur.

Matth. 28.

X I.

Secundinus a * Chezas dixit: Cum dominus noster Christus dicat: *Qui non est mecum, adversus me est:* & Ioannes apostolus hos qui ab ecclesia exeunt Antichristos dicat, indubitanter hostes B Christi, quique Antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidiis hæreticorum confugiunt ad ecclesiam, baptizandos esse a nobis, qui amici appellati sumus Dei, ejus dignatione.

XII.

Felix a * Bigai dixit: Sicut *cæcus cæcum ducens, ambo in foveam cadunt:* ita hæreticus hæreticum baptizans, simul in mortem cadunt. Et ideo hæreticus baptizandus & vivificandus est, ne nos vivi mortuis communicemus.

XIII.

Theogenes ab Hippone regio dixit: Secundum C sacramentum gratiæ cælestis, quod accepimus, unum baptisma, quod est in ecclesia sancta, credimus.

XIV.

Pollianus a * Mileo dixit: Censeo hæreticum baptizari in ecclesia sancta.

XV.

Dativus a * Badis dixit: Nos, quantum in nobis est, hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, & remissionem peccatorum acceperint.

XVI.

Successus * a Birgermaniciana dixit: Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet. Si baptizare possunt, & Spiritum sanctum dare possunt. Si autem D Spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent Spiritum sanctum datum, nec baptizare spiritaliter possunt: propterea censuimus hæreticos baptizandos esse.

XVII.

Fortunatus a * Thucchabori dixit: Iesus Christus dominus & Deus noster, Dei Patris & creatoris Filius, super petram ædificavit ecclesiam suam, non super hæresim, & potestatem baptizandi apostolis habere dedit, non hæreticis. Quare, qui extra ecclesiam sunt, & contra Christum stantes, oves ejus & greges spargunt, baptizare foris non possunt.

XVIII.

Sedatus a * Tuborba dixit: Inquantum aqua E sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, intantum hæreticus sermone velut cancer infecta cumulat peccata. Quare omnibus quidem pacificis viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus & tinctus, singulare & verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus, a regno cælorum fiet alienus.

XIX.

Privatianus a * Suficula dixit: Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius, quis hæresim condiderit. Si enim hæresis a Deo est, habere & indulgentiam divinam potest. Si vero a Deo non est, quomodo gratiam Dei aut habere, aut conferre alicui potest?

XX.

Privatus a Sufibus dixit: Qui hæreticorum baptisma probat, quid aliud quam hæreticis communicat?

XXI.

Hortensianus a Laribus dixit: Quot sint baptismi, viderint aut præsumptores, aut fautores hæreticorum. Nos unum baptisma, quod non nisi in ecclesia novimus, ecclesiæ vendicamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit adversarios suos esse? Matth. 12.

XXII.

Cassius a Macomadibus dixit: Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit, sibi tollit. Censeo itaque flebiles & tabidos hæreticos baptizandos esse, cum ad ecclesiam venire cœperint, & sacra & divina lavatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos; non alienos, sed fidei domesticos; non adulteros, sed Dei filios; non erroris, sed salutis effectos, in ecclesiam recipi, absque eis, qui de ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transierunt, sed eos per manus impositionem restituendos.

XXIII.

Alius Ianuarius a Vico Cæsaris dixit: Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori. Et ideo nos ecclesiæ assistimus, in qua præsidemus, ut baptismum ejus ipsi soli vendicantes, eos, quos ecclesia non baptizavit, baptizemus.

XXIV.

Alius Secundinus a Carpis dixit: Hæretici Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur in ecclesia Dei non sunt? Si Christiani non sunt, quomodo Christianos faciunt? Aut quo pertinet sermo domini dicentis: *Qui non est mecum, adversus me est: & qui mecum non colligit, spargit.* Vnde constat, super filios alienos, & soboles Antichristi, Spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit, hæreticos baptisma non habere. Matth. 12.

XXV.

Victoricus a Thabraca dixit: Si licet hæreticis baptizare, & ' remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, & hæreticos appellamus? ' remissionem

XXVI.

Alius Felix ab ' Vtina dixit: Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non tantum posse humanam præsumptionem, quantum domini nostri Iesu Christi adorandam & venerabilem majestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum observare, verum etiam ab omnibus nobis confirmare debemus, ut omnes qui ad sinum matris ecclesiæ accurrunt, baptizentur, ut mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est, sanctificatione lavacri purgata, in melius reformetur. ' Vthina

XXVII.

Quintus a * Buruc dixit: Qui fide vivimus, obsequi iis, quæ instruendis nobis ante prædicta sunt, sedula observatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem: *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lavatio ejus?* Quod utique de his, qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad ecclesiam veniunt? Si vere a mortuo nihil salutis accipitur, ac propterea agnito errore pristino, ad veritatem cum * Batuc ' Buzuc Eccl. 34.

ANNO CHRISTI 258. " 256.

cum pœnitentia revertuntur, uno vitali baptisma- A te, quod est in ecclesia catholica, sanctificari debebunt.

XXVIII.

Castus a Sicca dixit: Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est & malignus, quibus veritas revelatur; aut circa Deum ingratus est, cujus inspiratione ecclesiæ ejus instruuntur.

XXIX.

Eucratius a Thenis dixit: Fidem nostram, & baptismatis gratiam, & legis ecclesiasticæ regulam, dominus & Deus noster Iesus Christus suo ore apostolos docens, implevit dicens: *Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* (Matth. 28.) B Falsum ergo hæreticorum baptisma & iniquum a nobis pellendum est, & omni ' detestatione (' contestatione) refutandum; de quorum baptismate non vita, nec gratia cælestis, sed blasphemia trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad ecclesiam hæreticos, integro & catholico baptismate baptizari debere manifestum est, ut a blasphemiæ suæ præsumptione purificati, possint Spiritus sancti gratia reformari.

XXX.

Libosus ab * Agra (* Agiria, * Vaga, ' Vagais) dixit: In evangelio dominus, *Ego sum*, inquit, *veritas*: (Ioan. 14.) non dixit: Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati; ut si in præteritum quis hæreticus in ecclesia non baptizavit, nec nunc C baptizare incipiat.

XXXI.

Leucius a * Thabeste (* Thebeste) dixit: Hæreticos blasphemos atque iniquos, verbis variis decerpentes sancta & adorabilia scripturarum verba, execrandos censeo, & ideo exorcizandos & baptizandos esse.

XXXII.

Eugenius ab * Ammeclera (* Ammedera, ' Amedera) dixit: Et ego hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.

XXXIII.

Item alius Felix ab * Accura (* Amaccura, * Amacchora, ' Mutara) dixit: Et ipse secutus divinarum scripturarum auctoritatem, baptizandos esse hæreticos censeo, sed & eos qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. D Si enim, secundum cautum Christi, privatus fons noster est, intelligant cuncti ecclesiæ nostræ adversarii, * qui alieni sunt (* quia' alienus esse non potest. ' alius codex habet, alienis.), nobiscum esse non possunt. Nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille, qui unius gregis pastor est. Et ideo manifestum est, nec hæreticos, nec schismaticos aliquid cæleste posse suscipere, qui a peccatoribus hominibus, & ab ecclesia extraneis, audeant accipere. Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

XXXIV.

Item alius Ianuarius ' Muzulensis (' Muzucensis) dixit: Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptisma, non omnes intelligant ejusdem baptismatis E unitatem. Ecclesia enim & hæresis, duæ & diversæ res sunt. Si hæretici habent baptisma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi, & veritatem.

XXXV.

Adelphius a * Thasbalte (* Thasvalte) dixit: Sine causa quidam falso & invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant; quando ab ecclesia hæreticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

XXXVI.

Demetrius * Aleptunius (* Aleptunus ' f. a Leptiminore) dixit: Unum baptisma nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam vendicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere & legitime baptizare possunt, ipsi sunt, qui non unum, sed multa baptismata faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero & baptismata computabuntur.

XXXVII.

Vincentius a Thibari dixit: Hæreticos scimus esse pejores quam ethnicos. Si ergo conversi ad Deum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam dominus præcepto divino mandavit apostolis dicens: *Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite.* (Marc.) Et alio loco: *Ite, & docete omnes gentes ', baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* (Matth. ' tinge) Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem tunc possunt ad Christi pollicitationem venire, alias autem fieri censeo non debere.

XXXVIII.

Marcus a Mactari dixit: Mirandum non est, si hæretici, hostes atque impugnatores veritatis, rem sibi vendicent potestatis & dignationis alienæ: sed illud mirandum est, quod quidam nostri, prævaricatores veritatis, hæreticis suffragantur, & Christianis adversantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse.

XXXIX.

Satius a * Sicilippa (* Sicil…) dixit: Si hæreticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die judicii peccata sint quæ puniantur, nihil est quod timere possint hæretici de judicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

XL.

Victor a Gor dixit: Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, utrumque contra rationem facit: nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat.

XLI.

Aurelius ab Utica dixit: Cum dicat apostolus, (1. Tim.) non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam peccatis alienis communicat, qui hæreticis sine ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos, ut accipiant remissionem peccatorum, & sic illis communicetur.

XLII.

Confessor Iambus a Germaniciana dixit: Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant, ut extra ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos, negent in ecclesia baptizari oportere.

XLIII.

Lucianus a * Rucumma (* Rucu…) dixit: Scriptum est: *Et vidit Deus lucem, quia bona est, & divisit inter lucem & tenebras.* (Genes.) Si potest luci & tenebris convenire, potest nobis & hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

XLIV.

Pelagianus a Luperciana dixit: Scriptum est: *Aut enim dominus tuus Deus est, aut Baal Deus est.* (3. Reg.) Ita & nunc, aut ecclesia ecclesia est, aut hæresis ecclesia est. Porro si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hæreticos baptisma ecclesiæ potest?

XLV.

Confessor & martyr Iader a ' Midila (' Midi…) dixit: Scimus

NO RISTI 256. Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæreticum, nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

XLVI.

f. 4. Item alius Felix a Matrazana dixit: *Vna fides, unum baptisma*, sed ecclesiæ catholicæ, cui soli licet baptizare.

XLVII.

Bobba bla .3. creduli- 115. Confessor Paulus * ab Obba dixit: Me non movet, si aliquis ecclesiæ fidem & veritatem non vindicat, quando apostolus dicat: *Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Numquid ' infidelitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, est autem omnis homo mendax.* Si autem Deus verax est, quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos Deus non est?

XLVIII.

iony- Confessor Pomponius a * Iosiniana dixit: Manifestum est hæreticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent, ut aut solvere aut ligare aliquid in terris possint.

XLIX.

imisa inina Confessor Venantius a * Tinisa dixit: Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conservaret, ne ab aliquo sanctitas & castitas ejus adulteraretur. Christus dominus & Deus noster ad Patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendavit: utrumne eam incorruptam & inviolatam custodiemus, an integritatem ejus & castitatem mœchis & ' corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ commune cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit. lteris

L.

suaga f. 4. Aymnius ab * Ausuagia dixit: Nos unum baptismum accepimus, & ipsum tenemus & exercemus. Qui autem dicit, quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

LI.

Saturninus a Victoriana dixit: Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt & defensi illicita facientes, nec video quare eos aut Christus adversarios suos, aut apostolus Antichristos appellaverit. b 18. m. 2.

LII.

Confessor Saturninus a Tucca dixit: Gentiles, quamvis idola colant, tamen summum Deum, Patrem, creatorem, cognoscunt & confitentur. In hunc Marcionitæ blasphemant, & quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare: quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut servant, aut vendicant, qui hostes Dei non baptizant, & sic illis communicant?

LIII.

Marcellus a Zama dixit: Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

LIV.

abulis Confessor Hirenæus ' ab Vlulis dixit: Si ideo ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, hæresis major est.

LV.

palina Donatus a ' Cibaliana dixit: Ego unam ecclesiam & unum baptisma ejus novi: si est qui dicat apud hæreticos esse baptismi gratiam, ante est ut ostendat & probet esse illic ecclesiam.

LVI.

Zosimus a Tharassa dixit: Revelatione facta veritatis, cedat error veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

LVII.

Iulianus a Telepte dixit: Scriptum est: *Nemo potest aliquid accipere, nisi datum illi fuerit de cælo.* Si hæresis de cælo est, potest & baptisma dare. ANNO CHRISTI 258. " 256. Ioan. 3.

LVIII.

Confessor Faustus a Timida regia dixit: Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedit, illos Christianos, & nos hæreticos facit.

LIX.

Geminius a Furnis dixit: Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt. Et ideo quod semel decrevimus, tenemus, ut ab hæreticis venientes baptizemus.

LX.

Rogatianus a Nova dixit: Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo potest habere baptismum Christi synagoga Satanæ?

LXI.

Confessor ' Therapius a Bulla dixit: Qui hæreticis ecclesiæ baptisma concedit & prodit, quid aliud sponsæ Christi quam Iudas existit? ' Terapius

LXII.

Confessor item alius Lucius a * Membressa dixit: Scriptum est: *Deus peccatorem non audit.* Hæreticus, qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest? * Membresa Ioan. 9.

LXIII.

Item alius Felix a * Bussaccenis dixit: In hæreticis sine baptismo ecclesiæ admittendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat, quoniam consuetudinem ratio & veritas semper excludit. * Bussaceni

LXIV.

Alius Saturninus ab * Itinis dixit: Si potest Antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt Antichristi. * Avitinis ' Abitinis 1. Ioan. 2.

LXV.

Quintus ab * Aggiva dixit: Ille potest dare aliquid, qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere? * Aggya

LXVI.

Alius Iulianus a * Marcellina dixit: *Si potest homo duobus dominis servire, Deo & mammonæ,* potest & baptisma duobus servire, Christiano & hæretico. * Marcelliana ' Marcelliliana Matth. 6.

LXVII.

Tenax ab Horreis Cæliæ dixit: *Baptisma unum est*, sed ecclesiæ. Vbi ecclesia non est, baptisma illic esse non potest. Ephes. 4.

LXVIII.

Confessor alius Victor ab Assuris dixit: Scriptum est: *Quia Deus unus est, & spiritus unus est, & ecclesia una, & baptisma unum.* Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest, ubi Deus, & Christus ', & ecclesia una non est? Ephes. 4. ' & Spiritus,

LXIX.

' Donatulus a * Capse, dixit: Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad ecclesiam convertuntur, baptizentur. ' Donatus * Cabse,

LXX.

Martyr de schismaticis Verulus a Rusiccade dixit: Homo hæreticus dare non potest quod non habet, multo magis schismaticus, qui quod habuit, amisit.

LXXI.

Pudentianus a Cuiculi dixit: Novitas episcopatus ' effecit, fratres carissimi, ut sustinerem quid majores judicarent. Nam hæreses nihil habere, nec posse, ' mei

Anno Christi 258. " 256.

posse, manifestum est: atque ita, si qui ex iis venerint, baptizari æquissime est statutum.

LXXII.

* Hippone Diarthyto

Martyr Petrus ab * Hipponezarito dixit: Cum baptisma unum sit in ecclesia catholica, manifestum est, extra ecclesiam non posse baptizari. Et ideo in hæresi tinctos, sive in schismate, venientes ad ecclesiam, censeo baptizari oportere.

LXXIII.

* Ausafa

Ephes. 4. ' una Trinitas, & una fides, ' apud hæreticos

Item alius Lucius ab * Avasafa dixit: Secundum autem motum animi mei, & Spiritus sancti, cum sit *unus Deus, Pater domini nostri Iesu Christi, & Spiritus sanctus', & una spes, & una ecclesia, unum debet esse & baptisma.* Et ideo dico, si quid' ab hæreticis motum aut factum fuerit, rescindi debere: & eos, qui inde veniunt, baptizandos esse.

LXXIV.

Item alius Felix a Gurgitibus dixit: Ego censeo, ut secundum sanctarum scripturarum præcepta, baptizatus ab hæreticis extra ecclesiam illicite, cum confugere voluerit ad ecclesiam, gratiam baptismi, ubi licet ei dari, consequatur.

LXXV.

Pusillus a Lamasba dixit: Ego credo baptisma salutare non esse, nisi in ecclesia catholica. Quidquid absque catholica fuerit, simulatio est.

LXXVI.

Martyr Salvianus a Gazaufala dixit: Hæreticos nihil habere constat; & ideo ad nos veniunt, ut possint accipere quod non habent.

LXXVII.

Ioan. 14.

Civitas mediterranea inter Thabracam civitatē & Bagradam amnem, alia a priori.

Honoratus a Thucca dixit: Cum *Christus veritas sit*, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiæ baptismo sanctificemus.

LXXVIII.

Victor ab Octavo dixit: Quod & ipsi scitis, non olim sum episcopus constitutus: & ideo expectabam præcessorum consilium. Hoc itaque existimo, ut quicumque ex hæresi venerint, sine dubio baptizentur.

LXXIX.

Matth. 10. Matth. 28.

Confessor Clarus a Mascula dixit: Manifesta est sententia domini nostri Iesu Christi apostolos suos mittentis, & ipsis solis potestatem a Patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate ecclesiam domini gubernantes, & credentium fide baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem foris, nec ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismo ejus possunt.

LXXX.

* Thambeis

Martyr Secundianus, a * Tabeis dixit: Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, ut in ecclesia domini nostri Iesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum non consecuti, cum judicii venerit dies, nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, & indulgentiam divinæ gratiæ consecuti. Propter quod, cum *sit una ecclesia, & unum baptisma*, quando ad nos convertuntur, simul cum ecclesia & ecclesiæ baptismum consequantur.

Ephes. 4.

LXXXI.

* Chullabi ' Cylhis 2. Ioan. 1.

Item alius Aurelius a * Cillani dixit: Ioannes apostolus in epistola sua posuit, dicens: *Si quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & ave illi ne dixeritis. Qui enim illi dixerit ave, communicat factis ejus malis.* Quomodo admitti tales in domum Dei possunt, qui in domum nostram privatam admitti prohibentur. Aut quomodo cum eis sine ecclesiæ baptismo communicare possumus, quibus si ave tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus?

Anno Christi 258. " 256

LXXXII.

' Litteus Matth 15

Confessor' Licteus a Gemellis dixit: *Cæcus cæcum si ducat, ambo in foveam cadunt:* cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, utpote cæcos, baptisma eorum non valet.

LXXXIII. LXXXIV. LXXXV.

' ab Oea " ego

Natalis' a Boea dixit: Tam" ergo præsens, quam Pompeius Sabratensis, quam etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentes, censemus, quod & collegæ nostri, quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

LXXXVI.

Iunius a Neapoli dixit: Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut hæreticos venientes ad ecclesiam baptizemus.

LXXXVII.

1. Ioan. 2.

Confessor & martyr Cyprianus a Carthagine dixit: Meam sententiam plenissime expressit epistola, quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, hæreticos, secundum evangelicam & apostolicam contestationem, adversarios Christi, & Antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, & de Antichristis Christiani.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa concilii.

[a] *Concilium.*] Cum Stephanus papa ea quæ præcedente Africano concilio de baptismate hæreticorum statuta erant per literas redditas, ut supra diximus, reprobasset, non cunctatus est Cyprianus majore numero episcoporum Carthagine aliud concilium celebrare. Convocatis igitur ex Africa, Numidia & Mauritania episcopis 87. iisdemque Carthagini coeuntibus Kalendis Septembris, anno " 258. hoc tertium in eadem baptismi causa concilium celebrat. Cujus initio, recitatis hincinde literis scriptis, Stephanum tacito ejus nomine suggillat. Acta hujus concilii plura non extant, quam ea quæ ex Cypriano & sancto Augustino de baptismo contra Donatistas libro 3. cap. 4. 5. & 6. & libro 7. cap. 1. huc translata sunt, quibus præter 87. episcoporum de nullitate baptismatis ab hæretico collati sententias, aliud nihil continetur. Earum impugnationem quisquis petit, Augustinum prædicto loco consulat. Canonem 19. Nicæni, & 8. Laodiceni, his episcoporum Africanorum sententiis nihil patrocinari infra patebit. Annotationes autem de singulorum episcoporum hic subscriptorum vita, patria, & moribus, Pamelius " suppeditabit. Plura etiam Baronius anno 258. num. 42. & sequentibus.

" 256. Numer[us] episcop[o]rum.

" in pr[o]... xioribu[s] notis. ... quoque ... vacat ... viores Rigalti[i] additas.

[b] *Episcopum se esse episcoporum.*] Hinc constat Romanum pontificem discriminis causa episcopum episcoporum, sicut & pontificem maximum appellatum fuisse, utpote ad quem spectaret non plebi tantum & inferioribus presbyteris ac clericis, verum etiam omnibus universi orbis episcopis & primatibus præesse ac præsidere. Unde est, quod ad hunc, velut ad extremum in fide refugium, e toto terrarum orbe fuerit appellatum, quodque in omnibus dubiis fidei dogmatibus velut oraculum quoddam Spiritus sancti habitum sit, quod a Romano pontifice definitum est ac pronuntiatum, quod de obortis novis in ecclesia schismatibus & hæresibus ipse præ reliquis certior factus fuerit, episcopos schismaticos & hæreticos deposuerit, aliosque subrogarit, concilia schismaticorum ipse reprobarit, & quidquid in orbe gestum est, ad eum delatum fuerit. Vide quæ diximus supra in notis ad secundam epistolam Sixti, verbo, *Universalis*, item Zephyrini.

Roman[us] pontife[x] episcop[us] episcop[orum] rum cur... pelletur.

[c] *Aut tyrannico terrore ad observandam necessitatem collegas suos adigit.*] Alludit ad decretum Stephani, cui more majorum (ut ex Tertulliano libro de pudicitia cap. 1. constat) præfigi solebat titulus ille: *Episcopus episcoporum*, & quod aliter sentientibus excommunicationis pœnam fuisset acriter comminatus. Unde licet manifestum sit, Cyprianum hanc sententiam una cum multis Africanæ ecclesiæ episcopis contra Stephanum pontificem diu, multumque defendisse,

An Cyp[ria]nus sen[ten]tiam su[am] de bapt[i]smo hæ[re]ticorum mutari[t].

ANNO CHRISTI 256.

disse, ac Firmilianum cum 70. aliis in Asia, Dionysium Alexandrinum in Ægypto, in suam sententiam pertraxisse, tamen hanc eamdem pertinaciter contra omnium occidentalium, mille orientalium episcoporum a se dissentientium, &, quod maximum, contra Stephani Romani pontificis sententiam propugnasse, tenuisse, & ad mortem usque defendisse, affirmari non potest, nec debet. Nam apostolicam, quam Stephanus objiciebat, traditionem, Cyprianus de apostolico fonte dimanasse non credidit: sed potius obrepentem errorem esse, & corruptelam pravamque consuetudinem. Baronius anno 258. num. 39. Quando autem hac de re melius instructus est, cum Firmiliano, Dionysio Alexandrino, omnibusque aliis orientalibus, & Africanæ ecclesiæ episcopis, aliter & melius sensit. Quem enim nunquam a Stephano pontifice apostolicæ sedis communione privatum esse, & in eadem cum Romana ecclesia unitate usque ad martyrium perstitisse, ejusque diem natalem ab ecclesia summo honore anniversario coli ac honorari constat, eumdem mentem in melius non mutasse, errorem non deseruisse, non est credibile. Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 2. cap. 4. item epist. 48. Hieron. contra Luciferianos. Euseb. lib. 7. cap. 3. 4. 8. Baronius anno Christi 258. num. 42. & sequentibus: item anno 259. num. 1. 2. 3. 4. & sequentibus 9. & 12. &c.

A d *Quando habeat omnis episcopus.*] Sanctus Augustinus de baptismo contra Donatistas, lib. 3. cap. 3. hæc recte interpretatur sic: *Opinor*, inquit, *utique in his quæstionibus quæ nondum eliquatissima perspectione discussæ sunt, id scilicet concessum esse.* Et subdit: *Non erat enim quantam sacramenti profunditatem tunc omnis ecclesia varia disputatione versabat: liberumque faciebat quærendi arbitrium, ut examinata veritas panderetur.* Hæc & alia plura Augustinus: qui recensens ejusdem concilii sententias singulorum, eas omnes scite quidem impugnat, & erroris redarguit, libro de baptismo contra Donatistas 3. cap. 4. 5. 6. & sequentibus: item lib 7. cap. 1. usque ad finem libri, quem si velis, lector, consule, sicut & Pamelii notas.

ANNO CHRISTI 258. " 256.

An episcopo quolibet sentire licet.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, societ. Iesu sacerdotis.

B *** Idem concilium Carthaginense ab ecclesia catholica reprobatū una cum epistola S. Cypriani ad Iubaianum Græce ac Latine hic subjungimus ex collectione canonica Ioannis Zonaræ monachi qui fuerat magnus Drungarius Biglæ & primus a secretis imperatoris. Theodorus Balsamon epistolam Cypriani retulit quidem in suam quoque collectionem, sed episcoporum sententias prætermisit & concilii acta.

ΣΥΝΟΔΟΣ Η ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Καρχηδόνος καὶ μάρτυρος.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΖΩΝΑΡΑΣ.

Τοὺς αἱρετικοὺς μηδὲν ἔχειν συνέστηκε, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, ἵνα λάβωσιν, ὃ μὴ ἔχουσιν.

Ὀνωρᾶτος ἀπὸ Λούκκης εἶπεν.

Ὁπότε ὁ Χριστὸς ἀληθής ἐστι, μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ, ἢ τῇ συνηθείᾳ ἕπεσθαι ὀφείλομεν, ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς, διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένους, ὅτι ἔξω μηδὲν λαβεῖν ἠδυνήθησαν, τῷ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματι ἁγιάσωμεν.

Οὐίκτωρ ἀπὸ Ὀκτύβου εἶπε.

Τοῦτο καὶ αὐτὸς φρονῶ, ἵνα οἱ ἀπὸ αἱρέσεως ἐρχόμενοι, ἀδιστάκτως βαπτισθῶσι.

Κλάριος ἀπὸ Μασκούλης εἶπε.

Πρόδηλός ἐστιν ἡ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπόφασις ἀποστέλλοντος τοὺς ἑαυτοῦ ἀποστόλους, καὶ αὐτοῖς μόνοις τὴν ἐξουσίαν ἐπιτρέποντος, οἷς ἡμεῖς ἐξακολουθοῦμεν, τῇ αὐτῇ ἐξουσίᾳ τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ κυβερνῶντες, καὶ τοὺς πιστεύοντας βαπτίζοντες· καὶ διὰ τοῦτο οἱ αἱρετικοὶ, οἱ μήτε τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, μήτε τὴν ἐκκλησίαν, οὐδὲ βαπτίζειν τῷ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματι δύνανται.

Σεκουνδιανὸς ἀπὸ Θάμβης εἶπεν.

Οὐδαμῶς ὀφείλομεν τοὺς αἱρετικοὺς τῇ ἡμετέρᾳ φιλονεικίᾳ ἐνεδρεύειν, ἵνα οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ βαπτισθέντες, ὁπόταν ἡ ἡμέρα τῆς κρίσεως ἔλθῃ, ἡμᾶς αἰτιάσωνται, ὅτι δι᾽ ἡμᾶς οὐκ ἐβαπτίσθησαν, οὐδὲ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἔλαβον· διόπερ μιᾶς οὔσης τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἑνὸς βαπτίσματος, ὅταν πρὸς ἡμᾶς ἔλθωσι, μετὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ βαπτίσματος τυχεῖν ὀφείλουσιν.

Αὐρήλιος ἀπὸ Χολλαβῆς εἶπεν.

Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος ἐν ἐπιστολῇ αὐτοῦ ἔφη· εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν διδαχὴν τοῦ Θεοῦ οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε· ὁ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς· πῶς οὖν τοι εἰσδεχθῆναι εἰς οἰκίαν τοῦ Θεοῦ δύνανται, ἢ πῶς αὐτοῖς χωρὶς τοῦ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματος κοινωνῆσαι δυνάμεθα, εἰ μὴ τοῖς πονηροῖς αὐτῶν ἔργοις κοινωνοῦμεν;

A Βίκτωρ ἀπὸ Γεμέλλων εἶπε.

Τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται· ἐπεὶ οὖν σαφές ἐστι, μὴ δύνασθαι αἱρετικόν τινα φωτίσαι, ἅτε δὴ τυφλῶν αὐτῶν ὄντων, τῶν τοιούτων τὸ βάπτισμα οὐδέν ἐστι.

Ματόλιος ἀπὸ Οἴας εἶπε.

Κἀγὼ παρὼν καὶ Πόμπηιος ἀπὸ Σαβράτων, καὶ Διογᾶς ἀπὸ Λεπτιμάγνης, οἵπερ ἐνετείλαντό μοι σώματι μὲν ἀπόντες, τῷ δὲ πνεύματι παρόντες κρίνομεν, ὅπερ καὶ πολλοὶ συνεπίσκοποι ἡμῶν, τοὺς αἱρετικοὺς κοινωνεῖν ἡμῖν μὴ δύνασθαι, ἐὰν μὴ παρ' ἡμῶν βαπτισθῶσιν.

Ἰούνιος ἀπὸ Νεαπόλεως εἶπεν.

Ἀπ' ἐκείνου οὗ ἅπαξ ἐκρίναμεν, οὐ χωρίζομαι· B ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν ἐκκλησίαν βαπτίζωμεν.

Κυπριανὸς ἀπὸ Καρχηδόνος εἶπε.

Τὴν ἐμὴν ἀπόφασιν ὁλόκληρος δείκνυσιν ἐπιστολὴ πρὸς Ἰοβιανὸν συνεπίσκοπον ἡμῶν γραφεῖσα, τοὺς αἱρετικοὺς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν μαρτυρίαν ἐναντίους τοῦ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστους ὀνομασθέντας, ὁπόταν τῇ ἐκκλησίᾳ προσέλθωσι, τῷ ἑνὶ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματι, βαπτίζεσθαι δεῖν· ἵνα δυνηθῶσι γενέσθαι ἀντὶ ἐχθρῶν φίλοι, καὶ ἐξ Ἀντιχρίστων Χριστιανοί.

ΖΩΝΑΡΑΣ· Αὗται μὲν οὖν αἱ γνῶμαι τῶν ἐν C τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνελθόντων πατέρων τῷ μεγάλῳ Κυπριανῷ· ἀλλ' οὔτε ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκράτησαν πᾶσιν, οὔτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς· ἡ γὰρ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς ἤδη εἴρηται, ὑπεξείλέ τινας τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἄνευ βαπτίσματος δέχεσθαι τούτους θεσπίσασα, χριομένους μόνον τῷ θείῳ μύρῳ, καὶ ἀναθεματίζοντας τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ἕκαστον, καὶ πάσας ἁπλῶς· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξηγήθησαν αἱ γνῶμαι αὗται, ὡς μὴ ἀναγκαῖαι, οἷα μηδὲ ἐνεργοῦσαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύνοψιν ἐγράφησαν.

81 *Victor a Gemellis dixit.*

Cæcus si cæcum ducat, ambo in foveam cadunt. Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, cum ipsi cæci sint talium baptisma non valet.

82 *Natalis ab Oea dixit.*

Tam ego præsens, quam Pompeius Sabratensis, quam etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem absentes, sed spiritu præsentes censemus, quod & multi coepiscopi nostri, quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi a nobis fuerint baptizati.

83 *Iunius a Neapoli dixit.*

Ab eo quod semel censuimus, non recedo, ut hæreticos venientes ad ecclesiam baptizemus.

84 *Cyprianus a Carthagine dixit.*

Meam sententiam plenissime exprimit epistola, quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, hæreticos secundum evangelicam & apostolicam contestationem adversarios Christi & Antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, & de Antichristis Christiani.

ZONARAS. Hæ sunt igitur patrum sententiæ, qui cum magno Cypriano in concilio isto convenerant: sed nec apud omnes hæreticos, nec apud schismaticos valuerunt. Nam secunda synodus Oecumenica, vel jam dictum est, hæreticos nonnullos excepit, ac sine baptismo recipiendos illos sanxit sancto chrismate tantum unctos & propriam hæresim singulos anathematizantes, & omnes simul. Atque hac de causa neque expositæ sunt hæ sententiæ, utpote minus necessariæ, & quæ non promoverent, sed & compendiose perscriptæ.

D

VITA,
EPISTOLA, ET DECRETA
*SIXTI PAPÆ II.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a]SIXTUS natione Græcus, ex philosopho de Athenis, [b] sedit annum unum, menses decem, dies 24. martyrio coronatur. [c] Fuit temporibus Valeriani & Decii. Eodem tempore hic comprehensus est a Valeriano, & ductus ut sacrificaret dæmoniis. Qui quia contempsit præcepta Valeriani, [d] capite truncatus est; & cum eo sex diacones, Felicissimus, Agapetus, Ianuarius, Magnus, E Vincentius, & Stephanus, [e] VIII. Idus Augusti. [f] Et presbyteri præfuerunt a consulatu Maximi & Glabrionis, usque ad consulatum Tusci & Bassi, XIV. Kalendas Augusti. Quo tempore fuit [g] magna persecutio sub Decio. Et post passionem beati Sixti die tertio, [h] passi sunt Laurentius ejus archidiaconus, & subdiaconus Claudius, Severus [i] presbyter, & Romanus ostiarius, & Crescentius lector. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diacones septem, episcopos per diversa loca duos. Sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, & sex diaconi ejus in cœmeterio Prætextati, via Appia, octavo Idus Augusti. Beatus vero Laurentius sepultus est via Tiburtina in crypta, in agro Verano, quarto Idus Augusti. Et cessavit episcopatus dies 35.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Sixtus*] Anno Christi "260. postquam sedes 22. diebus pastore viduata fuisset, Sixtus successit 24. die mensis Augusti, imperii Valeriani & Gallieni sexto. Dionysius pœnitens erroris; in quem per Africanos inductus erat, novo casu emergente, nihil temere ausus est sua sponte decernere, sed an ab hæreticis baptizatum alia forma, quam qua utitur ecclesia, rebaptizare liceat; Sixtum pontificem, ut testatur Eusebius libro 7. cap. 8. consulit. Valerianus per magum quemdam Ægyptium in Christianos, quos initio imperii sui adamavit, concitatus, octavam persecutionem Christianorum auspicatur, publicoque edicto, sub pœna capitis, conventus Christianorum, & cœmeteriorum aditus interdicit, ac præsules omnes, ad tollendam conveniendi occasionem, longissime relegari mandat. Cujus decreti vigore duo lumina ecclesiæ Dionysius in Ægyptum, Cyprianus in Africam relegantur. Baronius anno 260. num. 18. cum sequentibus, & 33. cum sequentibus. Hujus pontificis anno primo Sabellii hæresis, sacrosanctam Trinitatem negantis, ipso Sabellio auctore, vel potius propagatore, orta est aut propagata; ut constat ex epistola Dionysii ad Sixtum scripta, quæ apud Eusebium libro 7. cap. 5. extat. Baronius anno prædicto numero 61.

" 257. Sixtus quando pontifex factus. Dionysius Alexand. Romanum pontificem consulit in causa baptismi. Octava persecutio. Valeriani edictum quale. Sabellii hæresis exorta.

[b] *Sedit annum unum, menses* 10. *dies* 24.] Anno uno minus 18. diebus sedisse, ex die ingressus & obitus colligitur. Quando sedere cœperit, supra in principio diximus: quando autem martyrio coronatus decesserit, infra dicemus verbo: *Octavo Idus.* Graviter igitur Eusebius in chron. & gravius lib. 7. hist. cap ' 22. aberrat: quia priori loco cum octo, posteriori undecim annis sedisse scribit. Baronius anno 261. num. 9.

Tempus sedis. ' in editione nova

Valesii numeratur 27. Quo imperatore Sixtus sederit?

c *Fuit temporibus Valeriani & Decii.*] Error libri pontificalis. Decius enim annis abhinc octo ut supra diximus in Cornelio e vivis sublatus fuit. *Nam tyrannum*, Decium scilicet, inquit Cyprianus epistola 5. *armis & bello postmodum victum, prior*, Cornelius nimirum, *suo sacerdotio vicit.* Accedit, quod ipse Cyprianus epistola 82. quam in exilio latens ad Successum episcopum scripsit, aperte testatur, Sixtum Valeriani imperatoris jussu martyrium subiisse. Si Valeriano imperante occisus est, quomodo sub Decio imperatore occisus esse potuit, cum inter utrumque Gallus & Volusianus imperium administrarint? Vide quæ diximus supra in Cornelio.

Sixtus quare in cœmeterio occisus.

d *Capite truncatus est.*] In cœmeterio eodem, in quo contra legem Valeriani imperatoris aditum cœmeteriorum prohibentem peccaverat, occisum esse, testimonio sancti Cypriani constat: prædicta enim epistola 82. ad Successum; *Sixtum*, ait, *in cœmeterio animadversum sciatis.* Idque consulto ad ceteros a cœmeteriorum latebris, ubi multi ad fidem convertebantur, absterrendos, accidisse putamus. Decollatus an crucifixus decesserit Sixtus pontifex, controvertitur. Vnus & solus Prudentius hymno 2. eum cruci affixum fuisse tradit his versibus.

Fuerit ne crucifixus, an decollatus?

Iam Sixtus affixus cruci
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite, &c.

Verum in cœmeterio prædicto capite truncatum fuisse, plurium testimoniis est comprobatum.

Quo anno & mense martyr factus sit. [a] 258.

e *Octavo idus Augusti.*] Idem confirmat sancti Cypriani præallegata epistola 82. his verbis: *Sixtum autem in cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die, & cum eodem Quartum* Quod autem hoc anno [a] 261. martyrium subierit, Cypriani martyrium, quod mense uno & paucis diebus post obitum Sixti contigisse ex Pontio in vita ejusdem Cypriani probatur, in hanc sententiam nos inducit.

Error libri pōtificalis.

f *Et presbyteri præfuerunt a consulatu*, &c] Auctor pontificalis, sui ipsius parum memor, indicat, post obitum Sixti usque ad initium Dionysii aliquot mensium interregnum pontificium fuisse, ac interea clerum Romanum ecclesiæ universæ præfuisse, quod quomodo cum verbis ultimis, hisce; *cessavit episcopatus dies* 35. consentiat, ipse viderit. Respexit forte ad id, quod infra in vita Dionysii refert, ipsum Æmiliano & Basso consulibus, id est, anno 262. sedisse usque ad consulatum Claudii & Paterni, ideoque reliquo tempore post obitum Sixti sedem vacasse.

Martyrium Sixti sub Valeriano, non sub Decio contigit.

g *Magna persecutio sub Decio.*] Sixtum sub Valeriano imperatore anno imperii illius 7. non sub Decio adhuc vivente passum esse supra ex epistola Cypriani 5. & 82. probavimus: nam hac postrema epistola 82. post alia, hæc ait: *Multa varia & incerta opinionibus ventilantur: quæ autem sunt in vero, ita se habent. Rescripsisse Valerianum ad senatum, ut episcopi, & presbyteri, & diacones incontinenti animadvertantur: senatores vero, & viri egregii, & equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur: & si ademptis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque mulctentur: matronæ, ademptis bonis, in exilium relegentur. Cæsariani quicumque vel prius confessi fuerint, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, & vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur. Subjecit etiam Valerianus imperator orationi suæ exemplum literarum, quas ad præsides provinciarum de nobis fecit: quas literas quotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam, & expectantes de ope & indulgentia domini, vitæ æternæ coronam.* Et statim subjungit. *Sixtum autem in cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die.* Itaque si imperante Valeriano martyrium subiit, non potest Decio regnante id subiisse: & si, quod testatur Cypriani epistola 5. Decius divina ultione extinctus est, Cornelio pontificiam sedem gubernante; Cornelio autem Lucius, Stephanus Lucio, Stephano Sixtus pontifex successerit, plane fieri nequit ut martyrium Sixti ad imperium Decii referatur. Qui Sixtum atque Laurentium sub Decii persecutione martyres factos esse scribunt, non falsum, sed verum asserunt. Nam decennalis illa persecutio, per decennium a secundo anno usque huc, & ultra sub Gallo & Volusiano, ac deinde Valeriano & Gallieno continuata, quandoque Decii, quandoque Valeriani persecutio nominatur: eo quod, ut supra aliquoties diximus, Decio auctore cœpta sit, & Valeriani censura approbata fuerit. Vide quæ diximus supra in Lucio, item Baronium hic, num. 9. & in notis ad Martyrologium Romanum die 6. & 10. Augusti.

Sub Decii persecutione Sixtus & Laurentius martyrium passos esse, quomodo intelligi debeat?

Martyrium S. Laurentii.

h *Passus fuit Laurentius.*] Post triduum a Sixti martyrio, nempe 4. Idus Augusti, Laurentius patria & natione Hispanus, diaconorum primarius, clarissimus athleta in fide, illustre certamen obiens, post diversa tormenta, demum craticulæ impositus, igne assatus, insignem martyrii coronam consecutus, admiranda plane animi virtute de persecutorum perfidia triumphavit. Hic cum videret Sixtum episcopum suum ad martyrium duci, flens, his verbis, quæ refert Ambros. de offic. lib. 1. cap. 41. illum compellare cœpit: *Quo progrederis sine filio pater? Quo sacerdos sine diacono properas? Nunquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem; cui consummandorum consortium sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas?* &c. Sixtus vero ei hæc respondit: *Non ego te, fili, derelinquo ac desero, sed majora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnæ cursum recipimus; te quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus: mox venies, flere desiste: post triduum me sequeris.* &c. Hæc quia ad utriusque summam atque æternam gloriam multum conferunt, prolixioribus, quam forte opus erat, verbis adscribo.

Diaconi munus, ... crificium offerenti ministrap...

i *Hic fecit ordinationes duas.*] Vnam dumtaxat, non duas ordinationes per mensem Decembrem fecisse, tempus sedis illius, de quo supra, arguit.

Sixtus q... ties ordi... naverit.

[a] EPISTOLA [a] I.

[a] Vtraqu... spuria.

SIXTI PAPÆ II.

AD GRATVM QVEMDAM EPISCOPVM.

Licere accusatis vel damnatis episcopis appellare, sive adire sedem apostolicam, sine cujus auctoritate causæ eorum terminari non debent.

Episcopus Sixtus Grato coepiscopo salutem.

LÆTARI & gaudere me [a] plurimum in Christo Iesu domino nostro dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum pravorum hominum detestaris errorem. Omnis enim hæresis nimis est impia, & evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cujus a domino nostro Iesu Christo est glorificata confessio, & [a] cujus fides nullum unquam fallit, sed omnes quidem hæreses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Agnosce, fili carissime, [a] non ex tempore, neque post tempora filium Dei natum, sed ante omnia tempora de paterno utero inenarrabiliter generatum, ipso Deo patre per prophetam dicente: *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Quam sententiam & Isaias propheta dubiis atque incredulis evidenter expressit, dum non aliunde Filium, quam de Patre natum ineffabiliter ostendit: *In humilitate*, inquit, *judicium ejus sublatum est. Nativitatem ejus quis enarrabit?* Et in libro Iob: *Sapientiam Dei*, ait, *unde invenies: latet enim ab oculis hominum, & a volucribus cæli absconsa est.* Expergiscere paulisper, & si lumen scientiæ in teipsum aliquantum habes, invenies, cujus nativitas a propheta non potuit enarrari ex tempore, vel ut adstruere ipse conaris, non potuit generari. *In principio*, inquit Ioannes evangelista, *erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et iterum: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* In isto igitur quod dicitur, *Erat*, si tempus quærere volueris, non invenies: quoniam ex quo Pater, ex illo & Filius: & quod Pater est, id est etiam Filius, Salomone dicente: *Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci, ut in cœlo oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito, & thronus*

[a] S. Leo 31.

24. qu. ... Memor ... sum, me ...

[a] S. Leo 31.

[a] Ithaci... adv. Vari... madum... cap. 12.

Psalm. 10...

Isai. 53.

Iob. 28.

Ioan. 1.

Ibidem.

Eccles. 24.

A *thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuivi sola, & profundum abyssi penetravi. In omnem terram steti, & in populo primatum habui.* Item ibi: *Cum prepararet cœlum, aderam illi, & cum sedem suam secerneret. Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, & cum certos ponebat fontes sub cœlo, cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens, & ego eram, cui adgaudebat, cum lætaretur orbe perfecto.* Et in psalmo centesimo primo: *Tu domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Non enim erat ætas, aut aliquod tempus, antequam de patre filius nasceretur: quoniam qui tempora universa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci non potuit." His paucis sententiis, breviter consultis tuis respondi, frater carissime. De cetero tuam moneo dilectionem, ut cunctos, quos errare cognoveris, ad catholicam fidem, & ad unitatem recte credentium, convertere studeas, & tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod absit) permanserint, nobis eos manifestare, quam citius poteris: non tardes, ut apostolica auctoritate aut cito ad ecclesiam convertantur, aut ab ecclesia separentur. Audivimus etiam quod quidam erronei, & consentientes eis, te & reliquos infestent episcopos, & episcopos aliquos comprovinciales ad vestram infamationem atque damnationem secum trahant.

Quapropter in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum & ceterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, ut omnes episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea (sicut semper fuit) pie fulciantur, defendantur, & liberentur. Cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas & episcoporum judicia, antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit, * quoniam culpantur episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit. Vnde placuit, ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus, licenter appellet & adeat apostolicæ sedis" pontificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos, ejusdem retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus: quoniam quamquam a comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit domino: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlo.* Et si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem" diœceseos, aut penes universalis apostolicæ ecclesiæ papam judicetur. Ait enim Iacobus apostolus: *Iudicium sine misericordia illi fiet, qui non fecit misericordiam. Superextollit autem misericordiam judicio.* In omnibus" ergo, fili dilectissime, cor custodi, sicut scriptum est: *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Hæc breviter pro commemoratione rescripsi: sed peto ut pro me orare debeas, quatenus omnipotens Deus & a malignis me spiritibus, & a perversis hominibus custodire dignetur: quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me simul & multa circumdant, ita ut cum psalmista jure dicam: *In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul.* Psal. 87. Cælestis gratia & nos in urbibus, & vos ubique protegat, quia antiquus hostis terrarum locis a tentatione non excluditur: quia si in paradiso hominem stravit, quis locus extra paradisum esse potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat? Gen. 3. Antiqui enim hostis, *cujus invidia mors introivit in orbem terrarum*, Sap. 2. sunt semper oculi vigiles ad animas hominum illaqueandum.
B Multosque sua pravitate secum in perditionem trahere cupit, qui suapte malitia a gloria lapsus est in miseriam. In sola ergo creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus: *Esto mihi in Deum protectorem & in locum munitum, ut salvum me facias.* Psal. 30. & 70. Data Kal Septembris" Valeriano & Decio vv. cc. consulibus. " falsa temporis nota

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Epistola*] Hanc epistolam occasione Sabellii, Noeti, Ebionis, & Cerinthi sectariorum scriptam esse ad Gratum episcopum, ipsum initium epistolæ indicat. Sabellius enim hæresiarcha hoc pontifice ab inferis progressus, omnem personarum distinctionem in Deo sustulit: reliqui vero Christum ante incarnationem nihil fuisse docebant. Vt horum
C ergo errores solide refellat, & consulentem hac de re episcopum instruat, hanc ad illum epistolam scribit, 'apertis testimoniis scripturæ probans, Christum, quoad divinam naturam, æternum æterni Patris Filium esse, & a Patre distinctam in divinitate personam esse, ac semper sine ullo temporis principio extitisse. Reliqua, quæ & sequenti epistola notanda videntur, præcedentibus præcedentium pontificum epistolis annotata sunt. Cur hæc epistola scripta sit?

EPISTOLA II.
SIXTI PAPÆ II.

I. *Si quis adversus episcopos vel actores ecclesiæ causam habuerit, qui se geret.*
D II. *De episcopis rebus expoliatis, aut a sede pulsis.*
III. *Vt nullus episcopus alterius parochianum retineat, ordinet, vel judicet.*
IV. *De episcopis injuste damnatis, & apostolica auctoritate restitutis.*
V. *Quod excommunicati episcopos accusare non possunt, nec illi qui eos in sua non recipiunt accusatione, nec major a minori judicari, vel damnari.*

Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis, Sixtus episcopus in domino salutem.

MAGNO munere " misericordiæ Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt S. Leo ep. 54.
E gaudia, cum ecclesiarum status eo viget ordine, quo apostoli, eorumque successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari cognoscimus, non modico contristamur mœrore. Quam ob causam, fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec a capite diffideatis, sed fidem & ordinem, quem apostoli & apostolici viri statuerunt, absque hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia, quæ per vos regitur, tabescet & labetur. Hæc, fratres, quæ dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda,

ſanda, atque ne fiant, cavenda. Ipſa enim veritas per ſe dixit: *Vos eſtis ſal terræ: quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur?* &c. Ideo vos, cariſſimi, moneo, quia vobis debitor ſum, & valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, congratulor ſatis: & econtra, quando adverſa, nimis conturbor. " Ego vero quamvis a vobis per longa terrarum intervalla disjunctus ſim, ſum tamen omnino vobiſcum corde conjunctus. Ideoque de veſtra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me viciſſim diligitis, a me longe non eſtis. Vnde magis gratias referimus illi grano ſinapis, quod ex modici deſpicabiliſque ſeminis ſpecie, ita ramis ex eadem radice ſurgentibus, atque ſe diſtendentibus, uſquequaque diffuſum eſt, ut in eis volatilia cæli cuncta nidificent: gratiaque ſit fermento illi, quod tribus farinæ ſatis, totius humani generis maſſam in unitate conſperſit: atque parvo lapidi, qui abſciſſus de monte ſine manibus, occupavit univerſam faciem orbis terræ. Qui ad hoc naturam noſtræ carnis, & ſtatus ſervilis formam aſſumens, humiliter ſe uſquequaque diſtendit, ut omni humano genere in unitatem redacto, totius corpus unitum perficeret eccleſiæ: atque ita ad totius compaginis pertineret commodum, membrorum partialis iſta diſtinctio. Vnde nos quoque a vobis longe non ſumus, quia in illo, qui ubique eſt, unum ſumus. Agamus ergo ei gratias, qui ſolutis inimicitiis in carne ſua, fecit ut in omni orbe terrarum unus eſſet grex, & unum ovile ſub uno paſtore; ſemper memores, quod vos veritatis prædicator admoneat, dicens: *Soliciti * ſervate unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Vinculum enim pacis nemo ſervat, dum alium infeſtat aut verbis, aut factis perſequitur. Ideo, fratres, iſta prætulimus, quia audivimus inter vos accuſationes exerceri, & pulſos a ſedibus epiſcopos, aut ſuis rebus expoliatos judicari.

Matth 5. Rom. 1. " S.Greg. ep.36. libri IV. Matth. 13. Marc. 4. Luc. 13. Matth. 13. Luc. 13. Dan. 2. Epheſ. 4. * ſervare

I.

Quapropter ſtatutum eſt, ut ſi quis contra epiſcopum vel actores eccleſiæ, ſe proprium crediderit habere negotium", non prius adeat judices, quam ad eos recurrat caritatis ſtudio, ut familiari colloquio commoniti, ea ſanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod ſi aliter egerit, communione privetur.

2. q. 7. Si quis contra epiſcopum. " Hadr. coll. c. 2. ex conc. Aurel. V. c. 17.

II.

Nemo pontificum deinceps aliquem epiſcopum ſuis expoliatum rebus, aut a ſede pulſum, excommunicare aut judicare præſumat, quia non eſt privilegium, quo expoliari poſſit jam nudatus.

Idem ſupra in decr. Alexandri papæ. Et infra in decr. Iulii papæ.

III.

Nullus epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque ejus voluntate, vel judicare: quia ſicut irrita ejus erit ordinatio, ita & " dijudicatio; quoniam cenſemus, nullum alterius judicis, niſi ſui, ſententia " teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit. Iſta enim vobis deinceps tenenda, & fratres viciſſim adjuvare mandamus.

Supra in decr. Sixti primi, & ſimiliter in decr. Iulii papæ. " Hadr. coll. c. 16. " Anianus ad conſt. unicum tit. 16. lib. IV. cod. Theod.

IV.

Fratres vero, quos timore terreno injuſte damnaſtis, ſcitote a nobis juſte eſſe reſtitutos. Quibus, ex ſancti Petri & apoſtolica auctoritate, omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non vultis vos & principes veſtri a collegio noſtro & membris eccleſiæ ſeparari. " Iuſto enim judicio Dei datur plerumque peccatoribus poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur; ut qui ſpiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per labo-

9. q. 3 Fratres quos timore. " Proſperi ſent. 23. ex S. Aug. in Pſ. 118.

A rum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt, nullatenus evadent pœnam: quia ut ait dominus: *Væ illi per quem ſcandalum venit.* Et quamquam juxta ſalvatoris ſententiam, *neceſſe ſit venire ſcandala: væ tamen per quem* venient.* De " occultis enim cordis alieni temere judicare, peccatum eſt: & eum cujus non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere, cum eorum, quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus judex ſit juſtus, qui inſpector eſt verus. Vnde ſcriptum eſt: *Incerta non judicemus, quouſque adveniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Et " quamvis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi certis indiciis comprobentur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur. " Nullus ergo poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo judicio reſervavit. Hæc omnia ſummopere ſunt præcavenda, ne præſumptores eſſe videamur. Et accuſatio epiſcoporum non eſt facile recipienda, dicente domino: *Non ſuſcipies vocem mendacii.* Et apoſtolus inquit, adverſus preſbyterum inſcriptionem non recipiendam " abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de preſbyteris vel ceteris fidelibus ſunt præcavenda, quanto magis de epiſcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle manifeſtum eſt, quam conſulere fratribus, aut ſuſtentare eos, quia honor inflat ſuperbiam: & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque, juxta præfatas regulas, ut ſi aliquid egiſſent contra ſuum ordinem, mandare nobis, & expectare, quid ad veſtra conſulta reſcriberemus, intantum, ut ſi etiam quidquam grave intolerandumque committerent, noſtra præſtolaretur cenſura, ut nihil prius aut aliquid aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognoveritis, & a regulis præſtitutis nulla, aut negligentia, aut præſumptione recederetis. Ceſſet hujuſmodi, preſſa noſtra auctoritate, præſumptio: vitentur hujuſmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre poſſumus machinamenta, quoniam convenit nobis paternarum ſanctionum diligenter eſſe cuſtodes. Merito namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori.

Matth. " Ejuſd. ſent. 2. S. Aug. eumdem pſalmum. 1. Cor. 4. In Decr. Ivonis. " S. Iſid. hon. II. Hadr. coll. c. 67. & Conſt. ad PP. cenos. 2. q. 7. cuſatio epiſcopor. Exod. 1. Tim. " Videt ſtolam Iulii I. eadem θέας la fœdata

V.

Eſt inſuper a ſanctis prædeceſſoribus noſtris plerumque jam ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione, nec illi qui nos in ſua nolunt recipere querela vel accuſatione, cum nos ſuper illos ſciamus a domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut major non poteſt a minore judicari, ita nec colligari; quia rarum eſt omne quod magnum eſt. Portemus onera omnium qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis beatus apoſtolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur adverſis. Data XVII. Kalendas Auguſti ", Valeriano & Decio viris clariſſimis conſulibus.

" adnot falſa.

DECRETA SIXTI SECVNDI
ex Gratiano.

Si quis putaverit ſe a proprio metropolitano gravari apud primatem diœceſeos, aut penes univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ papam judicetur.

2. q. 6. quis.

EX EODEM, VT SVPRA.

Super appellatione; alterius provinciæ judices audire non oportet.

Si quis clericus ſuper quibuſlibet criminibus accuſatus

accusatus fuerit, in provincia, in qua consistit ille A qui pulsatur, suas exerceat actiones: nec existimet eum accusator suus alibi, aut longius ad judicium protrahendum.

** CONCILIVM NARBONENSE.

In causa S. Pauli antistitis incontinentiæ falso a diaconis insimulati.

AD hæc circiter Sixti II. papæ aut successoris ejus Dionysii tempora pertinere videtur habitum in causa S. Pauli Narbonensis antistitis episcoporum aliquot concilium, siquidem vera sit, quæ pluribus viris eruditis arrisit, de prima sub imp. Decio ac S. Fabiano pontifice sancti illius aliorumque sex Galliæ apostolorum missione S. Gregorii Turonensis sententia libri primi historiæ Francorum cap. 30. Quæ vero in concilio illo gesta sint, docet author vitæ ejusdem S. Pauli ab illustrissimo antistite Monspeliensi Francisco Bosqueto editæ parte II. historiarum ecclesiæ Gallicanæ: *Cum ille Chelindrus* (scribere oportuit, chelydrus, id est serpens) *antiquus semper humano generi inimicus, ejus scilicet actus invideret, illiusque bonitatem perhorresceret, immisit se in duobus diaconibus suis, qui cum ante lectulum ejus clanculum calceamenta muliebria projecissent & causa irrisionis ei fecissent. Ille evocatis paucis episcopis Galliæ, quia nondum erant plures, in ecclesia de* C *qualitate facti voluit judicari. Et cum per triduum fuisset procrastinata cognitio diu noctuque ipsius in ædis culmine missa divinitus aquila resedit: Multi eam jactu terruerunt telorum, sed minime abscedere fecerunt: quin etiam illis diebus, quibus in eo culmine sedit, cibum deferente corvo accepit. In quibus rebus multa debuerunt esse ex miraculis Dei narrata, dum avis ab avicula mirifice est pasta. Verum tenuis noster sermo quamvis non explicet aquilæ & corvi significantiam, narranda sunt quæ a Dei famulo super diaconibus ipsis sunt facta. Iam dum ad miraculum aquilæ sententiamque sacerdotis affatim Christianorum turba concurreret, tertia die sanctus papa noster Paulus indicit orationem cum* D *populo & cum sacerdotibus suis ut Deus manifestaret, aut illorum perversorum assertiones, aut suæ vitæ meritum. Et cum beatissimus Paulus in " oratione ingemuisset, illi diacones correpti subito furore lymphatico inter invisibilia tormenta clamabant, factionem invidiæ super episcopo voluisse confingere, quandoquidem valde pro ipsorum incontinentia, eos sæpius ac frequentius castigarat. Quod cum ipsi malitiosi justo Dei judicio graviter ejularent, & dicerent se minime posse sustinere tam grandia supplicia, Dei famulus misericordia qua motus semper, populis categorizans, rogavit consacerdotes & populum, quod pro ipsorum absolutione domini pietatem exorarent, quatenus eos a tormentis liberaret. Tamen ille indignum se dicebat sacerdotio, si ipsi qui pro sua innocentia dæmonio fuerant arrepti non absoluti fuissent precibus suis. Et ecce dum procla-* E *maret ad dominum iterum sanctissimus Paulus, exauditæ sunt preces ejus, & diaconi a dæmonibus liberati. Tunc iidem malitiosi universa machinamenta quæ contra suum sacerdotem moliti fuerant, publice in conspectu tam sacerdotum quam laicorum confiteri cœperunt. Hoc evidenti judicio cognito episcopi ipsi, ad talia, qui deprecaturi dominum convenerant certamina, provoluti cum universa plebe ejusdem pedibus rogare cœperunt; quod pro illorum peccatis interveniret, pro eo quod dubitaverant, apud dominum pietatem. Quibus rebus peractis ales orientalem partem volatibus petens, nullo impugnante discessit ex summo culminis fastigio. Intellexit in se vir Dei ad patriam reverti. o mirificum sanctitatis documentum,* &c. quæ licet parum certa ad primum Christianæ æræ sæculum haud dubie transferent, qui Narbonensem hunc præsulem primum cum Sergio Paulo proconsule confundunt, & ab apostolo Paulo dum in Hispanias pergeret, Narbone Martio relictum autumant: Complures vero sanctissimos viros incontinentiæ reos actos fuisse, sed non peractos, docet Claudius Espencæus Parisiensis Theologus cap. 9. libri VI. de continentia, atque ex eo Ludovicus Baillius.

B

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA DIONYSII PAPÆ.

ANNO CHRISTI 261. " 258.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] DIONYSIUS ex monacho, cujus generationem reperire non potuimus, [b] sedit annos 6. menses 2. dies 4. Fuit temporibus Gallieni, ex die XI. Kalend. Augusti, * [c] Æmiliano & Basso consulibus, usque in diem septimum Kalendar. Ianuarii [d] consulatus Claudii & Paterni. [e] Hic presbyteris ecclesias divisit & cœmeteria, parochiasque & diœceses constituit. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 12. diaconos 6. [f] episcopos per diversa loca num. 7. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, * III. Kalendas Ianuarii. Et cessavit episcopatus dies quinque.

* Aureliano

* sexto

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Dionysius.*] Post Sixtum gloriosum Christi martyrem, anno 261. pridie Idus Septembris, Valeriano & Gallieno septimum imperii annum agentibus, in Romanum pontificem " eligitur Dionysius ex monacho, qui solitariam vitam egerat. Hujus initio Cyprianus precedente anno in exilium deportatus, Dei revelatione de morte, quæ & qualis subeunda illi esset, admonitus, 14. Septembris Carthagine D obtruncatione capitis martyrio gloriosissimo coronatus est. Anno secundo pontificatus Dionysii ecclesia pacem & tranquillitatem Gallieni edicto consecuta est. Hac occasione Valerianus, dolo Macriani ducis, innocentis Christianorum sanguinis effusi atroces pœnas Deo vindice persoluturus, a Persarum rege Sapore captus, in Persidem abducitur, ubi cum longo tempore ludibrio habitus esset, ac incurvato ejus dorso rex Persarum equum conscendere volens loco suppedanei scabelli aliquamdiu usus fuisset, tandem regis jussu excoriatus, ac sale conditus, dignissimas scelerum suorum pœnas luit. Multorum dierum tenebræ, gravissimi terræmotus, inundationes maris, fames, incendia, & demum pestilentissima lues, quibus in ultionem sanguinis Christiani injuste & impie effusi singulæ fere totius orbis Romani regiones afflictæ fuerunt, Orosio & Trebellio in Gallieno attestantibus, plurimos e tenebris gentilismi ad lucem fidei Christianæ perduxerunt: Christiani vero, qui peste laborantibus ministrantes interierunt, ab ec- E clesia velut martyres honorantur. Eo tempore, quo ecclesia pacem adepta erat, pacis occasione freta, hæresin Samosateni, conciliis duobus Antiochenis, errorem Millenariorum, doctissimis Dionysii Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, &c. scriptis expurgavit. Ipsum vero Dionysium de hæresi excusatum, ab omni suspicione, concilio Romano desuper habito; expurgavit, de quibus infra in notis ad concilia hæc plura dicemus. Baron. anno 261. & sequentibus quibusdam.

Dionysius quo tempore pontifex factus. " 258.

Cypriani martyrium. Pax ecclesiæ reddita quomodo.

Valerianus scelerum suorum justas pœnas luit. Afflictiones orbis quæ.

Tempore pacis quid actum in ecclesia.

[b] *Sedit annos 6. menses 2.*] Dionysium pontificem annos " 11. menses 3. dies 14. sedisse, postquam pro ecclesia Dei adversus hæreticos & persecutores plurimis laboribus exantlatis, 26. mensis Decembris anno " 272. ad dominum migrasset, epistola synodica ex concilio Antiocheno scripta, quam infra subjungemus, satis probat.

" 12. Tempus sedis Dionysii. " 270.

[c] *Æmiliano & Basso consulibus.*] Horum consulatu, non initium pontificis, quem 35. die ab obitu Sixti electum esse supra diximus; sed primus annus ejusdem signatur. Vere enim

Quibus consulibus cœperit pontificatum.

ficatus Dionysii. "258. Quando Dionysius obierit. "270.

enim mense Septembri, anno " 261. successit Sixto, cum tamen consulatus in fastis notetur anno 262. Baronius allegato loco.

d *Consulatu Claudii & Paterni*] Ex epistola synodica Antiocheni concilii scripta ad imperatorem Aurelianum anno imperii illius secundo, qui est Christi " 272. liquidum est ac manifestum, Dionysium adhuc illo tempore vixisse. Itaque his consulibus defunctum esse affirmari non potest: cum horum consulatus notetur in fastis cum anno Christi 270. Baronius prædicto loco num. 21.

e *Hic presbyteris ecclesias divisit.*] De hac pontificis constitutione, vide quæ dicemus infra in notis ad epistolam secundam.

Zamas Bononiensium episcopus.

f *Episcopos per diversa loca.*] Inter episcopos ab eo ordinatos refertur Zamas, qui primus in indice episcoporum Bononiensium ordine numeratur, cum tamen credibile sit plures alios ante ipsum fuisse, quorum memoria exciderit, cum civitas ea jam tum frequens & illustris esset. Baron. anno 272. num. ultimo.

* Hæc & sequens pariter νόθευται.

" EPISTOLA I.
DIONYSII PAPÆ
AD URBANUM PRÆFECTUM.

Hortatur eum diligere & scrutari, ut rationabiliter & sapienter disponat & judicet ea quæ illi commissa sunt.

Dionysius episcopus Urbano præfecto salutem.

SUMMUM bonum est amare amantes se: & econtra, pejus malum non est, quam ut cives civibus invideant. Gratias siquidem agimus tuæ caritati, quod fideles sancti Petri bene suscipis & adjuvas. Unde scias, te a nobis nostrisque diligi, & tui tuorumque non modicam curam habere. Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum quod cœpisti, " semper implere non differas, quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam etiam te hortamur diligere & scrutari, ut rationabiliter & sapienter disponas & judices ea quæ tibi commissa sunt, dicente domino per prophetam: *Erudimini, qui judicatis terram. Time ergo Deum, & mandata ejus serva. Et dilige eum totis visceribus, & proximum tuum sicut teipsum. Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto. Et vidit, & dinumeravit, & mensus est.* D *Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem * carnem. Secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt * eum in visione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ timor domini. Et cum fidelibus in vulva concreatus est, & cum electis feminis graditur, & cum * justis fidelibus agnoscitur. Timor domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet, & justificabit cor,* E *jucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Deum bene erit, & in diebus * consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est, timere Deum, & plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implevit a generationibus, & receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ timor domini, replens pacem & salutis fructum: & vidit, & dinumeravit eam. Utraque autem sunt dona Dei, * scientia & intellectus. Sapientia compartietur prudentiæ, & gloriam tenentium se exaltat. Radix sapientiæ est, timere Deum: rami enim illius longævi. In thesauris sapientiæ, intellectus & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus, sapientia. Timor domini repellit peccatum: nam qui sine timore est,* A *non poterit justificari. Iracundia enim animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens; & postea redditio jucunditatis. Bonus sensus usque ad tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ, significatio disciplinæ: execratio autem peccatori, cultura Dei. Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina, timor domini: & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & implebit thesauros ejus. Contumax non sis, & incredibilis timori domini, & ne accesseris ad eum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labiis tuis.* B *Attende in illis, ne forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & revelet Deus absconsa tua.* Pro fide, frater, & justitia, ac pro salute animæ tuæ certa semper, & pro adjutorio fratrum viriliter age, ut a domino recipias remunerationem. Scriptum est enim: *Fili, conserva tempus, & devita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore ejus. In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, &* C *scientia, & doctrina in * verbis veritatis, & firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas veritati ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subjicias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii. Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, & eos evertet viriliter. Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* His fultus scripturarum auctoritatibus, semper sta rectus, & a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei semper acquiras, & bonorum hominum amicitia semper fruaris: tantoque tua facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Nam vos & præsentes videre cupimus, & absentibus colloqui, saltem per epistolam, desideramus. Unde optamus, ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia, perfrui vestra præsentia mereamur. Data IV. Nonas Februarii " Aureliano & Basso viris clarissimis consulibus.

" Idem est epistolæ textus cum 2. Felicis IV. similiter adulterata. *Psal.* 2. *Eccles.* 12. *Marc.* 12. *Eccles.* 1.

* *carnem secundum datum suũ, & præbet*

* *eam*

* *justis &*

* *consolationis*

* *scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur, &*

Eccles. 4.

* *verbo sensati*

" anno 27[?] at si scrib[?] Fusco & Basso eri[?] annum 2[?]

EPISTOLA II.
DIONYSII PAPÆ
AD SEVERUM EPISCOPUM.

De ecclesiis parochianis, ut singula singulis dentur presbyteris, & ut nullus alterius parochiæ terminos vel jus invadat.

Dionysius episcopus Severo episcopo salutem.

OLIM & ab initio " tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali ecclesiæ, auxiliante domino, subvenire: & quidquid nocivum

" S. Leo ep. 24.

nocivum est, auctoritate apostolica corrigere & emendare. Ad hoc enim divinæ" dispensationis provisio gradus & diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiæ fieret ex diversitate contextio, & recte officiorum generaretur administratio singulorum. Neque enim universitas aliâ poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiæ ordo servaret. Quia vero creatura in una eademque æqualitate gubernari vel vivere non potest, cælestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet quia non æquales sunt, sed in potestate & ordine, sicut nosti, differt alter ab altero. Si ergo inter eos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere? Hinc etenim pax & caritas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordiæ in alterna & Deo placita dilectione sinceritas: quia unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit ' recurrere, præpositus.

De ecclesiis ergo * parochianis, unde apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per " Cordubensem provinciam, ac dividendæ sacerdotibus, nihil tuæ caritati melius nobis videtur intimare, quam ut sequaris, quod nos in Romana ecclesia nuper egisse cognoscitur. [a] Ecclesiâs vero singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis" sit contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni judicis, ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non judicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, carissime, te & omnes episcopos sequi convenit: & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque potueris, notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. Crimina vero, quæ episcopis impingere dicis, per alios non finas ullo modo fieri, nisi per ipsos qui crimina intendunt: si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis omni" se carere suspicione & inimicitia, & irreprehensibilem fidem conversationemque ducere. Nemini enim de se confesso, credi potest super crimen alienum: quoniam ejus omnisque rei * confessio periculosa est, & " admitti non debet. Similiter alieni erroris socium, vel a sui voluntarie propositi tramite recedentem, aut sacris patrum regulis & constitutionibus inobedientem, suscipere non possumus, nec debemus, nec impetere recte credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes esse censemus, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem, aut apostolicam vel regularem libenter postponunt auctoritatem. Hæc" itaque, frater carissime, quæ pro affectu sacerdotalis nominis & honoris impendimus, tibi tuisque subditis, & omnibus tenenda, & aliis nuntianda, atque prædicanda mandamus, quibus & pietas ad utilitatem, & sit ad fructum dilectio. Vide objurgando, hortando, suadendo, blandiendo, ' consolando, prodesse, quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus. Timidos ' retundat, iratos mitiget, pigros excitat, desides ' hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia ' doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias soliciti muniamus. Et si quando ' perditam ovem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas dominicas revocare contendamus, ut de pastoris nomine quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus divinæ gratiæ adjutorium opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc nobis operanda, & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via, cum fructibus boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo ' nihil agere possumus, per ipsum implere omnia valeamus. Data v. Idus Septembris" Claudio & Paterno viris clarissimis consulibus.

' doctores

' per devia

' facere nihil assurgimus

" an. 269.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Ecclesias vero singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis divisimus.*] Hanc parochiarum distinctionem non primum a Dionysio, sed ab Evaristo factam esse, patet ex iis quæ supra diximus in notis ad vitam ejusdem Evaristi, verbis: *Hic titulos.* Verum cum in persecutione Valeriani publico edicto, de quo supra in notis ad vitam Sixti egimus, presbyteri ab ecclesiis relegarentur, & Christianorum in cœmeteriis conventus vetarentur; parochiarum, ecclesiarum, & cœmeteriorum confusio sine dubio facta est: sublato autem Valeriano, restituta per Gallienum pace ecclesiæ, concessa vicissim libera facultate adeundi cœmeteria, Dionysius Romanus pontifex parochias presbyteris per exilium vel martyrium spoliatas, alias aliis assignavit, tempore persecutionis confusas iterum divisit, ac pro ratione distribuit, cœmeteriaque singulis, quod ante eum fecerant quidam antecessores; vicissim consignavit. Vide Baron. anno 270. num. 17.

An & quomodo Dionysius parochias distinxerit.

Scimus Paulum ad concludendam rationem Tit. 1. D auctoritate sapientium externorum usum; & 1. Cor. 15. Moysen omni sapientia præditum auctoritates Act. 17. non paucas Balaam hominis alienigenæ posuisse. Num. 24. unde apostolus: *Factus sum*, inquit, *insipiens, vos me coegistis.* 2. Cor. 12. Cum igitur proponas quæ non sunt in exteris, cogit me res, ut in hac quæstione quam ponis, non a sapientia externa conclusionem propositionis petam. Quis enim umquam sapientiam externorum, ex quo cœperunt loqui fabulas, nominavit Spiritum sanctum, aut sanguinem effusum, aut divisum dixit sanctum, vel incorruptibilem, vel vivificum, nisi sola scriptura divinitus afflata? Vnde apparet nihil te scire, neque hu-E manæ disciplinæ. a scriptura enim divina tantum distas, quantum cælum a terra, ut dominus per Esaiam prophetam dixit: *Sicut distat cælum a terra, sic via mea a viis vestris; & cogitationes vestræ a cogitatione mea.* Esai. 55. Nos fideles, & qui veritatem agnovimus, *potavit Deus torrente voluptatis.* scriptum enim est: *Domine* Psal. 35. *in cælo misericordia tua, & veritas tua usque ad nubes: justitia tua sicut montes Dei, & judicia tua abyssus multa: homines & jumenta salvabis domine. quam multiplicata est misericordia tua Deus? Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos; quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen.*

Extende misericordiam tuam scientibus te; & justitiam tuam rectis corde. In tegmine alarum tuarum sperans non commovebitur. Non movebunt me quæ manu Samosatensis scripta sunt. scriptum enim est: *Non veniat mihi pes superbiæ, &* [Ibidem.] *manus peccatoris non commovebit me: illic ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem; expulsi sunt, & non poterunt stare. Non oblivíscar torrentis voluptatis; fons enim vitæ est; & in lumine videbo lumen ex lumine.* Spem habeo in alis ejus, quæ corrumpi non possunt, quæ sunt manus divinæ, & hominum creatrices, & quæ vi- [Psal. 93.] tam suppeditant: quæ oculos formaverunt; tetigerunt mortuos, & revixerunt; aurem plantaverunt; manus Dei Israel, qui est Iesus, χείμαῤῥος, id est, torrens voluptatis, fons vitæ, qui est apud [Psal. 125.] Patrem, qui est Christus Iesus, *torrens in Austro qui convertit captivitatem nostram.* Respondent enim partes ad Austrum Palæstinæ in eadem serie & ordine ex adverso, sicut scribit apo- [Galat. 4.] stolus respondere Ægyptum ei quæ nunc est Hierusalem in eadem serie & ordine. nomine enim Agar Ægyptum intellexit cum Arabia. Ve- [Χίμαρος hircum, & χείμαῤῥος torrentem significat.] nit χείμαῤῥος, id est, hircus digito Dei ante delineatus. sic enim figura per Moysen ante delineat veritatem significatam. Duo hirci simili forma pro remissione adducebantur ad altare: conji- [Levit. 16.] ciuntur duo hirci in sortem unam. erant enim per omnia similes secundum hypostases & secundum formas: sic enim jusserat Deus Moysi. imponebantur capitibus hircorum manus sacerdotum (erant enim duo hirci simul ad altare alligati) accipiebatque sacerdos alterum duorum, & mactabat: & postquam unus ex duobus mactatus erat, dimittebatur alter vivus in montes; unus ille qui factus fuerat particeps sanguinis & sortis mactati. aderat enim simul cum hirco sibi simili quousque fecissent quæ scripta erant; & immolabat quem volebat, qui erat olim tunc temporis sacerdos. Hæc prædelineatio figura erat Patris & Filii. ducendus enim Deus Israel Iesus Christus ad sanctam suam & vivificam crucem, ad altare Dei, non ducebatur solus, sed Pater erat cum eo. ante enim quam iret ad crucem, dixit sanctis apo- [Ioan. 16.] stolis: *Venit hora, quando omnes relinquetis me solum; sed non sum solus: Pater enim qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum.* Itaque perducta est ad veritatem figura, quod *non* [Philipp. 1.] *rapinam arbitratus est esse æqualem Deo,* qui crucem sustinuit, qui est ipsius quidem Patris Verbum & Filius, noster vero Deus & dominus, in cruce exaltatus, dominus Sabaoth; [Psal. 325.] qui convertit captivitatem nostram non pretio aut muneribus, sicut dixit dominus omnipotens olim quidem per Esaiam, nunc vero per [Esai. 55.] beatum Petrum dicit idem: *Non corrupti-* [1. Pet. 1.] *bilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi.* Etenim si in figura veritatis prædelineatæ sic Moyses ab Spiritu sancto jubebatur, ut hircos sine macula eligeret; quomodo non magis similiter ipse rationalis hircus, & torrens voluptatis, ejusdem cum Patre formæ, coæternum Verbum, immaculatus sit, cum sit Christus, ex æternitate una cum generante? Regenerati sumus ex aqua incorruptibili & spiritu. scriptum est e- [1. Ioan. 5.] nim: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili;* sicut ante dixi, *per aquam & Spi-* [1. Ioan. 5 Ibidem.] *ritum sanctum. & hi tres unum sunt, aqua, & sanguis, & spiritus.* Sed dicet mihi aliquis:

A παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων αὐτοῦ * ἐλπίζων, οὐ σαλεύσει με τὰ γραφέντα χειρὶ τοῦ Σαμοσατέως. [* Fort. ἐλπίζοντα] γέγραπται γάρ· μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας, καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ οὐ σαλεύσει με· ἐκεῖ ἔπεσαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ἐξώσθησαν, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι. τοῦ χειμάῤῥου τῆς τρυφῆς οὐκ * ἐπιλήσομαι· πηγὴ γὰρ [* Fort. ἐπιλήσομαι] ζωῆς ἐστι, καὶ ἐν τῷ φωτὶ ὄψομαι τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτός· ἐλπίζω εἰς τὰς ἀφθάρτους αὐτοῦ πτέρυγας· αἵτινές εἰσιν αἱ θεῖαι, καὶ δημιουργοὶ τῶν ἀνθρώπων χεῖρες, καὶ ζωῆς χορηγοί· αἳ ἔπλασαν ὀφθαλμούς. ἥψαντο νεκρῶν, καὶ ἀνέζησαν· ἐφύτευσαν ὠτίον αἱ
B χεῖρες τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ· ὅς ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ χείμαῤῥος τῆς τρυφῆς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ἡ οὖσα παρὰ τῷ πατρὶ, ὁ ὢν Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ χειμάῤῥους, ὁ ἐν τῷ νότῳ ἐπιστρέψας τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν. συστοιχεῖ γὰρ τῇ Παλαιστίνῃ τὰ νότια μέρη, ὡς γράφει ὁ ἀπόστολος, τὴν Αἴγυπτον συστοιχεῖν τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ. τὴν γὰρ Ἄγαρ Αἴγυπτον ἐκάλεσε σὺν τῇ Ἀραβίᾳ. ἦλθεν ὁ προδιαγραφόμενος χείμαῤῥος δακτύλῳ Θεοῦ· οὕτω γὰρ προδιαγράφει διὰ Μωυσέως ὁ τύπος, σημαίνων τὴν ἀλήθειαν· ὑπὲρ ἀφέσεως δύο χείμαῤῥοι ὁμοειδεῖς ἤγοντο πρὸς τὸ θυσιαστήριον· τοῖς δύο χειμάῤῥοις εἷς
C ἐπεβέβλητο κλῆρος· ἦσαν γὰρ κατὰ πάντα ὁμοειδεῖς κατὰ τὰς ὑποστάσεις, καὶ τὰς ἰδέας· οὕτω γὰρ ἦν προσταχθὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ Μωϋσεῖ. ἐπετίθεντο ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν χειμάῤῥων αἱ χεῖρες τῶν ἱερέων. ἦσαν γὰρ αἱ δύο ἅμα ὑποστάσεις τῶν χειμάῤῥων προσδεδεμέναι τῷ θυσιαστηρίῳ· καὶ ἐλάμβανεν ὁ ἱερεὺς ἕνα τῶν δύο, καὶ ἔσφαζε· καὶ μετὰ τὴν θυσίαν τοῦ ἑνὸς τῶν δύο χιμάρων, ἀπεπέμπετο ὁ ζῶν εἰς τὰ ὄρη, ὁ εἷς ὁ κοινωνήσας τῷ αἵματι, καὶ τῷ κλήρῳ τοῦ τεθυμένου. συμπαρῆν γὰρ τῷ ὁμοειδεῖ αὐτοῦ χιμάρῳ ἕως οὗ ἐποίησαν πάντα τὰ γεγραμμένα· καὶ ἔθυεν ὃν ἠθέλησεν ὁ κατὰ καιρὸν πάλαι ἱερεύς· αὕτη ἡ προδιαγραφὴ τύπος ἦν πατρὸς, καὶ υἱοῦ· μέλλων γὰρ ἄγεσθαι εἰς τὸν ἅγιον
D αὐτοῦ, καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν εἰς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐκ ἤγετο μόνος, ἀλλ' ἦν μετ' αὐτοῦ ὁ πατήρ. πρὶν γὰρ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὸν σταυρὸν, εἶπε τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε πάντες ἀφῆτέ με μόνον· ἀλλ' οὐκ εἰμὶ μόνος. ὁ γὰρ πέμψας με πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ οὐκ ἀφῆκέ με μόνον. ὥστε οὖν ἐδείχθη ὁ τύπος ἀλήθεια· ὅτι οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ ὁ σταυρὸν ὑπομείνας· ὅς ἐστιν αὐτοῦ μὲν τοῦ πατρὸς λόγος, καὶ υἱὸς, ἡμῶν δὲ Θεὸς κύριος, ὁ ἐπὶ σταυροῦ ὑψωθεὶς κύριος σαβαώθ, ὁ ἐπιστρέψας τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, καθὼς εἶπε κύριος παντοκράτωρ, διὰ μὲν Ἡσαΐου πάλαι, νῦν δὲ διὰ τοῦ μακαρίου
E Πέτρου ὁ αὐτὸς λαλεῖ· ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ, ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν πλάνης πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. εἰ γὰρ ἐν τῷ τύπῳ τῆς προδιαγραφῆς οὕτω παρεκελεύετο Μωϋσῆς ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἵνα ἀμώμους ἐπιλέξηται τοὺς χιμάρους, πῶς οὐ μᾶλλον ὁ λογικὸς τῆς τρυφῆς τοῦ πατρὸς ὁμοειδὴς συνάναρχος λόγος, Χριστὸς ὤν, συναΐδιος τοῦ γεννήσαντος; ἀνεγεννήθημεν ἐξ ὕδατος ἀφθάρτου, καὶ πνεύματος. γέγραπται γὰρ, ὅτι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλ' ἀφθάρτου, ὡς προεῖπον, δι' ὕδατος, καὶ πνεύματος, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ πνεῦμα· ἀλλ' ἐρεῖ μοί τις.

χιμάρους

χιμάροις τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν ὡμοίωσας, ἐδιδάχθην οὕτως· ὡς ὕψωσε Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ἔδει ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ὡς ἤγαγε Μωϋσῆς τοὺς δύο χιμάρους ὁμοειδεῖς, καὶ ἀμώμους προσάγων τῷ θυσιαστηρίῳ, τῷ τύπῳ ἡ ἀλήθεια· ὁ πατὴρ ἀγομένου τοῦ ἀμνοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν, οὐκ ἐχωρίσθη τοῦ ὁμοειδοῦς αὐτοῦ λόγου· αἱ δύο ὑποστάσεις ἀχώριστοι, καὶ τὸ ἐνυπόστατον τοῦ πατρὸς πνεῦμα, ὃ ἦν ἐν τῷ υἱῷ. πεφανέρωται γὰρ πᾶσιν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἦν, καὶ ἦλθεν ἐπ᾽ αὐτὸν ἐν εἴδει περιστερᾶς· καὶ αὐτὸς κεκοινώνηκε τῷ πάθει, ὁ παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς γὰρ οἱ χίμαροι ὁμοειδεῖς, οὕτω καὶ τὰ δύο ὀρνίθια προεγράφησαν ὑπὲρ καθαρισμοῦ· καὶ τὸ ἓν ἐθύετο, καὶ τὸ μὴ τεθυμένον ἐλούετο εἰς τὸ ὕδωρ τὸ μεμιγμένον τῷ αἵματι τοῦ τεθυμένου. καὶ ἔτι ἐπὶ πλεῖον B ταύτης ἀπόδειξιν ποιήσωμεν, Θεοῦ θέλοντος, ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, παλαιᾶς, καὶ καινῆς. πνεύματι γὰρ ἁγίῳ σεσοφισμένοι οἱ ἅγιοι μαθηταὶ, καὶ τὴν παλαιὰν ἑρμηνεύοντες, ὁρῶντες, ὅτι ὁ τύπος ἀληθινῶς προδιεγράφη, καὶ ὅτι ὕδωρ ἐν τῇ λεκάνῃ ἐβάλλετο, ἔπειτα ἐθύετο τὸ ἓν τῶν ὀρνιθίων τῶν καθαρῶν, καὶ τὸ αἷμα τοῦ τεθυμένου τῷ ὕδατι τῷ ζῶντι συνεκιρνᾶτο, καὶ εἶθ᾽ οὕτως τὸ ζῶν καὶ μὴ τεθυμένον ἐλούετο ἐν τῷ ὕδατι τῷ καθαρῷ, καὶ τῷ καθαρῷ αἵματι, καὶ οὕτως ἐγίνετο ὑπὲρ καθαρισμοῦ θυσία. διὸ εἶπεν ὁ ἀπόστολος. καθὼς ἡ θυσία τοῦ καθαρισμοῦ, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ ἐν C εἴδει περιστερᾶς ἅγιον πνεῦμα, ἕν εἰσι. καὶ γὰρ τὸν Χριστὸν ὁ μακάριος Ἱερεμίας πνεῦμα ἐκάλεσε, περὶ τὴν συμπλήρωσιν τῶν θρήνων ἀποδυρόμενος τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν, οὕτω λέγων· ὅτι πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος συνελήφθη ἐν ταῖς διαβουλίαις αὐτῶν. (ἔχει δὲ ἡ μία τῶν ἐκδόσεων, ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν.) ὁμοειδὴς ἐν τῷ εἴδει τῆς περιστερᾶς ὁ Χριστὸς λόγος τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὁμοειδὴς τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα, Χριστὸς κύριος ἀγόμενος τοῦ θύεσθαι· οὕτως γὰρ λέγει Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ· ὅτι ἐγὼ ὡς ἀρνίον ἄκακον τοῦ θύεσθαι ἀγόμενον, οὐκ ἔγνων. ὁ ἐνυπόστατος ἀεὶ ὢν Χριστὸς, ὁ ἴσος τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς ὑποστάσεως ὢν, συναΐδιος καὶ τῷ κυρίῳ πνεύ- D ματι, ὅπερ ψευσάμενος Ἀνανίας, καὶ Σάπφειρα, οὐκ ἀνθρώπον ψευσάμενοι, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, ἐξέψυξαν· Θεὸς γὰρ ὁ παράκλητος, ὡς καὶ ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, συναΐδιος τοῦ Χριστοῦ· ἡνίκα ἐπὶ τοῦ μακαρίου Μωϋσέως ἀνέστησαν δύο ἐκ τοῦ λαοῦ προφητεύοντες, Ἐλδὰδ, καὶ Μωδὰδ, καὶ εἶπεν Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ πρὸς Μωϋσῆν· κύριέ μου Μωϋσῆ, κώλυσον, ἵνα μὴ προφητεύωσιν· ἀπεκρίθη Μωϋσῆς πρὸς Ἰησοῦν τὸν υἱὸν Ναυῆ, λέγων· μὴ ζηλοῖς σύ μοι; τίς δώσῃ πάντα τὸν λαὸν κυρίου προφήτας γενέσθαι; ὅταν δώσῃ ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, γίνονται προφῆται. τοῦ δὲ ἀποστόλου Παύλου ἀληθὴς ἡ ἐν Μιλήτῳ προφητεία· ὅτι E ἀναστήσονταί τινες λαλοῦντες διεστραμμένα εἰς τὸ ἀποσπᾶν τὸν λαὸν ὀπίσω αὐτῶν. ὥστε ἀνέστη πρῶτος ὁ Σαμοσατεὺς, λαλῶν ἄδικα, λέγων φθαρτὸν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, ὅς ἐστι Θεὸς Ἰσραὴλ Ἰησοῦς, καὶ τὸ πάσης φθορᾶς, καὶ θανάτου λυτήριον, τὸ ἐξαγοράσαν ἡμᾶς δουλείας τῆς φθορᾶς· αἷμα θνητοῦ, καὶ παθητοῦ ἀνθρώπου λέγει, διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν κύριον τῆς δόξης πρὸς τοὺς μαθητάς· λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσασθε· ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ αἵματί μου· τοῦτο ποιεῖτε· καὶ ὅτι εἶπεν αὐτὸς, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον· ταῦτα ἀκούσας ὁ Σαμοσατεὺς, ἐκ ταύτης τῆς φωνῆς τοῦ κυρίου ἐπερείδεσθαι δοκεῖ κατὰ τῆς ἀληθείας· ἀγνοεῖ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ

A Hircis assimilasti Patrem & Filium? Sic edoctus sum: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in eremo: sic oportebat exaltari filium hominis.* Ioan. 3. & sicut Moyses duos hircos ejusdem formæ Levit. 16. & sine macula adduxit ad altare figuram veritatis; sic Pater, cum agnus immaculatus Esai. 53. tamquam ovis ad mactationem ducebatur, non erat separatus a Verbo suo unius & ejusdem formæ: duæ hypostases inseparabiles; & Spiritus ille Patris in hypostasi subsistens, qui erat in Filio. omnibus enim factum fuit manifestum quod in eo erat: & venit super eum Luc. 3. in specie columbæ, & ipse passioni communicavit paracletus Spiritus. Sicut enim duo Levit. 14. hirci similis formæ, sic & duæ aviculæ prædelineatæ fuerunt pro emundatione; & una sacrificabatur; & quæ non sacrificabatur, lavabatur in aqua mixta cum sanguine aviculæ sacrificatæ. Et adhuc amplius volente Deo, rationem hujus quæstionis ex divina scriptura tum vetere, tum nova concludemus. Sancti enim discipuli ab Spiritu sancto edocti sunt; & veterem scripturam interpretantes, viderunt figuram vere esse prædelineatam; & quod aqua Ibidem. in pelvim fundebatur, deinde altera ex duabus aviculis mundis sacrificabatur, & sanguis sacrificatæ cum aqua vivente miscebatur; atque ita avicula viva & non mactata lavabatur in aqua munda & sanguine mundo; fiebatque hoc modo sacrificium pro emundatione. Idcirco apostolus dixit: *Sicut est in sacrificio emundationis, aqua & sanguis, & Spiritus sanctus in specie columbæ unum sunt.* 1. Ioan. 5. Christum enim beatus Hieremias spiritum appellavit, cum lamentationes prope complens, & Iudaicum populum deplorans, sic ait: *Spiritus ante faciem nostram Christus dominus captus est in consultationibus eorum.* Thren. 4. (Vna ex editionibus habet, *In corruptionibus eorum.*) Ejusdem formæ est cum Spiritu sancto in specie columbæ ostenso Christus Verbum: ejusdem formæ cum Patre spiritus Christus dominus ductus ut sacrificaretur. sic enim ait Hieremias de eo: *Ego sicut agnus innocens qui ducitur ad sacrificium faciendum, non cognovi*, ego, inquam, qui semper sum Hier. 11. persona Christus æqualis Patri, nulla dissimilitudine substantiæ, coæternus domino spiritui: cui quia Ananias & Sapphira mentiti Act. 5. sunt, non homini, sed Deo, expiraverunt. Paracletus enim Deus est, sicut & Pater Christi, coæternus Christo. Quando tempore Num. 11. Moysis surrexerunt duo ex populo prophetantes, Elda & Medas, dixit Iesus filius Nave, Moysi: *Mi domine Moyses, prohibe ne prophetent.* Respondit Moyses: *Quid amularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetet?* Quando dederit Deus spiritum suum sanctum super populum, fiunt prophetæ. Vera est prophetia Pauli, Mileti: *Surgent quidam loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Act. 20. Surrexit itaque primum Samosatensis loquens iniqua, qui diceret esse corruptibilem sanguinem Iesu, qui est Deus Israel, Iesus, & qui omnem corruptionem & passionem & mortem solvit: qui redemit nos a servitute corruptionis. Rom. 8. Sanguinem mortalis & patibilis hominis dicit, quia dixit dominus gloriæ, discipulis: *Accipite & dividite; novum testamentum est in meo sanguine: hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Et quia dixit idem: *Qui pro vobis effundetur.* Hæc cum audisset Samosatenus, videtur in hac voce domini niti contra veritatem; qui ignorat quod ab

Hebr. 10. apostolo dictum est: *Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, quam qui legem Moysis a Deo datam rejicit, eum qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti, pollutum duxerit, in quo sanctificatus est; & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Sic enim ait apostolus: *Irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur.* (Ibidem.) Conculcavit eum Iudas & prodidit; & Iudas Galilæus (Act. 11.) periit prius, & post eum qui ei consenserunt. Nunc vero Samosatensis, ut placeat Satanæ qui eum delegit, surrexit contra sanguinem vivificum, & contra Spiritum sanctum, conculcans ea. Si enim sanguis sanctus corruptibilis est, quia dividitur & effunditur, sic erit B Spiritus sanctus sicut sanguis vitæ. Scribit enim Lucas in actis apostolorum: *Cum complerentur dies pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est derepente e cælo sonus magnus tamquam advenientis spiritus vehementis, ita ut concussa sit tota domus ubi erant sedentes.* (Act. 2.) Et subjungit: *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum.* Cum autem cœpissent loqui, & omnes audirent ex omni natione loquentes lingua propria res magnas Dei, stupebant; Iudæi vero perfidi cœperunt contumelias in apostolos jacere, & Spiritum sanctum, spiritum musti appellantes: Tamquam *musto pleni*, inquiunt, sunt apostoli sancti. C Beatus vero Petrus respondens dixit: *Viri Iudæi; non sicut vos putatis, hi ebrii sunt; est enim hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per Ioelem prophetam: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii eorum & filiæ*; & quæ sequuntur. (Ibidem. Ioel. 2.) Ecce dividitur super singulos apostolos Spiritus sanctus, & effunditur super omnem carnem: & prophetant filii gratiæ & filiæ. erant enim filiæ prophetantes, sicut scriptum est quod filiæ Philippi prophetabant. (Act. 21.) Non igitur quia Spiritus sanctus effusus est, dicetur corrupti ilis; apage; neque quia dividitur. Idem dicendum est in sanguine D vivifico, sicut scriptum est: *Aqua, & sanguis, & spiritus, tres unum sunt* (1. Ioan. 5.) a Moyse prædelineati in emundatione prædelineante baptisterium, tamquam pelvim habentem aquam vivam, & sanguinem avis sacrificatæ, & viventem * spiritum in aqua viva & sanguine descendentem, & baptizantem. (* aviculam in aquam vivam & sanguinem descendentem, ubi lavabatur.) Vnus fons pelvis, in qua baptismus salutaris perficitur in aqua viva, & sanguine vivifico, & Spiritu sancto, qui in specie columbæ mansit super Verbum Christum, descendens in baptisterio tamquam in pelvi in Iordanem. (Luc. 3.) Cur vero in specie columbæ Spiritus sanctus descendit? Scilicet ut nos doceret qui misit illum, quique eum quem E misit, accepit. (Genes. 8.) Sicut enim Noe dimisit ex arca columbam, & ipse illam recepit, ad eam similitudinem intelligendum nobis est, ipsius Christi esse Spiritum sanctum coæternum; & quod erat ipsius, hoc dedisse nobis, dividens & effundens super omnem carnem credentium; quia Deus est & dominus qui divisit nobis suum sanguinem, & spiritum. verumtamen sicut scriptum est: *Filioli mei, sicut audistis quod Antichristus venit; & nunc Antichristi multi facti sunt.* (1. Ioan. 2.) Sicut Antichristus venit, sic antitorrens. (Psal. 17. Ezech. 47. Psal. 123.) Scriptum enim est: *Torrentes iniquitatis conturbaverunt me, & aqua sancta, & aqua intolerabiles.* Scriptum namque est: *Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.* En,

A τοῦ ἀποστόλου· ὅτι, πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν ἀθετοῦντα τὸν παρὰ Μωϋσῆ δεδομένον ἀπὸ Θεοῦ, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; οὕτω γὰρ εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ὅτι, ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶν μάρτυσιν ἀποθνήσκει. κατεπάτησεν αὐτὸν Ἰούδας, καὶ προδέδωκεν· ὁ Γαλιλαῖος Ἰούδας προαπώλετο, μετ' αὐτὸν καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες· νῦν δὲ ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ σατανᾷ ὁ ἐκ Σαμοσάτων, κατὰ τοῦ αἵματος τοῦ ζωοποιοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος ἐπανέστη καταπατῶν· εἰ γὰρ τὸ αἷμα τὸ ἅγιον φθαρτὸν διὰ τὸ μερίζεσθαι αὐτὸ, καὶ ἐκχέεσθαι, B εὑρεθήσεται καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ τὸ αἷμα τῆς ζωῆς. ἀναγράφεται γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων· ὅτι συμπληρουμένης τῆς ἡμέρας τῆς πεντηκοστῆς, συνηθροισμένων τῶν ἀποστόλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐγένετο ἦχος μέγας, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, ὥστε συσσεισθῆναι πάντα τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι. καὶ ἐπάγει, λέγων· ὅτι ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι, ὡσεὶ πυρὸς, καὶ ἐπεκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· ἀρξαμένων δὲ αὐτῶν λαλεῖν, καὶ πάντων ἀκουόντων ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, ὑπερεθαύμαζον· οἱ δὲ κακόπιστοι Ἰουδαῖοι ἤρξαντο ἐνυβρίζειν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ τὸ πνεῦμα C τὸ ἅγιον γλεῦκος ἀποκαλοῦντες, ὡσεί φησι, γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσὶν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι· ὁ δὲ μακάριος Πέτρος ἀποκριθεὶς εἶπεν· ὦ ἄνδρες Ἰουδαῖοι, οὐχ ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ Ἰωὴλ τοῦ προφήτου· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ θυγατέρες, καὶ τὰ ἀκόλουθα. ἰδοὺ καὶ διαμερίζεται ἐφ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀποστόλων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκχέεται ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύουσιν οἱ υἱοὶ τῆς χάριτος καὶ αἱ θυγατέρες· ἦσαν γὰρ καὶ αἱ θυγατέρες προφητεύουσαι, ὡς γέγραπται, ὅτι αἱ θυγατέρες Φιλίππου προεφήτευον. οὐ παρὰ τὸ ἐκχυθῆναι οὖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν τις ἂν εἴποι φθαρτόν· μὴ γένοιτο· D οὔτε διὰ τὸ μερισθῆναι· τὸ δὲ αὐτό ἐστι καὶ ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος, καθὼς γέγραπται· ὅτι τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ πνεῦμα, οἱ τρεῖς τὸ ἕν εἰσιν, οἱ προδιαγραφέντες ὑπὸ Μωϋσέως ἐν τῷ καθαρισμῷ τὸ βαπτιστήριον προδιαγράφοντι, λεκάνην ἔχουσαν τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, καὶ τὸ αἷμα τοῦ τεθυμένου πτηνοῦ, καὶ τὸ ζῶν ἐν τῷ ζῶντι ὕδατι, καὶ τῷ αἵματι κατερχόμενον, καὶ βαπτιζόμενον. μία τις πηγὴ ἡ λεκάνη, ἐν ᾗ τὸ σωτήριον τελεῖται βάπτισμα εἰς τὸ ζῶν ὕδωρ, καὶ τὸ ζωοποιὸν αἷμα, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὸ ἐν εἴδει περιστερᾶς μεῖναν ἐπὶ τὸν ζῶντα λόγον τὸν Χριστὸν, κατελθὸν, ὡς ἐν λεκάνῃ, τῷ βαπτιστηρίῳ εἰς τὸν Ἰορδάνην. διατί δὲ ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ πνεῦμα τὸ E ἅγιον; ὅπως ἡμᾶς μυσταγωγήσῃ ὁ πέμψας αὐτὸ, καὶ δεξάμενος, ὃ κατέπεμψεν, ὥσπερ γὰρ ὁ Νῶε ἐξαπέστειλεν ἐκ τῆς κιβωτοῦ τὴν περιστερὰν, καὶ αὐτὸς αὐτὴν ὑπεδέξατο, κατ' εἰκόνα ἐκείνην νοητέον ἡμᾶς, αὐτοῦ εἶναι τὸ συναΐδιον πνεῦμα, ὅπερ ἦν αὐτοῦ, καὶ ἡμῖν ἐχαρίσατο μερίσας, καὶ ἐκχέας ἐπὶ πᾶσαν σάρκα τῶν πιστευόντων, ὅτι Θεός ἐστι, καὶ κύριος ὁ διαμερίσας ἡμῖν αὐτοῦ τὸ αἷμα, καὶ τὸ πνεῦμα. ἀλλ' ὡς γέγραπται, ὅτι τεκνία μου καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν. ὥσπερ οὖν ἀντίχριστος, οὕτως καὶ ἀντιχείμαρρος· γέγραπται γάρ· καὶ χείμαρροι ἀνομίας ἐξετάραξάν με, καὶ ὕδατα ἅγια, καὶ ὕδατα ἀνυπόστατα. γέγραπται γάρ· χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον· ἰδοὺ

καὶ ἐν

καὶ ἐν πᾶσιν ἐδείξαμεν τῷ χειμάῤῥῳ τῆς ἀνομίας, ὅτι οὐ φθαρτὸν τὸ αἷμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὔτε ἀνθρώπου καθ᾽ ἡμᾶς θνητοῦ, ἀλλὰ Θεοῦ ἀληθινοῦ, ὃς χείμαῤῥος τρυφῆς τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσιν.

Πρότασις ε΄. τοῦ Σαμοσατέως.

Γέγραπται ἐν εὐαγγελίοις· ὅτι τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο, ὡσεὶ φησιν, Ἰησοῦς ὁ γεννηθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου· πῶς οὖν τὸ αὖξον, καὶ κραταιούμενον, λέγεις, ὅτι προαιώνιον καὶ συνάναρχον τῷ ἀγεννήτῳ πατρὶ, καὶ συναΐδιον;

Ἀπόκρισις ε΄. τοῦ Πάπα Διονυσίου.

Τὸ, ἀγέννητον πατέρα, οὐδεμία συγγραφὴ παρέδωκεν· ἡ δὲ θεία γραφὴ διὰ πνεύματος ἁγίου παρέδωκεν ἡμῖν, καὶ γράφει ὁ εὐαγγελιζόμενος ἡμῖν χαρὰν μεγάλην· ὅτι ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. ἔχει δὲ ἡ ἀρχὴ, ὅτι ἰδοὺ κύριος, αὐτὸς ὑμῖν δώσει σημεῖον· καὶ ἐπάγει τὸ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται· καὶ δείκνυσιν, ὅτι ἡ θεοτόκος τινὰ συνέλαβεν, ἡ παρθένος δηλονότι· ὅν τινα ἡμεῖς ἐγνωρίσαμεν ἡμῶν μὲν Θεὸν, τοῦ δὲ πατρὸς συναΐδιον ὄντα υἱὸν λόγον· καὶ ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ εἴδομεν φῶς. αὐτὸς γὰρ λέγει· ὅτι ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα μου. μικρὸν ἐπανάλαβέ μοι· αὐτὸς γὰρ κύριος λέγει διὰ Ἠσαΐου· ὅτι ἰδοὺ κύριος, αὐτὸς ἡμῖν δώσει σημεῖον. ἀκούσωμεν καὶ τοῦ ἀγγέλου πρὸς τοὺς ποιμένας· ὅτι εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην· ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Χριστὸς κύριος ἐν πόλει Δαβίδ. καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ. ἰδοὺ διὰ Ἠσαΐου ἐμήνυσεν ἡμῖν τὸ σημεῖον, καὶ διὰ τοῦ ἀγγέλου τοῖς ποιμέσι. τίς δὲ ἡ δύναμις τοῦ παιδίου τοῦ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθέντος; Θεὸς, ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. εἰ δὲ μέμφῃ τῷ εὐαγγελιστῇ, διότι λέγει· ὅτι ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο; καὶ ἐρωτᾷς ἡμᾶς, διατί, καὶ πῶς; ἐρώτα τὸν Δανιὴλ λέγοντα, ὅτι λίθος ἐτμήθη ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν· καὶ ἐπάγει. μετὰ τὸ πατάξαι, φησὶ, τὴν εἰκόνα, ἐγένετο ὁ λίθος εἰς ὄρος μέγα. εἰπὲ τοῦτο, πῶς δυνατὸν αὐξῆσαι τὸν λίθον, καὶ γενέσθαι ὄρος; ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων οὐ κεῖται, ὅτι ηὔξανέ τις· ἀλλ᾽ αὐξηθέντος. οὐ μὴν μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος τοῦ ἀνδρὸς ἔτι ἐπαύξησιν ἡλικίας λέγει. καὶ ὅρα τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην λέγοντα· ὅτι ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί. καὶ μετ᾽ ὀλίγα ἐπάγει περὶ τοῦ αὐξάνοντος Θεοῦ, οὑτωσὶ φήσας. ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. μέχρι σήμερον ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ τρέχει, καὶ δοξάζεται, καὶ αὔξει, καὶ πληθύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ὁσίων· ἐπὰν γὰρ ἔλθῃ ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον, εἰ γὰρ καὶ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ὃ ἔστι δώδεκα ὧραι, παρέλθωσι δὲ δύο ὧραι τῆς ἡμέρας, ἔληξεν ὁ γεννηθείς· οὐ γὰρ προσθήκη ἐστὶν ἡ προκοπὴ τοῦ τινὸς ἀνθρώπου, ἀλλὰ λήγει καθ᾽ ἡμέραν. τὸ δὲ παιδίον Ἰησοῦς, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, Θεός ἐστιν αὐτὸς, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ οὐκ ἐκλείψουσιν· ἀπαράβατον γὰρ ἔχει τὴν ἱερωσύνην· εἰ δὲ οὐκ ἀπαράβατον εἴποι ὁ Σαμοσατεὺς, εἰπὴ, εἰ διεδέχθη ποτέ· ἐξ οὗ γὰρ κατηξίωσεν ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης γενέσθαι ἱερεὺς εἰρήνης, οὐχ ὁρᾶται, μὴ γένοιτο, ὁ διαδεξάμενος αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην. οὔτε ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ τῇ ἀληθινῇ εἰσῆλθεν ἕτερος, οὔτε ἐξῆλθεν, εἰ μὴ μόνος κύριος· καὶ ἐσφραγίσθη ἡ πύλη τῆς σκηνῆς σώα, καὶ ἀῤῥαγὴς, καὶ ἀμόλυντος· χειρὶ γὰρ πέπηκται Θεοῦ, καὶ ἐσφράγισται δακτύλῳ· οὔτε χειρὶ ἀνθρώπου ὁ ἡμῶν ἀρχιερεὺς κεχειροτόνητο, οὔτε ἡ σκηνὴ αὐτοῦ ὑπ᾽

in omnibus ostendimus torrenti iniquitatis, non esse corruptibilem sanguinem sanctum Dei nostri Iesu Christi, nec esse hominis mortalis, sicut nos, sed Dei veri, qui est torrens voluptatis iis qui eum participant.

Paulum Samosatensem appellat torrentem iniquitatis.

QVÆSTIO V.

Scriptum est in evangelio, quod puer crescebat & confortabatur, *quasi diceret, Crescebat Iesus ex Spiritu sancto & Maria virgine natus. quomodo igitur qui crescebat & confortabatur, hunc dicis ante secula esse, & simul cum Patre ingenito non habentem initium, & coæternum?* (*Luc. 2.*)

RESPONSIO.

Ingenitum patrem nulla scriptura tradidit: divina autem scriptura per Spiritum sanctum tradidit nobis, & ait: *Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum.* (*Luc. 2.*) *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* (*Esai. 7.*) Sic autem habet principium prophetiæ: *Ecce dominus ipse dabit vobis signum.* & subjungit: *Ecce virgo in utero accipiet.* & demonstrat quod Deipara quemdam concepit: virgo scilicet concepit quem nos cognovimus Deum nostrum, coæternum Patri, Filium Verbum. *Et in lumine ejus vidimus lumen* (*Psal. 35.*), ipse enim ait: *Qui videt me, videt & Patrem meum.* (*Ioan. 14.*) Repetam pauca. Ipse enim dominus per Esaiam dicit: *Ecce dominus ipse dabit vobis signum.* (*Esai. 7.*) Audiamus angelum dicentem pastoribus: *Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit universo populo, quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David. & hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* (*Luc. 2.*) Ecce per Esaiam manifestavit nobis signum; & per angelum pastoribus. Quæ vero vis & potestas pueri infantis in præsepio positi? *Deus, fortis, potens, princeps pacis, pater futuri seculi.* (*Esai. 9.*) Quod si evangelistam reprehendis quia dixit; *Crescebat & confortabatur* (*Luc. 2.*); & nos interrogas, quare & quomodo? interroga Danielem cum dicit: *Lapis scissus est ex monte sine manibus*, & subjungit: *Postquam fregit statuam, factus est lapis mons magnus.* (*Dan. 2.*) Dic ipse quomodo hoc fieri potuit, ut crevisse lapis, & factus esset mons? In hominibus quidem non est hoc positum, ut aliquis crescat; sed potius vir qui crevit,* non quidem post trigesimum annum, adhuc sub ætate crescente deficit. Vide quid Ioannes Baptista dicat: *Qui habet sponsam, sponsus est.* & paulo post subjungit de Deo crescente, sic inquiens: *Illum oportet crescere, me autem minui.* (*Ibidem.*) Vsque in hodiernum diem verbum Dei currit, & glorificatur; & crescit, ac multiplicatur in ecclesia sanctorum. Postquam enim venit homo in mundum, si vita ejus (verbi gratia) unus dies qui ex duodecim horis constat, fluxerint vero duæ horæ illius diei, deficit qui natus est. non enim accessio horarum aut annorum est accretio ullius hominis, sed potius quotidie deficit. Puer autem Iesus Deus Israel, *Deus est idem ipse, & anni ejus non deficient.* (*Psal. 101.*) *Habet enim sacerdotium sempiternum.* (*Heb. 7.*) Sin autem non sempiternum dicit Samosatensis, dicat an aliquando habuerit successorem in sacerdotio. Ex quo enim voluit rex pacis fieri sacerdos pacis, nequaquam cernitur qui sacerdotiũ ejus susceperit. nec in tabernaculum ejus verum alius introivit, nec exivit, nisi solus dominus. Et signata est porta tabernaculi integra & incorrupta & inviolata. (*Ezech. 46.*) manu enim Dei clausa est, & digito ejus signata est. Neque manu hominis sacerdos noster electus est, neque tabernaculum ejus ab homi-

* Ceterum post trigesimum annum incrementum amplius ætatis non dicit.

hominibus fabricatum, sed Spiritu sancto firmatum est, & virtute Altissimi protegitur illud semper laudatissimum Dei tabernaculum Maria Deipara & virgo. Cum igitur callide ait Samosatensis: Ex Spiritu sancto & Maria; decipere vult. ut sicut scriptum est:
Ioan. 1. *Non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt*; sic dicat, de nato ex Deipara. Quod autem dicit ingenitum Patrem, dicit, ut doceat Christum recentem esse, & creaturam, non enim patitur dicere Christum figu-
Hebr. 2. ram coæternam substantiæ Dei Patris. Ceterum pulvis e terra sumptus a Deo est, & factus Adam
Genes 2. a Deo, & ex costa Adæ ædificata mulier, ex quibus secundum legem mandati carnalis miscente Adam corpus cum Eva, conceptus & natus est Seth, & alii ante Seth. Nihil igitur differentes & variati fuerunt ab Adam filii & filiæ, sicut videmus usq; in hodiernum diem, quatenus fuerunt ejusdem formæ, & per se existentes: neque differebat Seth ab Adam, quod esset ex substantia lumborum ejus. Hæc in hominibus, uno ingenito, & altero genito: &, sicut scriptum est:
Rom. 2. *Ex creaturis proportione quadam contemplamur creatorem*. Sicut igitur intelligimus, quod si quis ex igne corporeo quo utimur, sumat, neque passionem neque sectionem infert ei, lumen accendens ex lumine; sic generatio Christi ex Patre ex æternitate non potest intelligentia comprehendi: & solam scripturam divinitus afflatam
Psal. 35. sequimur, sicut enarrat nobis Pater: *In lumine ejus vidimus lumen*, ut superius diximus. & quod Verbum Patris est, quod novissimis diebus genitum est; & auxit & auget in nobis illuminationem suam. Accretio igitur Dei ad eccle-
Act. 7. siam pertinet. scriptum enim est, quod *ecclesia quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur, & ambulans in verbo domini, & consolatione Spiritus sancti multiplicabatur.* Crescit igitur verbum domini quotidie, & multiplicatur Spiritus sanctus in ecclesia Dei. non igitur homo, sicut nos, erat,
Luc. 2. *qui crescebat ætate & sapientia*; sed Deus genitus
Esai. 9. puer, & datus nobis filius æternus, qui erat ante
Psal. 101. sæcula; & vere nobis crevit, & crescit quotidie; & *anni ejus non deficiunt*. immutabilis enim est Christus, utpote Deus Verbum. Pudeat igitur eum qui accipit nomen domini in vano. *Homo*
Exod. 20. *namque vanitati assimilatus est*, sicut ait eccle-
Psal. 143. siastes. *vanitatem* appellavit *laborem hominum,*
Eccles 1 *quem sub cælo laborant*. & David ait, quod vani-
Psal. 38. tas est *omnis homo vivens*, & quod *dies ejus tam-*
Psal. 143. *quam umbra prætereunt*; Deus noster Iesus idem
Psal. 101. est, & *anni ejus non deficient*.

QUÆSTIO VI.

Matth. 2. *Scriptum est*: Angelus domini apparuit Ioseph in somnis, dicens: Surgens accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum. futurum est enim ut Herodes quærat animam pueri ad perdendum eum. *An dices hunc puerum cum matre fugientem esse ex æternitate cum Deo Patre? & quomodo quod ex loco in locum mutatur, & natum est in Bethleem, dicis esse ex æternitate cum ingenito?*

RESPONSIO.

Respondebo primum objicientibus mihi quod probro affecerim Patrem. Si illud, Ex loco in locum, definit Filium Patris non esse in cælo
Ioan. 3. (ipse enim ait: *Amen dico vobis, nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis*
Gen. 18. *qui est in cælo*; reperimus autem scriptum in libro primo, quod Deus descendit & locutus est

A ἀνθρώπων κατεσκευάσθη· ἀλλὰ πνεύματι ἁγίῳ ἡδρᾶσαι, καὶ σκέπεται τῇ δυνάμει τοῦ ὑψίστου ἡ ἀείμνηστος σκηνὴ τοῦ Θεοῦ, Μαρία ἡ θεοτόκος, καὶ παρθένος. ὥστε οὖν δεινότητι λέγει ὁ Σαμοσατεὺς τὸ ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας, ἀπατῆσαι θέλει, ὡς τὸ, φησὶ, γεγραμμένον· ὅτι οὐκ ἐξ αἱμάτων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. οὑτωσὶ λέγει καὶ περὶ τοῦ γεννηθέντος ἐκ τῆς θεοτόκου· τὸ δὲ εἰπεῖν αὐτὸν ἀγέννητον πατέρα· ἵνα διὰ τούτου, φησὶ, δείξῃ πρόσφατον, καὶ κτίσμα. οὔτε γὰρ ἀνέχεται εἰπεῖν χαρακτῆρα συναΐδιον τῆς τοῦ Θεοῦ πατρὸς ὑποστάσεως τὸν Χριστόν: πλὴν ὁ Ἀδὰμ χοῦς ἀπὸ τῆς γῆς ἐλήφθη παρὰ Θεοῦ, καὶ ἐγένετο ὁ Ἀδὰμ ὑπὸ Θεοῦ, ἡ πλευρὰ τοῦ Ἀδὰμ
B ᾠκοδόμηται εἰς γυναῖκα. διὰ μέσου τῶν δύο κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης ἐκ μίξεως, καὶ κράσεως, συνέλαβεν ἡ Εὔα, καὶ ἔτεκε τὸν Σὴθ, καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ. οὐδὲν οὖν διήλλαξαν κατὰ τὸ εἶδος ὁμοειδεῖς, καὶ ἐνυποστάτοις τοῦ Ἀδὰμ τοὺς υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας, καθὼς ὁρῶμεν ἕως σήμερον. καὶ οὐ διήλλαξεν ὁ Σὴθ τὸν Ἀδάμ· ὅτι ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἦν τῆς ὀσφύος τοῦ Ἀδάμ. ταῦτα ἐπ' ἀνθρώπων· τοῦ μὲν ἀγεννήτου, τοῦ δὲ γεννητοῦ· καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον ἀναλόγως ἐκ τῶν κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται· ὥσπερ οὖν ἐννοοῦμεν, ὅτι εἰ ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν ὑλικοῦ πυρὸς λάβῃ τις, καὶ πάθος, ἢ τομὴν οὐ ποιεῖ, ἐν τῷ ἀναλάμψαι φῶς ἐκ φωτός. ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο, οὕτως ἀκαταλήπτως ἐξ ἀϊδίου γέννησις τοῦ Χριστοῦ ἐκ πατρὸς, καὶ μόνῃ τῇ θεοπνεύστῳ
C ἐξακολουθοῦμεν γραφῇ· καθὼς διηγεῖται ἡμῖν ὁ πατήρ· ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ εἴδομεν φῶς, καθὼς ἀνωτέρω εἴπομεν. καὶ ὅτι ὁ λόγος τοῦ πατρός ἐστιν ὁ γεννηθεὶς ἐπ' ἐσχάτων, καὶ αὐξήσας, καὶ αὔξων φωτισμὸν αὐτοῦ ἐν ἡμῖν. ἡ οὖν αὔξησις τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐστί. γέγραπται γάρ· ὅτι ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, καὶ Γαλιλαίας, καὶ Σαμαρείας εἶχεν εἰρήνην οἰκοδομουμένη, καὶ πορευομένη τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπληθύνετο· αὔξει γοῦν ὁ λόγος τοῦ κυρίου καθ' ἡμέραν, καὶ πληθύνεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἄνθρωπος οὖν καθ' ἡμᾶς ὁ αὔξων ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, ἀλλὰ Θεὸς γεν-
D νηθεὶς παιδίον, καὶ δοθεὶς ἡμῖν εἰς υἱὸν, ἀΐδιον ὄντα πρὸ αἰώνων. ἡμῖν καὶ τῇ ἀληθείᾳ ηὔξησε, καὶ αὔξει καθ' ἡμέραν, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ οὐκ ἐκλείπουσιν. ἀναλλοίωτος γὰρ ὁ Χριστὸς, ὡς Θεὸς λόγος. αἰσχυνέσθω οὖν ὁ λαμβάνων τὸ ὄνομα κυρίου ἐπὶ ματαίῳ· ἄνθρωπος γὰρ ματαιότητι ὡμοιώθη· καθὼς ὁ ἐκκλησιαστής· ματαιότητα τὸν μόχθον ἐκάλεσε τῶν ἀνθρώπων, ὃν μοχθοῦσιν ὑπὸ τὸν ἥλιον· καὶ Δαβὶδ λέγει· ὅτι ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος ζῶν· καὶ ὅτι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ σκιὰ παράγουσιν· ὁ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ αὐτός ἐστι, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ οὐκ ἐπιλείψουσιν.

Πρότασις ϛʹ. τοῦ Σαμοσατέως.

Γέγραπται· ὅτι ἄγγελος κυρίου ἐφάνη τῷ Ἰωσὴφ κατ'
E ὄναρ, λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό· μὴ ἄρα τοῦτο λέγεις, τὸ φεῦγον σὺν τῇ μητρὶ, συναΐδιον τῷ Θεῷ καὶ πατρί; καὶ πῶς τὸ ἐκ τόπου εἰς τόπον, τὸ γεννηθὲν ἐν Βηθλεὲμ, συναΐδιον τοῦτο τῷ ἀγεννήτῳ λέγεις;

Ἀπόκρισις ϛʹ τοῦ Πάπα Διονυσίου.

Ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί με, πρῶτον περὶ τοῦ πατρός. ὅτι εἰ διὰ τὸ τόπον ἐκ τόπου, ὁρίζει τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς μὴ ὄντα ἐν τῷ οὐρανῷ· αὐτὸς γὰρ λέγει· ὅτι ἀμὴν λέγω ὑμῖν; οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· εὑρήκαμεν δὲ, ὅτι γέγραπται ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ πρώτῳ, ὅτι ὁ Θεὸς κατῆλθε, καὶ ἐλάλησε

τῷ

τοῦ Ἀβραάμ· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπάγει τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, ὅτι καὶ ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ. ἆρα τί εἴποι τις; ἐκεῖ γὰρ Θεὸς κεῖται ἀναβαίνων ἀπὸ Ἀβραάμ. ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, καὶ ψεῦδος οὐκ ἔστιν· ἀλλ᾽ ἔδει πληρωθῆναι τὸ γεγραμμένον ἐν νόμῳ, καὶ προφήταις, τὸ κατελθεῖν τὸν Θεὸν ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξειν εἰς Αἴγυπτον. καὶ ὅτι σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. καὶ ὅτι γνωστὸς ἔσται κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις· καὶ Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ. καὶ πάλιν, ἐπανελθεῖν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον· ὅτι ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. υἱὸν δὲ λέγει, ὃν προσκυνεῖ ἡ τῶν ἄνω ἁγίων πνευμάτων πληθὺς τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον Χριστὸν, τὸν συναΐδιον τοῦ πατρὸς, συνάναρχον, συνδημιουργὸν τῷ πατρί· Θεὸς γὰρ Ἰσραὴλ Ἰησοῦς ὁ πρὸ αἰώνων λόγος, ὡς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. εἰ δὲ διὰ τὸ φεύγειν εἰς Αἴγυπτον τὸν Ἰωσὴφ ἅμα τῇ θεοτόκῳ Μαρίᾳ ἐν ἀγκάλαις φερούσῃ τὴν καταφυγὴν ἡμῶν, καὶ Θεὸν, καὶ δύναμιν, καὶ τοῦτον, ὡς ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, ὁρίζει φεύγοντα, ὡς τὸν Δαβὶδ ἀπὸ Σαοὺλ, ὥρα σοι λέγειν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τὴν Ἄγαρ ἀποδράσασαν ἐκ τῆς κυρίας αὐτῆς, ἢ ὡς Ἠλίαν τὸν προφήτην ἀπὸ τῆς Ἰεζάβελ· γέγραπται γάρ· ὅτι πνεῦμα ἅγιον σοφίας φεύξεται δόλον· καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων· καὶ ἐλεγχθήσεται ἐπελθούσης ἀδικίας. φιλάνθρωπον γὰρ πνεῦμα σοφίας οὐκ ἀθῳώσει βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ, ὅτι τῶν νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυς ὁ Θεός. τοῦτο καὶ Δαβὶδ λέγει. ἐτάζων καρδίας, καὶ νεφροὺς ὁ Θεός. οὐκ ἀθῳώσει, φησὶ, βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ τὸ φιλάνθρωπον πνεῦμα. ἀλλ᾽ ἐτάζει καρδίας, καὶ νεφροὺς, ὅτι καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὡς Θεὸς, τὸ πνεῦμα ἐπίσταται· ὥσπερ καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου οὐδεὶς ἔγνω, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ. ἐνταῦθα φανερῶς διδάσκει ὁ ἱερὸς Παῦλος, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μόνον αὐτὸ οἶδε τὸν πατέρα τοῦ ἀνθρωπισθέντος λόγου· καὶ τὸν ἀνθρωπισθέντα Χριστὸν τὸν λόγον Ἰησοῦν οἶδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι ἐν τῷ Χριστῷ ἐστιν. ὅτι φησὶν ὁ πατὴρ ὁ μένων ἐν τῷ Χριστῷ λόγῳ, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ὁ ὢν ἐν τῷ πατρὶ αὐτοῦ οἶδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς ὁ πατὴρ χωρεῖ τὸν υἱὸν, καὶ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα. φιλάνθρωπον πνεῦμα ἅγιον φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, ὡς ἀπανέστη καὶ ὁ υἱὸς φεύγων εἰς Αἴγυπτον. διδάσκει γὰρ ἡ φυγὴ τῆς καταφυγῆς· ὅτι ὃν τρόπον ἑωράκατε, ἰδοὺ ἔδειξα ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς ποιῆτε· ἐάν τις γάρ σε διώκῃ, φεῦγε εἰς τὴν ἀλλοδαπήν. οὕτως γὰρ ἐποίησαν καὶ τοῖς προφήταις· ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἡ καταφυγὴ ἡμῶν, οὐκ ἐν ἀλλοτρίοις, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἰδίοις, ὁ εὐαγγελιστὴς διδάσκει ἡμᾶς· καὶ αὖθις διδάσκων τὸν Κλεώπαν, ἵνα τὴν φιλοξενίαν ἀγαπῶσι, προσεποιεῖτο πόῤῥω πορεύεσθαι. ἡ οὖν εἰς Αἴγυπτον πορεία, καὶ ἡ ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδος, καὶ ἡ πᾶσα αὐτοῦ πορεία, καὶ ἡ μετὰ Κλεώπα, καὶ ἡ εἰς οὐρανοὺς πορεία. ἦσαν γάρ φησιν, οἱ ἀπόστολοι, ὡς ἀτενίζοντες εἰς τὸν οὐρανόν· πάσας περιλαβὼν ὁ Δαβὶδ ἐν πνεύματι, ἀνακέκραγε βοῶν, καὶ λέγων· ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου ὁ Θεός· αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ. Θεὸν λέγει βασιλέα αὐτοῦ ὁ Δαβὶδ, λέγων· αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ. ἐν πνεύματι ἁγίῳ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν ἑαυτοῦ λέγει ὁ Δαβὶδ ἐν τῷ ἁγίῳ· ἅγιος ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, ἐν αὐτῷ λέγει τῷ ἁγίῳ εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ βασιλέα. Χριστὸς ὁ Θεὸς ἐν τῷ πατρὶ διὰ πνεύματος ἁγίου ὑπὸ Δαβὶδ κηρύττεται ἀεὶ Χριστὸς ὁ δι᾽ ἡμᾶς καταδεξάμενος γενέσθαι σὰρξ, λόγος ὢν, καὶ μείνας Χριστὸς λόγος Ἰησοῦς ὁ Θεός. περὶ οὗ ψάλλει ὁ Δαβίδ· ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται. τοῦτο γοῦν ἐστι τὸ γεγραμμένον· ὅτι οὐκ ἀθῳώσει τὸν βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ, ὅτι τῶν νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυς ὁ

A Abraæ: & poſtea ſubjungit ſcriptura ſacra, quod aſcendit Deus ad Abraam. Quid igitur, dicet aliquis? Illic enim Deus dicitur aſcendere ab Abraam. Vera hæc quæ dicuntur, & non eſt in eis mendacium: ſed oportebat impleri quæ ſcripta erant in lege & prophetis; *deſcenſurum eſſe Deum in nube levi, & venturum in Ægyptu;* (Eſai. 19.) *& quod ſimulacra Ægypti commovenda eſſent; & quod dominus futurus eſſet notus Ægyptiis; & quod Æthiopia præveniet manus ejus Deo:* (Pſal. 67.) & rurſus rediturum eum ex Ægypro, ut impleretur quod ſcriptum eſt: *Quoniam ex Ægypto vocavi filium meum.* (Matth.2.ex Oſee 11.) Filium dicit, quem adorat multitudo cæleſtium ſpirituum; unum & impartibilem Chriſtum, coæternum Patri, ſimul B cum Patre non factum, & concreatorem. Deus enim Iſrael Ieſus, qui eſt ante ſæcula Verbum, ſicut & Spiritus ſanctus. Quod ſi quia fugit in Ægyptum Ioſeph ſimul cum Deipara Maria ferente in ulnis noſtrum perfugium & Deum & vires: hunc etiam tamquam unũ e numero noſtrum definis fugientẽ ſicuti David a Saul; tempus eſt ut dicas etiam Spiritum ſanctum eſſe ſimilem Agar, cum fugit a domina ſua; aut Eliæ prophetæ cum fugit a Iezabel. (1. Reg 19. Geneſ. 16. 3 Reg 19) ſcriptũ eſt enim: *Spiritus ſanctus ſapientiæ fugiet dolum, & recedet a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur a ſuperveniente iniquitate. benignus enim eſt ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledicum a labiis ejus; quoniam renum illius teſtis, & ſcru-* C *tator cordis eſt Deus, quia profunda Dei tamquam Deus ſcit Spiritus ſicut quæ ſunt hominis nemo novit, niſi ſpiritus hominis qui eſt in ipſo.* (Sapient. 1. 1. Cor. 2.) Aperte docet hic Paulus, quod ſolus Spiritus ſanctus novit Patrem Verbi incarnati, & Chriſtum factum hominem Verbum Ieſum novit Spiritus ſanctus, quoniam in Chriſto eſt. ait enim: *Pater qui manet in Chriſto Verbo, ipſe facit opera,* ſicut & Chriſtus qui eſt in Patre ſuo. (Ioan. 14. & 15.) Spiritus ſanctus novit quomodo Pater eſt in Filio, & quomodo Filius in Patre. Spiritus ſanctus benignus fugiet fictum, & recedet a cogitationibus ſtultis, ſicut receſſit filius fugiens in Ægyptum. docet enim nos fuga perfugii noſtri, quod quemadmodum D vidiſtis, ecce oſtendi vobis, ut & vos faciatis. *Si quis enim te perſequitur, fuge in aliam civitatem.* (Matth 10. Luc. 6.) ſic enim fecerunt & prophetis. Quod autem qui eſt ſuper omnia Deus noſtrum perfugium, non in alienis, ſed in ſuis erat cum fugeret, evangeliſta docet nos. Ac rurſus Cleopam docens ut hoſpitalitatem amarent, *ſimulavit ſe longius ire.* (Luc. 24.) Profectio igitur in Ægyptum, & reverſio ex Ægypto, & omnis ejus itio, & cum Cleopa, & in cælos: *Cumque intuerentur,* inquit, *apoſtoli euntem illum in cælum;* (Act. 1.) omnes hujuſmodi itiones a David comprehenſæ ſunt, cum clamavit dicens: *Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.* (Pſal. 67.) Deũ dicit regem ſuum E David, cum ais: *Ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto.* In ſpiritu ſancto dicit David eſſe Filiũ Dei Deũ ſuum in ſancto Sanctus Pater Chriſti, in ipſo ſancto dicit eſſe Deũ & regem, Chriſtus Deus in Patre per Spiritum ſanctũ a David prædicatur, qui eſt ſemper Chriſtus, qui propter nos voluit fieri caro, qui erat Verbum, & manſit Chriſtus Verbũ Ieſus Deus, de quo canit David: *In mari via tua & ſemita tua in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur* (Pſal. 76.) Hoc eſt igitur quod ſcriptum eſt, *quod blaſphemum & maledicum non liberabit a labiis ejus, quia renum ejus teſtis Deus.* (Sapient. 1.)

Deus. Non dimisit impunitos Ananiam & Sap- A
Act. 5. phiram mentitos Spiritus benignus; sed dede-
runt pœnas mentiti Spiritui sancto. Præparet
Samosatensis opera sua in exitum; quia non
Prov. 24. abibit impune qui blasphemus est in Spiritum
sanctum. Spiritus autem est Deus, sicut nos do-
Ioan. 4. cuit veritas Christus, qui est super omnia Deus;
Esai. 19. qui in nube levi venit in Ægyptum dominus
Deus Israel Iesus Christus.

QVÆSTIO VII.

*Quia in scriptura divina non reperi quod for-
ma & sapientia sine hypostasi sunt partes homi-
nis, vellem scire ex vobis quod scriptum est in*
Philip. 2. *apostolo, cum ait,* quod in forma Dei cum esset
Christus, exinanivit seipsum formam servi ac-
cipiens. *Si accepit formam sine hypostasi, quo-* B
modo potest dici quod formam & habitum accepit?
& quod Deus ipsum suscitavit? *Si autem eccle-*
Rom. 4. & alibi. *sia duos deos non dicit, nec traditum accepit, ut tu
scis, volumus ut suadeas nobis ex scripturis for-
mam sine hypostasi. Si enim non est per se, quid
est? quomodo dici potest forma, quod non per se
existit? Oportebat igitur ut diceret apostolus,* quod
exinanivit seipsum, formam servi sine hypostasi
accipiens; *si erat sine hypostasi.*

RESPONSIO.

Ait Samosatensis: Si forma servi quam Christus assumpsit, non per se existit, oportebat ut diceret apostolus: *Christus exinanivit seipsum, assumens formam servi non per se existentem.* & C mihi dicit: Suade ex divina scriptura. Ceterum respondebo ad hoc. etsi nesciens non jubet, vel non committit mihi ut ad ea quæ ipse dicit, respondeam: sic enim cum scriberet, sentiebat; quasi quæ a me scripta sunt, consistere non possent; & quod Samosatensis ait, a nemine refelli possit. verumtamen breviter quæstionem tuam extrudam, & ex ore tuo redargueris. Etenim si Christus formam servi, quæ per se esset, accepit, ita ut esset servus qui acceptus est (hic enim est actus tuæ fabulæ) oportebat, sicut tu ais, ut diceret apostolus: Exinanivit se, servum hominem accipiens. Sed cujus servum? & a quo eū emit? & quanti? & ubi facta fuit emptio servi? & quare vendidit dominus? aut quare donavit? curve do- D navit accipienti illum ad suos usus, quasi ipse non indigens? Si vis formam præscribere quomodo scriptura scribi debeat, ne petas a me ut tibi loquar ex scriptura. scriptum enim est:
Psal. 17. *Cum sancto sanctus eris, & cum electo electus eris: & cū
perverso perverteris.* Sed vides quomodo fugisti
Philipp. 2. quod scriptum est: *Hoc sentite in vobis quod &
in Christo Iesu; qui cum in forma Dei esset, non
rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Novi
1. Cor. 11. fallacias tuas. quoniam *imago Dei* dicimur, &
ipse Christus tamquam unus ex nobis; quia scriptum est:
Gen. 3. *Ecce Adam factus est tamquam unus
ex nobis;* hæc sentis & loqueris blaspheme, ini- E
quitatem contra Deum denuntians; quod qui Verbū Patris Iesum unigenitū dicit Deum, duos deos dicit; ut te auctore nemo dicat Christum Deum ante sæcula, & tu non dicens Deum ante sæcula, sed te ecclesiam vocans, ecclesia, inquis, duos deos non dicit, neque traditum accepit. Tu vero duos tibi tradidisti, unum ante sæcula ingenitum; & unum electum Deum in extremis temporibus, qui est Christus. Sic enim non mihi scripsisti, sed qui audierunt, mihi scripserunt sic te docere. Sed ne in illis occuper, ad ea quæ a te nunc scripta sunt, me verto. Si, ut tu dicis, forma servi quam accepit, est per se, qui est in forma & æqualitate Dei Christus, qui hoc quod est, non rapuit, sed cum esset Deus, in forma

Θεός. οὐκ ἀθώους ἐποίησε τοὺς ψευσαμένους τὸ φιλάνθρωπον πνεῦμα, τοὺς περὶ Ανανίαν, καὶ Σάπφειραν· ἀλλ' ἔδωκαν δίκας ψευσάμενοι τὸ φιλάνθρωπον πνεῦμα. ἑτοιμαζέτω καὶ ὁ Σαμοσατεὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ εἰς τὴν ἔξοδον· οὐ γὰρ ἀθῷος ἀπελεύσεται βλασφημῶν κατὰ τοῦ φιλανθρώπου πνεύματος τοῦ ἁγίου. πνεῦμα δὲ ὁ Θεὸς, ὡς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἡ ἀλήθεια Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, ὁ ἐπὶ νεφέλης κούφης ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον κύριος ὁ Θεὸς Ισραὴλ Ιησοῦς ὁ Χριστός.

Πρότασις ζ'. τοῦ Σαμοσατέως.

Επειδὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ οὐχ εὗρον ὅτι ἡ μορφὴ, καὶ ἡ σοφία, ἀνυπόστατά εἰσι τοῦ ἀνθρώπου μέρη, ἐβουλόμην μαθεῖν παρ' ὑμῶν τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ ἀποστόλῳ· ὅτι φησὶν, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ὁ Χριστὸς ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ἣν ἔλαβε μορφὴν ἀνυπόστατον, πῶς δύναται λέγεσθαι, ὅτι μορφὴν, καὶ σχῆμα λέγει ὅτι ἔλαβε; καὶ ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν; * οἶδεν ἡ ἐκκλησία * For[te]
δύο Θεοὺς οὐ λέγει οὔτε παρέλαβεν, ὡς καὶ αὐτὸς οἶδας ἀπὸ γραφῶν, θέλομεν πεισθῆναι μορφὴν ἀνυπόστατον· εἰ μὴ γὰρ ὑποστῇ, τί ἐστί; πῶς ἂν λέγοιτο μορφὴ τὸ μὴ ὑποστάν; ἔδει οὖν εἰπεῖν τὸν ἀπόστολον, ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν ἀνυπόστατον, εἰ ἦν ἀνυπόστατος.

Απόκρισις ζ'. τοῦ Πάπα Διονυσίου.

Λέγει ὁ Σαμοσατεύς· εἰ ἀνυπόστατός ἐστιν ἡ μορφὴ, ἣν ἔλαβεν ὁ Χριστὸς, ἡ τοῦ δούλου, φησὶν, ἔδει εἰπεῖν τὸν ἀπόστολον· ὅτι ὁ Χριστός φησιν, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν ἀνυπόστατον. καὶ ἐμοὶ λέγει, πεῖσόν με ἐκ τῆς θείας γραφῆς. πλὴν ἀποκριθήσομαι πρὸς τοῦτο. καὶ μανθάνει, μὴ κελεύειν μοι, ἢ ἐπιτρέπειν, πῶς ἀποκριθῶ πρὸς τὰ παρ' αὐτοῦ· οὕτω γὰρ διέκρισο, * γράφειν, ὅτι ἀδύνατον * γράφ[ων]
τὰ παρ' ἐμοῦ γραφέντα· ὡσεὶ ὁ Σαμοσατεὺς λέγων, οὐ δύναται παρά τινος ἐπιβληθῆναι· πλὴν συντόμως ἐκβαλῶ σου τὸ πρόβλημα, καὶ ἐκ τοῦ σου στόματος ἐλεγχθήσῃ. εἰ γὰρ ἐνυπόστατον μορφὴν δούλου ἔλαβεν ὁ Χριστὸς, ἵνα εἴη δοῦλος ὁ ληφθείς· (τοῦτο γάρ σου ἐστὶ τὸ δρᾶμα τῆς ῥαψῳδίας) ἔδει, ὡς σὺ λέγεις, εἰπεῖν τὸν ἱερὸν τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολον, * ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, δοῦλον ἄνθρωπον λαβών, τὸν τίνος ὄντα δοῦλον; καὶ παρὰ τίνος ἑαυτὸν ἠγόρασε; * ὅτ[ι]
καὶ τὸ πόσου; καὶ ποῦ ἐγένετο τὰ ὠνιακὰ τοῦ δούλου; καὶ διατί πέπρακεν ὁ πεπρακώς; ἢ διατί ἐχαρίσατο ὁ χαρισάμενος; ἢ ὡς μὴ χρῄζων * τῷ χρησομένῳ τί ἐχαρίσατο; εἰ * χρώ[μενος]
θέλεις κανονίζειν πῶς ὀφείλει γραφῆναι γραφὴ, μὴ ἀπαίτει με λαλεῖν σοι ἀπὸ τῆς γραφῆς. γέγραπται γάρ. μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτός. καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· πλὴν ὁρᾷς, πῶς ἔφυγες τὸ γεγραμμένον· ὅτι τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ιησοῦ. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· οἶδά σου τὰς μαγγανείας, ὅτι, φησὶν, εἰκὼν λεγόμεθα Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν ὁ Χριστός· ὅτι γέγραπται· ἰδοὺ Αδὰμ γέγονεν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. ταῦτα φρονεῖς, καὶ λαλεῖς, βλασφημῶν, κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν ἐπιφημίζων· ὅτι ὁ λέγων Θεὸν τὸν λόγον τοῦ πατρὸς Ιησοῦν τὸν μονογενῆ, δύο Θεοὺς λέγει· ὥστε κατὰ σὲ ἵνα μή τις εἴποι Θεὸν τὸν Χριστὸν προαιώνιον· καὶ μὴ λέγων προαιώνιον, ἀλλὰ τὴν ἐκκλησίαν σαυτὸν καλῶν, ὅτι, φησὶ, ἡ ἐκκλησία δύο Θεοὺς οὐ λέγει, οὔτε παρέλαβε· σὺ δὲ δύο σαυτῷ παραδέδωκας· ἕνα προαιώνιον λέγων ἀγέννητον· καὶ ἕνα χειροτονητὸν Θεὸν ἐπ' ἐσχάτων τὸν Χριστόν· οὕτως γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔγραψας. ἀλλ' οἱ ἀκούσαντες ἔγραψάν μοι, ὅτι οὕτως διδάσκεις· πλὴν, ἵνα μὴ εἰς ἐκεῖνα ἀσχοληθῶ, εἰς τὰ νῦν παρὰ σοῦ γραφέντα ὁρῶ· εἰ, ὡς φὴς σὺ, ἡ μορφὴ, ἣν ἔλαβε τοῦ δούλου ἐνυπόστατον, ὁ ὢν ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τοῦ Θεοῦ, ὁ Χριστὸς, ὁ τοῦτο ὢν, καὶ μὴ ἁρπάσας τοῦτο εἶναι· ἀλλὰ ὢν Θεὸς, ἐν μορφῇ τοῦ

Genes. 18. *versus semetipsum contradictionem, ut ne fati-*
Exod. 3. *gemur animis nostris deficientes.* Ipse est qui descendit ad Abraam; ipse qui descendit ad Moy- E sen ut liberaret populum; & qui nunc novissimis diebus propter nos venit, non in figura ignis, sed conceptus in ventre virginis Mariæ,
Luc. 1. superveniente Spiritu sancto in eam; & matrem incorruptam a pedibus usque ad caput benedictam servavit, sicut ipse solus novit modum conceptus & ortus sui. Hæc est quam Isaac prævidens, dice-
Gen. 28. bat Iacob: *Det tibi dominus benedictionem cæli*
Gen. 49. *desuper, & benedictionem terræ habentis omnia.* Qui enim e cælo descendit unigenitus Deus Verbum, gestatum est in utero, & genitum ex paradiso virginali habente omnia. hæc sunt,
Luc. 1. *Spiritus sanctus qui supervenit in eam, & virtus altissimi quæ obumbravit ei: & quod natum est*
Heb. 12. *sanctum puer Iesus, qui est Deus fortis, potens, susti-*

A τεταγμένα, οἵτινές εἰσιν οἱ τῶν εἰδώλων λατρευταί· καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀπειθὴς συναγωγὴ, ἡ περιλελυμένη ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ νυμφίου, καὶ τῷ Βαραββᾷ ἑαυτὴν περιπλέξασα· ὁ Σαμοσάτης δὲ σκεῦος ὀργῆς καταρτίσας ἑαυτὸν τῇ ἀπωλείᾳ, ταῖς Ἀρτεμᾶ βλασφημίαις, περιπείρας ἑαυτὸν τοῖς ἐκείνου βρόχοις. οὔτε γὰρ Ἰουδαῖοι ὁμολογοῦσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ πρὸ αἰώνων λόγος, οὔτε ὁ Σαμοσατεὺς, ἀλλὰ κἀκεῖνοι ἄνθρωπον αὐτὸν λέγουσιν ὡς ἕνα τῶν προφητῶν· καὶ ὁ Σαμοσατεὺς ὡσαύτως, ὡς καὶ ἀρτίως ἔγραψα· ὅταν λέγῃ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· οὐ μὴ ἀποκρύψω ἀπὸ Ἀβραὰμ πάντα, ἃ μέλλω ποιεῖν· οὐκ εἶπεν, ἅπερ ἐπετράπη μοι. καὶ πάλιν λέγει· ὅτι ἐπανελεύσομαι πρὸς σὲ εἰς ὥρας, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός· ἄρα τί φησιν ἐν τούτῳ ὁ ἀμαθής; καὶ ὅτι ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ· B μὴ τόπον ἐκ τόπου ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ; ὁ αὐτός ἐστι, καὶ αὗταί εἰσιν αἱ φωναὶ ὅτι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι· μεῖζον δὲ πάντων τὸ εἶναι αὐτὸν χωρούμενον ἐν πατρὶ, καὶ χωρεῖν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα σωματικῶς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· περὶ ἀσωμάτου πατρὸς, καὶ ἁγίου πνεύματος λαλεῖ ὁ ἱερὸς μαθητής· καὶ σωματικῶς λέγει αὐτὸν ἐν τῷ υἱῷ κατοικοῦντα. τοσαύτας δὲ μαρτυρίας ἐχουσῶν τῶν θείων γραφῶν, μένει μυωπάζων ὁ ἀλλότριος· πεπλήρωται εἰς αὐτὸν τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι ἐν αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου· ἵνα κατανοήσωσι * τῷ C ἀποστόλῳ λέγοντι· ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικε· πρῶτον ἐρῶ τί ἐστιν ὃ λέγει, ὅτι ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας. ὡς πολλάκις ἔγραψα· ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην· ὡμοιώθη τῷ Ἰωνᾷ εἰσελθὼν ἐν μνημείῳ καὶ σὺν πατρὶ προσκυνούμενος· ὑψώθη ἐπὶ σταυροῦ γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος· ὡς Ἡσαΐας προφητεύων κατὰ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων· τὰ δὲ ἄλλα διαφόρως μοι εἴρηται ὡς καὶ ταῦτα. παραλέλειπται δὲ τὸ, ποῦ προδιεγράφη, καταφρονήσας αἰσχύνης. ὁ Ἰούδας, ὅτε ἐμοιχεύσατο τὴν νύμφην αὐτοῦ ἀγνοῶν, ὡς ἐφανερώθη ἡ σύλληψις τῆς Θάμαρ, ὑπολαβὼν ὁ Ἰούδας, καί φησι, νο- D μίσας αὐτὴν ἐκ πορνείας συνειληφέναι, κατέκρινεν αὐτὴν θανατωθῆναι· ἀγομένη δὲ ἡ Θάμαρ, ἔφη· ἐπίγνωθι ταῦτα, τὴν ῥάβδον καὶ τὸν ὁρμίσκον. ἐξ οὗ γάρ εἰσι ταῦτα, ἐγὼ ἔχω ἐν γαστρί. τότε ὁ Ἰούδας καταφρονήσας τῆς αἰσχύνης, ὡμολόγει λέγων, δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ. καὶ διασώζεται Θάμαρ μὴ ἀποθανεῖν. εἰ μὴ γὰρ κατεφρόνησεν Ἰούδας αἰσχύνης, Θάμαρ ἀπέθνησκε πικρῶς· ἀλλ' ὁ Ἰούδας οὐκ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς Θάμαρ· ὁ δὲ Χριστὸς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. ἀναλογισώμεθα οὖν τὸν τὴν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἑαυτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμωμεν ταῖς ψυχαῖς ἐκλυόμενοι· αὐτός ἐστιν ὁ καταβὰς ἐπὶ Ἀβραάμ· αὐτὸς ἐπὶ E Μωϋσῆ κατέβη ἐξελέσθαι τὸν λαόν· καὶ νῦν δι' ἡμᾶς ἐπ' ἐσχάτων ἐλθὼν, οὐκ ἐν σχήματι πυρὸς, ἀλλὰ συνελήφθη ἐν γαστρὶ παρθένου Μαρίας, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπελθόντος ἐπ' αὐτήν. καὶ ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος τὸν τρόπον τῆς συλλήψεως καὶ γενέσεως αὐτοῦ, φυλάττων ἄφθαρτον τὴν μητέρα, ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς εὐλογημένην. αὕτη γάρ ἐστιν, ἣν προορῶν ὁ Ἰσαὰκ ἔλεγε τῷ Ἰακώβ· δώσει σοι κύριος εὐλογίαν οὐρανοῦ ἄνωθεν· καὶ εὐλογίαν γῆς ἐχούσης τὰ πάντα. ὁ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς μονογενὴς Θεὸς λόγος ἐγεννήθη κυοφορηθεὶς ἐκ παρθενικοῦ παραδείσου ἔχοντος τὰ πάντα. πνεῦμα ἅγιον ἐπ' αὐτήν. δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάζουσα· καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον τὸ παιδίον Ἰησοῦς· ὁ ἰσχυρὸς Θεὸς, ὁ ἐξουσιαστὴς, ὑπέμεινε

* Fort. τῷ ἀπο[...]

μεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας· ἵνα σώσῃ τοὺς διὰ τὴν παρακοὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ νεκρωθέντας· αὐτὸς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ εἴπῃ ὁ Σαμοσατεὺς, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς οὐκ ἦν ἀεὶ ἐν οὐρανῷ, διὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικε· συνάγει ἑαυτῷ ἀκάνθας καὶ τριβόλους· ἐρεῖ γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς τότε· εἰ διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν υἱόν μου τὸν μονογενῆ· οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα, ἄρα ἄτεκνόν με λέγεις ἐν οὐρανῷ, καὶ ὅτε λέγει, ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ πρὸς Μωσῆν, ὅτι λέγει· κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς· εἰ δὲ περὶ τοῦ πατρὸς λέγει, ὅτι ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραὰμ, κατὰ τὸν Σαμοσατέα· πάλιν ἄτεκνος ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ πατήρ; ὃ μὴ γένοιτο λέγειν· ἀλλὰ ἃ δεῖ ὁμολογεῖν κατὰ τὴν παράδοσιν τοῦ μονογενοῦς περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀληθινοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὕτω γὰρ αὐτὸν δοξάζοντες χάριν εὑρήσομεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν· ὃς δ' ἂν γὰρ ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα, ὁμολογήσει αὐτὸν ὁ υἱὸς ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ νῦν, καὶ ὅταν ἔλθῃ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος.

nuit crucem confusione contempta; ut salvos faceret eos, qui ex Adam propter abjectam obedientiam mortui erant. ipse sedit in dextera sedis Dei. Si vero dixerit Samosatensis quod crucifixus non erat semper in cælo, quia dictum est quod in dextera sedis Dei sedit; colligit sibi spinas & tribulos. dicet enim Deus ei tunc: An quia dixit filius meus unigenitus, *nondum ascendi ad Patrem*; & cum dicit, *descendi de cælo*; & Moysi dicit, *Descendi ut liberarem eos*: dicis me orbatum esse filio in cælo? Si vero de Patre dicit: *Ascendit Deus ab Abraham*: rursus opinione Samosatensis, pater erat in terra orbatus filio; quod quidem absit ut dicamus: quin potius illa dicamus, quæ oportet confiteri de Patre & Filio vero & Spiritu sancto. Sic enim laudes ejus celebrantes *gratiam inveniemus in auxilium opportunum. Qui autem confitebitur ei Patrem, confitebitur eum & ipse Filius coram Patre suo*, & nunc, & cum venerit ad remunerandum. Ipsi gloria in ecclesia in omnes generationes sæculi, Amen.

Ioan 20. Gen 18. Exod. 3. Hebr 4. Matth. 10.

[a]CONCIL. ANTIOCH. II.

IN CAVSA PAVLI SAMOSATENI,

sub Dionysio papa anno Christi " CCLXXII. *celebratum.*

[a] *Concilium Antiochenum secundum.*] Cum Paulus Samosatenus Antiochenus episcopus abdicatam semel hæresin, atque priore Antiochena synodo proscriptam restituere, & convictam impietatem resuscitare conatus est, anno secundo Aureliani imperatoris, qui est Christi " 272. & Dionysii pontificis 12. inchoatus, episcopi numero prope infiniti denuo Anthiochiam rediere, atque Paulum secundo lapsum, de errore & corruptis vitæ m[o]ribus simul convictū ac damnatū, episcopali throno [de]posuerunt, atque ejus loco Domnū episcopum suffecerunt. Quibus ita peractis, epistolam de actis concilii synodicam, quæ infra nunc recens ex Eusebio huc translata est, ad Dionysium Romanum pontificem scripserunt, ac simul etiā de divina natura Christi, Dei Patris naturæ consubstantiali, (ut nimirum duorum hæresiarcharum, Samosateni & Sabellii hæresin de Christi divinitate jugularent) insignem fidei professionem (quæ extat tomo 6. cap. 1. in fine concilii Ephesini) item post synodum Ephesinam, in fine orationis illius quam habuit Cyrillus de incarnatione Verbi, ab Eusebio Arianorum sectario & fautore dolose suppressam, ediderūt. Cum Paulus domo episcopali exire jussus nollet obtemperare, imperator Aur[e]lianus, ait Eusebius lib 7. cap. 24. in fine, de ea re [rog]atus sententiam, sanctissime, quid esset agendum, decrevit. Præcepit enim, ut domus ecclesiæ illis tribueretur, quibus Christiani Italiæ & urbis Romæ e[pi]scopi per literas tribuendam præscriberent. Sic demum Paulus cum summo dedecore, sæcularis imperii ac potestatis auctoritate, ab ecclesia penitus extruditur. Vide Baronium anno 272. per totum.

EPISTOLA SYNODICA

AD DIONYSIVM ROMAN. PONTIFICEM

reliquosque collegas episcopos ex concilio Antiocheno secundo.

Dionysio, Maximo, & omnibus ubicumque in orbe terrarum collegis episcopis, presbyteris, diaconis, & universæ ac catholicæ sub cælo ecclesiæ, Helenus & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus & Maximus, Proclus, Nicomas, & Ælianus, Paulus, Bolanus & Protogenes, Hierax & Eutychius, Theodorus, " Malchion & Lucius, & reliqui omnes episcopi & presby[te]ri, & diaconi, qui civitates & regiones finitimas [a]pud nos incolunt, & ecclesiæ Dei quæ apud nos sunt, dilectis fratribus in domino salutem.

" presbyter, de quo plura Eusebius mox cit cap. 19.

SCRIPSIMVS epistolas ad episcopos qui longiore locorū intervallo a nobis distabant, eosque obsecravimus, ut ad hanc lethalē & perniciosam doctrinam curandam accederent: utpote ad Dionysium episcopum Alexandriæ, & Fir[m]ilianum episcopum Cappadociæ, homines beatos & felicis commemorationis. Quorum alter Dionysius scilicet quāquam neque ad erroris ducem separatim scribere, neque eū omnino salutare dignatus est; ad universam tamen ecclesiam Antiochiæ epistolam misit, cujus exemplar huic nostræ epistolæ subjunximus. Alter autem, nēpe Firmilianus, bis huc accessit, & ea quæ a Paulo innovata erant, & excogitata perverse (quemadmodum cum nos, qui aderamus, & scimus & testificamur, tum alii plures, qui ejusdem rei nobiscum conscii sunt) coram erudite certe refutavit. Vnde cum Paulus sententiam se mutat[ur]um fuisset pollicitus; iste fidem illi adhibens, & sp[e]m animo concipiens, causam controversiamque sine ulla verborum contumelia commode fore composit[u]m, eam ad tempus distulit: & ita ab illo, qui & Deum suum negasset & dominum, & fidem, quam ante habuerat, minime conservasset, dolo deceptus fuit.

Firmilianus ergo, utpote qui jam de impia ejus pravitate, qua Christum Deum pernegaverat, satis fecisset periculi, cum esset rursus Antiochiam perventurus, & ad Tarsos usque perrexisset: interea loci dum nos conveniremus, dum illum accerseremus, dum ejus expectaremus adventum, extremum vitæ diem obiit. Postea in eadem epistola, Pauli vitam, quomodo nimirum instituta fuerit, & quo transacta, his verbis describunt:

De obitu Firmiliani.

Quoniam Paulus, relicto ecclesiæ canone, ad adulterinam depravatamque doctrinam se transtulit; ejus res gestas, cum sit extra ecclesiæ fines ejectus, nihil attinet disquirere. Neque quod antea indigentia & mend[i]citate oppressus, neque quod a parentibus opum [a]t facultatis nihil omnino nactus, neque quod arte aut instituto aliquo quidquam adeptus, ja[m] ad maximam divitiarum affluentiam pervenerit, idque ex nefariis sceleribus, sacrilegiis, & muneribus, quæ a fratribus injuria affectis, quos se ad[j]uturum pollicitus, callide ludificatus est, cum flagitando, tum eorum animos

Pauli hæresiarchæ scelera.

ad aliquid sibi largiendum impellendo, per fraudem A extorserat: & ita dum quæstum pietatem ducebat, eorum liberalitate, qui litibus implicati tenebantur, quique, quo ab adversariorum calumniis liberarentur, ad dandum valde erant propensi, nequiter abusus est. Neque commemorare opus est quo pacto se insolenter extulerit, & sæcularium bonorum gradus sibi assumpserit, seque arroganter in iisdem gesserit, & ducenarius potius quam episcopus nuncupari voluerit, & per forum volitarit, & modo epistolas legendo, modo quid illis responsi daretur præscribendo, magna satellitum turba, partim eum antecedentium, partim subsequentium stipatus, superbo gradu palã incesserit: adeo ut propter intolerandũ ejus fastidiũ, & nimiam animi elationem, fides nostra gravem invidiæ notam odiumque permagnum subierit.

Superbia Pauli.

Neque necessum est dicendo persequi illius præ- B stigias in conciliis ecclesiasticis usurpatas, quæ falsæ gloriæ umbras consectando, & varias ineptiarũ species aucupando, & imperitiorum mentes eo pacto in sui admirationem traducendo callide excogitavit: neque qua ratione sedem & thronum sublimem sibi pararit; eumque, non ut Christi discipulum decet, sed ut mundi principes solent, secretum & separatum habuerit, nomine suo appellarit; femur, in eo sedens, manu percusserit, calcibus aliquando illum pulsarit; & qui cum eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non (ut in theatris fieri solet) se agitationibus, quo illi applauderent, in orbem versarẽt, non more gladiatorum & muliercularum, quos apud se habebat, in concione ei acclamarent, & quasi tri- C pudiis gestirent, sed (ut in domo Dei par est) modeste moderateque auscultarent, eos graviter increparit, & verbis contumeliosis exceperit. Neque quomodo in verbi Dei interpretes, qui e vita excessissent, dum in hominum frequentiam palam prædicaret, petulanter & importune debacchatus fuerit, & non tamquam episcopus, sed tamquam sophista & præstigiator de se ipso magnifica verba jactarit.

Impietas Pauli in cantu ecclesiæ.

Porro quid vobis in memoriam revocemus, quemadmodum psalmos & cantus, qui ad domini nostri Iesu Christi honorem decantari solent tamquam recentiores, & a viris recentioris memoriæ editos exploserit, & in media ecclesia solenni paschatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas (quas si quispiam D audiret, plane exhorresceret) in ipsius laudem funderent, pararit? Aut quid vobis exponamus ea blasphemiarum genera, quæ episcopos & presbyteros, qui agros & civitates finitimas incolebant, quo illi blandirentur, in concionibus suis ad populum habitis, loqui permiserit? Nam nullo modo confiteri voluit, Filium Dei e cælo descendisse, (ut aliquid jam ante obiter inferamus, quod post dicetur apertius) neque id nostris verbis solum confirmabitur, sed multis & variis locis commentariorum ipsius, quos ad vos misimus, & maxime ubi asserit Christum terrenum esse, & humi natum, perspicue ostendetur. Sed qui in istũ Paulum impium ipsorum magistrum cantus recita- E bant, & palam apud populum laudibus efferebant, eum angelum dixerunt e cælo demissum. Atque ista fieri non prohibuit: sed cum in ipsum impudenter dicebantur, insolens & fastidio tumidus adfuit.

Præterea quid est cur literis prodamus adscititias illius mulieres (quas *συνεισάκτους* Antiocheni appellãt) & mulieres etiam presbyterorum & diaconorũ suorum, quorum non hoc peccatum solum, sed alia prope insanabilia, cum eorumdem conscius esset, exploratque cognita haberet, callide occultavit: quo illi ita ipsi obærati adstrictique, dum sibiipsis metuebant male, scelerum, quæ ille vel verbo vel factis conscivisset, reum agere non aliquando auderent; quinetiã ipsos magnopere locupletavit: & propterea apud illos, qui talium rerum cupiditate incẽdebãtur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque ut hoc pro certo habemus cognitum, fratres in Christo dilecti, non episcopum modo, sed sacerdotium etiam universum populo omnium bonorum operum & recte factorũ exemplar esse debere; sic illud minime ignoramus, permultos ab ista mulierũ in suam societatem adsciscendarũ ratione & modo, pietate penitus excidisse, alios autem venisse in suspitionẽ flagitii. Quare licet aliquis hoc daret, eũ nihil lasciviæ & petulãtiæ in illas admisisse; suspicio tamen, quæ ex hujusmodi re oriri solet, sedulo cavẽda fuisset, ne fortasse alicui esset offẽsioni, alios autem ad se imitandũ impellere potuisset.

Pauli turpitudo rum.

Quo pacto enim alium reprehendere poterat, aut admonere, uti deinceps hic a mulieris consuetudine abstineret, diligẽterque caveret, ne ejus illecebris (sicut scriptum est) laberetur in turpitudinem; qui una repudiata, duas ætate florentes, & aspectu perlibe- C rales ac venustas secum habuit? quas, si quopiam forte iret, circumduxit una: idque delicias consectando, quibus cæcam animi libidinem extra modũ explere laboravit. Quibus de causis, tametsi omnes intra se graviter lamentati & conquesti sunt, ejus tamen potentiam & quasi tyrannidem ita extimuerũt, ut eum accusare omnino non auderent. Sed ista vitia (ut diximus) in homine sensu recto, & fide catholica imbuto, & una nobiscum in numero fidelium habito, possent corrigi: sed ab illo qui nefario errore Artemonis (quidni enim patrem ejus, unde hæresim suam hausit, vobis significemus) abductus, mysterium fidei, ac religionis nostræ prodiderit, nefariisque conviciis affecerit, non necessum arbitramur illarum rerum rationem reposcere. *Tandem in ipso calce epistolæ hæc addunt:*

Paulus concubina...

Istum igitur tam Deo adversarium, tamque contumacem, eramus coacti ecclesia & congregatione fidelium interdicere, excludereque, & alium episcopum, qui huic ecclesiæ præesset, in ejus locum substituere. Vnde Domnum divina certe (ut putamus) providentia designavimus, Demetriani, hominis felicis commemorationis (quippe qui hanc ecclesiam ante hunc præclare rexisset) filium, omni genere virtutum, quæ episcopum decent, exornatum. At vos de ejus electione per epistolam certiores fecimus, ut illi scribatis, & ab illo literas accipiatis communionis. Paulus autem ad Artemonem literas scribat; & si qui Artemonis partibus faveant, cum eo deinceps communicent.

Damnatur & ejicitur Paulus.

** EADEM G. & L. EX VERSIONE HENR. VALESII.

OMNES itaque in unum congregati antistites, unam ex communi sententia ad Dionysium Romanæ urbis episcopum, & ad Maximum Alexandrinum scripserunt epistolam: eamque ad omnes deinde provincias transmiserunt: tum ut studium suum ac diligentiam omnibus declararent, tum ut perversum Pauli dogma, confutationes quoque & disputationes adversus illum habitas; cunctamque hominis vitam, ac mores exponerent. Porro ipsamet illorum verba

Μίαν δὴ οὖν ἐκ κοινῆς γνώμης οἱ ἐπὶ ταυτὸ συγκεκροτημένοι ποιμένες διαχαράξαντες ἐπιστολὴν εἰς πρόσωπον τοῦ τε Ῥωμαίων ἐπισκόπου Διονυσίου, καὶ Μαξίμου τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν, ἐπὶ πάσας διαπέμπονται τὰς ἐπαρχίας· τὴν αὐτῶν σπουδὴν τοῖς πᾶσι φανερὰν καθιστάντες· καὶ τοῦ Παύλου τὴν διάστροφον ἑτεροδοξίαν· ἐλέγχους τε καὶ ἐρωτήσεις, ἃς πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινήκασι· καὶ ἔτι τὸν πάντα βίον τε καὶ τρόπον τοῦ ἀνδρὸς διηγούμενοι· ἐξ ὧν μνήμης ἕνεκεν καλῶς

καλῶς ἂν ἔχοι ταύτας αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος διελθεῖν τὰς φωνάς· ἐπιστολή· Διονυσίῳ καὶ Μαξίμῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις· καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, Ἕλενος καὶ Ὑμέναιος καὶ Θεόφιλος, καὶ Θεότεκνος, καὶ Μάξιμος, Πρόκλος, Νικόμας καὶ Αἰλιανὸς, Παῦλος καὶ Πρωτογένης καὶ Ἱέραξ καὶ Εὐτύχιος καὶ Θεόδωρος καὶ Μαλχίων καὶ Λούκιος· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι· καὶ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν· τούτοις μετὰ βραχέα, ἐπιλέγουσι ταῦτα· ἐπεστέλλομεν δὲ ἅμα καὶ παρεκαλοῦμεν πολλοὺς καὶ τῶν μακρὰν ἐπισκόπων, ἐπὶ τὴν θεραπείαν τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας· ὥσπερ καὶ Διονύσιον τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας· καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, τοὺς μακαρίτας· ὧν ὁ μὲν ἐπέστειλεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης οὐδὲ προσρήσεως ἀξιώσας· οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ πάσῃ· ἧς καὶ τὸ ἀντίγραφον ὑπετάξαμεν· ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς καὶ δὶς ἀφικόμενος, κατέγνω μὲν τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου καινοτομουμένων, ὡς ἴσμεν καὶ μαρτυροῦμεν οἱ παραγενόμενοι, καὶ ἄλλοι πολλοὶ συνίσασιν· ἐπαγγειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι, πιστεύσας καὶ ἐλπίσας ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας τὸ πρᾶγμα εἰς δέον καταστήσεσθαι, ἀνεβάλετο παρακρουσθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ κύριον ἀρνουμένου· καὶ τὴν πίστιν ἣν καὶ αὐτὸς πρότερον εἶχε μὴ φυλάξαντος· ἔμελλε δὲ καὶ νῦν ὁ Φιρμιλιανὸς εἰς τὴν Ἀντιόχειαν διαβήσεσθαι· καὶ μέχρι γε Ταρσῶν ἧκεν, ἅτε τῆς ἀρνησιθέου αὐτοῦ κακίας πεῖραν εἰληφώς· ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ συνεληλυθότων ἡμῶν καὶ καλούντων καὶ ἀναμενόντων ἄχρις ἂν ἔλθῃ, τέλος ἔσχε τοῦ βίου· μεθ᾽ ἕτερα δ᾽ αὖθις τὸν βίον τοῦ αὐτοῦ οἵας ἐτύγχανεν ἀγωγῆς, διαγράφουσιν ἐν τούτοις· ὅπου δὲ ἀποστὰς τοῦ κανόνος ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν· οὐδὲ ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχὸς· καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν εὐπορίαν· μήτε ἐκ τέχνης ἤ τινος ἐπιτηδεύματος κτησάμενος, νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν, ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν, καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τοὺς ἀδελφοὺς, καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ· ψευδόμενος δὲ καὶ τούτους, καὶ μάτην καρπούμενος τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῶν ἐνοχλούντων· πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν· οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος· καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι· καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς· καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ καὶ δορυφορούμενος, τῶν μὲν προπορευομένων, τῶν δὲ ἐφεπομένων πολλῶν τὸν ἀριθμόν· ὡς καὶ τὴν πίστιν φθονεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας· οὔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνόδοις τερατείαν, ἣν μηχανᾶται δοξοκοπῶν καὶ φαντασιοκοπῶν· καὶ τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιούτοις ἐκπλήττων· βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητὴς, σήκρητον δὲ, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων· παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν, καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσὶ,

A ad perpetuam posterorum memoriam non incommodum fuerit hic referre. Dionysio & Maximo, & omnibus per universum orbem cōministris nostris; episcopis, presbyteris & diaconis; & universæ ecclesiæ catholicæ quæ sub cælo est, Helenus & Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus, Paulus, Bolanus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus & Malchion & Lucius; & reliqui omnes qui nobiscum sunt vicinarum urbiū & provinciarum episcopi, presbyteri ac diaconi; & ecclesiæ Dei, carissimis fratribus in domino salutem. Paucis deinde interjectis hæc subjungunt. Scripsimus etiam ad complures episcopos longius dissitos: eosque hortati sumus ut ad exitialis doctrinæ morbum curandū accederent.

B Nam & ad Dionysium Alexandrinū, & ad Firmilianum Cappadociæ antistitē, beatæ recordationis viros, literas dedimus. Quorū ille scripsit quidem Antiochiā: sed erroris ducem ne salutatione quidē dignatus est, neque ad eum nominatim, verum ad universam Antiochensium ecclesiam literas suas direxit, quarum etiam exemplum hic subjecimus. Firmilianus vero cum bis Antiochiā venisset, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut testamur nos qui adfuimus, & alii plures perinde ac nos optime norunt. Sed cum ille mutaturum se sententiam promisisset; credens ei Firmilianus, speransque sine ullo religionis nostræ probro atque dispēdio rem optime posse constitui, distulit senten-
C tiam suam: deceptus scilicet ab homine qui Deū ac dominum suum negabat, & qui fidem quam antea profitebatur violaverat. Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus: & jam Tarsum usque pervenerat. Quippe improbitatē hominis Deum negantis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam convenissemus; interea loci dum illum accersimus, dum ejus adventum expectamus, abiit e vita. Deinde paulo post, cujusmodi fuerit hominis vita, exponunt his verbis. Sed quoniam a fidei regula recedens, ad spuriam & adulterinam doctrinam se transtulit: hominis ab ecclesia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod cum antea pauper ac mendicus esset, nec ullas omnino facultates aut
D a parentibus relictas accepisset, aut artis ullius exercitio sibi comparasset, nunc ad incredibilem opulentiam pervenit, per scelera ac sacrilegia, fratrumque concussiones: dum injuria affectos decipit, promittens quidē sese illis accepta mercede opem laturū: fallens autem ipsos, & ex facilitate litigantium qui ut negotio liberentur quidvis dare parati sunt, lucrū inaniter captans; & pietatem quæstum esse existimans. Neque quod fastu & arrogantia supra modū elatus sæculares gerit dignitates, & ducenarius vocari quam episcopus mavult: per forū magnifice in-
E cedens; epistolas legens ac dictās inter ambulādum palam ac publice; stipatusque maxima hominum multitudine partim preeuntium, partim subsequentiū: adeo ut ex illius fastu & arrogantia incredibilis invidia odiumq; multorum adversus fidem nostram conflatū sit. Neque item attinet examinare ambitiosam hominis vanitatem in ecclesiasticis conventibus, quā omni studio consectatur; nihil aliud quam inanem gloriā captans, & pompam affectans, atque hujusmodi artibus animos imperitorū perterrefaciens. Nā & tribunal & sublimē thronū, non ut Christi discipulus sibi ipse construxit: & secretū perinde ac sæculares magistratus ita appellatū habuit. Ad hæc femur manu percutere, & tribunal pedibus pulsare solitus.

Eos vero qui non laudarent, nec ut in theatris fieri solet oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius, viris ac mulierculis indecore auscultantibus exclamarent atque exsilirent; sed cum gravitate ac modestia sicut in domo Dei decet audirent, increpabat & contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis nostræ doctores jam vita functos petulanter in concione lacerabat: de se autem ipse magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam & impostor. Quinetiam psalmos in honorem domini Iesu Christi cani solitos, quasi novellos & a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno paschæ die in media ecclesia psalmos quosdã canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit. Episcopos quoque vicinorum pagorum & civitatũ, necnon & presbyteros assentatores suos submisit, qui in suis ad populum concionibus eadem de ipso prædicarent. Etenim filium Dei e cælo descendisse, nobiscum confiteri renuit, ut aliquid obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id simplici assertione nostra, sed ex ipsis quæ ad vos misimus gestis non semel declaratur: maxime vero ubi dicit Iesum Christum e terra ortum fuisse. At vero illi qui in ejus honorem psalmos canunt, & coram populo eum deprædicant: ipsum quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt e cælo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet; sed interest ipse cum dicuntur. Quid hic referre attinet subintroductas ut Antiocheni vocant mulieres, tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est & quorum ipsos reos esse convicit, nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat: utque dum sibi ipsis metuunt, ipsum ob ea quæ impie agit ac loquitur accusare non audeant. Ad hæc divitiis eos locupletavit. Cujus rei causa ab iis qui talia concupiscunt amatur atque suspicitur. Quid inquam attinet hæc scribere? Scimus utique fratres dilectissimi, episcopum & universum clerum, bonorum operum exemplum multitudini præbere debere. Neque illud ignoramus, quot ex ejusmodi mulierum contubernio partim in præceps lapsi sint, partim in suspicionem venerint. Itaque etiamsi quis concesserit nihil ab eo turpe committi, suspicionem tamen quæ inde solet, vitari oportebat; ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem sui provocaret. Quo enim modo increpabit alium & admonebit ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat, ne forte corruat sicut scriptum est: is qui unam quidem jam dimisit, duas vero ætate florentes & forma cõspicuas secum habet, & quocumque proficiscitur circumducit; idque deliciis diffluens & epulis sese ingurgitans. His de causis omnes quidem apud se privatim ingemiscunt atque suspirant: sed potentiam ejus ac tyrannidem adeo reformidant, ut accusare illum non audeant. Verum de his sicut antea diximus, examinaverit fortasse aliquis & in judicium vocaverit hominem catholicæ professionis, nobisque fidei ac ministerii societate conjunctum. Ab hoc vero qui prodito atque ejurato religionis nostræ mysterio ad exsecrandam transgressus hæresim Artemæ (quidni enim parentem illius vobis tandem indicemus?) in ea se plurimum jactavit: ab hoc, inquam, rationem eorum omnium exigendam esse non existimamus. In fine autem epistolæ hæc adjiciunt. Hunc igitur Deo

A καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις, ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις. τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων· καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου παροινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου, φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ, καὶ μεγαλορρημονῶν περὶ ἑαυτοῦ, καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης· ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ, ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν· οἷα καὶ τοὺς θωπεύοντας αὐτὸν ἐπισκόπους B τῶν ὁμόρων ἀγρῶν τε καὶ πόλεων, καὶ πρεσβυτέρους, ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησι διαλέγεσθαι. τὸν μὲν γὰρ υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ βούλεται συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἵνα τι προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν ὑπομνημάτων δείκνυται πολλαχόθεν· οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν· οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ, ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσι· καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος· τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ C τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, συνειδὼς καὶ ἐλέγξας ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ· ἀλλὰ καὶ πλουσίους ἀπέφηνεν· ἐφ' ᾧ πρὸς τῶν τὰ τοιαῦτα ζηλούντων φιλεῖται καὶ θαυμάζεται· τί ἂν ταῦτα γράφοιμεν; ἐπιστάμεθα δὲ ἀγαπητοὶ ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων· καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον· οἱ δ' ὑπωπτεύθησαν· ὥστ' εἰ καὶ δοίη τις αὐτῷ D τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην, ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψηται· πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον, μὴ συγκαταβαίνειν ἐπιπλέον εἰς ταὐτὸν γυναικὶ μὴ ὀλισθῇ φυλαττόμενον ὡς γέγραπται· ὅς τις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ· κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει· καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ ὑπερεμπιπλάμενος· ὧν ἕνεκα στενάζουσι μὲν καὶ ὀδύρονται πάντες καθ' ἑαυτούς. οὕτω δὲ τὴν τυραννίδα καὶ δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηνται, ὥστε κατηγορεῖν μὴ τολμᾶν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς προειρήκαμεν, εὐθύνειεν ἄν τις τὸν ἄνδρα· τὸ γοῦν E φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα, καὶ συγκαταριθμούμενον ἡμῖν· τὸν δὲ ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον καὶ ἐμπομπεύοντα τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾶ (τί γὰρ οὐ χρὴ μόλις τὸν πατέρα αὐτοῦ δηλῶσαι) οὐδὲν δεῖν ἡγούμεθα τούτων τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτεῖν· εἶτ' ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς, ταῦτ' ἐπιλέγουσιν· ἠναγκάσθημεν οὖν

ἀντιτασσόμενον

ἀντιτασσόμενον αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ μὴ εἴκοντα ἐκκηρύξαντες, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καταστῆσαι ἐπίσκοπον Θεοῦ προνοίᾳ ὡς πεπείσμεθα, τὸν τοῦ μακαρίου Δημητριανοῦ καὶ ἐπιφανῶς προστάντος πρὸ τούτου τῆς αὐτῆς παροικίας υἱὸν Δόμνον ἅπασι τοῖς πρέπουσιν ἐπισκόπῳ καλοῖς κεκοσμημένον· ἐδηλώσαμέν τε ὑμῖν, ὅπως τούτῳ γράφητε, καὶ τὰ παρὰ τούτου κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα· τῷ δὲ Ἀρτεμᾷ οὗτος ἐπιστελλέτω· καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες, τούτῳ κοινωνείτωσαν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνταυθοῖ κείσθω· τοῦ δ' ἤτοι Παύλου σὺν καὶ τῇ τῆς πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπεπτωκότος, Δόμνος, ὡς εἴρηται, τὴν λειτουργίαν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας διεδέξατο· ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος· βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς, αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφε· τούτοις νεῖμαι προστάττων τὸν οἶκον, οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν· οὕτω δῆτα ὁ προδηλωθεὶς ἀνὴρ μετὰ τῆς ἐσχάτης αἰσχύνης, ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἀρχῆς ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας.

A bellum indicentem, nec cedere volentem, cum a communione nostra abdicassemus, necesse habuimus alium ejus loco ecclesiæ catholicæ episcopum ordinare, non absque divina ut credimus providentia: Demetriani scilicet beatæ memoriæ episcopi, qui ante hunc magna cum laude eandem rexit ecclesiam, filium Domnum, virum omnibus quæ episcopum decent dotibus exornatum. Quodquidem idcirco vobis significavimus, ut ad eum scribatis, & ab eo communicatorias literas accipiatis. Hic vero ad Artemam scribat, si lubet; & qui Artemam sectantur, cum eo communicent. Et hæc quidem a nobis hic relata sint. Igitur cum Paulus a recta fide simul & episcopatu excidisset, Domnus ut dictũ B est administrationem Antiochensis ecclesiæ suscepit. Sed cum Paulus e domo ecclesiæ nullatenus excedere vellet; interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici Christianæ religionis antistites & Romanus episcopus scriberent. Hoc modo vir supra memoratus cum summo dedecore per sæcularem potestatem ab ecclesia exturbatus est.

*** EADEM SYNODUS ANTIOCHENA HELENI.

Sic dicta in libello synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα, ἧς ἔξαρχος ἦν Ἑλενὸς, ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, Θεόδωρος, ὁ Μοψουεστίας, ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος, Καισαρίας Πόντου, Ἀνατόλιος Λαοδικείας, ὁ ἱερόσοφος, οὗ τινος οἱ περὶ τοῦ πάσχα κανόνες ἐκφέρονται, καὶ Μαλχίων, Ἀντιοχείας ὁ ἱερώτατος· καθελοῦσα καὶ ἀποκηρύξασα Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, μηδὲν ἧττον Ἄννα καὶ Καϊάφα ἐπὶ Χριστὸν πρεσβεύοντα.

SYNODUS divina & sacra provincialis, Antiochiæ collecta: (cujus præses erat Helenus, Tarsi episcopus: Theodorus, Mopsuestiæ: miraculorum effector Gregorius, Cæsareæ Ponti: Anatolius Laodiceæ, hierosophus, cujus de paschate canones circumferuntur: & Malchion Antiochiæ, sanctissimus) quæ deposuit & abdicavit Paulum Samosatenum, qui nihil aliud, quam Annas & Caiaphas, de Christo docuit.

*** EADEM SYNODUS ANTIOCHENA,

Ex annalibus Eutychii patriarchæ Alexandrini pag. 396. editionis Oxoniensis Arabico-Latinæ.

ANno imperii Claudii Cæsaris primo constitutus est Paulus patriarcha Antiochenus, qui cum annos octo sedisset mortuus est. Cognominatus est autem Paulus Samaisetanus quod ex incolis Somaiset esset, fuitque idem auctor hæreseos Paulicianorum. Qui eandem cum ipso fidem professi sunt, eandemque sententiam amplexi a nomine ipsius Paulo Pauliciani. Sẽtẽtia autem Pauli Somaisetani hæc erat, dominum Christum hominem fuisse a deitate creatum ejusdem cum nostrum aliquo substantiæ, & principium Filii a Maria fuisse, ipsumque electum fuisse ut esset salvator substantiæ humanæ, cooperante ipsum gratia divina & in ipso habitante per amorem & volũtatem, ideoque vocatum esse Filium Dei. Dixit etiam Deum unam esse substãtiam, unamque personam, neque in Verbum credebat, neque in Spiritum sanctum. Post mortem igitur ipsius congregati sunt episcopi tredecim in urbe Antiochena, qui in ipsius factum & sententiam inquisiverunt, & cum ipsum & quotquot sententiam ejus amplecterentur anathemate devovissent, reversi sunt. Mortuo Claudio Cæsare Romanorum imperatore, post ipsum Romanis Romæ imperavit Aurelius Cæsar annos quinque, idque anno regni Hormosi filii Narsæ regis Persarum quarto. Anno imperii Aurelii Cæsaris primo constitutus est Dionysius patriarcha Romanus qui octo annos sedit, &c.

Tam crassi porro tamque frequentes in rebus præsertim chronologicis errores Eutychianorum annalium, hoc apud eruditos lectores hactenus effecerunt, ut vix unius æstimentur assis, cum ab Eusebio, Socrate, Sozomeno, Evagrio, alisque probatis Græcis Latinisque scriptoribus dissentiunt. Iidem paulo ante pag. 332. referunt synodum incerti loci ab Heracla coactam, cujus nemo alius, quod meminerim, fecit hactenus mentionem. Mortuo, *inquit Eutychius*, Demetrio suffectus est Heraclas patriarcha Alexandrinus, qui episcopos constituit viginti. Ex his unus erat Ammonius dictus, religionis desertor. De quo simul ac ad Heraclam delata est fama, congregavit is synodum episcoporum, & in urbem Ammonii perrexit, ubi re satis cognita & perspecta eum ad veritatem reduxit. *Hæc ille.*

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA FELICIS PAPÆ I.

Anno Christi 272. "270.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] FELIX natione Romanus, ex patre Constantio, [b] sedit annos 4. menses 3. dies 15. [c] Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Claudii & Aureliani, a[d] consulatu Claudii & Paterni, usque ad consulatum Aureliani & Capitolini. [e] Hic constituit, supra sepulcra aut memorias martyrum missas celebrari. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, episcopos per diversa loca quinque. Sepultus est in cœmeterio suo, ubi & basilicã fecit via Aurelia, milliario ab urbe Roma secundo, III. Kalend. Iunias. Et [f] cessavit episcopatus dies quinque.

[f] undecim

NOTÆ SEVERINI BINII.

A

a *Felix.*] Vltimo die anni ″ 272. Felix Dionysio substituitur, cum Aurelianus imperator annum imperii tertium ageret, & octavam vel nonam, secundum Augustinum, persecutionem Christianorum instaurasset. In qua, teste Eusebio libro 7. cap. 24. hoc memorabile accidit, quod cum edicto in Christianos promulgando imperator subscriberet, repente brachium suum obriguisse, & divina ultione debilitatum esse senserit. Quod autem ait Eusebius eum a persecutione hac Dei vindicta deterritum fuisse, ideoque a persecutione destitisse, ipse in chronico negat, dicens, illum fideles persecutum fuisse, & ob eam causam cælesti vindicta sublatum esse. Et recte: nã ex probatissimis actis sancti Symphoriani martyris, & ex martyrologio Romano constat, non modo Symphorianum, verum plures alios sub Aureliano martyrium subiisse. Baron. anno 272. in fine, & anno sequenti.

″ 270. Felix quando pontificatum adeptus. Aurelianus an Christianos persecutus fuerit.

b *Sedit annos 4. menses 3. dies 13.*] Annis duobus ″, & mensibus 5. minus uno die Felicem sedisse, cœpti, & per martyrium cessi pontificatus tempora indicant.

Tempus sedis. ″ quatuor.

c *Martyrio coronatur.*] Tertio Kalendas Iulias anno 275. Felicem martyrii coronam adeptum fuisse, præter auctoritatem libri pontificalis, indicat epistola ejusdem, quam scripsit ad Maximum Alexandrinum episcopum Dionysii successorem, cujus fragmentum in concilii Calchedonensis actis extat, qua nomen illius ab ipsis titulo martyrii conscriptum est. Tertio Kalendas Iulias occisum esse, indicat martyrologium, anno 275. martyrem factum esse, fasti consulares hic positi, & nomen Aureliani in tabulis ecclesiasticis signatum, testantur: consulatus enim Aureliani Augusti secundus, & Iulii Capitolini primus, anno prædicto 275. notatur. Errant ″ igitur, qui sedi Felicis quatuor vel quinque annos tribuunt. Baron. anno 275. num. 1.

B

Felix quo tẽpore martyr factus sit. ″ Immo.

d *Consulatu Claudii & Paterni.*] Iam supra in notis ad vitam Dionysii ostendimus, hac in re auctorem libri pontificalis aberrasse, propterea quod biennio post horum consulatum Dionysius adhuc supervixerit, ut supradicto loco ostendimus.

aberrasse Bar. ostendemus in notis. Error libri põtificalis.

C

e *Hic constituit*] Hoc decretum non recens a Felice papa nunc primum est institutum. Nam longe ante Felicis tempora ejusmodi institutionem ecclesia sibi vendicat, & quidem convenientissime secundum scripturam sacram, Apocal. cap 7. ubi sepulcra martyrum appellantur altaria Dei: ideo quod, ut interpretantur omnes Græci & Latini, super illis sacrificia offerri consueverunt. Hoc antiquissimæ liturgiæ Iacobi & Clementis, in quibus sanctorum apostolorum & martyrum quorumdam nomina recensentur, evidentissime confirmant: maxime autem & firmissime id probatur testimonio Cypriani libro 3. epist. 6. ubi petit annotari, & ad se scribi diem mortis singulorum martyrum, ut possit nominatim in die anniversario passionis eorum pro eis sacrificium offerre. Itaque cum prædicti patres ecclesiæ longe ante tempora Felicis glorioso martyrio coronari discesserint, dubium nullum esse potest, hanc consuetudinem offerendi sacrificium Deo, in quo sanctorum apostolorum ac martyrum gloriosa commemoratio fit, non recens hoc tempore a Felice institutam esse; sed saltem illam hac de re traditionem apostolicam, quæ animis fidelium dumtaxat hactenus inscripta fuerat: nunc publico edicto confirmatam, & ubique locorum promulgatam esse. Et merito; sancti enim sunt membra mystici corporis, cujus nomine sacrificium veri corporis Christi offertur, & offerri debet; ac proinde sicut in eo viventes pontifices, reges, & multi alii nominantur, ita etiam in eodem mortui nominari debent, sive sint in cælo, sive in purgatorio; omnes enim ad idem corpus pertinent. Accedit quod, ut Augustinus lib. 10. civitatis cap. 6. & lib. 22 cap. 10. scribit, in sacrificio altaris significetur generale sacrificium, quo universum Christi corpus mysticum, quod est tota per Christum redempta civitas, Deo offertur per Christum sacerdotem magnum, ad cujus compagem cum pertineant etiam sancti, qui in cælo sunt fit, ut illi merito suo ordine in sacrificio altaris nominari pebeant. Vide Bellarm. de Missa lib. 2. cap. 8.

Commemoratio sanctorum in Missa quo auctore fiat. D Cur sanctorum cõmemoratio in Missa fieri debeat?

E

f *Cessavit episcopatus.*] Hæc si vera sunt, quod creditu facilius est, falsum est ipsum Eutychianum sub consulatu tertio Aureliani, qui incidit in annum Christi 276. ut scribit liber pontificalis in ejus vita, sedere cœpisse, adeoque sedem pontificiam ultra annum vacasse. Baron. prædicto anno 275. num. 9.

Quamdiu sedes vacaverit.

″ EPISTOLA I.

FELICIS PAPÆ I.

AD PATERNUM EPISCOPUM.

Suppositiæ doctis habentur.

*** De judiciis & accusationibus & defensionibus sacrorum ordinum.

I. *Quod detractores & fautores inimicorum ab accusatione episcopali submoveantur.*

II. *Ne minores a majoribus accusationibus impetantur.*

III. *In re dubia non judicetur certa sententia de his qui adversus clericum causam aliquam habebunt in provincia.*

IV. *Clerici actiones suas exerceant.*

V. *Primates in accusatum episcopum quomodo se gerere debeant.*

VI. *Iudices ecclesiæ ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant, & ne proditoris calumnia aut vox audiatur.*

Carissimo atque dilectissimo Paterno coepiscopo, Felix episcopus in domino salutem.

GAUDERE me plurimum ″, & exultare in domino, dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum hæreticum detestaris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Quoscumque ′ enim rapit ad se, non solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit: & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores ecclesiæ, sed etiam sacerdotum ejus, fiunt. Vna igitur mente corrigere curemus & insequamur tales, & ab hoste suo ecclesiam, ejusque fideles & sacerdotes domini, nitamur liberare. ″ Præstabit vires omnipotens redemptor noster caritati atque justitiæ: præstabit nobis, longe a se positis, unitatem spiritus sui ipse, cujus artificio, quasi in arcæ modum, quatuor mundi constructa lateribus, atque imputribilium lignorum compage, & bitumine caritatis adstricta est ecclesia, ut nullius adversitate spiritus, nullius venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur. Sed quemadmodum illius gubernante gratia, petendum est, ut nulla nos superveniens exterius unda conturbet, ita ex totis orandum est visceribus, frater carissime, ut suæ providentiæ dextera cumulum sentinæ nobis interioris exhauriat. *Adversarius* quippe *diabolus*, qui contra humiles sæviens, *sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret*, non jam, ut cernimus, caulas ′ circuivit, sed ita valide in quibusdam ecclesiæ necessariis membris dentem figit, ut nulli dubium, quia nisi unanimiter, faciente domino, cunctorum provida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ovile dilaniet.

″ S. Leo 31. ′ quocumque enim serpit. ″ S.Greg. ep. 36. li. IV. 1. Petr. 5. ′ circuit.

I.

Quapropter detractores, qui divina auctoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione.

3. q. 4. Detractores quoque qui.

II.

Similiter ne summorum quispiam, ″ minorum accusationibus impetatur, aut dispereat.

2. q. 7. ″ majorũ quispiam.

III.

Neque in re ″ dubia certa judicetur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur.

″ Hadr. c. 19. ″ Greg. lib. VIII.

IV.

Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua ″ consistit ille qui pulsatur, suas ′ exerceat actiones, nec æstimet eum accusator alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero, qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare primates.

3. q. 6. Si quis clericum. ″ Hadr. 8. ′ exerceat

V.

Primates quoque accusatum discutientes episcopum,

ſcopum, non ante ſententiam proferant damnationis, quam apoſtolica freti auctoritate, aut reum ſe ipſe confiteatur", aut per innocentes & canonice examinatos regulariter teſtes convincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus & injuſtam epiſcoporum damnationem, & idcirco a ſynodo retractandam, ita ut oppreſſis ab omnibus, in cunctis ſubveniatur cauſis.

VI.

Caveant "judices eccleſiæ, ne abſente eo cujus cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, qui etiam rationem pro actione fratrum in præſentia dabunt. Proditoris vero "nec * calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius poteſt cognoſcere, quam ille qui injuriam ejuſque ſuſtinuit" nequitiam. Omnes ergo qui in Chriſto volunt pie vivere, neceſſe eſt ut ab impiis & diſſimilibus patiantur opprobria," & deſpiciantur tamquam ſtulti & inſani, qui præſentia bona perdunt, ut inviſibilia & futura acquirant. Deſpectio tamen & irriſio talium in ipſos retorquebitur qui ipſos infeſtant: quia & abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſibit in confuſionem. Et quidquid juſtis adverſitatum vel malorum irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen. Et ſicut aurum, quanto plus excoquitur, tanto melius efficitur: ſic juſtus, quanto plus tribulatur (ſi ipſam tribulationem patienter portaverit) multo purior & carior Deo redditur. Vnde ipſa per ſe veritas dicit: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* De talibus dominus per Iſaiam loquitur, dicens: *Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum ejus. Dixerunt fratres veſtri, odientes vos & abjicientes propter nomen meum: Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia veſtra, ipſi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis ſuis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit maſculum. Quis audivit unquam tale? & quis vidit huic ſimile? Numquid parturiet terra in die una? aut * parturietur gens ſimul, quia parturivit & peperit Sion filios ſuos? Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit dominus? Si ego, qui generationem ceteris tribuo, ſterilis ero, ait dominus Deus tuus? Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea univerſi gaudio, qui lugetis ſuper eam, ut ſugatis, & repleamini ab ubere conſolationis ejus, ut mulgeatis: & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus: quia hæc dicit dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluvium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium quam ſugetis. Ad ubera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum; & oſſa veſtra ſicut herba germinabunt. Et cognoſcetur manus domini ſervis ejus, & indignabitur inimicis ſuis. Quia ecce dominus in igne veniet, & quaſi turbo ' quadriga ejus, reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flammaignis. Quia in igne dominus * dijudicat, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a domino. Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putabant in hortis poſt januam intrinſecus, qui comedebant carnem ſuillam, & abominationem, & murem: ſimul conſumentur, dicit dominus. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & vide-* A *bunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum. Et mittam ex eis qui ſalvati fuerint, ad gentes, in mari, in Africa, in * Lydia tendentes ſagittam in Italiam, & Græciam, ad inſulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum domino, in equis, in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalem, dicit dominus: quomodo ſi inferant filii Iſrael munus in vaſe mundo in domo domini. Et aſſumam ex eis in ſacerdotes & in Levitas, dicit dominus: Quia ſicut cæli novi, & terra nova, quæ ego facio ſtare coram me, dicit dominus,* B *ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum. Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, & veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni.* Quid aliud detrahentes faciunt", niſi in pulverem flant, atque in oculos ſuos terram excitant? Et unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis vident? Tales tamen, frater cariſſime, portandi ſunt & corrigendi, quia *cæci ſunt & duces cæcorum.* His, cariſſime, reſpondi breviter conſultis tuis, quæ te & omnes epiſcopos regulariter tenere mandamus. Tuam tamen, frater, C monemus prudentiam, ut pro ſtatu eccleſiæ & ſacerdotum ejus, pro viribus elaborare ſtudeas, & ordinem ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ per omnia teneas, & violari ſanctorum decreta non permittas, ſed omnes quoſcumque potueris, inſtruas, ut fructuoſos manipulos domino repræſentes. Vale. Data * Nonis Iunii, Claudio & * Aureliano viris clariſſimis conſulibus."

* Libyæ

" S. Greg. ep. 45. lib. VIII.

Matth. 15.

* nono Kalend.

* Mariniano

" Falſa Coſ. nota quamcumque te vertas in partem.

EPISTOLA II.

FELICIS PAPÆ I.

De auctoritate judicis ſedis apoſtolicæ, & de epiſcopis accuſatis. '

' & de memoriis martyrum.

D *Felix epiſcopus univerſis epiſcopis per Galliæ provincias conſtitutis, in domino ſalutem.*

BONORUM operum & ſpiritualium "ſtudiorum Deum auctorem eſſe, non dubium eſt, qui eorum incitat mentes, & adjuvat actiones. Vnde lætari me fecerunt ſcripta veſtra, ex bono ſtudio, & ex integritate fidei devotionis veſtræ: ſed ex afflictione & contritione veſtra magna ex parte triſtavere. Triſtis enim triſtes "legi literas veſtras, & ſcripta mœſta mœrore debito percurri: quia ſicut nos eccleſiarum pax, ſacerdotumque ejus concordia & tranquillitas plebis, * audire ' facit gaudium, ita nos affligit & dejicit fraterna afflictio. Vos tamen nolite "multum triſtari, E quia ſicut ipſa per ſe veritas ait: *Si de hoc mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: ſed quia de hoc mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*, id eſt, mundi amatores. Quidquid tamen hi loquantur, aut adverſum vos agant, vos tamen ſemper integram ſervate fidem, & puram habetote conſcientiam, *ut integer ſpiritus & anima ſervetur in die domini.* Nos vero ad ſupplementum veſtrum fratres & coepiſcopos noſtros vocavimus amplius quam ſeptuaginta, cum quibus hæc, quæ ſubter habentur inſerta, regulariter tractanda decrevimus.

Veſtris

" S. Leo ep. 32.

" Petri Chryſologi ep. ad Eutychem.

* adire

' gaudere facit gaudio cæleſti.

" S. Greg. ep. 45. lib. VIII.

Ioan. 15.

1. Theſ. 5.

Vestris enim epistolis in omnium audientia perlectis, quæ multas (ut nostis) querimonias & oppressiones in se continebant vestras, decretisque, quæ sunt de accusationibus episcoporũ, sancta synodus "dixit: Hæc sunt, quæ deinceps propter malorũ hominum insidias, qui in ecclesiam & in ecclesiasticos sæviunt viros indifferenter, & cõservare firmissime volumus in sæcula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tũc ad summos primates causa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco intra ipsam provinciã, tempore congruo, "id est, autumnali vel æstivo, cõcilium regulariter cõvocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdẽ provinciæ episcopis inibi audiatur. Quo & ipse regulariter convocatus; " si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas nõ detinuerit, adesse debebit: quia ultra provinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quã audientia rogetur. Nam si suis fuerit, aut ecclesiæ sibi cõmissæ rebus expoliatus, aut (quod absit, quod alienũ ab omnibus esse debet fidelibus) a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus: tunc canonice, antequam in pristino statu restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, 'quæ insidiis inimicorum suorũ ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur: nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minime tamen judicãdus) advenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam respondere *rogetur, antequam integerrime "omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisq; libere atque secure diu suis, tunc regulariter infra quatuor vel quinque; aut * septem menses, juxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante, convocatus ad tẽpus, concilio in legitimo & canonico, veniat ad causam: & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hæc omnia fiant, coactus respondeat, quia cõtentio semper vitanda est. " Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest, quia talis præsumptio sacrilegium est, & auctor talium, sacrilegus. Quod si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec " a communione suspendatur, cui crimen intẽditur; nisi ad causam suã dicendam electorum judicum die statuta literis evocatus, minime occurrerit: hoc est, nisi eum aliqua præoccupaverit necessitas infra spatium prædictorum mensium, & eo amplius, prout causa dictaverit. Quod si ex utraque parte ad causam dicẽdã venerint; quia unus absque altero audiri nõ debet, quærendum est in judicio, cujus sint conversationis & fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intẽtione hoc faciant: quia ad hoc admitti nõ debent, nisi bonæ conversationis & rectæ fidei viri, hi videlicet qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existãt. Quod si accusatorum personæ in judicio episcoporũ culpabiles apparuerint", ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales) vel ecclesiasticas voluerint. Infamis enim persona, nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero adversario, non audiatur accusator: nec sententia, absente parte alia, a judice dicta, ullam obtinebit "firmitatem: neque absens per alium accusari, aut accusare potest, nec affinis estis admittatur. Nemi-

° Syn. Romana dicitur Hadr. coll. c. 5. Sed quæ, quove tempore, nondũ patet. Ex hac enim epistola, quæ spuria est, nihil colligi potest.
" apud Had. legitur: tẽpore a canonibus præfixo Nicænis. inde arguitur fraus interpolatoris.
" Cod. Th. lib. IX. tit. I. const. 10.
3. q. 2 Si episcopus suis fuerit.
* cogatur, ' ita & MS.
" Concil. Rom. III. sub Symmacho.
* sex, aut
* Conc. Afr. c. 87.
5. q. 3. Si ægrotans.
" Concil. Carth. III. can. 7.
3. q. 10. Si accusatorũ personæ.
" Idem conc. Cart.
3. q. 7. Infamis persona.
3. q. 9. Absente adversario.
" Vide A-

A nem ergo " exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut actor semper rei forum sequatur. Si quis autem judicẽ adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quã nulli oportet "negari. Peregrina vero judicia generali sanctione prohibemus: quia indignũ est, ut ab externis judicetur, qui cõprovinciales " & a se electos debet habere judices. Hæc fratres, ad vestrã & omniũ coepiscoporum opem & defensionẽ in synodo unanimiter sunt decreta, ut si forte aliqui "stultorum vos accusare, qui diabolicæ deceptionis errore decepti sunt, voluerint, dũ ista legerint vel audierint, resipiscant, & ad unitatis concordiam revertantur: & quod prius erat in ultionem, transibit B in gloriam. Nam procul dubio multi sunt, qui (secundum apostoli vocem) *prurientes auribus, a veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur*, & ad nocumenta '' honorum transeunt. " Ait autem idem apostolus de infidelium ignorantia: *Si cognovissent, nunquam dominũ gloriæ crucifixissent.* Similiter si hi dominum perfecte agnovissent & amassent, nunquã servos ejus perturbassent nec verbis aut factis persecuti essent. * Quod vero idem apostolus dicit: *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus;* cur insequimur fratres? cur perturbamus statum ecclesiæ Dei? & eos, qui ei servire debent, affligimus? Martyres C enim passi sunt, " non tamen animæ eorum occisæ sunt in corporis passione, ore veritatis attestante: *Nolite timere eos qui occidut corpus, animam autem non possunt occidere.* Ubi agnosci oportet, quod si animæ martyrum, corpore perempto, suppliciis extingui non possunt, nec animæ prædicatorũ & doctorũ persequi debuissent, aut perturbari, & a Dei famulatu averti, quia cũ corporibus non deficiunt. Tales autẽ perturbatores ecclesiæ non solum prædicta agunt mala, sed & memorias "martyrum execrantur. Quapropter in præfata constituimus synodo, vobisq; & omnibus ecclesiis tenendum & agendum mandamus, ut super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoriæ eorum a talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. Vos vero fratres, nolite multum turbari, nolite vexari, sed con- D fortamini in domino, & in potentia claritatis ejus. Habetote interim ista ad suffragium vestrum, apostolica auctoritate decreta: & scitote, nos semper paratos habere etiam (si necesse fuerit) usque ad mortem, ad quæcumque vobis necessaria fuerint (domino opem ferente) perficienda. Illi tamẽ, auctore Deo, peribunt, & vos stabitis, si tamen labor vester non fuerit inanis, sed plenus fide & caritate. *Væ*, inquit propheta, *qui potum dat amico suo, mittens fel suum*: Et iterum sapientissimus Salomon ait: " *Qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus ergo impii interrogatio erit. Sermonum autem illius audi-* E *tio ad dominum perveniet, & ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationũ non abscondetur.* Hæc enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur: sed per Dei timorem sermonum suorum præcavẽtes custodiam, piam sanctorum patrum diffinitionem, sine quadã nocumenti præsumptione, utique conservassent. Quoniam dicit sacrum eloquium: *Consilium bonum conservabit te, & mens bona custodiet te.* Nõ enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionẽ æternæ vitæ procedunt tales accusationes & detractiones, atque ideo competẽter nos beatus Paulus apostolus præmuniẽs ait, *non debere plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*, in definitione

nianı sent. lib. v & 5. " Vid vellãi tiam tertii nianu cod. T const 11. ti 3. q. 9 sens p lium " Huc que c coll. quib subin sertis 3. q. 6 grina cia. " Had 17. ex 10. ti IX. co " Co Hisp 13. 1. Tim ' bon " Ide conc 1. Cor * Qu Rom " Ide conc Matt • Co Cang can. 2 terp. Ephe Abac Sap. " Hæc dem i Felici ad Æ ptios. Prov. Rom.

tione pietatis perdurantes. Qui enim hæc prætereunt, non tantum læsi sunt, decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt domibus memoriam, ut in his, in quibus peccaverunt, minime latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela, & * in loquela linguæ hominis casus illius est. Ideoque conveniens est, hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum nostris actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini, seminantibus eis zizania & scandala, sed lætari in officiis & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant, ac talia & hujusmodi blasphemiam subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, & a totius Christiani populi societate divelli. Licet namque de his plura & pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab apostolis eorumque successoribus, nostris videlicet prædecessoribus, statuta inveniuntur, dicere & conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens & hujus unigenitus filius, & salvator noster Christus hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus & coepiscopis nostris, quibuscumque tribulationibus laborantibus, totis succutratis viribus, & cum eis compatientes, crucem ejusdem domini salvatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, ut & vos, & qui vobiscum sunt, hic & in futuro meliora possideatis, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & cum quo omnipotenti Deo gloria in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos opto, carissimi fratres. Data quinto Idus Augusti, Claudio " & Paterno viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA III.
FELICIS PAPÆ I.
AD BENIGNVM EPISCOPVM.

I. *Errant, qui Filium non videre Patrem contendunt, eo quod Deum nemo vidit unquam.*

II. *Errant affirmantes Filium minorem Patre, quia ille invisibilis, Filius vero visibilis.*

Dilectissimo fratri Benigno episcopo, Felix episcopus in domino salutem.

SVSCIPIENTES " fraternitatis tuæ epistolas, quibus me requisisti super fidei documentis, quæ ab aliis habebantur aliter, quam rectæ fidei contineant sacramenta, prout dominus dedit, pro fraternitatis amore respondere non resultavimus. Semper enim dubia & majora negotia, terminum ab hac sancta sede, a tempore apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt. Et ideo tu recte fecisti, quod hujus sanctæ sedis consultis, te ceterosque firmari & instrui voluisti.

I.

Continebant enim literæ tuæ, fratrumque tuorum, quod quidam dicunt, Filium non posse proprie videre Patrem, quia scriptum est: *Deum enim nemo vidit unquam.* Et alii fingunt: Ideo minor est Patre Filius, quoniam *Pater illi perhibet testimonium.* Quidam autem garriunt, quod ideo Patre minor est, quia *invisibilis ipse dicitur*, Filius vero visibilis comprobatur. Hi enim ignorantes divinarum scripturarum & apostolorum jura, ex proprio aut adulterino sensu talia fabricant, & seducere corda fidelium quærunt." Nos vero ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo Filium Patrem semper videre potuisse vel posse, evidentioribus testimoniis veteris & novi testamenti literis doceamus, Salomone dicente: *Est tecum sapientia, quæ novit opera tua, quæ adfuit tibi, cum faceres orbem terrarum, & ipsa novit quid sit placitum coram oculis tuis.* Et dominus in evangelio: *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et iterum: *Nemo Deum vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse narravit.* Et iterum Iudæis dixit: *Vos non nostis eum, ego autem novi eum. Quod si dixero, quia non novi eum, ero similis vobis, mendax.* Item ibi: *Qui ex Deo est, hic novit eum.* Et iterum: *Ego novi eum, quia ab ipso sum.* Ecce docuimus, quia videt semper Filius Patrem. Quomodo astruunt, eum Patrem non posse videre, in cujus sinu noscitur permanere? Si sereno sensu divinas recenseas scripturas, invenies non solum Patrem Filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilem Trinitatem, ipso domino protestante, qui ait: *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.* Et iterum: *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio unde venio, & quo vado.* Et de Spiritu sancto: *Cum venerit Paracletus spiritus veritatis, ille testimonium perhibebit de me.* Intende, quæso, intende, quoniam in quibus una testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior neque inferior judicatur.

" Vide sis Ithacium adv. Varimadum Arianum capp. 18. 19. 20. eorumq; titulos: atque inde fraudem agnosce.

Sap. 9. — Luc. 10. — Ioan. 1. — Ioan. 8. — Ioan. 8. — Ibidem. — Ioan. 15.

II.

Sæpius ista jam diximus, quia secundum " hominis formam Filius visibilis dicitur; secundum vero deitatis substantiam invisibilis prædicatur, Paulo attestante apostolo: *O altitudo*, inquit, *divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Et in Isaia? *Cui similem æstimatis eum, cum sit ipse invisibilis?* Et item apostolus: *Mihi autem minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus, evangelizare investigabiles divitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispositio sacramenti absconditi a sæculis, in quibus omnia creavit.* Item ipse: *Qui est*, ait, *imago Dei invisibilis.* Et ad Colossenses: *Ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & suppleo quæ desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est ecclesia, cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei in ministerium Christi, quod absconditum fuit a sæculis & a generationibus.* Item ibi: *Vt consolentur corda eorum in caritate, in omnes divitias adimpletionis intellectus, in agnitionem mysterii, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Et in psalmo 76. *In mari est via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.* Et in Salomone: *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigabit?* Item ibi: *Radix sapientiæ cui revelata est? & astutias illius quis agnovit?* Item ibi: *Disciplina sapientiæ cui manifestata est, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?* Item ibi: *Quoniam mirabilia sunt opera domini solius, & gloriosa, & absconsa, & opera illius invisa hominibus.* Ecce sicut Pater invisibilis est, ita etiam & Filius invenitur. Quomodo ergo ab illis, qui hoc dicunt quod mandastis, in eo quod nobis carnaliter se videri dignatus est, Patre inferior judicatur? Talibus nolite credere vos, & alios ab eorum sensu avertere docete. *Vos ergo servite domino in timore, & exultate ei cum tremore.*

" Ithacii cap. 20. quo mentionem fieri vides superiorũ.

Rom. 11. — Isai. 40. — Ephes. 3. — Coloss. 1. — Ibidem. — Coloss. 2. — Eccles. 1. — Ibidem. — Ibidem. — Eccles. 11. — Psalm. 2.

24. q. 1. A recta ergo fide.
* ex ep. Lucii quæ sequuntur. vide supra pag. 725. A.
* Agath. ep. ad Const. Imp. act. IV. conc. VI. Oecumenici.

tremore. Apprehendite disciplinam, ne pereatis de via justa. Hæc vero apostolorum est viva traditio, hæc vera caritas, quæ prædicanda est, ac veraciter diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. " Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum, Christi ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec ab hæreticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis, apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est evangeliis: *Petre, inquiens, ecce satanas expetivit, ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare: quoniam dominus & salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit: quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio, pedisequa cupit existere. Væ enim nobis erit, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius futuro Christi dicturi sumus examine, si sermonum ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto rationem justus judex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor " dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua potestis & debetis, solicitudine vigiletis, ad investigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ; & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis, pro viribus extirpetis: quoniam ut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Nonis Februarii, Claudio " & Paterno viris clarissimis consulibus.

Luc. 22.
1. Cor. 9. Matth. 25.
* S Leo ep. ad v. Manichæos
* 2/9 nondum electo Felice.

a EPISTOLA IV.
FELICIS PAPÆ I.
AD MAXIMVM EPISCOPVM, ET CLERICOS ALEXANDRIÆ.

f CLERVM

De Christi divinitate & humanitate, fragmentum.

Christus verus Dei filius verã

De incarnatione vero Verbi, & fide credimus in dominum nostrum Iesum Christum ex Maria virgine natum, quoniam ipse est æternus Dei Filius: nec enim hominem assumpsit Dei filius, ut esset alter præter ipsum: sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus ex virgine.

humanam naturam assum

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S.I.

" * * Græcum textum exhibemus ex actione I. concilii Ephesini, in qua lecta sunt a Petro presbytero Alexandriæ & primicerio notariorum selecta ex sanctis patribus testimonia de incarnatione D. N. I. C. atque ex capite II. partis III. ejusdem concilii, sive apologetico S. Cyrilli Alexandrini patriarchæ pro duodecim capitibus adversus orientales episcopos.

Περὶ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀΐδιος υἱὸς, καὶ λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ ἀναληφθεὶς, ἵν᾽ ἕτερος ᾖ παρ᾽ ἐκεῖνον. οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἵν᾽ ᾖ ἕτερος παρ᾽ αὐτόν. ἀλλὰ Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα καὶ τέλειος ἄνθρωπος σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola quarta.*] Hujus epistolæ fragmentum extat in concilio Calchedonensi, actione prima, & apud Cyrillum in sua apologia. Doctissimis quibusdam viris auctoribus, a Felice II. scriptam fuisse existimatum est, hac de causa, quod prædictum fragmentum utrobique post epistolam Iulii papæ attexatur. Verum argumentum & titulus epistolæ, eam sententiam firmissime refellunt. Nam si scriptum est, quod titulus indicat, ad Maximum Alexandrinum episcopum, Dionysii successorem, non secundus, sed primus Felix eam scripsisse potuit: eodem enim tempore Felix Dionysii Romani pontificis successor, universæ ecclesiæ præfedit, quo Maximus post Dionysium Alexandrinæ ecclesiæ præfuit. Occasio scribendæ hujus epistolæ hæc est: Cum a Paulo Samosateno catholicæ veritati recens vulnus inflictum esset, & cicatrix de errore Sabellii nondum obducta fuisset, Felix pontifex de Filii Dei divinitate, ac pariter humanitate, naturisque duabus in una persona d[illegible]ctis, ad Maximum Alexandrinum episcopum hanc epistolam scripsit, ut bellum adversus Sabellium & Samosatenum a duobus Dionysiis horum antecessoribus cœptum, utriusque successores ardentibus animis prosequerentur. Proinde hac epistola velut ancipiti gladio utramque hæresin uno ictu confodit; ut dum naturam divinam in Christo humanitati ejusdem indivise conjunctam ostendit, Pauli hæresin condemnet: dum vero humanam in eodem Christo a natura divina distinctam esse, & divinæ substantiæ in tribus personis subsistentiam demonstrat, Sabellium confutet. Quod autem in Calchedonensi concilio, & apud Cyrillum prædictis locis post Iulii epistolam recenseatur, ex eo accidit, quod in his recensendis nullam temporis rationem habuissent. Vincentius autem Lirinensis adversus hæreses cap. 42. probe intelligens tempore Felicis secundi nullum Alexandrinæ ecclesiæ præfuisse episcopum, nomine Maximum, habita ratione temporis, primo loco Felicem, deinde Iulium nominat. Addit idem Vincentius hanc eamdem epistolam Felicis papæ & martyris inter alia patrum testimonia in concilio Ephesino lectam fuisse. Vide Baron. anno Christi 273. num. 11. 12. & 13.

An Fel primus epistol scripse

Argum epistol

Refelli objecti

ANN CHRI " 275.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA EVTHYCHIANI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

a EVTYCHIANVS natione Tuscus, ex patre Marino, de civitate Lunensi, b sedit anno uno, mense uno, die uno. c Fuit temporibus Aureliani, a d consulatu Aureliani III. & Marcellini, usque in diem Iduum Decembris, e Caro secundo

" Redeu jam in cordiã bifcum ronius, nius, fi lesque, pluribu docuim pag. 11. ftræfyr pfeos hi ricæ.

ſecundo & Carino conſulibus. [f] Hic conſtituit fruges fabas & uvas ſuper altario benedici. Hic temporibus ſuis per loca diverſa 342. martyres manibus ſuis ſepelivit. Qui hoc [g] conſtituit, ut quicumque fidelium martyrem ſepeliret, ſine [h] dalmatica aut [i] colobio purpurato nullatenus ſepeliret, dum tamen hujus conſtitutionis ad illum perveniſſet notitia. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, preſbyteros 14. diaconos quinque, epiſcopos * per loca novem. Et martyrio coronatur. Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, [k] VIII. Kalendas Auguſti. Et ceſſavit epiſcopatus dies novem.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Eutychianus.*] Anno Chriſti 275. pridie Nonas Iulii in locum Felicis ſuffectus eſt Eutychianus, anno quinto Aureliani imperatoris. Sub hujus pontificatu Manichæorum hæreſis, auctore Manete ſeu Manichæo Schytiani diſcipulo, & Terebinthi, qui in Perſide mentito nomine ſe Buddam nominavit, condiſcipulo, exorta eſt. Hic ex ſervo philoſophaſter factus, ſtultitias ſuas multis in locis diſputando ſtuduit ſeminare: ſed ſæpe convictus ac fugere compulſus, patrocinante illi Archelao " quodam epiſcopo, tandem in Perſide captus, arundine excoriatus, pœnas ſuorum ſcelerum atque impoſturarum dedit. Docebat (quod blaſphemum eſt) ſe Paracletum eſſe, duo eſſe rerum principia; unum malorum, alterum bonorum: auctorem carnis, malum eſſe: ideoque carnis propagationem, ejuſdem manducationem, ac futuram reſurrectionem deteſtabatur: Chriſtum non modo non incarnatum, ſed etiam neque natum, neque paſſum eſſe: in homine nullum eſſe liberum arbitrium: baptiſmum neque neceſſarium, neque utilem eſſe. Plura portenta ac verius deliria Manichæorum habent Epiphanius hæreſi 66. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 6. Auguſtinus totis voluminibus contra Fauſtum & Manichæos. Baronius anno domini 277. per totum.

[b] *Sedit anno uno, menſe, &c.*] Eutychianum non octo dumtaxat menſibus, quod Euſebius ſcribit in chron. & 7. hiſt. cap. 26. neque etiam uno tantum anno & menſe, quod hic auctor libri pontificalis aſſerit, ſed potius annis octo, quinque menſibus, & quibuſdam diebus pontificatum geſſiſſe, cum antiquis eccleſiaſticis tabulis conſulatus Cari & Carini hic poſitus indicat. In Romano enim martyrologio VI. Idus Decembris Eutychianus ſub Numeriano paſſus ponitur, hoc elogio addito: *Romæ, beati Eutychiani papæ, qui per diverſa loca trecentos quadraginta duos martyres manu ſua ſepelivit: quibus & ipſe ſociatus, ſub Numeriano imperatore martyrio coronatus eſt*, &c.

[c] *Fuit temporibus Aureliani.*] Non tantum Aureliani, verum etiam Taciti, Floriani, Probi, ac demum Numeriani temporibus ſedem pontificiam gubernavit, ut patet ex initio & fine pontificatus.

[d] *Conſulatu Aureliano tertio.*] Mira varietas & inconſtantia auctoris. Si Aureliano tertium conſule pontificatum auſpicatus eſt, ſicut hic dicitur; non quinque tantum diebus, quod ſupra in vita Felicis ſcripſit, ſed integro anno ſedem pontificiam vacaſſe, contra omnium hiſtoricorum judicium ac ſententiam dicendum erit. Præterea, ſi a tertio conſulatu Aureliani uſque ad primum Cari & Carini, id eſt, ab anno Chriſti 276. uſque ad annum ejuſdem 283. pontificatum tenuit, quomodo ſibi conſtat, qui ſupra uno dumtaxat anno ac menſe eum in ſede pontificia ſediſſe ſcripſit.

[e] *Caro ſecundo & Carino conſulibus.*] *Caro primo* legendum eſſe, collega ejus *Carinus*, qui huic adjungitur demonſtrat: nam ſecundus conſulatus Cari imperatoris habet collegam Numerianum, qui anno ſequente contigit. Baron. anno 283. num. 14.

[f] *Hic conſtituit fruges, fabas & uvas.*] Vſus benedicendi creaturas in eccleſia antiquiſſimus eſt, & ab apoſtolorum tempore frequentatus, ut conſtat ex canone apoſtolorum 2. 3. &c. & notis noſtris ad eoſdem. Eutychianus igitur, qui hæc ſervanda ſtatuit, non eſt primus habendus, ſed potius qui ſuo decreto hoc firmius inſtituerit, idque ut Manichæorum erroribus, hoc tempore (ut ſupra diximus) exortis, magis obniteretur: qui quod a mali principio creaturas exortas, ideoque execrabiles eſſe dicerent, atque iiſdem pariter maledicerent; ipſe contra, iiſdem benedicendum, eaſdem verbo ſanctificandas, ac demum pro iiſdem Deo omnium creatori gratias agendas eſſe exemplo, legibus, ac traditione eccleſiæ inſiſtens, conſtitutionem apoſtolicam, quam contra Cerinthum, ejuſque ſectatores latam primitiva apoſtolorum eccleſia tulit, propter renovatam a Manichæis eamdem hæreſim, hoc edicto a ſe decreto denuo reformavit & confirmavit. Baron. anno 283. num. 15.

[g] *Conſtituit ut quicumque fidelium.*] Vſus hujus decreti poſt hæc tempora fines ſuos prætextu religionis prætergreſſus eſt, ut non tantum ſanctorum martyrum, verum etiam, ut conſtat teſtimonio ſancti Gregorii libro 4. dialogorum cap. 40. ſacrorum miniſtrorum corpora tegerentur. Quod uſque adeo ipſe Gregorius alio decreto edito prohibuit lib. 4. in regiſt. cap. 48. ut etiam corpora Romanorum pontificum, cum humanda perferrentur, dalmaticis tegi vetuerit. Baron. prædicto anno num. 6. — *Soli martyres cũ dalmatica ſepeliendi.*

[h] *Dalmatica*] Dalmatica eſt tunica ſine manicis, quæ olim in uſu fuit. Vide notas Baron. ad martyrolog. Rom. die 31. Maii litera B. — *Dalmatica quid?*

[i] *Colobio.*] Colobium eſt tunica ſine manicis, quæ etiam ab antiquis multum uſitata fuit. Vide notas in Caſſianum, verbo *Colobium*. — *Colobium quid?*

[k] *Octavo Kalendas Auguſti.*] Sexto Idus Decembris, cui æquius eſt aſſentiri, habetur in martyrologio Romano.

[a] EPISTOLA I. EVTYCHIANI [o] PAPÆ AD IOANNEM ET AD OMNES EPISCOPOS BÆTICÆ PROVINCIÆ.

[o] Vtraque ſpuria doctis videtur.

" ** *De fide incarnationis domini.*

Chriſtus ut ſalva proprietate utriuſque naturæ, verus Deus, & homo verus extiterit.

Cariſſimis fratribus Ioanni & omnibus per Bæticam provinciam conſtitutis epiſcopis, Eutychianus epiſcopus in domino ſalutem.

HORTATVR nos æquitas poſtulationis, deſiderio fraternitatis tuæ " gratanter ′ annuere, & conſultis tuis breviter reſpondere. Et quamvis dilectionem tuam ſciam ad omne opus bonum eſſe devotam, " ut tamen efficacior fiat ad illos, qui ſane non ſapiunt, qualiter eos de incarnatione ſalvatoris noſtri informare debeas, mandamus. " Vnum igitur hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore confeſſa: *Tu es*, inquit, *Chriſtus Filius Dei vivi*, tanta in ſe argumenta ſuſtinens veritatis, quantæ perverſitatis quæſtiones, & infidelitatis calumniæ moventur. Iam in ceteris diſpenſatio voluntatis paternæ ſit. " Ergo partus & corpus, poſtque crux, mors inferni, ſalus noſtra eſt. Humani enim generis cauſa Dei Filius natus ex virgine eſt & Spiritu ſancto, ipſo ſibi in hac operatione famulante, & ſua, Dei videlicet, inumbrante virtute, corporis ſibi initia conſevit, & exordia carnis * inſtituit, ut homo factus ex virgine, naturam in ſe carnis acciperet, per quam hujus admixtionis ſocietatem, ſanctificatum in eo univerſi humani generis corpus exiſteret. Et quemadmodum omnes in ipſo per id, quod corporeum ſe eſſe voluit, conderentur, ita rurſum in omnes ipſe per id, quod ejus eſt inviſibile, referretur. Dei igitur imago inviſibilis, pudorem humani exordii non recuſavit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omneſque noſtræ naturæ contumelias tranſcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis ′ affectu rependetur? Inenarrabilis ergo a Deo originis, unus unigenitus Deus, in corporis humani formam ſanctæ virginis utero inſertus accreſcit: qui omnia continet, intra quem, & per quem cuncta ſunt, humani partus lege profertur. Ad cujus vocem archangeli, atque angeli tremunt, cælum & terra, & omnia hujus mundi reſolvuntur elementa, vagitus infantiæ auditur. Qui inviſibilis & incomprehenſibilis eſt, non viſu, ſenſu, tactuque moderandus, cunis eſt obvolutus. Hæc ſi quis indigna Deo recolit, tanto ſe majoris beneficii obnoxium confitetur, quanto minus hæc Dei

Marginalia: " Symm. ep. 5 ad S. Cæſarium. — ′ innuere — " S. Leo ep. 46. — " S. Leo ep. 97. ex S. Hilarii libris de Trinitate, quos citat. — *Matth. 16.* — " Virgo, partus, & corpus; poſtque crux, mors, inferi. ſalus noſtra eſt. Sic omnino legendum. — * inſtruxit. — ′ affectui — ′ vagitu

convenerunt majeſtati. Non ille eguit homo effi- A ci, per quem homo factus eſt: ſed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id eſt, aſſumptione carnis, unus interna univerſæ carnis incoleret. Humilitas ejus noſtra nobilitas eſt: contumelia ejus honor noſter eſt. Quod ille Deus in carne conſiſtens, hoc nos viciſſim in Deum ex carne renovati. * Plane vitam ſuam neſcit, qui Chriſtum Ieſum ut verum Deum, ita & verum ' ignorat hominem. Et ejuſdem periculi res eſt, Ieſum Chriſtum, vel Spiritum ſanctum, Deum non credere, vel carnem noſtri corporis in Chriſto denegare. *Omnis ergo*, ait, *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui* B *eſt in cælis.* Hæc *Verbum caro factum* loquebatur, & homo Ieſus Chriſtus, dominus majeſtatis docebat, mediator ipſe in ſe ad ſalutem eccleſiæ conſtitutus, & ipſo illo inter Deum & homines mediatoris ſacramento, utrimque unus exiſtens, dum ipſe ex unitis in idipſum naturis, naturæ utriuſque res eadem eſt; ita tamen, ut neutro careret in utroque, ne forte Deus eſſe, homo naſcendo, deſineret: & homo rurſum, Deus manendo, non eſſet. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera eſt, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri: neque Deum neſcire, quod homo ſit: neque carnem ignorare, quod Verbum ſit. " Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo, & ſecundum plenitudinem tempo- C rum in ſemetipſo profuturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici ſermonis modum tenuit, ut ſe Dei Filium credi doceret, & hominis filium prædicaret & admoneret, loquens & gerens homo univerſa quæ Dei ſunt, loquens & gerens deinde Deus univerſa quæ hominis ſunt; ita tamen, ut ipſo illo utriuſque generis ſermone, nunquam niſi cum ſignificatione hominis locutus ſit & Dei. Hæc ' itaque fallendi ſimplices atque ignorantes, hæreticis occaſio eſt, ut quæ ab eo ſecundum hominem dicta ſunt, dicta eſſe ſecundum divinæ naturæ infirmitatem mentiantur: & quia unus atque idem eſt, loquens omnia quæ loquitur de ſemetipſo, omnia eum de divinitate locutum eſſe contendant. Nec ſane negamus, to- D tum illum, qui ei manet, naturæ ſuæ eſſe ſermonem. Sed ſi Ieſus Chriſtus & homo & Deus, & neque cum homo ſit, tum primum Deus, neque tum, cum & homo ſit & Deus, tum non etiam & Deus, neque poſt hominem in Deo, non totus homo totus Deus, unum atque idem neceſſe eſt dicatur ejus eſſe ſacramentum, quod generis. Et cum in eo ſecundum tempus diſcernis hominem a Deo, Dei tunc atque hominis diſcerne ſermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteris, Dei tunc atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo, rurſum totius hominis, totius jam Dei tempus E intelligis: ſiquidem illud ad demonſtrationem temporis dictum eſt, tempori coaptato, quæ dicta ſunt: ut cum aliud ſit ante hominem Deus, aliud ſit homo & Deus, aliud ſit poſt hominem & Deum, totus homo & totus Deus, non confundas temporibus & generibus diſpenſationis ſacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum, alium cum ſacramento hominis neceſſe eſt ſermonem fuiſſe non nato, alium adhuc morituro, alium etiam æterno. Noſtri igitur cauſa hæc omnia Ieſus Chriſtus gerens, & corporis noſtri homo natus, ſecundum conſuetudinem naturæ noſtræ locutus eſt, non tamen omittens naturæ ſuæ eſſe, quod Deus eſt. Nam tametſi in partu & paſſione & morte naturæ noſtræ rem peregerit, res tamen ipſas omnes virtute naturæ ſuæ geſſit. " Videſne ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur? non tamen ut alius ſit, qui mortuus eſt, & alius ſit, per quem mortuus reſurgit. Spoliata enim carne, Chriſtus eſt mortuus: & rurſum, Chriſtum a mortuis excitans, idem Chriſtus eſt, carne ſe expolians. Naturam Dei, in virtute reſurrectionis intellige: diſpenſationem hominis in morte agnoſce. Et cum ſint utraque ſuis geſta naturis, unum tamen Chriſtum Ieſum eum memento eſſe, qui utrumque eſt. Hæc igitur demonſtranda a me pau- B cis fuerunt, ut utriuſque naturæ formam tractari in domino noſtro Ieſu Chriſto meminiſſemus: quia quæ manens in forma Dei, formam ſervi ſuſcepit, ipſe divinitatem nequaquam amiſit. " Ceterum, fratres, hortamur vos, ut moneatis eos converti ad Deum. Vnde ſcriptum eſt: *Fili, ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in divitiis injuſtis: nihil proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia: & proſequatur te verbum pacis* C *& juſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas: & cum ſapientia fer reſponſum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua vero imprudentis, ſubverſio illius. Non appelleris ſuſurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & ' denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam: & folia tua come-* D *det, & fructus tuos perdet: & relinqueris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdit, qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducit in ſortem impiorum.* Talibus vos exhortationibus, fratres, viciſſim monetote, & bona ſemper ſectamini, malaque vitate. " Magnis enim ſtudiis (ſecundum beatum apoſtolum) præcavendum eſt, *ne fides & diſciplina domini blaſphemetur.* Et ſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ (ſi ceterorum conſtet integritas) ſola nocere non valeant: illa tamen ſunt magnopere præcavenda, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. At ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda credentur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ proviſionis reſpectus excuſat: quanto magis illa ſunt nullatenus mutilanda, quæ nec ulla neceſſitas, nec eccleſiaſtica prorſus extorquet utilitas? Idcirco, fratres, iſta prætulimus, ut hæ ſpecies, quas non licet offerri ſuper altare, [b] juxta conſtitutionem apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, ad domum ſacerdotum deferantur, & a ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta, demum a populis ſumantur: fabæ tantum & uvæ, & cetera, quæ apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur. " Optamus igitur, fratres cariſſimi

* Nam ſic plane
' Ne ſic
* Idem. S. Leo ibidem ex eodem S. Hilario.
Matth. 10.
Ioan. 1.
" Idem eadem epiſtola ex eodē S. Hilario.
' Hinc

" Idem dem quibus ctor pendat hæc diſ purpur vilibus quotidi Merca pannic
" Deinc quædam interpo tor pro re inſer & lacin longior ex Bibl aliiſque nectit.
Eccleſ. 5
' devorat
Eccleſ. 6
" Gelaſiu ep. 9.
1. Tim.
" Canon 4. 5. apoſt ex verſio Dionyſii exigui.
" S. Greg ep. 52. lib IV.

rissimi, & totis omnipotentem dominum precibus exoramus, ut dilectionem vestram in amoris sui constantiam faciat magis magisque fervescere, atque in pace ecclesiæ in una vos concedat manere concordia." Admonemus etiam fraternitatem vestram, ut in commissis vobis animabus solerter invigiletis, animarumque magis lucris, quam commodis vitæ præsentis intendatis. In continendis vero ac disponendis rebus ecclesiasticis diligentes custodes existatis, ut ex omni parte susceptum vos condigne gessisse pastoris officium, venturus judex, cum ad judicandum venerit, debeat approbare." Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque a Deo vobis collatum, moribus servare concedat, atque cum multiplici fructu animas vobis commissas ad pascua æterna adducere, sibique condigne repræsentare adjuvet, vosque inter sanctos & electos suos collocare dignetur. Data II. Idus Aprilis, Aureliano & * Marcello viris clarissimis " consulibus.

Notæ Severini Binii.

[a] *Epistola.*] Prior hæc epistola Eutychiani adversus Pauli Samosateni venena paratum antidotum habet. Docet enim Christum dominum, quem Paulus purum hominem esse dicebat, verum & æternum Dei Filium, in tempore virtute Spiritus sancti in utero beatæ Mariæ virginis incarnatum esse, & per hoc nequaquam naturam divinam immutatam fuisse.

[b] *Iuxta constitutionem apostolorum.*] Intelligit canonem apostolorum 4. Vide quæ ibidem & supra in vita hujus Eutychiani pontificis annotavimus.

EPISTOLA II.

EVTYCHIANI PAPÆ AD EPISCOPOS" PER SICILIAM CONSTITVTOS.

I. *De modo recipiendi accusationem adversus clericos.*
II. *Qui non admittantur ad accusationem religiosorum.*
III. *De modo procedendi in negotiis ecclesiasticis, cum procedi non debeat modo sæculari.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Siciliam constitutis, Eutychianus.

Benedictus Deus & Pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit" nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua' gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus; remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut E *notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem & gloriam ejus, qui ante speravimus in Christo: in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestræ: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego, audiens fidem vestram in domino Iesu Christo, &* A *dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus domini nostri Iesu Christi pa*' *ter gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hereditatis ejus in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed & in* B *futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ejus, & plenitudo ejus: qui omnia in omnibus ' adimplet. Et vos, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in ' filiis diffidentiæ; in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem ' carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & ceteri.* Modo, fratres, quia ex filiis iræ, sua gratia & gratuita miseratione fecit nos Deus filios suos: & nos, qui digni servi non eramus; nullis meritis præcedentibus, sed *sua* (ut diximus) *gratia facti sumus filii ejus, in quo clamamus; Abba Pater*: sequentes ejus exempla, simus filii misericordiæ & justitiæ atque dilectionis, ut veri filii Dei & dici & esse, ipso auxiliante, valeamus, deponentes (juxta Petrum apostolum) *omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones.* Hi vero qui talia agunt, non filii Dei, sed potius filii nequam esse comprobantur, sicut Paulus ait apostolus: *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia,* D *quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Grave, fratres, verbum & horrendum nimis; quod ait: *quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Et ipsa per se veritas dicit: *Quid prodest homini, universum mundum lucrari, animæ vero suæ detrimentum pati?* Gravia sunt nimis, quæ prætulimus, & pervalde cavenda. Quibus enim regnum Dei præcluditur, procul dubio & ecclesia denegatur. De quibus dominus in evangelio, potestatem apostolorum, eorumque successorum annuntians, ait: *Quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis: & quorum alligaveritis, alligata erunt:* id est, quibus ecclesiam interdixeritis, nisi E reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis & janua regni cælestis clausa erit.

' adimpletur
Ephes. 2.
' filios
' voluntates
Rom. 8.
1. Petr. 2.
Galat. 5.
Matth. 16.
Ioan. 20.
Matth. 18.

I.

Vnde ista præcaventes, & stultorum animos prævidentes, cura pastorali cum omnibus episcopis, & sanctæ Romanæ atque universalis ecclesiæ utriusque ordinis fidelibus, statuimus, non ita in ecclesiasticis agendum esse negotiis, sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam causam recedere; in ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit." Accusationis vero ordinem talem * & ' dicimus, & servari jubemus, id est, si quis clericorum in crimine

2. q. 6. Non ita in ecclesiasticis.
"Hadr. coll. 7. ex cod. Theod. lib. IX. tit. 1. 2. const. ultima ut sagaciter subodoratus est Anton. August.
* esse
' didicimus

crimine impeditur, non statim reus existimetur, qui accusari potuit, ne suspectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat: nomen rei indicet: vinculum inscriptionis arripiat: custodiat similitudinem: habita tamen dignitatis æstimatione * potiatur: nec forte ' sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Hæretici enim omnes, & suspecti, & excommunicati, homicidæ " quoque atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

1.q.8.Quisquis ille est.

* patiatur ne forte

' patiatur. Nec fore

" Hadr.col. 63.

II.

Nulli infami unquam, atque sacrilego, de quocumque negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione vel inscriptione, Christianum impetere. Omnibus quoque similiter accusandi, vel testificandi licentia denegetur, " qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint.

3.q.4.Nulli unquam infami.

" Anianus in const. 1 tit.7.lib.X. Cod. Theod.

III.

Similiter prohibemus, ut nullæ causæ a judicibus ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Hæc non solum ecclesiasticæ, sed & " sæculi leges observari præcipiunt. Non enim passim " vageque sacerdotum accusatio debet fieri. Nam si facile admitteretur, perpauci nimis invenirentur: quia *omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Vnde & ipsa per se veritas ait: *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt: & cognoverunt vere quia a te exivi, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut unum sint, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi: & nemo ex his periit, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: & mundus odio habuit eos, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, &*

" a quibusnam impp. latæ in favorem ecclesiasticorum? tempore Eutychiani ejusque decessorum?

" Concil. Carth.II. c.6.

1. Tim 3.
Matth. 5.
Ioan. 17.

A *illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.* Et idem Ioannes apostolus & evangelista, in prima epistola sua loquitur, dicens: *Carissimi, diligamus invicem, quia caritas ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit non novit Deum, quia Deus caritas est. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam* B *ipse dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Carissimi, si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur, quoniam Pater misit Filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognovimus & credidimus caritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas est: & qui manet in caritate, in Deo manet,* C *& Deus in eo. In hoc perfecta est caritas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum, qui genuit, di-* D *ligit & eum, qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus. Hæc est enim caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus: & mandata ejus gravia non sunt.* Et per prophetam dominus, monendo, ne lædantur discipuli sui, eorumque successores, inquit: *Circumdat angelus domini in gyro timentes eum, & eruet eos. Gustate & videte, quoniam bonus est dominus. Beatus vir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. Leones indiguerunt, & esurierunt: quærentibus dominum, non deerit omne bonum. Ambulate filii, audite me, timorem domini docebo vos. Quis est vir qui velit vitam, diligit dies videre bonos? Custodi lin-* E *guam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo, & fac bonum: quære pacem, & persequere eam. Oculi domini super justos, & aures ejus ad clamorem eorum. Vultus autem domini in facientes malum, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamaverunt justi, & dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Juxta est dominus contritis corde, & confractos spiritu salvabit. Multa mala justo, & ex omnibus illis liberabit eum dominus. Custodit dominus omnia ossa ejus, unum ex his non confringetur. Interficiet impium malitia, & odientes justum culpabuntur. Redimet dominus animas servorum suorum, & liberabit eos. Vos ergo, fratres, super dominum*

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 5.

" Psal. 33 ex vers. Hieronymi quam cum vete... & Italica permiscet

Psalm. 3...

num ponite corda vestra, & ipse enutriet vos, quia non dabit in æternum fluctuationem justis. Deus autem dominus noster deducet inimicos nostros, juxta prophetæ vocem, *in puteum interitus, quoniam viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vos autem semper sperate in domino; & fiduciam habetote in eo, quia ipse liberabit nos. Ipse est enim benedictus a sæculo usque in sæculum, & regni ejus non erit finis.* [a] Data decimo tertio Kalendas Octobris," Caro secundo & Carino viris clarissimis consulibus.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Data 13. Kalend. Octob. Caro, &c.*] Hinc confirmatur, quod supra diximus in notis ad vitam Eutychiani, verbis: *Octavo Kal. Augusti*, verius esse, Eutychianum sexto Idus Decembris, non autem octavo Kalendas Augusti, decessisse. Hæc epistola enim post Augustum mense Septembri scripta est: ideoque certissimum est, eum saltem, quod scribit pontificalis, mense Iulio ex hac vita non emigrasse.

DECRETA EVTYCHIANI PAPÆ,

SI IN IPSO EVTYCHIANI NOMINE

error non est, quæ non habentur in prioribus, desumpta ex Gratiano & Ivone & aliis.

PRIMVM.

Non est obediendum episcopo, qui pro hæreticis missam canere jubet.

Si quis episcopus, aut abbas, presbytero aut monacho suo jusserit missas pro hæreticis * cantare, non licet. Non enim expedit eis obedire.

SECVNDVM.

Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur.

Nihilominus etiam in quibusdam locis inolitum invenimus usum stultitiæ plenum, & ecclesiasticæ auctoritati contrarium, eo quod videlicet nonnullæ abbatissæ, & aliquæ ex sanctimonialibus, viduis & puellis virginibus, contra fas, velum imponere præsumant, & ideo nonnullæ injuste velatæ, putant se liberius suis carnalibus desideriis posse servire, & suas voluntates explere. Quapropter statuimus, ut si abbatissa aut qualibet sanctimonialis, post hanc diffinitionem, in tantam audaciam proruperit, ut aut viduam aut puellam virginem velare præsumat, judicio canonico usque ad satisfactionem subdatur.

TERTIVM.

Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam perjurii agere noluerit.

Prædicandum est etiam, ut perjurium fideles caveant, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse & in lege & in prophetis & in evangelio prohibitum. Audivimus autem quosdam parvipendere hoc scelus, & levem quodammodo perjuriis pœnitentiæ modum imponere. Qui nosse debent, talem de perjurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commisso, & de ceteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam longam, ad confessionem venire noluerit; ab ecclesia repellendus est, sive a communione & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo sua eum recipiat.

QVARTVM.

Membra detruncans, domos incendens, absque judiciali auctoritate excommunicetur.

Si quis membrorum truncationes, & domorum incendia fecerit, sive fieri jusserit, aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter & amicabiliter coram episcopo civitatis, aliisque civibus, non emendaverit, ab ecclesia se privatum cognoscat. Si vero post secundam & tertiam conventionem, cuncta in quibus arguitur, non emendaverit, tamquam ethnicus & publicanus, ab omni Christianorum collegio separetur. 23. q. 8. Si quis membrorum.

QVINTVM.

In potestate fidelis sit, post baptismum recipere uxorem quam ante dimiserat.

Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum; post baptismum in potestate ejus erit, eam habere, vel non habere. 28. q. 1. Si quis gentilis.

SEXTVM.

Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.

Simili modo, si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit apostolus: *Infidelis si discedit, discedat.* Ibidem ubi supra. 1. Cor. 7.

SEPTIMVM.

Synodale juramentum.

Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe * ejus parochiæ, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros, in medium debet advocare: & * illatis sanctorum pignoribus, unumquemque illorum tali sacramento constringere, ut amodo in * ante quidquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem Dei & rectam christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam, ullatenus celes episcopo, aut ejus misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocumque ex hoc te interrogaverit: sic te Deus adjuvet, & istæ sanctorum reliquiæ, & illud sacramentum, quod * juste juravit de synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis, inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es, sic te Deus adjuvet.

35. q. 6. Episcopus in synodo residens. * ipsius * allatis * antea Illud, Burchardus legit, istud; & præponit hanc rubricam, Iuramentum ceterorum. * iste

OCTAVVM.

Ex decreto, quod est librorum sexdecim, libro decimo quarto, capite secundo.

Et malum ebrietatis omnino vitetur.

Malum magnum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decrevimus, usque ad congruam emendationem.

NONVM.

Ex eodem, capite tertio.

Quod episcopi, & Dei ministri, ebrietate non debeant gravari.

Episcopi & Dei ministri, non debent comessationibus

sationibus & vinolentiis nimiis incumbere, sed A considerent sententiam domini, dicentis: *Attendite, ne graventur corda vestra in crapula & ebrietate.* Moderate enim cibum & necessarium sumptum sumant, ut juxta apostolum, sobrii sint, & parati ad servitium Dei.

Luc. 21. 1. Thess. 3.

DECIMUM.

Ex eodem, capite decimo.

Quales personæ sacerdotum epulis interesse debeant.

Observandum est nobis, ut & vos ab ebrietate abstineatis, & ut plebes subditæ abstineant, prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo, neque domos aut vicos curiositate B qualibet peragretis, neque cum feminis, aut cum quibuslibet personis impuris, convivia exerceatis, nisi forte paterfamilias quilibet vos invitaverit ad domum suam, & cum conjuge sua, & cum plebe velit vobiscum spiritali gaudio lætari, & verborum vestrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem caritatis officio exhibere. Oportet enim, ut si quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur spiritualibus epulis.

SYNODUS[a] MESOPOTAMICA ARCHELAI.

[a] In multis hic allucinari συνοδορράφον nostrum docebimus in notis.

Ex libello synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὑπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων, καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους, καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου· ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε.

SYNODUS divina & sacra particularis, collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum episcopo, & Diodoro sacerdote, contra Manem infernalem, & Diodoriadem presbyterum: quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.

ANNO CHRISTI 283.

VITA, EPISTOLA, ET DECRETA [f]GAII PAPÆ.

[f] Caii.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] GAIUS natione Dalmata, ex genere Diocletiani imperatoris, ex patre Gaio, [b] sedit annos undecim, menses quatuor, dies duodecim. Fuit autem temporibus [c] Cari secundo & Carini, ex die decimosexto Kalendarum Ianuarii, usque in diem x. Kalendarum Maii, sub Diocletiano sexto & Constantio secundo. [d] Hic constituit, ut omnes ordines in ecclesia sic ascenderent: Si quis episcopus fieri mereretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, sequens [*]subdiaconus, diaconus, presbyter, & exinde episcopus ordinaretur. [e] Hic fugiens persecutionem Diocletiani, [f] in cryptis habitans, [g] confessor quievit, martyrio coronatus post annos octo. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros 25. diacones 8. episcopos per loca 5. Qui post annos XI. cum [h] Gabinio fratre suo, [i] propter filiam Gabinii presbyteri, nomine Susannam, martyrio coronatur. Sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, x. Kalendas Maii. Et vacavit episcopatus dies II.

[*] hæc vox merum glossema τῷ ἀκόλουθος, qui præcedit.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Gaius.*] Post obitum Eutychiani, cum 9. diebus pontificia sedes vacasset, & pastore destituta fuisset, XVI. Kalend. Ianuarii anno domini 283. Caro adhuc imperium tenente, Gaius Diocletiani ex fratre Maximo seu Maximino nepos, vitæ continentissimæ exemplar, pontifex creatur. Hoc tempore Carus imperator, ut ex tributi remissione Thessalonicensi ecclesiæ concessa, per legem 8. codice de sacrosanctis ecclesiis, constat, Christianis plurimum favit; verum illo defuncto, Romæ contra eosdem edictum promulgatum est tale, quo omnium Christianorum cervices uno ictu amputandæ putabantur: præcipiebatur enim, ne quid Christianis emere, aut vendere, molere, vel aquam haurire liceat, nisi ante statuis quibusdam parvis, eo in loco, ubi emendi, molendi vel hauriendi gratia conventum fuerat, collocatis, thura obtulissent: & ut promulgatæ legis executio facilior esset, circa insulas, vicos, & aquas, compulsores constituebantur, qui neque molendi, neque aquas hauriendi potestatem facerent ulli, nisi qui idolis libasset. Hujus pontificatu Hieracitæ, Gnosticorum & Manichæorum portio, a quodam Hierace exorti, in Ægypto agnoscuntur. Docebant solos cælibes salvandos, ex eo quod Paulus de castitate loquens, ait: *Sine qua nemo videbit Deum:* ideoque nuptias & carnis resurrectionem damnantes, alias Abstinentes appellabantur. Addebant, quod non minus impium est, infantes non posse salvari, ideo quod 2. Timoth. cap. 2. scribatur: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Quare cum ab ipsis sanam doctrinam callidis suis argumentis eludi, & fratrum fidem periclitari B. Macarius Ægyptius animadverteret, sequestratis disputationibus, ut veræ fidei testimonium aliquod edant, eos ad mortuum suscitandum provocat: eoque per Macarium su- C scitato Hieracis sectarii fugati sunt. Evagrius in vitis patrum. Plura de Gaio infra, verbis sequentibus. Vide Baron. anno 283. 284. 286. & 288.

[b] *Sedit annos 11 menses 4. dies 5.*] Gaium annos 12. menses 4. & 5. dies sedisse, initium & finis pontificatus illius indicant. Nam ipsius pontificalis libri testimonio, 10. Kalendas Maii, Diocletiano sextum & Constantio secundum consulibus, anno nimirum Christi nati 296. martyrium subiit. Numerando igitur a principio inchoatæ sedis (de quo supra) usque ad tempora obitus Gaii, ipsum 12. annis quatuor mensibus & quinque diebus pontificatum tenuisse, liquido constat. Baron. anno 296. num. 1.

[c] *Cari secundo.*] Carus secundum consul collegam habuit, non Carinum, sed Numerianum, ut ex Cassiodoro & Græcorum fastis videre est. Itaque Caro & Carino primum, non secundum consulibus Caius pontifex electus est.

[d] *Hic constituit ut omnes ordines.*] Hæc constitutio quomodo sit intelligenda, dicemus in notis ad epistolam Gaii.

[e] *Hic fugiens persecutionem Diocletiani.*] Has latebras D Gaii post martyrium sancti Sebastiani, sociorumque ejus, nimirum circa annum Christi 286. contigisse, acta ejusdem martyris probatissima, quibus Sebastianus cum reliquis sociis a Gaio ad fidem suscipiendum institutus, & deinde baptizatus esse narratur, satis aperte indicant. Baron. prædictis locis.

[f] *In cryptis habitans.*] De cryptis, vide quæ dicemus infra in notis ad concilium Sinuessanum sub Marcellino.

[g] *Confessor quievit.*] Confessor est, non is tantum qui coram præside se Christianum esse confitetur, sed etiam is qui sibi timens ne post vincula & dira tormenta fortasse Christum neget, bonis, cognatis omnibus, & patria relictis, extorris factus est & exulat: confessoris nomine dignus, quod si non ore, saltem opere Christum confessus sit. Plura de martyrum & confessorum differentia, ex literis Cypriani, & actis S. Sebastiani, vide apud Baron. an. 253. num. 54. E item 286. num. 6.

[h] *Gabinio fratre.*] Gabinius & Gaius fratres patre Maximino, qui erat frater Diocletiani imperatoris, procreati, professione Christianæ religionis a Diocletiani consuetudine segregati sunt. Gabinius uxorem duxit, ex qua Susanna, de qua paulo infra dicemus, orta est: postea autem uxore defuncta, sacris ordinibus initiatus, presbyteratu dignus est habitus. De utroque, Gaio nimirum pontifice, & Gabinio fratre ejusdem, ac jam presbytero, hoc memorabile legitur in actis Susannæ apud Baron. anno 294. num. 10, 11. & 12. quod a fidelibus in domo Gabinii conventi, initio conventionis & colloquii orationem (cujus unam atque alteram formulam Baron. prædicto loco refert) ad Deum fuderint: ac postea ab oratione surgentes, ipsi amici & fideles omnes pontificis ceterorumque presbyterorum pedes exosculati fuerint.

[i] *Propter filiam Gabinii nomine Susannam.*] Causam refert

fert his verbis, ob quam Gaius jussu Diocletiani patrui sui, martyrio affectus fuerit, hanc videlicet, quod Susannam Diocletiani ex fratre proneptem ad oblatum illi Galerii Cæsaris conjugium fortiter repudiandum animasse & exhortatus fuisse convinceretur. Vide acta Susannæ, quæ extant apud Baron. anno 294 per totum.

"EPISTOLA GAII PAPÆ AD FELICEM EPISCOPUM.

"** Quod pagani non possint Christianos accusare: de accusatione episcopi ejusque accusatoribus, de expoliatione aut expulsione, & de incarnatione domini.

I. *Paganos & hæreticos non posse accusare Christianos.*
II. *Episcopum non accusandum apud judices sæculares.*
III. *De episcopo, presbytero, aut diacono, vel reliquis clericis apud episcopos accusandis.*
IV. *De his qui negant Verbi Dei incarnationem.*
V. *Quod ad spem vitæ æternæ perveniri non possit, nisi per mediatorem Dei & hominum Christum Iesum.*
VI. *De ordinibus ecclesiasticis.*

Dilectissimo fratri Felici episcopo Gaius.

DIRECTAS ad nos tuæ " caritatis epistolas plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine, gratanter accepimus, benedicentes domini nostri clementiam: quia tales ab extremis mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores, per quos & pascuis valeant salutaribus abundare, & ab " iniqui lupi rapacitate servari, ut insidias nequeant ejus subreptionis incurrere. Vnde certum est, quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis cælestium perfectio doctrinarum, tam votiva suscitatione perquiritur. Scriptum est enim: *Beati qui perscrutantur testimonia ejus, & in toto corde exquirunt eum.* Hoc ergo, frater carissime, propositum tuæ consultationis tota mente tractantes, de te quoque provenire confidimus, qui regulam catholicæ fidei iisdem studes tenere vestigiis, quibus eam in apostolica sede cognoscis esse fundatam. Et quamvis *sonus" eorum toto orbe diffusus, & usque ad fines orbis terræ verba eorum distensa*, dilectionis tuæ corda Christo probaverunt esse fidelia: tamen si quid ex his in ecclesia, quæ tuæ gubernationi (domino auxiliante) commissa est, necdum plena luce claruerit, ad eumdem fontem, de quo illa salutaris manarat lympha, recurritis, id est, quod debita caritate sumus amplexi: quia fiducialiter de his, unde apud vos observantiam esse dixistis ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino salutantes, de singulis, quid juxta catholicam disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum, te " credimus instruendum.

I.

Primo quidem scias, " paganos & hæreticos non posse Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre.

II.

Deinde nemo unquam episcopum apud judices sæculares, aut alios clericos, accusare præsumat.

III.

A Et si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopos (quia alibi non oportet a qualibet persona, quæ rite recipienda est) fuerint accusati ", quicumque fuerit, sive ille sit sublimis vir honoris, sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit; noverit, probationis documenta se debere inferre. Si quis ergo circa hujusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate hujus sanctionis intelligat se jacturam infamiæ sustinere, ut damno pudoris, æstimationis dispendio discat, sibi alienæ verecundiæ impune insidiari, saltem de cetero non licere. Nam qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de suis B rebus expoliati, vel ejecti a sedibus propriis, aut qui accusatores sint recipiendi, quive non sint, aut qualiter ejectis & expoliatis sint omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata sunt: & quia priusquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis objici poterit, & qualiter illis induciæ post integram instaurationem anniversariæ, vel sex mensium, indulgendæ sint, & qualiter sua omnia licenter & pacifice, absque ullius gravi impedimento disponere, & suorum amicorum & ecclesiasticorum patrum conciliis uti debeant, sufficienter ab apostolis, eorumque successoribus, ac nostris prædecessoribus statutum esse putamus. Super his autem non reor amplius nunc fore di- C sputandum, nisi si surrexerint talia, quæ adhuc non sunt manifesta. Si eorum autem statuta non habueritis, mittite fidelissimos scriptores, qui hæc coram fidelibus testibus excipere, vobisque reportare sub stipulatione valeant.

IV.

Ceterum, ut satisfaciam consultis tuis de Verbo incarnationis & veritatis,[a] quicumque illi "sunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut Verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum evangelio veritatis qua ratione concordent, si beatæ virginis partu, aut caro sine D deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, evangelista dicente, quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, ita negari non potest beato apostolo Paulo prædicante, quod *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quæ autem reconciliatio posset esse, qua humano generi repropitiaretur Deus, si hominis causam mediator Dei hominumque non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma servi particeps esset & nostri, ut mortis vinculum, unius prævaricatione contractum, unius morte (qui solus morti nihil debuit) solveretur? E Effusio enim justi sanguinis Christi, tam fuit dives ad precium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent: quoniam, sicut apostolus ait, *ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia.* Et cum sub peccati præjudicio nati, potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint redempti. *Quis est*, ut ait apostolus, *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis?* Aut quod unquam sacrificiū sacratius fuit, quā quod verus & æternus pontifex altari crucis

Marginal notes: hac voce primum fuisse usum, tum Prudentium, Aug. &c. nec ante impp. Chr. tempora usurpatam. "Hæc & similia ex Cod. Theo. & Aniano Hadr. cap. 22. — 3. q. 1. Episcopus suis rebus expoliatus. — "S. Leo. ep. 97. ex qua jam supra quædam delibata in 1. Eutychiano papæ tributa epistola. Vide pag. 914. C. — Ioan. 1. — 2. Cor. 5. — Philip. 2. — Rom. 5. — Ephes. 5.

crucis per immolationem suæ carnis imposuit? A Licet *in conspectu domini pretiosa justorum mors fuit*, nullius tamen insontis occisio, redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt, coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum filius hominis, unus solus dominus noster Iesus Christus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Fides etenim justificans impios, & creans justos, ad humanitatis retracta participium, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocen- B tem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino nostro Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo deitatis: quid sit, quod caro sine Verbo non agit: & quid sit, quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis, obvoluta C pannis infantia non jaceret: sine Verbi potentia, non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum: sine veritate carnis, non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis persecutione subduci: sine Verbi potentia non diceret vox Patris, missa de cælo: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite*: & sine veritate carnis non protestaretur Ioannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & vivificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo, sine Verbi potentia non se dominus Patri profiteretur æqualem: & sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem, cum catholica fi- D des utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati Petri apostoli, *unum Christum Dei filium, & hominem credit & Verbum.* Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis *Verbum caro factum est*, nihil unquam inter utramque formam divisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, unius personæ fuerint totius temporis actiones: ea ipsa tamen, ut ita dicam, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quid cujusque formæ sit, ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere ve- E ritatis, in qua forma crucis ligno dominus majestatis Christus affixus sit, quid jacuerit in sepulcro, & revoluto lapide monumenti, quæ tertia die cato resurrexerit: & in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & hæsitationem cunctantium confutabat, cum diceret: *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere*: & apostolo Thomæ: *Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis:* qua utique manifestatione corporis sui, jam hæreticorum mendacia destruebat, ut universa ecclesia Christi [imbuenda] innovanda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod apostoli susceperant prædicandum.

Psalm. 115. Ioan. 12. Matth. 3. & 17. Ioan. 1. Matth. 4. Ioan. 11. Marc. 4. Ioan. 10. & 14. Matth. 16. Ioan. 1. Ioan. 19. Matth. 28. Luc. 24. Ioan. 20.

V.

At si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant, unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per *mediatorem Dei & hominum*, hominem Iesum Christum, non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus: *Non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oporteat nos salvos fieri*: nec est redemptio captivitatis humanæ, nisi in sanguine ejus, *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*, & *qui*, sicut prædicat apostolus, *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens Patriusque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Cum ergo unus sit dominus Iesus Christus, & veræ deitatis, veræque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illum (sicut doctor gentium dixit) *exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen*, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in majestate diversitas: nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est, quæ in gloriam divinæ potestatis evecta, est in tantam unitatem, ab ipso conceptu virginis, deitatis & humanitatis conserta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod, sicut dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus: quia inseparabiliter, manente unitate personæ, unus atque idem est & totus hominis Filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quæ non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam divinitatis, indifferenter omnia, quæ habet pater, etiam habet Filius: & quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum Dei enim formam, *ipse & Pater unum sunt.* Secundum formam autem servi, *non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum.* Secundum formam Dei, *sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso.* Secundum formam servi, *tristis est anima ejus usque ad mortem.* Et idem ipse est, sicut apostolus prædicat, *& dives & pauper. Dives*, quia evangelista dicente, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper* vero, quia propter nos *verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Quæ autem est exinanitio ejus, quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio, per quam, Verbi majestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est? Nam quia captivitatis nostræ resolvi originalia vincula non poterant, nisi

1. Tim. Act. 4. 1. Tim. Philip. Philip. Ioan. Ioan. Ioan. Ioan. Matth. 2. Cor. Ioan. Ibidem

nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum, ita est in plenitudine temporis perfectum, ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum: nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari hæreticorum manifestat impietas, * cum sub specie divinitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem: & religiose existimant credi, si dicatur in salvatore nostro verum non esse, quod salvat; cum ita secundum promissionem omnia sæcula * præcurrentem, *mundus sit Deo reconciliatus in Christo*, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum Christianæ fidei, magno (ut hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli, apostolorumque discipuli, & præclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam, vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splenduerunt, consonis ubique sententiis intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis & carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione hæretica impietas se existimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non propheta præcinere, non evangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumen obscurent: & per omnia sæcula ita veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc & mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum literarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & sinceræ intelligentiæ luce perspiciat, quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum: quoniam, sicut ait beatus apostolus, *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* [a]

VI.

De episcoporum vero, & presbyterorum, diaconorumque, & sequentium clericorum ordinationibus, sanctos apostolos & successores eorum, & præcipue " Anacletum, & præterea alios, sufficienter statuisse cognoscimus: & idcirco non est necesse * nunc replicari, nisi quod illi non statuerunt. [b] Illud tamen nos statuentes, vobis & omnibus servare mandamus, ut ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur, id est, " si quis episcopus esse meretur, sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes, quæ populosæ fuerint, diaconibus dividantur. Et quæcumque difficiles " quæstiones per singulas provincias exortæ fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur.

Bene vale, frater, & ora pro nobis. Data Kalendis Martii, Diocletiano sexto, " & Constantio secundo viris clarissimis consulibus.

S. Leo ep. 84. cap. 7. Vigilius ep. 2. " an. Christi 296.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Quicumque illi sunt*] Hæc verba quibus Pauli Samosateni aliorumque hæreticorum Filii Dei incarnationem negantium sententia doctissime ex scriptura convincitur ac refutatur, hinc usque ad finem epistolæ, haberi epistola 1. Leonis ad Leonem Augustum, in margine hujus epistolæ Surius annotavit.

[b] *Illud tamen nos statuentes*, &c] Quod hic & supra in vita Gaii de hierarchia ecclesiastica constituta, a Gaio pontifice instituta dicantur, nequaquam sic sunt intelligenda, quasi ipse primus instituerit, ut ad summum ordinem ascensurus, per inferiorum ordinum gradus sublime fastigium sacerdotii conscenderet: nam ejusmodi hierarchiæ ordinem, temporibus apostolorum in ecclesia stabilitum fuisse, supra pluribus locis est enarratum. Gaii igitur decretum nihil aliud constituisse videtur, quam quod ad thronum episcopalem nemo proveheretur, nisi qui in singulis inferioribus ordinibus debito ac consueto tempore ministrasset. Vide Baron. anno 296. numero 2.

Decretum Gaii, de hierarchia ecclesiæ, quomodo intelligendum.

ANNO CHRISTI 296.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA MARCELLINI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] MARCELLINUS natione Romanus, ex patre Projecto, [b] sedit annos 9. menses 2. dies 16. Fuit autem temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kalendarum Iulii, a consulatu Diocletiani sexto, & Constantii secundo, usque ad Diocletianum nono, & Maximianum octavo. Quo tempore fuit persecutio magna, ita ut intra 30. dies, ' 17. millia hominum promiscui sexus per diversas provincias martyrio coronarentur. De qua re & [c] ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret; quod & fecit. Et post paucos dies pœnitentia ductus, [d] ab eodem Diocletiano pro fide Christi, cum Claudio & Cyrino, & Antonino, capite truncatus est, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad passionem suam, adjuravit Marcellum presbyterum, ut præcepta Diocletiani non impleret. Iacuerunt autem corpora sanctorum in platea dies 36. ex jussu Diocletiani. Exinde Marcellus presbyter noctu collegit corpora sanctorum cum presbyteris & diaconibus cum hymnis, & sepelivit ea VI. Kalendas Maii, in via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, [e] in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem, ' secundum quod ipsi sanctus Petrus præceperat, in crypta juxta corpus sancti Crescentionis. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 4. episcopos per loca 5. Et [f] cessavit episcopatus annos 7. menses 6. dies 25. persequente Diocletiano Christianos.

' 15

' quod ipse præceperat pœnitens dum traheretur ad occisionem.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Marcellinus.*] Post interregnum undecim dierum tertio Maii, anno Christi 296. Diocletiani & Maximiani imperatorum 13. Marcellinus patria Romanus Gaio pontifici successit. Eusebius Marcellum ob similitudinem nominis cum Marcellino male confundit. Hujus hortatu Thebæorum martyrum legio in fide roborata partim apud Agaunum in Gallia, partim Bonnæ, Coloniæ, & Troiæ, trucidata est. Decima Christianorum persecutio Diocletiano & Maximiano imperatoribus promulgata, edixit, ut ubiq; terrarum ecclesiæ deturbentur, Christianorum scripturæ igne absumantur, honores adepti cum ignominia de gradu deponantur,

Marcellinus quando pontifex factus? Gereonis, Victoris, Cassii, &c. martyriū. Decima persecutio.

A privatis libertas adimatur, denique ut eccleſiarum præſides in vincula conjiciantur, & omnes omnibus tormentis adhibitis ad immolandum idolis compellantur. Euſebius lib 7. hiſt. cap. 3. Auguſt. de bapt. contra Donatiſtas, libro 7. cap. 2. Arnobius contra gentes libro 4. in fine &c. Vigore hujus edicti, die paſſionis dominicæ, vel ipſis paſchalibus, ut ſcribit Euſeb. in chron. ex compoſito omnes eccleſiæ dæmolitæ ſunt: eorum vero, qui tormentis graviſſimis propoſitis ad ſacræ ſcripturæ codices tradendos urgebantur, alii atrocitate pœnarum perterriti, quos apud ſe habebant, codices ſacros tradiderunt, & inde traditores appellati ſunt: alii potius per acerbiſſimos cruciatus mori, quam libros prodere, elegerunt. Horum omnium decennali perſecutione occiſorum numerum prope infinitum fuiſſe, ex eo colligitur; quod auctor libri pontificalis infra ſcribit, uno menſe 17. millia Chriſtianorum cæſa fuiſſe. Traditores ſacrorum codicum quidam, nullo criminis dolore percuſſi, neque conſcientiæ ſtimulis repreſſi ſe innocentiſſimos profeſſi ſunt, & confeſſorum gloriam jactanter uſurparunt, & quod peius eſt, Menſurium ac Cæcilianum Carthaginenſis B ſedis epiſcopos, traditionis, homicidii & crudelitatis labe conſperſerunt, atque ideo ſe ab eccleſiæ unitate, ideo quod horum communicatione polluta eſſet, ſeparantes, principio ſchiſmatici, deinde vero hæretici facti fuerunt. De lapſu Marcellini, & conciliis deſuper habitis; vide quæ dicemus infra ex Baron. anno 296. & ſequentibus.

Eccleſiæ diruuntur. Codices ſacri comburuntur. Traditores qui.

Traditores fiunt ſchiſmatici, & poſt hæretici.

Tempus ſedis Marcellini.

[b] *Sed t annos 9. menſes 2. dies 16.*] Ex conſulatu Dioclet. nono, & Maximiani 8. qui coincidit cum anno Chriſti 304. colligitur Marcellinum, 8. annis, minus uno menſe & 16. diebus ſediſſe: Baron. an. 304 num. 23.

An Marcellinus lapſus fuerit?

[c] *Ipſe Marcellinus ad ſacrificium ductus eſt, ut thurificaret, quod & fecit.*] Quamquam pluribus rationibus, quas vide apud Baron. anno 302. num. 96. & ſequentibus, hæc Marcellini thurificantis hiſtoria plane refutari & obreptitia eſſe probabiliter oſtendi poſſit, tamen non facile recedendum eſſe putamus ab ea ſententia quæ communi hactenus conſenſione credita eſt, atque in antiquis tabulis eccle- C ſiaſticis recepta fuit; Marcellinum nimirum metu mortis, & blanditiis imperatoris inductum, una cum ipſo imperatore templum Veſtæ ingreſſum, ibidem Iovis ſimulachro thus adoleviſſe, poſtea vero 72. teſtibus convictum, ſua ſe ſententia condemnaſſe, pontificatum ultro ceſſiſſe, & poſt peractam demum horribilem pœnitentiam glorioſo martyrio occubuiſſe. Hæreſiarchæ noſtri ſæculi, cum Donatiſtis tempore divi Auguſtini, hanc ob rem mirifice admodum triumphant, quaſi eccleſiæ catholicæ turpiſſima macula injuſta ſit, ex eo quod caput eccleſiæ hanc turpitudinem commiſerit: ſed quod ſolent alias, ante victoriam triumphum cantant. *Quid tum*, inquit Tertullianus de præſcript. *ſi epiſcopus, ſi diaconus, ſi vidua, ſi virgo, ſi doctor, ſi etiam martyr lapſus a regula fuerit, ideo hæreſis veritatem obtinuere? ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas?* Et ſanctus Auguſtinus libro de unico baptiſmo contra Petilianum agens, *Non ſane parva eſt*, inquit, *parumque glorioſa conſolatio cujuſque noſtrum, ſi ab inimicis eccleſiæ cum ipſa eccle- D ſia criminamur, ejus tamen defenſio non in eorum hominum defenſione conſiſtit, quos iſti nominatim falſis criminationibus appetunt. Prorſus quales fuerint Marcellinus, Marcellus, Silveſter, Melchiades, Menſurius, Cæcilianus, atque alii, quibus objiciunt pro ſua defenſione quod volunt, nihil præjudicat eccleſiæ catholicæ toto terrarum orbe diffuſæ: nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur.* Vita ergo præſulum turpiter acta, ipſis plurimum, nihil dogmatibus orthodoxis eccleſiæ præjudicat: quod male vivendo multis ſcandalum præbeant, ob hoc gravis ſuo tempore pœna luenda ipſos manet. Vide Baron anno 302. num. 89. & ſequentibus. Quod Centuriatores ex lapſu Marcellini urgent, Petrum & Petri ſucceſſores in definiendis fidei dogmatibus errare poſſe, & quoſdam de facto erraſſe, inepte urgent: Marcellinus enim idolis ſacrificando, metu mortis inductus, contra fidei confeſſionem peccavit, adeoque externo actu fidem negaſſe viſus eſt: ve- E rum interiore actu contra fidem nihil credidit, nihil etiam docuit, atque ideo hæreticus vel infidelis eſſe non potuit: cujus rei pœnitentia paulo poſt peracta, pontificatus ſponte abdicatus, martyrium ob fidem ſuſceptum, indicium evidentiſſimum præbent. Vide Bellar. libro 4. de Roman. pontif. cap. 9.

Lapſus Marcellini, nihil præjudicat veritati fidei catholicæ.

Centuriatorum calumnia refellitur. Marcellinus thurificando fidem non amiſit.

[d] *Ab eodem Diocletiano*] Cum hoc anno Diocletianus ageret Nicomediæ in Bithynia, ubi & purpuram depoſuit, quæ de martyrio Marcellini ſub Diocletiano facta eſſe ſcribuntur hic, ſub Maximiano reſtituenda ſunt, qui licet ipſis Parilibus XI. Kalendas Maii ſe imperio abdicaverit, tempore tamen illo, quo Marcellini martyrium contigit, adhuc imperavit. Baron. anno 304. num. 23. & 24.

Marcellini martyrium ſub Maximiano contigit.

[e] *In cubiculo claro.*] Vide notas Baron. ad Marcellinum in martyrologio.

[f] *Ceſſavit epiſcopatus annos 7. menſes 6. dies 25.*] Hac in re auctor, quiſquis fuerit, ſibi ipſi plane contrarius eſt. A Nam cum infra in Marcello dicat, ipſum ſedere cœpiſſe temporibus Conſtantii atque Galerii, ſi, ut hic dicitur, ſedes 7. annis vacavit, Marcellum Galerio ac Conſtantio extinctis ſediſſe oportuit. Deinde, quæ ratio tam diuturnæ ceſſationis eſſe potuit, cum Maximiano ſub perſecutione ſe abdicante, Conſtantius Chriſtianis favens, liberas habenas imperii mox acceperit? Exploſo igitur commento, vel potius textu depravato, de vacatione ſedis 7 annorum, quod nemo prudens dixerit, a ſexto Kalendarum Maii uſque ad 25. Novembris numerando, 7. menſibus & 25. diebus ſedem vacaſſe, probabilius eſt, ideo quod veriſimile ſit, loco 7. menſium, 7. annos corrupte poſitos eſſe. Vide plura infra in Marcello, item Baron. anno 304. num. 25. & 26.

Quantum interregnũ

fueri[l] obitu Marc[…] Aucto[…] bri p[…] calis […]tur.

"EPISTOLA I.

"Vtra[…] ſuppo[…]

MARCELLINI PAPÆ

B AD SALOMONEM EPISCOPVM.

Confutatur error dicentium Patrem eſſe Filio majorem, &c.

Marcellinus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis Romanæ, Salomoni coepiſcopo, in domino ſalutem.

QVAM laudabiliter " pro catholicæ fidei veritate movearis, & quam ſolicite dominico gregi devotionem officii paſtoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ ſcripta demonſtrant, quibus notitiæ noſtræ inſinuare curaſti, qui errorum morbi in regionibus veſtris modo exorti ſunt. Nam epiſtolæ ſermo, C & commonitorii ſeries, & libelli tui textus eloquitur, quod quidam errore decepti, dicunt, ideo Patrem majorem Filio eſſe, quia illi ſoli ſacrificium immolatur, & quod Filius nullam cum Patre communionis operam habeat, & quod illud propheticum de ſolo Patre dictum ſit: *Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.* Sive quod ideo minor eſt Filius, quia ipſe in cruce pendens dixit: *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* Quibus competens & congruum " reddatur reſponſum, quia ſicut Patri, ita etiam Filio, non ſolum Chriſtianis temporibus, verum etiam priſcis temporibus a ſacerdotibus variis multiſque modis probamus, ſa- D crificium fuiſſe oblatum, Daniele propheta dicente: *Non eſt locus*, inquiunt tres pueri, *ad ſacrificandum nomini tuo, & invenire miſericordiam tuam, ſed in anima contrita, & in ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Et ſicut holocautomata arietum & taurorum agnorumque pinguium, ita fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi.* Et ut Filium fuiſſe agnoſcas, cui hi tres pueri ſacrificium ſe confeſſi ſunt obtuliſſe, ex ipſius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti præceperat, confeſſione addiſce, qui ſe cum tribus quartum, in ipſo æſtuantis camini incendio ſociatum, prodidit conſpexiſſe. *Nonne*, inquit, *tres viros miſimus in fornacem vinctos? Et dixerunt ei: Vere* E *rex. Et dixit: Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & deambulantes in medio ignis: & aſpectus quarti ſimilis Filio Dei eſt.* Idem Dei Filius per prophetam loquitur, dicens: *Tibi offerent reges munera.* Et ut hæc de Filio Dei ſe dixiſſe doceret, dixit: *Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges: omnes gentes ſervient ei.* Et ut hæc omnia, ſuperius deſignata, Chriſto Filio Dei doceamus fuiſſe oblata, in nativitate ejuſdem Filii Dei, quæ ſecundum carnem facta eſt, probamus fuiſſe completa, evangelio comprobante: *Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iudææ in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hieroſolymam, dicentes:*

"S. L[…] 93. *Pſalm[…]* *Matt[…]* *"Itha[…] adv. V[…] madu[…] 51.* *Dani[…]* *Ibidem* *Pſalm.* *Pſalm.* *Matth.*

tes: *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?* Et infra. *Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes, adoraverunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Sacrificium itaque quod a Christianis sacris altaribus admovetur, non solum Deo Patri, sed etiam Filio communi devotione offertur, quoniam nec Patri sine Filio potest offerri, neque Filio sine patre sacrari. " Quod autem communem operationem habeant Pater & Filius, hoc modo docetur, dum primi hominis plasma Deus ad imaginem Dei communi operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicente: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Item ibi: *Descendamus & confundamus ibi linguam eorum.* Et, *Pluit dominus a domino* B *ignem & sulphur super Sodomam.* Et in evangelio: *Pater meus usquemodo operatur, & ego operor.* Similiter *& opera, quæ ego facio, non sunt mea, sed ejus qui misit me, Patris:* Quæ omnia non discretam Patris & Filii potentiam monstrant, sed unam divinitatis operationem annuntiant. Et is, qui paternum opus exequitur, a paternis operibus alienus esse non creditur. " Si autem ex evangelio Filium Dei cognosceres altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans, hoc de solo Deo Patre dictum poneres testimonium, cum scriptum sit: *Tu puer propheta altissimi vocaberis.* Et ut Filius cum Patre indiscrete in altissimis habitasse credatur, Salomonis testimonio comprobatur: *Ego sapientia*, inquit, *habitavi in altissimis, & thronus meus in columna nubis.* Et in psalmo 91. C *Tu autem altissimus es in æternum, domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.* Nam cum diabolus thronum suum contra creatoris sui thronum in altissimis collocaret, elatus superbia, hæc ausus est nefando ore depromere: *Ponam sedem meam ad Aquilonem, ascendam*, inquit, *super sydera cæli, sedebo super montes excelsos, & ero similis altissimo.* Item in Salomone: *Ne dixeris, peccavi, & quid accidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditor.* Si auditum cordis tui scripturis non vis accommodare divinis, quæ Filium doceant altissimum nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare. Vt eum cognoscatis Filium " a Patre (ut D vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in evangelio posuit testimonium: *Pater, qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia, quæ placita sunt ei, facio semper.* Vnde pro " surreptione mandamus, ut omnis cura atque solicitudo invigilet, ne fides temeretur aut violetur. Iam nullus est ignorantiæ locus, nullus utatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare, necessaria est confusio: & quod ore contraxit, scientia reformetur. Ista, frater, tene, & hæc doce. " Vtinam ad plenioris affatus satietatem præsentiæ tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos & colloquio & præsentia tui frui, quam sumus ante scripto complexi. Verumtamen E probasti, dilectissime frater, quo Christianam fidem veneraris affectu, dum ea, quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, sine aliqua cupis transgressione servare: & spreta erratica & nociva doctrina, catholica & apostolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas docere atque servare. Hæc, frater carissime, & alia, " quæ patrum regulis continentur, in labiis & cordibus nostris indivisa retractatione meditemur, & sicut scriptum est, *narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulan-*

dem ic.52. — r. i. — c.11. — c.19. — s. — 7. — em I- c. 53. — 24. — 5. — cii c. — 8. — nifda — dem ifdæ — dem — 77.

A *tes in itinere, dormientes atque surgentes: quia beatus in domino qui in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Hæc etenim magister gentium secutus, discipulum suum instruens, admonet: *Hæc meditare, in his esto, subjiciens * plenitudinem. ' Attende tibi ac doctrinæ:* quoniam si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura divino operi, humano locum non relinquit errori. Quod " si ea quæ prædicta sunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, & constanter quæstionibus obviatur, ac pravorum intentio cassatur, bonorumque fides & constantia roboratur. Data octavo Idus Septembris, Diocletiano sexto & Constantio secundo viris" clarissimis consulibus.

Psal. 1. — 1. Tim. 4. — ' ita & MS. cod. Iust. — "Hormisdæ ep. 79. — " anno 296.

EPISTOLA II.

MARCELLINI PAPÆ AD ORIENTALES EPISCOPOS.

" ** Vt laico clericum non liceat accusare.

I. *De contentionibus inter Christianos ortis ad ecclesiã deferendis, & ab ecclesiasticis jure terminandis.*
II. *Quod major a minori judicari non debeat, nec episcopi ullum præjudicium inferre pontifici a quo consecrari probantur.*
III. *Quod clericus absque permissu episcopi sui neminem ad judicium sæculare trahere præsumat, nec laico quemlibet clericum accusare liceat.*
IV. *Quod injustum judicium metu regis, vel jussu, a judicibus factum non valeat: & quod statuta infidelium delebuntur.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis: per orientales provincias constitutis, Marcellinus episcopus.

QVID tam dulce solicito, quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid " tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter se sacerdotes pacem, quam necesse est aliis pro officio annuntiare, conservent? Plena (fateor) gratulatione suscepi, quod votiva mihi de caritate (quæ inter vos est) ecclesiarum & pace, in literis indicastis sponte mihi quidquid hortari poteram, quidquid monere, delatum est. *Confirmet hoc Deus, quod est operatus in nobis:* & quæ præcepit pro animarum salute facienda, hæc ipse qui præcepit, pro ea, qua nos redemit, pietate faciat. Et his tam bonis nuntiis, nos* quoque religiosam sanctorum vicem reddimus nuntiorum. Quidquid *cum orientalibus, quos ad ecclesiæ corpus unitatemque revocatos*, dudum Dei nostri ope literis significavimus destinatis, denuo, cum aptum fuerit, repetitis vobiscum participamus indiciis, *mox pro nostro edicto" ab orientalibus missa legatio est.* certa speravit, certa consuluit. Sed facimus de his, quæ fuerunt dicenda, compendia ipsi potius ad instruendam notitiam vestram, quæ nobis sunt responsa, dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem, ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem ad continentiam nostrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria plenius expedire. Quapropter " scitote, vos a persecutione fratrum, & ab omni litigio abstinere debere, dicente scriptura: *Servum Dei non oportet litigare, nec* quemquam nocere*, sed omnes persecutores ecclesiæ, servorumque ejus, vestris redargutionibus corrigere, testante apostolo: *Argue, obsecra, increpa.*

" Hormisdę ep. 65. quæ vel unica omnes pseudo-Isidori merces evertit proscribitque eruditorum virorum judicio. — Psal. 67. — * religiosorum vicem reddẽtes nuntiorum, quidquid. — " Hinc videas fraudẽ mali artificis sole meridiano clarius emicare. — " hic initiũ capiunt solitæ Mercatoris cantiones. — 2. Tim. 2. — * cuiquam — 2. Tim. 4.

I.

1. quæst. 1. Quæcumque.

Quæcumque ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad ecclesiam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur.

II.

" Hadr. coll. 69.

Major autem non potest a minore judicari, nec episcopi pontifici, " a quo consecrari probantur, præjudicium inferre ullum possunt. Quod si præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

III.

* Clericum * nullus 11. q. 1. Clericum cujuslibet ordinis. 2. q. 7. Laico non liceat quemlibet.

* Clericus vero cujuslibet ordinis, absque pontificis sui permissu, * nullum præsumat ad sæculare judicium attrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accusare. Detractiones tamen & accusationes atque persecutiones inter Christianos oppido vitandæ sunt: quia licet pauci simus in comparatione aliorum, si tamen unanimes fuerimus, facilius adversariis resistemus. Sanctus etenim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Iesus suscipiebat plagas. Ideo unicuique providendum est, " ne aliquem injuste judicet aut puniat. Et dominus in evangelio ait: *Nolite judicare, ut non judicemini: quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.* Vnde & doctor gentium loquitur, dicens: *Hoc igitur dico, & testificor in domino, ut jam non ambuletis, sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ, omnisque avaritiæ: vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occcidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, jam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem " opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni & misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate, (fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia & veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe * est dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. Subjecti invicem in timore Christi."* Omne enim quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Non licet ergo imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere: nec quidquam quod evangelicis propheticisque & apostolicis regulis obviat, agere.

" Hadr. coll. 66. — Matth. 7. — Ephes. 4. — " ex versione Italica — Ephes. 5. — * est & — " Can. 9 Nicænum citatus in conc. VI Rom. sub Symmacho

IV.

35. q. 1. C... ne quod

Injustum enim judicium & definitio injusta, regis metu vel jussu a judicibus ordinata, non valeat: nec quidquam, quod contra evangelicæ, vel propheticæ, aut apostolicæ doctrinæ constitutionem, successoremve eorum, sive sanctorum patrum, actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, " omnino cassabitur. *Vos autem state in fide, viriliter agite, & omnia vestra cum caritate fiant.* Hujus rei gratia, ut ait apostolus, *flecto genua mea ad Patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtutem, corroborari per Spiritum ejus, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, & * profundum, scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnibus generationibus sæculi sæculorum. Amen.* Data quinto Idus Septembris, Diocletiano septimo, & Maximiano sexto viris clarissimis " consulibus.

" hactenus conc. VI sub Sym... — 1. Cor. 16. — Ephes. 3. — * & sublimitas. — " anno 3...

[a]CONCILIVM CIRTENSE, QVO IN LOCVM TRADITORIS

traditorem episcopum substituerunt,

anno CCCIII. *sub Marcellino papa.*

ANNO CHRISTI 303.

Tempus concilii

[a] *Concilium.*] Hoc concilium habitum est Cirtæ in Numidia anno domini 303. sub Marcellino pontifice, & Diocletiano ac Maximiano imperatoribus, Secundo Tigisitano episcopo, Numidarum episcoporum primate, auctore. Episcopi, qui ex imperatorum edicto, codices sacros, resve alias sacras comburendas tradiderant, aut thurificarant, eo fine convenerunt, ut in locum defuncti Cirtensis episcopi alium sufficerent & subrogarent. Celebrata est hæc synodus in domo Vrbani Carisi, quia basilicæ nondum erant restitutæ. De traditione sacrorum librorum, interrogante Secundo

Causa concilii. — Qui & qui les interfuerunt.

cundo Tigisitano, reliqui præsentes quæsiti, traditionis crimen confessi sunt, suumque primatem interrogantem, ejusdem delicti redarguerunt. Qua de re ipse se literis ad Mensurium Carthaginensem episcopum scriptis omnino purgare & excusare frustra est conatus. Episcopum Cirtensem, quæ fere præcipua conveniendi causa fuit, ordinarunt quemdam Paulum, qui hoc eodem anno a magistratibus conventus, libros & ecclesiæ supellectilia tradidit, sicut & Silvanus, ejusdem subdiaconus, postea vero etiam Cirtensis episcopus, ut constat ex actis proconsularibus, quæ prolixe recitantur a Baron. hic num. 7. Ex his traditoribus impii Donatistæ fluxerunt, quorum causa Africana ecclesia tot cladibus multis sæculis in pœnam criminis exagitata, ac deinde a Vandalis primo, demum ab Arabibus penitus devastata fuit. Baron. an. 303. num. 29. Fragmentum hujus synodi recitatur ab Optato Milevitano lib. 1. summatim dumtaxat, sed a S. Augustino contra Cresconium libro 3. cap. 26. in fine & 27. his verbis: *De vestris autem majoribus extat Secundi Tigisitani concilium cum paucissimis quidem factum apud Cirtam, post persecutionem codicum tradendorum, ut illic in locum defuncti ordinaretur episcopus. Ibi quæ gesta sint, accipe: nam quæ necessaria fuerunt, infra scribere curavi.*

Diocletiano octies & Maximiano septies consulibus, quarto nonas Martii, Cirtæ cum Secundus episcopus Tigisitanus primæ cathedræ consedisset in domo Vrbani † Donati, idem dixit: Probemus nos primo, & sic poterimus hic ordinare episcopum. Secundus Donato Masculitano dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Scis quantum me quæsivit Florus ut thurificarem, & non tradidit me Deus in manu ejus, frater: sed quia Deus mihi dimisit, ergo & tu serva me Deo. Secundus dixit: Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia non tradiderunt, ideo & coronati sunt. Donatus dixit: Mitte me ad Deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit: Accede una parte. Secundus Marino ab Aquis Tibilitanis dixit: Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit: Dedi Pollo chartulas; nam codices mei salvi sunt. Secundus dixit: Transi una parte. Secundus Donato Calamensi dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Dedi codices medicinales. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Victori a Russiccade dixit: Dicitur te tradidisse quatuor evangelia. Victor respondit: Valentianus curator fuit: ipse me coegit, ut mitterem illa in ignem. Sciebam illa * deletitia fuisse. Hoc delictum indulge mihi, & indulgebit mihi Deus. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Purpurio a Limata dixit: Dicitur te necasse filios sororis tuæ, duos Milei. Purpurius respondit: Putas me terreri a te, sicut & alteri? Tu quid egisti, qui tentus es a curatore & ordine, ut scripturas dares? quomodo te liberasti ab ipsis, nisi quia dedisti, aut jussisti dari quodcumque? nam non te dimittebant passim. nam ego occidi & occido eos qui contra me faciunt: ideo noli me provocare ut plus dicam. Scis me de nemine tractare. Secundus minor patruo suo Secundo dixit: Audis quæ dicat in te? Paratus est recedere, & schisma facere, non tantum ipse, sed & omnes quos arguis: quos scio quia dimittere te habent, & dare in te sententiam, & remanebis solus hæreticus. Ideo quid ad te pertinet, quis quid egit? Deo habet reddere rationem. Secundus Felici a Rotaria Centurionis, & Victori a Garbe dixit: Quid vobis videtur? Responderunt: Habent Deum, cui reddant rationem. Secundus dixit: Vos scitis, & Deus: Sedete. Omnes responderunt: Deo gratias.

Cir- duum um, us ntra enia- atus Cari- omi-

* tilia

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Sequentis concilii apud Sinuessam, ut ferunt, celebrati tres inter se in pluribus diversas editiones, literis A, B, & C. distinctas, ac columnatim dispositas repræsentavit post Petrum Crabbum, Laurentium Surium & Dominicum Nicolinum Severinus noster Binius. Collector vero regius unicam dumtaxat exhibuit, eamque mediam, ex utraque opposita & in plerisque vitiata consarcinatam: de qua in admonitione prævia doctissimus Crabbe ord. Minorum nonnulla observavit ab aliis postea conciliorum editoribus verbatim descripta. Nos, quod maxime necessarium censuimus tres illas expositiones diligenter inter se contulimus & quæ visa sunt alicujus momenti ἀντιλογήματα ad marginem pro more nostro adscripsimus.

[a] CONCILIUM [b] SINVESSANUM, EIUSQUE [c] ACTA OMNIA, de Marcellini papæ condemnatione,

ANNO CHRISTI 303.

celebratum anno Christi CCCIII. tempore ipsius Marcellini papæ.

[a] * De Marcellino [b] episcopo urbis Romæ & de Vrbano pontifice capitolii. Marcellini papæ condemnatio: *An potius commendatio apud Diocletianum scilicet?*

[b] ex edit. Crabbi, Surii, ac Nicolini.

DIOCLETIANO & Maximiano augustis, cum multi in vita sua meritis suæ [f] facilitate aspersi, deorum mentiebantur originem, dicentes, quod de eorum superstitione vanissima sentirent, & ad sacrificandum eodem tempore multi inducerentur per pecuniam, ut [f] thurificarent diis: Marcellino itaque urbis Romæ episcopo, venit quidam nomine Vrbanus, qui erat pontifex Capitolii, & repletus multitudine malitiæ, cœpit cum eo habere altercationem de thurificando diis, & dixit ad Marcellinum urbis Romæ episcopum: Si Christus vester, quem dicitis natum de virgine Maria, Deus est, quare ad ipsum [f] prævia luce missi Magi ab Herode, obtulerunt ei munera? quæ? aurum, thus, & myrrham. Quare hoc, nisi ut scirent sacerdotes, per quid placarent hunc, quem dicitis resurrexisse, & vivere, & sedere super thronum? Dicit ei Marcellinus episcopus: Non obtulerunt ei, ut sacrificarent vanitati, sed ideo ut Deum ac dominum altissimum eum, quem postea negabant Iudæi, ostenderent. Vrbanus ad eadē respondit, dicens: Vna nocte stemus simul ante dominos imperatores invictissimos Diocletianum & Maximinianum, atque clementissimos principes, & dabo tibi quæstionem de thurificando. Venientibus autem eis die, quem dicunt Vulcanalia, dicit ei Vrbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quasi [f] instrumenta petitionum, & [f] offeramus clementissimis principibus. Fecerunt ambo similiter, sicut dixerant, Marcellinus & Vrbanus. Et venientes ad sacratissimos principes, offerebant eis. Marcellinus itaque urbis Romæ episcopus fidem servans, Christum prædicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles universo mundo, quoniam vana est superstitio thurificandi? Dicit autem Vrbanus: Loquemur nos contra pontifices, o clementissimi atque invictissimi principes, qui deum Iovem, & invictum Herculem corporeos fabricantur, & Iovem quoque, quem dicimus cælum, terram, mareque simul cum Saturno mensurantem? Quare ergo hic Marcellinus pontifex non

[f] vacillitate
[f] sacrificarent.
[f] primâ
[f] incrementa
[f] afferamus

ANNO CHRISTI 303.

non thurificat, sicut & ego, majestatibus? Dicit A itaque Diocletianus: Non execrate hominem hunc, quoniam nobis nullam difficultatem exhibet, qua offendamur, sed ejus consilium accipiamus, quoniam ' intelleximus eum non esse adversum nobis, nec contra deos immortales dare sententiam. Romanus itaque & Alexander dixerunt secreto Diocletiano: Si hunc, domine atque invictissime princeps, consilio ' tueris & blandimentis, habebis omnem urbanam plebem * in unitate conservare, & gentes ' propter sacrificia fidelissima objurgare.

' non probamus post serenitatem esse obscurum ' non probavimus nostræ serenitati esse obscurum. ' tenueris blandimẽti * unitam ' munitam ' per

De Diocletiano, & de thurificatione Marcellini episcopi urbis Romæ.

DICIT autem Diocletianus ad Marcellinum episcopum urbis Romæ: Video prudentiam B tuam, quoniam magna est, nostraque inimicitia, quam diis & universo mundo sit inimica. Veni itaque, & eloquentia tua nostro incrementum facias favori. Veniens autem ad templum ' Vestæ & Isidis, introduxit episcopum. Qui dum introissent, erant cum eo duo diaconi, Gaius & Innocentius, & tres presbyteri, Vrbanus, Castorius & Iuvenalis. Et dum vidissent eum introeuntem, non tamen mittentem & thurificantem, fugerunt hi omnes ad compresbyteros, & invenerunt eos in Vaticano palatii Neroniani, & dixerunt rem, quam gestam vidissent. Euntes autem multi Christiani, ' propter veritatem ad templum abierunt, C & viderunt eum mittentem, & thurificantem, & factum amicum principum. Qui autem abierunt ad eum, ut testimonium veritatis exhiberent, isti sunt:

' Vestianum & ad Isidem

' per veritatis exemplum.

Bonosus, Maximus, Carpilio, Cyprianus, Olympius, Priscus, Hercules, Androphemus, Victor, Benenatus, Epiphanius, Crispinus, Theodolus, Alexander, Romanus, Bajulus, Quiriacus, alias Quiricus, Theodolus, Caritosus, Omitasio, alias Octavianus, Honoratus, Crescentio, Maximus, Probinus, Vrbicus, alias Vrbinus, Concordius, Neapolus, Refrigerius, Sebastianus, Calphurinus, Iulianus, Epiphorus, Habetdeum, Cri- D spianus, alias Crispinianus, Crescens, Rapula, alias Rabula, Cyprianus, Abentius, alias Habentius, alias Iubentius, Exquiro, alias Exper, Venerius, Oyfitus, alias Orphitus, Carpulianus, alias Carpinianus, Constantius, Vrsus, alias Vrsinus, Valentinianus, alias Valentinus, Priscus, Severus, Probus, Faustus, Antonius, Quirillus, Homobonus, Abulus, alias Aibulus, Pulsanus, alias Pulsatius, Caritto, alias Carotto, Crispianus, alias Crispinianus, Herculentius, alias Herculianus, Petrus, Nonnosus, Tespias, Marinus, Fabius, Honestulus, alias Honestatus, Furinus, alias Firminus, Domitianus, alias Dominicus, alias Domninus, Hymulus, alias Hynnulus, Cappillatus, alias Catellus, Lugundinus, alias Iucundus, Venerosus, E alias Benerosus, Aurelianus, Impeditus, Agapitus, Concordius, Bonifacius, Cyprus, alias Cyprius, Major, alias Majoranus, Reparatus, Auxentius, Corporanus, alias Corporalis, Bonus homo, Salustius, Origanus, Abundius, Tinilus, alias Terula, Nepotianus.

Hi omnes electi sunt viri [d] libra occidua, qui testimonium perhibent, se vidisse eumdem Marcellinum thurificasse.

De synodo, & de negatione Marcellini episcopi, quod non thurificasset.

FACTA est itaque synodus, non tamen collecti sunt in integro sacerdotes, quia curriculus urgebatur persecutionis. Veniens autem episcopus Marcellinus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit, quia dimiserunt eum, qui cum eo esse videbantur in eodem loco presbyteri, Vrbanus, Castorius, & Iuvenalis, & diacones Gajus & Innocentius. Synodus autem universa hoc dixit cunctorum judicio: Tu eris judex: ex te enim damnaberis, & ex te justificaberis, tamen in nostra præsentia. Illuc vero dum veneris ad judicium tuum, ex te nunc damnaberis, & ex te justificaberis. Tu enim judex * tu reus: presbyteri autem & diacones (quoniam pontificem, qui eos creavit in ordinem presbyterii vel diaconatus honorem, & dimiserunt arcam, & evacuaverunt horreum) ad probandum eos, ' amisso ordine, intrent examen, quoniam evacuaverunt horreum. Debuit enim pontifex potius mori cum quinque, quam ut viveret, suo judicio condemnatus. Introivit autem universa synodus in cryptam ' Cleopatrensem in civitate Sinuessana. Et quia tota multitudo non recipiebatur in crypta synodi, quinquageni introibant.

* tu eris

' admiss

' clero Cl... triensem... in c. Se... na vel ... ruptius Sensuan...

De damnatione Vrbani & Castorii, & de testimonio episcoporum adversus Marcellinum urbis Romæ episcopum.

PRIMA autem die synodi introierunt, hi damnantes Vrbanum, Castorium & Iuvenalem presbyteros, & diacones Gajum & Innocentium. Hi sunt qui introierunt episcopi, audientes, non tamen judicantes pontificem:

Petrus, Castorius, Habetdeum, Castinus, Victor, Felicianus, Parterius, Majorinus, alias Majoranus, Auxentius, alias Amplexus, Iacintus, alias Iacynctus, alias Hyacinthus, Savinus, alias Sabinus, Felix, Paulus, Constantius, alias Constantinus, Catelus, alias Catellus, Anastasius, alias Athanasius, Castalius, Spesindeo, Castinus, Tranquillinus, Victor, Anastasius, Laurentius, Beneservantius, Bonosus, Ioannes, Firminus, Epiphanius, Herculianus, Castus, Orsytus, alias Oyfitus, Cyprus, Gaudiosus, Reparatus, Fortunatus, Quadratianus, Cyprianus, Sebastianus, Paschasius, Innocens, Valerius, Servulus, Cerasianus, Quintilianus, Montanus, Polycarpus, Hermias, Nepotianus, Petrus, Aristonicius, alias Aristo.

Hi introeuntes in cryptam propter metum Augustorum, uno ore quasi trecenti, uno die ' in concilio judicantes, damnaverunt Vrbanum, Castorium & Iuvenalem presbyteros, & diacones Gajum & Innocentium, * qui evacuaverunt horreum, & dimiserunt arcam apertam, ut introiret immundus, & comederet triticum: presbyteros & diacones damnabant, qui Marcellinum papam dimiserunt, ipsos etiam judicabant, non tamen judicabant pontificem, quia sic ex uno ore erant * corroborati, ut intra horum septuagintaduorum testimonia ipse judex, ipse reus, ipse semetipsum in præsentia eorum se innocentem servaret, aut infidelem se damnaret: quoniam in septuagintaduorum libra occidua ' in reparationem resurgit annus. Hoc quoque ' factum est novi, ut introiret unus de testibus, qui cum & uxorem haberet, & filios ex ea, ipse tamen illi spretæ adulteram superinduxit, & dedit uxori repudium. Et introierunt alii decem, & alii ' quatuor, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificantem [f] Herculi, Iovi & ' Saturno. Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit unus, eorum, & dixit: Quo die ' exuisti purpuram, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus, & quos paulo ante negabas, & ante

' ejus co... silio

* quia

* concor... dati,

' per ' gestum mirandum

' tres ' Patusino... f. Patulc... id est Ian... ' excidisti

ante ejus tribunal eis thurificabas. Athanasius episcopus dixit: Itane vera sunt quæ testantur isti? Et respondit Petrus episcopus, & dixit: Loquere pontifex, & judica causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta episcopi, qui supra dicti sunt, cum quatuordecim viris, qui ex uno ore loquebantur cum septuagintaduobus, & firmabant judicium.

De trigintatribus presbyteris urbis Romæ, qui celebrabant synodum servandam.

ALIA autem die venerunt trigintatres presbyteri urbis Romæ, & in eorum judicio Vrbani, Castorii, & Iuvenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentii diaconorum damnationem integram perspexerunt, ac ipsi de suo ordine, suo judicio justitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine negent se esse horum qui sunt socii ecclesiæ. Convenientibus autem eis secundo die post damnationem presbyterorum Vrbani, Castorii & Iuvenalis, Gaii & Innocentii diaconorum, venerunt alii quinquaginta episcopi, & introierunt in cryptam, ut tertia pars synodi compleretur. Et dum ingressi fuissent in cryptam propter tempestatem temporis, introivit & Marcellinus urbis Romæ episcopus, tum adhuc nomen tenens episcopatus, nondum enim fuerat * damnatus, nisi numerus secundum ordinem synodi ' libræ probaret exemplum. Introivit autem,

Castinus, Carpunianus, alias Carpulianus, Domitianus, alias Domninus, alias Dominicus, Deus dedit, alias Dominusdedit, Domninus, alias Domnininus, Crescentius, alias Crescentio, Asterius, Crispus, Major, alias Majorinus, alias Majoranus, Quirillus, alias Quirinus, Quiricus, alias Quiriacus, Anastasius, Valentinus, alias Valentinianus, Vltius, alias Vitus, Vrsus, alias Vrsinus, Anthimus, Ambrosius, Agatho, Bonus, Alexander, Venerosus, Felix, Ioannes, Honestatus, alias Honestulus, Marcus, Vrbanus, Crescens, Salustius, Firminus, Spectator, Sebastianus, Tristator, Serius, Marcus, Montanus, Andreas, Philippus, Placentianus, alias Priscillianus, alias Prisalianus, alias Pulsanus, Magnus, Exuperatius, Adrianus, Petrus, Gorgonius, Simplex, Victor, Venerianus, Honestatus, Benenatus, Petrus. Introibant ante in cryptam.

*De responsione * Athanasii & Anthimi episcoporum.*

RESPONDERVNT Anastasius & Anthimus episcopi, & dixerunt: Tuo ore judica causam tuam, & non nostro judicio solve conditionem. Respondens autem Sebastianus episcopus, dixit: Noli audiri in nostro judicio, sed collige in sinu tuo causam, & introduc testes, ut testificentur veritatem, quoniam ex te justificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis, quoniam recte ' præscripti patres nostri & coepiscopi damnaverunt, sicut & nostro ore perimus, & uno ' conformi judicio damnati Vrbanum, Castorium & Iuvenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diaconos. Vnde quia ' isti ex spelunca fugerunt, & sæpe fatum Marcellinum episcopum hi dimiserunt, amisso ordine intrent examen, quia omnes tegulæ (dicit Petrus episcopus) dum * cultæ ' in fornace fuerint coctæ, iterum coquuntur sole & pluvia, & ibi probantur, ut sint super habitaculis hominum. Moram ergo non facientes, (ut damnationi eorum jam antedictorum subscriberent hi quinquaginta episcopi) ' omisso ordine, introierunt in synodum.

De testimonio adversus Marcellinum episcopum quod vidissent eum thurificantem.

ET ecce introierunt & 14. testes, qui dicebant se vidisse Marcellinum thurificantem. Respondit unus episcopus nomine Salustius, dicens: Dicite coram veritatem. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum episcopum: Iam audi, pontifex, & judica causam tuam, quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput ' mœstum fuerit. Respondit Marcellinus episcopus, & dixit clara voce: Non diis sacrificavi, sed tantum grana levatis manibus super prunas combussi. Levaverunt se omnes quinquaginta præscripti episcopi, dicentes ad 14. ' testificantes: Quid vidistis hunc facientem? Qui ex ore suo testati sunt, quasi uno ore loquentes. Et subscripserunt omnes 55. * in testata 14. virorum, ita ut 28. complerentur cum * participantibus. Vnus autem de episcopis, nomine * Quirinus, dixit: Infudisti cor tuum, pontifex, malitia, quod decem & octo annis * sic caveras ' castitate, præsul, vulnerasti universa membra tua. Propterea ego non recedam de omni cœtu synodi, donec purpureum cor tuum manifestetur.

Altera autem die hi ducenti episcopi constituerunt, quatenus & ipsi introirent ' in synodum. Et facta collocutione ' insimul cum præscriptis centum, sederunt in eadem civitate, omnesque uno examine trecenti alligaverunt, & damnaverunt hos, Vrbanum, Castorium, & Iuvenalem presbyteros, Gaium & Innocentium diacones. Respondit Sebastianus episcopus: Huic tribunali nostro sermone, nostro chirographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia & veritate fixa, & præclara dispositione auditionis exhibemus ' ligamen. Non enim nostro ore justificaberis, aut nostro ore condemnaberis. Quapropter consue tunicam tuam, & quam paulo ' ante induebas sutam, modo conscissam consue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis involvere in peccato tuo, Marcelline pontifex Romæ. Respondit Vrbanus episcopus ad Sebastianum episcopum, & dixit: Introducantur testes viri ' veridici, numero quadragintaquatuor, ut libra occidua cōpleatur a multis, ' quod a multis fabricatū est. Et introierunt testes: Tranquillinus, Priscus, Bonus, Servulus, Cyprianus, Petrus, Quadratianus, Aristo, alias Aristonicius, Tespias, Quadrus, Epiphorus, Maximus, Gordianus, Gaudiosus, Saturninus, Vrbanus, Priscus, Reparatus, Exper, alias Exquiro, Iacintus, alias Hyacinthus, Nicorus, alias Noricus, Probianus, alias Probatianus, Probus, alias Probinus, Terula, alias Tinulus, Vrsus, alias Vrsinus, Venerosus, Romanus, Exuperius, Crispianus, Barbarus, Leforianus, Bacauda, Ambrosius, Iubentius, alias Iuventius, alias Habentius, Proculus, Octavianus, Valerianus, Romanus, Mellicianus, Petrus, Claudius, Vrbatianus, Ioannes.

Singulis autem adstantibus in gremio trecentorum episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & vigintiocto testium supradictorum, ut libra compleretur; quoniam 12. unciis in libra probabitur census, & in 72. comparentibus damnabitur præsul; respondit Quiriacus episcopus; & dixit ad Marcellinum: ' Nunc cognosce universum velamen cordis tui. Iudica ipse causam tuam, & disjectam a te maceriem tuam ipse scrutare. ' Non enim nostro, sed tuo ipsius judicio condemnaberis, nostro autem testimonio excusaberis. Nihil time, quoniam nos

Anno Christi 303.

' mœstavit · ' testimonia · * testimoniis · * anticipantibus. · * Quirillus · * sanctificaveras · ' sic caveras manifestare. · ' quinquageni. · ' in uno cum his anticipantibus · ' legamen. · ' non induebas sutam, modo excisam sue · ' viriliter · ' quoniam · ' Non cognoscis · ' & lacera, vel macera macerationem tuā. · ' Tuo enim pontificio condemnaberis & nostro testimonio explicaberis

ANNO CHRISTI 303.

in tui damnationem nihil apponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus eos qui evacuaverunt templum, & dimiserunt fabricam manu " desuper constructam, ut introirent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos, & eos, qui ex veteri ad novum venerant, inveterarent. Te enim non condemnamus, præsul, quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinus autem in conspectu synodi cecidit in terram. Ibi ergo ' jacentem, & moram eum facientem, damnaverunt. Synodus autem & presbyteri triginta voce clara chirographum ' firmaverunt super Urbanum, Castorium, & Iuvenalem presbyteros. Hi,

" f. Dei super constructam

' exhorres synodum, cecidisti in terram

' ex ore synodi cecidit in terrã.

' jacente & moram faciẽte damnaverunt synodus & pr. 30.

' firmum Urbani, &c.

Prisaliamus, alias Pulsanus, alias Placentianus, alias Priscillianus, Herculanus, alias Herculacus, alias Herculentius, Homanus, alias Humanus, Valentinus, alias Valentinianus, Corporalis, alias Corporanus, Vitus, alias Ultius, Audax, Capuanus, Collectitius, Cyprianus, Castinus, Castorius, Eusebius, Castorius, Homobonus, Innocentius, Petrus, Quiriacus, Serenus, Ioannes, Nepotianus, Spesindeo, Victor, Matthæus, Iulianus, Lucianus, Vincomalus. Et diacones isti, Hermes, Xystus, Petrus.

Subscripserunt autem in damnationem horum quinque, Urbani, Castorii, & Iuvenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentii diaconorum.

De confessione Marcellini episcopi & condemnatione ejus.

Marcellini confessio.

In sinu autem trecentorum episcoporum, caput cinere convolutum habens Marcellinus episcopus urbis Romæ, voce clara clamans dicebat: Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam avarus * corrupit me auro. Subscripserunt igitur in ejus damnationem, & damnaverunt eum extra civitatem. Sacerdos, nomine " Helchiades, episcopus subscripsit primus in ejus damnationem, non tantum pro hoc tempore (quod exigebat ordo) sed etiam in exemplum futuri temporis, quoniam & ipse voce clara dicebat: Iuste ore suo condemnatus est, & ore suo ' anathema suscepit maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim unquam judicavit pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam. Hoc autem facto, Diocletianus, cum esset in bello Persarum, audivit quod trecenti episcopi, & triginta presbyteri, & tres diacones, in eamdem damnationem convenissent, quodque dum subscriberent omnes, ipse omnium primus Marcellinus manu sua concluserat in suum anathema, anathemati subscribens. Et iratus Diocletianus, in eamdem civitatem misit, & multos episcopos ad martyrii coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, nisi quod dum primo damnati fuissent tres presbyteri & duo diacones, damnatus est & Marcellinus episcopus suo judicio, x. Kalendas Septembris " Diocletiano VIII. & Maximiano VII. clarissimis consulibus.

* corrupi

" Melchiades qui postea pontificatum gessit alius ab isto est.

' anathematus accepit maranatha. Prima sedes a nemine judicatur.

" anno Christianæ æræ 303.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa concilii.

[a] *Consilium Sinuessanum.*] Cum Marcellinus pontifex Romanus, ideo quod in templo Vestæ & Isidis, simulacris & idolis Gentilibus, Iovis nimirum ac Saturni, thus adolevisset, & sacrificium obtulisset, accusatus esset, in civitate Sinuessana convenerunt trecenti episcopi, de lapsu Marcellini pontificis sententiam dicturi. Locus conveniendi fuerat crypta Cleopatrensis, quam quinquageni dumtaxat, alii post alios, introibant, cum præ nimia angustia omnes simul non caperet. Post causæ discussionem, & quorumdam presbyterorum condemnationem Marcellinus pontifex peccatum suum publice confessus, indutus sacco, aspersus cinere, humi prostratus, pœnitentiam agens, *Peccavi*, inquit, *coram vobis, & non possum esse in ordine sacerdotum*: atque ita suo seipsum judicio condemnavit. Hunc conventum trecentorum episcoporum, post Magdeburgenses, novatores Angli, quasi a Donatistis confictus sit, rejiciunt, ideo quod putent non esse probabile, hoc anno Diocletiani 20. quo persecutionis sævissimum incendium flagrabat, & imperatorum toto orbe Romano in Christianos acerbior ira sæviebat, trecentos episcopos congregari potuisse. Verum si nullo metu persecutionis Decii obstante, ante annos 50. circiter, ut supra diximus in notis ad Romanum concilium sub interregno habitum, ad literas cleri Romani remotiorum provinciarum episcopi plurimi, cum multis aliis vicinis Italiæ, & Romæ in exilio degentibus convenerunt, & concilio ibidem celebrato ea statuerunt, quæ pro necessitate ecclesiæ tunc requirebantur, cur magis a veritate alienum erit, ejusdem cleri Romani vigilantissimo studio, transmarinæ ecclesiæ episcopos per literas circulares convocatos, nullo metu aut periculo vitæ prohibente, loco ac tempore convenisse ad illam causam omnium deploratissimam decidendam aut transigendam, qua non tantum Romana ecclesia, sed universa Christiana religio in summo discrimine collocata erat, qua in antistite fidei catholicæ, ipsum fundamentum ecclesiæ concutiebatur, & prope excussum erat? quis credat ad medendum & succurrendum huic communi omnium causæ, clerum Romanum, alias vigilantissimum, officio suo defuisse? aut episcopos quosvis hujus literis convocatos, quamquam tempora periculosissima essent, non comparuisse? Commentum Donatistarum esse nequit, quod teste Augustino ipsis nunquam cognitum fuit. *Lapsum Marcellini Donatistæ quidam catholicis objecerunt*, inquit Augustin. de unico baptism. contra Petilianum, cap. 16. *sed crimen commissum esse hactenus nondum probarunt*. Plura, quæ hoc concilium commentum esse arguere possent, infra attingemus. Baron. anno 303. num. 103. & 104.

Locus concilii.

Primum objectio contra concilium refell[itur].

[b] *Sinuessanum.*] Sic dictum, a civitate, Sinuessana; in cujus crypta quadam, Cleopatrensi nominata, secreto, ad evitandum furentium Gentilium gladium, convenerunt. Quod neque hujus civitatis, neque talis cryptæ ulla mentio apud quosvis alios scriptores fiat, aut saltem nulla levissima loci hujus memoria reperiatur, mirandum non est, cum sciamus maximis terræmotibus, non montes tantum ac planities situm nomenque suum mutasse, verum etiam amplissimarum quarumdam civitatum desolationem factam fuisse. Et cum ex actis Sebastiani martyris constet, sub hac Diocletiani persecutione, ad fugiendam tyrannorum rabiem, ingentem Christianorum numerum cum Polycarpo presbytero, juxta consilium Gaii pontificis, Marcellini antecessoris, in amplissimam villam Chromatii, quæ posita est ad littus Campanum, profectos esse, illicque incognitos habitasse; probabile est, in eadem regione Romanam ecclesiam ad delitescendum amplos recessus habuisse, ibique fortasse hoc trecentorum episcoporum concilium celebratum esse. Baron. præd. anno num. 116.

Refel[litur] alia o[bje]ctio c[ontra] conc[ilium].

Acta concilii.

[c] *Acta omnia.*] Quamquam virorum doctissimorum plurimi hæc acta spuria, & nullius ponderis esse, validis sane argumentis probare conati sunt, adeoque aliud nihil esse sentiant, quam commentum a Donatistis callide excogitatum, ut scilicet nomen Marcellini ab omnibus antiquioribus bene acceptum, & magnæ æstimationis habitum infamaretur, nos tamen eadem acta non modo non commentitia Donatistis adscribenda, sed potius in magna veneratione habenda esse existimavimus: tum quod pro iisdem ipsa veneranda antiquitas, majestate sua ab invitis etiam reverentiam extorquens, acerrime militet: tum quod communi omnium consensu credita, in antiquis Romanæ aliarumque ecclesiarum martyrologiis ac breviariis recepta hactenus sine ulla controversia retenta fuerint. Baron. in appendice tomi 10. ad hunc annum. Quod S. Augustinus de unico baptism. contra Petil. cap. 16. ait, lapsum Marcellini per rumusculum dumtaxat recentioribus Donatistis cognitum, & ecclesiæ objectum, demonstrari ac probari non potuisse, ideoque neque hoc judicium in hac causa agitatum, neque concilium hanc ob rem congregatum fuisse, nihil antiquitati, nihil rei gestæ præjudicat. Esto, de lapsu Marcellini Donatistis antiquioribus, totique Africanæ ecclesiæ, (quod ex querela adversus Melchiadem de absoluto Cæciliano imperatori oblata satis firmiter colligitur) nihil constiterit, eumdemque sanctus Augustinus compertum non habuerit, numquid igitur verum erit, nihil horum actorum in causa & judicio labentis Marcellini pontificis gestum esse? Potuit enim fieri ut hæc sanctum Augustinum latuerint, qui etiam diu presbyter jam ordinandus episcopus, Nicænos toto orbe vulgatos (ut epist. 110.

An h[æc] conc[ilii] acta c[om]menti[tia] sint.

Refell[itur] quæda[m] object[io] contra Marce[llinum].

tto. de se ipso fatetur) non modo non videat,' sed etiam eosdem a tanto concilio constitutos esse, plane ignoravit. Et quid tam novum, ut hujusmodi de lapsu Marcellini & concilio Sinuessano acta conscripta minime perlata fuerint ad Africanas provincias, cum illud quod cunctis tam Græcis quam Latinis præ manibus fuerat Eusebii chronicon, in Africam numquam pervenerit, ut Alypius, quod scribit August. epist. 35. ex Italia a S. Paulino Nolano episcopo illud petere debuerit? Nemo igitur prudens, antiquissima acta Marcellini propterea dumtaxat velut spuria, illegitima, ac commenticia rejecerit, quod eadem vel S. Augustino, vel etiam toti Africanæ ecclesiæ antiquiori incognita fuerint. Vt etiam Donatistis adscribantur, eorumque figmenta esse dicantur, quæ ipsi, Augustino & rationibus supra memoratis attestantibus, neque unquam noverunt, neque iisdem aliquando usi fuisse reperiuntur, minus commode & convenienter defendi potest. Reliqua, quæ hæc acta in dubium vocare possent, partim supradicta sunt verbo, *Concilium*, & verbo, *Sinuessanum*: partim etiam infra attingemus verbis sequentibus. Marcellini lapsus contigit anno Christi * 302. judicium & condemnatio ejusdem anno sequente. Acta vero his temporibus nondum fuisse conscripta, patebit ex iis quæ dicemus infra, verbo, *Libra occidua*: quæ appellata est occidua, ut a libra orientali distingueretur, idque Constantino imperatore primo omnium auctore factum esse patet ex l. 2. de ponderatoribus, C. Theodosiano. Hæc acta licet admodum depravata, triplicis editionis edita habentur, de quibus editionibus in antiqua conciliorum Coloniensi, vir optime de ecclesia meritus piæ memoriæ " Franciscus Surius " in præmonitione ad lectorem, hæc habet: *Propter exemplarium intolerabilem nimiamque differentiam & depravationem, quorum alterum vetustum fuit at mendosum, quamquam optimo charactere, atque in pergameno exaratum, alterum magis vetustum, sed æque depravatum, ceu ad oculum intuentibus liquet; adeo ut nonnumquam, quid intendant, non valeat intelligi: idcirco utriusque exemplaris de syllaba in syllabam, nulla facta mutatione, litera est posita. Vnius quidem in columna anteriori, ubi præponitur A. alterius in posteriori, ubi præponitur C. Verum media columna, cui præponitur B. pro illius capacitate, seu potius conjectura, qui utramque literam sic diversam concordare nisus est, & ad sensum aliquem reducere, quantum ei pro sua virili licuit, litera ubi illius intellectus haberi potuit, manente, ex utroque exemplari desumptis his quæ literæ magis congruere illi visa sunt, aut certe quibusdam vel mutatis, vel additis, ubi litera nimis depravata extabat, aptata est. Nemo ergo caput subsannando moveat, qui vel exemplaribus correctioribus nactis, vel ex ingenii nobilitate aut limpiditate concordiam illam minus aptam considerans; potest emendare: quinimmo patienter ferat quod actum est, & in meliorem formam ipse restituat. Proinde visum collectori non est, omnino ista propter præmissas ineptias prætermittere, quæ patres priores nobis suis posteris opera ac diligentia tanta reliquerunt: quin potius nostræ posteritati illa communicare decrevit. Nam qui zelo pontificum Romanorum hæc ab æmulis apostolicæ sedis conficta putant, quasi indignum apostolica sede fuerit, pontificem tantum eo redigi, ut idolis litaret, ii parum meminisse videntur, Petro suam negationem haud offecisse, & gaudium esse angelis super uno peccatore pœnitentiam agente, & hunc ipsum Marcellinum postea constanter mortem pro Christo oppetiisse; juxtaque proverbium, post fugam denuo strenue certasse. Vtcumque tamen sit, nos id quod in veterum monumentis reperimus, tibi, lector, celatum noluimus, veritatem hujus penes ipsa relinquentes, neminique sententia nostra quidquam præjudicantes.*

[d] *Libra occidua.*] Id est septuaginta duo testes electi. Libra enim occidua est nota, quæ septuagesimum secundum numerum impleret. Nam apud antiquos ille mos inoleverat, ut interdum ponderum notis numerum consignarent, ut quod exempli causa adduci potest; cum integram hæreditatem pondo unius libræ comprehenderent, partes ejus secundum libræ pondus in alia quoque minora pondera, secundum quod a Volusio Metiano pluribus scriptum est, partirentur. Dicitur autem libra occidua, ut a libra orientali discernatur, quarum illa septuaginta duos solidos continebat, ut declaratur libro 10. cod. de susceptoribus hac lege: *Quotiescumque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in septuagintaduos solidos libra feratur accepta.* Orientalis autem libra octogintaquatuor solidos continebat. Vide hac de re plura apud Baron. anno 302. num. 92. 93. & 94.

[e] *Hi sunt.*] Ex his multa nomina composita sunt, quæ Africanis Christianis peculiaria esse solebant; qualia sunt, Habetdeum, Spesindeo, Beneservatus, &c.

[f] *Herculi, Iovi, & Saturno* Cur Marcellinus a Diocletiano in templum Vestæ & Isidis introductus, ut supra patet, non illis, sed aliis diis ibi sacrificasse narretur, causam non invenio. Hoc certum est, diversa numina, distincta quoque templa ac cultus habuisse, ita ut nunquam vel raro Iovi in templo Vestæ, aut contra Vestæ in templo Iovis aut Martis sacrificaretur. Baron anno 303. num. 91.

[g] *Cum esset in bello Persarum.*] Hæc nisi emendentur, falsa sunt. Etenim cum (sententia Eusebii & quorumdam aliorum) hoc anno 20. imperii sui, imperio se abdicaverit, &; quod magis est, ante biennium de Persis superatis & victis Romæ una cum Maximiano; collega suo triumphum egerit; quomodo, quæso, hoc anno cum exercitu adversus Persas in procinctu & expeditione esse potuit? Dicimus igitur hæc omnia quæ sequuntur non esse ex actis concilii, sed (ut apparet aliisque pluribus etiam generalibus conciliis accidit) ad ipsa acta appendicem superadditam esse: vel, si lectio ista restituatur, *Cum reversus esset e bello Persarum*, germana esse videbitur, & veritati omnino consentanea. Vide Baron. anno Christi 303. num. 107. *Actorum error emendatur.*

Anno Christi 304.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA MARCELLI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] MARCELLUS natione Romanus, ex patre [f] Benedicto, de regione Vialata, [b] sedit annis quinque, mensibus sex, diebus 21. Fuit autem temporibus Constantii & Galerii, & pervenit usque ad Maxentium, [c] consulatu Maxentii quarto & Maximi, usque post consulatum. Hic fecit [d] cœmeterium via Salaria, & [e] vigintiquinque titulos in urbe Roma constituit, quasi diœceses, propter baptismum & pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum. Hic ordinavit vigintiquinque presbyteros in urbe Roma, & duos diacones per mensem Decembrem, [f] episcopos per diversa loca vigintiunum. Hic coarctatus & tentus est, eo quod ecclesiam ordinaret, & comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse episcopum, & sacrificiis se humiliaret dæmoniorum. Qui semper contemnens & deridens dicta & præcepta Maxentii, [g] damnatus est in catabulum. Qui dum multis diebus serviret in catabulo, orationibus & jejuniis domino deservire non cessabat. Mense autem nono venerunt clerici ejus omnes, & eruerunt eum noctu de catabulo. Matrona vero quædam, nomine Lucina, vidua, quæ vixerat cum viro Marco annis quindecim, & in viduitate sua habebat annos novemdecim, suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi diu noctuque hymnis & orationibus domino Iesu Christo confitebantur. His auditis a Maxentio, misit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & jussit in eadem ecclesia iterum [h] plancas exsterni, ut ibidem animalia catabuli congregata starent, & ipsis beatus Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus est. Cujus corpus collegit beata Lucina, & sepelivit in cœmeterio Priscillæ via Salaria, decimoseptimo Kalendas Februarii. Et cessavit episcopatus dies viginti. Lucina vero proscriptione damnata est.

[f] Marcello.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Marcellus.* Subrogatio, qua Marcellus Marcellino in pontificatu suffectus est, contigit 21. Novembris anno Christi 304. qui est Constantii & Galerii imperatorum annus 1. Quod auctor pontificalis scribit in vita Marcellini, post Marcellinum sedem annis 7. vacasse, mendosum ac surreptitium, ideoque pro annis septem, septem mensibus legendum esse supra diximus. Quod Euseb. in chron. Marcellino Eusebium pontificem immediate subjungat, Marcellum medium inter utrumque omittat, nominis errore accidit: nam propter similitudinem nominum Marcelli & Marcellini *Marcellus quando pontifexfactus.* *Marcellinus & Marcellus an fuerint diversi pontifices.*

cellini, ille utrumque unum eumdemque pontificem esse A putavit: sed male, cum non tantum tabulæ ecclesiasticæ, in quibus series Romanorum pontificum ascripta habetur, martyrologia, vetusque ille scriptus liber de Romanis pontificibus, ac demum tabulæ Cresconianæ; verum etiam Latini omnes, qui Romanæ urbis episcoporum catalogum, texuerunt & inter alios ex antiquioribus Optatus Milevitanus libro 2. contra Parmen. S. August. epist. 165. unanimi consensu Marcellinum simul ac Marcellum in catalogum Romanorum pontificum referant. Baron. anno Christi 296. num. 4. & 304. num. 26

Persecutio auctore Galerio restauratur.

Anno primo pontificatus Marcelcelli, Galerius nomine Augusti sumpto, anno ab ultima persecutione tertio, aliam atrociorem & magis generalem persecutionem pro sua feritate & infensissimo in Christianos animo indicit. Euseb. libro 8 hist. cap. 14. & 15.

Christianos infames esse edicto declaratur.

Edictum verum novum in Christianos tale promulgatum est, ut qui deos colere detrectarent, haberentur infames, nulloque legum adminiculo adversus calumniatores in se insurgentes juvarentur aut fulcirentur, quo ipso Christiani omnium injuriis impune exponebantur. Qua persecutio- B ne cum frequens esset lapsorum numerus, ac quidam sceleris admissi pœnitentes, ut in ecclesiam reciperentur, urgerent, non est visum patribus omnes sine discrimine recipere, ne nimia indulgentia ecclesiastica disciplina solveretur.

Petri Alexandrini canones.

Quare Petrus Alexandrinus episcopus, diversos lapsorum casus considerans, diversa adhibens pro conditione cujusque medicamenta vulneribus, canones aliquot scripsit, qui ab orientalibus patribus cogniti, usu recepti atque probati, tomo 7. biblioth. sanctorum patrum, & apud Balsamonem in nomocanone extantes, huc consulto translati sunt. De hac eadem disciplina ecclesiastica retinenda in occidente laborarunt episcopi Hispaniæ, atque ideo in Bætica Hispaniæ provincia concilium Eliberitinum, seu Eliberitanum celebrarunt, de quo infra.

Concilium Eliberitanum.

Hoc pontifice, cum per abdicationem Maximiani & Constantii successionem ecclesiæ pax reddita esset, episcopi Africanæ ecclesiæ Carthagine con- C venientes, in locum Mensurii, Cæcilianum diaconum episcopum Carthaginensem ordinant, adversus quem ab ambitiosis traditoribus, in Cirtensi concilio crimina sua confessis, injustis & avaris presbyteris, ac demum a Lucilla factiosa & perniciosa femina correctionis impatiente, auctore Donato a Casis nigris schisma Donatistarum conflatur, sicut in Ægypto adversus Petrum Alexandrinum, auctore Meletio schisma Meletianum, qui de idololatria convictus, & a synodo depositus, nullam pœnitentiam agere volens, schisma fecit, cui Meletiani schismatis nomen indidit. Baron. anno 304. & sequentibus.

Schisma Donatistarum. Schisma Meletianũ.

Tempus sedis Marcelli.

b *Sedit annos 5. menses 6. dies 21.*] Annis 5. mense uno. diebus 25. Obiit enim 17. Kalendas Februarii anno 309. Ab initio enim pontificatus Marcelli nimirum a 21. Novembris anni 304. usque huc, tot quod diximus, anni, menses ac dies numerantur.

Libri pontificalis error.

c *Consulatu Maxentii quarto.*] Si verum est id quod in- D fra auctor scribit, Melchiadem secundum a Marcello, usque ad Maxentii consulatum secundum sedisse, quomodo is subsistat non video, nisi quod suæ varietatis & inconstantiæ novum judicium præbeat. Baronius anno 304. num. 25.

Christiani intra urbẽ sepeliri cœperunt.

d *Cœmeterium.* &c.] Quod olim lege 12. tabularum, teste Cicer. libro 2. de legibus vetitum erat, ne defunctorum corpora intra urbem sepelirentur, id favore Maxentii Romanæ ecclesiæ concessum fuit, ut scilicet Christianorum martyrum corpora intra mœnia sepelirentur. Baron. anno 309 num. 4.

Fidelium numerus augetur.

e *Vigintiquinque titulos.*] Cum major in dies singulos ex Gentilibus ad ecclesiam accessio fieret, hasce parœcias per diversas urbis regiones publicæ commoditati consecravit. Tantum abfuit ut quod persecutoribus imperatoribus erat in votis de religione Christiana penitus tollenda, effici potuerit, ut potius longe lateque eadem amplius propagata fuerit. Baron. anno 309. num. 4.

Emygdius episcopus Asculanus.

f *Episcopos per diversa loca.*] Inter quos enumeratur E Emygdius episcopus Asculanus, qui sub Diocletiani persecutione martyris coronam accepit Nonis Augusti. Baron. num. 4.

Catabulum quid. Episcopi stabulis & jumentis præficiuntur.

g *Damnatus est in catabulum.*] Id est destinatus est ad alendos equos imperatorum. Catabulum enim est stabulum jumentorum, quæ publicæ utilitati inserviebant, ut probat Baronius in notis ad martyrolog. Roman. die 16. Ianuarii. De hoc supplicii genere quo episcopi confitentes ad majorem contumeliam, quam si millies mortis supplicio afficerentur, curæ jumentorum adscribebantur, vide Euseb. lib 8. histor. cap. 22.

Plancæ quæ dicantur.

h *Plancas planas.*] Plancæ, ut Festus declarat, sunt planæ tabulæ.

a EPISTOLA a I. MARCELLI PAPÆ I.

a AD EPISCOPOS ANTHIOCHENÆ PROVINCIÆ.

De Romanæ ecclesiæ primatu & auctoritate, *&c.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiochenam provinciam constitutis Marcellus.

"Supp… utraqu…"

SOLICITVDINEM omnium ecclesiarum juxta apostolum circumferentes, " divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per B dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, " ut mandatis ipsius inhærentes, in quadam sacerdotum ejus specula constituti, prohibeamus sollicita, & sequenda doceamus. Vnde directis per Bonifacium diaconum nostrum literis, admonemus, ut quæ male pullulant, abscindantur, & ' malefacta corrigantur, atque bona sectentur, " & patrum nostrorum exempla & statuta imitentur. Rogamus ergo vos, fratres, ut non aliud doceatis neque sentiatis, quam quod a beato Petro apostolo, & a reliquis apostolis & patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis: ideo non oportet vos proprium de- C relinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius ecclesiæ, cui ait dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:* & reliqua. b Ejus enim sedes primitus apud vos fuit, c quæ postea, jubente domino, Romam translata est, cui, adminiculante gratia divina, hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet, ad quam cuncta majora ecclesiastica negotia (divina disponente gratia) jussa sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia. Si vestra vero Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est quæ ejus non subjecta sit ditioni, ad quam omnes quasi " ad caput, juxta apostolorum eorum- D que successorum sanctiones, episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, suffugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem & liberationem; unde acceperunt informationem atque consecrationem. Quod omnibus minime convenit denegare episcopis, sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione, libere ire concedatur. Simulque idem (inspirante domino) d constituerunt, ut nulla synodus fieret " præter ejusdem sedis auctoritatem, nec ullus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur " vel judicetur: quia (ut paulo superius prælibatum est) episcoporum judicia, & summarum E causarum negotia, sive " cuncta dubia, apostolicæ sedis auctoritate sunt agenda & finienda. Et omnia comprovincialia negotia, hujus sanctæ universalis & apostolicæ ecclesiæ sunt retractanda judicio " si hujus ecclesiæ pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præjudicio Romanæ ecclesiæ (cui in omnibus causis " debet reverentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum episcoporum judicium experiri vel pati, sed omnibus ejusdem provinciæ episcopis congregatis, judicium auctoritate hujus sedis terminetur: quod tamen (ut præfatum est) " per ejus vicarios, si li-

2. Cor.… " Acaci… ep C… Simpli… papam. " Hilar… papa e… Ascani…

' mala … " quam … distant… superi… bus! … 24. q. … Rogam… vos fra…

Matth…

" Innoc… 4.

Nulla … nodus … debet p… ter sed… Romana… auctori… tem.

" Socr. … II. cap. … Sozom. … 9.

" Hadr. … cap. 3.

" Innoc. … 2. c. 3. S. Leo ep… 84. 1. & …

" Hadr. … 39.

" Hadr. … 39.

buerit, erit tractandum: & quidquid injuste actum est, reformandum. Pastoralis " ergo cura officii nos admonet, & destitutis succurrere, & cuncta neglecta vel male acta reformare, " ut ignis ille, quem dominus veniens misit in terram, motu crebro emendationis vel crebræ meditationis, agitatus, sic calescat, ut ferveat: & sic inflammetur, ut luceat.

Sæpe enim dicendum & agendum est, quia mala pullulantia fraterna caritate oportet resecari, ut bona crescendi & augmentandi amplissimum locum inveniant. *Nolite* ergo (ut Iacobus apostolus ait) *plures fieri magistri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam freno circumducere totum corpus. Si autem in equorum ora frenos mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Ecce & naves, cum magnæ sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur autem a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit: ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam silvam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna. Omnes enim naturæ bestiarum & volucrum & serpentum, etiam ceterorum, domantur & domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & Patrem; & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Numquid potest, fratres mei, ficus olivas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione opera sua in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem. Non enim est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, & diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, judicans sine dissimulatione. Fructus autem justitiæ in pace seminatur facientibus pacem. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam in revelatione Iesu Christi, quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, ut & ipsi sancti in omni conversatione sitis,* quoniam scriptum sit: *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat, secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini, scientes quod non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni quasi incontaminati & immaculati Iesu Christi, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestasti autem novissimis temporibus, propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides nostra & spes esset in Deo: animas vestras castificantes in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius, renati non ex semine cor-*

A *ruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi & permanentis: quia omnis caro ut fenum, & omnis gloria ejus tamquam flos feni. Exaruit fenum, & flos ejus decidit, verbū autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vobis. Deponentes quidem omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam dulcis est dominus: ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides vivi, superædificamini * domos spirituales, sacerdotium sanctum, of-* B *ferre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem & electum, preciosum: & qui crediderit in eū non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Estote ergo, carissimi, prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes,* C *quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione, unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.* Data Kalendis Aprilis, " Maxentio & Maximo viris clarissimis consulibus.

1. Petr. 1. — * domus spiritualis — Isai. 28. — Psal. 117. — 1. Petr. 4.

" anno 309. diebus 74. a morte S. Marcelli quæ contigit die 16. Ianuarii.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Sedes Antiochena.

[a] *Epistola.*] Multas pontificum auctoritates de primatu sedis Romanæ, vide supra post vitam Petri.

[b] *Ejus sedes primitus apud vos fuit*] Quando & quamdiu Petrus Antiochiæ sederit, vide quæ diximus in notis ad vitam Petri supra, verbis, *Primo sedit in cathedra episcopatus.*

D Romanæ ecclesiæ pontificatus quando & a quo.

[c] *Qua postea jubente domino Romam translata est.*] Quo tempore, quave ratione Petrus Romanam ecclesiam fundaverit, quem Antiochiæ, quem Romæ successorem designaverit, cur Romanus, non Antiochenus, in pontificatu succedat, vide quæ diximus in notis prædictis ad vitam Petri.

Solius Romani pontificis est generale concilium indicere & convocare.

[d] *Constituerunt ut nulla synodus.*] Hoc loco beatus Marcellus scribit, apostolico canone statutum esse, ne præter sententiam Romani pontificis ulla generalia concilia celebrentur. Eumdem renovavit concilium Nicænum primum, ut testatur synodus Alexandrina in epistola synodica ad Felicem, & Iulius primus in epistola ad orientales; qua hunc canonem allegans, ipsos reprehendit, quod sine suo consensu Antiochiæ concilium celebrassent. Vnde in concilio Calchedonensi actione prima, Dioscorus Alexandrinus jubetur inter episcopos non sedere, eo quod sine auctoritate apostolicæ sedis synodum facere ausus fuisset. *Quod*, inquit, *nunquam licuit, nunquam factum est* E Et merito. Legitimum enim aliter non est concilium, nisi quod in nomine, & auctoritate Christi congregatum est. Quod vero a Petro & Petri successoribus est indictum generale concilium, id ab eo convocatum est, qui habet auctoritatem congregandi, a Christo sibi concessam: secus quod a Romanis imperatoribus est indictum. Nam Petro ejusque successoribus, non Tiberio aut posteris imperatoribus dictum est, *Pasce oves meas, Pasce agnos meos:* Verissimum est igitur illud Pelagii secundi in epist. 1. ad orientales: *Generalium synodorum convocandi auctoritas apostolicæ sedi, beato Petro singulari privilegio tradita est.* Item illud Valentiniani imperatoris, qui, ut refert Sozom. lib. 6. cap. 7. cum ab episcopis rogaretur, ut permitteret iis concilium celebrare, respondit: *Mihi, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosius perscrutari: sacerdotes, quibus ista curæ sunt, quocumque voluerint, loco conveniant.* Quod objiciunt adversarii, a Constantino Nicænum; a Constantio Sardicense, a Theodosio seniore, Constanti- " supposita:

nopolitanum, a Theodosio juniore Ephesinum, a Martiano imperatore Calchedonense concilium convocatum aut indictum esse, infra suo loco diluemus. Vide Bell. libro 1. de concil. cap. 12. & 13.

a EPISTOLA II.

MARCELLI PAPÆ I.

AD MAXENTIVM TYRANNVM.

Commonet tyrannum, ut desinat sævire in Christianos.

Marcellus episcopus sanctæ apostolicæ & catholicæ urbis Romæ, Maxentio.

" S.Greg. ep. 114. lib.VII.

Phil. 2.

MAGISTRA bonorum omnium caritas, "quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod hono- B ri divino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita sui, *non quæ sua sunt, sed quæ Dei vel proximi, quærens,* nemini invidens, omnibus consulens, non sæviens sed compatiens, non rapiens sed largiens, non murmurans sed omnia æquanimiter tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum a malis, sævire desineres, Dec ecclesiam ac sanctos ejus persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati invigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satageres. Caritas enim " exercet corda, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum ejus sit proprium nutrire pacifi- C ca, servare composita, dissociata conjungere, prava dirigere, & virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo, omnes monẽs apostolus ita loquitur, dicẽs: *Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnẽ fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeã, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Caritas patiens est, benigna est. Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, con-* D *gaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit.* Quisquis ergo in ejus radice " se inserit, nec a viriditate deficit; nec a fructibus inanescit, quia amore fecunditatis opus efficax non amittit. Licet modo caritas in persecutoribus ecclesiæ servorumque Dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus ejus, & in eis qui patiuntur propter justitiam. De quibus ipsa per se veritas testatur, dicens: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Et alibi: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Potius enim nos & omnes domini sacerdotes, qui ejus videlicet sunt veri sacerdotes, eligimus pro- E pter justitiam & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis divitiis ditari, honoribusque copiosissimis abundare, & cælesti regno carere. Ista enim temporalia sunt," illa æterna: ista caduca, & ad horam transeuntia, illa vero perpetua, & sine fine mansura. b Tu ergo qui nos suades cultum dimittere divinum, & a recta fide recedere, diisque immolare, melius tibi foret, ut tu prius mutabilem te præberes, omnesque exhortareris fidei documenta & divini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti apostoli sibi tradita prædicaverũt & docuerũt. Boni enim princi-

" S. Greg. ibidem.

1. Cor. 13.

" Idem Gr. eadem ep.

Matth. 5.

Ioan. 15.

" Ruricius l.2.ep.15.

A pis ac * regis est, ecclesias contritas atque * scissas restaurare, novas ędificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri. Vnde sanctos apostolos, eorumq; successores sub divina cõtestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec invidere laborãtibus in agro dominico, neque expellere " æterni regis dispẽsatores: sed, si qui expulsi fuerint, aut suis rebus expoliati, primo omnia legaliter reddi, "quæ eis ab inimicis aut a persecutoribus ablata sunt, & sedes proprias, cum omnibus ad se pertinentibus, regulariter restitui, & postea tẽpore congruo vocari ad synodum regulariter congregatam. Nec liceat ei, priusquam fiant hæc, de se, juxta statuta prædictorum, respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit pręgra- B vari, reddere rationem. Sed his rite peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum ' juste videtur, suis respondeat accusatoribus, & inducias, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, ut explorare valeat ea quæ objiciuntur ei, ne aliqua delusus fraude, innocenter ruat: quoniam non oportet quemquã judicari vel damnari, priusquã legitimos habeat pręsẽtes accusatores", locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Vnde ait propheta: *Priusquam agnoscas, non judices quemquam.* In hoc ergo quod episcopi & reliqui servi Dei persecutionem patiuntur, non tantum ipsi persecutionem patiuntur, quantum ille cujus vice funguntur sicut scriptũ est: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et alibi: *Qui vos contristavit, me contristavit. Et qui facit in-* C *juriam, recipiet id quod inique gessit.* Vos ergo licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere: nec gradus nobis divinitus collatos potestis auferre. c Synodũ ergo, absque hujus sanctæ sedis auctoritate episcoporum (quamquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere: neque ullum episcopum, qui hanc appellaverit apostolicam sedem, dãnare, antequã hinc sententia "finitiva procedat. Nam si sæculares in publiciis judiciis libellis " utuntur appellatoriis", quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est: *Ego dixi, dii estis; & filii excelsi omnes.* Et ideo nullus" episcopus, nisi in legitima synodo, suo tẽpore, apostolica aut regulari auctoritate cõvocata, su- D per quibuslibet pulsatus criminibus, audiatur vel judicetur, ne innocens damnetur, aut perdat communionẽ. Quod laici aut suspecti episcopos nõ debeant accusare, neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit, & a beato Clemente, ipsis eum instruentibus apostolis, legimus definitum, & nos eadẽ firmamus: quoniam iidẽ odio multoties infensi, recte viventes atque credentes perturbare nituntur. Propterea persona," fides, vita, & conversatio, atque suspicio accusantiũ, enucleatim primo inquirenda est: deinde, quæ objiciũtur, fideliter pertractãda: quia nihil ante fieri debet, quam impetitorum vita & suspicio atque odiũ in- E quiratur. Et si bonæ conversationis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio respersi fuerint, nequaquam in episcoporũ recipiãtur accusatione. Hęc vobis, a quibus nimis infeste persequimur, sciẽda mãdamus, ut ab his vos caveatis, & cessetis persequi eos qui Deo ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedãtur", & Deus peccatoribus cõciliatur. Et si amplius nos elegeritis persequi, quam Deo placere; & nos magis elegimus sustinere persecutionem, quam regulam confundi ecclesiasticam, hortante nos ipsa veritatis voce, atque testante ita: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Et iterum: *Si*

Dist. 9[...] Boni pr[...] cipis est[...] Quocir[...] id notar[...] paucos [...] hac fuis[...] summo[...] pontifie[...] qui hæc[...] constitu[...] rint.

* religi[...]

* concu[...] sas, vel [...] scissas

" Edictu[...] impp. V[...] lent. & [...] lentis. [...] lib. VII. hist. Tr[...] partitæ [...] bet mag[...] Vide loc[...]

"Hadr. [...] cap. 5.

' justum [...] 3. q. 9. N[...] oportet [...]

" Hadr. [...] 20.

Act. 25.

Prov. 18. & dist. 2[...] c. 1. & 11. [...] Eorum q[...] accusant[...]

Zach. 2.

2. Cor. 2.

Coloss. 3.

Dist. 17. Synodum[...] episcopo[...]

"Can. 5. Sa[...] dicensis.

" Historia[...] Trip. V. [...]

Psalm. 81.

" Hadr. co[...] cap. 3.

In epist. Clementis papæ I, Supra pag. 91. & 9[...]

"Hadr. c[...]

" Val. V[...] lens & Gr[...] tianus in [...] dicto qu[...] extat hi[...] Trip. VII. [...] ex Theod[...] reto IV. [...]

Matth. 1[...]

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum ' ejus opus. Ista vobis valde timenda & cavenda sunt, a quibus ecclesia Dei ejusque ministri vexantur, & persecutionem patiuntur, quibus dominus per prophetam minando loquitur, dicens: "*Homo in honore non commorabitur: assimilatus jumentis, exæquatus est. Hac est via eorum, insipientia eorum, & post eos juxta os eorum current. Quasi oves in inferno positi sunt, mors pascet eos. Et subjicient eos recti in matutino, & figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum assumpserit me. Noli timere, cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Neque enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria ejus. Quia anima sua in vita sua benedicet. Laudabunt te, cum bene fuerit tibi. Intrabit usque ad generationem patrum suorum, usque in finem non videbit lumen. Homo cum in honore esset, non * commovebitur: assimilatus jumentis, exæquatus est.* Et alibi: "*Quid gloriaris, qui potens misericordia Dei tota die? Insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti malum magis quam bonum; mendacium magis quam loqui justitiam, Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum, terrebit te, & evellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viventium. Et videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt. Ecce vir, qui non posuit Deum fortitudinem suam, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva vivens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in sæculum, & in æternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum; quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum.* Ista vobis omnia ad interitum, nobis autem ad confortationem, ne pereamus, dicta sunt. Vobis ergo ideo hæc scribimus, quia debitores vobis sumus, dicente domino: *Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui vos oderunt.* Et alibi scriptura loquitur, dicens: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis * congregas super caput ejus.* His fulti auctoritatibus, bellum, quod " adversum nos excitatis, adeo feliciter, dextera domini protegente nos, atque pro nobis pugnante, pacifice portare cupimus, ut triumphante Christo omnium verorum fiat una victoria sacerdotum: & coruscante lumine veritatis, solæ erroris tenebræ cum suis auctoribus pellantur: quia non est in hominis potestate consilium Dei. *Justus est enim dominus, & omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus, misericordia & veritas & judicium. In manu Dei potestas terræ, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis", & super faciem scribæ imponent honorem suum. Perdidit Deus memoriam superborum & inique agentium, & non dereliquit memoriam*

A *humilium & bonorum hominum.* Hoc autem pro certo habet omnis, qui recte colit Deum, quia *si vita ejus in probatione fuerit; " corroborabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si vero in correctione fuerit, ad misericordiam perveniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit Deus tranquillitatem, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundit. Benedictus dominus Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fuerit; misericordiam faciet, & in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus est dominus in æternum, & ipse reget nos in sæcula,* quoniam regnum ejus permanet in sæcula sæculorum. Amen. Data decimosexto " Kalendas Februarii [d] Maxentio & Maximo viris clarissimis B consulibus.

Tob. 3. — " coronabitur — Ibidem. — Psalm. 47. — "17. Ian. an. 309. postridie mortis aut sepulturæ S. Marcelli.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Epistola.*] Hanc epistolam anno 308. scriptam, additamentum aliquod extrinsecus accepisse, res scriptæ hic parum sibi cohærentes indicant. Hac epistola Maxentium, perinde quasi homo prope Christianus sit, a pontifice compellari, ne mireris: nam principio occupati imperii se Christianam religionem suscepturum simulavit, Christianorumque animos beneficiis sibi devincire summo conatu laboravit, eo fine, ut occupatum imperium adversus Constantinum imperatorem, Christianis addictissimum, omni ex parte stabiliret. *Maxentius*, inquit Euseb. lib. 8. cap. 26. *qui Romæ tyrannidem occupare instituit, in ipso imperii sui ingressu fidem nostram se complecti, quo populo Romano placeret, eumque blanditiis deliniret, & assentatione callide simulavit, & ea de re illis, qui ejus parebant imperio, in mandatis dedit, ut persecutionem contra C Christianos remitterent: tantamque pietatis speciem præ se tulit, ut humanus & valde mansuetus præ illis qui imperium ante tenuissent cuique videretur.* Vide Baron. anno 308. num. 24.

Hæc epistola est corrupta. " imo penitus cōficta. — Maxentius se Christianum simulavit.

[b] *Tu ergo qui nos suades.*] Causa ob quam Marcellus ad Maxentium scripsit, hæc est: Cum hactenus omnibus & maxime Romæ degentibus Christianis bene favisset, & aliquamdiu catholicæ fidei sectatorem simulasset, Severi & Alexandri obitu, suum sibi imperium satis firmatum judicans, impietatem, quæ intus latebat, prodidit, ac Marcellum Romæ degentem blanditiis quibusdam a fide Christiana ad cultum idolorum avocare conatur: quo eventu, patet supra in vita Marcelli.

Cur ad Maxentium Marcellus scripserit.

[c] *Synodum ergo.*] Hæc verba sequentia, usque ad hunc locum, *Hæc vobis, a quibus nimis infeste persequimur,* &c. aliunde addita & surreptitia esse videntur, ideo quod hac de re ad Maxentium nulla scribendi ratio aut occasio fuerit, Baron. prædicto loco.

Corruptela hujus epistolæ.

[d] *Maxentio & Maximo viris clarissimis coss.*] Quod in D fastis nullus consulatus Maxentii scriptus inveniatur, bellum civile inter imperatores conflatum potuit esse in causa, ut scilicet quisque trium imperatorum ex sententia consules sponte crearet, nec ea in re cum aliis consentiret. Nam supra apud auctorem libri pontificalis in vita Marcelli, sicut etiam infra in vita Melchiadis, mentio habetur expressa secundi & quarti consulatus Maxentii. Baron. prædicto loco.

Cur consulatus Maxētii in fastis non nominetur.

DECRETVM MARCELLI PAPÆ I.
DESVMPTVM EX GRATIANO.

Extra voluntatem propriam retrusi in monasteriis non teneantur.

E Illud autem statuendum esse censemus, ut si minori ætate filii monasterio oblati fuerint, vel sacram tonsuram vel velamina susceperint, dignum quidem duximus ut 15. anno a prælatis moniti, verbis inquirantur, utrum in ipso habitu permanere cupiant, aut non. Si vero permanere professi fuerint, ulterius pœnitendi locum minime amplecti possunt. Si vero ad sæcularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur; quia satis inutile est, ut coacta servitia domino præstentur.

Auctor glos. apud Gratian. tribuit Martino, cujus temporibus magis videtur convenire. — 20. q. 1. Illud autem statuendū. — Palea, citatur apud Gratian. & auct. glos. sed extat fere in omnibus vetustis sine Paleæ nomine.

BEATI

BEATI PETRI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, & martyris, canones qui feruntur in sermone de pœnitentia.

CANON I.

De lapsis post certamen.

QVONIAM autem quartum pascha persecutionem jam apprehendit, satis est iis qui delati quidem sunt, in custodiamque conjecti, tormentaque non sufferenda, & intolerabilia flagella, & multas alias graves necessitates sustinuerunt, postea autem sunt a carnis imbecillitate proditi, etiamsi non initio suscepti sunt propter gravem lapsum consecutum, tamen quia multum decertarunt, & diu restiterunt (non enim sponte ad ea devenerunt, sed a carnis imbecillitate proditi) nam & stigmata Iesu in suis corporibus ostentant, & anno jam tertio deflent, eis ab adventu per revocationem in memoriam alii quadraginta dies injungantur, (quos cum jejunasset dominus noster Iesus Christus postquam baptizatus fuerat, tentatus est a diabolo) in quibus & ipsi cum valde exercitati fuerint, & constantius jejunaverint, vigilabunt in orationibus deinceps meditantes quod dicitur a domino ad eum qui illum tentat, ut ipsum adoret: *Abi retro Satana, scriptum est enim: dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.*

Matth. 4.

CANON II.

Iis autem qui postquam in custodiam traditi, & in carcere, tamquam in obsidione, afflictiones graves que fœtores passi sunt, postea autem sine bello tormentorum, captivi facti sunt nimia virium inopia, & quadam cæcitate confracti, placet annum ad aliud tempus adjungi: nam ipsi quoque se omnino pro lege Christi affligendos dedere, sicque etiam a fratribus in carcere multam cõsolationem assecuti sunt: quæ quidem multiplicata reddérent, liberari cupientes ab acerbissima captivitate diaboli, ejus maxime recordantes, qui dicit: *Spiritus domini super me, propter quod unxit me evangelizare pauperibus, misit me sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis.*

Isai. 61.

CANON III.

De sponte ruentibus.

Iis autem qui nihil hujusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt, sed ad vitium transfugerunt, a metu & timiditate proditi, nunc autem veniunt ad pœnitentiam, necesse est & conveniens infrugiferæ ficus parabolam proponere: *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit: dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & si quidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides*

Luc. 13.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙσκόπου Ἀλεξανδρείας Πέτρου, καὶ μάρτυρος, κανόνες ἐμφερόμενοι ἐν τῷ περὶ μετανοίας αὐτοῦ λόγῳ.

Κανὼν α΄.

Ἐπεὶ τοίνυν τέταρτον ἤδη πάσχα ἐπικατείληφε τὸν διωγμὸν, αὐτάρκως ἔχει τοῖς μὲν προσενεχθεῖσι, καὶ φυλακισθεῖσι βασάνοις τε ἀνυποίστοις ὑπομεμενηκόσι καὶ ἀφορήτοις μάστιγας, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀνάγκας δεινάς, ὕστερον δὲ προδιδομένοις ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς παρεδέχθησαν διὰ τὴν παρακολουθήσασαν μεγίστην πτῶσιν, ὅμως διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς ἠθληκέναι καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντιμάχεσθαι. οὐ γὰρ κατὰ προαίρεσιν ἐν τούτῳ ἐληλύθασιν, ἀλλὰ καταπροδοθέντες ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, ἐπειδὴ καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐνδείκνυνται ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, καὶ ἤδη τινὲς τρίτον ἔτος ἔχουσι καταπενθοῦντες· προσεπιτιμηθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ προσελθόντος καθ᾽ ὑπόμνησιν, ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἃς καίπερ νηστεύσας ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἐπειράσθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου· εἰς ἃς καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ περισσὸν διαγυμνασθέντες, ἐντονώτερόν τε νήψαντες, γρηγορήσουσιν εἰς προσευχὰς τοῦ λοιποῦ, καταμελετῶντες τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ κυρίου πρὸς τὸν πειράζοντα αὐτὸν ἵνα προσκυνήσῃ αὐτῷ, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Κανὼν β΄.

Τοῖς δὲ μετὰ τὸ φυλακισθῆναι καὶ ὑπομεμενηκέναι τὰς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὡς ἂν ἐν πολιορκίᾳ, θλίψεις τε καὶ δυσωδίας· ὕστερον δὲ χωρὶς πολέμου βασάνων γενομένων αἰχμαλώτοις κατὰ πολλὴν πτωχείαν δυνάμεως καὶ κατά τινα τυφλότητα τεθραυσμένοις, ἐπαρκέσει ἐνιαυτὸς πρὸς τῷ ἑτέρῳ χρόνῳ· ἐπεὶ ὅλως καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασιν ἑαυτοὺς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ θλιβῆναι· εἰ καὶ ἀπήλαυσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τῆς παρὰ τῶν ἀδελφῶν πολλῆς ἀναπαύσεως· οἵπερ πολλαπλασίονα ἀποδώσουσι ποθοῦντες λυτρωθῆναι ἀπὸ τῆς πικροτάτης αἰχμαλωσίας τοῦ διαβόλου, μεμνημένοι μάλιστα τοῦ λέγοντος· πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπ᾽ ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως.

Κανὼν γ΄.

Τοῖς δὲ μηδ᾽ ὅλως μηδέν τι τοιοῦτον πεπονθόσι μηδὲ ἐνδειξαμένοις καρπὸν πίστεως, ἀλλ᾽ αὐτομολήσασι πρὸς τὴν κακίαν, προδεδομένοις ἀπὸ δειλίας καὶ φόβου· νῦν δὲ εἰς μετάνοιαν ἐρχομένοις, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἁρμόζον τὴν τῆς ἀκάρπου συκῆς παραβολὴν παραθέσθαι, ὡς ὁ κύριος λέγει· συκῆν εἶχέ τις πεφυτευμένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ, καὶ ἦλθε ζητῶν καρπὸν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν· εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργὸν, ἰδοὺ τρία ἔτη ἀφ᾽ οὗ ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ καὶ οὐχ εὑρίσκω. ἔκκοψον αὐτήν· ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ, κύριε ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω τὰ περὶ αὐτὴν, καὶ βάλω κόπρια· κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον

μᾶλλον ἐκκόψῃς αὐτήν· ἣν πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες, ἐνδειξάμενοί τε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας ἐν τῷ διαστήματι τοῦ τοσούτου χρόνου μᾶλλον ὠφεληθήσονται.

Κανὼν δ'.

Τοῖς γὰρ παντάπασιν ἀπεγνωσμένοις, ἀμετανοήτοις, δέρμα τε Αἰθίοπος ἀμετάβλητον κεκτημένοις, καὶ ποικίλματα παρδάλεως, λεχθήσεται τὸ τῆς ἑτέρας συκῆς· μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· διὸ καὶ παραχρῆμα ἐξηραίνετο· ἐκπληροῦται γοῦν ἐπ' αὐτοῖς καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ εἰρημένον, διεστραμμένον οὐ δύναται ἐπικοσμηθῆναι, καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι· εἰ μὴ γὰρ πρότερον τὸ διεστραμμένον διορθωθῇ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἐπικοσμηθῆναι· καὶ εἰ μὴ πρότερον τὸ ὑστέρημα ἀναπληρωθῇ, ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸ ἀριθμηθῆναι· ὅθεν καὶ ἐπὶ τέλους συμβήσεται αὐτοῖς, τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· καὶ ὄψονται γάρ φησι, τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί· ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται· καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί· ἐπεὶ καὶ ὡς προλέλεκται ὑπ' αὐτοῦ· οἱ δὲ ἄδικοι οὕτω κλυδωνισθήσονται, καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δυνήσονται· οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ Θεός.

Κανὼν ε'.

Τοῖς δὲ καθυποκριναμένοις κατὰ τὸν ἐπιληπτευσάμενον Δαβίδ, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ, οὐκ ὄντα ἐπίληπτον· καὶ μὴ γυμνῶς ἀπογραψαμένοις τὰ πρὸς ἄρνησιν, ἀλλὰ διαπαίξασι κατὰ πολλὴν στενοχωρίαν, ὡς ἂν παιδία βουλευτικὰ ἔμφρονα ἐν παιδίοις ἄφροσι, τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλάς, ἤτοι ὡς διελθόντες βωμούς, ἤτοι ὡς χειρογραφήσαντες, ἤτοι ὡς ἀνθ' ἑαυτῶν βαλόντες ἐθνικούς, εἰ καί τισιν αὐτῶν συνεχώρησάν τινες τῶν ὁμολογησάντων, ὡς ἤκουσα, ἐπεὶ μάλιστα κατὰ πολλὴν εὐλάβειαν διέφυγον αὐτόχειρες γενέσθαι τοῦ πυρός, καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων· ἐπεὶ τοίνυν ἔλαθεν αὐτοὺς ἀνοίᾳ τοῦ πράξαντος, ὅμως ἑξάμηνος αὐτοῖς ἐπιτεθήσεται τῆς ἐν μετανοίᾳ ἐπιστροφῆς· οὕτω γὰρ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ ὠφεληθήσονται, καταμελετῶντες τὸ προφητικὸν ῥητόν, καὶ λέγοντες, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· ὅσπερ, ὡς ἴστε, ἐν τῷ ἕκτῳ μηνὶ τῆς συλλήψεως τοῦ ἑτέρου παιδίου τοῦ προκηρύξαντος πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, συνελήφθη καὶ αὐτὸς κηρύξαι μετάνοιαν· καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀμφοτέρων ἀκούομεν ἐν πρώτοις κηρυττόντων οὐ μόνον περὶ μετανοίας, ἀλλὰ καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἥ τις καθὼς μεμαθήκαμεν, ἐντὸς ἡμῶν ἐστι, τῷ ἐγγὺς ἡμῶν εἶναι τὸ ῥῆμα ὃ πιστεύομεν ἐν τῷ στόματι ἑαυτῶν καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἅτε δὴ ἀκούοντες, ὅτι καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

Κανὼν ϛ'.

Τοῖς δὲ δούλοις Χριστιανοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν ὑποβεβληκόσιν, οἱ μὲν δοῦλοι ὡς ἂν ὑποχείριοι ὄντες καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτοὶ φυλακισθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, καταπειληθέντες ὑπ' αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν φόβον αὐτῶν εἰς τοῦτο ἐληλυθότες καὶ ὀλισθήσαντες, ἐνιαυτῷ τὰ τῆς μετανοίας ἔργα δείξουσι, μανθάνοντες τοῦ λοιποῦ, Χριστοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα καὶ φοβεῖσθαι αὐτόν· ἀκούοντες μάλιστα ὅτι ἕκαστος ἐὰν τι ποιήσῃ ἀγαθόν,

A eam. Qua ante oculos accepta, & ostenso digno fructu pœnitentiæ, in tanto temporis intervallo magis iuvabuntur.

CANON IV.

Iis enim qui sunt omnino desperati, & pœnitentiam non agunt, & pellem Æthiopis immutabilem possident, & pardi varietates, dicetur quod alii ficui dictum est: *Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet, & ideo statim quoque exaruit.* In his enim impletur quod ab Ecclesiaste dictum est: *Quod perversum est non poterit exornari, & defectus numerari non poterit.* Nisi enim quod B perversum est prius rectum fuerit, fieri non potest ut id exornetur: & nisi prior defectus expletus fuerit, fieri non potest ut id numeretur: unde & in fine eis eveniet, quod a propheta Isaia dicitur: *Et egredientur, & videbunt cadavera virorum qui prævaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad satietatem visioni omni carni.* Quandoquidem, ut & ab ipso prædictum est: *Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Non est pax impiis, dicit dominus.*

Marc. 11.
Ecclesi. 1.
Isai. 66.
Isai. 57.

CANON V.

C Iis autem qui simularunt, sicut & David, qui se epilepticum fingebat, ne moreretur, quamvis re vera epilepticus non esset, & non nude negationem inscripserunt, sed in multis angustiis, tamquam pueri consilio & prudentia prædìti, inter pueros insipientes inimicorum insidias ludificati sunt, velut qui altaria pervaserint, vel tamquam qui chirographum dederint, vel qui pro se ethnicos immiserunt, (etiamsi nonnulli eorum qui confessi sunt, ut audivi, aliquibus eorum cessêrunt) quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem ferrent, & dæmones impuros suffirent: cum propter ignorationem eos id fecisse non compertum est, ei semestre imponetur in pœnitentia conversionis. Sic enim ipsi quoque magis juvabuntur, prophetæ dictum meditantes, & dicentes: D *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus ejus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus magni consilii angelus:* qui (ut scitis) in sexto mense conceptionis, cum alius infans prædicasset ante personam adventus ejus pœnitentiam in remissionem peccatorum, conceptus est & ipse ad prædicandam pœnitentiam. Etenim utrosque audivimus in primis prædicantes non solum de pœnitentia, sed & de regno cælorum, quod quidem (ut didicimus) intra nos est, quod prope nos sit verbum quod credimus in ore nostro, & corde nostro. De quo ipsi etiam commoniti discent E confiteri ore suo, quod dominus est Iesus; credentes in corde suo, quod dominus ipsum suscitavit ex mortuis: utque audiant, *quod corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

1. Reg. 21.
De his qui caute egerunt.
Isai. 9.
Luc. 1.
Oris confessio necessaria.
Rom. 10.

CANON VI.

Iis autem qui servos Christianos pro se submiserunt; servi quidem, ut qui ipsi sub manu essent, & quodammodo ipsi quoque in dominorum essent custodia, minisque ab ipsis territi, & propter eorum metum, eo compulsi & lapsi, anno opera pœnitentiæ ostendent, deinceps discentes, ut servi Christi, facere Christi voluntatem, & eum timere, *audientes maxime, quod unusquisque,*

Qui alios submiserunt.

Ephes. 6. *si quid boni fecerit, hoc feret a domino, sive servus, sive liber.*

CANON VII.

Liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur; tum quod dissimulaverint, tum quod effecerint ut servi sacrificarent, ut qui apostolo non obedirent, qui vult *dominos eadem facere quæ servi, remittentes minas: Scientes*, inquit, *quia & illorum & vester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud Deum.* *Ibidem.* Si unum autem omnes habemus dominum, *apud quem non est personarum acceptio*, quoniam & *omnia & in omnibus est Christus, in Barbaris & Scythis, servis & liberis*; *Coloss. 3.* debent considerare quod fecerunt, volentes suam ipsorum animam salvare: qui conservos nostros traxerunt ad idololatriam, qui poterant & ipsi effugere, si jus & æqualitatem ipsis præbuissent, ut rursum dicit apostolus.

CANON VIII.

De reparatibus certamen. Iis autem qui proditi sunt, & exciderunt, qui & ipsi ad certamen accesserunt, se esse Christianos confitentes, & in custodiam cum tormentis conjecti sunt, æquum est in exultatione cordis vires simul addere, & eis in omnibus communicare, & in orationibus, & in participatione corporis & sanguinis, & sermonis exhortatione: ut qui constantius decertaverunt, ipsi quoque supernæ vocationis bravio dignentur. Etenim, inquit, *septies cadet justus, & resurget.* *Prov. 24.* Quod quidem si omnes quoque lapsi fecissent, perfectissimam, & toto corde susceptam pœnitentiam ostendissent.

CANON IX.

De his qui se ingerant in martyrium. Ii quoque qui tamquam ex somno ad certamen, quod est consideratione parturiendum, & maturo consilio differendum, prosiliunt, pugnæque maritimæ & multæ fluxuum inundationis tentationem attrahunt, vel potius fratribus peccatorum carbones accendunt: ipsis quoque communicandum est, ut qui in nomine Christi ad id veniant: etsi verba ejus non animadvertebant, qui docet, non esse ingrediendum in tentationem, & eum rursus in oratione Patri dicere: *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.* *Matth. 6.* Fortasse autem etiam ignorant nostrum patremfamilias & dominum nostrum sæpe ab iis, qui illi insidiari volebant, secessisse; & quandoque etiam libere apud eos non incedebat: & quod etiam, quando passionis tempus appropinquavit, non seipsum tradidit, sed expectavit donec ad eum venirent cum gladiis & fustibus. dicit ergo eis: *Tamquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me*: *Matth. 26. & Marc. 14.* qui etiam tradiderunt ipsum Pilato. Ad ejus quoque similitudinem iis accidit, qui ejus scopum sibi proponentes incedunt, ne divinorum ejus verborum recordati, per quæ nos confirmans, de persecutoribus dicit: *Videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in consiliis, & in synagogis vapulabitis.* *Marc. 13.* *Tradent enim*, dixit, non vos ipsos tradetis: *& ad principes & reges ducemini propter nomen meum*: non vos ipsos ducetis. nam nos quoque vult a loco in locum transire, dum sunt qui nos persequuntur

τοῦτο κομίσηται παρὰ κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος ἐστί.

Κανὼν ζ'.

Οἱ δὲ ἐλεύθεροι, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἐξετασθήσονται ἐν μετανοίᾳ, καὶ ὡς ὑποκρινόμενοι, καὶ ὡς καταναγκάσαντες τοὺς ὁμοδούλους θῦσαι, ἅτε δὴ παρακούσαντες τοῦ ἀποστόλου τὰ αὐτὰ θέλοντος ποιεῖν τοὺς δεσπότας τοῖς δούλοις ἀνιέντας τὴν ἀπειλὴν, εἰδότας, φησὶν, ὅτι καὶ ὑμῶν καὶ αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωποληψία παρ᾽ αὐτῷ οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ ἕνα κύριον ἔχομεν οἱ πάντες ἀπροσωπόληπτον, ἐπεὶ καὶ πάντα καὶ ἐν πᾶσίν ἐστιν ὁ Χριστὸς ἔν τε Βαρβάροις καὶ Σκύθαις, δούλοις καὶ ἐλευθέροις, σκοπεῖν ὀφείλουσιν ὃ κατειργάσαντο θελήσαντες τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν σῶσαι, οἱ τοὺς συνδούλους ἡμῶν ἑλκύσαντες ἐπὶ εἰδωλολατρείαν, δυναμένους καὶ αὐτοὺς ἐκφυγεῖν, εἰ τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα ἦσαν αὐτοῖς παρασχόντες, ὡς πάλιν ὁ ἀπόστολος λέγει.

Κανὼν η'.

Τοῖς δὲ παραδεδομένοις καὶ ἐκπεπτωκόσι τοῖς τε αὐτοῖς προσεληλυθόσιν εἰς τὸν ἀγῶνα καὶ ὁμολογοῦσιν εἶναι Χριστιανοῖς, ἐμβεβλημένοις τε ἐν τῇ φυλακῇ μετὰ βασάνων, εὔλογόν ἐστιν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας συνεπισχύειν καὶ κοινωνεῖν ἐν πᾶσιν, ἔν τε ταῖς προσευχαῖς καὶ τῇ μεταλήψει τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ λόγου, ἵνα εὐτονώτερον ἀγωνισάμενοι καταξιωθῶσι καὶ αὐτοὶ τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κληρώσεως. καὶ γὰρ ἑπτάκις, φησὶ, πεσεῖται ὁ δίκαιος καὶ ἀναστήσεται· ὅπερ εἰ καὶ πάντες οἱ ἐκπεπτωκότες πεποιήκεσαν, τελειοτάτην καὶ ὁλοκάρδιον μετάνοιαν ἐνεδείξαντο.

Κανὼν θ'.

Καὶ τοῖς δὲ ὡς ἂν ἐξ ὕπνου ἑαυτοῖς παραπηδῶσιν εἰς τὸν ἀγῶνα, ὠδίνοντα καὶ μέλλοντα ἑλκύσαι, ἑαυτοῖς δὲ πειρασμὸν ἐπισπασαμένοις θαλαττομαχίας καὶ πολλῆς κυματώσεως, μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς προσεκκαίουσιν ἄνθρακα ἁμαρτωλῶν, καὶ αὐτοῖς κοινωνητέον, ἅτε δὴ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ παρερχομένοις εἰς τοῦτο, εἰ καὶ μὴ προσέχουσιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις διδάσκοντος προσεύχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, καὶ πάλιν ἐν εὐχῇ λέγειν τῷ πατρὶ, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ἴσως δὲ καὶ ἀγνοοῦσι τὰς πολλάκις γινομένας ἀναχωρήσεις τοῦ οἰκοδεσπότου καὶ διδασκάλου ἡμῶν ἀπὸ τῶν θελόντων ἐπιβουλεύειν, καὶ ὅτι ἔσθ᾽ ὅτε οὔτε παῤῥησίᾳ περιεπάτει δι᾽ αὐτοὺς, καὶ ὅτι καὶ ὅτε ὁ καιρὸς τοῦ πάθους αὐτοῦ προσήγγισεν, οὐχ ἑαυτὸν παρέδωκεν, ἀλλ᾽ ἐδέξατο ἕως ἦλθον ἐπ᾽ αὐτὸν μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων· λέγει οὖν πρὸς αὐτούς· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. οἳ καὶ παρέδωκαν αὐτὸν, φησὶ, Πιλάτῳ· καθ᾽ ὁμοιότητα γοῦν αὐτοῦ καὶ οἱ κατὰ σκοπὸν αὐτοῦ βαίνοντες, πεπόνθασι μεμνημένοι τῶν θείων αὐτοῦ λόγων, δι᾽ ὧν ἐπιστηρίζων ἡμᾶς περὶ τῶν διωγμῶν λέγει, προσέχετε ἑαυτοῖς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς· παραδώσουσι δὲ, εἶπεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑαυτοὺς παραδώσετε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε διὰ τὸ ὄνομά μου, ἀλλ᾽ οὐχ ἑαυτοὺς ἄξετε· ἐπεὶ καὶ μεταπηδᾷν ἡμᾶς βούλεται ἀπὸ τόπου εἰς τόπον διωκομένους

διὰ

A διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ὡς πάλιν ἀκούομεν αὐτοῦ λέγοντος, καὶ ὅθεν διώκωσιν ἡμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· οὐ γὰρ θέλει αὐτομολεῖν ἡμᾶς πρὸς τοὺς τοῦ διαβόλου ὑπασπιστὰς καὶ δορυφόρους, ὅπως μὴ καὶ πλειόνων θανάτων αἴτιοι αὐτοῖς γινώμεθα, ὡς ἂν καταναγκάζοντες αὐτοὺς μᾶλλον κατατραχύνεσθαι καὶ τελεσιουργεῖν τὰ θανατηφόρα ἔργα· ἀλλ᾿ ἐκδέχεσθαι καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς, γρηγορεῖν τε καὶ προσεύχεσθαι ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν· οὕτω Στέφανος πρῶτος κατ᾿ ἴχνος αὐτοῦ μαρτύριον ἀναδεξάμενος ἐν Ἱεροσολύμοις συναρπασθεὶς ὑπὸ τῶν παρανόμων, καὶ ἀχθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ, λιθοβολούμενος ἐν ὀνόματι Χριστοῦ ἐδοξάσθη παρακαλῶν καὶ λέγων, κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς ταύτην τὴν ἁμαρτίαν· B οὕτως Ἰάκωβος δεύτερος συλληφθεὶς ὑπὸ Ἡρώδου, μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη· οὕτως ὁ προήκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἀτιμασθεὶς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐσταυρώθη· καὶ ὁ περιβόητος Παῦλος πλεονάκις παραδοθεὶς καὶ ἕως θανάτου κινδυνεύσας, πολλά τε ἀθλήσας καὶ καυχησάμενος ἐν πολλοῖς διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ αὐτὸς μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, ὃς ἐν οἷς ἐκαυχήσατο, κατέληξε· καὶ ὅτι ἐν Δαμασκῷ σπυρίδι ἐχαλάσθη διὰ τοῦ τείχους νυκτὸς, καὶ ἐξέφυγε τὰς χεῖρας τοῦ ζητοῦντος αὐτὸν πιάσαι· C τὸ γὰρ προκείμενον ἦν αὐτοῖς ἐν πρώτοις εὐαγγελίζεσθαι καὶ διδάσκειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐν οἷς ἐπιστηρίζοντες τοὺς ἀδελφοὺς ἐμμένειν ἐν τῇ πίστει· καὶ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ἐζήτουν γὰρ οὐ τὸ ἑαυτῶν συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι· καὶ ἦν πολλὰ λέγειν αὐτοῖς εἰς ταῦτα πρὸς τὸ κατὰ λόγον πράσσειν, εἰ μὴ, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἐπιλίποι δ᾿ ἂν ἡμᾶς διηγουμένους ὁ χρόνος.

Κανὼν ι΄.

Ὅθεν οὐκ ἔστιν εὔλογον οὐδὲ τοὺς ἀπὸ κλήρου αὐτομολήσαντας ἐκπεπτωκότας τε καὶ ἀναπαλαίσαντας, ἔτι ἐν τῇ λειτουργίᾳ εἶναι, D ἅτε δὴ καταλείψαντας τὸ ποίμνιον κυρίου καὶ μωμησαμένους ἑαυτούς· ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀποστόλων πεποίηκε· καὶ γὰρ ὁ πολλοὺς διωγμοὺς ἐξανύσας, πολλά τε ἆθλα ἀγωνισμάτων ἐνδειξάμενος ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ἐγνωκώς τε ὅτι κάλλιόν ἐστιν ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, ἐπιφέρει καὶ λέγει· τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι᾿ ὑμᾶς· σκοπῶν γὰρ οὐ τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσιν, ἀναγκαιότερον τῆς ἑαυτοῦ ἀναπαύσεως ἡγήσατο τὸ, παραμένειν τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν· ὃς καὶ τὸν διδάσκοντα θέλει εἶναι ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τύπον γινόμενον τῶν πιστῶν· E ὅθεν οἱ ἐν τῇ εἱρκτῇ ἐπιδικαζόμενοι τῆς λειτουργίας ἐκπεπτωκότες, καὶ ἀναπαλαίσαντες, πάνυ ἀναισθητοῦσι· πῶς γὰρ αἰτοῦσιν ὃ κατέλειψαν, δυνάμενοι τοῖς ἀδελφοῖς εὔχρηστοι εἶναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ; ἕως μὲν οὖν ἄπταιστοι ἦσαν, συγγνώμην εἶχον ἐπὶ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν πράξει· ὅτε δὲ ἔπταισαν ὡς ἂν περπερευσάμενοι καὶ ἑαυτοὺς μωμησάμενοι, οὐκέτι δύνανται λειτουργεῖν· διὸ φροντιζέτωσαν μᾶλλον ἐν ταπεινοφροσύνῃ πῶς ἐκτελέσουσι παυσάμενοι τῆς κενοδοξίας· ἀρκεῖ

propter nomen ejus, sicut eum rursum dicentem audivimus: *Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* (Matth.10.) Non enim vult ad diaboli stipatores satellitesque confugere, ne ipsis quoque multifariæ mortis causa simus, ut qui ipsos & asperiores esse cogamus, & opera mortifera peragere; sed expectare, & nobis cavere, *vigilareque & orare, ne intremus in tentationem.* (Matth.26.) Ita Stephanus ejus vestigiis insistens, Hierosolymis ab iniquis correptus, & ad concilium ductus, lapidibus obrutus in nomine Christi glorificatus est, rogans, & dicens: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* (Act.7.) Ita Iacobus secundus ab Herode comprehensus, (Act.12.) gladio capite truncatus est. (De Fuga id persecutione.) Ita Petrus apostolorum primus sæpe comprehensus, & custodiæ traditus, ignominiaque affectus, postremo Romæ crucifixus est. Similiter & inclytus Paulus sæpe traditus, & ad mortem usque in periculum adductus, & in multis persecutionibus & afflictionibus gloriatus, in eadem urbe ipse quoque gladio capite mulctatus est: qui, in quibus gloriatus est, ipse in iis vitam finiit. Et quod Damasci in sporta noctu per murum dimissus est, & effugit manus ejus qui eum conabatur opprimere; erat enim eis in primis propositum evangelizare, & verbum Dei ducere: in quibus fratres confirmantes, ut manerent in fide, hoc quoque dicebant, quod per multas afflictiones oporteret in regnum cælorum ingredi. Quærebant enim, non quod sibi erat utile, sed quod multis, ut servarentur: & multa ipsis liceret ad hæc facientia dicere, ut verbo Dei convenienter facerent, nisi, ut dicit apostolus, *nos tempus narrantes deficeret.* (Hebr.11.)

Sed hæc de iis prælocutus, subdit mox de clericis, qui in certamen sponte ruentes, postea tormentis victi & lapsi sunt.

CANON X.

(De clericis lapsis.) Vnde non est æquum, ut vel clerici, qui sua sponte & reluctati sunt, & aufugerunt, lapsi autem, amplius in sacro ministerio maneant, ut qui domini gregem reliquerint, & seipsos vituperarint: quod nullus fecit ex apostolis. Etenim cum multas persecutiones objisset, & multa certaminum præmia ostendisset beatus apostolus Paulus, sciens esse melius *dissolvi, & esse cum Christo;* infert, & dicit: *In carne autem permanere magis necessarium propter vos.* (Philip.1.) Considerans enim non suam, sed multorum utilitatem magis quam suam quietem, necessarium existimavit, apud fratres manere, & eorum curam gerere: qui etiam vult eum, qui docet, esse in doctrina typum seu formam fidelium. Vnde qui in carcere contendentes, ministerio exciderunt, & reluctati sunt, sensus plane sunt expertes. quomodo enim petunt quod reliquerunt, cum in ea tempestate esse possent fratribus suis utiles? Quamdiu itaque firmi stabilesque manserunt, ejus quod præter rationem fecerant, eis venia dabatur. Quando autem lapsi sunt, ut qui perperam se gesserint, & seipsos vituperarint, non possunt amplius sacra ministeria obire; & ideo magis curam gerant, quomodo in humilitate confessionem peragent,

gent, a vana gloria cessantes. Eis autem sufficit communio: quæ diligenter & accurate fit duabus de causis; tum ne videantur molestia affici, hinc dissolutionem vi arripientes; tum ne lapsi aliqui causentur se propter pœnæ occasionem fuisse remissos: qui quidem plusquam omnes probrum & ignominiam habebunt, sicut ille qui fundamentum posuit, & non potuit perficere. *Incipient enim* (inquit) *omnes qui prætergrediuntur, dicere: Hic homo cæpit ædificare, & non potuit consummare.*

Luc. 14.

CANON XI.

De his qui seipsos obtulerunt martyrio.

Qui enim primum in persecutionis fervore prosilierunt, judicium circumstantes, & sanctos martyres, qui ad bravium supernæ vocationis festinabant, aspicientes; honesta æmulatione incitati, seipsos ad hoc tradiderunt, magna libertate utentes; maxime videntes eos qui subtrahebantur labi: propter quos interius excitati, & quodam veluti sono impulsi ad debellandum se efferentem adversarium, ad id contendebant, ne apud se prudens esse videretur ob ea, in quibus ejus calliditate inferiores esse visi sunt: etiamsi seipsum vinci ab iis qui se fortiter & constanter gesserunt, qui scuticarum flagellorumque tormenta, & gladii aciem, & ignis ustulationem, & aquarum immersiones toleranter tulerunt, eum non latuit. Iis quoque qui ut ex fide preces & orationes fiant, prosequuntur; vel iis qui in custodia puniti sunt, & a fame & siti traditi sunt; vel pro iis qui extra custodiam scuticis & flagellis in judicio torti sunt, postea autem a carnis imbecillitate victi fuere; æquum est annuere. Cum iis enim qui lugent & mœrent, pro iis qui in certamine victi sunt a magnis maligni diaboli viribus, sive pro parentibus, vel fratribus, vel liberis una dolore & tristitia affici, neminem quidquam penitus lædit. Scimus enim etiam propter ali[…]um fidem quosdam esse Dei bonitatem assecutos, & in peccatorum remissione, & corporis sanitate, & mortuorum resurrectione. Memores itaque multorum laborum, & miseriarum quas pro Christi nomine sustinuer[…]nt; cum ipsi etiam pœnitentiam egerint, [&] quod a se factum est per proditionem, in corporis afflictione & mortificatione defleverint, & se præterea testentur in vita sua fuisse a civitate alienos; simul oremus & postulemus pro eorum reconciliatione cum aliis quæ decet per eum *qui est nobis advocatus apud Patrem, Iesum Christum justum, & si quis peccaverit, is est propitiatio pro peccatis nostris.*

1. Ioan. 2.

CANON XII.

De redimentibus necationē pecunia.

Iis enim qui pecuniam dederunt, ut ab omnis improbitatis mol[…]ia omni ex parte remoti essent, crimen inten[…] non potest. Damnum enim & jacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detriment[o] afficerentur, vel ipsam etiam perderent: q[u]od alii propter turpe lucrum non fecerunt; quamvis dominus dicat: *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucrabitur, animæ vero suæ de-*

Marc. 8.

γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωνία μετ' ἐπιστάσεως καὶ ἀκριβείας πρὸς ἀμφότερον γινομένης, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπεῖσθαι μετὰ βίας περιδρασσόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, καὶ ἵνα μή τινες ἐκπεσόντες, προφασίζωνται ὡς διὰ τὴν ἀφορμὴν τῆς ἐπιτιμίας ὑπεκλελυμένοι· οἵτινες πλέον ἁπάντων αἰσχύνην καὶ ὄνειδος ἕξουσι, κατ' ἐκεῖνον τὸν τεθεικότα θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύσαντα ἐκτελέσαι. ἄρξονται γάρ φησι πάντες οἱ παραπορευόμενοι ἐμπαίζειν αὐτὸν λέγοντες, οὗτος ὁ ἄνθρωπος θεμέλιον ἔθηκε καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.

Κανὼν ια'.

Οἱ γὰρ πρῶτοι παραπηδήσαντες ἐν τῷ βράσματι τοῦ διωγμοῦ, παρεστῶτες εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ θεωροῦντες τοὺς ἁγίους μάρτυρας ἀποδιδόντας ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἐν καλῷ τῷ ζήλῳ προθυμούμενοι ἐπεδίδουν ἑαυτοὺς εἰς τοῦτο πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρώμενοι, βλέποντες μάλιστα τοὺς ὑποσυρομένους καὶ ἐκπίπτοντας, δι' οὓς ὑποθερμαινόμενοι ἔσωθεν καὶ ἐνηχούμενοι καταπολεμῆσαι τὸν ὑπεραιρόμενον καὶ ἀντικείμενον ἔσπευδον εἰς τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ δοκῇ παρ' ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι ἐφ' οἷς κατὰ πανουργίαν ἔδοξεν ἡττᾶν, εἰ καὶ ἐλάνθανεν ἑαυτὸν νικώμενον ὑπὸ τῶν ἐγκαρτερούντων τὰς τῶν ξυστήρων καὶ μαστίγων βασάνους, τήν τε ὀξύτητα τῆς μαχαίρας, καὶ τὰς καταφλέξεις τοῦ πυρὸς, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων καταποντώσεις· καὶ τοῖς κατὰ πίστιν ὑπεξουσιοῦσιν εὐχὰς καὶ δεήσεις γίνεσθαι, ἤτοι ὑπὲρ τῶν ἐν φυλακῇ κατατιμωρηθέντων καὶ προδιδομένων ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης, ἤτοι ὑπὲρ τῶν ἔξωθεν τῆς φυλακῆς ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου καταβασανισθέντων διὰ ξυστήρων καὶ μαστίγων, ὕστερον δὲ ἡττηθέντων ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, ἄξιόν ἐστιν ἐπινεῦσαι· συμπάσχειν γὰρ καὶ συναλγεῖν τοῖς ὀδυρομένοις καὶ στενάζουσιν ὑπὲρ τῶν ἐν ἀγῶνι ἡττηθέντων ὑπὸ τῆς πολλῆς βίας τοῦ κακομηχάνου διαβόλου, ἤτοι ὑπὲρ γονέων ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων οὐδένα οὐδὲν καταβλάπτει· ἴσμεν γὰρ καὶ δι' ἑτέρων πίστιν ἀπολαύσαντάς τινας τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, ἐπί τε ἀφέσει ἁμαρτιῶν καὶ ὑγείᾳ σώματος, καὶ ἀναστάσει νεκρῶν. μεμνημένοι τοίνυν τῶν πολλῶν αὐτῶν καμάτων ὧν προϋπήνεγκαν ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ταλανισμῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μεταγνόντων αὐτῶν καὶ ἀποδυρομένων τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς κατὰ προδοσίαν ἐν ἀτονίᾳ καὶ νεκρότητι τοῦ σώματος, ἔτι τε καὶ μαρτυρουμένων ἀπολιτεύτων γινομένων ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν, συνευχόμεθα καὶ συμπαρακαλοῦμεν ὑπὲρ ἱλασμοῦ αὐτῶν μετὰ τῶν ἄλλων καθηκόντων διὰ τοῦ γινομένου ὑπὲρ ἡμῶν παρακλήτου πρὸς τὸν πατέρα ἱλασκομένου ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· καὶ ἐάν τις γὰρ, φησὶν, ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν τὸν πατέρα Ιησοῦν Χριστὸν δίκαιον, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

Κανὼν ιβ'.

Τοῖς γὰρ ἀργύρια δεδωκόσι πρὸς τὸ ἀνενοχλήτους αὐτοὺς παντάπασι γενέσθαι ὑπὸ πάσης κακίας, οὐκ ἔστιν ἔγκλημα προσάγειν· ζημίαν γὰρ καὶ ἀπώλειαν χρημάτων ὑπηνέγκαν, ἵνα μὴ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ζημιωθῶσιν ἢ ἀπολέσωσιν, ὅπερ ἄλλοι κατὰ αἰσχροκέρδειαν οὐ πεποιήκασι· καίτοιγε τοῦ κυρίου λέγοντος· τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ ἢ ἀπολέσῃ;

ἀπολέσῃ; καὶ, ὅτι οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ A μαμμωνᾷ· ἐφάνησαν γὰρ παρ' ἐκείνοις Θεῷ δουλεύοντες, τὰ ἀργύρια μισήσαντες καὶ καταπατήσαντες, καὶ καταφρονήσαντες αὐτῶν, ἀνεπλήρωσάν τε καὶ ἐν τούτῳ τὸ γεγραμμένον, λύτρον ἀνδρὸς ψυχῆς ὁ ἴδιος πλοῦτος· ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀνέγνωμεν τοὺς συρέντας ἀντὶ Παύλου καὶ Σίλα ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας μετὰ πλησμονῆς ἀπολυθέντας· μετὰ γὰρ τὸ καταβαρῆσαι αὐτοὺς πολλὰ διὰ τὸ ὄνομα καὶ ταράξαι τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας, λαβόντες, φησὶ, τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς· οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόντε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς B Βέῤῥοιαν.

trimentum patiatur? & rursum: *Non potestis Deo servire & mammonæ.* Luc. 9. Matth. 6. In illis enim apparuerunt qui Deo servirent, exosis, conculcatis, contemptisque pecuniis, & in eo compleverunt quod scriptum est: *Precium redemptionis animæ, divitiæ propriæ.* Psal. 48. Nam in Actibus apostolorum legimus eos, qui pro Paulo & Sila Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, cum multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen multum onerassent, & multitudinem magistratusque perturbassent, *ab Iasone*, inquit, *& reliquis satisdatione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Silam miserunt in Berrhœam.* Act. 17.

Κανὼν ιγ'.

Ὅθεν οὐδὲ τοῖς καταλείψασι πάντα διὰ τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν καὶ ἀναχωρήσασιν, ἔστιν ἐγκαλεῖν ὡς ἂν ἑτέρων δι' αὐτοὺς κατασχεθέντων· καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἀντὶ Παύλου συνήρπασαν Γάϊον εἰς τὸ θέατρον καὶ Ἀρίσταρχον συνεκδήμους Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον· ἐπεὶ καὶ δι' αὐτὸν πείσαντα καὶ μεταστήσαντα πολὺν ὄχλον ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν, ἡ στάσις ἦν γινομένη· οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, φησίν· οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινες τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτοῦ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον· εἰ δὲ C ἐπιμένοιέν τινες ἐρεσχελοῦντες τοῖς εἰλικρινῶς προσέχουσι τῷ λέγοντι, σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν, καὶ μὴ περιβλέψῃς εἰς τὰ ὀπίσω· ὑπομνησθήτωσαν καὶ περὶ τοῦ προκρίτου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, βεβλημένου τε ἤδη εἰς φυλακὴν, καὶ παραδοθέντος τέτταρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτὸν, οὗ ἐν νυκτὶ φυγόντος καὶ ἐκ χειρὸς ῥυσθέντος τῶν Ἰουδαίων κατ' ἐντολὴν ἀγγέλου κυρίου, γενομένης, φησὶν, ἡμέρας ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο· Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, δι' οὓς οὐδεμία αἰτία τῷ Πέτρῳ προσάπτεται· ἐξὸν γὰρ καὶ αὐτοὺς ἑω- D ρακότας τὸ γινόμενον, ἐκφυγεῖν, ὡς καὶ πάντα τὰ παιδία τὰ ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, εἰ ἐγνώκεισαν οἱ γονεῖς αὐτῶν τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ἅπερ ἀνῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ μιαιφόνου Ἡρώδου διὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ ζητούμενον ἀπολέσθαι ἓν παιδίον, ὅπερ καὶ αὐτὸ κατ' ἐντολὴν ἀγγέλου κυρίου, ἐξέφυγεν, ἤδη ἀρξάμενον ταχέως σκυλεύειν καὶ ὀξέως προνομεύειν, κατὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ὀνόματος, καθὼς γέγραπται, κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμευσον· διότι πρινὴ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σα- E μαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων· οἱ γοῦν μάγοι ὡς ἤδη σκυλευθέντες καὶ προνομευθέντες, ὑποτεταγμένως καὶ τιμητικῶς προσκυνοῦσι τὸ παιδίον, ἀνοίγοντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, καὶ προσφέροντες αὐτῷ καιριώτερα καὶ πρεπωδέστερα δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν, ὡς βασιλεῖ καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ· ὅθεν οὐκέτι πρὸς τὸν Ἀσσύριον βασιλέα ἠξιώθησαν ὑποστρέψαι, συνεργούμενοι ὑπὸ τῆς προνοίας· χρηματισθέντες γάρ φησι κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν

CANON XIII.

Vnde nec eos, qui omnia reliquerunt propter salutem animæ, & cesserunt, licet accusare, tamquam aliis propter ipsos detentis. De extoribus. Nam & Ephesi pro Paulo Caium & Aristarchum in theatro comprehenderunt una cum Paulo peregrinantes, qui volebat populum adire: quoniam propter ipsum, qui persuaserat, & multam turbam ad Dei cultum traduxerat, seditio facta fuerat: *non siverunt eum*, inquit, *discipuli.* Act. 19. Quinetiam nonnulli ex Asiaticis magistratibus qui ei erant amici, miserunt ad eum, & suaserunt, ne se theatro daret. Si qui autem cum iis contendere perrexerint, qui animam ei adhibent; qui dicit: *Salva animam tuam, noli respicere post tergum:* Gen. 19. Petrus quoque apostolorum princeps eis in mentem revocetur, qui in custodiam erat conjectus, & traditus quatuor quaternionibus militum ad eum custodiendum: qui cum noctu fugisset, & ex Iudæorum manu servatus esset, jussu angeli domini, *facto*, inquit, *die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, & non invenisset, interrogatos custodes jussit suffocari,* Act. 12. propter quos nulla culpa in Petrum confertur. Licebat enim eis, illo viso quod factum fuerat, effugere, sicut & omnes infantes qui erant in Bethlehem, & in omnibus ejus finibus, si scivissent eorum parentes quod erat futurum, qui a crudeli homicida Herode sublati sunt, ut unus qui ab eo quærebatur infans periret, qui & ipse jussu angeli Dei effugit, qui celeriter jam cœperat spolia accipere, & acriter præpascere, secundum appellationem nominis, quemadmodum scriptum est: *Voca nomen ejus, celeriter spolia, velociter depopulare,* Isai. 8. eo quod *priusquam infans sciat vocare matrem & patrem, capiet potestatem Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum.* Magi ergo, ut jam spoliati, infantem humiliter & suppliciter adorant, suos thesauros aperientes, & ei offerentes, maxime opportuna & magnifica dona, aurum, & thus, & myrrham, ut regi, & Deo, & homini: unde ad regem Assyrium non amplius reverti voluerunt a providentia vetiti. *Responso autem,* Matth. 2. inquit, *accepto ne reverterentur ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem* suam

suam. Unde cum vidisset cruoris sitiens sanguinolentus Herodes, *se a Magis illusum, valde fuit commotus. Et mittens*, inquit, *interfecit omnes infantes, qui erant in Bethlehem, & in omnibus ejus finibus, a bimatu & infra, eo tempore quod a Magis diligenter didicerat.* Cum quibus, & alium prius natum infantem cum interfecturus quæsivisset, & non invenisset, patrem ejus Zachariam interfecit inter templum & altare, cum effugisset filius cum matre Elisabeth. Unde nec ullo modo reprehenduntur.

A χώραν αὐτῶν· ὅθεν ἰδὼν ὁ αἱμοβόρος Ἡρώδης ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας, φησὶν, ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας, τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων· μεθ' ὧν καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεννηθὲν ἕτερον παιδίον ζητήσας ἀποκτεῖναι, καὶ μὴ εὑρὼν, τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν ἐφόνευσε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐκφυγόντος τοῦ παιδὸς μετὰ τῆς μητρὸς Ἐλιζάβεθ· ἀφ' ὧν οὐδεμίαν μέμψιν ἔχουσιν.

CANON XIV.

De vi compulsis immolata gustare.

Si qui autem vim multam & necessitatem passi sunt; quique in ore ferrum & vincula acceperunt, & propter bonam fidei affectionem suas quoque manus viri fortiter pertulerunt ad profanum sacrificium eis invitis adductas, quemadmodum mihi scripserunt ex custodia beatissimi martyres de iis qui in Libya, & alii etiam in sacris comministri, qui, simul testantibus reliquis quoque fratribus, possunt etiam in sacro minist io inter confessores collocari, ut & qui i multis tormentis mortificati fuerint, & non amplius potuerint vel loqui, vel dicere, vel moveri, ut resisterent iis qui vim inferebant; neque enim eorum improbitati assensi sunt, quemadmodum ego a comministris rursum audivi, adnumerabitur inter confessores, & quicumque secundum Timotheum vitam instituit, parens ei quoque qui dicit: *Sectare justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem: certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.*

1. *Tim.* 1.

Κανὼν ιδ'.

Εἰ δέ τινες βίαν πολλὴν καὶ ἀνάγκην πεπόνθασι, χάμον λαβόντες ἐν τῷ στόματι καὶ δεσμοὺς, καὶ ἐπιμείναντες καρτερῶς τῇ διαθέσει τῆς πίστεως, καὶ τὰς χεῖρας B αὐτῶν καῆναι προσαγομένας ἄκοντι τῷ ἀνιέρῳ θύματι· ὥσπερ οὖν ἔγραψάν μοι οἱ ἀπὸ τῆς φυλακῆς ἐξισμακάριοι μάρτυρες περὶ τῶν ἐν Λιβύῃ, καὶ ἕτεροι δὲ συλλειτουργοὶ, οἱ τοιοῦτοι συμμαρτυρούντων μάλιστα καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν, δύνανται εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ ταχθέντες ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς, ὡς καὶ οἱ κατανεκρωθέντες ἐν ταῖς πολλαῖς βασάνοις, καὶ μηκέτι ἐξισχύσαντες λαλῆσαι ἢ φθέγξασθαι ἢ κινηθῆναι εἰς τὸ ἀντιστῆναι τοῖς εἰς μάτην βιαζομένοις· οὐδὲ γὰρ συγκατέθεντο τῇ βδελυρίᾳ αὐτῶν· ὥσπερ οὖν παρὰ συλλειτουργῶν ἤκουσα, πάλιν ταχθήσονται ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς· καὶ πᾶς ὅστις οὖν κατὰ Τιμόθεον πολιτεύεται, πειθόμενος καὶ αὐτὸς τῷ λέγοντι, C δίωκε δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραϋπάθειαν, ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν ἐκλήθης, ὁμολογήσας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων.

CANON XV.

De jejuniis certorum dierum.

Non reprehendet nos quisquam quartam & sextam feriam observantes, in quibus nos jejunare secundum traditionem præceptum est: quartam quidem pr pter initum a Iudæis consilium de proditio. domini: sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem vero dominicum lætitiæ diem agimus, quod in eo resurrexit, in quo nec genua quidē flectere accepimus.

Κανὼν ιε'.

Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν γὰρ τετράδα διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ κυρίου, τὴν δὲ παρασκευὴν, [a] χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ, ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν.

[a] deest hic aliquid in textu Græco.

NOTA SEVERINI BINII.

[a] *Canones Petri.*] Petrus Alexandrinus episcopus, qui [b] Thronæ episcopo, ex hac vita sublato, in episcopatu subrogatus est, anno Christi nati 300. diversos lapsorum casus considerans, pro conditione cujusque diversis vulneribus diversa medicamenta adhibens, hasce regulas scripsit, quas ob rerum gestarum memorabilem notitiam, quæ ex illis accipitur, admodum utile & gratum fore existimamus, si in suo loco ipsis conciliis inserantur: sunt enim omni exceptione dignissimæ a patribus præsertim orientalibus cognitæ, usu receptæ atque probatæ. Volens igitur vigilantissimus pastor gregi utilissime & sapientissime consultum & prospectum, regulas præscripsit, quæ non tantum ipsos pœnitentes, verum etiam eorumdem receptores episcopos ac pastores informarent, ut ipsi nimirum, qui, quales, & qua ratione recipiendi sint: illi vero recepti, quas leges observare debeant, aperte cognoscant.

[b] Theonæ

[a] CONCILIUM [b] ELIBERITANUM
[c] XIX. EPISCOPORUM
[d] ÆRA CCCLXII.

ANNO CHRISTI 305.

[a] Editio Garsiæ cum antiquiore collata, & illa quam postea cum commentario Mendo-

TITULI CAPITULORUM.

I. *De his qui post baptismum idolis immolaverunt.*
II. *De sacerdotibus [e] gentilium, qui post baptismum [f] immolaverunt.*
III. *De eisdem, si idolis munus tantum dederunt.*

D

IV. *De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.*
V. *Si domina per zelum ancillam occiderit.*
VI. *Si quicumque per * maleficium hominem interfecerit.*
VII. *De pœnitentibus mœchiæ, si rursus [g] mœchaverint.*
VIII. *De feminis quæ relictis viris suis aliis nubunt.*
IX. *De feminis quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt.*
E X. *De relicta * catechumeni, si alterum duxerit.*
XI. *De catechumena, si graviter ægrotaverit.*
XII. *De mulieribus quæ lenocinium fecerint.*
XIII. *De virginibus Deo sacratis, si adulteraverint.*
XIV. *De virginibus sæcularibus, si [h] mœchaverint.*
XV. *De conjugio eorum qui ex gentilitate veniunt.*
XVI. *De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur.*
XVII. *De his qui filias suas sacerdotibus gentilium conjungunt.*

za exhibimus.
[e] *gentium*
[f] *sacrificaverunt*
* *malitiam*
[g] *peccaverint.*
* *catechumena.*
[h] *mœchati fuerint.*

XVIII.

NNO RISTI 305.

XVIII. *De sacerdotibus & ministris, si mœchaverunt.*

XIX. *De clericis negotia & nundinas sectantibus.*

XX. *De clericis & laicis usurariis.*

XXI. *De his qui tardius ad ecclesiam accedunt.*

XXII. *De catholicis in hæresim transeuntibus, si * revertantur.* — on revertantur.

XXIII. *De temporibus jejuniorum.*

XXIV. *De his qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.*

XXV. *De epistolis communicatoriis confessorum.*

XXVI. *Ut omni sabbato jejunetur.*

XXVII. *De clericis, ut ' extraneas feminas in domo non habeant.* — traneam ierem

XXVIII. *De oblationibus eorum qui non communicant.*

XXIX. *De energumenis, qualiter habeantur ab ecclesia.*

XXX. *De his qui post lavacrum mœchaverint, ne subdiacones fiant.*

XXXI. *De adolescentibus qui post lavacrum mœchati sunt.*

XXXII. * *De excommunicatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent.* — e presb. xcom- icatis ecess.

XXXIII. *De episcopis, & ministris, ut ab uxoribus se abstineant.*

XXXIV. *Ne " cereum in cœmeteriis incendatur.* — ri in- antur

XXXV. *Ne feminæ in cœmeteriis pervigilent.*

XXXVI. *Ne picturæ in ecclesia fiant.*

XXXVII. *De energumenis non * baptizatis.* — ptizan-

XXXVIII. *Ut in necessitate & fideles baptizent.*

XXXIX. * *De gentilibus, si in discrimine baptizari expetunt.* — t genti- desfide- ibus us im- tur.

XL. *Ne id quod idolothytum ' est, fideles accipiant.*

XLI. *Ut prohibeant domini idola colere servis.*

XLII. *De his qui ad fidem veniunt, * quando baptizentur.* — de hoc idolis m est omodo

XLIII. *De celebratione pentecostes.*

XLIV. *De meretricibus paganis, si convertantur.*

XLV. *De catechumenis si ad ecclesiam non frequentant.*

XLVI. ' *De fidelibus, si apostataverint, quamdiu pœniteant.*

XLVII. *De eo qui uxorem " habens, sæpius mœchatur.* — bet si s

XLVIII. *De ' baptizatis, ut nihil accipiat clericus.* — tizan-

XLIX. *De frugibus fidelium, ne a Iudæis benedicantur.*

L. *De Christianis qui cum Iudæis vescuntur.*

LI. *De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.*

LII. *De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.*

LIII. *De episcopis qui excommunicato alieno communicant.*

LIV. *De parentibus qui fidem sponsaliorum frangunt.*

LV. *De sacerdotibus gentilium, qui jam non sacrificant.*

LVI. *De magistratibus, & * duumviratis.* — minan-

LVII. *De his qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.*

LVIII. *De his qui communicatorias literas portant, ut de fide interrogentur.*

LIX. *De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.*

LX. *De his qui destruentes idola occiduntur.*

LXI. *De his qui duabus sororibus copulantur.*

LXII. *De * aurigis & pantomimis, si convertantur.* — guribus

LXIII. *De uxoribus, qui filios ' ex adulterio necant.* — adulte-

LXIV. *De feminis quæ usque ad mortem cum alienis viris ' adulterant.* — ' adulterantur

LXV. *De adulteris uxoribus clericorum.*

LXVI. *De his qui privignas suas ducunt.*

LXVII. *De conjugio catechumenæ feminæ.*

LXVIII. *De catechumena adultera, quæ filium necat.*

LXIX. *De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis.*

LXX. *De feminis quæ conscii mariti adulterant.*

LXXI. *De stupratoribus puerorum.*

LXXII. *De viduis mœchis, si eumdem postea maritum duxerint.*

LXXIII. *De delatoribus.*

LXXIV. *De falsis testibus.*

LXXV. *De his qui sacerdotes accusant, nec probant.*

LXXVI. *De diaconibus, ' qui ante honorem peccasse probantur.* — ' si probentur

LXXVII. *De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.*

LXXVIII. *De fidelibus conjugatis, si cum Iudæa vel Gentili ' mœchaverint.* — ' mœchati sunt.

LXXIX. *De his qui tabula ludunt.*

LXXX. *De libertis.*

LXXXI. *De feminarum epistolis.*

"** Concilium Eliberitanum Iduum Maiarum sanctorum episcoporum numero XLIII. *& non tantum XIX. dicitur in veteri codice MS. Petri Pithœi.*

Cum ' consedissent sancti & religiosi episcopi in ecclesia ' Eliberitana, hoc est: — ' convenissent ' Eliberina, vel Illiberritana ex Mendosa.

I. Felix episcopus * Accitanus. — * alias Auxitanus, *vel* Aquitanus.

II. Osius episcopus Cordubensis.

III. Sabinus episcopus Spalensis.

IV. Camerinus episcopus Tuccitanus.

V. Sanagius episcopus * Epagrensis. — * *alias* Bigerrensis, & Bigertensis.

VI. Secundinus episcopus Castulonensis.

VII. * Pardus episcopus Mentesanus. — * Pardius

VIII. Flavius episcopus * Eliberitanus. — * Elibertinus, Eliberinus.

IX. * Cantonius episcopus * Corsicanus. — * Catonus * Vrcitanus.

X. Liberius episcopus * Emeritensis. — * Emeritanus.

XI. Valerius episcopus * Cæsaraugustensis. — * Cæsaraugustanus.

XII. Decentius episcopus Legionensis.

XIII. Melanthius episcopus Toletanus.

XIV. Ianuarius episcopus de * Salaria. — * Sibariensis, *vel* Salariensis.

XV. Vincentius episcopus Ossonobensis.

XVI. Quintianus episcopus Elborensis.

XVII. Successus episcopus de * Eliocrota. — * Eliocrotensis.

XVIII. Eutychianus episcopus Bastitanus.

XIX. Patritius episcopus Malacitanus.

Residentibus etiam " viginti & sex presbyteris; adstantibus diaconibus; & omni plebe; episcopi dixerunt. — " triginta & sex in editione Mendosæ.

CAPITULA

I.

PLACUIT * inter eos, qui post fidem baptismi salutaris, adulta ætate, ad templum idololatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen * principale (quia est summum scelus) placuit, ' nec in fine eum ' communionem accipere. — * ut quicumque post; * capitale; ' ad communionem suscipere.

II.

Flamines qui post fidem lavacri & regenerationis sacrificaverunt; eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio; vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia,

ANNO CHRISTI 305.

mœchia, placuit eos nec in fine accipere communionem.

III.

Item flamines, qui non immolaverint, sed munus tantum dederint; eo quod se a funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit, in fine eis præstari communionem; acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius his non esse dandam communionem; ne [f] lusisse de dominica communione videantur.

[f] inlusisse

IV.

Item flamines, si fuerint catechumeni, & se sacrificiis abstinuerint, post triennii tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

V.

Si qua domina furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut in tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si [f] infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Dist. 50. Si qua femina decret. Ivo. part. 10. c. 22. Burch. lib. 6. c. 19. Ansel. lib. 11. c. 36. Rab. pœnit. cap. 14.
[f] intra

VI.

Si quis vero * maleficio interficiat alterum; eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit * nec in fine impertiendam esse illi communionem.

* veneficio
Decr. Ivo. p. 10. c. 155. Burch. lib. 6. cap. 26.
* nisi in fine imper. non esse

VII.

Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, * accepta pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit, nec in fine habere eum communionem.

* acta

VIII.

Item feminæ quæ, nulla præcedente causa, reliquerint viros suos, & se copulaverint * alteris, nec in fine accipiant communionem.

Decr. Ivo. par. 8. c. 198. Burch. l. 9. c. 62.
* alteri & in hoc permanere voluerint, nec

IX.

Item femina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquerit, prius de sæculo exierit; nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

32. q. 8. Fidelis femina quæ.
Decr. Ivon. p. 8. c. 199. Burch. lib. 9. c. 26.

X.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur, ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cum scierit illum habere uxorem, quam sine causa reliquit; placuit, * huic nec in finem dandam esse communionem.

* hujusmodi in fine dare communionem

Posterior hujus canonis pars sic legitur in codice quodam membranaceo.

Quod si ducitur ab eo qui inculpatam reliquit uxorem, & eum scierit habere uxorem, quam sine causa reliquit; placuit, nec in fine hujus dari communionem.

XI.

Intra quinquennii autem tempora, catechumena si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

XII.

Mater, vel parens, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit, eas nec in fine accipere communionem.

XIII.

[g] Virgines, quæ se Deo dicaverint, si pactum * perdiderint virginitatis atque eidem libidini servierint; non intelligentes [f] quod * amiserint, placuit, nec in fine eis dandam esse communionem * Quod si semel persuasæ, aut infirmi corporis lapsu vitiatæ, omni tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, ut abstineant se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

27. qu. 1. Virgines, quæ se. In concil. Mogunt. III. c. 26. & in Colon. I. c. 6.
* prodiderint,
[f] quid
* admiserint,
* Quod si semel ... pœnituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore

XIV.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, duxerint, & tenuerint maritos; eo quod solas nuptias violaverint, * post annum, sine pœnitentia, reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros; eo quod mœchatæ sint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem oportere.

* post pœnitentiam unius anni reconcilientur.

XV.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio animæ resolvatur.

Ita Paulus 2. ad Cor. c. 6. *Nolite jugum ducere cum infidelibus*.

XVI.

Hæretici, si se transferre noluerint ad ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas: sed neque Iudæis, neque [h] hæreticis, dare placuit; eo quod nulla possit esse societas fideli cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, * abstineri per quinquennium placet.

[h] f. legendum ethnicis, non hæreticis, 2. Cor. 6.
* abstinere

XVII.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit, nec in fine eis dandam esse communionem.

XVIII.

Episcopi, presbyteri, & diacones de locis suis, negotiandi causa, non discedant; nec circumeuntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant: & si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

XIX.

ANNO CHRISTI 305.

XIX.

Episcopi, presbyteri, & diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter * profanum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

XX.

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit eum degradari, & * abstineri. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit, correctus jam, se cessaturum, nec ulterius exacturum, placuit, ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab ecclesia esse projiciendum.

XXI.

Si quis in civitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, * pauco tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

XXII.

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam; eo quod cognoverit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam. Cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

XXIII.

* Jejuniorum [h] superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulii, & Augusti, ob quorumdam infirmitatem.

XXIV.

Omnes qui * peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

XXV.

Omnis qui attulerit [i] literas confessionis, sublato nomine confessoris (eo quod omnes sub hac nominis gloria * passim concutiant simplices) communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.

XXVI.

Errorem placuit corrigi, ut omni sabbati die * superpositiones celebremus.

XXVII.

Episcopus, vel quilibet alius clericus, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneam nequaquam * habere placuit.

XXVIII.

Episcopos placuit ab eo qui non communicat munera accipere non debere.

XXIX.

Energumenus qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare, cum oblatione, recitandum, neque permittendum, ut sua manu in ecclesia ministret.

XXX.

Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati; eo quod postmodum, per subreptionem, ad altiorem gradum promoveantur: vel si qui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

XXXI.

Adolescentes qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem admitti.

XXXII.

Apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, sed potius apud episcopum: cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem præstare debere, & diaconum, si ei jusserit sacerdos.

Hic Canon sic legitur in altera editione.

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat; cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum aut diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus.

XXXIII.

Placuit in totum prohiberi episcopis, presbyteris, & diaconibus, vel omnibus clericis positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIV.

[m] Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi: inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione.

XXXV.

Placuit prohiberi, [n] ne feminæ in cœmeterio pervigilent; eo quod sæpe sub obtentu orationis latenter scelera committant.

XXXVI.

[o] Placuit, picturas in ecclesia esse non debere; ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur. *De consecr. dist. 4. c. placuit. Ivo. p. 3. c. 40. Burc. li. 3. c. 35.*

XXXVII.

[p] Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si fideles fuerint, dandam esse communionem: prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione.

XXXVIII.

Peregre navigantes, aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrũ habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenũ: ita ut si supervixerit, ad

ANNO CHRISTI 305.

episcopum eum per ·ncat, ut per manus A impositionem * pro ·cere possit. * perfici

XXXIX.

Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit, eis manum imponi, & fieri Christianos.

XL.

Prohiberi placuit, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non referant; si post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporum a communione esse B arcendos.

XLI.

Admoneri placuit fideles, ut, in quantum possint, prohibeant ne idola in domibus suis habeant: si vero vim metuunt servorum, vel seipsos puros conservent; si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

XLII.

Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra bienniu·n placuit ad baptismi gratiam admitti o·bere; nisi infirmitate compellente coeg·rit ratio, vel * ocius subvenire periclitai ti, vel gratiam postulanti. C * socio

XLIII.

Pravam institutionem emendari placuit, q juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes post Pascha * celebremus, non quadragesimam, nisi quinquagesimam. Qui non fecerit, ' novam hæresim induxisse notetur. * celebremus. Quod qui ' quasi

XLIV.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum; si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

XLV.

Qui aliquando fuerit catechumenus, & per infinita tempora nunquam ad ecclesiam accesserit, si eum de clero quisque cognoverit esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit, ei baptismum non negari; * eo quod in ' veterem hominem deliquisse videatur. ' vetere homine * eo quod veterem hominem dereliquisse

XLVI.

Si quis fidelis apostata, per infinita tempora, ad ecclesiam non accesserit; si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos, * placuit communionem accipere. * placuit cum

XLVII.

Burch. l. 9. cap. 67. Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non * ludere eum de communione pacis. * edere, *al.* illudere alios de

XLVIII.

1. qu. 1. Emendari placuit, ut qui baptizantur, (ut fieri solebat) nummos in concham non immittant; ne sacerdos, quod gratis accepit, precio distrahere videatur. Neque ' pedes eorum lavandi, sunt a sacerdotibus, * sed clericis. Emend. placuit * vel

XLIX.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt, * a Iudæis benedici; ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab ecclesia abjiciatur. * cum tiarũ ac ne a Iu

L.

Si vero quis clericus vel fidelis cum Iudæis cibum sumpserit, placuit eum a communione abstinere, ut debeat emendari. Decr. p. 13. c. & p. c. 14.

LI.

Ex omni hæresi fidelis si venerit, minime est ad clerum prom·vendus: vel si qui sunt in præteritum ord·nati, sine dubio deponantur.

LII.

Hi qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur. 5. q. 1. qui inve Decr. p. 5. c.

LIII.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis accipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si alius episcopus præsumpserit eum admitti, illo adhuc minime * faciente, vel consentiente, a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres cum status sui periculo præstaturum. * scient

LIV.

Si qui parente· fidem fregerint sponsaliorum, triennii t· mpore * abstineantur. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt D parentes: si in eisdem fuerit vitium, & polluerint se, * superior sententia servetur. Decr. p. 8. c. * abstineant se a communione * superior

LV.

Sacerdotes qui tantum * coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid ad idola præstant, placuit post biennium accipere communionem. * sacrificantium coronam

LVI.

Magistratum vero uno anno, quo agit duumviratum, prohibendum placuit, ut se ab ecclesia cohibeat.

LVII.

Matronæ, vel earum mariti, ut vestimenta sua ad orna· dam sæculariter pompam non dent; & s· fecerint, triennio abstineantur. E

LVIII.

Placuit, ubique, & maxime in eo loco in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeant; * suo testimonio comprobati. * & suo test. comprobent.

LIX.

Prohibendum ne quis Christianus, * ut gentilis ad idolum Capitolii causa sacrifi- * aut

candi ascendat, & videat. Quod si fecerit, A pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos, acta pœnitentia, recipiatur.

LX.

t Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus; quatenus in evangelio scriptum non est, neque invenitur * sub apostolis unquam factum, placuit in numero eum non recipi martyrum.

LXI.

Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri; B nisi forte dari pacem velocius necessitas coëgerit infirmitatis.

LXII.

u Si * auriga, & pantomimus credere voluerint, placuit, ut prius * actibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur; ita ut ulterius ad ea non revertantur. Qui si facere contra interdictum tentaverint projiciantur ab ecclesia.

LXIII.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit; placuit, neque in fine dandam C esse communionem; eo quod geminaverit scelus.

LXIV.

Si qua mulier usque in finem mortis suæ cum alieno viro fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos accipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

LXV.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & D scierit eam maritus suus mœchari, & non eam statim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ conversationis esse debent, ab eis videantur scelerum magisteria procedere.

LXVI.

Si quis prævignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

LXVII.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena aut * comatos x, aut viros cine- E rarios habeant. Quæcumque hoc fecerint, a communione arceantur.

LXVIII.

Catechumena, si per adulterium conceperit, * præfocaverit, placuit, in fine baptizari.

LXIX.

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennium y agere de ea re pœnitentiam, & sic reconciliari; nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas observandum.

LXX.

* Si cum conscientia mariti uxor fuerit mœchata, placuit, nec in fine dandam esse communionem: si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem.

* Si conscio marito. Decr. Ivon. p. 8. c. 264.

LXXI.

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem.

LXXII.

Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam * communioni reconciliari: si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam esse communionem: vel si fuerit ille fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia; nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

31. q. 1. § qua mulier.

* communione

LXXIII.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, eum * nec in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

5. q. 6. Delator si quis. Burch. l. 6. c. 17.

* non nisi in

LXXIV.

Falsus testis, prout est crimen abstinebitur: si tamen non fuerit mortale quod objecit, & * probaverit; quod non tacuerit, biennii tempore abstineatur: si autem non probaverit conventui clericorum, placuit, per quinquennium abstineri.

Burch. lib 15. cap. 18. & lib. 16. cap. 18.

* exprobraverit,

LXXV.

Si quis autem episcopum, vel presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, * nec in fine dandam ei communionem.

Gratianus 2. q. 3. c. Si quis episcopum.

* non nisi in

LXXVI.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit detectus in crimine mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit eum, acta legitima pœnitentia post triennium accipere communionem. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicã debere.

LXXVII.

Si quis diaconus regens plebem, sine episcopo, vel presbytero aliquos baptizaverit, z episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo * recesserint, sub fide, qua quis credidit, poterit esse justus.

* recesserit,

LXXVIII.

Si quis fidelis, habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

Decr. Ivon. p. 8. c. 82.

ANNO CHRISTI 305.

LXXIX.

Si quis fideli " alea, id est, tabula luserit nummos, pla uit; eum abstineri: & si emendatus cessaverit, post annum poterit reconciliari * communioni.

* communione.

LXXX.

Dist. 54. Prohibendum est ut.

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

LXXXI.

* quam

* qui

Ne feminæ suo potius, * absque maritorum nominibus, laicis scribere audeant: * quæ fideles sunt, vel literas alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

FRAGMENTA

QVÆ A GRATIANO, IVONE, ET Burchardo ex concilio Eliberitano citantur, & in eo non extant;

Juxta editionem Garsiæ Loaisæ.

EX CAP. I.

Grat. 22. q. 4. Definit. Ivo. p. 12. c. 80. Burch. lib. 12. cap. 25 qui id ex concil. Hibern. citat.

DEFINITIO incauta laudabiliter solvenda est; nec est prævaricatio, sed temeritatis emendatio.

EX CAP. III.

De consecr. d. 2. Omnis homo. Burch. l. 5. c. 22. Ivo. p. 2. cap. 32.

Omnis homo, ante sacram communionem, a propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut alias quinque, aut septem, aut octo diebus. [a] Nec inter catholicos connumerabitur, qui in istis videlicet temporibus, pascha, pentecoste, & natali domini non communicaverit.

[a] *Nec inter*] Hæc usque ad finem absunt ab hoc loco in Burchardo & Ivone.

EX EODEM CAP.

22. qu. 5. Pueri. Ivo. p. 12. c. 81. Burch. l. 12. cap. 26. qui hoc etiam caput, ut pleraque, quæ conc. Elib. tribuuntur, ex concil. Hibern. citat.

Pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare. Puella quoque, si in puerili ætate sita, in domo patris, illo nesciente, se juramento constrinxerit, & pater statim ut audierit, contradixerit, vota ejus & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

EX CAP. V.

Burch. l. 19 c. 75 Ivo. p. 15. c. 88.

Qui in quadragesima aut pascha cognoverit uxorem suam, & noluerit abstinere ab ea, unum annum pœniteat, aut precium, videlicet xxv. solidorum, ad ecclesiam tribuat, aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem, & sine consuetudine acciderit, XL. dies pœniteat.

EX CAP. IX.

Burch. lib. 11 c. 67. Ivo. p. 14. c. 115.

" vox suspecta.

Decrevit sancta synodus, ut episcopi, ac ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant, propter metum aliorum: ut ipsi criminosi corrigantur, & vel inviti pœnitentiam agant; ne æternaliter pereant. Si vero " seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne distringantur, defendere præsumpserint, sciant se excommunicationis ecclesiasticæ sententia feriendos.

EX CAP. LXXXV.

Burch. lib. 6. c. 39. & Ivo. p. 10. c. 168.

Si mulier maritum suum, causa fornicationis, veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit; quia dominum & seniorem suum occidit, sæculum relinquat, & in monasterio pœniteat.

EX EODEM CONCILIO.

Burch. l. 19. c. 15. & Ivo. p. 15. c. 193.

In tribus quadragesimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in sexta feria, conjugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit usque ad partum: a partu post XXXIII. dies, si filius; si autem filia, post LVI.

EX EODEM.

Ivo. p. [...] c. 164.

Si mater filium suum sponte occiderit, XV. annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi in die dominico. Mulier autem paupercula si fecerit, pro difficultate nutriendi, sex annos pœniteat.

EX EODEM.

Burc. [...] 19 c. 1[...] " extat [...] can. 50.

Si vero quis " clericus vel fidelis cum Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum a communione abstineri; ut debeat emendari.

EX EODEM.

Ibid. ca[p.] 133.

Adjectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos: quos a Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, jubemus abscindi: & si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his, quamdiu vivunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda; dicente domino: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.*

Ezech.

EX EODEM.

Burch. 19. cap.

De his qui apostatant, & raro se ad ecclesiam repræsentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea in infirmitate arrepti petunt communionem, placuit, non dandam eis communionem, nisi revelaverint eorum rectam fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiæ.

NOTA GARSIÆ LOAISÆ.

Qui concilia ediderunt, aliud caput adjiciunt, quod habetur 31. quæst. 1. Si qua mulier. Verum cum constet ex antiquis Gratiani manuscriptis codicibus, & Burchardo libro 6. cap. 41. & Ivone par. 10. cap. 169. esse ex concilio apud Vermerias, nos consulto omisimus. *Garsias.*

NOTÆ " SEVERINI BINII.

" maxim[...] partem [...] eodem [...] sia Loa[...] descrip[...] Habitio[...] cilii tem[...]

[a] *Concilium.*] Anno domini 305. quo Marcellus pontifex ecclesiæ, Constantius & Galerius imperii gubernacula tenebant, quique est vigesimus annus ante celebratum concilium Nicænum, hanc synodum habitam esse, præter auctoritatem Innocentii epist. 3. cap. 2. huic adscripti canones evidenter ostendunt. Primo enim & quibusdam aliis sequentibus canonibus, fidelibus in persecutione lapsis pœnitentia quidem conceditur, sed ad terrendum alios communio negatur. Item canone 25. agitur de illis qui afferebant literas a confessoribus scriptas, quarum interventu, lapsi facilius reciperentur. Apparet igitur episcopos Hispaniæ, eo tempore quo pax ecclesiæ nondum reddita, & persecutio nondum prorsus extincta erat, Constantii non Constantini temporibus Eliberim convenisse, & contra imminentem furoris gladium, arma & scuta hæc præparasse. Constantinus omnes ecclesiæ persecutores devicit, & tranquillissimam pacem eidem reddidit: nulla igitur ratio aut necessitas urgebat, ut ab eodem bellum aliquod sibi inferendum ecclesia metueret, qui pacis & tranquillitatis redditæ auctor extiterat. Galerius tempore Constantii, erga Christianos optime affecti, Christianorum alios exilio, alios morte dirissima in oriente mulctavit. Tempore igitur supradicto, nimirum Christi nati 305. quo Constantius cum Galerio collega ultimum annum imperii sui agebat, hanc synodum provincialem habitam esse, verior est sententia. Maxime quod Innocentius illis verbis, quæ infra in notis ad canonem 1. allegabimus, hæc a nobis dicta evidentissimo testimonio confirmet; illud nimirum concilium, quo lapsis ac gravibus peccatoribus in extremo vitæ periculo pœnitentia conceditur, communio negatur, tunc habitum esse, quando crebris persecutionibus ecclesia affligeretur, eique pax nulla reddita esset. Si quis dicat Innocentium non de concilii Elibertini, sed potius Cypriani temporibus locutum fuisse; aliquid forte diceret, si Cyprianus cum patribus hujus concilii, de lapsis tempore persecutionis ad ecclesiam recipiendis, non aliter sensisset. Cyprianus enim epist. 8. ad Cornelium scribens existimat, cum lapsis tempore persecutionis remissius atq; indulgentius agendum esse: patres vero hujus concilii

Durant[e] persec[utio]ne hoc c[on]cilium h[a]bitum e[st].

Refelli[tur] objecti[o].

concilii contrario modo sentiunt: Innocentius ergo prædicto loco, de his, non de Cypriani temporibus locutus est. Ita Baronius anno Christi 305. num 40. & 43. Bellarm. lib. 2. de imaginibus cap. 9. Habes causam, lector amice, cur de tempore habiti concilii, illustrissimi Card. Baron. sententiam amplectamur & sequamur; a Garsiæ Loaisæ diligentissimi conciliorum Hispaniæ collectoris atque interpretis doctissimi sententia discrepemus. Hæc de tempore hujus concilii. De ejus auctoritate, scriptores mirifice variant. Quod 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18. &c. canones lapsis communionem in fine vitæ adimentes, Novatiano, quodque 34. canon Vigilantio, 36. Iconomachis favere viderentur, nonnulli etiam viri doctissimi hanc synodum vel reprobatam, vel erroneam esse senserunt. Melchior Canus libro 5. de locis cap. 4 scribit canonem 36. hujus concilii erroneum esse. Reverendissimus & illustrissimus Card. Bellarm. lib. 2. de imag. cap. 9. ait hoc concilium provinciale fuisse, & minime confirmatum: frequenter errasse, ideo quod lapsos, aliosque plures peccatores graves, licet pœniteant, ne quidem in mortis articulo absolvi concedat: putat enim vir solidissime doctus per denegatam communionem, non eucharistiam, sed sacramentalem reconciliationem & absolutionem intelligi debere: propterea quod canone 69 reconciliatio & communio significatu eodem accipiantur. Baronius, cum ob prædictam causam, de hoc eodem concilio, quasi prope Novatiani fines attigisset, tom. 1. anno domini 57. numero 119. & tribus sequentibus paulo liberius & acrius scripsisset, ea deinceps tomo 2. anno Christi 305. num. 41. valde mitigavit: ita enim ibidem de patribus concilii, & lapsorum reconciliatione scribit: *Cum quæ ab illis de ea re sunt statuta ab Innocentio Romano pontifice excusantur, nemo sit, qui accusare præsumat.* Existimat igitur hanc synodum legitimam fuisse, atque ab omni erroris culpa liberam: addens, illius nullam, sicut de aliis, apud antiquiores nominatim mentionem fieri, ideoque prope antiquatam remansisse, ea de causa, quod hæc [d]e lapsis constituta male forte ab ipsis accepta, displicuerint. Novatiani lapsos simul a communione & pœnitentia excludebant: patres hujus concilii eosdem, quod frequentia lapsorum ac traditorum eo tempore exigebat, ad deterrendum alios, a communione dumtaxat arcebant: a pœnitentia autem & peccatorum absolutione non prohibebant, ita Baron. num. 41. & 43. Reliqui vero canones, quomodo explicandi, & ab erroris nota vindicandi sint, infra patebit.

b *Eliberitanum.*] Sunt qui duas in Hispania hoc nomine fuisse urbes putent: unam, quæ in provincia Bætica, prope Granatam, insignem nunc apud Hispanos civilium rerum conventum, in culmine montis Elviræ sita est, ut ex mult[i]s ejus ruinis constat: alteram in provincia Narbonensi, nunc " Collibre appellatam. Alii vero inter utramque distinguunt, ut ea, quæ est in Bætica, Eliberis tantum sive Eliberi cum E. dicatur: Narbonensis vero illa Illiberis, cum I. nuncupetur. Quod utrumque Plinii probant auctoritate, qui libro 3. cap. 1. de Bæticæ oppidis agens, Eliberi, inquit, quod Eliberini. Et cap. 4. ejusdem libri, de Narbonensis provinciæ oppidis: Illiberis magnæ quondam urbis nunc tenue vestigium. Et Livius libro 31. Pyrenæum transgreditur, & ad oppidum Illiberim castra locat. Qua ratione etiam scribendum arbitrantur apud Pomponium Melam & Strabonem. Verum existimo aliud efficacius & notius esse discrimen inter has urbes, ut illa, quæ est in provincia Tarraconensi Cauco Illiberis, quæ est Collibre; hæc Bæticæ, Eliberis solum vocetur: fuisseque diversas urbes, & diversis provinciis & metropolitanis attributas, constat ex subscriptionibus conciliorum. Hoc vero apud Eliberim, in provincia Bætica coactum est, ut doctiores existimant, & subscriptiones episcoporum indicant. Hæc Garsias. Idem tradit Baronius anno prædicto, num. 39. addens episcopalem sedem Eliberi, quæ & Liberis, interdum etiam Illiberis dicta est, Granatam translatam esse.

c XIX. *Episcoporum*] Inter alios hoc nomine celebres diversarum ecclesiarum episcopos, huic synodo interfuit Osius episcopus Cordubensis, qui Diocletiani persecutione urgente vexillum confessionis adversus impietatem erexit. Quamobrem a patribus magnus Osius confessor est appellatus. Coram præside se fidem Christi confessum esse, ipsemet in literis quas ad Constantium imperatorem scripsit testatur his verbis: *Ego confessionis munus explevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano*, &c. recitat eas S. Athanas. in epistola ad solitariam vitam agentes: Qui & paulo superius de eodem Osio adversus Arianos hæc ait: *Neque quod pater esset episcoporum, reveriti sunt: neque quod sexagesimum annum a confessione & eo amplius agebat, respexerunt.* Functus multis pontificiis legationibus, qui conciliis interfuerat, fidem & ecclesiam contra hæreticos & schismaticos defenderat, per Constantium imperatorem vi coactus contra Athanasium subscripsit, vir ætate prægrandi, & corpore imbecillis, verum ipsius Athanasii testimonio statim resipuit. Quod igitur hic Garsias Loaisa ex Nicephor. & Isidor. notat, eum fine infelicem fuisse, commentitium esse, pulcre tradit Baron. anno Christi 357. num. 30. & sequentibus.

Felix & Sabinus qui fuerint?

Felicem & Sabinum, quorum hic mentio habetur, esse Hispaniæ episcopos illos, quos supra in vita Stephani, & in concilio quodam Africano, Basilidi & Martiali lapsis Hispaniæ episcopis substituros esse diximus, non est improbabile. Garsias Loaisa hic notat duos fuisse Sabinos, quorum primus post Marcellum, secundus post Martianum sederit.

Valerius Cæsaraugustanus quis, & qualis?

De Valerio hæc Baronius præd. anno 305. num. 40. *Interfuit etiam Valerius episcopus Cæsaraugustanus, qui sub Daciano nuper (ut vidimus) administro Vincentio diacono in eo certamine usus est. Nec enim hunc alium esse existimamus ab illo, licet in notis nostris aliter sensisse visi fuerimus.* Garsias notat eum catalogo sanctorum adscriptum esse, ejusque corpus Stradæ prope Ribagorçam hodie magna populi veneratione coli.

Presbyteri quo fine concilio interfuerint, & qui?

d *Residentibus etiam 36. presbyteris.*] Presbyteros cum plebe interesse concilio solitos non ad judicandum, supra diximus in notis ad concilium apostolorum III. verbis, III. *Synodus.* Sunt qui dicant (inquit Garsias) post subscriptiones episcoporum, in vetusto codice legi sequentes presbyterorum.

Restitutus presb. de * Elepel.
Natalis presbyter de Orsuna.
Maurus presbyter de Illiturgi.
Lamponius presbyter Karula.
Barbatus de * Advingi.
Felicissimus, de Ateva.
Leo Accinipi.
Liberatus, de Eliocrota.
Ianuarius, de Lauro.
Ianuarius, Barbæ.
Victorinus, a Gabro.
Titus a Vinc.
Eucharius a Municipio.
Victor, Vlia.
Silvanus, Sagalbina.
Ianuarius, Vici.
Leo, Gemela.
Turrinus, Castellona.
Luxurius, de Drona.
Emeritus, Barca.
Eumancius, Solia.
Eumencianus, Ossigi.
Evexes, Carthagine.
Iulianus Corduba presbyter.

** forte Illipa.*

** forte Oningi.*

Supra in principio dicitur: Residentibus etiam viginti & sex presbyteris. hæc Garsias de subscriptionibus.

Cap. 1.

e *Nec in fine eum ad communionem suscipere.*] Sincere pœnitentibus non esse vitæ negandum viaticum, etiam non acta legitima pœnitentia, si mortis periculum supervenerit, statuit Ancyrana synodus cap 6. & Nicæna prima cap. 12. & Aurelian. II. cap. 12. sic ait: *De his qui in pœnitentia positi vita excesserunt, placuit, nullum communione vacuum debere dimitti.* Hanc canonis cum præsenti discrepantiam solvit Innoc. I. epist. 3. cap. 2. *De his* (inquit) *observatio prior durior, posterior, interveniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia; ne totum penitus negaretur, & duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postea quam dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari abeuntibus placuit, & propter domini misericordiam, quasi viaticum profecturis; ne Novatiani hæretici, negantis veniam, asperitatem & duritiam sequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis pœnitentes, permittente salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur.* Hæc Garsias. Sintne verba Innoc. intelligenda de Cypriani an concilii Elibertini temporibus, vide quæ supra diximus in principio: verbo *Concilium.*

Quomodo Bellarm. hunc canonem interpretatus sit?

Bellarminus libro secundo de imaginibus cap. 9. non tantum per canonem sexagesimumnonum hujus concilii, sed etiam per idem testimonium Innocentii fortissime urget, patres in hac synodo congregatos, lapsis solam actionem pœnitentiæ, si eam peterent, injunxisse, reconciliationem vero ipsam vel ad certum tempus denegasse. Quod quia teste Cypriano libro 2. epistola 4. Ambr. libro de pœnit. cap. 2. Socrate libro 4. cap. 23. aut vere, aut saltem prope Novatianum est, (is enim, ut ex prædictis auctoribus patet, pœnitentiam concedebat, atque ad eam hortabatur, sed reconciliationem a Deo petendam, non a sacerdotibus impartiendam esse docebat) majus absurdum incurremus, si per communionem negatam, negata reconciliatio, per pœnitentiam concessam, sola actio pœnosa pœnitenti injuncta, ut vult Bellarminus, intelligatur: sequetur enim ab Innocentio, id

Novatiani error de pœnitentia quis fuerit?

Bellarmini interpreta-

ANNO CHRISTI 305.

tio an conveniens concilio. An patres concilii lapſis recõciliationẽ negarint, vel ſaltem diſtulerint.

quod per ſe malum eſt, vel excuſatum vel approbatum eſſe, dum ait: *negatâ merito communio eſt.* Hoc approbat Innocentius, vel ſaltem excuſat, quod patres concilii lapſis & gravioribus peccatoribus interdixiſſe ipſam peccati veniam ac remiſſionem Bellarminus exiſtimat. Neceſſario igitur ejuſdem veniæ denegationem ab Innocentio vel excuſatam, vel approbatã eſſe, cõcedere debet. Quod ſi male patres concilii conſtituerunt, male idipſum Innocentius approbavit, vel excuſavit. Si dicatur, Innocentium lapſorum frequentia & temporis ratione excuſare hoc, quod abſolutio & reconciliatio hujuſmodi peccatorum ad præfinitum tempus differatur & extendatur; ego contra dico, non debere accuſari patres hujus concilii, qui illis temporibus, quibus lapſorum conditio, ob cauſas nobis incompertas, auſteriora medicamenta requirebat, duriores leges ac canones de iiſdem recipiendis promulgaverint. Sive igitur per negatam communionem euchariſtia, ſive reconciliatoria manuum impoſitio & ſacramentalis abſolutio, juſta ac rationabili de cauſa ad certum tempus interdicta fuiſſe intelligatur, novum quidem id fuit tunc, & ante inuſitatum: erroneum vero cur fuerit, non intelligo. Ita meo judicio ſentit Baron. anno 305. num. 41. & 43.

Cap. 3.

f *Acta tamen legitima pœnitentia.*] Illa vocabatur legitima pœnitentia, quæ erat ſecundum canones pontificios, ut ex pœnitentiali Romano Theodori & Bedæ patet. Apud Burchardum libro 20. multa librorum pœnitentialium fragmenta citantur, & infra cap. 5. Si qua femina. *Hæc Garſias.* Mirum eſt pœnitentiam requiri, ubi nullum eſt delictum. Sicut fuga mortem violentam evadere, juxta illud Chriſti apud Matth. decimo capite, *quando vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, illicitum non eſt, ita vexationem corporis ac vitæ oblatis muneribus & pecunia redimere, malum non eſſe, exemplum Iaſonis, aliorumque Pauli apoſtoli diſcipulorum, Actorum cap. 17. data pecunia ſe redimentium, teſtatur. Vnde recte & veriſſime Petrus martyr epiſcopus Alexandrinus canone duodecimo ſupra recenſito ſic ait: *Hi enim qui pecuniam dederunt, ut ab omnis improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt; damnum enim & jacturam pecuniarum ſuſtinuerunt, ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent.*

Tormenta & martyriũ pecunia redimere licitum.

Libellatici qui fuerint?

Qui vexam gentilium data pecunia redimebant, libellatici, ut quidam male putant, non ſunt: ideo quod ii, quibus ſecuritatis libellus ob datam pecuniam a magiſtratu conceſſus erat, priuſquam eum acciperent, privatim per ſe, vel per ſuos miniſtros, verbo, Chriſti fidem negare debuerint. quovis pacto fidem negare graue eſt peccatum: periculum peccati, adeoque graviſſimum animæ damnum, precio oblato redimere, non modo nullum peccatum, ſed potius actus eſt caritatis, quæ omnia bona corporis ac fortunæ ſaluti animarum noſtrarum poſtponere jubet.

Redemptio martyrii, ſacerdotibus hoc concilio interdictã.

Quod igitur hoc loco ſacerdotes vexam corporis oblatis muneribus ſub pœna aliqua redimere prohibentur, novum eſt, inuſitatum, & a canonibus Petri Alexandrini diſſonum: itaque cum certum ſit epiſcopos hujus concilii in eo vehementiſſime laboraſſe, ut fideles ab idololatria acrioribus minis intentatis abſterrerent, ob cauſam quamdam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem ſacerdotibus eccleſiæ pro certo tempore interdixiſſe neceſſario dicendum eſt. Vide Baron. anno 305. num. 16. & 17. item anno 253. num. 20. & anno 305. num. 44.

Cap. 13. Virginitatis votum in eccleſia uſitatum.

g *Virgines quæ ſe Deo dicaverint.*] Erant hoc tempore virgines Deo ſacratæ ſpeciali dedicatione & voto; quibus nefas erat, conjugio aut libidini ſervire, ſed in cælibatu & caſtitate ſancte vitam traducebant. Et ex Carthaginenſi concilio III. cap. 33. in quo D. Auguſtinus ſubſcribit, patet jam tum fuiſſe harum virginum extructa monaſteria, in quibus magna cum pietate, & religione educatæ, mente ſimul & corpore eſſent virgines. Eas etiam auditorium habuiſſe, quod nunc locutorium dicitur, in quo coram teſtibus loquebantur, conſtat ex concilio Cabilonenſi ſub Carolo Magno cap. 61. in quo ſtudium ſanctimonialium legendo & cantando, & in pſalmorum celebratione, ſive oratione, & canonicis horis, vitaque communi clare deſcribitur; adverſus calamitoſi hujus temporis peſtilentes novatores, & caſtitatis corruptores. Concilium etiam Hiſpalenſe de cuſtodia virginum ſevere decrevit. *Loaiſa.*

Cap. 23.

h *Iejuniorum ſuperpoſitiones.*] Iejunium vocatur ſuperpoſitio, ut patet ex indiculo pœnitentiæ: & infra cap. 26. Errorem placuit corrigi, ut omni ſabbati die ſuperpoſitiones celebremus. *Loaiſa.*

Cap. 25. Literæ confeſſionis cur lapſis prohibitæ.

i *Literas confeſſionis.*] Idem cautum eſt in concilio Arelatenſi I. can. 9. ad retundendam confeſſorum timidam jactantiam; de qua Cyprianus in epiſtolis ſcripſit. Epiſtolæ commendatitiæ, quæ literæ appellantur fidelibus datæ, diverſi generis erant: complectebantur enim literas confeſſionis; & hæ erant dignitatis & honoris, quibus in eccleſiis magna reverentia habebatur. Fuerunt & communicatoriæ literæ, ut cum plebe aliena fideles communicarent ſine erroris periculo, quæ & ſcriptura dimiſſoria dicitur VI. **A** generali ſynodo cap. 17. Aliquando commendatitiæ literæ ut in concil. Calched. cap. 12. Dicuntur & formatæ, ut in Mileuitano cap. 20. eo quod certis notis, & ſub certa forma erant ſcriptæ: ut conſtat ex concilio Carthag. V. cap. 7. In formatis autem oportet eſſe ſubſcriptum ſanctum paſchæ diem. Vocabantur & pacificæ & canonicæ literæ. Atque hæc de epiſtolis quibus fideles commendabantur. Exemplum formatæ habes d. 73. cap. In nomine Patris. *Hæc Garſias.* Baron. anno 305. num. 48. & Bellar. l. 2. de imag. cap. 9. literas confeſſionis appellant, quas confeſſores, qui in perſecutione fidem confitebantur, lapſis dabant, eo fine, ut habentes haſce literas ad communionem reciperentur. Qua licentia cum plurimi abuterentur, placuit, ut pro confeſſoriis communicatoriæ, quæ ab epiſcopis ſcribuntur, darentur. Vide quæ diximus ſupra in notis ad vitam Sixti I. verbis, *Non ſuſcipiatur niſi cum formatis.*

ANNO CHRIS[TI] 305.

Literæ c[on]feſſoriæ quæ.

Cap. 26.

k *Errorem placuit corrigi.*] Eſt apud Matth. cap. 9. & Luc. **B** cap. 5. diſcipulos Ioannis & Phariſæos Chriſtum dominum rogaſſe, quare diſcipuli eius non jejunarent, quibus ipſe reſpondit: *Veniet dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc jejunabunt in illis diebus.* Hinc Romana eccleſia, quam ſecuta eſt Hiſpanica, & aliæ occidentales, ex apoſtolorum traditione conſuevit ſexta feria & ſabbato jejunare. His enim diebus ablatus fuit a diſcipulis ſponſus. Verumtamen in eccleſiis orientalibus aliter in more poſitum fuit: nempe ut feria quarta, & ſexta jejunaretur, ut conſtat ex can. 68. apoſtolorum, & ex D. Clemente libro 5. conſt. apoſt. c. 16. & ult. & libro 7. cap. 24. & S. Ignatio epiſtola ad Philippenſes, & Gratiano de conſecrat. diſt. 3. cap. Iejunia, ex dictis S. Apollonii, qui ab Ivone dicitur Apollinarius p. 4. cap. 32. & ex Epiphanio in compendio doctorum eccleſiæ, & Orig. in Levit. & Cyril. in Levit. lib. 10. & Tertul. adverſus Pſychic. c. 14. Anaſtaſio in libro quem ὁδηγὸν inſcripſit, id eſt, viæ ducem, & S. Petro Alexandrino cap. 15. Producebatur vero hoc jejunium uſque ad horam nonam, cetera vero uſque ad veſperam, ut teſtatur Tertull. adverſus Pſychic. **C** cap. 10. Horum jejuniorum rationem reddit D. Clemens: *Quoniam in quarta feria judicium contra dominum prodiit, cum Iudas pecunia accepta promiſit eum tradere: in paraſceve vero, quoniam in ea dominus crucis ſupplicium paſſus eſt.* Hæc Clemens libro 7. cap. 24. Sabbati vero jejunium ſevere interdictum a Græcis eſt, & ab omni orientali eccleſia. D. Ignatius teſtatur in epiſtola ad Philippenſes, quæ eſt 8. *Quicumque dominicam aut ſabbatum jejunaverit, præter unum ſabbatum paſchæ, ipſe eſt Chriſti interfector.* Vnde Græci inſultabant Latinis, quod contra apoſtolicas leges ſabbato jejunarent. Hujus obſervantiæ meminit Clemens conſtitut. apoſt. libro ſeptimo capite 24. & Irenæus libro primo cap. 20. & deinceps. Epiphanius hæreſi 41. & 42. Gregorius Nyſſenus in oratione adverſus eos qui ægre ferunt reprehenſiones. Socrat. hiſt. libro 6. cap. 8. Anaſtaſius Nicæn. libro quæſtionum quæſtione 77. Quapropter Innocentius papa in epiſt. ad Decentium cap. 4. ſabbato eſſe jejunandum rationibus evidentiſſimis, ut ille ait, demonſtrat. Et ſanctum Eliberitanum concilium errorem hujuſ- **D** modi corrigendum decrevit, ut omni ſabbato jejunaremus, ut primi chriſtiani noſtri jejunaverunt. Cum vero adhuc etiam Græcorum conſuetudo in Hiſpania perſeveraret, Lucinius nobilis Hiſpanus provinciæ Bæticæ Hieronymum conſuluit in Bethlehem commorantem, utrum ſabbato eſſet jejunandum, ut Romana & Hiſpana eccleſiæ obſervabant. Cui reſcripſit Hieronymus tom. 1. epiſtola 28. traditiones eccleſiaſticas ita obſervandas, ut a majoribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubverti. Idem Auguſt. ad Ianuarium reſpondit epiſtola 118. ex ſententia Ambr. dicentis Monicæ: *Cum Romam venio, jejuno ſabbato; cum hic ſum* (id eſt Mediolani) *non jejuno.* Et hujus rei affert cauſam Auguſt. ad Caſulanum epiſtola 86. & Caſſianus collat. 3. cap. 10. In eccleſia Hipponenſi eadem conſuetudo viguit, ut teſtatur Auguſt. epiſtola 86. & 118. Iiſdem fere temporibus Decentius Eugubinus epiſcopus **E** Innocentium papam de jejunio ſabbati conſuluit: ad quem pontifex reſcripſit epiſtola 1. cap. 4. Romanæ eccleſiæ, & aliarum occidentis, conſuetudinem eſſe tenendam, quæ ſabbati jejunium magnopere commendat. Nicephorus etiam hujus conſuetudinis Romanæ eccleſiæ meminit libro 12. hiſt. cap. 34. & Greg. VII. c. quia dies, de conſ. d. 5. Et Innocentius conſultus de hac re a Bracarenſi archiepiſcopo, reſpondit, provinciæ conſuetudinem debere obſervari, ut ſabbatis a carne omnes abſtinerent; infirmis & debilibus dumtaxat exceptis. Refertur libro 3. decretal. cap. Concilium, de obſervatione jejuniorum: errorque Socratis hiſt. lib. 5. cap. 21. refellendus eſt, dum ait, Romæ in quadrageſima jejunare ſolitos fideles, ſabbato excepto, atque dominica. *Hæc Garſias.* Quæ noſtra ſit ſententia, vide ſupra in notis ad canonem apoſt. 65. de jejunio ſabbati.

Cur occ[i]dentalis eccleſia ſab[b]ato jej[u]net?

Iejuniu[m] feriæ 4. &

Quibus quot ho[ris] jejunatu[m] fuerit.

Cur feri[a 4.] & 6. ori[en]talis ecc[le]ſia jejun[a]verit?

Iejuniu[m] ſabbati [&] domini[cæ] in orien[te] interdic[tum].

Iejuniu[m] ſabbati [in] occident[ali] eccleſia ſemper [ob]ſervatu[m].

Cap. 29. Energum[e]ni qui &

l *Energumenus qui ab*, &c.] Energumenos hujuſmodi, qui propter publica aliqua ſcelera publice etiam a dæmonibus vexantur, & ab eccleſia excommunicantur, juxta illud

Pauli

Pauli 1. ad Cor. 5. *Iudicavit tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus salvus sit in die domini*, non modo a sacramentorum, verum etiam orationum publicarum participatione & communione arcendos esse, hoc cap. decernitur. Capitulum 36. quod infra sequitur, huic non obstat; nam energumenus, qui sui compos est, & corporaliter dumtaxat, vel ad majorem gloriam, vel ad peccati occulti pœnam, Deo permittente, vexatur, similis est hominibus quadam corporali ægritudine laborantibus, ideoque nihil impedimenti est, quo minus eucharistiæ auxilium & solatium sæpius his hominibus conferatur, maxime si absque periculo irreverentiæ communicare possint. Quod S. Dionys. de ecclesiast. hier. cap. 3. part. 2. negat energumenis eucharistiam dandam esse, id D. Th. 3. part. q. 80. art. 9. ad 2. de energumenis nondum baptizatis interpretatur. Vide Suarem tom 3. disp. 69. in fine sect. 2.

m *Cereos per diem.*] Absit ut intelligas de divorum spiritibus, qui Deo fruuntur; qui eum non magis per diem inquietentur cereis accensis quam per noctem, quin potius cultu ecclesiæ lætantur, ridiculum est ut de istis canonem B hunc intelligamus: sanctorum quippe nomine accipiendi sunt fideles, quorum spiritus (dum orationis causa ad ecclesiam adveniunt) inquietantur frequentia & cura immodica cereorum ardentium. Sic psal. 49. credentium ecclesia, appellatur ecclesia sanctorum: sic Paulus ad Ephes. 4. ait: *Ipse dedit, quosdam quidem apostolos, &c. ad consummationem sanctorum*, id est, fidelium, & 6. jubet orare pro sanctis. Et ad Philip. 1. scribit: *Omnibus sanctis qui sunt Philippis.* Et 1 Cor. 7. *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.* Sic Petrus omnibus fidelibus scribit, 1. Pet. 2. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta*, &c. Sic Iudas in canonica deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Sed dices: Cur modo ecclesia cereos per diem accendi probat? Nam non defuere qui candelarum usum improbent, testimonio hujus concilii ducti, & La- C ctantii libro 6. cap. 2. Hæreticus Vigilantius dolens hunc honorem martyrum reliquiis exhiberi, calumniabatur gentilitium ritum introductum in ecclesiis, ut fulgente sole, moles cereorum accenderetur. Huic obiectioni his verbis respondet D. Hieronymus: *Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris, sed ut noctis tenebras hoc solatio comparemus, & vigilemus ad lumen; ne caeci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum, vel certe religiosarum feminarum, (de quibus vere possumus dicere: Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam) hoc pro honore martyrum faciunt, quid inde perdis? Causabantur quondam apostoli, quod periret unguentum; sed domini voce correpti sunt. Neque enim Christus unguento indigebat, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honorem Christi hoc fecit, devotioque mentis eius recipitur: & quicumque accendunt cereos, secundum fidem suam, habent mercedem*, &c. Et post pauca: *Et absque martyrum reliquiis, per totas orientis ecclesias, quando legendum est evangelium, accenduntur lu-* D *minaria, iam sole rutilante: non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum.* Hactenus D. Hieron. idem in epistola ad Riparium. Vt ergo fideles errorem Vigilantii adversum cultum martyrum detestarentur, & aliorum hæreticorum, cereos per diem accendere consueverunt; non solum in cœmeteriis, verum in ecclesiis: quamvis id Hieronymi ætate non erat vbique receptum. Lactantius arguit eos, qui Deo hac mente offerrent lumen, quasi Deus egeat lumine: Concilium vero hoc Eliberitanum agit de neophytis qui more gentilium lucernas publice accendebant, non vero de iis qui ad cultum & gloriam Dei lucernas & cereos publice accendunt. Ita hunc canonem in suis notis Garsias Loaisa hic interpretatur: estque eius interpretatio vel ex hoc maxime probabilis, quod beatorum animæ, sive in cælo, sive in purgatorio sint, nihil accensis E cereis perturbari possint. Neque enim verisimile est patres illius concilii tam crassa ignorantia laborasse, ut sanctas animas nostris actibus perturbari existimarent. Probabile igitur est, quod Garsias inquit, canonem hunc de spiritibus fidelium adhuc viventium intelligendum esse; quorum spiritus seu mentes hac ceremonia eo tempore perturbabantur, & scandalum patiebantur, propter quemdam surreptitium ritus superstitiosi & gentilis abusum, (nam gentiles ad sepulcra defunctorum faces accendere solitos esse testatur Sueton. in Tiberio cap. 98.) aut certe propterea scandalo inquietabantur, quod animas martyrum cereis accensis juvari putantes, in errorem inducerentur. Verior tamen & probabilior est interpretatio Baron. anno Christi 34. num. 312. ubi per sanctorum spiritus, mortuorum animas intelligit, quæ quidem non proprie, sed metaphorice dumtaxat perturbari & inquietari dicuntur, quod valde displiceant ipsis ritus superstitiosi, quos a quibusdam in sui honorem aut utilitatem vanam fieri & exerceri cognoscunt: vel quod carminibus magicis aliisve superstitionibus adhibitis animas suas ritu gentilitio advocari, solicitari & inquietari A soleant. Gentiles defunctorum animas accensis facibus & incantationibus advocare, & ut illi loquuntur; solicitare ac inquietare consuevisse, constat ex Plinio libro 28. cap. 2. vbi hæc ait: *Cur ad mentionem defunctorum testamur memoriam eorum a nobis non solicitari?* Quæ de ritu & errore gentilium in sanctorum defunctorum invocationem, superstitiosa facum accensio, ad animas defunctorum solicitandas in ecclesiam irrepserat, a patribus concilii recte est prohibita. Et sicut 1. Reg. cap. 28. anima Samuelis hujusmodi superstitionibus evocata & inquietata dixit: *Quare inquietasti me ut suscitarer?* ita patres hujus concilii locuti sunt, qui, ne animæ sanctorum inquietentur, superstitiosam cereorum accensionem prohibuerunt. Ita Baron. prædicto loco, quem sequitur Suarez tom. 1. disp. 53. addens ibidem, certum esse, superstitione, omnique illius occasione ac periculo cessante, ceremoniam hanc non malam, sed potius honestam ac religiosam esse, utpote quæ ad divinum amorem, ad fidelium animos in spem gloriæ & æternæ vitæ futuræ excitandos, ordinatur. qua de re late & copiose Hieron. epistola ad Rip. & libro contra Vigilantium. Sicut igitur luxuriose apud sepulcra martyrum convivari, teste August. libro 1. de moribus ecclesiæ cap. 34. malum est & reprehensione dignum: contra vero religiose, moderate & recta fide & intentione ibidem cum fidelibus cibum sumere, eodem August. attestante libro 8. de civ. cap. 27 honestum est; ita cereos apud sepulcra martyrum citra omnem superstitionem accendere, non modo licitum, sed & pium est ac religiosum. Cereos apud sepulcra sanctorum accendere pium est & religiosum.

n *Ne femina in cœmeterio.*] Mulierum vigilias prohibet. Idem nostris temporibus, propter eamdem rationem, in Toletano concilio primo, post Tridentinum, decretum fuit, sicuti ab ea ratione in concilio Altisiodorensi can. 5. prohibentur. *Garsias.* Cap. 35.

o *Placuit picturas.*] Hujus canonis variæ traduntur interpretationes a viris doctis, ad asserendum sanctarum imaginum cultum, & debitum honorem. Prima, hoc concilio rejectas esse imagines pictas, non sculptas, ob idololatriæ metum; ut de salvatore in forma Iovis picto tradit Niceph. libro 15. cap. 23. Secunda, ne imminente persecutione Christiani auferre secum, aut occultare non possent; & ita pictæ essent ludibrio Iudæis & Paganis. Hæc ex Sandero libro 2. cap. 4. de cultu imaginum. Item Turrianus libro 1. de Hierar. ordin. cap. 12. Tertia, ne picturæ facile deformentur, parietum crustis dejectis; & inde amissa venerabili forma, potius cont emptui sint, quam venerationi. Ita interpretatur hunc canonem doctor Petrus Martinez insignis theologus, canonicus Conchensis, & apud Complutenses magister meus, in comment. epist. Iudæ, loco 18. de imaginum debito cultu. Quarta, pro temporum varietate statuta variari humana: unde Eliberitana synodo non esse imaginibus negatum honorem; quem potius in sanctarum imaginum venerationem, esse interdictum, ne in parietibus depingerentur. Verum concilio Nicæn. II. Act. 7. id modis omnibus permittitur: *Definimus, cum omni diligentia & cura venerandas & sanctas imagines ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis, e coloribus & tessulis, aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque tum in sacris vasis & vestibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus privatis, in viis publicis, maxime autem imaginem domini & Dei servatoris nostri Iesu Christi, deinde intemeratæ dominæ nostræ deiparæ, venerandorum angelorum, & omnium deinde sanctorum virorum.* Hæc Garsias. Secundam ac tertiam interpretationem sequuntur Bellarminus libro 2. imag. cap. 9. Suarez tom. 1. disput. theolog. disp 53. sect. 1. eamque utiliter latam ac promulgatam esse illo tempore, quo idololatria maxime vigebat, quoque facile accidere poterat, ut in parietibus depictæ, vel ab infidelibus irreverenter tractarentur, vel etiam, quod supra indicat Garsias, parietum crustis deformarentur. Quia vero hoc incommodum diligentia mutari potest, & antiqua illa necessitas iam cessavit, ideo hoc decretum synodi Elibertinæ usu abrogatum est, & in septima synodo generali, quæ est Nicæna II. hujusmodi imagines in parietibus depictæ admittuntur, ut supra bene etiam a Garsia notatum est. Vide quæ notavimus supra in notis ad synodum apostolorum Antiochenam. Cap. 36. Hic Canon varie exponitur.

p *Eos qui ab*, &c.] Sicut Timotheus Alexandrinus in suis responsionibus cap. 3. dicit, obsessos a dæmone communicandos esse, non singulis diebus, sed statis dumtaxat temporibus, ita patres hujus concilii statuerunt, eisdem, si in fine mortis constituti fideles fuerint, communionem non esse denegandam, si nimirum id sine irreverentiæ periculo fieri possit. Vide quæ notavimus supra cap 29. Cap. 37. Energumeni ad communionem qui & quando admittendi.

q *Iuxta auctoritatem scripturarum.*]Sic enim ex Levit 23. & Deut. 16. cap. constat; videlicet ut sint septem hebdomadæ plenæ. Quomodo intelligendum illud act. apost. cap 2. ubi dicitur: *Cum complerentur dies Pentecostes.* Et August. tract. 13. super Ioannem inquit, *quod dominus post resurrectionem quadraginta diebus conversatus est in terra cum discipulis suis:* Cap. 43.

ANNO CHRISTI 305.

suis: quadragesimo autem die cum ascendisset in cælum, peractis decem diebus, misit mercedem Spiritus sancti. Garsias.

Cap. 48. Lotio pedum.

r *Pedes eorum lavandi sunt.*] De huius lotionis ritu vide Ambros. lib.3. de sacram. cap.2. Quam consuetudinem ibi ait Ambros. ecclesiam Romanam non habere: & ubique abrogatam ait D. August. epist.119. cap. 28. Eius etiam meminit Tertull. lib. de baptism. Neque censeo in hoc concilio interdictam, nisi tantum ne fiat a sacerdotibus. *Garsias.*

Cap. 59. capitolium quid?

s *Ad idolum Capitolii.*] Capitolium, cujus hic fit mentio, est quodlibet templum instar Capitolii Romani, in aliis civitatibus celsiori loco ædificatum, in quibus publica sacrificia offerri solebant, sicut & palatii vox usurpata ab aliis reperitur pro celsioribus domibus, licet peculiaris Romanorum esset. Baron. in notis ad mart. Rom. die 29. Novemb. lit. d.

Cap. 60.

t *Si quis idola.*] Christiani tempore Diocletiani forti animo ad idola frangenda passim prosiliebant, iidemque a gentilibus in eo furentibus occidebantur: idque fecerunt exemplo Eulaliæ martyris, quæ impulsu divini Spiritus commota, teste Prudent. hym.3. *inque tyranni oculos sputa jacit: simulacra dehinc dissipat*, &c. Hoc factum Eulaliæ importune ac temere ab omnibus usurpari, displicuit patribus hujus concilii.

Cap. 62. Auriga & pantomimus quid?

u *Si auriga & pantomimus.*] Artes hæ habent actiones similes & fere copulatas: quod enim in circo est auriga, id in theatro est pantomimus. Auriga qui currui præest dicitur. pantomimus personarum omnium in scena imitator & effictor, ex Cassiod. lib.4. variar. epist.4. & Arnob. lib.4. & Tertul. de spectaculis cap.17. homines officio infames & vita. Vnde & in concilio I. Arelat. cap 20. & III. Carthag. & hoc eodem concilio infra cap.67 quamdiu hæc agunt, a communione separantur. Extat hujus rei epist. D. Cypriani. & D. Thom 2.2. q.168. art.3. ad 3. arg. docta & pia de histrionum officio & moderato usu sententia, quamvis sæpe urget nos illud August. super Ioannem tract. 100. *Donare res suas histrionibus, vitium immane, non virtus.* Garsias.

Cap. 67. Ciniflones qui, & cur sic dicti.

x *Aut viros cinerarios.*] Acron grammaticus exponens illud Horatii, primo serm. satyr.2. Multæ tibi tum officient res: Custodes, lectica, ciniflones, parasiti. *Ciniflones*, inquit, *& cinerarii eadem significatione apud veteres habebantur, ab officio calamistronum, id est, veruum in cinere calefaciendorum, quibus effeminati viri capillos crispabant: cujus rei & Virgilius meminit: Vibratos calido ferro. Dicti autem ciniflones, ab eo quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos cinerarios appellant.* Tertull. lib 2 ad uxorem, cinerarios dicit peregrinæ proceritatis, eo quod in his hominibus humana vanitas proceritatem immanem requirit. *Garsias.*

Cap. 69.

y *Agere debere pœnitentiam.*] Ex hoc canone Bellarminus libro 2. de imagin. cap.9 probat, eodem sensu a patribus hujus concilii accipi, reconciliare, & communionem dare, aut certe in ipsa reconciliatione communionem includi. Solebant enim veteres sacramentum reconciliationis semper cum sacramento eucharistiæ conjungere: ideoque Tertull. Cyprian. aliiq; scriptores ejusdem antiquitatis pro eodem accipiunt, communionem, reconciliationem & pacem. Vide quæ diximus supra in notis ad canon. 1. hujus concilii.

Cap. 77.

z *Episcopus eos per benedictionem.*] Intelligitur de sacramento confirmationis: quia a sanctis patribus perfectio Græce τελείωσις appellatur ex Dionys. libro de eccles. hierarch. & Ambros. libro 3. de sacram. cap 2. & Clem. epist. 4. & Melchiad. papa ad episcopos Hispaniæ. Alia multa nomina sunt hujus sacramenti, de quibus alibi. *Hæc Garsias.*

** GABRIELIS ALBASPINEI EPISCOP. AVRELIANENSIS, NOTÆ IN CANONES CONCILII ELIBERINI.

AD CANONEM. I.

IN eos qui duplici simul idololatriæ & apostasiæ crimine tenerentur, perpetuas hoc primo canone pœnas decernunt Hispaniæ patres, non autem in lapsos, qui timore perterriti, ipsismet cruciatibus, & suppliciis superati, & coacti idolis immolaverant, quemadmodum existimant cum Garsia & Binio, illustrissimi Cardinales Bellarminus & Baronius. Nam horum longe ante hoc concilium causa fuerat agitata, huncque exitum totius ecclesiæ consensu habuerat, ut non perpetua pœna, quamvis diuturna & plena pœnitentia luerent, quod admiserant, (si D. Cypriani epistolis fidem habeamus) quod judicium hosce patres evertisse, aut durius quicquam in eosdem lapsos constituisse, non facile mihi persuaderem; vel hac ipsa conjectura adductus; quod canone 46. satis pœnarum sumpsisse putent, si apostatas non idololatras, qui majori semper supplicio digni visi sunt, quam lapsi, ut ex Cypriano patet, levi animadversione perstrinxerint. Adde si de lapsis hunc canonem accipias & interpreteris, omnino fatendum esse hosce patres Novatianos fuisse, aut Novatianis favisse, cum non aliam ob causam ab ecclesia recesserint Novatiani, nisi quod iis, qui minis & tormentis cesserant (qui uni lapsi dicuntur) indulgendum esse pertinaciter negarent. At quis unquam mentionem fecit, aut dixit Hispaniam cum Novatianis consensisse, aut Osium, qui grave de iisdem judicium cum cæteris patribus in Nicæno paulo post tulit; quicquam decrevisse, quod ad eorum sententiam vergeret & accederet?

De apostatis qui præterquam quod a Christo ejusque fide sponte recesserant, idolis insuper sacrificaverant, non vero de lapsis hunc canonem esse explicandum, alia etiam persuadet ratio, nimirum quod illa prima disciplina, quæ ne lapsis quidem olim indulgebat, paulatim ad lenitatem deflexerit, leniusque multo peccatores habuerit, temporibus conc. Eliberini, quam D. Cypriani; & in concilio Nicæno, quam in aliis conciliis, quæ ante Nicænum habita sunt, ut videre est in hoc concilio, nam canone 46. apostatas, de quibus his verbis statuit D. Cyprianus, *Apostatæ vero vel adversarii & hostes, & ecclesiam Dei dissipantes, nec si occisi pro nomine eius foris fuerint, admitti possunt*, ad pacem, acta quadam pœnitentia, revocat. Quapropter hi patres, recuperandæ communionis spem nunquam eripuissent lapsis, quos ne quidem Cyprianus hac pœna damnavit. Cæterum hoc judicium in Nicæno tandem mutatum fuit, can. 11. statutumque ut post longam pœnitentiam hi apostatæ in fidelium numerum admitterentur, quamvis nonnulli sunt, qui illo canone undecimo in lapsos agi potius existiment, quam in apostatas, qui ut citius e vinculis eriperentur, etsi nullis suppliciis, aut minis immolare adigerentur, diis sacrificaverant.

Denique notandum est hunc primum canonem differre a 46 quod in hoc de apostata sit mentio qui non fuit idololatra: in illo de illis qui utroque hoc crimine sese polluerunt: differt etiam ab ultimo canone concilii Arelatensis, quia de solis apostatis, & non resipiscentibus nisi in morte loquitur.

Post fidem, Catechumeni longe mitius habebantur quam fideles, eorumque crimina minori afficienda pœna existimabantur, quam fidelium, ut alibi ostendemus. Quapropter adduut patres, si post baptismum, quia ante baptismum alia puniendi ratio.

Et fecerit, sacrificaverit, *Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito.*

Crimen capitale & principale, de antiqua criminum divisione & discrimine varia extant vestigia in Tertulliano & D. Cypriano & cæteris patribus, quibus omnibus idololatria maximum semper visum est, unde hoc canone vocatur principale, summum scelus.

Nec in fine eum communionem accipere; non negatim aliquando nomine communionis eucharistiam intelligi: verum in his judiciis & canonibus raro ita accipitur, sed pro fidelium societate & jure societatis, a qua peccatores removebantur, ne eorum consortio, & consuetudine cæteri fideles inficerentur: quapropter vix reperies in hisce conciliis mentionem de absolutione, quod eam per hæc verba, communionis, societatis, consortii, & similium exponant patres. Cum enim finis absolutionis sit reditus in ecclesiam, & per eam pœnitentes, jus societatis, quod peccando amiserant, recuperent, frequentius his utuntur quam nomine absolutionis. Cæterum quomodo accipiendum sit, quod hisce canonibus, tam facile morientibus venia denegatur, aut qua ratione a Nouatiano differant hi patres, alius erit dicendi locus; ne notæ nostræ in commentarium crescant. Quod dum præstamus, sufficiet hoc unum monere, controversiam inter Catholicos & Novatianos non eam fuisse, quod Catholici omnibus omnino criminibus veniam concedendam esse dicerent. Nam longe post Cornelium cujus tempore & sententia perculsus fuit Novatianus, verum etiam post Nicænum concilium certa crimina perpetua pœnitentia damnata reperiuntur, ut ex hoc concilio, Arelatensi, & Sardicensi licet colligere: sed de auctoritate & potestate gravia crimina remittendi erat quæstio, quam ecclesiæ traditam fuisse negabant Novatiani, & ante eos Montanistæ: contra vero ecclesia hanc sibi inesse auctoritatem prædicabat, iusque ea utendi & peccata pro arbitrio, solvendi, quamvis non omnia condonaret. Ex antiquis codicibus hunc canonem correxit Garsias; verum tantum mihi displicet hæc correctio, quantum in cæteris satisfacit: nam hæc *inter eos*, & *quod est summum scelus* inutilia esse videntur.

AD CANONEM II.

FLamines, id est Christiani qui sacerdotio gentilium fungebantur; quamvis enim non liceret Christianis,

hæc

hæc munia & honores Gentiliũ ambire & persequi; nonnulli tamẽ aut ambitione ducti, aut coacti hæc sacerdotia suscipiebant & petebãt: cum enim apud populares aliquo in honore essent Flamines, & populi gratiam muneribus, aut ludis facile sibi conciliarent, reperiebantur inter Christianos, qui spretâ religione hos honores flagitarẽt: nonnulli etiam inviti ad ea munia cogebantur, quia erant patrimonialia, a quibus nemo excusabatur, ut ex codice Iust manifestum fit, & ex Hieronymo in vita Hilarionis: his de causis reperiebantur Christiani qui essent Flamines Gentiliũ, in quos Hispani patres has pœnas constituunt: neque vero audiendi sunt, qui putant hic agi de Christianis, non qui erant re ipsa Flamines, sed qui ante lavacrum hæc sacerdotia functi essent. Nam cur potius ageret de iis, qui fuerant Flamines, quã de aliis, qui nunquã fuerant Flamines, qui nihilominus post fidem sacrificaverant. Nonne ineptum videretur si canones ita se haberet: Sutores aut Sartores, qui post fidem sacrificarunt, quia cum Flaminum, Sutorum, Sartorum non gravius sit peccatum quam aliorum, si omnes illis diis sacrificassent, non debuit canon hos potius corrigere quam alios: deinde hæc verba, *Flamines qui munus tantum dederint*, indicant agi de Flaminibus qui revera post lavacrum flaminia susceperant: quemadmodum etiam illa, *Flamines si catechumeni*, ostendunt agi de catechumenis qui actu & reipsa erant Flamines, non qui fuerant.

Post fidem lavacri: cujus rei rationem supra dedimus.

Sacrificaverant. mos erat, ut qui ludis præerant, diis sacrificarent Flamines igitur, qui in municipiis (nam Romæ non præsidebant ludis) tenebantur ex more sacrificare, antequam ludos aperirent.

Eo quod geminaverint. sed quomodo sacrificãdo triplici hoc crimine poterãt sese polluere? Nam hæc verba, *eo quod*, indicare videntur, quod Flamines duo hæc alia crimina cõmitterent sacrificando; sunt qui de Floralibus hæc accipienda esse putent, in quibus multa turpia & obscœna visebantur: & de gladiatoriis muneribus quibus sanguine & morte miserrimorum hominũ populus recreabatur: cum enim Flamines in provinciis & municipiis hæc spectacula ederẽt, & mœchiæ & homicidii scelus commisisse dicuntur hoc canone, non quod mœchati essent, aut quempiam interfecissent; sed dicuntur ea commisisse, quod spectacula præberent in quibus hæc scelera perpetrabantur. Nonnulli hæc ita dicta putarunt, non quasi conjunctim & simul in hæc tria crimina incidissent Flamines, sed si forte reperiantur Flamines, qui præter scelus sacrificii & idololatriæ, aliis insuper sese inquinassent, ii communione in fine priventur.

Vel triplicaverint facinus. lapsi triplicabãt facinus veniaque vel in morte indigni censebãtur, si homicidium & mœchiam cũm idololatria in se suscepissent: non autẽ si alia quævis crimina admisissent: neque hujusce judicii alia potest esse ratio, aut causa, nisi quod alia omnia, nec summa, neq; capitalia unquãm, aut perpetua pœnitentia & animadversione digna visa sint. Tribus vero illis, homicidio scilicet, mœchiæ & idololatriæ, cum nõ multo ante hoc concilium pax & venia esset relaxata merito qui horum simul omnium reus esset factus, eadẽ pœna, qua paulo ante diversa, puniebatur: atque ea est causa quamobrẽ de aliis criminibus nõ loquuntur Illiberini patres.

AD CANONEM III.

QUI non immolaverint. poterant non immolãre, quamvis suis sumptibus spectacula ederentur: nam aliquis alius Flamen poterat præesse & præsidere.

Sed munus tantum dederunt. omnes hos canones de lapsis explicant nonnulli: ideo per munera, dona intelligunt, & pecuniã quam Præsidibus offerebãt lapsi, ne sacrificarent. verum munus hoc loco, ni fallor, ludos & spectacula significat, quæ Flamines præstare tenebantur, & in quibus solebant sacrificare: aiunt igitur patres veniam iis esse concedendam in fine, qui Flamines fuerint & non sacrificaverint, quamvis ludos præbuerint & munera, si modo hanc culpam legitima expiaverint pœnitentia.

In fine eis præstari communionem. quàm gravem & acerbam vindictam exercebant in eos qui sacerdotia Gentilium ambibant aut suscipiebant, quamvis non sacrificarent!

Acta tamen. hoc est, qui pœnitentiam sibi impositam alacriter subierant: nam si eam aut neglexissent aut segnius arripuissent, aliter cum eis erat agendum: non autem hoc ita accipiendum, quasi momento illo temporis quo morerentur, legitimam possent agere pœnitentiam.

Legitima pœnitentia. ut pœnitentia censeretur legitima, non satis erat explere tempus constitutum ab episcopo, ut volunt Garsias & Binius, sed ea legitima vocabatur, quam bona fide ducebant pœnitentes, & cum domi, & in ecclesia noctu, & interdiu perpetuis ærumnis sese exercerent, & lacrymis, fletibus & multis præterea signis animi dolorẽ clam & publice testarentur. Illegitima autem dicebatur, quando pœnitentes languidius eam subirent, & parum dolerent de peccatis, quamvis præscriptum tempus explerent.

Si post pœnitentiam. id est si post concessam pœnitentiã, non vero expletã; sed concessam ab episcopo, & ita accipiendum suadent quæ prius habentur, *in fine eis præstari communionem.*

Si enim in fine dumtaxat præstari debeat communio: certum est eo usque pœnitentiam durasse, & constitutam fuisse, & non finiisse ante mortem: quare illud, *post*, significat, si post concessam pœnitentiam, & si cum agunt pœnitentiam ejusmodi Flamines mœchantur.

Ne lusisse. sed quomodo quæso de communione ludere poterant quam non possidebant? Nam agit de his qui perpetuæ pœnitentiæ essent addicti: sed ludere de communione dicuntur, si peccant pœnitentes dum agunt pœnitentiam: quia quo tempore magis prospicere deberent, ne ea indigni viderentur, eo ipso novis peccatis sese obligant.

De dominica communione. quamvis eucharistia nonnunquã vocetur dominica communio, simplex tamen communio, id est jus in societate & corpore fidelium hoc etiam nomine appellatur, quod uniat & conglutinet pœnitentes corpori domini nostri Iesu Christi. Cæterum vides hunc canonem nihil minus adversari, quam canonibus Petri Alexandrini (ut existimat Binius in suis notis) quibus licebat ab impiis sacrificiis pecunia sese redimere: nam hoc canone agitur de Flaminibus, qui ludos ediderunt populo & non sacrificaverunt, ut diximus, non vero de his qui pecunia obtinuerant a præsidibus, ne sacrificarent.

AD CANONEM IV.

SI *fuerint catechumeni.* ubi statuerunt de fidelibus, mox de catechumenis agunt, in quo lenius multo, & mitius animadvertunt, quã in fideles, ut alibi dicemus capite de pœnitẽtia catechumenorum. Sed quid agendum esset si catechumeni Flamines sacrificassent? non explicant patres nescio an gratiâ baptismi in perpetuum punirentur; non existimo tamen, sed quantum conjicere possum, ante mortem non baptisabantur.

AD CANONEM V.

SATIS constat, ut opinor, nonnullis in locis, hæc peccata mœchiæ, scilicet homicidii & idololatriæ perpetua olim pœnitentia damnata fuisse, & primis illis temporibus ecclesiam his legibus stetisse, ut patet ex Tertulliano & aliis? deinde humanius eam homicidas habuisse, & in fine eos in societatem admisisse, ut legimus in 21. canone concilii Ancyrani: verum quo primum tempore, & qua primum auctoritate eis ante finem pepercerit, non tam liquido constat, atque de mœchia, & idololatria: certum nihilominus est ex hoc canone, & Ancyrano, hanc disciplinam mutatam fuisse, cum si voluntate ancillam occiderit, post septem annos jubeat in societatem fidelium dominam recipi.

AD CANONEM VI.

RECTE correxit Garsias atque hanc vocem, *malitiam*, detraxit, nam de maleficio canonem intelligendum esse demonstrabimus; non de veneficio, aut malitia.

Eo quod sine idololatria. Tertull. de pudicitia cap. 5. *Ego quoque homicidium nonnunquam elaboro, ut tragœdias omittam. sciunt hodie venenarii, sciunt magi, quod pellicatus ulciscar, quod rivalitates defendam, quod custodes, quod delatores, quod conscios auferam.* magicis artibus homines necari posse, pauci sunt qui non existimẽt, cum reperiantur leges apud Romanos, quæ ut eos ultimo mulctant supplicio, ita hic canon eosdem pejori morte & supplicio afficit.

AD CANONEM VII.

SEPTIMO hoc canone a cæteris fidelibus eos in perpetuum semovendos esse statuitur, & in morte ne quidem in societatem revocandos, qui accepta aut peracta pœnitentia iisdem peccatis, quibus ut liberarẽtur, pœnitentiam subierant, sese inquinassent: neque hæc judicia ab illorum temporum moribus & disciplina abhorrebant; cum enim paulo ante hoc concilium hoc est Zephyrini, ætate, & auctoritate, mœchis, tum primum venia laxata esset, rationi maxime cõsentaneum videbatur, qua sese indignos peccando exhibuerant; gratia eos privari, & eos a communione perpetuo secludere, si accepta pœnitentia, id est si ad pœnitentiam admissi ob fornicationis peccatum, nondum ea absoluta, aut expleta pœnitentia, fornicationis iterum rei deprehenderẽtur: hæc est hujusce canonis sententia, quæ nemini severa nimis & acerba viderĩ debet, qui in memoriã revocarit, quanto acerbius, paulo ante hoc concilium iidem mœchi haberentur, & exciperentur.

Forte fidelis. hæc vox. *forte*. hanc vim habet, si forte eveniat, si forte accidat: raro enim illis temporibus eveniebat, ut post baptismum Christiani gratiam, quam in lavacro adepti essent, scelere aliquo corrumperent; & rarius ut a peccato aliquo quod post baptismum commisissent liberati, in idem peccatum rursus inciderent: quapropter aiunt hi patres, si forte, si casu.

Fidelis. quia catechumeni alia ratione erant puniendi.

Post constituta tempora. hoc est postquam ei imposita esset pœnitentia, & pœnitentiæ benedictionem recepisset: nam si post lapsum mœchiæ, rursus in eandem, antequam pœnitentiam obtinuisset, laberetur in perpetuum non ejiciebatur ab ecclesia; sed solum, si post acceptam pœnitentiam, mœcharetur.

Accepta pœnitentia. in vulgari lectione legitur, *acta*, ambæ hæ lectiones possunt retineri, nam eodem modo in eos animadvertebatur, qui expleta post baptismum pœnitentia, iisdem

dem rursus vitiis sese maculassent, & qui in ipso pœnitentiæ curriculo, & antequam eam perfecissent, rursus peccarent.

AD CANONEM VIII.

CUM legibus Romanis libera essent repudia; Christianis vero matrimonia essent firma & perpetua: rursus vero cum ea inter conjuges diversæ religionis & cultus contrahi possent, nulla in re stabilienda aut regẽda, plus negotii invenit ecclesia, quam primis illis temporibus reperire, qua ratione aut quibus pœnis coërceret, aut si omnino puniret, qui facilitate legum Romanarũ matrimoniis abuterentur. Quapropter hi omnes canones, qui de repudiis, aut matrimoniis Gentilium cum fidelibus aliquid statuunt, difficillimi & obscurissimi sunt. Hoc canone & duobus sequentibus agitur, qua causa repudium liberum sit & legitimum, & qua ratione puniendi sunt qui sine causa conjuges suas repudiant. Mulier igitur quæ virum suum quamvis infidelẽ repudiasset, & alii nupsisset, perpetua pœnitentia, quę nec in morte relaxaretur, hoc octavo canone punitur: nam nisi aliqua & quidem legitima subesset causa, non erat liberum in disciplina Christiana ab infideli recedere: ea autem legitima censebatur causa, si metus aliquis aut vis inferretur Christianæ, ut a religione sua disce deret, quæ si non esset, aut a viro suo infideli non esset repudiata, mali moris & indignum eis videbatur uxorem a marito divelli; ut hac disciplina præter alia id unum docerent, Christianorum matrimonia, quæ aliquo sacramento cohærerent, multo minus dissolvi posse.

Viros suos. dubitari potest an de solis dumtaxat Gentilibus viris, num etiam de Christianis hic canon accipiẽdus sit. cum enim hisce canonibus de repudiis, & qua ratione admittenda, aut coërcẽda sint agatur; & nulla in sequentibus præscribatur ratio, qua animadvertendum sit in eas, quæ viros fideles sine causa reliquerint, merito quis suspicari posset, hac voce, *viros*, utrosque, Gentiles scilicet & fideles intelligendos esse: alii cõtra, cum nulla inter conjuges Christianos legitima repudii causa potest esse, de viris Gẽtilibus, quos fidelis mulier repudiasset, censent accipiendũ esse hunc canonem: nihilominus ad utrosque canon referri potest, & verba illa, *nulla præcedente causa*, non ita accipienda quasi legitima aliqua reperiatur causa, cur vir fidelis ab uxore sua possit repudiari, sed addita sunt, ut intelligeretur eas gravius puniendas esse, quæ sine causa, quam quæ ob causam adulterii a viris suis recessissent. his enim in concilio aliquot dumtaxat annorum illis perpetua imponitur pœnitentia.

Accipiant communionem. absolvantur.

AD CANONEM IX.

LEGIBUS Romanis cum essent libera repudia, patrum auctoritate non poterant mulieres Christianæ, quæ viros suos fideles ob causam adulterii repudiassent coërceri: quapropter reperiebantur quæ plures simul maritos haberent, in quas hoc canone animadvertitur: addiderunt autem hi patres Eliberini hæc verba *si fidelis*, quia si fuisset catechumena; non ita erat punienda, cum enim nullum esset inter ethnicos conjuges sacramentum, minus peccabant, quam Christiani cum libellum repudii afferebant.

Reliquerit fidelem. quia si Gentilem ob eamdem causam reliquisset, levius multo erat punienda: quamvis hoc etiam ab ecclesia prohiberetur.

Prohibeatur ne ducat. ita loquuntur in concilio Arelatensi primo, *& prohibentur nubere.* Cæterum antequam contraherent nuptias, ecclesiæ id est episcopo; aut sacerdotibus statum & conditiones futuri conjugis exponebant, quæ si alienæ a Christiana disciplina viderentur, quantum poterant, nuptias dissuadebant ecclesiastici, hoc est recusabant consignare, ut ait Tertullianus, & oblatione & sacris confirmare, ideo dicitur hoc canone *prohibeantur:* verũ quia legibus Romanis hæ nuptię nihilominus erant firmę, & poterant stare, reperiebantur qui spreta religione eas facerent, in quos hoc canone animadvertitur.

Nisi quam. illis temporibus ut vides, matrimonium poterat stare & validum esse inter adulteros, qui vivente vero & legitimo marito rem simul habuerant, quod hodie ita prohibitum est, ut ne quidem post mortem mariti mulier possit cum adultero suo nuptias firmas, & legitimas facere: nisi summo dispensante pontifice.

AD CANONEM X.

HUJUSCE canonis perdifficilis est sententia, cujus hunc sensum esse suspicor: si inculpatam mulierem catechumenus reliquit & repudiarit, ad baptismũ non prius admittatur, quam relictã receperit & domum reduxerit: si vero ea sit in alterius potestate, ut quæ post repudium alteri conjuncta sit, quia eam repetere nequit, non est baptismo privãdus: Atque eadẽ judicii forma in catechumenas observanda est, quæ nulla satis legitima ex causa viros reliquissent. Quod si ea mulier, cum qua catechumenus ille qui suam repudiavit, nuptias fecit & non ignorarit priorem illam mulierem sine causa ejectam esse, ea ipsa vel in morte communione ecclesiæ & absolutione carere debet: ratio hujus canonis est, quod catechumeni quamvis non essent Christiani, legibus tamen Christianis tenerentur: quibus ne quidem infidelem dimittere & repudiare licebat.

Potest ad fontem lavacri. non alia pœna coërcebantur catechumeni nisi prorogatione, aut privatione baptismi usque ad mortem, excõmunicari enim non poterant, cum non essent in communione fidelium, neque societate Christiana donati.

AD CANONEM XI.

AMBIGITUR de hujus canonis explicatione, neq; satis intelligitur quis ei sensus esse possit Nam quæ causa esse potuerit cur catechumenarum potius quam catechumenorũ mentionem fecerint hi patres Eliberitani? Quamobrẽ deinde tyrocinium & catechumenatum quinque annorum ejusmodi catechumenis præscribunt, cujus tempus ultra tres aut duos annos non producebatur? Præterea de quibus catechumenis loquuntur, aut ad quas quæso has pœnas pertinere dicemus, cum de crimine omnino taceant, neque exponãt quod peccati genus hoc canone coërceant? Denique cum morientibus baptismum præberi jubent, eum negari posse, videntur innuere. Hæc omnia mihi persuadere potuerunt hunc canonem a præcedenti avulsum esse, neque ullum sensum aut sententiam referre aut reddere posse, nisi cum eo connectatur. Nam præter ea quæ supra attulimus, illa etiam particula, *autem*, id omnino continere videtur atque ostendere, totum hunc canonem ad alia quæ jam essent dicta & cognita referendum.

Præterea nullibi unquam reperies baptismi gratiam dilatam, & catechumenatus tempus productũ, nisi ob aliqua crimina admissa. Quæ cum ita sint verisimile est, de iisdem ipsis fœminis & catechumenis hic agi, de quibus statutũ esset præcedenti & proximo canone, in quo cum patres statuissent eas esse puniendas, quę viris repudium sine causa obtulissent; pœnæ vero modũ aut tempus, quo diutius retinerentur in catechumenatu, (non enim alio genere pœnarum coërcebantur catechumeni,) non apposuissent; hoc sequenti canone vel potius, hac ultima ejusdem canonis parte, pœnæ modum & tempus addiderunt.

Sensus igitur canonis est, catechumenas quę viros sine causa reliquissent quinque annos in catechumenatu detinendas esse, & intra hoc tempus baptizandas, si gravi aliquo morbo occupentur.

Intra quinquennii tempora. agant cathecumenatum quinquennii tempore, quem explere si morte impediantur, baptismo donentur.

Catechumena quæ maritum sine causa repudiasset, quique post repudium aliam duxisset; nam si maritus post repudium solutus remansisset, rursusque hæ nuptiæ quæ sine causa diremptæ essent, coalescere potuissent; non aliter ad lavacrum admittenda erat, quam si eumdem pro viro habuisset.

AD CANONEM XII.

GRAVIUS puniuntur lenones, & earũ turpitudinũ artifices, quam ipsamet adulteria & virginum stuprationes. Nam Zephyrini edicto, mœchiæ & fornicationi pœnitẽtia functis, veniam in morte, vel post longam pœnitentiam concessam legimus: hoc vero canone ea ipsa moribũdis lenonibus & parentibus qui quæstum ex filiarum stupro fecerint denegatur: cujus severioris disciplinæ hanc rationem adducunt, quod suum (ad parentes id refertur) aut alienũ vendiderint corpus, hoc est pessumdederint, perdiderint, & libidini manciparint.

AD CANONEM XIII.

VIRGINES quæ Deo sese voverant a ceteris non removebantur, aut claustris includebantur, ut ex hoc canone & in DIVO Cypriano & Tertulliano de virginibus velandis licet colligere.

Eidem libidini. non sumpserint, aut a flagitiosa vita non recesserint.

Non intelligentes quod amiserint. hoc est si impudicitiæ eas ante mortem non pœniteat, precibusque & lacrymis ecclesiam non fatigent, ut ab ea pœnitentiam accipiant, vel in fine communione & absolutione, quamvis eam ardentissime exoptent, priventur, cum enim toto vitæ tempore libidini inservierint, metu mortis pacem ecclesiæ potius quam peccatorum dolore quærere videbantur.

Eo quod lapsa potius videantur. peccasse potius videntur, quam virginitatis votum violasse, quæ in obstinato & obfirmato libidinis proposito non remanerent.

AD CANONEM XIV.

SOLAS *nuptias.* quia virginitatem Deo non voverant.

Sine pœnitentia. non hoc ita accipiendũ, quasi velint eas absque sacramento pœnitentiæ absolvendas esse, aut statuant ejusmodi peccatum non esse aliqua pœna coërcendum, vel denique eis non esse dolendum de stupro: sed pœnitentia hoc loco intelliguntur pœnæ & ærumnæ, quæ in gradibus pœnitentiæ palam, & publice caperentur, quæ cum pudorem aliquem sugillarẽt, non erant ejusmodi virginibus infligendæ. Quid autem sit, *post annum sine pœnitentia reconciliari*, quodve genus pœnarum ex hoc canone, & ex vigesimo primo colligitur? levia quædam crimina hac pœna mulctabantur, quæ

in eo versaretur, ut ab eucharistia arcerentur, neque oblationes offerre aut eis participare permitterentur: mihique persuasum est eos qui levi illa animadversione castigabantur, non aliter orasse aut stetisse in ecclesia, neque aliter habitos, quam subsistentes, & omnibus rebus divinis & humanis participasse cũ cæteris fidelibus, præterquam eucharistiæ.

Cæterum verbum illud, *reconciliari*, referri & revocari prorsus debet ad illam maximam reconciliationem sacramentorum scilicet & altaris; non autem ad illam minimam, qua absolvebantur, & jure societatis Christianæ donabantur: nam cum essent orationis participes, absoluti a peccatis censebantur, & minima illa reconciliatione non indigebant.

AD CANONEM XV.

PROPTER *copiam puellarum*, statuunt ne quisquam ad exonerandã familiam in matrimonio cum Gentili filias collocet, ne infidelis consortio fidem perdant. Tertullianus ad uxorem secundo, *Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio, atqui vere duo in carne una, ubi caro una, unus & spiritus.*

AD CANONEM XVI.

HÆRETICI *si se transferre noluerint ad ecclesiam*. Agathense, *si tamen profiteantur Christianos se futuros*. Laodicense canone 31. *Si tamen profiteantur Christianos se futuros.* Calched. can. 14. *Nisi forte spoponderit se venire ad orthodoxam fidem.*

AD CANONEM XVII.

SACERDOTIBUS *idolorum*. Flaminibus Gentilium, non vero Christianis sacerdotibus, qui persecutionum temporibus diis gentium immolarant, ut quidam existimant.

AD CANONEM XIX.

IN *ministerio positi*, qui graduum & ordinum suorum officia & muniã obirent: nam si essent depositi, aut si ob aliam causam ab officio & dignitate gradus essent remoti; levius erant puniendi: Concilio Carthag. 5. can. 1. *qua eos a ministerio necesse fuerit removeri.*

AD CANONEM XXI.

QUI ab ecclesiæ uberibus tanto tempore avelleretur, metus erat ne contabesceret, ideo ab eadem matre coguntur ad ecclesiam liberi, ut a sacris tanquam a suis mamillis lac sugant, & cæterorum fidelium communione & precibus foveantur.

Pauco tempore abstineant. qui levi hac pœna perstringebantur sola eucharistiæ communione privabantur, non autem precum, aut corporis Christi mystici societate: nam sacris interesse poterant, quo qui jure fruerentur, nec excommunicati, nec pœnitentes censebantur.

AD CANONEM XXIII.

JEJUNIORUM *superpositiones.* jejunia superponere, est jejunia de novo imponere & indicere, quæ autem fuerint illa jejunia, quæ singulis mensibus, præter stationes feriæ sextæ & sabbati superimposita essent in Hispania, non facile est dicere, cum ea peculiari quadam lege & consuetudine celebrarentur in illa provincia.

AD CANONEM XXIV.

TANTA olim in clericis desiderabatur vitæ sanctitas, ut in eorum ordinem non esset assumendus, qui extra diœcesim baptismum consecutus esset, quod eius mores non essent satis cogniti.

In alienis provinciis, in propria enim promoveri poterat in qua ejus vita satis erat perspecta.

AD CANONEM XXV.

PERMAGNA est dissentio de hujus canonis sententia & explicatione, & noni Arelatensis primi, *De his qui confessorum literas offerunt, placuit, ut sublatis iis literis alias accipiant communicatorias* Quorundam opinio est hos ipsos canones explicandos esse de literis, quas lapsi ad jus communionis recuperandum a martyribus qui essent in vinculis, extorquebant. Card. Baronij anno Christi 30, num. 48. *placuit quoniam usus perseverare videbatur, ut literis quæ describerentur ab iis qui causa fidei in carcere detinerentur, communicatio lapsis impertiretur.* ejusdem anno Christi 314. num. 65. Quod ut ita differeret ex D. Cypriani verbis contigisse arbitror, qui omnibus pene suis literis vehementer objurgat martyres & confessores, quod nulla prorsus habita disciplinæ ratione, communicatorias literas lapsis indulgerent, tantaque licentia ac facilitate, ut ecclesiæ statum everterent, atque omnem religionem funditus tollerent: quæ enim, inquit ille, potest esse sanctitas aut disciplina, si rei non plectantur, & decreta peccatis supplicia removeantur?

Ne igitur diutius hoc malo ecclesia laboraret, his canoni-
A bus patres providisse volunt. Ego vero etsi C. Baronii, Garsiæ Loaysæ, Bernardinique Ferrarii judicium non parvi ducam, eos tamen horum canonum sententiam patrumque mentem qui illos condiderunt, minus assecutos esse, hæ rationes mihi persuadent. Equidem martyrum olim autoritatem in tantum crevisse, ut lapsis pacem & veniam procurarent, apertum est, literisque sontes in pristinum statum restituisse: sed hunc ab ecclesia errorem ante ipsa concilia, quibus hi canones habentur, sublatum esse ejusdem D. Cypriani scripta satis declarant: nam acerbe in martyres invehitur epistolis 15. 16. 17. 18. 19 20. libri tertii, eorumque potestatem imminuendam & coërcendam esse docet, statuitque lapsos non nisi in exitu recipiendos esse, quamvis a martyribus commendarentur: quid? nonne martyres epistola 7. libri secundi (quod omnibus indignum Romæ videretur eos hac uti potestate) literas quas ipsi lapsis dederant, revocarunt: *Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas sua confessionis inclusit, & ad certamen evangelicum sua fides in confessione jam gloriosa semel coronavit,*
B *literas habeas conspirantes cum literis nostris, quibus severitatem evangelica disciplina protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesia pudore revocarunt.* In Africa quoque fortiter huic potestati sese opponit D. Cyprianus in responso ad martyres epistola 15. libri tertii. *Cum vos ad me literas direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dare postulastis, cum persecutione finita convenire in unum cum clero & recolligi cœperimus.* Multa denique ejusdem argumenti in ejusdem scriptis leguntur, quibus magna fit significatio hanc nimiam martyrum potestatem, D. Cypriani ætate labefactatam fuisse.

Deinde nil tam perspicuum est, quam Arelatense concilium sub Constantino habitum esse, quo tempore pauci religionis causa in carcere, fodinis, arenariis, aut triremibus detinebantur. At vero in ipsis verbis horum canonum inest aliqua ratio & nota credendi has literas, de quibus est quæ-
C stio, quasi e longinquo allatas esse. *Omnis qui attulerit:* Item in Arelatensi, *qui confessorum literas afferunt.*

Miror etiam hos homines in primis acutos non vidisse de literis, istis conciliis mentionem esse, quæ non solum a martyribus, sed etiam ab episcopis darentur, *Communicatoria ei danda sunt literæ*: item *placuit, ut sublatis iis literis alias accipiant communicatorias*, at nusquam reperient expiatos pœnitentes, libellum ab episcopis aut a quovis alio a quo absoluti essent, accepisse, quo absolutos & liberatos esse innotesceret; eoque minus quod publice & magna corona de eorum in ecclesiam reditu deliberaretur: atque ita magnopere opus non erat literis testari quod palam factum esset. His omnibus adde martyres lapsis litteras non dedisse, nisi absentes, ut constat ex D. Cypriano & Tertulliano ad martyras, & de pudicitia: *Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, a martyribus in carcere exorare consueverunt.* Item *alii ad metalla confugiunt, & inde*
D *communicatores revertuntur.* Item, *ut quisque ex consensione vincula induit, adhuc mollia, in novo custodia nomine statim ambiunt mœchi.* At ecclesiæ reddita pace, quæ causa poterat esse, quamobrem pro lapsis, si qui ea tempestate superessent, coram non intercederent?

Quænam igitur possit esse horum canonum sententia & interpretatio, si quis a me quærat, eam ad litteras communicatorias sive formatas referrem, quas qui peregre proficiscerentur a martyribus, non vero ad literas quas ab iisdem lapsi, ut absolverentur, & in gratiam cum ecclesia redirent, extorquebant. In usu apud antiquos erat potissimum episcopos peregrinis literas concedere, ut quocunque incederent, hospitio a cæteris Christianis, & ab episcopis exciperentur: quo viatico, si muniti & instructi non processissent, jus eis communionis Christianæ denegatum fuisset. Quidam vero reperiebantur (ut ex his canonibus apparet, qui cum peregre e patria abirent, literas illas communicatorias, sine quibus non poterant discedere, a con-
E fessoribus potius, quam a suis episcopis acciperent: quæ prava consuetudo his canonibus tollitur; jubentque patres legitimas ab episcopis (sublatis iis quæ a confessoribus circunferuntur) concedi. Præterea ea quæ supra attulimus, hæc etiam verba in nostram explicationem inclinant, *eo quod sub hac nominis gloria passim concutiunt simplices*, quomodo enim ad literas communicatorias lapsorum, hæc verba accommodari possunt? Nam ex episcopis erant tradendæ, ut earum commendatione lapsi restituerentur. Nemo enim nisi a propriis episcopis absolvebatur, quos quis credat rerum adeo ignaros, ut a concilio simplices vocentur? aut falsis ejusmodi litteris, aut confessorum variis titulis eos potuisse commoveri? Peregrinis vero hæc ipsa verba magis conveniunt, qui quacumque transirent, simplices Christianos & fœminas hac martyrum commendatione poterant concutere, & a simplicibus parochis jus hospitalitatis & communionis emungere. De literis igitur quas peregrini circumferrent, non vero de literis quibus lapsi

lapſi communionē quærerent, hi canones ſunt intelligendi.

Poſtremo alibi oſtendimus, martyrum literas de lapſis reſtituendis, nullum apud epiſcopos, niſi poſt eorum mortem pondus habuiſſe: quod cum ſub Conſtantino accidere non poſſet, ut quiſquam pro fide morte mulctaretur, quis literas ſibi non profuturas, commendationemque efflagitaſſet, quam certo ſciret nullo ſibi uſui futuram?

Sublato nomine confeſſoris, hæc verba nihil aliud ſignificant, quam confeſſorum litteras tollendas eſſe, & alias ab epiſcopis ſubſtituendas, ut ex canone Arelatenſi manifeſtum fit, qui in eandem rem ſancitus eſt.

AD CANONEM XXVI.

SABBATI dies uno excepto immunes olim ab omni jejunio, & tanquam feſtos antiquitus agebant, & tum etiam in Græcia mos ille perdurat, quem Hiſpaniæ patres poſt Romam primos omnium antiquaſſe veriſimile eſt ex hoc canone, & feriæ quartæ jejunia, & ſtationes in ſabbatum tranſtuliſſe.

Superpoſitiones, hoc eſt imponere jejunia, quæ ſolita non eſſent obſervari.

AD CANONEM XXVIII.

QUI *non communicat*, ut hujuſce canonis ſententia explicetur, duo ſunt inveſtiganda, ac primum quinam eſſent non communicantes: poſtremo quænam munera rejicienda dicuntur. Variæ olim erant communionis ſpecies, ſed duas tantum attingam, quæ ad hunc canonem illuſtrandum neceſſariæ videntur, jus communionis & ſocietatis Chriſtianæ, qua qui donatus eſſet corpori Chriſti & eccleſiæ adglutinatus cenſebatur. Altera quæ maxima dicebatur in corporis Chriſti veri & realis, hoc eſt euchariſtiæ perceptione poſita erat. Omnes qui utraque illa communione, aut una earum privabantur, hi non communicantes vocabantur, quemadmodum extranei omnes excommunicati, Catechumeni pœnitentes perpetuæ pœnitentiæ, pœnitentes primi, ſecundi, & tertii gradus: omnes denique pœnitentes qui ad quartum pœnitentiæ gradum pervenerant, quamvis ſacris intereſſent & precum participes eſſent, non communicantes vocabantur, quod euchariſtiæ participandæ jus & poteſtatem non haberent. Item qui ob minus gravia quædam crimina ab euchariſtiæ communione, non autem a prima removebantur: Energumeni, peregrini, & vagantes ſine literis communicatoriis: Clerici ad communionem peregrinam redacti: ii omnes non communicantes appellari poterant. Quod plena & abſolutiſſima ut loquuntur canones communione non fruerentur: horum igitur dona & oblationes eccleſiaſtici (munera enim hoc loco aut privata dona quæ epiſcopis miſſitarentur, aut oblationes quæ altaribus admoverentur & Deo offerrentur, intelliguntur) hoc canone recipere prohibentur: quod arbitrarentur Deum optimum maximum minus ſibi gratam acceptamque hoſtiam & oblationes ejus ducere, qui non poſſet ſacroſancto Chriſti corpore paſci & refici: quid quod Deo oblationem ejuſmodi averſante & deteſtante, ea videri poſſet execratio & deteſtatio, quæ reliquo fidelium gregi non mediocriter obeſſet: deinde oblationes ejuſmodi poſtquam altari oblatæ eſſent, & ſacerdotum ſolemni religione ac precibus adhibitis Deo repræſentatæ, iis poſtea eccleſiaſtici ad victum cibumque utebantur. Quapropter non communicātis munera tanquam inviſa Deo merito rejiciebantur, & a clericis tanquam putida, & quorum odore offenderentur, faſtidiebantur, Carth. 4. can. 93, *Diſſidentium fratrum oblationes non recipiantur.* Ibidem, *horum qui pauperes opprimunt dona a ſacerdotibus refutanda.* Privata quoque munera ab ejuſmodi hominibus non erant accipienda, quod nulli uſui eſſent futura, niſi ad pauperes aut clericos alendos.

AD CANONEM XXIX.

HUIUS *nomen.* Energumenorum oblationes repellebantur; ideoque nomen eorum, neque apud Deum propitiandum adhibebatur: neque ejus mentio ulla in ſacerdotum precibus facta: hæc enim oblatio nominis, erat quædā communionis ſpecies: quæ non niſi ob duas cauſas ſuſcipiebatur. Prima cum precatio ejus cauſa fieret qui ſacro fonte intinctus eſſet, aut abſolutus, aut initiatus, aut in quem collatum eſſet aliquod ſacramentum; ejus ut omnis communionis fieret particeps, nomen Deo in altari offerebatur. Secunda cum ad altare oblationes alicujus deferebantur; cum eo duplici nomine nomina Deo proponebantur, ſeu coram Deo pronunciabantur; hoc eſt nomine ſuo eccleſia nomina eorum Deo commendabat, idque oratione quadam ſeu precatione ſingulari facta. Epiſcopus igitur aut ſacerdos in altari nominatim appellaſſet energumenum oblationis autorem, ac repræſentaſſet, ut ita dicam, eumque Deo precatione commendaſſet: ſed æquum non videbatur qui agitarentur immundis ſpiritibus & qui ab oblationibus removebantur, eorum nomen in altari recenſeri, quod cum iis

A non eſſet ulla ratione communicandum.

Ut ſua manu. In concilio Carthag. can. 91. id illis mandatum præſcriptumque ut eccleſias ipſas verrerent ob id maxime, quod in eccleſiis pernoctarent, ut dæmonum terrore atque metu liberarentur, id teſtante, atque enarrante can 92. ejuſdem concilii: quod hoc canone aut aliquid ſimile vetatur.

AD CANONEM XXX.

OMNIA ferme ea crimina quorum cauſa clerici honore & gradu poterant privari, iiſdem erant impedimento quo minus ad eoſdē gradus & honores adlegerentur, quamvis ea multo antequam promoverentur admiſiſſent. Præterea in hoc canone illud advertas, ut in pluribus aliis canonibus ad ſubdiaconos, & cæteros minores ordines ſeveras prioris illius diſciplinæ leges quæ in clericos ſancitæ eſſent non pertinuiſſe: ſed ad majores ordines epiſcopos, presbyteros,
B & diaconos: quibus cum ſacroſanctum Chriſti corpus poſſent tangere interdictæ eſſent nuptiæ, & cum fœminis conſueſcere. Porro ex pœnitentibus, ex neophytis, ex peregre baptizatis, non poterant adſumi, neque in iiſdem dignitatibus collocari, ſi poſt baptiſmum ſe aliquo crimine vel occulto ſeſe inquinaſſent: lege canonem nonum concilii Neocæſariani.

AD CANONEM XXXII.

PROHIBENTUR omnino presbyteri iſto canone pœnitentiam excommunicatis impertire, quod ſummæ poteſtatis jus eſſet, & quaſi ſupremæ juriſdictionis munus impoſitione manuum peccatori alicui pœnitendi jus concedere: propterea quod hoc ipſo facto excommunicatio tolleretur pœnitentiæ peragendæ facultas & jus concederetur, peccatiſque certa quædam pœna cruciatuſque decerneretur: atque ea cauſa eſt cur canones hanc poteſtatem ad ſolos epiſcopos revocent transferantque: quæ enim major poſſet permitti
C poteſtas quam peccata æſtimandi? Priori igitur hujuſce canonis parte ſtatuitur ut pœnitentia a ſolis epiſcopis imponatur: poſterioris vero non ita lucida & perſpicua eſt ſententia, multaque in ea reperientur ita latebroſa & obſcura, ut ejus ſenſus niſi paulo fuſius, ſingula quæque diſcutiantur, aperiri non poſſit. An hujus extremæ partis ſenſus eſt, conceſſa ab epiſcopo pœnitentia, pœnitentem a presbytero & diacono abſolvi poſſe, ſi periclitari cœperit: an vero excommunicato pœnitentiam concedendam eſſe a presbyteris & diaconis ſi morte præveniatur, antequam ab epiſcopo eandem pœnitentiam potuerit accipere: hæc enim in alium ſenſum non ſunt dicta, neque ad Euchariſtiam poſſunt referri, quod prioribus ſæculis gravioribus delictis, de quibus in hoc canone agitur, non facile ea concederetur: propterea neque in concilio Nicæno, neque tempore concilii Carthaginenſis ſecundi, presbyteri vel cum urgeret neceſſitas non poterant euchariſtiam pœnitenti abſoluto porrigere, (ut ex illius 13. & hujus 4. canone manifeſtum fit) multo magis quo tempore concilium iſtud eſt habitum,
D quando diſciplina euchariſtica ſeverior eſſet, & paulo ut ita loquar acerbior. Supereſt illarum duarum explicationum nunc utra magis conveniat, exponere. Poſtremæ nil magis repugnare videtur, quam quod jus pœnitendi ipſa pœnitentia, re vera nec eſſet, neque a patribus communio appelletur, quamvis eo nomine poſſet venire, cum ea pœnitentibus anathema levaretur, poſſentque dum in ea ſtarent excommunicari, ut loquuntur canones: quapropter ſi eo nomine quamvis minus proprie, a patribus potuerit cenſeri, egregie totius canonis ſenſus cohæret: nam in eundem plane ſenſum vox illa, *Communio*, accipienda videtur, atque prior illa *pœnitentia*: Patreſque ſancire a ſolo epiſcopo petendam eſſe pœnitentiam, non autem a presbyteris & diaconis, niſi inſtante & premente morte. Præterea diaconi hoc officio fungi poterant, & ab excommunicatione, ſi eis juſſiſſet epiſcopus, abſolvere, quæ ſola in hoc canone explicando ſeſe obtrudit difficultas.

Ad peccatorum abſolutionem, extremam hujuſce canonis partem nihil vetat referre, niſi quod diaconi non eo
E jure abſolvendi fruerentur, manuſque non imponerent, ut abſolverent: ſi tamen is ſenſus magis probetur de antiqua illa ceremonia, res eſt accipienda, quæ in eo poſita erat, ut cum epiſcopus manuum impoſitione ad conferendos ordidines, aut abſolutionem dandam uteretur, alii presbyteri & diaconi idem omnino facerent, & præeunte epiſcopo manus imponerent: quiſquis enim primis illis temporibus abſolveretur ei non ſolum ab epiſcopo, ſed a tota etiam cleri turba, & collegio manus imponebatur, qui ritus manuſque impoſitiones adeo religioſe obſervabantur, ut Cypriani nulla major fuerit in martyres & lapſos, qui ab eis veniam peterent, objurgatio, quam quod lapſi communioni reſtituerentur, antequam eis manus ab epiſcopo & clero eſſet impoſita. Pœnitentibus igitur, inſtante obitu, manus presbyteri imponere jubentur, ut abſolvāt, diaconi item, non

non ut absolvant, id enim a presbytero erant consecuti, sed ut multiplici illa manus impositione intelligeretur, in multorum etiam societatem (Christianorum scilicet,) eos esse receptos. Canon igitur de illa absolutione, & manus impositione comitativa loquitur, cum ait, *& diaconum:* ita enim legendum est, & sequenda Garsiæ correctio, quæ particula illa *&*, detracta, hanc, *aut* reposuit.

Placuit agere pœnitentiam, hoc est exomologesim agere apud aliquem, & se meritum fateri cui gravis imponatur pœnitentia.

Necesse est, hæc verba nec congruere, nec consentire videntur cum his, *si ei jusserit episcopus*, nam si necessario pœnitentem debent absolvere presbyteri, aut excommunicato, si morte premantur, pœnitentiam imponere, quamobrem jubentur hujus rei copiam, & facultatem prius accipere ab episcopo, quidum consulitur mors potest occupare pœnitentem aut excommunicatum: quare necesse est concedamus statutum esse his verbis, ut ne quidem morienti liceat presbytero injussu episcopi veniam indulgere. At vero de pœnitentia si mavis illic agi, quam de absolutione, id ita accipiendum, si necessitas & excommunicati valetudo ferant, uti episcopum consulat presbyter, & ab eo jus concedendi pœnitentiam impetret, sin secus, metusque sit ne morte præveniatur, licere presbyteris pœnitentiam imponere quæ in morte, ni fallor, nunquam denegabatur.

Vulgaris editio, quod ad hanc ultimam canonis partem attinet, non omnino rejicienda videtur, *Cogente tamen infirmitate non & presbyterorum & diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis jusser t episcopus.* Olim enim interdictum docet presbyteris, vel etiam in causa necessitatis, absolutionem tribuere sine facultate episcopi: quod si perabsurdum portentique simile videatur, pœnitentes sinere sine absolutione ex hac vita demigrare, sanctum Innocentium adeat, & ultimum canonem Arelatensis concilii primi, primum & secundum Sardicensis, tertium Valentiæ in Francia, & omnes hujus concilii canones qui hæc habent, *nec in fine accipiant communionem* Videturque vulgata editio atque etiam emendata, si de absolutione accipiatur, non discedere ab ejus concilii severitate, & tempore quo celebratum & indictum est: eoque respexit concilium Nicænum, cum præfinitum stabilitumque ab eo est, uti premente necessitate liceat, vel sine episcopi facultate absolutionem dare. Can. 13. *Ut si quis vita excedat ultimo & necessario viatico, absolutione minime privetur.* Unde argumento est ante concilium Nicænum aliud fuisse factitatum, saltem non sine probabili conjectura id tueri possumus.

Cogente infirmitate, quia non cogente a presbyteris nunquam absolvi poterant, quod in ecclesia palam absolverentur pœnitentes, aut pœnitentiam acciperent excommunicati: officiaque omnia, quæ publice fierent, fungerentur episcopi.

Communionem; absolutionem, aut pœnitentiam, hanc raro, illam frequentissime hoc nomine vocatam reperies, vel etiam de utraque simul in hoc canone potest explicari: moribundis enim eadem benedictione jus pœnitendi una cum pace relaxabatur.

Si ei jusserit sacerdos. Episcopus: ex iis liquet pœnitentiam imponere, absolvere, & his similia ita aliena fuisse a presbyteris, & præter eorum auctoritatem, ut ea curare atque iis sese immiscere, nisi jussis, non liceret.

Totius canonis is est sensus: pœnitentia a solis episcopis: eadem vero vel absolutio moribundo poterit a presbyteris indulgeri, si ab episcopo mittantur.

AD CANONEM XXXIII.

RIDICULE hunc ita quidam interpretantur quasi eo prohibitos clericos, ne ab uxoribus abstinerent, & verba accipienda essent, ut sonant, *prohibere abstinere se a conjugibus*, sed tanta & tam antiqua ea de re decreta reperiuntur, ut nihil ambigui in hoc esse possit.

In totum, omnibus omnino clericis, non vero *omnino*, quasi ante hoc interdictum aliquo tempore cum uxoribus consuescere potuissent.

AD CANONEM XXXIV.

HIC canon illius concilii difficillimus sane crucem fixit interpretibus, vix ut aut ne vix quidem explicari evolvique possit, quo factum est, ut perridiculas & valde absurdas explicationes interpretes excogitarint: ideoque mihi magnopere metuendum, ne mea deterior sententia existimetur. Id autem omnino statuendum est quod refelli a quoquam non possit, Christianos prisci temporis in cœmeteriis versari & commorari solitos: ibique dies noctesque præconiis persolvendis transigere, canone qui sequitur id comprobante, ideoque rejici non posse quod dicimus, ob eam maxime causam, quod tam multa tamque insignia ederentur miracula, Deo id confirmante, quod ibi reliquiæ sanctorum in illis cœmeteriis sub altaribus conquiescerent. Ego autem facile adducor, ut credam concilii illius patres opinionem mentemque Tertulliani, D. Cypriani, & eorum qui ea ætate florerent sequutos qui animas martyrum sub altaribus hærere & habitare, ibique dum eorum mortem Deus ulcisceretur, expectare senserunt: atque adeo verba illa capite 6. Apocalyp. ad verbum intelligi ac recipere, Divum Cyprianum de lapsis, *Sub ara Dei animæ occisorum martyrum clamant magna voce dicentes, quousque domine sanctus & verus non judicas & vindicas sanguinem nostrum de iis qui in terris inhabitant? & requiescere ac patientiam adhuc tenere jubentur: & quemquam posse aliquis existimat remittendis passim donandisque peccatis bonum fieri contra judicem velle, aut priusquam vindicetur ipse alios posse defendere* Quibus credere videtur martyrum animas sub aris quiescere: idem de bono patientiæ, *Unde etiam clamantes martyres; & ad vindictam suam dolore erumpente properantes expectare adhuc jubentur, & temporibus consummandis, implendisque martyribus præbere patientiam, & cum aperuisset, inquit, agnus quintum sigillum, vidi sub ara Dei animas occisorum propter verbum Dei & martyrium suum, & clamaverunt voce magna dicentes.* Idem ad Quirinum, libro tertio, *Et cum aperuissem quintum signum, vidi sub ara Dei animas occisorum propter verbum Dei, & martyrium suum.* Tertullianus de resurrect. carnis, capite 25. *Etiam in Apocalypsi Ioannis, ordo temporum sternitur, quem martyrum quoque animæ sub altari ultionem, & judicium flagitantes sustinere didicerunt, ut prius & orbis de pateris angelorum plagas suas ebibat. & prostituta illa civitas a decem regibus dignos exitus referat, & bestia antichristus cum suo pseudopropheta certamen ecclesiæ Dei inferat, atque ita diabolo in abyssum interim relegato, prima resurrectionis prærogativa de soliis ordinetur: dehinc & igni dato universalis resurrectionis censura, de libris judicetur.* Idem de anima, capite octavo, *Sol enim corpus, siquidem ignis, sed quod aquila confiteatur, neget noctua, non tamen præjudicans aquilæ, tantundem & anima corpus invisibile carni si forte, spiritui vero visibile, sic Ioannes in spiritu Dei factus, animas martyrum conspicit.* Idem adversus Gnosticos, capite undecimo, *Sed & interim sub altari martyrum animæ placidum quiescunt, & fiducia ultionis candidum claritatis usurpant, donec & alii consortium illarum gloriæ impleant.* Quoniam autem cereis ardentibus, igni, fumigationibus, spiritus divexari experientia ipsa animadverterent: atque in eos magnam virtutem habere vim ignis: haud scio an illi patres vetuerint admoveri cereos ardentes, ne animæ sanctorum quæ sub altari permanerent, admoto igne inquietarentur: non alia mihi explicatio occurrit; quæ potest vel inde refelli quod huic concilio errorem affingat. Sed huic objectioni respondetur in concilio totius Africæ, Numidiæ, Mauritaniæ, patres decrevisse hæreticos esse rebaptizandos.

Quid in hunc canonem scripserit Mendosa mihi non est compertum[a], sed Garsiæ interpretatio potest admitti: Sanctorum quippe nomine accipiendi sunt fideles, quorum spiritus, dum orationis causa ad ecclesiam adveniunt inquietantur frequentia, & cura immodica cereorum ardentium.

[a] Inquit Albaspineus: nos postea omnibus pandemus.

AD CANONEM XXXV.

MULTI in sepulchris martyrum curabantur, multaque alia fiebant miracula quorum causa ad eadem sepulchra dies noctesque morabantur. Tertulliani quoque ætate, vel ante Tertullianum, tantus ad ipsa martyrum sepulchra Christianorum fiebat concursus, ut ea re indignati Gentiles, areas Christianis eriperent, hoc est loca ubi corpora martyrum deponerentur, *Areæ Christianorum non sint: areæ eorum non fuerunt, merces enim suas non egerunt:* ad Scapulam.

AD CANONEM XXXVI.

DE picturis, & tabulis, non vero de signis aut statuis hic agitur: & de picturis quidem, non quibus sancti & martyres, sed quibus Deus ipse ipsaque Trinitas repræsentaretur: illi siquidem non adorantur. Vetant igitur Deum in parietibus depingi, ne scilicet quem Gentilibus & catechumenis immensum, omnipotentem, invisibilem, æternum, incomprehensibilem, spiritualem, corporis & materiæ expertem & immunem prædicarent, eum ipsi Gentiles, & cathecumeni in ipsorum ecclesiis lineis, & coloribus circumscriptum & comprehensum cernerent. Ne igitur divini numinis majestas minueretur, & aliud de Deo depingeretur, quam prædicarent, & quem supra homines extollerent humana specie depictum oculis objicerent; vetant ne in ecclesiis Dei imagines suspendantur: hæc ad sanctorum imagines nullatenus pertinent. Ad hæc ex apologeticis pro christianis, ex Tertulliano & Minutio discimus, varios deos deorumque formas Christianis Gentiles finxisse, ut quisque ex eorum ritibus aliquid hausisset, aut aliquid in eorum ecclesiis adnotasset: ita vulgatum solem

eos adorare, quod diebus solis frequenter in ecclesias convenirent: res turpes eosdem colere suspicio fuit, quod ad pedes episcoporum volverentur pœnitentes. Ne igitur in mentem Gentilibus veniret Christianos, hominem aut Deum humanæ speciei similem adorare, si humanas facies in eorum ecclesiis intuerentur, Deum vetant in eis depingi.

AD CANONEM XXXVII.

Eorum qui ab immundis spiritibus infestarentur duo erant genera, quidam perpetuo agitabantur, alii lucidis intervalis gaudebant: in prima canonis parte dandum illis baptismum, aut communionem si mori eos contingeret: hi a communione, si contra disciplinam quidquam faciunt, aut lucernas accendunt, pelluntur: sed quorsum hæc verba, aut quamobrem de lucernis potius quam de quavis alia re meminerint? Scimus Christianis interdictum in festis Gentilium lucernas accendere, sed nescio cur hoc canone id energumenis potius, quam aliis prohibetur, neque id conjectura ulla aut divinatione assequi possumus.

Ad eos etiam qui perpetuo vexarentur extrema canonis referri possunt, qui etsi neque eucharistiam adirent, neque in communionem precum vocarentur, excommunicari tamen poterant, hoc est funditus ab ecclesiæ aditu repelli, neque ad preces & supplicationes fundendas adhiberi, neque ut expiarentur admoveri: neque enim, communione si quis precum aut altaris privabatur, propterea eum excommunicatione perculsum fuisse existimandum est: ut de energumenis dici potest in quos anathema non contorquebatur: quid enim tali pœna, aut excommunicatione dignum præstiterant, aut quo se peccato polluerant? ii tamen a communionibus secernebantur.

AD CANONEM XXXVIII.

Hujus canonis sensus est, si qui catechumeno terra vel mari certo occumbendum sit: posse eum a laico sacro fonte ablui, si copia sacerdotis non sit: neque vero canon iste nisi sola catechumeni necessitate commovetur, hoc est non ait, si in morte catechumeni, unus laicus tantum adesse videatur, imo contra subintelligi vult, si plures laici tali tempore non defuerint, tum statui omnino vult, unus ut e laicis, qui nondum pœnitentiam exolverit, neque bigamus fuerit, baptiset: idque ob eam rem, quod neque sacerdotes pœnitentiam peragere, neque ea perfecta, absolutaque ad id eligi, neque bigami esse poterant, quas quidem conditiones in uno laico qui baptiset, requirit ille canon, quod eo modo sit sacerdotis partes acturus, si tamen tunc temporis intervenisset bigamus, unus tantum idemque pœnitens, canon ille decrevisset, vel si illa omnia impedimenta sese obtulissent, ab eo potuisse sacrum baptisma conferri.

Qui lavacrum sacrum integrum habet. putarim ista verba id indicare qui post lavacrum non peccarit, neque pœnitentiam ullam subierit: quod peccato post baptismum commisso, omnium, ut ita loquar, gratiarum ac beneficiorum quæ acceperat, jacturam faceret: ideoque baptismum eius qui deliquisset, non integrum, aut incorruptum videri amplius; quod ex illo divinæ gratiæ, qua instructus erat, quasi gradu excidisset: Patres autem iisdem propemodum loquendi formulis abundant, asseruntque qui lavacro inito non peccant, eodem omnino candore vitæ & sanctitatis eos conspicuos esse, quem baptismi beneficio acceperant: peccato autem intromisso candorem illum penitus inolescere & abstergi.

Ut per manus impositionem, ut confirmetur: confirmatio enim perfectio vocatur Christianorum.

AD CANONEM XXXIX.

Gentilibus, qui in mortis discrimine baptisati essent manus ab episcopis imponendæ, & confirmationis sacramento signandi, si probi fuerint moresque consimiles fidei Christianæ habuerint. Nam si ex more turpissimorum hominum anteactam vitam duxerint, non sunt confirmatione perficiendi, quantumvis omnibus vitiis & flagitiis carerent, & omnem extra noxam censerentur. Hunc ego sensum & explicationem confido patres ipsos Eliberitanos agnituros pro legitima & pro nata, contra vero quam de baptismo nonnulli asserunt tanquam suppositiam repudiaturos, si utramque aspiciunt. Quis enim unquam potuit dubitare an gentiles essent in morte baptizandi? Quis unquam docuit baptismum iis in morte denegandum esse, quorum vita non fuisset honesta? Porro ubinam reperient baptismum manus impositionem nominari, & isto nomine a patribus appellari? Sed aiunt monere titulum ita hunc canonem esse accipiendum, *Gentilibus, si in discrimine baptisari expetunt*, movere quoque & suadere hæc verba, *& fieri Christianos*, Gentilisque nomen, quo qui essent confirmandi nunquam appellarentur. Hæc adversum nostram explicationem non magnopere faciunt. Nam non constat, a quo, aut quando tituli appositi sint: Christianique nomen etsi baptisatis datum, propriam tamen hujusce vocis vim & significationem confimatos indicare alibi observavimus, quod Spiritu sancto ejusque caritate in confirmatione ungantur & illiniantur, Christoque similes efficiantur, qui a Spiritus sancti unctione Christus appellatur: Gentiles autem hosce vocarunt patres, quamvis essent baptisati, ut de catechumenis, qui in infirmitate baptisarentur, non agi docerent. Et quemadmodum canone quadragesimo sexto vocant apostatas fideles, ita hoc loco nominant baptisatos Gentiles: non quod essent Gentiles, sed cum in catechumenatu non stetissent, fideique elementa non essent edocti, ideo Gentiles vocantur, nam alio nomine non poterant nominare & appellare ejusmodi Gentiles qui extra ordinem & sine catechumenatu essent baptisati. Quamobrem autem statuerint patres Eliberitani, ut Gentiles, qui in infirmitate baptisati essent, confirmarentur, ea potuit esse causa quod post confirmationem subinde nullaque interjecta mora eucharistia confirmatis tribueretur. Quidam igitur non existimabant eam satis tuto & consulto eius fidei credi & committi posse, qui in rebus Christianæ religionis, & in ejusmodi mysteriis parum esset eruditus, nam ad vanitatem ea accepta poterat redire, ejusque mysteria, & arcana divulgare. Præterea mysteriorum participes hos esse nolebant, qui turpem vitam exegerant, ne recuperata sanitate, animus prava consuetudine & cupiditate detentus, ad eadem vitia facilius relaberetur, & indumentum Spiritus sancti ipsumque Christum exueret.

Gentiles. Pagani, qui ne morte interciperentur, extra ordinem baptisati essent, & antequam in catechumenatu erudiri possent.

Si in infirmitate. nam si mortis metus non urgeret, erudiendi erant antequam confirmarentur, aut baptisarentur.

Desideraverint. non petentibus manus non erat imponenda, quod baptismo satis ad salutem præsidii consecuti essent.

Manum imponi. confirmari, nam de ea manus impositione, quæ pro ritu & ceremonia in baptismo usurparetur, illi egregie hallucinantur, qui interpretantur: quasi ea indignus ille videri potuisset, cui ipsummet baptismum collatum esset.

Fieri Christianos. unctione scilicet & sancti Spiritus infusione, ut loquitur D. Cyrillus Hierosolymitanus.

Cæterum in concilio Arelatensi primo can.6. idem omnino statuitur. *De his qui in infirmitate credere volunt placuit, debere iis manum imponi.* Hoc est iis qui in infirmitate volunt baptisari confirmatio quoque tribuenda.

AD CANONEM XL.

Ex poëtis illud haurias e terræ frugibus diis suis libare, & offerre solitos ethnicos; quod per canonem Christianis facere non licet.

AD CANONEM XLI.

Privatos domi deos, & parva simulacra colebant: Suetonius in Domitiano, *Puer qui cura Larium cubiculi ex consuetudine assistens.* hoc igitur canone admonentur patresfamilias ne domi a servis aut liberis hæc haberi & coli sinant: si vero id præstare nequeunt, ne ab eis deferantur & accusentur, nihil illis immolent.

Si vim metuunt servorum. verba ista non dubitanter astruunt, concilium illud difficillimis persecutionum temporibus atque adeo ante Constantinum convocatum: nam nominis delationem per servos suos fieri non exhorruissent, si impunitate proposita potuissent ad arbitrium religionem quamlibet amplecti & tueri.

AD CANONEM XLII.

Canone isto patet catechumenatus tempus biennii spatio contractum & definitum.

Ad fidem primã credulitatis accedunt. ita loquuntur patres & canones Arelatenses qui credere volunt: in hoc concilio, can.44. *Si postmodum ad credulitatem venerit*, si ad Christi fidem venerit, si se in Christum credere velle dixerit, si se erudiri rogaverit; hæc in eandem sententiam accipienda, *ad fidem primam credulitatis*, qui de Christi fide doceri cupiunt: *qui primis fidei rudimentis* imbui cupiunt.

Si bona fuerint conversationis, si faciant in ipso catechumenatu, quod fidei Christianæ tyrone dignum sit.

AD CANONEM XLIII.

Non omnino liquet hoc canone decretum diem dumtaxat pentecostes, an quinquaginta post pascha dies celebrandos: vulgaris lectio de solo pentecostes die, emendata totos quinquaginta dies festivos habendos statuisse videtur, his adjectis, *non quadragesimã, nisi quinquagesimam*. Preterea certũ est superioribus temporibus pentecostes non

unicum

unicum diem; a paschate ad pentecosten totos dies a Christianis celebratos. Tertullianus; *Excerpe singulas festivitates nationum, vix pentecosten implere poterunt.* Nicænum quoque concilium, eosdem quinquaginta dies solemnes fuisse indicat, vetitis adgeniculationibus. Quapropter in eam potius sententiam hunc canonem acciperem, ut dies quinquaginta, quam unicum pentecostes diem observandum statuat; verum qua ceremonia quinquaginta illi dies traducerentur, non liquet: non cessatione operarum; neque enim credibile videbitur, tenuiorum sane & inopum causa; quos ab intermissione laboris Pagani facile internoscere potuissent, quapropter potius existimarim, quantum ego conjicere possum, dies illos celebrari & agitari consuevisse, publicis de more missarum sacrificiis, eucharistiæ quoque sumptione sanctissime obita, aut elogiis recitandis. Addo etiam commune quoddam, & publicum gaudium quo elati jejunare desinerent, Deumque stantes omissa genuflectione, laudibus & hymnis extollerent, & benedicerent.

AD CANONEM XLIV.

NONNULLIS venerat in mentem subdubitare, num fœminæ illi quæ se flagitiis criminib usque implicasset, catechumenatus tempus prorogandum esset, quod in expiatione flagitiorum poneretur. Canon autem præscribit eodem temporis intervallo, quo alii catechumeni retineri posse: & illud *incunctanter* non indicat eodem puncto momentoque temporis recipiendam. Nam aliæ, quæ non ita scelerate flagitioseque peccassent ante catechumenatum, non eodem tempore quo ad ecclesiam se conferrent, recipiebantur.

AD CANONEM XLV.

QUÆ tandem res ista seu quæstio, quæ hoc canone disceptatur? utrumne id in eo constituitur, baptismus ut catechumeno apostatæ, ut ita dicam, non denegetur simul atque sese obtulerit, tametsi non se legibus catechumenatus alligandum tradiderit, si testificationibus verissimis comprobarit alias se catechumenatus tempus præfinitum traduxisse: id sane credibile non est, quod fidem faciat canon ille, cum in eo de uno quodam, qui paganismum olebat (vetus inquam homo habebatur) disseritur, qui quod longo intervallo a Christiana fide defecerat, penitus paganus & ethnicus existimabatur, eratque. Neminem autem fugit, non ante quemquam paganorum sacro fonte ablui solitum, quam institutus instructusque esset, & salutaribus catechumenatus legibus eruditus perpurgaretur. Accedit eodem, quod si catechumeno ob flagitia & crimina in ipso catechumenatu perpetrata, catechumenatus tempus protraheretur, probatius multo futurum, ut catechumenus apostata qui idololatriæ sese scelere obstrinxisset, & catechumenatum suum, ipsamque ecclesiam per infinita tempora deseruisset, iterum catechumenatus curriculum, quod alias percurrisset, conficeret.

An vero præscriptum, uti ad baptismum suscipiendum catechumenus apostata, ipso prius catechumenatus curriculo decurso recipiatur; ac si alias nunquam in ipsum ingressus esset; sed testimonium seu argumentum, quod canone ipso desideratur, ei adversatur penitus. Quorsum quæso ut inter catechumenos reponeretur, necesse esset prius recognoscere; fueritne aliquando e catechumenorum numero? Deinde nulla conditio requirebatur in eo casu: sive enim id testimonio aliquo confirmari posset: sive nulla testificatio proferretur: ne vitiis atque flagitiis coopertus quisquam repelli poterat, aut excludi a catechumenatu aut a baptismo. Neque enim ecclesia unquam eo de facto dubitavit. Quid, quod facile est videre non aliam ob causam illam testimonii authoritatem comparari, quam ut apostata ille sublevetur, & patrocinio quodam fulciatur. Quod tandem beneficium, aut gratia illa dici potest ejusmodi hominem inter catechumenos reponi; cumque interim baptismo privari, donec plenum atque integrum catechumenatus temporis spatium ac si in eo nunquam stetisset, decurrerit?

Quicquid tandem afferatur, non satis ad testes accommodari poterit, neque si dicas quorumdam fuisse sententiam ejusmodi apostatas diutius, quam ceteros catechumenos, in ipso catechumenatu detinendos, quod a fide defecerant, patresque hanc nimiam in eos acerbitatem sustulisse, catechumenatumque eis duorum annorum, & non amplius eis præscripsisse: si modo testes inveniri possent, qui eos olim catechumenos fuisse affirmarent. Sed quid opus erat testibus ad confirmandum eos olim fuisse catechumenos, cum id ipsum in hoc canone supponatur, & detur, & de his agatur qui fuissent catechumeni. Nihil opus est probatione ad evincendum quod ita esse ponitur: imo ut levius castigarentur, contrarium potius erat probandum eos scilicet nunquam fuisse catechumenos; quia ob hanc maxime causam erant invisi & puniendi, quod ab ecclesia descivérant.

Quæ me res eo prorsus pellicit impellitque, ut nihil eorum quæ dixi, in canonis illius sensum intelligentiamque quadrare putem; sed existimarim agi de catechumeno apostata, qui mortis insperatæ discrimine interceptus, baptismum peteret, & cui ante vox intercluderetur, quam ad eum accessisset presbyter: id si ita sit, omnia canoni consonant consentiuntque: omnibus quippe canonibus passim legas desiderari testimonium aliquod quo ii baptisentur, quibus erepta vox est: non secus atque requiritur, pœnitentium maxime causa, aut excommunicatorum, quibus hoc ipsum incommodum obtigisset, canone 76. concilii Carthaginensis quarti. *Qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam; & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Canone 12. Arausicani primi, *Subito obmutescens, prout statutum est baptisari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.* Leonis epistola 89. ad Theodorum Forojuliensium episcopum, *Quod si aliqua ægritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium consequantur, servata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas qui in Deum a fide discedendo peccarunt.* Quibus locis, patres eos esse baptisandos quemadmodum statuunt qui morbo obmutuerant, si reperiantur qui testimonium dicant, iisque verbis utuntur, *si testimonium aliorum verbis habet.* Item, *Dent testimonium qui eum audierint.* Item, *Testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt:* Non aliter hoc canone moribundi, & muti baptisari jubentur. *Si eum de clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, ac testes aliqui extiterint fideles*, quorum scilicet fide & testimonio opus erat, ne invito & non petenti, Christi sacramenta præberentur.

Huic explicationi non minimum repugnare videntur hæc verba, *eo quod in vetere homine deliquisse videatur*: quid enim attinebat eius culpam minuere, cujus nullum tam grave facinus extare poterat, quod baptismi gratiam impediret? Sed quidquid tandem in hunc canonem dixeris, ea ipsa verba non minus obstare reperientur. Præterea magnum erat inter catechumenos & Gentiles discrimen, horum levia ducebantur flagitia, illorum tametsi non omnino censerentur Christiani, gravius puniebantur, quam Gentilium: neque aliunde id potuit accidere quod quidam dubitarent an essent baptisandi, qui ejurata fide ad idololatriam rursus & deorum cultum animum applicarant: neque ita ratio dubitandi aliena erat ab austera severaque disciplina temporis illius, quo concilium indictum est. nam cum iisdem temporibus; & ob easdem causas absolutio apostatis qui immolarant in morte denegaretur, iisdem judiciis hos apostatas catechumenos feriendos esse, erant qui suspicarentur: quod dubium tollitur hoc canone atque eodem docent patres in catechumenis apostasiam minus flagitiosam videri, quod non essent Christiani, & errore atque ignorantia ducerentur, & peccarent.

Nunquam ad ecclesiam accesserit. desierit esse catechumenus.

Cognoverit esse Christianum. voluisse esse Christianum ita legendum ex vulgari lectione: hoc est si quisquam audierit baptismum eum antequam obmutesceret petiisse.

Eo quod in veterem hominem. vulgaris, *in vetere homine*, & melius: nam quidquid peccarant antequam ad fidem accederent, Christumque agnoscerent Gentiles id in vetere homine, in Adamo, & in statu ignorantiæ factum & admissum accipiebatur, atque adeo eorum peccata involuntaria vocabantur. His igitur, *vetus homo*, paganum designari putes. Ita loquuntur scriptura, patres, concilia. Tertullianus de pudicitia, *utroque homine purgatus* pagano & hæretico: S. Leo epistola 91. *a conditione veteris hominis liberari.* Aiunt igitur catechumenum qui per infinita tempora militiam Christianam tyrociniumque deseruerit baptisandum esse, ejusque apostasiæ peccatum a Gentili, non a fideli commissum censeri debere.

AD CANONEM XLVI.

PRÆCEDENTI seu superiori canone quid fieri agique oporteat contra apostatas catechumenos, ut ita dicam, actum, & disputatum: hoc autem quid contra apostatas fideles: atque hoc præcipue ut decem annorum pœnitentiã facere cogantur, si diis immolarint: alioquin concilium illis vel in ipso exitu seu morte absolutionis spẽ eripit.

Si tamen

Si tamen aliquando fuerit reversus, ante mortem scilicet, A nam si in infirmitate & solo mortis metu veniam flagitarent, repellendi erant omnino, canone ultimo Arelat. concilii primi.

Nec fuerit idololatria. nam si scelus geminasset, ut loquuntur, ne in morte quidem erat in gratiam restituendus.

AD CANONEM XLVII.

DETUR *ei communio.* absolvatur.

Ulterius non ludere. absolutio ei in morte deneganda. Ex iis liquet unicam olim post baptismum fuisse pœnitentiam, & eum perpetua pœnitentia puniendum qui impetrata venia rursus ad eadem relaberetur: idem canone tertio.

Communio pacis. communio, communio pacis, communio fraternitatis, absolutio, simplex reconciliatio, & similia ejusdem sunt significationis.

AD CANONEM LIV. B

IN *gravi crimine.* hæc lectio mihi magis arridet, quia magis consentanea rationi: rationem quippe continet, quamobrem parentes omni culpa & crimine liberat, quia cum qui matrimonium contraxerant sponsi & sponsæ, fidem datam perfregerint, parentes & agnati omni culpa vacant.

AD CANONEM LV.

SACERDOTES. Sole meridiano clarius est de Christianis, qui paganorum sacerdotes essent, verba fieri: non autem ut quidam existimant de his qui antequam Christianam fidem complexi essent, eo sacerdotum officio fungerentur: unde conjicias non obscure confirmari ea, quæ prioribus canonibus attulimus, in iis de flaminibus disputari, qui Christiani essent: non autem qui essent. neque enim unquam per canones videas ea castigari peccata, quæ ante baptismum committerentur: quin neque canon, neque locus ullus, neque auctoritas patrum afferri potest, quæ id C probet. Plurima autem variaque erant idololatriæ genera apud Ethnicos: ideoque præter canones supra citatos patres illi, genus aliud animadversionis aut pœnæ decreverunt in sacerdotes paganorum, tametsi aliud nihil quam coronam gestarent, neque ullos, quo diis honos persolveretur, sumptus facerent.

AD CANONEM LVI.

UNO *anno.* quod duumviri, non ultra annum unum, magistratum protraherent.

AD CANONEM LVII.

SUSCIPI aut confici peregrinationes, & itinera non poterant sine literis communicatoriis, aliter jure hospitalitatis caruissent, quod a Christianis usurpabatur: neque ad communionem admitti eos fas erat: hic autem mos invaluerat, ut episcopi in iis literis, quas viatores episcopis legendas offerebant, adscriberent diem illum, quo illi D diœcesim obiissent: & quemadmodum se in ea gessissent: atque ista ratio suscipiendi viatores, agendique cum illis, eo pertinebat, ne cum peccatoribus commercio aliquo communicarent: quis enim non intelligit eos toto illo itinere perficiendo peccare, suoque congressu ac societate in eamdem turpitudinem eos, qui nec opinantes, aut cogitantes, cum iis versati fuissent, potuisse pertrahere? Hoc autem ex hoc canone collige viatores literas communicatorias non solum episcopis, sed & ecclesiarum rectoribus, aut quacumque transirent, obtulisse; verum simile tamen est ab aliis præterquam ab episcopis, nil quicquam in ipsis literis adnotatum.

AD CANONEM LIX.

ARBITROR ita legendum esse *causa sacrificii.* subintellige *videndi.* nam si animo sacrificandi interfuis- E sent, atrociori supplicio afficerentur, neque in morte iis ad communionem aspirare liceret.

Quod si fuerit. si ad Capitolium ascenderit, ut sacrificio interesset, neque tamen illud aspicere, aut intueri ei licuerit, pari pœna supplicioque mulctetur, atque illud si oculis usurpasset, cum eius voluntas fuerit ut videret: neque vero sensus sententiaque ita perspicua manifestaque, si de iis sermonem fieri dicamus, qui sacrificandi causa eo pergerent, qui tamen non sacrificarent, quique tantum id a se visum esse & spectatum lætarentur, quia nec in morte communione erant donandi, qui sacrificarant, ut ex primo canone constat.

AD CANONEM LX.

IN *numero eum non recipi martyrum.* Ex D. Cypriano colligitur annua die memoriam olim martyrum celebratam, nam actis publicis inscribebatur quo quisque die martyrium subierat: Ex hoc canone non solum neminem post mortem in eorum relatum esse numerum nisi ex præscript & mandato ecclesiæ, sed eam etiam eosdem martyres coluisse, & precibus prosecutam esse. quamobrem enim eorum causam habuisset, nisi ut falsi & pseudomartyres non colerentur.

AD CANONEM LXI.

ET *ipsa fuerit fidelis.* quia si ea Gentilis fuisset, geminato scelere, legibus graviores pœnas dedisset.

AD CANONEM LXIII.

ZEPHYRINI edicto, mœchia, tum paulo post homicidium, veniam post longam pœnitentiam impetraverez sed hujusce concilii tempore, qui utriusque hujus criminis reus deprehendebatur, nec in fine paci ecclesiæ reddebatur: sceleris geminatio aut repetitio, vel in extremo vitæ periculo communione indigna videbatur.

AD CANONEM LXV.

CLERICI. lectores scilicet, exorcistæ, & ejusmodi minorum ordinum ecclesiastici, qui cum uxoribus una manere poterant.

AD CANONEM LXVII.

QUI tituli hujusce canonis fidem & auctoritatem sequeretur de maritis catechumenarum eum agere existimaret, multumque solicitus esset quamobrem vetaret catechumenas comatis & cinerariis nubere: puellis enim quæ essent in patria potestate id vitio aut fraudi verti nō poterat. præterea & si genus esset aliquod vitii aut peccati hisce rebus nimium studere, tam grave tamen videri non potuit, ut ejusmodi hominum uxores alieni delicti pœnas darent. Ad hæc cum Gentilibus non liceret filias locare, in maritos potius quam in uxores erat animadvertendum: ex quibus perspicere licet de maritis catechumenarum mentionem hic non esse, sed de viris, quos nonnullæ mulieres in deliciis haberent.

Comatos aut viros cinerarios. non immutanda hæc lectio, mulieres enim intemperantes & paganæ, illarum maxime regionum, quæ solis æstu ardoreque torrentur, ut Hispaniæ, Africæ, Ægypti, & aliorum locorum, evocare ad se solebant aut inter servos habere externos, ut Germanos, & e Gallia petitos viros, quibus natura ipsa elegantiorem formam speciemque cæli & solis clementia induxerat, quam iis qui propius a vehementissimo calore abessent: atque ob eam causam maxime, ut ad libidines explendas eorum opera abuterentur. Tertullianus ad uxorem libro secundo exprobrat viduis, easque criminatur, quod paganos opibus affluentes elicere malint quam pauperes, & tenuis fortunæ Christianos, quo facilius sumptus faciendos sustineant; *bonum exhibendæ sellæ & mulabus & cinerariis peregrinæ proceritatis.* Clemens Alexandrinus catechumenorum institutor ac doctor eam consuetudinem vituperat. Canon igitur vetat, ne Christianæ catechumenæ mulieres ethnicorum morem æmularentur, servosque comatos haberent, qui dominæ impudicitiam exprobrarent.

A communione arceantur. catechumena a communione & a societate fidelium non poterat arceri; sed ab ecclesia & a catechumenatu.

AD CANONEM LXVIII.

PAULO altius idem concilium communionem adimit vel in morte Christianæ mulieri, quæ in idem peccatum prolapsa fuerit. hic contra catechumena non nisi prorogationem catechumenatus pœnæ nomine sustinet.

AD CANONEM LXIX.

SUNT qui probant ex hoc canone *reconciliare*, nihil aliud olim fuisse quam communionem dare. & recte. nam multa sunt quæ hanc explanationem comprobant: sed cum aiunt, communionem, eucharistiam significare, veteresque sacramentum reconciliationis cum sacramento eucharistiæ semper conjunxisse, aut communione eucharistiam semper intelligi; errant meo judicio, atque huic opinioni subscribere non possum. nam tertio pœnitentiæ gradu pœnitentes & subsistentes communicabant erantque reconciliati, qui eucharistiæ non participarent.

AD CANONEM LXXII.

FUERIT *mœchata.* vidua potest mœchari cum homine conjugato.

Acta legitima pœnitentia. illa vocabatur legitima, quæ omnes pœnitentiæ gradus, vel tres minimum pertransiret; & in unoque bona fide & ex animo pœnitentium ritus & ærumnas pateretur.

Vel si fuerit fidelis ille quem acceperit. hoc ita intelligo, si relicto viro alium & fidelem duxerit, fidelis ille decem annos communione privetur. Hæc mulcta viro non mulieri

lieri imponitur; nam in minori non erat culpa, si fideli quam si Gentili nupsisset.

Post decem annos. quibus rebus toto hoc tempore vacarent, aut quot eis annos in unoquoque pœnitentiæ gradu standum & morandum esset, non præscribunt, quod ni fallor, id episcopi arbitrio permitteretur, cujus partes animos pœnitentium observare, & ita tractare ut ad exitum pœnitentiæ pervenirent, & graduum moras & discrimina præcipiti festinatione non confunderent.

AD CANONEM LXXIII.

DELATOR, qui ad judices seculares Christianos deferebat, quique eos eo nomine accusabat; verba ista *proscriptus & interfectus*, aperte coarguunt, ita rem se habere: neque enim unquam, quemquam ecclesia aut proscribit, aut morte mulctat: hoc propterea dixi quod cum de falsis testibus, aut delatoribus in canonibus agitatur, id de peccatis potius quam de criminibus, & de ecclesiasticis quam de judicibus & magistratibus accipiendum sit.

AD CANONEM LXXIV.

VERA editio vulgaris multo melior, quam Garsiæ: neque enim sententia ulla, aut sensus canonis illius ex ejus editione elici potest: meo quidem judicio, canone illo agi videmus de iis qui apud episcopum, aut clerum aliquos insimulant peccati, aut flagitii alicujus admissi: ut verba illa, *non probaverit conventui clericorum*, *aut in conventu clericorum*, clarissime demonstrant, primaque illa canonis ejus parte differi de modo, quo puniendi sunt, qui falsum crimen & peccatum innocentibus coram ecclesiasticis obtrudunt. In secunda quemadmodum ii castigandi sunt, qui diutius accusationem protulerint, quamvis accusationis suæ crimina illata probent, quod sua illa dilatione seu procrastinatione forsan contigerit, ut peccati contagione seu labe contaminatus aliquis, aliis fidelibus suo congressu labem intulerit, & cum eis communicaverit. In ultima parte de iis qui non falsum testimonium quidem attulerunt, sed cum aliquem deliquisse criminentur, id argumentis signisque verissimis probare non possunt. Quo fit, ut tota ista vivendi disciplina ratioque accuratius multo solertiusque alibi suo loco cum otio pertractanda videatur. Ideoque canone illo præcedenti delatores, *nec in fine accipiunt communionem*, & in ipso, falsi testes ipsi levius humaniusque tractantur, quod uno canone de judicibus secularibus, altero de ecclesiasticis agatur.

Falsus testis. qui coram episcopis & ecclesiasticis aliquem criminatur.

Prout est crimen. de minimis offensis id accipiendum.

Abstinebit. pauco tempore ab eucharistia removeatur.

Si tamen non fuerit mortis. nam si grave & atrox aliquod facinus falso objecisset, graviori pœnitentia erat mulctandus, pœnitentia scilicet ad mortem, ut liquet ex conciliis Arelatensibus, canone 14. & 24.

Et si probaverit. si vero non sit falsus testis; sed diu reticuerit quod potuit probare, hoc est scelerum reos & conscios non detexerit, biennio abstineat. Cum ad ea animum adverterem, suspicari cœpi verba non esse de testibus, qui coram judicibus ad accusationem instruendam adducebantur, quos ecclesia a testimonii dictione dimovisset potius, quam ad quemquam accusandum instigasset.

Diu tacuerit. quod ecclesiæ aperire debuerat, ut a communione rabidæ & morbidæ oves extruderentur ne ceteras inficerent: ea est causa cur clericis Christianorum erant crimina detegenda: sed laicis judicibus ex sententia ecclesiæ nunquam satis diu occultari poterant.

Si autem probaverit. testis etsi non esset falsus, aut redemptus, si non probasset quod objecerat, quinquennio abstinebat.

In conventu clericorum. nonnulli etiam ex presbyteris cum episcopo judices erant constituti ad fidelium crimina, quæ ab aliis docerentur, æstimanda & examinanda: idcirco aiunt *in conventu clericorum*: iisdem enim criminum probationes erant exponendæ; quibus eadem ipsa crimina judicanda proponebantur. Tertullianus docet in apologetico, episcopis presbyteros adsedisse, *Ibidem etiam exhortationes, castigationes & censura divina. nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu: summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut communicatione orationis, & conventus, & omnis sancti commercii relegetur.*

AD CANONEM LXXV.

HOC ipsum referri debet ad accusationes, quæ coram ecclesia disceptantur.

Falsis. falsis & gravioribus.

Nec in fine. iis qui ceteris præsiderent crimen quamvis falsum affingere, gravis erat culpa, eaque severius vindicanda, quam si fidelem accusasset.

A

AD CANONEM LXXVI.

QUOD vero hoc canone tractatur illud est; si diaconus quadam sua facilitate seu consilio adductus, promoveri se siverit ad diaconatum peccati alicujus mortalis conscius, quod retinuerit, cum examinandum se se obtulisset; quo postea peccato contra ipsum prolato probatoque, aut ipsomet auctore confitente; quod conscientia maleficii examinaretur diaconatu ipso abdicet sese, triumque aut quinque annorum pœnitentiam subeat, qua peracta in cœtum numerumque laicorum aggregetur, nec amplius e numero ecclesiasticorum censeatur.

Diaconum. de aliis minoribus ordinibus idem non fuisset judicium.

Se permiserit ordinari. nam lethaliter se peccasse, si confessus fuisset, laicus remansisset.

In crimine mortis. in gravi & mortali culpa.

Quod aliquando commiserit. si a baptismo semel tantum peccasset, indignus erat qui promoveretur.

B *Accipere communionem.* laicam scilicet, & in laicorum numerum & ordinem detrudere: quicumque enim inter pœnitentes visus esset, & legitimam egerat pœnitentiam, is procul a clero relegabatur.

AD CANONEM LXXVII.

QUIS tamdem hujus canonis amabo vos sensus est, aut quid tamdem in dubium revocabant? nonne omnia baptismo deleri & exterminari peccata profitebantur? quod si expungerentur, quamobrem quæso qui baptisati absque confirmationis sacramento e vita decessissent, non justi habiti judicatique fuissent? Ad extremum quid illa vox justi in illo vult canone? quod si *justi* nomen significatioque in illum non caderet, quorsum de ea re disceptatio? ecclesiæ nullum amplius cum illis erat commercium. Canonis hujus sensus est, mens & intelligentia, si oblationes admitti possunt, atque adeo communione conjungi cum illis possumus, qui sine confirmatione & sacrosancto sacramento interierunt; (hac enim ratione post mortem in communionem
C admittebantur) quod perfectionem Christianorum non essent assecuti, atque adeo eo nomine *justi*, non dicerentur: Confirmatio namque extremam quasi manum perfectioni addere videbatur, & tamquam fastigium imponere, qua quis Christiani nomine & eucharistiæ sumptione dignus putaretur. Qui igitur non esset confirmatus, eucharistia non donabatur; quam qui nondum esset assecutus, neque sanctus, neque justus, aut fidelis nominabatur, quod eucharistia extremus esset actus formaque Christiani hominis, cujus quadam vi atque efficacia, sanctitatis laude præstans, & divinitatis cujusdam particeps, Christique domini membrum redderetur, quod ejus sacrosancta carne pastus esset, Christoque cum domino, quadam consociatione conjungeretur. Primis quidem temporibus subdubitatio illa non defuit, utrum admitterentur oblationes, communioque Christianis omnibus intercederet cum eo, qui his omnibus quasi præsidiis minus instructus cum esset, perfecti verique Christiani hominis virtute spoliaretur: adeo incorrupta & omni religione munita primorum patrum tempora dice-
D bantur.

Dici & illud potest illam dubitationem non alienam a temporum illorum disciplina. nam quamplurimi, quamvis omni vitiorum labe ac colluvione purgatos eos esse constaret, non ideo ad sacram synaxim accedebant, neque eorum oblationes probabantur: ut eorum qui essent in quarto pœnitentiæ gradu, quorum exemplum quidam sibi proponentes, facile eo propellebantur, ut crederent eorum etiam oblationes repudiandas, qui sacro pane non refecti, omnibus licet peccatorum maculis detersis occidissent. Tanta citra tantaque animi previsione ac præcautione prospiciebant, ne quid offenderent, aut titubarent in recipiendis, iisque Deo repræsentandis alicujus oblationibus: neque vero cujusquam, nisi sanctissimi justissimique viri oblationes æquo animo ferebant.

Id ita esse quod hoc canone constitutum est, cum hujus verbi sensus, *justus*, tum voces istæ, *poterit esse justus*, eo me pertrahunt: Videntur quippe voces illæ insinuare & sonare
E aliquid quo posito quis justus & haberi & esse poterat, defunctique affinibus & agnatis permittere aliquid, quod ejus causa præstent: ut oblationes offerre, adeo ut nomen, *justi*, defunctus sibi vindicet: ut & ipsi concilii hujus canones omnes non alio spectant, quam ut certa quædam forma disciplinæ præscribatur iis in rebus, quæ ad praxim rediguntur: quo constituto credibile est, hunc canonem ad ea quæ geri transigique possent revocari tantum, ut ad oblationes defuncti recipiendas: neque vero eo patres definire aut statuere quemquam æternæ vitæ compotem, sine confirmatione fieri posse. Sed certe id corroborare, oblationes ejus scilicet qui sine confirmatione obiisset, tamquam hominis justi, ab ecclesia non esse negligendas.

Sss Sub

Sub fide. per fidem quam in baptismo adeptus est.

Poterit esse justus. Sanctus & in communione sanctorum recipi.

AD CANONEM LXXIX.

De talis, ni fallor, canon accipiendus, quibus ludere nefas videbatur, quod speciem quamdam idololatriæ committeret, qui eos jactaret: Deorum enim Gentilium effigies pro numeris habebant, iique invocabantur ut felicissimus eveniret jactus: Suetonius in Augusto: *quos tollebat universos qui Venerem jecerat.*

AD CANONEM LXXX.

Merito cavebant ne liberti quorum patroni essent Gentiles, ordinarentur: nam ab eis fabriles aut officiales operas exigere poterant patroni, quas solti erant stipulari cum eos libertate donarent: tenebanturque liberti non solum patronis eas præstare, sed aliis etiam quibus eæ locatæ essent: At indignum prorsus, neque ferendum ejusmodi operis pictoriis, puta aut fabrilibus, clericos distrahi & impediri; qui nullis aliis rebus, quam sacris vacare aut studere deberent. Ob eamdem causam, ab iisdem ordinibus curiales eliminabantur, qui a suis curiis, ut ait Innocentius, ut munia personalia aut patrimonalia præstarent, poterant revocari.

AD CANONEM LXXXI.

A foeminis, quas vitæ sanctimonia commendaret, quæque essent ecclesiasticorum uxores, litteras nonnulli commendatitias & pacificas extorquebant; ut eorum quasi beneficio & commendatione apud amicos aut ecclesiasticos, hospitalitatis jure fruerentur. Patres igitur hunc ipsum non satis pie & honeste invectum morem carpunt hoc canone, prohibentque ne fœminæ clericorum eo nomine literas communicatorias rescribant aut accipiant: quod ea res penes sit episcopos, eorumque curæ ac solicitudini commissa: quod si hoc modo non obviam itum fuisset pravæ illi consuetudini, sceleratissimi sane & excommunicationis nota injusti, perfacilem communicandi viam nacti, his literis acceptis toto orbe communicantes vagati fuissent.

Fœmina. clericorum: quæ conversæ dicebantur.

Laicis scribere audeant. literas communicatorias.

Observatio Philippi Labbe S. I.

Vt tuis multorumque votis faciamus satis, lector antiquitatum ecclesiasticarum studiose, celeberrimum hic tibi exhibemus Ferdinandi Mendozæ commentarium in libros tres distributum ac Clementi VIII. Romano pontifici oblatum de confirmando concilio, ut vocat, Illiberritano. Quam carus porro sit & auro contra non carus iste liber nemo nescit eorum, qui βιβλιακῆς ἐμπειρίας vel levissimum habent usum. Quare vel hoc nomine acceptior omnibus debet esse hæc nostra collectio, quod nunc tantum thesaurum eodem tibi pretio cum aliis omnibus undequaque collectis conciliorum voluminibus offeramus, quo vel solus venalis aliquoties extitit apud opulentos librorum rarissimorum emptores. Ac ne quid prætermissum a nobis merito jure desiderare possis, subjiciemus ejusdem viri sua ætate eruditissimi epistolam Hispanico sermone scriptam ad Philippum II. Hispaniarum potentissimum regem de defensione & approbatione ejusdem concilii Illiberritani quæ rarissime reperitur. Hos autem tres libros de regii senatus decreto & jussu doct. Ioannis Vrroz rectoris academiæ Complutensis probarunt 4. Idus Iulii anno 1592. Doctores A Franciscus Martinez, Gregorius dela Camarra, Ludovicus Montezino, Ludovicus Tena, & Fr. Franciscus de Mendoza (*in quibus nihil invenimus quod fidei catholicæ, aut bonis moribus adversetur, quin potius nobis visum fuit hoc opus & magno, ingenio elaboratum & mulplici eruditione singularique pietate perfectum: atque ita multis nominibus dignum admodum censemus, ut typis mandetur, ad asserendam catholicam hujus sacri concilii doctrinam & auctoritatem*) & rex Philippus II. privilegium concessit 6. Kal. Sept. ejusdem anni. Impressit Madriti in fol. Thomas Iunta.

CENSVRA ACADEMIÆ Complutensis.

De regii senatus decreto perlegimus hos tres libros a domino Ferdinando de Mendoza conscriptos de con- B cilio Illiberritano ad Clementem IIX. pontificem maximum, in quibus nihil invenimus quod fidei catholicæ, aut bonis moribus adversetur: quin potius nobis visum est hoc opus, & magno ingenio elaboratum, & multiplici eruditione, singularique pietate perfectum. Atque ita multis nominibus dignum admodum censemus, ut typis mandetur ad asserendam catholicam hujus sacri concilii doctrinam & auctoritatem. In cujus rei testimonium omnes infra subscripsimus, quibus ab academiæ Complutensis rectore ejusdem operis judicium commissum est. Compluti IV. Idus Iulii. Anno domini CIↃ.IↃ.XCIV.

Doctor Vrroz. Rector.

Doctor Franciscus Martinez.

D. Ludovicus Montesino.

El doctor de la Camarra.

Fr. Franciscus de Mendoza magister.

D. Ludovicus de Tena vespertina cathedra in theologia publicus professor.

C *Ego Ludovicus de la Serna, publicus apostolica auctoritate notarius, insignis vniversitatis Complutensis Toletana diœcesis secretarius & adscriptus in archivo Romano die quarto mensis Iulii, anni nonagesimi secundi, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Clementis divina providentia PP. octavi, quia præmissis omnibus & singulis, una cum rectore & gravissimis prænominatis doctoribus, quibus a claustro facultatis theologiæ prædicta universitatis Complutensis prædictum judicium commissum fuisset, ideo hoc publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum, & subscriptum, & roboratum a domino doctore D. Ioan. Vrroz dicta universitatis rectore & doctoribus D. Francisco Martinez primaria cathedra, D. Gregorio de la Camarra sacrarum scripturarum, Ludovico Montesino Scoti, Ludovico Tena vespertina, D. Fr. Francisco de Mendosa sancti Thomæ in sacra Theologia publicis professoribus. Subscripsi, signavi in fidem attestatorum præmissorum rogatus & requisitus,*

Ludovicus de la Serna,
not. & secretarius.

Summa privilegii.

Philippi II. Hispaniarum & Indiarum regis catholici lege singulari cautum est, ne quis libros hos tres Ferdinandi de Mendoza de confirmando concilio Illiberritano ad Clementem IIX. ante decennium absque auctoris licentia imprimere audeat: qui secus faxit, amissione librorum multatur & pœnis aliis ex ejusdem legis sanctione, quam pleniores literæ ab eius majestate impetratæ continent. Dat. in cœnobio sancti Laurentii VI. Kal. Sept. anno CIↃ. IↃ. XC. IV. Subscripsit Ludovicus de Salazar a secretis.



DE CONFIRMAN-

DE CONFIRMANDO CONCILIO ILLIBERRITANO; AD CLEMENTEM IIX. SANCTÆ ROMANÆ CATHOLICÆ ECCLESIÆ PONT. OPT. MAX.

FERDINANDI DE MENDOZA.

LIBER I.

De concilii Illiberritani nomine, & urbe, in qua habitum est. Cap. I.

CVM accepissem, Clemens pater sanctissime, inter eas curas, quas multas & graves præ se fert amplissima hæc sancti tui muneris functio; in eam te potissimum incumbere, ut ad restituendam ecclesiasticam disciplinam, & extirpandas præsentis, & antiqui sæculi hæreses; divini utriusque testamenti codices quam emendatissimi ederentur, & sacrorum conciliorum exemplaria, multorum studiis & lucubrationibus emendata, illustrataque prodirent: vidissemque beatitudinem tuam, tam acri judicio, quam summa diligentia, & religione alterum perfecisse: alterum vero ut perficiatur, pari pietate, studio, & labore conari: an concilii Hispanici antiquitatem, velut senio jam & vetustate caducam vir Hispanus renovare deberet, Hispanorumque episcoporum religionem, & externis & domesticis telis, aut tormentis potius oppugnatam defendere, & a multorum calumniis vindicare; an vero prætermittere utrumque satius foret, sæpe ac diu mecum ipse cogitavi. Constituti cursus ingressum impediebat ingenii tenuitas, opportunarum artium exigua supellex, & tantæ rei magnitudo, quam non modo facultate consequi; sed nec cogitatione complecti, vix posse eum arbitrabar, qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentum. Impeditum tamen & vacillantem animum gravi hac & ancipiti difficultate, vel jacentem potius, erigebat patriæ studium, pietatis ratio, religionis zelus; erectum firmabat sanctissimi & prudentissimi antecessoris tui Gregorii XIV. fidei & religionis grave testimonium; quo revocatos in dubium hujus concilii canones, non solum illata injuria eripi defendique voluisse; sed ad honestum hoc, pium & sanctum tutandæ religionis officium, Hispanorum studium, operam, diligentiam, labores, & sanctitate pontificis & amore parentis requisivisse accepimus. Illud autem spe certa confirmare cœpit, auxiliumque polliceri, honoris nostri, communis, & patriæ conservandi; & recuperandæ ejus pristinæ dignitatis, quod tractandis ecclesiasticæ reipublicæ gubernaculis eum cœlesti munere præfectum sciam, cujus singularis & spectata clementia, cum divinæ quam obtinet, auctoritati par esse prædicetur, non patienti solum animo, sed jucundo & grato munus videtur susceptura, perexiguum satis & levidense (fateor) si doctrinæ, & auctoritatis nostræ pretio æstimetur; religiosum tamen & magnum, si rerum tractandarum gravitate & dignitate pensetur. Agendum est enim, non solum de antiqua Illiberritanæ urbis magnitudine, & celebritate, ut tam præclara & recenti Clementis recordatione illustrior multo, quam si Gothorum, & Arabum irruptionibus obscurata, deletaque non fuisset, videatur: agendum non tantum de concilii antiquitate, ut dignitatem primi ecclesiæ eorum quæ exstant post Hierosolymitana, concilii canescentis aut canæ jam ætatis proprio jure debitam, quorumdam tamen catholicorum extenuatam incuria, & hæreticorum injuria sublatam, tua benignitate in futura conciliorum editione, quasi postliminio recipiat. nec agendum modo de tutanda Hispanica religione, quæ multorum calumniis debilitata, cupit æquitate tua recreari; nec de vita tamdem, moribus & doctrina sanctorum Hispaniæ episcoporum, qui ne infeliciter Christiana periret, feliciter ipsi perierunt: sed de Galliæ præterea, Germaniæ, Angliæ, Græciæ, & quod pluris facio, de Romanæ & catholicæ ecclesiæ auctoritate, cujus legatos huic sacro concilio interfuisse, in actis Suessionensis apud sanctum Medardum legimus; canones autem & decreta, sæpe postea ab ea repetita, laudata sæpe, sæpe probata & confirmata cernimus. Agendum de sanctorum meritis, de sacramentorum virtute, de vana superstitione idolorum, de sacro Dei cultu, & reliquis religionis nostræ mysteriis, quibus Christus dilectam sponsam suam militantem ecclesiam instituit, erudivit, ornavit, & tamquam quibusdam religionis sepimentis, adversus mundi rectores & principes tenebrarum harum singulari sapientia & bonitate suffulsit.

Burchardus, Ivo & Gratia. in decretorum collectionibus, quæ propriis locis postea referentur.

Conc. Coloniense can. 6.

Vt inde igitur oratio nostra proficiscatur, unde caput harum rerum duci debet: Illiberritanæ urbis & concilii in ea habiti tanta est vetustas, ut proprium utriusque nomen temporis diuturnitate & injuria exesum pene sit, atque obliteratum: quo fit, ut alii aliis id appellent nominibus. Quidam enim Libertinum vocant, quidam Liberinum, alii Hiberitanum; nec desunt, qui Elibertinum, Eliberinum & Eliberrinum; nonnunquam Heliberritanum; ut Rabanus, alii Elibertanum, & Eliberitanum, ut Burchardus, Ivo, Gratianus, & ante hos concilium Coloniense sub Carolo III. Imp. cognomento Crasso, Suessionense sub Carolo Rege, Moguntinum sub Ludovico, & alterum Moguntinum sub Arnulpho.

Concil. Suession. apud sanctum Medardum ad finē sextę actionis, quæ exstat in actis ejusdem.

Conc. Mogunt. sub Ludovico can 22

Concil Moguntinum sub Arnulpho, can. 26.

Mihi vero vetus civitatis nomen inflictis tot, & temporis, & dominorum sævitia plagis fugitivum adhuc revocare cupienti, Illiberritanum dici magis placet.

Cur concilium hoc Illiberritanum nuncupandum.

De Eliberi enim vetusti geographi mentionem nunquam fecerunt, faciunt tamen de Illiberi non semel, sed bis: duplicem enim Illiberrim constituunt Ptolemæus, & Plinius in emendatis codicibus, tametsi negligentia exscriptorum ex gemino rr. quod in nummis antiquis & vetustis lapidum Illiberris Bæticæ inscriptionibus exstat, alterum omittatur, aut sicilici saltem apicis nota. Docet enim D. Isidorus veteres duplicibus literis non fuisse aliquando usos, sed supra literam, sicilicum addidisse, quo admonerentur lectores, literam in pronuntiatione geminandam. Quod hodie non observatur.

Ptolem in 2 Europæ tabula Plini. lib 3. c. 1. & 4.

D Isidor lib 1. etym cap. 20 qui Sicilicum apicē dictum ait, quod in Sicilia inventus sit ejus usus.

Vnam Illiberim refert in Gallia Narbonensi Ptolemæus, non procul a Ruscinone, in ora Illiberis fluvii, a quo forsan urbi nomen inditum: quod & indicat Strabo. De qua Plinius agens. *Oppida*, inquit, *Illiberis, magna quondam urbis tenue vestigium*: Alteram Ptolemæus in Turdulis, non procul ab Acci Bastitanorum, de qua Plinius. *Celeberrima inter hunc*, Bætim fluvium intelligit, *& Oceani oram in Mediterraneo, Segeda, quæ Augurina cognominatur; Iulia, quæ Fidentia; Virgao, quæ Alva; Ebura, quæ Cerealis; Illiberi, quod Liberini; Ilipula, quæ Laus; Artigi, quod Iulienses; Vesci quod Faventia.*

Strabo. lib. 3 de situ orbis.

Plinius lib 3. c 3. Bætim fluvium Guadalquivir Arabum voce dicimus.

Antiquæ hujus urbis situm hodie retinent Granatenses; eos intelligo, qui incolunt civitatem Granatam nobile regni Granatensis caput; nec regni titulo solum, sed juridico totius Bæticæ conventu celeberrimam. Ab hac Illiberrim antiquam septimo lapide distare, publica mihi fide constat regii in eadem civitate mensoris. Exstat enim nunc, quod de Illiberi Narbonensi Plinius, & Mela scripserunt, antiquæ Bæticæ Illiberris & magnæ quondam urbis tenue vestigium: rudera enim dirutæ vel cadavera potius defunctæ civitatis & parietinarum ecclesiæ, in qua concilium hoc habitum est; visuntur in colle, qui vulgo mons Elbiræ appellatur, qui sicut antiquæ urbis, ita & nominis non obscurum retinet vestigium. Mons ergo de Elbira, & Porta civitatis Granatæ ab incolis nuncupata de Elbira, quod per eam iter sit ad Illiberrim, etymon antiquæ civitatis retinere, perspicue videntur. Cui & consentanea est origo nominis civitatis Granata, quam ex sparsis illius cineribus ortam, natura loci, & majorum traditione cognovimus. Non enim sic dicta est a malo punico

De voce Granata hæc ex Arabibus refert Alvarus Gomecius lib. 1. de gestis Francisci Ximenii.

Orthographæ rationem semper habendam, neque B. (inquit) pro V. neque V. pro B. neque O. pro V. & sic alias, crebro docet Cassiodor. lib. de divin. lectio. c. 5. & 30.

Hæc exempla exstant in Ptolemæo, Plinio, Mela, Antonino & vetustis lapidum Hispaniæ inscriptionibus.

hiante, ut a multis creditur, sed a Granata barbara voce, quæ illius gentis idiomate horreorum domus intelligitur, peritis illius sermonis sic interpretantibus, ad id pervetustam, sive historiam, sive fabellam recensentibus de principe quadam fœmina antiquæ Illiberris incola, quæ sua illic frumenta solita esset recondere. Quid vero causæ sit, qua civitatem hanc Illiberritanam, tam diversis nominibus veteres appellaverint; eam reddi posse arbitror: quod diversæ gentes, diverso utentes idiomate, in ea dominatæ sint. A criticis & politioribus latinæ linguæ studiosis, Illiberris, præcedente I. & sequentibus duplici ll. & rr. antiqua Hispanorum & Romanorum lingua, hodie nuncupari debet. gemino enim rr. in urbium & locorum nominibus sæpissime usi sunt: ne nova vel dura hæc Illiberris pronuntiatio quibusdam videatur. Vrbium in Hispania hæc occurrunt exempla, Laberris, Turriga, Biguerra, Gracurris, Calagurris, Veturris, Tarraco, Arruci, Arriaca, Sigarra, quibus Plinius adjungit Cerretanos populos & Arrevacos: Sevurros Ptolemæus, & alios his similes. ILLI quoque nomen, veteres Hispanos, Bæticos præsertim pro oppido usurpasse, sunt qui censeant: conjectura sumpta, quod ab ea dictione multa Bæticæ provinciæ oppida initium habent, ut Illiturgis, Illiberris, Illipa, Illipula, ne plura complectar, quamvis non desint alii, qui ut Hispaniam a rege quondam Hispano cognomine; sic & Illiberrim ab ejusdem regis sorore cognomine Illiberria, fundamenta jacta & nomen honoris gratia susceptum contendant · adeo perhibentur vetusta urbis incunabula. Ab Hispanis ergo & Romanis sic olim vocatam, non Eliberim, tametsi dissentiant recentiores, ex martyrologio Romano apparet, quod cum meminisset Cæcilii primi hujus civitatis episcopi, Illiberi eum in domino quievisse refert; & ex D. Hieronymo; qui de Gregorio Bætico sermone instituto, Illiberi episcopum fuisse recenset: sed clarius multo ex antiquis inscriptionibus quorumdam lapidum, quos Granatæ nuper repertos renuntiavit mihi Iacobus Luzerus judicandis nobilitatis litibus in Granatensi prætorio præfectus regius, cum honestarum artium, tum juris utriusque studiis apprime eruditus: primum ait, in vico quodam ejus civitatis, Arabum voce Alcazava dicitur, erutum esse ex ædibus Sebastiani de Montealegre, cum hac inscriptione.

Ambrof. Morales in antiquit. Hisp. cap. 1. Franciscus Tarrapha de origine ac rebus gestis regum Hispaniæ, in rege Hispano. Vasæus in chronic. Hisp. cap. 20. & plures alii.

Martyrol Rom. Idibus Maii.

D. Hieronymus in catalogo script. ecclesiasticorum in Gregorio Bætico.

Sunt ædes in urbis regione quam vulgo parochiam de S. Nicolas vocant.

FVRIÆ. SABINIÆ. TRANQVIL
LINÆ.
AVG.
CONIVGI. IMP. CÆS. M. AN
TONI. GORDIANI. PII. FEL
AVG. ORDO. M̃. FLOR. ILLIBER
RITANI. DEVOTVS. NVMINI
MAIESTATIQVE. SVMPTV
PVBLICO POSVIT.
D D

Sunt illæ in eadem urbis regione.

Alterius lapidis duo adhuc exstare fragmenta in ædibus Christofori de Palacios cum hac inscriptione retulit.

CORNELIÆ
F. SEVERINÆ
FLAMINICÆ
AVG. MATRI
VALERII VEGETI

ONSVLIS
ENTINI ILIBERRI
D D

In earumdem ædium ruderibus inventus est alter lapis cum inscriptione his literis exarata & lineis inducta.

II. VI. CORNE
NICIPI FLORENTINI
ILIBERRITANI DEVOTVS
ORDO NVMINI MAIESTATI
QVE SVMPTV PVBLICO
POSVIT.

Probat adhuc magis quod dixi, alterius lapidis inscriptio, & his merito fides habenda est, quem exstare etiam Granatæ in regia quæ dicitur Alhambra, in latere ejus turris quæ vocatur de Comares, accipi.

IMP. CÆS. M. AVRELIO.
PROBO. PIO. FELICI. INVI
CTO. AVG. NVM. MAGEST.
QVE. DEVOTVS. ORDO.
ILIBER. DEDICAT.
D. P.

Post Gothorum autem adventum Eliberrim vel Eliberim nuncupari animadverto: idque confirmant veterum numismatum inscriptiones Suinthilæ & Sisebuti regum Gothorum. In illius nummo ex parte una, hæc legitur, SVINTHILA REX. ex altera, PIVS ELIBER. In hujus, SISEBVTVS RE. ex altera PIVS ELIBERRI. eorumdemque Gothorum lingua, hujus civitatis episcopum Elibertanum vel Eliberritanum dictum, in vetustis CC. MS & in editis conciliorum Hispalensium, & Toletanorum subscriptionibus: unde mutuari videntur Coloniensis, Suessionensis, & Moguntinæ synodi patres citati superius. Cujus forsan ea causa fuit, quod Gothis esset familiare. i. in e. transferre, ut Ileridam, in Elerdam; Igeditaniam, in Egiditaniam; Illipulam, in Eleplam; & sic alias. Quod si Arabum ingressum consideres, Illiberrim dictam Ilbiriam ejusdem gentis more, portamque de Ilbiria, & montem de Ilbiria ipsi tradiderunt; nos vero lenioris gratia pronuntiationis, postquam eam civitatem Ferdinandi & Elisabethæ catholicorum regum virtute recuperavimus, montem de Elbira & Portam de Elbira appellamus. Narbonensem autem Illiberim, Eliberim Pomponius Mela nuncupat, ni mavis locum corruptum, & pro. e. i. reponendum; nam præter Ptolemæum & Plinium, eam Illiberim, præcedente. i. sequente gemino. ll. & simplici. r. in quo hæc differt a Bætica, crebro nuncupat Livius, loquens enim de Hannibalis exercitu, cum Hispanias per Pyrenæum saltum traduci cœpit. *Carpetanos quoque*, ait, *ab se dimissos simulans, inde, ne mora atque otium animos solicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transgreditur, & ad oppidum Illiberim castra locat.* Post addens. *Oratores ad regulos eorum misit, colloqui semetipsum velle cum his, & vel illi propius Illiberim accederent, vel se Ruscinonem processurum.* Et mox. *Vt vero reguli Gallorum castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Pœnum venerunt.* Qui autem Eliberim cum Mela scripserunt, causam dederunt aliis, ut concilium Eliberinum nuncupaverint, putantes in ea civitate, non procul a Ruscinone, id concilium coactum: eam nunc Salses dici volunt: sed neutrum idoneo satis argumento. Nam ea Illiberis, sic malo eam nuncupare Ptolemæi, Livii, & Plinii, qui Cæsarum procurator fuit in Hispania, certiorem fidem sequutus, [illegible] potuit esse quam nunc Salses vocant. nam Mela [illegible] de Illiberi prius, de ea quam Salses dicunt, egit item posterius. *Lacus*, inquit, *accipit eum Rubresus nomine, spatiosus admodum, sed qua mare admittit tenuis aditu. Vltra est Leucata, littoris nomen, & Salsula fons, non dulcibus, sed salsioribus, quam marinæ sint aquæ, defluens.* Verius est ergo, quam Ptolemæus, & Plinius Illiberim, " Colibre nunc dici, juxta Ruscinonem, Perpignan nostri nuncupãt, caput comitatus Rossilionis. Caucoliberim compendii gratia, & hodie, & olim vocatam ex martyrologio Romano comperio, in quo fit mentio de Vincentio martyre Catalaunensi, qui civitate Caucoliberi martyrii palmam est adeptus: dictam sic arbitror, quasi Caucorum Illiberim, ut distingueretur a Bætica Illiberri; Caucenses enim populos ad eam partem Hispaniæ Tarraconnensis Plinius refert. In qua concilium hoc habitum, mihi nec verisimile apparet, nedum verum, quamvis diffideant plures nec ineruditi, nec indocti hujus sæculi scriptores; quia non solum Constantini ævo, quo concilium hoc ipsi coactum volunt; sed & antiquiore Pomp. Melæ & Plinii, eam dirutam fuisse, certum est. Plinius sic ait: *Oppida Illiberis, magnæ quondam urbis tenue vestigium:* Mela, *Colonia Ruscino, vicus Eliberi, magnæ quondam urbis, & magnarum opum tenue vestigium.* In desertam eversamque civitatem aut vicum episcopos Hispaniæ convenisse difficile dictu creditque est, episcopos præsertim Toletanæ, Bæticæ, & Lusitaniæ provinciæ, quos huic adfuisse concilio docent ipsorummet subscriptiones: subscripserunt enim Felix episcopus Accitanus, Acci vulgo Guadix in Bætica: Sabinus episcopus Hispalensis: Pardius episcopus Mentesanus: Mentesa Montejo dicitur in Bætica: Melanthius episcopus Toletanus: Vincentius episcopus Ossonobensis, in Lusitania est Ossonoba, in extimis regni Algarbiorum littoribus, a Faro non longe: Successus episcopus Eliocrotensis, est Eliocrota, Lorca in Bætica: Patricius episcopus Malacitanus, Malaca, nostri Malaga: Osius episcopus Cordubensis: Camerinus episcopus Tuccitanus, Tucci Martos hodie, non procul a Granata: Secundinus episcopus Castulensis, (sic enim legi debet, non ut in editis conciliorum codicibus Catraleucensis) Castulo in Bætica est, Cazlona la vieja. Liberius episcopus Emeritanus, Emerita in Bætica, hodie Merida: Ianuarius episcopus Salariensis

Pomponius Mela. lib. 2. cap

Narbonensis [Illi]berit, simpli[ci] ... Bætica gemin[o] ... scribi debet. Livi. lib. 21.

Ex Io. Poldo ... aliis.

Plinius junior in Epistola ad Cæcilium. Mela lib. 2 ... martyrol. R... 19. Aprilis.

" Colioure

Ex Ioanne e[pis]copo Gerundensi. Vassæus in chronic. Hisp. cap. 20. Stephanus Garibay. in ep[ito]me hist. Hisp. lib 7. cap 48. Illescas in vita Sylvestri PP. & plures alii.

Plinius lib. 3 naturalis hist. cap 3.

Pomp Mela lib. 2. cap 5.

Salariensis (si non de Fiblaria, sed de Salaria legamus) Salariam in Algarbiorum regno, trito provinciæ sermone Alcazar de la sal dictam alii contendunt, sed Sirvelam Bæticæ Provinciæ, aut Cazorlam alii: Quintianus episcopus Elborensis, Ebora in Lusitania: Eutychianus episcopus Bastitanus (sic enim, non Basteranus, nec Bassitanus, ut in excusis) Basti in Bætica est, Baza dicitur. Ex undeviginti episcopis, qui huic concilio interfuerunt, si quindecim, ut Flavium Illiberritanum interim omittamus, fuerunt, tum ex Toletana & Bætica: tum ex Lusitania provinciis; si quatuor & viginti presbyteri, de quorum subscriptionibus paulo post agendum est, ne longior & molestior nunc progrediatur disputatio, ex eadem Bætica provincia fuere, cui obsecro, fiet verisimile, non illos potius in Bætica, quam in Gallia Narbonensi synodum coegisse? & animadvertat præcipue is Theodulphi Malacitani episcopi querelam in concilio Hispalensi II. qua dolenter retulit. *Antiquam ejusdem urbis parochiam sive diœcesim, militaris quondam hostilitatis discrimine*, concilii verbis loquor, *fuisse decisam, & ex parte aliqua, ab ecclesiis, Astigitana, Eliberitana, atque Agabrensi retineri*: Quarum ecclesiarum termini confines plane, ni fallor, pleneque ostendunt Illiberritanam in Bætica fuisse provincia, non vero Narbonensi. Quibus suffragatur vetus sententia & finium regundorum judicium, quod Vvamba Rex de singulis Hispanicarum ecclesiarum diœcesibus concilii Toletani decreto fieri stabilirique voluit: in quo cum terminos ecclesiæ Malacitanæ patres præscriberent, ab ultimis Malacitanæ Illiberritanos exorsi sunt, & ab ultimis Illiberritanæ Astigitanos. *Malaga*, aiunt, *teneat de Data, usque Maleocam, sic enim legi debet, non Malexcam, ut in aliis CC. MS. de Tenna usque sedes Campo; Eliberris teneat de Maleoca usque Sotellam; de Almica usque Sedile; Astigi teneat de Sotella, usque Parietem; de Lueca usque Raucam.* Intellexit hoc ipsum & docuit rex Alfonsus X. quem præclarum sapientiæ studium præclaro Sapientis titulo decoravit. Inter sedes enim archiepiscopo Hispalensi subjectas, quinto loco Illiberritanam commemorat his verbis. *El Obispado de Elibere, esta es Granada, tenga desde Malaga fasta la Possada.* Quare in concilio Hispalensi II. provinciæ tantum Bæticæ subscripsit Bissinus in Christi nomine Illiberritanæ ecclesiæ episcopus. D. præterea Gregorium olim Illiberritanum episcopum a Clementio Gentili Constantii in Bætica præfecto vicario Cordubam deductum, & ab Osio episcopo Cordubensi damnatum, apud Isidorum Theodiscus ex Marcellino descripsit. Nec prætermittendum adhuc quod canone XXIII. hujus concilii decernitur, mensibus singulis jejunium esse indicendum, *exceptis duobus, Iulio & Augusto, ob eorumdem infirmitatem*, quod magis fervido & æstuanti solis ardori Bæticæ provinciæ, quam Galliæ Narbonensis (quæ temperatior) tribui & potest & debet. In cujus Illiberi seu Caucoliberi episcopi cathedram constitutam, nec vidimus, nec legimus, nec reperita omnium sæculorum memoria tale quidquam agnovimus. Tres enim exstant satis vetustate episcopatuum Hispaniæ & Galliæ Narbonensis divisiones; quarum prima Constantino imperatori; altera Theodemiro regi Suevorum; postrema Vvambæ regi Gothorum accepta refertur: in nulla harum episcopum reperio Caucoliberis. Nam eorum qui subjiciuntur archiepiscopo Narbonensi, octo sedes sunt, Beterris, Carcasona, Tolosa, Agata, Lateva, Magalona, Nemausus, Elna, cui Caucoliberis paruit semper & paret, & de cujus cathedra siluerunt Rodericus archiepiscopus Toletanus, & rex Alfonsus X. Hispanicarum antiquitatum accuratissimus investigator, & cum his reliqui fideles, ornati & graves prisci ævi, vel scriptores, vel testes; neutiquam omissuri, si in provincia vel urbe is esset episcopatus institutus. Qua de causa manuscriptis quibusdam codicibus D. Laurentii, ecclesiæ Toletanæ & Ovetensis, qui referentes antiquam episcopatuum Hispaniæ divisionem ab Vvamba rege factam, Caucoliberim inter sedes subjectas archiepiscopo Narbonensi commemorant, hac in parte non satis acquievero. Nam in aliis manuscriptis, quos habeo eximiæ vetustatis, & fidei dignitate venerabiles, nullæ aliæ episcopatuum sedes recensentur, præter eas quas rex Alfonsus expressit in historia Hispaniæ generali. ideoque citatos codices ab exscriptoribus esse depravatos, eo magis non temere divinare, sed satis probe conjicere licebit; Toletanos quidem & Ovetenses; quod cum reliquarum sedium terminos, ab oriente ad occidentem, a septentrione ad meridiem præscriberent, Caucoliberis proprios non attingunt; nec cui sit illa confinis, adsignant: nec simpliciter Caucoliberim recensent, sed Tolosam, aut Caucoliberim, sub disjunctione: manifestum ignorantiæ exscriptoris indicium, qui Tolosam appellari etiam Caucolibium, sic enim illam nuncupat, non Caucoliberim, se scire, aut ignorare potius significavit: quod & factitavit, cum Elnæ meminiti nam illam Elenam vocavit vel Elnam, hærens quo eam nomine appellare debuisset: Codicem autem divi Laurentii, qui dicitur Hispalensis; quod omnem Tolosæ memoriam omiserit, & ejus loco substituerit Caucoliberim, cum Tolosam sit certum episcopatus sedem ab ipsis apostolorum temporibus nobilem semper habuisse: & Caucoliberim ea semper caruisse, multo certius. In tam exiguo enim intervallo, quo distat ab Elna Caucoliberis (vix enim abest IV. M. P.) duas episcoporum Cathedras regem Vvambam constituisse, haud facile adducar, ut credam: cum reliquæ omnes multo majori spatio interjecto, & ab ipso & majoribus semper constitutæ fuerint. Quam tandem sententiam inde comprobaverim, quod non solum Plinii & Pomponii Melæ tempore, ut uterque adfirmat; nec Constantini & Vvambæ, sed & multo post, usque ad ætatem Lotharii regis Francorum ea Illiberis diruta fuerit. Vvifredus enim Ruscinonis comes, a quo Ruscinonenses comites fluxere, ejusdem Lotharii Francorum regis permissu Caucoliberim oppidum, desertum, eversum, prostratum, restituendum, quinimo condendum denuo curavit: cui annuit Lotharius rex, illique & posteris ejus regia liberalitate oppidum condonavit; quod situs accessu, & portus appulsu Ruscinonibus esset commodissimum; quod actum est anno domini CCIↃ. XXCI. ut Hieronymus Surita, Aragoniæ & totius Hispaniæ antiquitatum literate peritus testatur.

Plinius lib 3 c 3. Mela. lib. 2. c. 5.

Hieronymus Surita lib. 1. de rebus gestis regum Aragoniæ. Ioannes episcopus Gerundensis, Vasæus, Stephanus Garibay, Illescas ubi supra.

Nec pluris refert, quod recentiorum plures non solum in Illiberi Narbonensi sedem episcopalem constituerint, sed concilium hoc in ea coactum constanter asseveraverint. Nam in re vetusta & gravi, antiquorum, quam recentiorum auctoritas majorem mihi fidem facit; cum historia præsertim regis Alfonsi X. a qua antiquorum episcopatuum sedes & urbes illi repetierunt; de episcopo Illiberitano Narbonensi, nullam (ut dixi superius) mentionem fecerit. Quod autem notarunt quidam ex subscriptionibus Toletani concilii tertii, in quo est una Stephani Illiberritani, altera Petri Eliberitani, utriusque (ut putant) Illiberis episcoporum, non satis apud me ponderis habet: nam in melioribus codicibus, Petrus non Illiberitanus, sed Abderitanus episcopus legitur. Fuisse autem Abderitanum episcopatum in ea parte Bæticæ provinciæ maritima non procul a Charidamo promontorio, quam hodie Almeriam vocant, inter nostros convenit; ejusque civitatis primum episcopum fuisse sanctum Ctesiphontem beati Iacobi apostoli discipulum. At Petrum, non Illiberritanum, sed Abderitanum episcopum fuisse, convincit concilium Hispalense I. ex ejusdem provinciæ Hispalensis episcopis convocatum, quod eodem fere anno, quo Toletanum tertium, habitum est, in quo exstat subscriptio ejusdem Petri episcopi Abderitani, & altera ejusdem Stephani Eliberitani. Nec est consentaneum, Stephanum aut Petrum, ex Gallia Narbonensi advenisse, ut interesset consilio Hispalensi, in quo nulli alii præter suffraganeos Hispalensis ecclesiæ interfuisse leguntur. Interfuerunt enim Leander Hispalensis, Ioannes Agabrensis, Agapius Cordubensis, Stephanus Eliberitanus, Basilius Illipensis, Velatus Tuccitanus, Petrus Abderitanus, Simitius Italicensis.

Abdera antiqua seu Abdara ut ait Ptolomæus, nunc Almeria. Charidamum promontorium, hodie Cabode Gates.

Leve mendum tollitur a Concil. Tol. 3. in subscriptione Petri episcopi Illiberritani: pro quo reponendum Abderitani.

Sed quamquam Petrum, non Abderitanum, sed Illiberritanum episcopum fuisse permittam; non tamen inde in Illiberi seu Caucoliberi episcopum fuisse mihi persuadebo: quod a Gregorio magno, a D. Isidoro, ab Alfonso rege, & Roderico archiepiscopo Toletano perceperim, Leovigildum Gothorum regem, ante indictionem illius concilii, Arrianæ impietatis infectum errore, gravem & acerbam in Christianos exercuisse persecutionem, & episcopos catholicos suis sedibus exturbasse, aliis Arrianis in eorum locum suffectis. Paulo autem post, cum singulari Dei providentia defuncto Leovigildo, Reccaredus rex primus ejus filius, abjurata hæresi Arriana, divinarum personarum æqualitatem, & reliqua catholicæ religionis mysteria catholice amplecteretur; piaque & religiosa tam ipsius, quam Leandri Hispalensis episcopi solicitudine, Gothorum gens tota eandem Arrii impietatem (qua tredecim annis supra ducentos infecta fuerat) primum abjiceret: opus tunc fuit ad abjurationem erroris inveterati, abjurarunt enim illum in concilio, episcopi, presbyteri, & diaconi Arriani resipiscentes, & omnes proceres Gothorum seculares, ejusdem antea erroris sectatores, ut apparet ex abjuratione principio ejusdem cõcilii Toletani III. præfixa, & ad confessionem catholicæ fidei exprimenda, concilium,

D. Gregorius lib. 3. dialogorum. cap. 31. & lib. 7. registri, indictione 2. epist. 126. ad Reccaredum D. Isidorus in hist. Gothorum, Alfonsus rex in generi, uterque in vita Leovigildi. Rodericus in hist. gener. Hisp. lib. 2. c. 43.

Leve mendum tollitur a concil. Tole. 3. in subscriptione Murilæ episcopi. nam non fuit ecclesiæ Valentinæ episcopus, ut CC. quidam MS. habent, nec Amalensis, ut graviori mendo exstat apud Surium & alios, sed Palentinæ ecclesiæ ex emendatioribus MS.

concilium, ut vocant, nationale ex omnibus Hispaniarum provinciis convocari, & in eo episcopos omnes adesse; tam hæreticos, quam catholicos, ut adfuerunt hac ipsa de causa Dertosanæ ecclesiæ duo episcopi, Iulianus, & Froisclus: Valentinæ alii duo, Vviligisclus & Celsinus; Murila vero; quem ejusdem ecclesiæ tertium episcopum adjiciunt editi codices, & quidam alii MS. Palentinæ ecclesiæ fuit, non Valentinæ, ut alii MS. emendatiores testantur, quibus consentit D. Ildefonsus, Tudensis ecclesiæ Beccila & Nitigisius, etsi pro Nitigisio Panthardus Bracarensis subscripserit: ut quosdam alios Arianos omittamus. A quibus ut discerni & internosci possent in omnem posteritatem catholici, solebant episcopi Hispani cum subscribebant conciliis, sanctæ se vel catholicæ ecclesiæ episcopos, addito ecclesiæ Vrgellitanæ, Bracarensis, aut aliarum nomine, subscribere: non quod putarent ecclesias Hispaniæ, catholicæ, hoc est universalis, auctoritate præstare, sciebant quippe hoc tuæ sedi solum reservasse Christum; sed ut catholicæ fidei cultores, & catholicarum ecclesiarum episcopos, non Arianarum se, esse pie & catholice profiterentur; quod in sepulcrorum monumentis incidi inscribique volebant. Ad conventus autem ecclesiarum quod attinet, & subscriptiones in decretis, non ignorabant episcopi Hispani Toletano concilio convocati canonem concilii Nicæni duos in eadem urbe episcopos, aut esse, aut vocari prohibentis; ideoque non posse in eodem concilio duos ejusdem urbis episcopos adesse, & subscribere, Arianum præsertim unum, & alterum catholicum: sed pacis & unitatis Christianæ gratia, illud in Hispania catholici Arianis episcopis permittebant: quemadmodum in Africa Donatistis catholici. In conventibus enim publicis, collationes illi vocabant, conveniebant omnes & subscribebant tam hæretici, quam catholici: cum, quia causæ publicæ erant, & ab omnibus æque tractari, ut ab omnibus æque acceptarentur, æquum videbatur: tum ut experirentur, an sana doctrina, an mansuetudine & pietate catholicorum episcoporum ad unitatem ecclesiæ, hæretici tandem episcopi, & suo exemplo reliqui revocarentur. Quod ut facilius consequi possent, non recusarunt catholici Donatistis æquiorem & utiliorem aliquando deferre conditionem: obtulerunt enim illis in collatione, se dignitate abdicaturos, si convincerentur: sin autem vincerent, permissuros & gratiam facturos Donatistis resipiscentibus, ut eumdem pontificii muneris honorem & dignitatem cum ipsis retinerent, ut in eadem ecclesia duo tolerarentur episcopi tamquam collegæ, ut & olim Romæ consules: ita tamen ut esset inter eos, velut jus quoddam accrescendi, ut qui prior decederet, socium relinqueret in solidum suæ dignitatis heredem, auctore Augustino Remedium id tunc salutare visum est, ut episcopis Donatistis, quos ambitio retinebat, spes aliqua honoris, si resipiscerent, objiceretur; detraheretur que timor infamiæ & ignominiosæ abdicationis futuræ, si ad ecclesiam catholicam redirent, ut episcopi Africani testantur. Quorum judicium non displicuisse Miltiadi Romanæ urbis & orbis episcopo refert Augustinus. Cum enim ex sententia suorum collegarum Miltiades Donatum ut auctorem tanti schismatis damnasset, Donatistis resipiscentibus sic eum pepercisse ait Augustinus; ut sanitatis recuperandæ optionem liberam eis faceret; paratus communicatorias literas mittere, etiam his, quos a Majorino ordinatos esse constaret: ita ut quibuscumque locis duo essent episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet, qui fuisset ordinatus prior: alteri autem eorum plebs alia regenda committeretur. De qua sententia loquens Augustinus, exclamat: *Quam innocens, quam integra, quam provida, atque pacifica! O virum optimum! O filium Christianæ pacis! O patrem Christianæ plebis!* Ipsi quoque Nicæni concilii patres cum agerent de Novatianis, idem tribui posse confessi sunt. Arianis, qui jam aliquot annis ecclesiæ gubernationem in oriente occupaverant, & de ea possessione, si serio reduci nollent, decedere a Theodosio jubebantur, non dissimilis conditio fuit oblata. Quo tempore Meletius, quem Ariani primum suarum partium esse credebant, cum ab Eudoxio Antiochiæ episcopus institutus, repente præter spem Arianorum, Nicæni concilii decreta amplecteretur; eorumdem suasu a Valente imperatore in exilium missus est: post vero, cum illo exulante, Lucifer [a] Caracallorum episcopus Romanæ sedis legatus Antiochiam venisset, ut civium sederet dissidia, in eaque Paulinum episcopum secundum creasset; quod Meletii institutionem, ut ab hæreticis factam, vanam & irritam esse duceret, regnanteque Gratiano, Meletius ab exilio revocaretur, gravissimi tumultus duorum episcoporum imperio in civitate & ecclesia excitati sunt, quos similis pacavit concordia: conventum enim est inter eos, ut societatem ejusdem episcopatus ambo retinerent, ea lege, ut altero mortuo, alter, qui superstes esset, in solidum maneret episcopus; ut Socrates tradit, Nicephorus, Sozomenus & alii.

D. Ildefonsus de viris illustribus in vita Conantii Palentini episcopi, ait: Conantius, qui post Murilanem, ecclesiæ Palentinæ sedem adeptus est. Dixit Murilanem idiomate Gothico, nam omnia finita in a. in obliquis casibus terminant in em: ut Egicanem, Vvābanem, &c.

Cur sanctæ & catholicæ ecclesiæ episcopos se Hispani aliquando vocaverint in conciliis Toletanis 2. 3. & 7. Hispalensi 1 Emeritensi, & Narbonensi, quod eodem tempore Reccaredi regis habitum est, nondum editum manuscriptum apud nos.

Concil. Toletan. 11. can. 4. hujus canonis meminit: exstat integer apud Alfonsum Pisanum lib. 3. de actis. Concil. Nicæni. can. 12.

Donatistas subscripsisse in collationibus, auctor est D. Augustin. post collationem. cap. 11 ne propriis ipsorum literis consignata decreta auderent postea [illegible] & [illegible] subscriptionibus.

D. August in breviculo collationum in princ. cap. 5.

Episcopi Africani in concilio quod vocant Africanum can. 35.

D. Aug in epist. 162. ad Glorium & Eleusium

Concil. Nicænū. can. 8. sed uberius c. 18 eorum quos ex Arabica lingua in Latinam convertit Alfonsus Pisanus. lib 3. de actis concilii Nicæni.

[a] Caralitanus in Sardinia.

Socrat. lib. [illegible] ecclesiast. ca[p.] Niceph. lib. [illegible] c. 3. Sozomen. 7. cap. 5.

Nec liberalem hanc honoris, pontificiæque dignitatis communionem soliti sunt episcopi catholici hæreticis deferre; sed & alteram aliquando addiderunt, non relatu tantum, sed exemplo & imitatione dignissimam, quam idem Augustinus recenset. Aurelii enim, Sylvani, & catholicorum episcoporum epistolam, cum ad Marcellinum referret, hæc ad finem commemorat. *Quod si forte populi Christiani singulis delectantur episcopis & duorum consortium inusitata rerum facie tolerare non possunt: utrique de medio discedamus; & ecclesiis singulis damnata schismatis causa, in unitate pacifica constitutis, ab his singulis in ecclesiis, singulis annuentibus unitati facta per loca necessaria, singuli constituantur episcopi. Augustinus episcopus dixit: Dicam caritati vestræ, & commemorem rem dulcissimam, & suavissimam, quam domino adjuvante, sumus experti: cum ante ipsam collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloquerentur, quia pro pace Christi episcopi debent esse aut debent non esse: quod vobis fatendum est, circumspicientes omnes fratres & coepiscopos nostros, non facile nobis occurrebant, qui hoc vellet suscipere, & de hac humilitate domino sacrificare: dicebamus, ut fieri solet, ille potest, ille non potest, ille consentit hoc, ille non tolerat: loquentes magis pro suspicionibus nostris, qui corda illorum minime videre poteramus. Quando autem ventum est, ut hoc palam fieret, in concilio universorum tam frequenti pene trecentorum episcoporum; sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, ut parati essent episcopatum pro Christi unitate deponere, & non perdere, sed Deo tutius commendare; duo ibi vix inventi sunt, quibus displiceret, unus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberius ausus est; alter voluntatem suam tacito vultu significavit: sed postea quam, illum senem liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correptio, illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutavit.* Hæc Augustinus. Quæ ideo lubentius recitavi, quod non præclarum tantum & illustre præbeant exemplum modestiæ & caritatis Christianæ, sed in primis utile, quoties de pontificatu certetur, & ambitio contendentium perturbandæ ecclesiæ causam dederit.

D. August. in de gestis cum merito.

Fuit & altera eligendi secundum in eandem civitatem episcopum ratio, ut priorem ætate, morbo, vel debilitate confectum, consilio levaret, auctoritate foveret, & auxilio confirmaret. In Africa enim D. Augustinum, Valerii episcopi Hipponensis collegam & coepiscopum creatum esse quis nesciat? etsi ignotum sibi canonem concilii Nicæni ille postea asseverasset. Eaque de causa Possidius narrat, eum cum episcopus esset, publice recitari sæpius canones Nicænos voluisse, dedisseque operam, ut cum clerici, vel episcopi ordinarentur, decreta conciliorum eis ab episcopis ordinatoribus repeterentur: quod statutum est concilio Carthaginensi III. sancta & docta Augustini ignorantia decreto causam dante, & propria deinde auctoritate confirmante.

Possidius in [illegible] D. Aug c 8. D. Aug. epist. 110. Possidius ibid. cap. 8.

Concil. Carth. [III.] can. 3.

Ex quibus palam consequitur, nec documentum certum, nec conjecturam probabilem ex subscriptionibus concilii Toletani III. erui posse, ad probandum Illiberis Narbonensis episcopatum: quod duplex in illo sit episcopi Illiberitani subscriptio. Quod animadverti & observari cupio, ad eam ambiguitatem tollendam, quam duplices hujus, & aliorum conciliorum subscriptiones doctis aliquando hominibus pepererunt.

Quod si acrius instent, urgeantque subscriptionem Orontii Eliberitani episcopi in concilio Tarraconensi, existimantes, illum Narbonensis Illiberis non Bæticæ episcopum fuisset, quod in concilio provinciali Tarraconensi episcopus Bæticus interesse non posset: nihilo magis impediar: quod concilium illud ex aliis quam suffraganeis provinciæ Tarraconensis coactum, ipsius Orontii Illiberritani episcopi subscriptio probet, & confirmet. Inter sedes enim subjectas Archiepiscopo Tarraconensi, Illiberis aut Caucoliberis mentio non fit. Illæ enim sunt, Dertosa, Cæsaraugusta, Turiaso, Calaguris, Auca, Pampilo, Osca, Ilerda, Barcino, Egara, Ausa, Gerunda, Emporiæ, Vrgellum. In vetusto codice manuscripto adduntur Ictosa, & Insulæ Baleares, Majorica, Minorica, Formentera, Vzetica: Illiberis autem, vel Caucoliberis memoria nulla. Quinimo iidem qui episcopatum in ea Illiberi fuisse contendunt, subjectum Narbonensi archiepiscopo, non Tarraconensi asseverant. Vtcumque ergo sit, constat sane, Tarraconense illud concilium, ex ejusdem solum provinciæ episcopis convocatum non fuisse: cum Hector episcopus

Cur in concilio Tarraconensi Illiberritanus episcopus interfuerit, & aliis conciliis, ex diversis provinciis alii.

ſcopus Carthaginenſis metropolis in illo pariter ſubſcripſerit: quem paruiſſe Tarraconenſi, aut Narbonenſi nemo eruditus affirmaverit. Quare autem Hector, & Orontius diverſarum provinciarum epiſcopi Tarraconenſi interfuerint, expedita ratio eſt. Cum Gothorum enim, Suevorum, Vvandalorum; vel quod gravius fuit poſtea, Arabum irruptionibus urbes Hiſpaniæ & eccleſiæ everterentur; remanebant epiſcopi eis ante præfecti, & qui denuo creabantur, nomine tenus & titulo inſigniti; cumque propriæ diœceſeos finibus exterminarentur, cogebantur interdum vagari, regum & aliorum principum eccleſiaſticorum patrocinium requirentes; a quibus ſingulari benevolentia, humanoque & civili cultu peregrinos epiſcopos ſuſcipiendos, antiqua fuit & benigna ſatis Oſii epiſcopi Cordubenſis ſententia, univerſi concilii Sardicenſis conſenſu & auctoritate comprobata: quam cum pari humanitate in Hiſpania noſtrates epiſcopi, ut a Chriſto primum, & ab Hiſpano poſtea epiſcopo traditam recepiſſent, omnia pietatis officia peregrinis epiſcopis ſemper exhibuerunt, & ſi in ipſorum eccleſiis concilia interim cogerentur, ad conſultationem, & ſententiam ferendam ipſos titulares epiſcopos nonnunquam invitabant, quorum utrumque teſtatur Rodericus archiepiſcopus Toletanus; recenſens enim eos qui ad conſecrandam eccleſiam ſancti Iacobi convenerant, & qui interfuiſſent Ovetenſi concilio, eadem cauſa & pluribus aliis coacto, hæc ait. *Rex itaque viſis epiſtolis, gaudio eſt gaviſus, & conſtituit diem, in qua convenirent nobiles, & magnates, & pontifices, qui eccleſiam beati Iacobi dedicarent, & celebrata dedicatione, omnes cum gaudio ad propria redierunt, & fuerunt ibi in dedicatione multi epiſcopi, Vincentius Legionenſis, Gomellus Aſtoricenſis, Hermigildus Ovetenſis, Didacus Tudenſis, Egila Aurienſis, Siſnandus Irienſis, Reccaredus Lucenſis, Theodiſinus Britonienſis: horum civitates jam per Dei gratiam a Chriſtianis poſſidebantur. Fuerunt ibi alii epiſcopi, quorum civitates aliqua deſertæ, aliquæ ab Arabibus tenebantur, Ioannes Aucenſis, Dulcidius Salmanticenſis, Iacobus Caurienſis, Fauſtus Coimbrienſis, Ardimirus Lamecenſis, Theodemirus Viſenſis, Guimagus Portugalenſis, Argimirus Bracarenſis, Heleca Cæſarauguſtanus: horum urbes, etſi aliquando Aſturiarum reges obtinuerunt, propter impotentiam retinendi, ab Arabibus occupatæ, aut retentæ, aut dirutæ remanſerunt uſque ad tempora Aldefonſi, qui cepit Toletum. Et earum epiſcopi ad Aſturias fugientes tam in civitate, quam in diœceſi Ovetenſi, partitis ſibi territoriis, ut poterant, victuabant. Vnde in aliquibus libris antiquis Ovetum dicitur civitas epiſcoporum; & tranſactis autem XI. menſibus, prædictus rex una cum uxore, & filiis, epiſcopis, comitibus, & magnatibus auctoritate domini PP. Ioannis Ovetum ad celebrandum concilium convenerunt: in quo cum univerſali convenientia, civitas Ovetenſis dignitate metropolitica inſignitur, & Hermigildus in archiepiſcopum ſublimatur, quia Hiſpania captivatis quinque ſedibus metropoliticis, ſilebat officio metropolitico deſtituta. Incurſantium enim hoſtilitate fugati intra Aſturiarum anguſtias prælati, qui gladium effugerant, confugerunt, & ut tanta anguſtia tolerabat, antiqua Toletani concilii inſtituta ſolicite continuentes, Ovetenſem eccleſiam, & cæteras, quibus iam ut metropolis præeminebat, ordinabant, juxta canonum ſanctiones, multiſque ſecundum Deum utiliter ordinatis, ſoluto concilio, ad propria redierunt.* Quod ſi nomine ſimul & dignitate epiſcopi potirentur, ſolebant aliquando vel cura & ſolicitudine negotiorum eccleſiæ, vel exilii ab Arianis indicti cauſa, ab eccleſiis propriis abeſſe, & in aliis commorari, temporum viciſſitudini, & gravi rerum neceſſitati cedentes. Si vero concilia in his indicebantur, ut eis intereſſent, a metropolitanis rogari ſolebant, hi præſertim qui pietate, prudentia, & literis præſtitiſſent. Qua de cauſa in concilio Toletano II. coacto ex ejuſdem ſolum provinciæ epiſcopis, ſubſcripſiſſe Maracinum epiſcopum hac formula comperimus *Maracinus in Chriſti nomine epiſcopus, ob cauſam fidei catholicæ, in Toletana urbe exilio deputatus, ſanctorum fratrum meorum conſtitutionibus interfui, relegi, & ſubſcripſi, die & anno quo ſupra.* Cum exule Maracino ſubſcripſerunt Nibridius, & Iuſtus; alter, Egarenſis; alter Vrgellitanæ eccleſiæ epiſcopus. Nibridius ſic: *Nibridius in Chriſti nomine eccleſiæ noſtræ Egarenſis epiſcopus, hanc conſtitutionem ſacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum poſt aliquantum temporum adveniſſem, ſalva auctoritate priſcorum canonum relegi, probavi & ſubſcripſi.* Iuſtus autem ſic: *Iuſtus in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Vrgellitanæ epiſcopus, hanc conſtitutionem conſacerdotum meorum in Toletana urbe habitam, cum poſt aliquantulum temporis adveniſſem, ſalva auctoritate priſcorum canonum relegi, probavi & ſubſcripſi.* Qui Egarenſis, & Vrgellitanæ eccleſiæ epiſcopos Tarraconenſi metropoli ſciens ſubjectos, & exilii, vel negotiorum cauſa a propriis eccleſiis abſentes, concilio provinciali Toletano interfuiſſe legerit; cur miretur Tarraconenſi concilio, & Gerundenſi Orontium adfuiſſe Illiberritanum? cum idem Nibridius Egarenſis qui adfuit Tarraconenſi, huic II. Toletano non multo poſt interfuerit: neque in reliquis conciliis Tarraconenſis provinciæ, Illiberis aut Caucoliberis epiſcopum ſubſcripſiſſe, aut interfuiſſe obſervo: nec in his quæ in Gallia Narbonenſi coacta ſunt. Si in Caucoliberi enim epiſcopatus fuiſſet inſtitutus, non ne conciliis Agathenſibus, Lugdunenſibus, Valentinis Galliæ, Matiſconenſibus, Arauſicanis, vel Arelatenſibus ſaltem, aliquando ejus antiſtites interfuiſſent? cum non ex proximis Tarraconenſis, aut Narbonenſis, ſed ex ultimis Bæticæ, & Luſitaniæ provinciæ finibus illis interfuiſſe ſciamus? ex Emerita Liberium epiſcopum, Florentinum diaconum, ex civitate Orcellis Naialem preſbyterum, Ceterium diaconum: ex Bætica Sabinum preſbyterum, ut omittamus ex Corduba Oſium, & ex aliis provinciis alios, quos præſentes fuiſſe primo Arelatenſi, auctor eſt Auguſtinus. Omnia igitur vetuſta antiquitatis monumenta, quæ Illiberi Narbonenſi honorem hujus concilii, aut ſedis epiſcopalis auctoritatem non obſcure denegant; eadem profecto Illiberri Bæticæ apertiſſime illa deferunt, tribuunt, concedunt, confirmant.

Ex ſubſcriptionibus conc. Arelat. ſecundi, quæ primo etiam reſtituendæ ſunt.
D. Auguſt. lib. 1. contra epiſt. Parmen. cap. 4.

De tempore concilii Illiberritani. Cap. II.

SOLET nonnunquam nimia celebritas rebus maximis oblivionem inducere, quod illas conſignare literis, tanquam vulgo notiſſimas, ejus ætatis ſcriptores contemnant, putantes illuſtrem & egregiam rerum geſtarum memoriam, infixam hominum animis ſempiternam fore, nullaque temporis diuturnitate delendam. An autem tempus ea de cauſa in hoc concilio prætermiſſum fuerit; an vero epiſcoporum, notariive, ſcriptoris aut exſcriptoris notanda negligentia; an data opera prudentique concilio, ne ethnicis imperatoribus, & hos ſacros conventus ſub gravi pœna interdicentibus notum foret ex temporis adjectione, decreta non antiqua, ſed recens edita fuiſſe: facile non dixerim. Vtcumque res habeat, illud ſane conſtat, de tempore hujus concilii, ut de re multis vetuſtatis tenebris involuta, ſcriptores adhuc non immerito dubitaſſe: quod profecto eruditus non mirabitur, qui novit, nec ipſos Romanos olim de annis urbis conditæ inter ſe ipſos conſentire potuiſſe; veroque eſſe conſentaneum, quod inter gentes ſcripſit ille, ſolos Deos neque ætate ſeneſcere, neque mori, reliqua omnia tempore obrui, conſumi, atque perire. Magdeburgenſes omnes; tam vero impietatis crimine damnandi, quam falſo eruditionis nomine glorioſi; adeo enim de communi, & propria eruditione, antiquo Gnoſticorum more gloriantur, ut vetuſtiſſima omnia eccleſiæ monumenta e tenebris reddidiſſe luci, vaniſſime ſe venditent, & impudenter tempus hujus concilii, teſte Arnaldo Pontaco epiſcopo Vaſatenſi, ad annum domini DCC. referunt, non diſpari, ut opinor impietatis, quam inſcitiæ errore obcæcati. Dolentes enim, & divinas, & apoſtolicas traditiones (quas graviter ipſi impugnant, & inſectantur) unius hujus concilii, utpote antiquiſſimi, auctoritate defendi & confirmari: ut elevata venerandæ antiquitatis majeſtate, divinarum etiam traditionum vetuſtatem dignitatemque elevarent; annos CCCC. & his & illi impiiſſime ſubſtulerunt. Angli tandem callidiore uſi mendacio, dignitati & vetuſtati concilii denſiores tenebras conantur offundere. Aſſerunt enim, patres hos Illiberritanos quadringentis abhinc annis vita defunctos, ut nongentorum ſpatium ex debita ſumma temporis detraherent. Sed adeo craſſus & putidus uterque hic error eſt in hiſtoria, adeo indignus, vel unius, nedum multorum lucubrationibus, ut proprio mihi jure poſtulare videatur, non qui verbis reprehendat, ſed Heraclitum potius aliquem, vel Democritum, quorum hic illorum rideat impudentiam, ille deploret inſcitiam: ut ex his quæ mox ſunt tradenda, vel ipſi Angli & Magdeburgenſes, ſi ignorant, addiſcent; ſi non ignorant, erubeſcentes forſan agnoſcent. Inter catholicos non etiam deſunt, qui ut incertum concilii nomen, ſic tempus incertum, auctoritatem incertam, & incertam tandem ſcribant religionem. Quæ omnia nos; & cæleſtis numinis, & clementiæ tuæ auxilio, certiora paulo & rationibus & argumentis certioribus, vel evincere, vel indicare ſaltem conabimur. In antiquis conciliorum editionibus, & recentiori Veneta, nullum tempus certum præſcribitur, ſed habitum ſolum refertur circa tempora concilii Nicæni, an ante, vel poſt, omittitur. Ambroſius Morales ex duobus exemplaribus Toletanis MS. Era CCC.

D. Aug. refert in libro uno ad Donatiſtas, poſt collationem, cap. 15. in quibuſdam conciliorum codicibus, diem & conſules deſiderari, exſcriptorum magis, quam epiſcoporum negligentia.

Arnaldus Pontacus in chronographia, ſub anno Chriſti DCC. XCIV.

Alanus Copus Anglus dialogo 4. de Anglis id teſtatur.

Ambroſ. Moral. li. 10. hiſt. Hiſp. c. 31.

Antonius Aug. in epistola ad Hieronymum Blancam rerũ Aragoniæ scriptorem quæ subditur illius historiæ.
Conc. Chalced. act. 11.
De tempore concilii Nicæni.

CCC. LXII. coactum affirmat, quod incidit in annum A domini CCC. XXIV. Antonius Augustinus ad annum Christi CCC. XXV. plus minusve rejicit: sed neutrum satis probaverim. Nam concilium Nicænum; cui præfuit, postquam interfuit huic, Osius episcopus Cordubensis, cœptum fuisse Coss. Paulino, & Iuliano: tum ex ipsius principio, tum ex concilio Chalcedonensi testatum est. Dum enim Nicænum fidei symbolum referret, hæc ex illo desumpsit. *Consulatu Paulini, & Iuliani virorum clarissimorum Coss. anno post Alexandrum sexcentesimo trigesimo sexto, mensis secundum Græcos Desii, die nono decimo, quod est tertio decimo Kalend. Iuliarum, in Nicæa metropoli provinciæ Bithyniæ, Credimus in unum Deum, &c.* finitum vero Sylvestro pontifice, ex ejusdem rescripto ad synodum Nicænam, quo decretis subscripsit V. Kalend. Novemb. liquido perspicitur. Vt hinc præterea notetur antiquorum scriptorum in inquirenda rerum, & temporum notitia perexiguum studium, dum

Sozom lib. 1. hi. ecclesiast. c. 15.
Nicephorus lib. 8. cap. 14.
Photius in lib. de septem conciliis.
Beda de temporibus. c. 65.
Gratianus in c. Sexta synodus 16. distinct.

Sozomenus, Nicephorus, Photius, Beda, & hunc sequu- B tus Gratianus, concilium Nicænum habitum dicant, sub Iulio papa primo, qui post Sylvestrum & Marcum ecclesiæ præfuit Romanæ, Constantino VIII. sic enim legi debet, non VII. & Constantio Cæsare IV. Coss. Quia cum Constantius IV. fuit consul, jam VII. consulatum impleverat Constantinus cum eodem Constantio, anno domini CCC. XXVI. Cum vero Constantius VIII. & Constans IV. fuere consules, annus domini agebatur CCC. XXIX. Osium autem non potuisse adesse concilio Illiberritano, anno uno, vel duobus ante Nicænum, inde non colligi tantum, sed probari contenderim, quod ante Nicænam synodum, & ante Arianam hæresim, illum & præsentem, & maxime familiarem habuerit Constantinus magnus, auctore Socrate: & eodem fere tempore constitutionem de manumissionibus in ecclesia, ad Osium episcopum direxerit, datam XIV. Kalend. Maii, Crispo II. & Constantino II. Coss. Eos autem consules fuisse anno domini CCC. XXI. fastorum scriptores fi- C dem faciunt. Multo etiam ante, cum contentio inter Arium, & Alexandrum de æqualitate filii cum patre, excitata esset, anno domini CCC. XVII. ad eam sedandam, tum & illam quæ inter orientales orta fuerat de paschæ celebratione, missus Osius est a Constantino, eodem Socrate teste, Sozomeno, & Nicephoro. Missum autem Osium anno domini CCC XVIII opinor, quod in epistola Constantini ad Alexandrum, & Arium (quam recenset Eusebius) nuntios de dissidiis Alexandri, & Arii tunc ad se adfirmet adventasse, cum iter & professionem ad orientem pararet: at profectionem illam paratam eo anno, quo extincto Licinio imperii competitore, summa totius reipub. ad solum Constantinum delata est, quod in illud tempus incidit, ipse Constantinus est auctor, in edicto misso ad provinciales Palæstinæ relato ab Eusebio. Seditionem ergo sedare conatus est Osius, concilio generali Alexandriæ convocato, ut D. Athanasius D testatur. Sed eam cum sedare venerabilis senex non potuisset, reversus est ad Constantinum, quem de statu in quo res erant, edocuit. Constantinus autem, re cum Sylvestro pontifice Romano communicata, episcopis universis concilium Nicænum in sequentem annum ex illius auctoritate indixit. Nec eo tempore tantum, sed multo antea, ab Hispania Osium abfuisse constat. Cum enim Cæcilianus episcopus Carthaginensis, & Donatus a Casis nigris hæreticus, & schismaticus, de causa librorum, & schismate contenderent, causamque perlatam ad Constantinum per Annulinum Africæ proconsulem ad Miltiadem urbis Romæ imperator remitteret; eaque in favorem Cæciliani contra Donatum definiretur in concilio Romano sub Miltiade, appellavit Donatus ad Constantinum: Constantinus vero, ut vel hac ratione lite terminata, pax redderetur ecclesiæ, concilium congregari curavit in civitate Arelatensi; ad quam ducentos, & eo amplius, episcopos, Hispanos, Gallos, & E Italos confluxisse cum episcopis Africanis, qui partes Donati, & Cæciliani sequebantur; & quos adesse concilio imperator Constantinus præceperat, ex Augustino repeto, lib. I. contra epistolam Parmeniani, cap. IV. Et eam aliquando putaram fuisse causam absentiæ Osii ab Hispania, & Cordubensi episcopatu accersitum enim eum a Constantino magno ad causam Cæciliani discutiendam definiendamque cum reliquis episcopis Gallis, Italis, & Africanis erat verisimile: nisi ante causæ hujus exordia Osium cum imperatore fuisse ex Nicephoro comperissem, ut mox ostendam: cum Afros etiam transacto Gaditano freto, jusserit imperator per Bæticam, & Tarraconensem in Galliam Narbonensem proficisci, ut ex epistola illius ad Ælafium, quam refert Massonus in Miltiade, compertum habeo. Cum Osio præterea ex Hispania alios evocatos fuisse, indicat querela Parme-

Socrates lib. 5. hist. eccles. c. 4.
Constitutio Cõstantini ad Osiũ exstat in codice Theodos. lib. 4. tit 7. de manumissionibus in ecclesia.

Sozomenus li. 5. c. 15.
Niceph. lib. 8. c. 12.
Eusebius lib. 2. de vita Cõstantini cap. 63.

Eusebius lib. 2. de vita Constant. a c. 25. usque ad c. 41.
D. Athanasius 2. apolog.
Causa hæc ecclesiastica ad Constantinum sæpe, tam a Donatistis quam catholicis delata est, non jure ordinario; nam Constantinus, & principes omnes seculares omni potestate, & jurisdictione carent ecclesiastica, ut docet D. Athan. in epistola ad solitariam vitam agent. sed extraordinario & singulari exemplo ob temporis iniquitatem & necessitatem, quæ non sine lege, lege carere dicitur: ideoque ab hæreticis hodie ad exemplum trahi non debet; quod ex eodem Constantino Aug refert lib. 3. contra Cresc. c. 61. & ep. 162. scribit, idem Aug Constantinum imp. Arelatense judicium, aliorum videli-

niani generalis adversus Hispanos, quam D. Augustinus dicto lib. I. contra Parmenianum recenset. Nisi dicamus sicut Cæcilianum ab Afris, sic Osium ab Hispanis, vel de traditione librorum, vel de favore præstito Cæciliano, vel de alio simili crimine falso accusatum fuisse; nam inibi ejus causam, sicut alteram Cæciliani finitam, scribit in eodem libro & conqueritur D. Augustinus. *Quod enim, ait, de Osio dicunt Cordubensi quodam catholico episcopo, flagitandum est, ut probent, non solum talem illum fuisse, qualem dicunt, sed quod talis fuerit manifestum illis fuisse, quibus eum communicare asserunt; hoc enim nisi probaverint, frustra dicunt se seisse qualis fuerit, quia nescientibus obesse non potuit, a quibus se isti innocentibus separando, propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem, innocentes esse non possunt: hoc enim magis credibile est, si tamen Osius ab Hispanis damnatus, a Gallis est absolutus, sic fieri potuisse, ut falsis criminationibus Hispani circumventi, & callida insidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam, & postea pacifice in humilitate Christiana, cederent sententiæ collegarum; quibus illius innocentia comprobata est; ne pervicaci & animosa perversitate, priores suas sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergreditur, cæcitate impietatis irruerent, sicut isti miseri fecerunt, & nec sero saltem toties divisi atque concisi sentiunt, quod fecerunt.* Hispanos autem, qui Osium accusaverant, cessisse concilii Arelatensis judicio, Osium, æque ac Cæcilianum absolventis, addidit ipse Augustinus, contra Parmenianum: *Nusquam isti se tam aperte indicarunt,* loquitur de Donatistis, *cur nec separati corrigi voluerunt, quam cum detestantur Hispanos, quod post sententias suas aliter prolatas, collegarum discussioni, posteriorique judicio cesserunt; quam enim hoc factum est de mansuetudine Christiana; tam illud de contentione diabolica: & ideo non mirum, quod ista humilitate pax custodita est, illa elatione dirupta.* Quod autem favisset Osius Cæciliano, testatur ipse Augustinus: *Cum enim diceret,* ait adversus Parmenianum, *per Osium Hispanum, adjutorium præstitum Cæciliano, ut ad eorum communionem, sanctorum & illibatorum numerus cogeretur; & huic impietati fidem servorum Dei integram restitisse: ultro fassus est suos ipsos adiisse Constantinum.* Hæc de Osio absoluto a Gallis, Augustinus recenset, accusato prius ab Hispanis, & ob accusationem multa mala perpesso. Quare cum de Osio mentionem faceret Sozomenus, eo tempore, quo ad sedandam seditionem Arii a Constantino imperatore missus est, illum ob fidei confessionem superioribus annis multa perpessum esse, ob idque admodum nobilitatum narrat; quod ad accusationem Hispanicam, communia erant multa, & crimina, & virtutes tunc Hispanis cum Afris, cum Datiani crudelitate conjunctam, referri posset. Tandem ergo cum in concilio Arelatensi, ut in Romano, patres Donatum damnassent, absolvissentque Cæcilianum, appellavit iterum Donatus ad Constantinum, qui causa cognita, Cæcilianum innocentem pronuntiavit, comprobatoque & Romani, & Arelatensis concilii judicio, Donatum ejusque fautores improbissimos judicavit; præceptumque ab eo conquestus est Parmenianus, auctore D. Augustino, quod *victi apud ecclesiasticos judices, ne apud ipsum, quæ dicebant, probare potuissent; ad campum, hoc est ad supplicium ducerentur: hoc enim eum tanquam immaniter jussisse, Hispano Osio suggerente criminabatur, suspicionibus videlicet suis, sicut semper damnando inauditos.* Erat ergo Osius cum Constantino tempore sententiæ prolatæ, nec cum eo tantum, sed ab ejus consilio; nullam enim ecclesiæ causam, absque consultatione & judicio Osii decernebat imperator: quare ab eodem Osio persuasum, leniorem quam mererentur, tulisse in Donatistas sententiam, Augustinus his verbis commemorat. *Quasi vero non humanius, ac probabilius alius crediderit, Osio tanquam episcopo suggerente, potius factum, ut in leniorem coertionem, quamvis immanissimi sceleris, id est sacrilegi schismatis, sententiam flecteret imperator.* Hanc autem Constantini sententiam, qua damnavit Donatum, etsi illum gratia corruptum fuisse conquestus fuerat Parmenianus, uti refert idem Augustinus, sicut in Miltiadem a quo in concilio Romano damnatus fuerat, traditionis crimen simili pertinacia, & errore contulerat, latam quarto Idus Novembris, Sabino & Ruffino Coss. memoriæ prodidit Augustinus, quorum consulatum ad annum domini CCCXVI. rejicit Onufrius: anno autem sequenti constitutionem misit ex oriente Constantinus ad Octavianum comitem Hispaniarum, quæ data fuit Sardicæ, pridie Non. Decemb. accepta autem Cordubæ V. Non. Martias, Gallicano & Basso Coss. in qua decrevit imperator communi Osii episcopi Cordubensis, ut solebat, consultatione, ut omnes qui tam

cet episcopo... dedisse: non jam necesse... sed Donati... perversitat... cedentem, ... nimodo cu... tem tantam... pudentiam... bere. Quod... ipse Constan... palam testa... est, cum po... tentiam a ... tiade la tam... natistis rese... rit: O rapi... roris audaci... rursus: Pet... me in seculo... dicium, ... ipse Christi... tium expecte... Aug. d. epis... & Opta. lib... contra Pa...

D. Aug. dict...

D. Aug. in eod. lib. contra Pa... men c. 5.

Sozomenus li... 1. hist. ecclesia... c. 15.

Aug. lib. 1 cont... Parmen. c. 8.

D. Aug. ubi su... pra c. 6.

D. Aug in lib. contra Donati... stas cap. 33.
Constantinus imper. in li. 1. tit. 1. de accusatio... tion lib. 9.
C. Theodosian...

tam Cordubæ, quam in reliquis Hispaniæ urbibus volebat patriæ recte fore consultum Osius, quacumque dignitate, vel nobilitate illustres deliquissent, pœna statim sequeretur: neque ad eam relatio mitteretur: neque uterentur illi fori præscriptione: quod ideo Constantinum magnum veræ virtutis, & æquitatis laude ornatissimum edixisse autumarim, ne ipso absente, tam longis, & difficilibus ex occidente ad orientem itineribus punitio criminum, aut differetur aut omitteretur. Concilium ergo Illiberritanum, cui Osius adfuit, cogi non potuit anno domini CCCXXIV. cum jam eo tempore, & antea in Asia fuisset, cum Constantino, vel in Africa; & Alexandriæ ad componendum Arii schisma & controversiam orientalium. Nec eo tempore tantum Osium, cum Constantino vixisse certum est, sed & antequam Cæciliani causam Donatus ad imperatorem detulisset, quod factum est anno domini CCCXIII. ut colligitur ex Optato, antea enim Osium in comitatu imperatoris fuisse probat Nicephorus, hanc Constantini imperatoris constitutionem, quam numero quartam dicit, referens.

...lib. 1. Parme-... ...horus lib. ...eccl. c. 42.

Constantinus Augustus Cæciliano episcopo Carthaginis.

QVANDOQVIDEM visum nobis est, per provincias omnes Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ, certis quibusquam ministris legitimæ & sacrosanctæ catholicæ religionis aliquid ad sumptus tolerandos largiri: literas ad Vrsum catholicum Africæ dedi, eique significavi, ut ter mille pholes dinumerandos tibi curaret. Quapropter, ubi, quam diximus pecuniæ summam recipiendam mandaveris, omnibus eis, qui in brevi ad te ab Osio misso, designati sunt, distribui eam jubeto. Post hanc quartam constitutionem, quintam adjicit cap. sequenti, de causa Cæciliani Nicephorus. Si ergo ante causam intentæ accusationis Cæciliano, quod cura etiam illi commissa distribuendi munera in causas pias demonstrat, Osius cum Constantino erat, illaque anno domini CCCXIII. agitari cœpit, constabit plane, anno illo concilium hoc, cui Osius adfuit, peragi minime potuisse. Vt hinc etiam observemus, verum non esse quod scripsit Onufrius, eodem videlicet anno CCCXIII concilium hoc habitum fuisse: minusque probabile fit, quod Petrus Gregorius Tolosanus scripsit, cum ad ætatem Constantini magni & Iulii PP. synodum hanc rejicit, ad annum nimirum domini CCCXXXVI. multoque minus, quod Vassæus. Ait enim imperatorem Constantinum in Hispaniam tunc advenisse, magnis copiis adductis, ut barbaras nationes, quæ Gallœciam, Bæticam, atque omnem oram maritimam varie occupaverant, expelleret; atque Hispanos in montes & inaccessa loca profugos, sedibus suis restitueret; quod ut effecit, ad componendas res ecclesiasticas animum adjunxisse, jussisseque celebrari concilium hoc Illiberritanum a XIX. episcopis, in ea Illiberi, quæ est in radicibus Pyrenæi, non in ea, quæ fuit prope Granatam. cui concilio interfuisse ait Helenam, magni Constantini matrem, cum Constante nepote, ac tamdem in eo concilio divisam fuisse Hispaniam in quinque provincias, Tarraconensem, Carthaginensem, Bæticam, Lusitaniam & Gallœciam, & singulis provinciis assignatos fuisse episcopos metropolitanos: quæ ut ait, a Ioanne episcopo Gerundensi desumpsit, & ab his plures alii recentiores: ea tamen nec veri specimen habent: quia Constantinum magnum Hispaniæ fines ingressum, a nullo antiquorum scriptorum memoriæ proditum est; nec ab his, qui recensendis, quæ ille singulis annis gessit, insignem navarunt operam. Et ut omittamus exteros, a quibus illud fortasse negligi potuit, divus Isidorus, cum in historia Gothorum Constantini magni memoriam celebrat, adventum illius in Hispaniam miro silentio præteriit, ut & Lucas episcopus Tudensis, & Rodericus archiepiscopus Toletanus, ac postremo Paulus Orosius Hispanus, qui non multos annos post Constantinum vixit: non equidem omissuri, ut verisimile est, si ille in Hispaniam venisset, & in hoc concilio de tanti momenti rebus egisset, quales a Ioanne episcopo Gerundensi, & a Vassæo, magnifica hac & gloriosa ostentatione repræsentari videmus. Nec illum eo anno in Hispania, sed nec in Gallia, Europa, Asia, vel Africa fuisse inde liquido cernitur, quod Nicomediæ celebritatis pentecostes extremo fere die, vita defunctum ad cœlites commigrasse, Kalendis Iunii, anno domini CCCXXXVII. Feliciano & Titiano COSS. comprobent cum Socrate, Rufinus, Sozomenus, Eutropius, & alii. Quod vero quidam confingunt, castellum Helenæ vulgo vocatum Euna, seu Helna, ab Helena cum filio Constantino in eo adventu ædificatum

...us in fa... ...tificum ...ratorum ... Greg. To... lib. 22. ...mat. cap. ...22. ...in ...Hi... ...lib anno 338. ...us Gati... ...7. cō... ...storial. ...48. ...s Ge... ...is in ...aphia ..., & alii. ...li. c. 11. ...l. 2. c. ...s. l. 10. Sigo...

A fuisse, incerta res est: certa autem, illud a Constante imperatore filio Constantini, in gratiam aviæ constructum, & in eo occisum esse tertio decimo imperii anno. Quod si tamdem ad vivum resecare conemur tempus, quo Osius abfuit ab Hispania primo, & absentiæ rationem exquirere, abfuit enim bis, in re tam obscura vix divinare potero: in mentem tamen venit, quod ex epistola ejusdem Osii ad Constantium imp. Arianum apud Athanasium legi. Inter alia enim hæc addit: *Ego confessionis munus explevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano: quod si tu quoque persecutionem moves, etiam nunc ad quidvis potius sustinendum paratus sum.* Præ cæteris namque Diocletiani & Maximiani persecutio diffusior locis, immanior cruciatibus, annisque diuturnior fuit: Diocletiano enim in oriente, & Maximiano in occidente sævientibus, triginta dierum spatio per diversas provincias, decem & septem millia hominum utriusque sexus martyrio coronata fuisse, præter eos qui in insulas sunt relegati, vel ad metallum damnati, quorum infinita prope multitudo habita est, scribit Damasus. Nicephorus autem viginti millia Christianorum, nocte natalis Christi combusta ob fidei confessionem commemorat. Inter alia autem, quæ eorum persecutione patrata sunt, libros sacros incensos, desolatas ecclesias, earum antistites, vel conjectos in vincula, vel relegatos; Christianos omnes vel afflictos, vel interfectos, si idolis gentium sacra non facerent, Eusebius, Orosius, Nicephorus & Ado testes locupletissimi sunt. Hujus persecutionis majorem Hispaniæ, quam reliquis orbis provinciis, laudem deberi, auctoritate possem, & exemplis multis demonstrare, eorum, qui pro tuenda semel suscepta Christi fide, adversus imperatorum edicta, Datiani præsidis tunc in Hispania sævitia & crudelitate, acerbissimo, sed glorioso martyrio decorati sunt. Inter alios autem, qui ea persecutionis tempestate, ob confessionem fidei in exilio vel tormentis factam, nobile & illustre confessorum nomen sibi pepererunt, Osius unus est, ut ipse de se testatur, scribens ad Constantium imperatorem, & D. Athanasius ad solitariam vitam agentes: dum ait Osium, eo tempore sexagesimum annum a confessione sua egisse, & eo amplius, quod incidit in tempus persecutionis Maximiani, de qua postea. Tunc ergo relegatum Osium ab Hispania mihi persuadeo, quod diis sacrificare nollet. Si pagani Marcellinum Romanæ ecclesiæ episcopum idolis sacrificare coegerunt, Marcellumque tentavit Maxentius, & illum recusantem damnavit in catabulum, ut a Damaso traditum est, cur non Osium ecclesiæ Cordubensis episcopum cogere tentassent? Illum tentasse Datianum Hispaniæ præsidem, mihi est probabile; sed id assequi non potuisse, multo probabilius; ob eamque causam, vel quod sacros libros tradere noluisset, ab episcopatu Cordubensi relegatum, nec relegatum modo, sed stigmatibus & notis insignitum Nicephorus tradit; & propter illas Constantino magno fuisse carissimum: quæ forsan causa fuit, ut lege lata hanc notarum inscriptionem in fronte idem Constantinus sustulerit. Vincentium etiam Diaconum, quod diis sacrificare nollet, nec libros tradere sacros, a Datiano præside tormentis affectum, ac tamdem præclara sanguinis & vitæ profusione admirabilem martyrii coronam percepisse, eleganter cecinit Prudentius. Movet præterea, eo tempore, vel paulo ante, concilium hoc habitum, quod sanctæ Ruffinæ martyris Hispalensis corpus Datiani jussu tunc in amphitheatro combustum a venerabili Sabino episcopo ejusdem civitatis, in cœmeterio suburbii Hispalensis sepultum memoret breviarium Eborense: at Sabini episcopi Hispalensis subscriptio in principio hujus concilii extat, post Felicem episcopum Accitanum. Confirmat tamdem eamdem sententiam confessio sanctæ Leocadiæ, quam passam scimus eadem persecutione, Toletanam ecclesiam Melantio episcopo gubernante. Sed multo magis obitus sancti Valerii episcopi Cæsaraugustani, quem in ejusdem persecutionis initio, quod diis sacrificare & libros sacros tradere noluisset, relegatum traditur, ab eodem Datiano Diocletiani in Hispania præside. A quo dura illa & insolens exilio Valerii adjecta conditio est, ut in civitatibus, oppidisve, plusquam viginti domos habentibus, nec morari posset, nec ingredi. Verum quo major Datianæ impietatis fuit impudentia, eo major sanctitas Valerii, patientia & obedientia fuit; eaque de causa primum in hortulo quodam, non procul a Valentia habitare cœpit, illum a Mauris vocatum Ruzafa testatur Antonius Beuter, in eoque extare templum tanto martyri dicatum: postea autem ad aliud oppidulum, vulgo dictum Anedo, non procul aripa Cincæ fluvii se contulit, a quo non discessisse, sed in extremum diem obiisse, cum præclara nominis

nius l. 4 de imper. occidentali, ad finem. Onufrius Panuinus in fastis pontificum & imperatorum. Osii epistolam refert Athanasius in sua ad solitariam vitam agentes.

Damasus in vita Marcellini. Nicephorus li. 7. histor. ecclesiast. cap 6.

Euseb. lib. 8. c. 2. Oros. l. 7. c. 25. Niceph. li. 5. c. 1. Et Ado. 6. ætate sui chronici. D. Athanasius in epistola ad solitariam vitam agentes. Damasus in Marcellino & Marcello. Nicephorus l. 8. hist. ecclesiast. cap. 14. Notas seu stigmata confessorum & martyrum frontibus infigendi pœnæ & ignominiæ causa vetus mos constat ex Pontio, in vita D. Cypriani, & ex Georgio Cedreno in compendio histor. Theophilo. Constantinus in l. 2. C. Theodos. de pœnis. Prudentius in Peristephano, hymno in laude sancti Vincentii martyres, & altero de laude sanctorum decem & octo martyrum Cæsaraugustanorum.

Anton Beuter in hist. Hisp. 1. partæ c. 25.

B C D E

celebritate & præteritæ confeſſionis gloria, ex annalibus Aragoniæ & Valentiæ, quos ſumma diligentia collegit Beuter adfirmat: quod mihi ſane probatur, nec Valerium Cæſarauguſtam, vel Illiberim ingredi poſtea potuiſſe. Accedit poſtremo Innocentius PP. I. perſpicue docens ante Diocletiani perſecutionem, ut contendo, concilium hoc habitum fuiſſe: dum renovata tacite ejus memoria & pœnæ quæ canone hujus concilii VII continetur, ſic ſcribit ad Exuperium epiſcopum Toloſanum, quem primum Hiſpaniarum præfecturam geſſiſſe, & poſt ad tranquillioris vitæ portum ſeceſſiſſe teſtatur Auſonius Gallus, & inter divos tamdem relatum celebrat eccleſia. *Et hoc quæſitum eſt*, ait Innocentius, *quid de his obſervari oporteat, qui poſt baptiſmum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ ſuæ pœnitentiam ſimul & reconciliationem communionis expoſcunt. De his obſervatio prior, durior; poſterior, interveniente miſericordia inclinatior eſt. Nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, ſed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ perſecutiones eſſent, ne communionis conceſſa facilitas homines de reconciliatione ſecuros non revocaret a lapſu, negata merito communio eſt, conceſſa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem eſſe remiſſionem fecit temporis ratio. Sed poſtea cum dominus noſter pacem eccleſiis ſuis reddidit, jam depulſo errore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter domini miſericordiam, &c.* Si priorem ergo hujus pœnæ ſeveritatem, quæ nullo tunc alio eccleſiæ decreto præter hoc Illiberritanum, a quo acceperat Exuperius, ſancita erat Innocentius PP. adſeverat, communi eccleſiæ uſu receptam, non modo ante reſtitutam eccleſiæ pacem, ſed tempore quo crebræ graſſabantur gentiū perſecutiones in eccleſiam: conſequitur plane non ſolum ante Conſtantini imperium & pacem, Innocentium PP. fateri, concilium hoc peractum fuiſſe, ſed & ante poſtremam Diocletiani & Maximiani perſecutionem: cum poſt illam, nec crebris nec raris afflictam eccleſiam a Conſtantio Conſtantini patre ſit certum. His etiam certiorem addunt adſtruuntque fidem ipſius concilii canones, in quibus de flaminibus ethnicorum, de coronis ſacerdotum, de literis martyrum & confeſſorum, quas lapſis illi impartiri ſolebant, de domeſticis laribus, & de his qui confringentes idola gentium occiderentur, ſpeciatim decernitur: quæ ante Conſtantini & Conſtantii ætatem flagrante adhuc perſecutione peractum comprobare videntur. Quibus etiam apparet verum eſſe non poſſe, quod eruditi quidam recentiores ſcripſerunt, concilium hoc habitum paulo poſt Nicænum: cum in concilio hoc nihil de Nicæni memoria, nihil de Arii impietate, nihil de Euſtachii ſordibus, nihil tamdem de hæreſibus eo tempore jam enatis decretum, actum, vel inſinuatum legant. Quod autem D. Iſidorus ſcripſit: *Canones conciliorum, a temporibus Conſtantini imperatoris cœperunt: nam in præcedentibus annis perſecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas*; de generalibus intellexit, ut ex ſubſequentibus ejuſdem Iſidori verbis ſit manifeſtum. *Sub hoc enim ſancti patres in concilio Nicæno, de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem evangelicam, & apoſtolicam, ſecundum poſt apoſtolos ſymbolum tradiderunt: inter cætera autem concilia, quatuor ſunt venerabiles ſynodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur; quaſi quatuor evangelia, vel totidem paradiſi flumina. Harum prior Nicæna ſynodus CCC. XVIII. epiſcoporum Conſtantino Auguſto imperante peracta.* Sed multo clarius ex his, quæ in ejuſdem libri exemplari & in præfatione conciliorum ſcripſit. *Canones*, inquit, *generalium conciliorum a temporibus Conſtantini cœperunt, in præcedentibus namque annis* Nec in tota hiſtoria conciliorum ſubſequenti, niſi de generalibus meminit Iſidorus. Sed cum verbum illud generalium parum fideliter ab Iſidoro abſtuliſſent ſcriptores; dederunt ipſi, non Iſidorus de vetuſtate hujus concilii dubitandi occaſionem: quam reſtituto verbo generalium ex originali, & manuſcriptis, conſtabit certo ſublatam. Cum autem de provincialibus egit Iſidorus, ſi Iſidori ea præfatio eſt, non ſenſit modo, ſed docuit apertiſſime alia Nicæno fuiſſe priora: *Prima annotatio*, inquit, *Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe; ſed propter auctoritatem majorum poſtponitur: in qua patres XVIII. ſtatuerunt canones XXIV. quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus epiſcopus exſtitit. Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam legitur fuiſſe, in qua patres ſexdecim ſtatuerunt canones XIV. quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius.* Sed ſive Iſidori ea præfatio ſit, ſive alterius cujuſcumque ſcriptoris, liquet ex ea Ancyranum & Neocæſarienſe ante Nicænum acta fuiſſe: quod Iſidorus diffiteri non potuit. Quicumque autem ille auctor fuerit, Illiberritanum concilium omiſit, quod illi perſpicuum non foret, qua illud ætate eſſet peractum: maluit enim concilium celebre & Hiſpaniæ generale omittere, quam in re ſibi incerta, aliquid certi adfirmare. Tempus autem illius, ideo incertum fuit ſemper, quod ab epiſcopis Hiſpanis prætermiſſum fuiſſet, ea forſan, ut dixi ratione, ne imperatorum edicta & leges judicarentur violaſſe, quibus illi ſacros hos conventus ante Conſtantini imperium acerbiſſimis pœnis interdixerant. Quod ſi omiſſum tempus ab epiſcopis Hiſpanis non fuit, ea concilii pars periit, cum bellum atrox a Diocletiano & Maximiano libris ſacris indictum ſcribit Prudentius; vel hæreticorum impietate eſt intercepta Nam eos ſolitos in propriis ipſorum conciliis conſules temporis indices expungere, ne de tempore conciliorum conſtaret, ſed antiqua, vel recentiora pro temporis conditione interpretantes, in aliqua fraude non poſſent facile deprehendi D. Auguſtinus recenſet.

Innocent. PP. I. in epiſt. ad Exuperium epiſcopum Toloſanum c. 11.

Auſoni. Gall. epigram. in commemor. profeſ. 18.
Martyrologium Rom. 28. Septembris.

Canon. 1. 3. 4. & 41. 55. 60.

D. Iſidorus li. 6. Etymolog. c. 15. Refertur a Grat. in cap. canones conciliorum 15. diſt.

Iſidor. apud Gratian. in cap. prima adnotatio 16. diſtinctione.

Prudentius in periſtephanon hymno in laudem ſancti Vincentii martyris.

D. Auguſt. in collat. 3. diei, c. 15.

Codices manuſcriptos D. Laurentii, in quibus coactum hoc concilium dicitur eodem tempore, quo Nicæna ſynodus habita eſt, & alios duos Toletanæ eccleſiæ, in quibus additur habitum eſſe eodem tempore, quo Nicæna, Era CCC. LXII. non moror, certo perſuaſus, tempus additum ab exſcriptoribus Gothis, ſeu Longobardis, quorum characteribus ea exemplaria tranſcripta ſunt. Vetuſtum codicem D. Laurentii, qui dicitur Vigilanus, a Vigila monacho Alveldenſi, Era CIↃ. XIV. exſcriptum eſſe apparet, ut & ſecundum, qui vocatur Hiſpalenſis, quod Hiſpali conſcriptus ſit, anno domini CCIↃ LXII. a quodam Velaſco quem epiſcopum poſtea fuiſſe ferunt: tertium denique nuncupatum Lucenſem cæteris antiquiorem, etſi de tempore nil certi ſit deſcriptum fuiſſe opera Ayſtrulphi aut Michaelis Dens, quod nomen Gothum redolet, vel Gothum fuiſſe exſcriptorem, aut Gothicis characteribus uſum neceſſe eſt. Nam acta & ſcripturæ omnes ſive publicæ, ſive privatæ ante Alfonſum VI. regem, qui Toletum recuperavit a Mauris, characteribus Gothicis exaratæ ſunt: quæ vero poſt Alfonſum, non Gothicis, ſed Gallicis ſunt conſignatæ: quia in concilio Hiſpaniæ tempore ejuſdem Alfonſi regis, Legione præcipua regni urbe habito, cui præfuit Raynerius ex Cluniacenſi monacho preſbyter cardinalis & apoſtolicæ ſedis legatus, cum Bernardo archiepiſcopo Toletano, & aliis epiſcopis Hiſpaniæ ſancitum eſt, ut uſus Gothicorum characterum quos Gulfilas Gothorum epiſcopus, antequam illi in Hiſpaniam veniſſent, primum excogitaverat, deſuetudine in poſterum aboleretur: receptis in uſu Gallicis ſolum: quod præter manuſcriptorum codicum certam fidem, teſtantur Lucas epiſcopus Tudenſis & Rodericus archiepiſcopus Toletanus. His ergo codicibus divi Laurentii & eccleſiæ Toletanæ ut integram in hac temporis notatione fidem habeam, multis impedior. In primis enim eo tempore, & multo poſt, in provinciis populo Romano ſubjectis, annos a COSS. numerari, non ab impp. commune erat. In concilio Milevitano decretum eſt, ut ab epiſcopis ordinati literas accipiant propria ordinatorum manu ſcriptas, non imperatorem, ſed diem & conſulem continentes. Quinimo cum interdum conſules non eſſent, vel ordinarii, vel ſuffecti, tempus deſignari ſolebat a COSS. jam officio defunctis, & cum concilium literis mandabatur, addebant: poſt conſulatum NN. ut ejuſdem concilii Milevitani patres ſanxerunt. Quod antea fuiſſe in uſu eccleſiæ probat concilium Agrippinenſe ſeu Colonienſe paulo poſt Nicænum; tempore Iulii papæ, ſic enim incipit. *Poſt conſulatum Amantii & Albini IV. Idus Maias, cum conſediſſent, &c.* Diviſo autem imperio, cum alter Conſtantinopoli, alter Romæ conſul deſignaretur, cum de altero nondum conſtaret, in temporis notatione, deſignati conſulis nomen exprimi, cum hac additione: Et qui fuerit nuntiatus: ex multis liquet juris ſanctionibus.

Characterum Gothicorum uſus quando cœptus, quando ſublatus ſit.

Lucas Tudenſis epiſcopus in hiſt. Hiſpan. manuſcripta. Rodericus archiep. Tolet. lib. 6. hiſtor. Hiſpa. c. 30.

Conc. Milevita. can 14.

Idem can. 20.

Qua de cauſa non ſolum in Carthaginenſibus, Milevitano, Hipponenſibus, Cirtenſibus, & reliquis Africæ provincialibus conciliis, ſed in reliquis orientis & generalibus eccleſiæ conſulum nomina præfigebantur. Nicænum enim, cui Conſtantinus Auguſtus interfuit, & cui is honor a concilio tam juſtis, quam multis de cauſis tribui poterat: omiſſo ejus imperio, conſulatu Paulini & Iuliani convocatum dicitur, confirmatum vero Conſtantino VIII. & Conſtantino Cæſare IV. Coſſ. Quod ſi Oſium, & reliquos epiſcopos Hiſpaniæ Conſtantini imperatoris amor allexit, ut ejus imperium adderent initio concilii, non ne imperii annos ſibi ſat cognitos addidiſſent; ut poſteriori Gothorum imperio additos in conciliis Toletanis, Hiſpalenſibus, Bracarenſibus, & reliquis Hiſpaniæ provincialibus legimus? aliter enim quam diſtinguere contendebant, & illuſtrare temporum rationem, multo magis obſcuraſſent. Huc & illud facit: nam Oſius & reliqui Hiſpani epiſcopi ſi dixerunt indictum hoc con-

L. fin. C. Theod. de hæret. & novella. 1. C. Theo. de Theodoſiani codicis auctoritate, & novellarum D. Theodoſii.

cilium

cilium tempore, quo Nicæna synodus est habita: aut intellexerunt de anteriori; aut eodem, quo Nicæna coacta est; aut posteriori: nam quartum aliud adjici non potest. Si de anteriori & eodem; illud repugnat, quod Osium in Gallia, Africa & Asia fuisse non paulo tantum, sed multo ante Nicænam repetita jam altius antiquitatis memoria doceamur. Si paulo post Nicænam habitum dicamus; repugnat etiam; quod Osius absoluto concilio Nicæno, profectus fuerit in Paphlagoniam, ut adesset concilio Gangrensi, in quo adfuisse, & subscripsisse, ipsius concilii epistola, Osii nomine & reliquorum conscripta ad episcopos Armeniæ probat. Concilium autem Gangrense factum post Nicænum, ex eodem Gangrensi apparet; & ex D. Isidoro vel Anselmo comprobat Gratianus. Nec Osium in Hispaniam reversum, ante Constantini obitum, mihi adhuc compertum est. Quinimo ex divo Athanasio didici, cum mortuo jam diu Constantino imp. tempore Constantii Arianam impietatem & Constantii lenocinia detestantem, ad patriam & ecclesiam Cordubensem rediisse. Nec fit profecto verisimile, eumdem Osium Nicæni concilii nomen in principio Illiberritani præfixisse; Nicænum autem fidei symbolum, cujus formulam, Athanasio teste, ipse Osius condiderat, & reliqua ejusdem concilii Nicæni decreta tanta oblivione obruisse. Illud præterea majoris adhuc momenti est, quod concilium hoc habitum dicatur post Nicænum, Era CCC. LXII. cum Nicænum referatur in omnibus codicibus habitum anno sequenti Era CCC. LXIII. Fateantur ergo oportet, aut concilii Nicæni Eram falso additam: quod est probatu difficile: nam Eræ computatio, quam ut propriam Hispaniæ ab Hispano episcopo Osio concilii præside adjectam, conjectura dixerim non improbabili, congruit cum consulatu Paulini & Iuliani; idque eo magis verum judicarim, quod Eusebius Cæsariensis, gravis & locuples rerum ea tempestate gestarum testis, prodit habitum anno domini CCC. XXIV; quod congruit etiam cum Eræ adjectione CCC. LXIII. aut concedant necesse est, eam quæ extat in duobus manuscriptis Toletanis, exscriptorum arbitratu suppositam fuisse: quod adstruunt etiam non Osii solum; sed Melanthii, Sabinique subscriptio, & sancti Valerii exilium & mors. At si non divum Valerium hunc, qui in persecutione Diocletiani exilio multatus obiit, sed secundum alium Valerium fuisse objiciant; illud facile refutarim, quod Osius antiquitate ordinationis ante secundum hunc Valerium recens creatum sexto loco subscribere debuisset; at Osium undecimo subscripsisse in editis exemplaribus cernimus. Quod si manuscriptorum se fide tueantur, in quibus Osius II loco post Felicem Accitanum dicitur subscripsisse, Valerius vero undecimo, ordinem censeo inversum esse in MS. nec D. Valerium vixisse post concilium Nicænum; nec secundum Valerium fuisse Era CCC. LXII. sed multo post; ut in subscriptione Valerii explicabo.

Ex longa igitur hac disputatione illud primum ad hujus concilii antiquitatem comprobandam, commodum est observare; concilium Arelatense I. decem, & eo amplius annos ante Nicænum fuisse; nam cum illud coactum fuerit ad causam Cæciliani, & Donati definiendam, & ea post concilium hoc iterum definita fuerit a Constantino, anno domini CCC. XVI. ad eum enim a concilio appellavit Donatus, conficitur profecto, decem, ut dixi, annos, & eo amplius fuisse ante Nicænum: nec verum esse posse, quod principio illius refertur, congregatum fuisse tempore Sylvestri papæ, & Constantini, circa annum domini CCC. XXVI. cum verius sit, illud habitum paulo post Miltiadis obitum; a cujus sententia provocavit Donatus, accusato proditionis Miltiade, repetitoque Constantini imperatoris judicio: a quo concilium illud Arelatense fuisse coactum, in locis jam citatis sæpe Augustinus commemorat, constatque ex præfatione ejusdem concilii, cujus meminit Papirius Massonus in vita Sylvestri papæ; & episcopi in illo coacti fatentur. Fuisse autem concilium illud, quod Constantini consilio indictum, & habitum est, ad causam Afrorum Cæciliani, & Donati; quod fuit initio pontificatus Sylvestri, canon VIII. abunde declaret, in quo agitur de Afris; sic enim legi debet, ut in vetustis & emendatis codicibus: non, Arianis, ut perperam in communibus, & in decreto Gratiani, non antiquo tantum, sed in recentiori Gregoriano legitur, quod emendandum est. Nam quamvis Ariani, rebaptizationes admiserint, ut ipsius decreti censores ex Augustino scite & literate annotarunt; tempore concilii Arelatensis, Arii hæresis non modo in Gallia, sed nec Alexandriæ, in qua orta primum est, agnosci potuit; nedum coerceri, & puniri: causam autem dissidii inter Alexandrum, & Arium anno domini CCC. XV. vel ut volunt CCC XVII. ortam esse, superius meminimus. Donatus vero ut ex divo Augustino liquet, multo antea rebaptizationem in Africa admiserat, & ante Donatum, divus Cyprianus, & ante Cyprianum, Agrippinus Carthaginensis ecclesiæ episcopus. Is enim primus fuit omnium mortalium, ut auctor est Vincentius Lirinensis, qui contra divinum canonem, contra universalis ecclesiæ regulam, contra sensum omnium sacerdotum, contra morem, atque instituta majorum, rebaptizandum esse censebat in Africa, a quo postea multa ecclesiæ pars contaminata est. Quem errorem refutare voluit primum concilium Arelatense, ut acriori sententia & graviori tot episcoporum judicio damnaretur Donatus Afer, qui pertinacius in eo persistebat. Sed multo clarius id perspicuum redditur ex canone XIII. in quo causa Cæciliani & Donati acta; *Tamen his, inquit, qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur.* Hæc enim omnia propria sunt schismatis Donati, & controversiæ illius cum Cæciliano, sicut & reliqua, quæ in fine illius canonis, & in canone XIV. sequuntur: pertinent enim ad accusationem quam Donatus Cæciliano & Felici Aptungitano episcopo illius ordinatori obiecerat; quam sæpe tentans tam in judicio Miltiadis, quam in eodem concilio Arelatensi, probare non potuit. Hæc ergo synodus Arelatensis prima, eadem prorsus est cum illa, quam Constantinus magnus ad causam Cæciliani, & Donati in Gallia tunc coegit. Indictam fuisse ad Kalendas Augusti, scribit Eusebius, & ex rescripto ad Ablavium, annum integrum post sententiam Miltiadis, Volusiano & Anniano Coss. quod incidit in annum domini CCC. XIV. In ea minime præsedisse Sylvestrum, ut quidam volunt ex principio ipsius concilii apparet, in quo summam totius Marinum episcopum Arelatensem, & reliquos episcopos in eo coactos, ad Sylvestrum papam misisse refertur: quod ex vetusto etiam codice profert Papirius Massonus; idque nos latius in commentariis illius concilii sumus comprobaturi.

Quod secundo loco ex superioribus observaverim, illud est: concilium hoc Illiberritanum non solum Nicæno, sed & Arelatensi primo, temporis antiquitate præstitisse; ideoque non posteriori, ut in collectionibus conciliorum solet, sed priori loco constitui debere; cum Osius episcopus Cordubensis, & Liberius Emeritensis multa ex hoc in primum Arelatense transtulerint, ut transtulisse in Sardicense Osium mox indicabo. In Arelatensi enim extat canon IV. de agitatoribus, V. de theatricis, VI. de his, qui in infirmitate credere volunt, VII. de his, qui magistratus Gentilium gerunt, IX. de literis confessorum, XI. de matrimonio infidelium, XXIII. de apostatis; quos omnes desumptos fuisse ex hoc Illiberritano tam manifeste ipsimet testantur, ut nullus nisi veritatis expers illud possit inficiari. Si quis autem certiorem adhuc a me hujus rationem exigat, dicatque Arelatense prius Illiberritano esse potuisse, & canones præcedentes potius Illiberritanum ab Arelatensi, quam Arelatense ab Illiberritano mutuatum; illud respondendum videbitur: Osium, qui concilio Illiberritano interfuit, accusatum ab Hispanis fuisse, & absolutum a Gallis, uti divus Augustinus recenset: quod esse non potuit; nisi in eo concilio Arelatensi, in quo & Osii, & Cæciliani agitata definitaque causa est; postea que secutum fuisse Osium comitatum Constantini, & Alexandriam missum ad componendam dissensionem inter Arium, & Alexandrum: indeque præfuisse in Bithynia concilio Nicæno; & post Nicænum interfuisse Gangrensi in Paphlagonia, ac tandem Sardicensi postea in Thracia. Non potuit igitur concilium hoc cui Osius adfuit, & Valerius; non modo ante Arelatense, sed & ante persecutionem Diocletiani, & Maximiani non cogi: cum illa certum sit divum Valerium periisse. Persecutionem autem factam Diocletiano VII. & Maximiano VII. COSS. in quodam venerandæ antiquitatis chronicorum libello incerti auctoris se reperisse dicit Cuspinianus, quod verum esse non potest: nam duobus annis nondum integre elapsis, eosdem deposuisse imperium repetit sæpe Eusebius in sua historia: at usque ad consulatum Constantii VI. & Maximi VI. quibus illos se abdicasse imperio liquet, tres annos intercedere ipsa consulum nomina; quæ Cassiodorus, & Cuspinianus referunt docent apertissime. Alii ex Damaso contendunt, persecutionem referendam ad consulatum IX. Diocletiani, & Maximiani VIII. quod & D. Augustinus sensisse antea videtur, sed nec horum sententiam probo: nam Damasus, & Augustinus, non initium persecutionis, sed progressum attigerunt: ille enim, cum tempus vitæ Marcellini papæ vellet perscribere, hæc ait:

Vincentius Lirinens. adversus profanas hæresum novation.

Euseb. lib 10 c 5.

Papirius Massonus in vita Sylvestri.

D. August. d lib. 1 contra Parmenianum.

Cuspinian. in Cassiodori consules.

Damasus in vita Marcellini.

D. Aug in breviculo collat. 3 diei, cap. 5.

Marcellinus natione Romanus, ex patre Projecto, sedit annos IX. menses XI. dies XVI Fuit autem temporibus Diocletiani IX. & Maximiani VIII. quo tempore fuit magna persecutio, ita ut intra XXX. dies, XVII. millia hominum promiscui sexus, per diversas provincias martyrio coronarentur. hic autem, cum collationem Donatistarum cum catholicis referret, illis negantibus tempore persecutionis concilium cogi potuisse, quo coactum fuerat Cirtense, ut palam fieret, quo anno persecutio facta esset, gesta martyrum ejus persecutionis a notariis collecta, lecta sunt; quibus ostendebatur persecutionis factæ tempus fuisse consulibus Diocletiano IX. & Maximiano VIII. pridie Idus Februarias: gesta autem episcopalia decreti Cirtensis, post eorumdem consulatum, III. nonas Martias, *ac per hoc tredecim menses interesse inveniuntur*, inquit, *plures utique quam undecim, quos prius catholici minus diligenter computando responderant.* tradit ergo Augustinus non initium persecutionis, sed progressum, martyria videlicet collecta a notariis facta iisdem consulibus: non tamen negat antea persecutionem cœpisse; neque si initium referret, pluris interérat, quod narret initium persecutionis consecutæ in Numidia, Cirtensem enim civitatem in Numidia constituit Plinius, Ptolemæus & Strabo: Numidia autem, cum interior pars Africæ sit, mirum non est, si statim ad ejus intima persecutio non penetraverit, nec tantopere sævierit, ut sævit maxime anno sequenti. Verius est ergo, quod scribit divus Augustinus, persecutionem inceptam Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coss. cum dominicæ festum salutaris passionis jam pro foribus esset, addidit Eusebius: in ipso die passionis Christi, Cassiodorus: quod incidere in annum domini CCC. VI. ait Cuspinianus: sed magis placet, quod scribit Onufrius, eos consules in annum domini CCC. III. rejiciens. Adducor etiam ex Optato Afro, Milevitano, cujus tempore cum persecutio Diocletiani & Maximiani jam Africa & Numidia pervagata esset, ut colligitur ex ejus libro, dum de traditis & accensis libris divinis verba facit, in eodem sic ait, *Trecenti sunt anni minus, vel plus aliquid, ex quo cœpimus esse Christiani, & terrarum in orbe censeri*, quod ad eum annum referendum censuerim probabilius. Concilium igitur hoc cum ante persecutionem Diocletiani & Maximiani habitum sit, non potuit non anno domini CCC. vel CCC. I. cogi. nam posteriori Diocletiani, & Maximiani ætate cogi potuisse; vel quod minus est probabile, Constantii & Galerii successorum imperio, ut Cæsar Baronius contendit; vel ante pacem ecclesiæ a Constantino redditam, & ejusdem imperio, ut sensisse videtur Antonius Beuter, & concilii Suessionensis apud sanctum Medardum notarius in actis ejusdem, ipsa rerum antea gestarum historia, Datiani præsidis immanitas, Vincentii diaconi martyrium, Valerii exilium & mors, Osii confessio & stigmata, ipsiusque tandem concilii Illiberritani canones & decreta omnino repugnare videntur.

Plinius lib. 5. c 3. Ptolomæus & Stabo lib. ultim.

D. August. lib. 3. contra Cresconium.
Eusèb. lib. 8. c. 2. Cassiod. Tripart. lib. 10. c. ultim.
Cuspinia. in Cassiodori consules.
Onufrius in fastis. Optat. Milevit lib. 1. adversus Gentes.

Cæs. Baron. 2. tomo annal. eccl. Ant Beut. 1 par. hist. Hisp. c. 25.

Hæc de anno quo concilium habitum est, si non quæ volui, debuique, saltem quæ potui. De mense autem quod certi affirmem, nihil habeo, silentibus codicibus editis & MS. divi Laurentii, & ecclesiæ Toletanæ. In vetusto solum ecclesiæ Vrgellensis reperio habitum Idibus Maiarum, quod fere congruit cum eo, quod omnibus conciliis provincialibus cogendis præscripserunt postea Hispaniæ episcopi in concilio Toletano IV. *Quinto decimo*, aiunt, *Kalendarum Iuniarum, congreganda est in unaquaque provincia synodus propter vernale tempus, quando herba terra vestitur, & pabula germinum inveniuntur.* Quo tempore coacta sunt plura Hispaniæ concilia. Hora autem prima diei ante solis ortum inchoandum, ordine & forma ab eisdem expressa, Isidorus docet, & concilium Toletanum IV. quam antea etiam observasse nostri concilii episcopos, non est improbabile.

In concil. Tolet. 4. c. 3.

D. Isid. de modo celebrandi concilia.
Concil. Tolet. 4. can. 4.

An omnium Hispanicæ & catholicæ ecclesiæ conciliorum, Illiberritanum fuerit antiquissimum.
Cap. III.

CONCILIUM Illiberritanum, vetustissimum adeo semper mihi visum, ut reliqua omnia, quæ non in Hispania modo, sed in reliquis provinciis coacta sunt, antiquitate vincat. Non defuerunt tamen, qui non primum quidem, sed quintum fuisse adfirmant, eorum quæ ad id usque tempus Hispania convocavit. Inter eos Ambrosius est Morales, quem honoris causa nomino, quod historiam Hispaniæ, perite quidem meo judicio & diligenter conscripserit. Ait enim, epistolam Antheri papæ ad episcopos provinciæ Bæticæ & Toletanæ, rescriptam esse ad eorumdem consultationem; quam fieri non potuisse dicit, nisi coacta synodo omnium utriusque provinciæ episcoporum. Quæ quidem non satis idonea ratio est: nam adhuc certo non constat, eam epistolam Antheri papæ fuisse: quinimmo illi falso adscriptam suspicor. Nam, ut omittamus episcopatus Hispaniæ in Bæticam, Toletanam, & reliquas provincias tunc non fuisse ea forma divisos, ut suo loco probabitur; si Antherus eam rescribit ad episcopos Bæticæ, & Toletanæ provinciæ, ut ex epistola apparet, dum in principio ait, *De mutatione ergo episcoporum, unde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis, scitote, eam communi utilitate atque necessitate fieri licere; sed non libitu cujusquam, aut dominatione.* Qui fieri potest, ut uno mense, quo ille in pontificatu vixit, statim enim glorioso martyrio eximiam vitæ æternæ coronam consequutus est, auctoribus Eusebio, Nicephoro, & aliis qui, inquam, fieri potest, ut episcopi provinciarum Bæticæ & Toletanæ provinciæ, ad illum scripserint, & ille rescribere potuerit? nonne antequam in ea persecutionum tempestate, fama de electione Antheri ad aures episcoporum Toletanæ & Bæticæ provinciæ pervenire potuisset, integer pontificatus Antheri labi potuit? eo præsertim tempore, quo in usu privatorum non erant Hispaniæ stationes veredorum, ut hodie. Nec satis consonat, tempore quo tyranni imperatores, tam audacter & temere grassabantur in ecclesias, in episcopos, in sacerdotes, in clericos, in omnes tamdem Christianos, potuisse episcopos utriusque provinciæ nullis armatorum militum præsidiis munitos, nullis certis ad sumptus faciendos in itinere adjutos opibus, nullo præsidum & proconsulum Gentilium favore privato vel publico innixos, relictis sedibus in tam distantibus locis positis, in unum commigrasse, ad eam solum relationem mittendam pontifici, unde certiores Gentes redderentur, de causis ecclesiæ, de Christianorum conventibus, quos illi pro viribus conabantur interdicere? Et si tam de levibus causis Hispani episcopi sedem Romanam apostolicam consuluerunt: quare tam brevi tempore, causa graviori exorta, de dispositione episcoporum Astoricensis & Emeritensis, Basilidis, & Martialis crimine idololatriæ contaminatorum, ad sedem Carthaginensem, & ejus episcopum Cyprianum recurrerunt, non autem ad Romanum: ex qua & illud constat, non solum eos deposuisse Basilidem, & Martialem, sed eorum loco substituisse Sabinum atque Felicem sine aliqua tunc apostolicæ sedis relatione; quod itinerum forsan difficultatibus, & præfectorum ethnicorum metu impedirentur: etsi ipse Basilides ad illam postea confugerit. Suppositam ergo epistolam fuisse necesse est, aut alii pontifici tribuendam. Quod si ea vera fuisset Antheri, causæ nostræ quidquam non obesset: nam quamvis episcopi tunc una convenissent ad scribendum pontifici de dubiis quæstionibus in Hispania excitatis (concedamus interim hoc Ambrosio Morales) is tamen conuentus concilium proprie dici non posset; quia nihil in eo, vel de fide, vel moribus decernebant. Oportet enim ad hoc, ut concilii nomen congregatio sustinere possit, ut in ea aliquid vel ad fidem, aut mores spectans decernatur. Quod si nihil decernitur nisi relatio ad pontificem, congregationis potius, quam concilii nomen sortiri debet, ut satis dilucide Marcellus papa I. docuit, ad Maxentium, his verbis: *Synodum ergo absque hujus sanctæ sedis auctoritate episcoporum, quamquam quosdam episcopos possitis congregare, non potestis regulariter facere.*

Antetus in epistola ad episcopos Bæticæ & Toletanæ provinciæ.

Lib. 3. c 42.

Euseb. lib. 6. c 22.
Niceph. lib 5. cap. 26.
Onufrius in fastis.
Papirius Masso nus & Baronius in ejus vita.

D Cyprian. ep. 64. ad Felicem presbyterum & plebes consistentes ad Legionem, & Asturicam: item ad Lælium diaconum & plebem Emeritensem.

Marcellus papa 1. in epist. ad Maxentium.

Concilium secundum Hispaniæ ait idem Ambrosius Morales, tempore Lucii papæ coivisse, quia ab illo epistola in forma rescripti missa extat ad episcopos Galliæ, & Hispaniæ. Sed hujus me auctoritas non magis premit, quam quæ præcessit Antheri: video enim illam coagmentatam esse ex fragmentis, quæ nomine Calixti, Cornelii & Felicis circumferuntur. Quod si Lucius statim ab ordinatione sua missus est in exilium, Decii Galli & Volusiani persecutione, ut attestatur D. Cyprianus ad eundem Lucium; cur fratres & coepiscopos Hispanicæ ecclesiæ, & Gallicanæ, Lucium papam persecutione afflictum, & in exilio delitescentem, consulere voluisse dicamus, neque de suo exilio & calamitate, quidquam in epistola pietatis & commiserationis Christianæ gratia meminisse? Quod si post reditum Lucii, consultationem factam, & rescriptum missum velimus confingere, Gallo jam & Volusiano imperatoribus fraude Æmiliani interfectis, obstabit temporis ejusdem epistolæ conscriptæ nota, eisdem Gallo & Volusiano Coss. Illud autem imposturæ suspicionem auget multo magis, quod epistola scripta dicatur Kalendis Aprilis, Gallo & Volusiano Coss. eum in confesso sit, Cornelium papam Lucii antecessorem martyrio affectum XVIII. Kalendas Octobris. At sive Lucius papa VIII. vix menses egerit in pontificatu, ut

Ambrof. Moral. lib 9. hist. Hisp. cap 42.

Ambros. Moral lib. 9. c 44.
Epist. Antheri. c 3. 5. & 6. ex aliis Calixti, Cornelii & Felicis descripta videntur.
D Cyprian. in epist. 58.

ut ex magni illius & illustris Alexandrini episcopi Dionysii epistolis, in quibus quasque suo tempore & illo præsertim gestas singulatim commemoravit, auctore Eusebio, Nicephoro, & aliis, sive annum unum, menses tres, dies quatuordecim, ut Onufrio & Pamelio placuit: & dies quinque & triginta, vel sexaginta sex a martyrio Cornelii sedes Romana vacavit ante electionem Lucii, ut scribit Damasus, qui fieri potest, ut Kalendis Aprilis epistolam scriptam possint vere adfirmare? Si enim ejusdem anni rationem faciant, occurret non Aprili mense, ut in epistola dicitur, sed Decembri Lucium electum PP. fuisse: sin vero sequentis anni tempus observent, obstabunt Consulum nomina: nam eo cōsulatum non gesserunt Gallus & Volusianus, sed Volusianus & Valerius Maximus, ut fasti consulares testātur. Sive ergo consules crearentur eo tempore principio mēsis Martii, sive Ianuarii, quod verius est, quidquid eorū malint affirmare, tempus obstat Cornelii obitus, & electio Lucii, sed multo magis martyrium ipsius Lucii, quod ad quartum diem Martii referunt martyrologium Romanum, & reliqua, Bedæ, Vsuardi, Adonis & Pontificalis Damasi. Quatuor vel quinque dies antequam epistola hæc scripta dicitur, vel confingitur, lucis usura privatus est Lucius; non potuit ergo ab homine mortuo epistola rescribi. Quod si vere illa a pontifice scripta est, alium eum fuisse cogimur necessario fateri.

Tertium affirmat idem Morales tempore Stephani, PP. indictum, ad depositionem Basilidis Astoricensis episcopi, & Martialis episcopi Emeritensis; de quorum crimine idololatriæ & blasphemiæ, & depositione cum consulerent divum Cyprianum Carthaginensem in Africa episcopum, virum ea ætate, literis, prudentia & sanctitate insignem, Felix presbyter, & Lælius diaconus, & plebs Legionis, Asturicæ, & Emeritæ, & alius Felix episcopus Cæsaraugustanus, illis super ea depositione respondit divus Cyprianus, clerum & plebem earum provinciarum laudans, quod in locum eorum Sabinum & Felicem legitima electione substituissent, quos ad eumdem Cyprianum, ut legationem obirent, miserant. At quamvis Ambrosio Morales, adeo placuerit eo tempore concilium habitum, ut Hispaniæ generale esse & dixerit & postea sæpe inculcarit: quo id argumento probet, non video: nam si in concilio generali Hispaniæ depositio Martialis & Basilidis facta fuisset (quod etiam sat esse non poterat, ut ex congregatione, concilii nomen posset mereri, si alia decreta edita non sunt, ut dixi) nonne concilium universum, Cyprianum consuleret, & in nomine concilii relatio Cypriano proponeretur; & Cyprianus universo concilio rescriberet? At utrumque deesse comperio: nam concilium nec habitum perhibetur, nec nomine concilii epistola ad Cyprianum missa est, sed nomine Felicis presbyteri, & Lælii diaconi, & plebium Legionis, Asturicæ, & Emeritæ. Nec concilio respondit D. Cyprianus, sed illis tantum a quibus fuerat consultus.

Quartum, idem censet habitum tempore Miltiadis PP. quod ad omnes episcopos Hispaniæ literas dederit, de diversis causis ecclesiasticis, utpote de judiciis episcoporum, sive de maioribus ecclesiæ causis ad sedem Romanam deferendis, & de sacramento baptismi & confirmationis, de jejunio dominici diei, & quintæ feriæ: non inde tamen colligitur, generale fuisse Hispaniæ concilium: nec si convenissent episcopi ad proponendum eam relationem Miltiadi, inde probare liceret, concilium fuisse Hispaniæ generale, si alia decreta de fide aut moribus in illo edita non sint. Consequitur ergo ex his, Illiberritanum omnibus Hispaniæ conciliis temporis antiquitate præstare; si memoria præsertim teneamus, concilium hoc (ut nuper dicebam) non solum tempore Sylvestri (ut sibi persuasit Morales) sed ante Sylvestrum & Miltiadem convocatum: quocirca quamvis ad mittendam relationem Miltiadi concilium habitum fuisset, illo tamen hoc Illiberritanum antiquius esse; rerum antea gestarum historia manifeste satis comprobatur. Non tamen inficias eo, ante hoc concilium sæpe inter se episcopos Hispaniæ convenisse, ut de causis pro tempore emergentibus alios consulerent, ut constat ex epistola superiori Cypriani & Miltiadis: vel ipsi inter se quod sentirent, exponerent, & optato fine exequerentur.

Nec omnium Hispaniæ tantum antiquissimum hoc concilium arbitror, sed & reliquorum quæ in ecclesia, vel Latina, vel Græca, adhuc exstant. Excipio semper quæ Hierosolymis de abroganda lege Moysis, de sanguine, suffocato, & scortatione, & idolothytis prohibendis, exordio religionis Christianæ apostoli celebrarunt. Nam etsi multa ante hanc Diocletiani & Maximiani persecutionem, habita fuisse ecclesiastici scriptores tradiderint, ut Cæsariense I. in Palæstina, sub Ælio Pertinace a Theophilo ejusdem civitatis episcopo, & a Narcisso episcopo Hierosolymorum; de die paschatis Romanum sub Victore PP. aliud episcoporum Ponti, sub Palma; Gallicanum sub Irenæo; Achaicum sub Bachilo Corinthiorum episcopo, de eadem controversia; & alia quæ eodem tempore per varias Christianæ religionis provincias acta sunt, ut Eusebius & Nicephorus tradunt, Romanum scilicet sexaginta episcoporum, & totidem presbyterorum ad condemnandum Novatum ex epistola Cornelii PP. ad Fabium episcopum Antiochenum tempore Aureliani Imp. & Dionysii PP. contra Paulum Samosatenum, ex Eusebio; & aliud Carthaginense concilium, ni mavis conciliabulum, sub Cypriano ejusdem civitatis episcopo, actum tempore Stephani PP. triaque postea, ut a Pamelio notatum est: hæc & alia quæ in reliquis Christianis provinciis, eo tempore & anteriori peracta sunt, nihil huius concilii vetustati officiunt, vel detrahunt dignitati; partim quod illa non exstent, vel edita non sint in illis decreta; partim etiam quia quædam erroribus fuere conspersa gravissimis, ut de Carthaginensibus D. Augustinus, Optatus Milevitanus, Stephanus PP. & alii attestantur. Et ex his tamdem fit, concilium hoc Illiberritanum, Nicæno, Arelatensibus, Ancyrano, & Neocæsariensi, Romano, & reliquis, si quæ sunt, quæ modo ante hoc recentiores ecclesiasticæ historiæ scriptores prodiderint, in ordine conciliorum esse præponendum: & hoc ipsum superiora (ni me opinio propria, aut patriæ, aut negotii suscepti fallat amor) satis dilucide videntur comprobasse.

De auctoritate concilii Illiberritani. Cap. IV.

MIRANDVM sane, vel dolendum potius est, pater beatissime, eo rem rediisse, ut augustam & sanctam hujus concilii auctoritatem, non Calvinus solum, non Balthasar Hiemairus, non Angli, non Magdeburgenses, & hæretici alii, quos referre pudet, ementitis erroribus; sed & catholici etiam, & inter catholicos, qui eam maxime suspicere deberent, vel propria falsaque ducti opinione, vel solo aliorum præjudicio eamdem minuant, elevent, infringant. Bartholomæus Carranza, archiepiscopus postea Toletanus, summæ conciliorum compilator; quem Christiana modestia, patriæ amor, religionis cultus, cura & studium, quo in colligendis conciliorum canonibus se elaborasse, & insudasse præfatur, non movere tantum, ut curreret, sed currentem (vt aiunt) possent acrius incitare; ut fidem illius labefactatam ab aliis erigeret, erectam defenderet, defensamque ut sacrosanctam veneraretur, quo nam pacto munus expleverit, quæ ad concilii principium præfixit, indicabunt. *A multis* (inquit) *revocantur in dubium, & merito; aliquos canones hujus concilii, ut XXXIV. XXXV. XXXVI. & XL. trigesimum sextum, qui prohibet usum imaginum, non recipit ecclesia catholica: unde necesse est, patres in concilio provinciali errasse; quod & aliis tantæ auctoritatis scimus contigisse: aut recte ab eis definita, ab hæreticis depravata sunt; quod nec novum est, nec mirandū.* Carranzæ auctoritatem magis quam concilii (quod doctis hominibus & novum videri posset & mirandum) secuti sunt alii, asseverantes, concilium hoc tamquam multis conspersum erroribus, ab ecclesiastico sacrorum conciliorum canone rejiciendum. Inter plures autem quos ante & post, huic opinioni adhæsisse video, primus est Melchior Canus episcopus Canariensis, vir inter nostros & acumine ingenii, & multiplici literarum cognitione clarus: agens enim de auctoritate conciliorum, docet, concilium provinciale sine pontificis auctoritate coactum, nec confirmatum, errare posse: post alia exempla, illud adjecit. *Illa rursum non imprudenter modo, verum etiam impie a concilio Elibertino lata est de tollendis imaginibus lex, can. XXXVI.* Et post alia. *Nec mihi concilium Elibertinum objicias; nam in ea parte qua erravit, semper a catholicis explosum est.* Post hos, recentiores alii, canones XXXIV. XXXV. XXXVI. & XL. damnatos esse ab ecclesia catholica liberius multo, quam par esset, affirmant. Si ab Hispanis, quorum intererat, Hispanici concilii & Hispanorum omnium antiquissimi auctoritatem saltam tectam custodiri, ut suspectam improbari legimus: novum certe videri non potest, si exteri scriptores in idem intemperantius invecti sint. Nostra enim ætate Cæsar Baronius, in illustrandis ecclesiasticis annalibus præclare versatus, agens de sanctarum imaginum picturis, contra objecit canonem XXXVI. concilii Illiberritani, & post quam illud, ut perexigui momenti adversus ecclesiæ universalis decreta in sancto imaginum usu esse dixisset, hæc adjecit. *Porro, concilium illud in multis esse irritum, multa sunt quæ manifeste declarant: pleraque enim in eo sunt, quæ sinceris ecclesiæ*

Margin notes (left): ...sius in Ps... in Corin... Eus. lib. 7 hist. c. 1. & 2. Niceph. lib. 6. c. 30. ...ius in vita ...ni Papæ. ...ius in fa... ...nt. Pamel. ...D. Cyp. — ...Aug. ...de civitate ...c. 16. Plu... ...roble. 18. ...contra P. ...Agraria, ...ipio, ora... — ...c. 45. — ...nia ex... epist. 68. ...iani. — ...lib. ...p. 30. — ...periori.

Margin notes (right): Eusеb. lib. 5 hist. ecclesiast. cap. 22. & 23. Niceph. lib. 4. cap. 36. & 37. Ex Eus. lib. lib. 7. cap. 23. & 25. Niceph. lib. 6. cap. 28. & 29. Pamelius in vita D. Cypriani. — De Calvino testatur Robertus Bellarminus tomo 1. de controversiis Christianæ fidei. Hiemairus in lib. quem adversus imaginum cultores scripsit; ut auctor est Sixtus Senensis. lib. 5. bibliothecæ sanctæ, annotatio. 147. De Anglis testatur Alanus Copus dialog. 4. De Magdeburgensibus testis est Arnaldus Pontacus in chronographia. Melch. Can. li. 5. de locis theologic. c. 4. — Idem ibidem in sexta conclusione. Pineda secunda secundæ partis Monarch. ecclesiast. c. 14. § 4. Franciscus Padilla in chronographia conciliorum. Cæsar Baronius 1. tomo annalium ecclesiasticorum, sub anno Christi. 57.

ecclesiæ catholicæ dogmatibus adversari videntur, dum eis, qui capitalia quædam crimina perpetrassent, nec in fine communionem esse dandam pluribus canonibus statuitur. Sapere hæc hæresim Novatianam, qui Cypriani & aliorum de ea re scripta legerint, facile cognoscent: ab ecclesiæ enim catholicæ usu, illud omnino alienum esse reperitur, quod in eo statutum est, ut nec in fine communicet, qui post pœnitentiam mœchatus fuerit. Et post alia: *Sed non tantum* (inquit) *ex jam dictis adducor, ut existimem, concilium illud in his irritum factum esse, sed eo maxime, quod canonum antiquissimi collectores, Fernandus diaconus, Dionysius cognomento Exiguus, & Cresconius, quantumlibet egregiam navarint operam, ut omnes tam Græcos, quam Latinos canones colligerent, nullus tamen ipsorum hujusmodi concilii Eliberini canonis, vel saltem nomine tenus meminit. Itaque suspicor in illo canone imposturam. Qui etenim fieri poterit, ut cum non tantum complures orientalium, sed & occidentalium turmæ adversus sacras imagines bellum moverent, & ad eas impugnandas, arma undique compararent, a potissimo omnium telo, si extitisset, abstinuissent? Anne latuit hujusmodi decretum concilii Vigilantium, & ipsum Hispanum, sacrorum rituum ecclesiasticorum eversorem; qui, cum quæ erant ecclesiasticæ œconomiæ, pervertebat antiquas consuetudines, tacuisset ne, in sacras imagines potissimum invehi, si aliqua prætensa saltem ecclesiasticorum virorum auctoritate id posse efficere cognovisset? An non saltem unius, vel alterius ejusdem synodi canonis auctoritate sua validare, ac roborare potuisset, ut quæ ipse primus de non incendendis cereis in ecclesia ausus est affirmare? An etiam præteriit canon ille Claudium item Hispanum presbyterum, inde vero episcopum Taurinensem, maximum Iconoclastam, Felicis Urgelitani discipulum? Equidem dum hæc paulo consideratius, apud meipsum perpendo, in eam suspicionem adducor, ut aliquis ex Claudii prædicti discipulus atque sectator (quod proprium est hæreticorum partus supponere) ejusdem canonis auctor fuerit, & talis imposturæ egregius concinnator: nec quidem, qui hæc mecum accurate perviderit, me falsum conjectorem temere arguet. Sed esto, absit fraus & impostura; quam tamdem fidem meretur tam paucorum episcoporum canon, quem totius catholicæ ecclesiæ usus contrarius continuo abolevit, & antequam nasceretur extinxit?* Hæc Cæsar Baronius. Post Baronium, ejusdem instituti & congregationis oratorii collega Thomas Bozius, cum de sacrarum imaginum cultu ageret, non similia tantum, sed eadem & graviora, his quæ Baronius ad labefactandam hujus concilii auctoritatem scripsit. *Quocirca*, ait, *& concilium quoddam, quod haud ita pridem prodiit in lucem, Eliberinum episcoporum novem, nullo modo audiendum: nam Fernandus diaconus, Dionysius Exiguus, & Cresconius, qui diligentissime canones omnes collegerunt, ejus nihil omnino meminere. Quid? quod neque Vigilantius, qui omnia, quæ adversus sanctorum reliquias in unum confert, cum sit Hispanus, Hispanici tamen hujus concilii nullam mentionem fecit, neque Claudius similiter Iconomachus Hispanus. Adde, in illo esse Novatianorum decretum, cum negat communionem quibusdam. Nulla igitur illius fides.* Robertus etiam Bellarminus, nonnihil de auctoritate hujus concilii detraxit, dum disputatione de ecclesia triumphante, disserens de imaginibus, ait: concilium hoc fuisse provinciale, & in aliis decretis videri errasse, præsertim cum in plurimis casibus, ne in articulo quidem mortis pœnitentem velit absolvi. Sed tamdem majori irreverentia, ne dicam audacia, concilium hoc numquam ab ecclesia receptum ob canonem XXXVI & forte etiam ob XXXIV. (sic ille loquitur) scripsit, & principio hujus concilii præfixit nescio quis, qui recentem conciliorum editionem Venetam paravit. A quo & reliquis graviora in concilium dici vix potuerunt, etiam si illius auctores, vel certo fuissent hæretici, vel illius decreta, ut suspecta & apocrypha, tua beatitudo damnasset, aut majores tui catholicæ ecclesiæ episcopi. Sed quia hæc postea fusius propriis in locis sum tractaturus, hujusmodi labore nunc supersedebo, si prius illud monuerim, gravem atque eximiam hujus concilii auctoritatem, multo pluris habendam esse, atque æstimandam. Est enim in primis merito veneranda magna ejus, ac longæva vetustas; quippe quod mille & trecentos fere ante nos annos concilium habitum non diximus nos modo, sed fidissimi antiquitatis testes, ex veterum annalium monumentis excitati, superius luculenter (mea quidem sententia) diserteque comprobarunt. Quod si non scriptas ecclesiæ traditiones ob reverendam earum antiquitatem magnifaciunt, idque jure optimo quotquot sunt catholicæ ecclesiæ doctores: non equidem video, cur his decretis, quæ publicis sunt literis commendata, eamdem fidem auctoritatemque negemus; cum illa præsertim sint tam singulari pietate condita, tam præclara doctrinæ sanctitate conspersa, tam præstanti episcoporum fide firmata, ut non solum communem, & publicam mereri possint approbationem, sed videri, & haberi dignissima; quibus nec jacturam temporum iniquitas, nec perniciem hæreticorum audacia, nec oblivionem afferre debeat unquam posteritas. Quod enim (si singula expendamus attentius) officium est hominis civilis, quod munus viri Christiani, quod ii non descripserint? Quæ clericorum, & presbyterorum honestas, quæ vita episcoporum, quæ sanctitas, quam hic non expresserint? Quæ matrimonii fides, quæ leges, quas hic non tradiderint? Quæ baptismi, & confirmationis, quæ pœnitentiæ, & communionis sacræ, quæ ordinis, & reliquorum sacramentorum ecclesiæ ratio, quæ vis; quam hic non retulerint? Quæ circi Hispanici immanitas, quæ impudicitia theatri, quæ scenæ turpitudo & infamia, quam hic non eluerint? Quæ idolorum vanitas, quam hic non detexerint? Quæ tela hæreticorum, quæ hic non retuderint? Quæ Christianæ doctrinæ, quæ divinæ religionis præcepta, aut ab heroicis apostolorum temporibus, aut posteriori hominum ætate in reliquis ecclesiæ conciliis edita, quæ ab Hispanis episcopis expressa non sint hic, aut saltem adumbrata. Fere omnia enim, quæ a Deo patre Christus, a Christo apostoli, ab apostolis ipsi, aut ore proprio, aut communi discipulorum traditione acceperunt; eadem ad concordem ecclesiæ catholicæ pacem, & civilis Christianæque politiæ conservationem, non solum pie constituerunt, religiose auxerunt, & sancte conservarunt; sed singulari prudentiæ laude ad sempiternam hominum memoriam publicis monumentis consignata, ad posteros transmiserunt. Tam pias igitur & sanctas Hispanorum episcoporum constitutiones, nec explorata decretorum veritate, nec contestata auctoribus lite, nec citatis idoneis vetustatis testibus, nec adhibito tamdem gravioris alicujus sententiæ præjudicio damnare quis tam consilii, rationis, & pietatis expers audebit? Si repetat præsertim animo, quod in simili alio Hispaniæ concilio nationali, Reccaredus Rex catholicus sensit, dixit, prædicavit. *Credo*, ait, *beatam sanctæ trinitatis divinitatem, huic sancto interesse concilio, & ideo tamquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli.* Quem sanctum & divinum Spiritum, omnibus conciliis provincialibus adesse, si non certis documentis (ut in generalibus) justis tamen & probabilibus argumentis conjici, intelligi, & credi a piis omnibus & religiosis dignissimum est. Deus enim suorum sacerdotum concilio tunc interesse credendus est, (ait concilium Toletanum IV.) cum tumultu omni abjecto, solicite atque tranquille ecclesiastica negotia terminantur. Quod certius multo, firmiusque reddit sacra illa divinæ pollicitationis memoria, qua Christus primus conciliorum institutor, auctor atque magister, episcopis in sancto ejus nomine, & Spiritu convenientibus, non solum opem, & patrocinium præstiturum; sed se ipsum adfuturum singulari benignitate promisit. *Ubi fuerint*, inquit, *duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Itemque: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo.* Ni forsan hi velint, gratiam sancti Spiritus (ut cum Africanis patribus loquar) reliquarum provinciarum episcopis, non Hispanis esse promissam; vel ejus justitiam duobus aut tribus tantum concessam: decem vero & novem episcopis, & triginta sex presbyteris denegatam: quæ quidem cogitatio in nullius sapientis, pii, aut religiosi animum cadere potest. Nam si illud culpandum docuit D. Augustinus (sic ille loquitur) cum vel Deo indignum aliquid creditur, vel de homine facile creditur: qui de Deo quodammodo, & mirabili ejus providentia; & de hominibus, non dicam facile, sed temere & sine causa, turpissimam opinionem, vel suspicionem hæreseos movit, injecit, auxit, firmavit, qua culpa non erit dignus? Nec homines, qui huic concilio interfuerunt (si homines nuncupandi sunt) levis fuisse literaturæ, aut vulgaris existimationis constat: quinimo doctrina illorum insignis, suspicienda gravitas, mira innocentia, fervens religio, ac denique incomparabilis vitæ sanctitas, in hac sententia nos est confirmatura. Præter alios enim, Osium episcopum Cordubensem in eo adfuisse, satis superque scimus; de cujus fidei integritate, de moribus, de literarum cognitione, de prudentia, de auctoritate Athanasius prædicator, & testis est ejusdem ætatis locupletissimus. *De maximo autem*, ait, *& gravissimæ ætatis viro, eodemque confessore Osio, qui vere Osius est, id est sanctus, superfluum arbitror mentionem facere: cum nullus fortasse sit, qui non cognitum habeat,*

Can. 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18.

Can. 3. & 7.

Can. 34 & 37. Hieronymus adverf. Vigilantiũ

Joan. Aurelianẽ. in præfat. commen in Claud. & lib. 1.

Thomas Bozius de signis ecclesiæ De, tom. 2. l. 15. cap. 1.

Robertus Bellar. 1. tomo de controversiis Christianæ fidei, controver. 7. lib. 2. c. 9.

Concilium Toletanum 3. in princ.

Concilium Tolet. 4. can. 4. in fine.

Matth. 18.

In epistola ad Cælestinum papam, quæ extat in eo Con. quod vulgo Africanum dicitur, c. 105.

D. Aug. lib. 1. de utilitate credendi cap. 11.

Athan. apolog. de fuga.

habeat, eum ab istis quoque in exilium missum esse: non enim quidquam latere potest in viro tanta claritudinis. In qua enim synodo ille non dux & antesignanus fuit? quem non ille recta tuendo, in sententiam suam pertraxit? qua ecclesia illius præsidentia non pulcherrima monumenta retinet? quis illum mæstus adiit, ut non latus abierit? quis indignus ab eo postularit, quin postulatum obtinuerit? Nec Athanasii solum de auctoritate Osii tam grave exstat judicium; sed & trecentorum decem & octo episcoporum, qui in Nicænam synodum convenerunt. Ab his enim Osius beatus, & sanctus episcopus, non semel est nuncupatus, & aliis præclaris suæ virtutis, doctrinæ, & pietatis ornatus testimoniis. Quod si de his episcopis, quos synodus Nicæna, vel reliqua generalia probarunt, B quid sentire necesse sit, placeat spectare, audiamus Gregorium Magnum ad Ioannem episcopum Constantinopolitanum his verbis scribentem: *Cunctas vero quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit, aut solvere quos religant, aut religare quos solvunt: quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.* Nicænis patribus accedunt Sardicenses, quos trecentos quadraginta & quatuor fuisse scribit Athanasius; hi enim de Osio mentionem faciunt non minus honorificam. *Et non semel*, aiunt, *non secundo, sed etiam frequenter citati vocationibus obedire noluerunt* (tractant de hæreticis) *congregatis videlicet in concilio Osio longævo; qui propter ætatem, atque confessionem, tantumque laborem omni honore dignus apparuit.* Præclaram fidei confessionem ab Osio factam Diocletiani persecutione, quod libros sacros tradere, & diis sacrificare noluisset, intelligit concilium: de qua antea actum est. Ea enim adeo benevolum reddidit Osium Constantino Imperatori religioso, & religionis, fideique auctori Christo Deo, ut graviores omnes Christianæ Reipublicæ causas, auctore Osio impulsore, vel tractatore, non solum agitatas prudenter, sapienter graviterque defensas, sed expeditas feliciter; peractas, obtentas cum æterna nominis sui memoria omnis contestetur vetustas. Illum siquidem ad definiendam exortam inter Cæcilianum, & Donatum causam ordinationis gravissimam, & ad detegendos Donati errores concilio primo Arelatensi interfuisse, & ejus primum consilio, pietate, & prudentia sententiam damnationis in Donatum, & Donatistas latam a Constantino Imperatore, Augustinus recenset. Paulo post ad tollendum Arii schisma, & sedandam orientalium controversiam, primum omnium Alexandriam missum, deinde vero remissum in Bithyniam, ut concilio generali Niceno, loco Sylvestri papæ præesset, ad ejusdem Arii hæresim, & Novatianorum errores confutandos, probat ipsius Osii epistola, qua ille cum Viro, & Vincentio conlegatis concilii confirmationem ab eodem Sylvestro postulavit: post Nicænum Gangras Paphlagoniæ profectum adversus Eustachii monachi sordes, deinde in Thraciam ad restituendam in concilio Sardicensi generali Athanasio sedem, & extinguendas Arianorum reliquias, certis annalium veterum monumentis testatum est; quæ certe episcopo extero, nisi ob summam illius religionem, cum antiquitate ordinationis, cum vitæ integritate, & literarum cognitione conjunctam, a pio & prudentissimo imp. doctissimo sanctissimoque pontifice, tuto non possent committi, ni pluribus ille, quam conciliis interfuit, antecessisset virtutibus: ob quarum eximium splendorem, & præclaræ confessionis gloriam, tanti olim & a catholicis & ab hæreticis habitum accepimus, ut Ariani illum synodorum principem dixerint, & Niceni symboli formulam concepisse prodidit D. Athanasius. Quod si ab Osio error aliquis in religione admissus, confirmatus ve fuisset, nonne Donatistæ; & Parmenianus, qui Constantinum magnum ab Osio episcopo persuasum fuisse conquesti sunt, ut severiorem in eos sententiam proferret; nonne illum erroris in imagines quovis quæsito colore accusassent, ut accusarunt etiam falso Miltiadem PP. de traditione librorum, & Constantinum, gratia corruptum? Omiserunt sane Donatistæ hanc erroris notam, & labem Osio impingere, non dissimili ratione & consilio, ab eo, quo Vigilantius, & Claudius hæretici, decreta hujus concilii citare omiserunt ad infringendum venerabilem sacrarum imaginum cultum, & pium cereorum usum, quem conabantur invertere: quod hæretici illi tamquam canes sagaces, astuti, & callidi prudenter subolfacerent, sanctissimis hujus concilii decretis elidi, & capi se posse potius a catholicis, quam contra catholicos utile quidquam venari.

Nec Osii auctoritate solum, fide, & religione, hujus concilii dignitatem tuebor: cum in illo etiam adfuerit D. Valerius Cæsaraugustanus episcopus, & confessor; cujus vitæ sanctitas, & mirabilis in perferendo martyrio constantia, illum & fastis martyrum cœlestiumque numero inseruit, ut Romani martyrologii, & reliquorum certissima fide constat; & cum ipso (ut est verisimile) D. Vincentius martyr eximius, ob religionis, & sacrarum literarum cognitionem perpetuus Valerii comes, & ob ejusdem linguæ impedimentum interpres fidissimus: qui cum obeundis præclare certaminibus admirabile studium, singularem animi propensionem pro fide, pro regno Dei, pro cultu religionis, pro conservandis sacris codicibus, adversus impia imperatorum edicta, & sævissimam præfectorum immanitatem, constantissime declarassent, divina morte, divinæ victoriæ præmium, divinitus reportarunt. Quomodo igitur, ut docet Ambrosius, illorum B fidem juste negare audebimus, quorum gloriosas victorias justissime prædicamus? Prædicamus inquam, sanctissime Clemens, grataque & jucunda divinarum laudum commemoratione admiramur: aut quis ille tam demens (ut Lirinensis utar sermone) qui eos etsi adsequi non valeat, sequi tamen non expetat, quos a defensione fidei majorum nulla vis depulit, non minæ, non blandimenta, non vita, non mors, non palatium, non satellites, non imperator, non homines, non dæmones; quos, inquam, pro religionis veritate tanto munere dominus dignos judicavit; ut per eos prostratas repararet ecclesias, extinctos spiritales populos vivificaret, dejectas sacerdotum coronas reponeret, nefarias illas novellæ impietatis non literas, sed lituras infuso cælitus episcopis fidelium lacrymarum fonte deleret; universum postremo jam pene mundum propriæ idololatriæ, & alienæ hæreseos tempestate perculsum ad apostolicam fidem ab idolorum perfidia, ad veram sanitatem, a novitatis vesania; ad antiquam lucem a novitatis cæcitate revocaret. C Neque enim fas est, ut eos intelligamus in summa pace lapsos, & coram Romanæ tunc ecclesiæ legatis, unius aut duorum hæreticorum profanas, contrariasque sententias, abjecta omni vera religione approbasse, qui turbulentissimis persecutionum fluctibus excitatis, omnium sanctæ ecclesiæ sacerdotum, catholicæ & apostolicæ veritatis decreta constantissime glorioseque sectantes, maluerunt semetipsos publice prodere, quam veræ fidei vetustatem, & vetustæ universitatis fidem privatim deserere, aut aliquo alio modo labefactare. Sed ut omittamus tamdem quæ de Melanthio dici possunt, quæ de Sabino piissimo Hispalensium episcopo, quæ de Flavio Illiberritano, & reliquis quatuordecim episcopis, qui illi concilio cum sex & triginta presbyteris, & pluribus aliis diaconis interfuerint, quorum omnium, vel sola memoria & recordatio deberet efficere, ut Hispaniæ, vel Deo potius opt. & max. rerum, & bonorum omnium liberalissimo largitori, quantas maximas mens D nostra capere posset, gratias redderemus; quod a principio ecclesiæ profugatis lupis rapacibus, eos dederit Hispanicis ecclesiis pastores, quibus nec rerum ecclesiasticarum usu peritiores, nec doctrinæ celebritate clariores, nec vitæ sanctitate meliores ipsæ tunc optare potuerint cogitando; ut omittamus, inquam, hæc, quæ ad tutandam hujus concilii auctoritatem, ut reliquorum conciliorum provincialium facere satis poterant: nonne illam confirmant etiam antiqui decretorum collectores, non Gratianus modo in sua discordantium canonum concordia, non Anselmus, non Ioannes Gallensis, in prima epistolarum pontificum, & conciliorum collectione; sed & Ivo doctus & sanctus Carnutum episcopus, & in epitome (quam panormiam vocant) & in libro, cui ille decretorum nomen inscripsit? & ante Ivonem, Burchardus episcopus Vvormaciensis? In suis enim constitutionum, & canonum collectionibus, nullum fere eorum, quos hujus concilii patres condiderunt, omittunt, E ut varia quæ complexi sunt argumenta, horum ope, & subsidio firmius præmunirent. Nec eos tantum illi acceptos referunt, sed & alios diversorum conciliorum, quibus, ut major auctoritas accederet, nomen hujus concilii vel ipsi, vel ante ipsos alii præfixerunt, ut deinceps dicturi sumus. Dionysium vero cognomento Exiguum, Ferrandum diaconum, & Cresconium hæc omisisse, non urget, quod magis ad Græcorum, quam Latinorum conciliorum compilationem illi aspiraverint: & si aliquando de Latinis meminerint, omiserunt alia multa, quæ fortasse ad eorum manus non potuerunt pervenire: quod mirum esse non debet, in tanta quanta olim erat, codicum & librorum inopia; ob eam enim causam, tam provincialium quam generalium conciliorum exemplaria communia esse desierunt. Nicænum enim primum, in quo universus (ut Athanasius loquitur) coactus est orbis, quamvis Constantinus magnus transcriptis codicibus multis, per omnes provincias divulgari fecerit, idque summe conatus fuerit; non tamen potuit efficere, ut intra brevissimum annorum spatium, non in Ægypto solum de concilio Niceno, eodem Athanasio teste, sed &

[Left margin notes, partly cut off:] ...Nicæni, ...tur lib. 2. ... concilii ... apud ...m Pisa- — ...lib. 1. in epist. 24. — ...na. 2. — ...ses Pa- ...pistola ...s episco. — ...c. 2. — ...lib. 1. ...pistolam ...ini, — ...in epi- ...lita- ...n — ...r. ...tolam ...i c. 4. — ...i mar- ...Ianu- ...tio ...artyr- ...na.

[Right margin notes:] Ianuarii Exstant & de ipsius passione præclaræ laudes apud B. Leonem PP. sermone ultimo, quem aliqui parum recte tribuunt D. August. & apud Aug in aliis duobus quos edidit de ipso. Acta de eodem Vincentio martyre. D. Ambros. lib. 3. de fide c. 7. Vincentius Lirinensis adversus profanas hæresum novationes.

Quos cano[n]es hujus concilii recitarint hi auctores, propriis locis dicemus.

Cap. 6. hujus lib. 1.

D. Athanasius in libro de synodis Arimini, & Seleuciæ & in epistola ad ep[i]scopos in Africa. Idem in epist ad Marcum Papam.

& in Africa tota de numero canonum illius fuerit dubitatum; eaque ratione exemplaria fuisse necesse, a Romana ecclesia, Alexandrina, & Constantinopolitana mutuari, ut concilii Carthaginensis patres testantur. Quod si generalia omnibus nationibus ob codicum penuriam, cum Arianorum impia tyrannide conjunctam, communia esse non poterant: quid de provincialibus censendum, & his præsertim, quæ in ultimis fere Hispaniæ finibus coacta sunt? cum in his omnibus colligendis Cresconium, Ferrandum, & Dionysium Exiguum nullum lapidem movisse constiterit. Quod si acres, severique censores (ut mollissime loquar; nihil enim temere & intemperanter dicere hic velim) Hispanorum episcoporum auctoritatem judicio Italorum, Gallorum, & Germanorum confirmatam (ex his enim provinciis oriundi sunt Ioannes Gallensis, Gratianus, Ivo, Burchardus, & reliqui) parvi duxerint; quod animi potius gratia privatim, quam publica alicujus pontificis id fecerint auctoritate, & quingentorum annorum tempus rem nimis recentem dixerint; nihil nocuerit, quod facile possim auctoritatem hujus concilii altius multo repetere. In concilio enim Vvormaciensi, sub Ludovico rege, anno Domini CCCIↃ. LXIIX. Germani patres canonem hujus concilii, verbis eisdem nullo mutato transtulerunt. *Si qua fœmina*, inquiunt, *furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem, animam cum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, septem annos; si casu, per quinque annorum tempora legitimam peragat pœnitentiam.* Hunc autem canonem a quinto hujus concilii totidem verbis desumptum, liquido apparet. Sed clarius multo concilium Moguntinum, sub Rabano archiepiscopo, quod non solum hujus concilii testimonio libentissime frequentissimeque utitur, sed integra adhuc decreta ab hoc repetivit expresse & derivavit. *De mulieribus*, ait, *quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio, usque ad exitum vitæ, eas ab ecclesia removet: humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in concilio Elibertano, Cap. LXIII. scriptum est de his, quæ filios ex adulterio necant: Si qua per adulterium conceperit, idque post facinus occiderit, placuit nec in fine ei dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.* Et post alia. *Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emendabit. Item in concilio Eliberritano, cap. V. scriptum est de domina, quæ per zelum ancillam suam occiderit. Si qua fœmina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si casu per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quod si vero intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.* Concilium etiam aliud Moguntinum sub Arnulpho, quod anno illius primo, & Incarnationis Domini CC CIↃ. XXC. IIX. habitum est, canonem XIII. hujus ad verbum descripsit: post alia enim, sic inquit. *Quod si a proposito deviaverint, viduæ scilicet sanctimoniales, canonica institutionis censura corrigantur: quod & de virginibus, si mœchatæ fuerint, statuimus, sicut in concilio Elberitano cap. XIII. scriptum est: Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes, quod amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse communionem. Quod si semel persuasæ aut infirmi corporis vitio lapsæ, toto tempore vitæ suæ ejusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, ut abstineant se a coitu; placuit, eas nec in fine communionem accipere debere.* Eumdem canonem, & verbis iisdem, citato nominatim hoc concilio Illiberritano, retulerat etiam & confirmaverat antea concilium Coloniense sub Carolo III. imperatore, cognomento Crasso, & ante illud Rabanus Maurus archiepiscopus Moguntinus in suo pœnitentium libro: a quo pleraque alia hujus concilii exprompta sunt, ut a Theodoro Græco: quæ extant in suo pœnitentiali, & alia multa in illo, quod Romanum nuncupatur. Non renuit concilium Arelatense hujus concilii canones renovare. *Mulieres quidam*, inquit, *ut audivimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus, quod occulte perpetraverunt, manifestum fieret; infantes, quos pepererunt, occiderunt, & terra congerie operuerunt, aut in aquas projecerunt: quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, Eliberitani, atque Ilerdensis concilii testes sunt: hi itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt; sed humanius tractantes, post decennem pœnitentiam, aliis*

Concilium Carthagin. 6. can. 4.

Concilium Vvormaci can. 39.

Concilium Moguntinum sub Rabano archiepiscopo can. 21.

Concilium Moguntinum sub Arnulpho can. 26.

Concilium Colonien. sub Carolo 3. imp. cognomento Crasso, can. 6. Rabanus Maurus in pœnitentium lib. c. 4. & aliis. Hæc, quod multa sint, suis locis concilii referenda reservamus. Concilium Arelatense, apud Burchard. lib. 17. decret. c. 53. Ivo. 9. parte decret. c. 101. Pœnitentiale

A *placuit ad communionem recipi.* Ancyrani est canon XX. Illiberritani LXIII. Ilerdensis II. Nonne patres etiam Suessionenses in concilio apud sanctum Medardum tempore Caroli regis, anno domini CC CIↃ. LIII. ad definiendam causam gravem subortam inter Hincmarum Rhemorum archiepiscopum, & quosdam alios, subsidium a canone LXXV. hujus concilii invocasse his verbis, asserit synodi notarius? *Unde & iidem fratres, qui felle amaritudinis majores natu criminati sunt, quorumque vox muta fore est judicata, juxta canonicam auctoritatem secundum concilium Elberitanum, quod actum est tempore Constantini, cum Missis apostolicæ sedis, cap. LXXV. Si quis, inquiens, episcopum, vel presbyterum sive diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Canonem XXIX. de energumenis, ne in ecclesia ministrent, nonne laudavit, noningentis ab hinc annis, & eo amplius concilium Toletanum undecimum, sub Vvamba B rege Gothorum? *Bene siquidem*, ait, *majorum regulis definitum est, ut dæmoniis, aliisque passionibus irretitis mysteria sacra tractare non liceat.* Majorum regulis definitum, dixerunt Toletani concilii patres, quod hoc Illiberritano prius, Nicæno deinde, & aliis postea decretum est. Ante hos omnes mille fere ab hinc annis D. Isidorus archiepiscopus Hispalensis in vetusta canonum, & conciliorum compilatione, nonne plura hujus concilii decreta probavit, ut & Martinus papa, sive episcopus Bracarensis in Græcorum, & Latinorum collectione? Ante hos patres, & concilia, auctoritatem hujus Illiberritani, nonne mille, & ducentos ante nos annos sacrosanctam fuisse adhuc in Græcia ipsa ex concilio Sardicēsi generali comperimus: quod Constantini imperatoris suasu, ut sua ecclesia Athanasio restitueretur indictum est? In illius enim canone XIV. Osius episcopus concilii præses, cum de residentia episcoporum ageret, hæc post C alia adjecit. *Memini autem*, inquit, *superiore concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus, in ea, in qua commoratur civitate, tres dominicas dies, id est, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communione privaretur; si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis episcopo nec licet, nec decet.* Superius autem concilium, in quo hæc fratres suos constituisse dicit, vocat fratres suos Hispanos episcopos, de hoc Illiberritano esse intelligendum non is inficiabatur, qui canonem vigesimum primum hujus concilii, vel leviter tantum perlegerit. *Si quis*, inquit, *in civitate positus, tres dominicas ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse videatur.* Nec decretum hujus canonis solum, sed & alia, eumdem Osium proposuisse, & in eis reliquos omnes episcopos mire acquievisse, satis liquet: Canonem enim XVI. de excommunicatis non absolvendis, nisi a proprio episcopo excommunicante, acceptum ab hoc Illiberritano indicat eorumdem D verborum similis contextus; & suadet principium canonis, quod habet: *Osius episcopus dixit:* Et in fine: *Hoc omnibus placet.* Ante Sardicense, Nicænum primum generale, Osio episcopo præsidente, canonem III. de subintroductis mulieribus, V. de excommunicatis a proprio episcopo reconciliandis, X. de hæreticis ordinandis, & ordinatis deponendis, XIII. de catechumenis peccantibus, XIIX. de clericis usuras accipientibus, nonne ex hoc nostro Illiberritano tamquam a fonte accepit, hausit, expressit? Ante Nicænum, Arelatensis primi concilii patres, postea secundi, non unum, aut alterum, sed omnes fere canones, ex hoc in illo totidem pene verbis descripserunt. Quæ omnia licet cumulate, abundeque sufficerent ad obruendam falsam concilio huic impositam calumniam, ne quid tamen amplificandæ excellenti ejus dignitati deesse videatur, adjiciam postremo, geminam apostolicæ sedis auctoritatem: unam E Adriani papæ, alteram Innocentii, ut faciamus missos Romanæ ecclesiæ legatos, quos huic concilio interfuisse ex actis concilii Suessionensis apud sanctū Medardum notum est. Adrianus enim PP. hujus nominis primus, in ea collectione decretorum, quam ad tuitionem suæ causæ ex Græcorum & Latinorum conciliorum canonibus collegit, canonem LII. hujus concilii non est dedignatus perscribere. *Si qui*, inquit, *inventi fuerint, libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.* Et antea retulerat canonem LXXV. *Si quis episcopum, ait, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Multis ante Adrianum annis, Innocentius primus canonem VIII. hujus concilii non retulit modo, sed suo tempore ut utilem justissimumque probavit; etsi postea lenitate sedari oportere dixerit, ad D. Exuperium scribens episcopum Tolosanum. *Et hoc quæsitum est, ait, quid de his observari oporteat, qui post baptismum*

Rom. apud Ant... Aug. tit. 1. c. ... Concilium Sue... sionense in ac... sextæ actioni... quæ exstant ... finem canonis ultimi.

Concilium ... let. 11. an. 13... Concil Illibe... can. 29. Conc. Nicæn... can. 1. apud ... fonsum Pis. ... 3. de actis e... dem.

Concilium ... dicense can ...

Adrianus PP. in collection... decretorum c. 60. & 61.

Innocentius ... in epist. 11. a... Exuperium e... scopum Tol... num cap. 2.

mum, omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ, pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior, durior: posterior, interveniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos, non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem esse remissionem fecit temporis ratio: sed postea dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, jam depulso errore, communionem dari obeuntibus placuit: & propter domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Novatiani haretici negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio; ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur. Hæc Innocentius, quibus expresse firma habuit & rata, quæ canone VII. hujus concilii continentur. *Si quis forte fidelis*, inquit, *post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum, nec in fine habere communionem.* Hanc enim priorem ecclesiæ observationem, dixit Innocentius persecutionis ecclesiæ tempore latam: quia tempore hujus concilii, jam octo, ni mavis novem persecutionibus afflictam ecclesiam, a Nerone primum, a Domitiano postea, a Traiano, ab Antonino, a Severo, a Maximino, a Decio, Valeriano, & Aureliano affirmant hi, qui rerum eo tempore gestarum historiam ecclesiasticis monumentis tradiderunt. Quod si horum omnium tyrannorum leges, si Tyberii, Caligulæ vel Heliogabali constitutiones, vel alterius cujuscumque principis sæcularis, ut Iustinianus ait, placita intemerata, augusta, religiosa, & sacrosancta visa sunt semper omnibus: cur decreta gravissimi hujus sanctissimique senatus, non judicio unius, aut alterius ethnici, vel tyranni, sed undeviginti episcoporum sapientia, pietate, religione & martyrio consecrata, insequentium conciliorum decretis repetita, & expressis Romanorum pontificum constitutionibus confirmata, cur, inquam, levissima, profana, superstitiosa, & impia adeo temere censentur, & prædicantur? Si juxta pii imperatoris Martiani judicium, quæ semel synodis judicata sunt, & recte disposita, disputando non licet revolvere: quod illud nihil sit aliud, quam post veritatem repertam mendacium quærere: impiusque & sacrilegus habeatur ille, qui post tot sacerdotum sententiam; opinioni suæ aliquid tractandum seu inquirendum relinquit: quo illi nomine, quo sermonis pondere, qua censuræ gravitate redargui possunt & debent, qui illata hac una dignissimo Hispanicæ ecclesiæ concilio, indignissima sane, contumelia dixerim potius quam injuria, plures simul inferunt, non diaconis tantum, non sacerdotibus, non episcopis, non confessoribus & martyribus Hispaniæ, quorum illustri vita & morte gloriosa illustratam hujus concilii, & ecclesiæ dignitatem fatentur & agnoscunt omnes, sed Gallorum, Germanorum, & quod gravissimum est, Romanorum ecclesiæ: quod omnia pene, ut dixi hujus concilii decreta, ab his probata, laudataque sciamus? Non est ergo de hujus concilii auctoritate cur magis, quam de reliquis Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, & Græciæ conciliis dubitemus; sed tanto pluris æstimandam securius pronuntiabimus, quanto reliqua & temporis antiquitate, & episcoporum, qui illi interfuerunt, doctrina, religione, & sanctitate, communique conciliorum & pontificum approbatione antecellit. Nam si testes illos, qui fama, vel auditione aliquid a suspectis perceperant, absurdum fore si admitterentur, quorum repelli possent auctores, docuit Innocentius III in concilio Lateranensi generali: multo quidem magis, tam ab œcumenicis, & provincialibus conciliis, quam a pontificibus summis, id mature præcavendum fuisset, pieque, & sapienter observandum in recipiendis, probandisque ejus concilii decretis, cujus auctores, vel suspicione notabiles, vel errorum gravissimorum & hæreseos turpitudine censuissent infames. Neque a decretis tantum referendis, & confirmandis, sed ab ipsa concilii memoria omnino abstinuissent. Quod cum hactenus non solum non fecerint, sed plura, aut omnia fere ejus decreta, ut certa, rata, firma, fixa, sana & religionis plena habuerint, retulerint, probaverint: cur tantam concilii auctoritatem, ut sacrosanctam non venerabimur? si revocemus præsertim in memoriam acta concilii Suessionensis apud sanctum Medardum, quibus traditum est, tuæ sedis legatos plenario huic Hispaniæ concilio præsedisse: quod indicat, & demonstrat summum antiquorum Hispaniæ episcoporum in inquirenda catholica veritate studium, in retinenda vera religione constantiam; in recognoscenda Romanæ sedis amplitudine judicium: cum decreta de fide & moribus ecclesiæ, non publicare, aut absolvere; sed nec concilium ipsum, sine consultatione & obsequio tuæ sedis, inchoare voluerint. Quod si legatorum præsentia hæc, & assensus, vel consensus potius, augusta & sacrosancta tuæ sedis potestate suffultus, plenum fidei pondus & auctoritatem integram concilio huic eo tempore non tribuit: hanc fausta & felici tuæ beatitudinis ætate Sabinus episcopus Hispalensis, ob insignem hominis pietatem in colligendis, sepeliendis & honorandis martyrum reliquiis; hanc sanctus Valerius Cæsaraugustanus episcopus & confessor, ob exilium & mortem pro Christi gloria constantissime & jucundissime toleratam; hanc D. Vincentius martyr illius diaconus, ad compensationem tormentorum & sanguinis, pro conservandis divinarum literarum codicibus gloriose profusi; hanc Osius episcopus & confessor, ob stigmata religionis ergo fronti impressa, a tua sanctitate obnixius exposcunt; hanc Illiberritana sedes ex Hispanicis ecclesiis in religione antiquissima, cum sancto Cæcilio, cum Flavio, cum D. Gregorio ejusdem sedis episcopis summe precatur: & horum denique præclaris meritis exiguitas nostra protecta, atque suffulta, eam etiam a benignitate tua supplex deprecatur, sperat, expectat. Quis enim a Clementis admiranda clementia, quæ pertinent ad confirmandam sanctorum conciliorum auctoritatem, ad comprobandam nascentis religionis disciplinam, ad exornandam Romanæ sedis amplitudinem, ad amplificandum catholicæ religionis cultum, ad compescendam recentium hæreticorum impudentiam, ad tutandam Hispanorum episcoporum existimationem, impetrare dubitaverit?

...ianus in ...n. de ordi- ...e episco- & cleric. ...one 10.

...nus im- ...r in con- ...halcedo-

...ent. III. in ... Lateran. ...6

De canonibus veris concilii Illiberritani. Cap. V.

SUNT nonnulli qui concilio huic partim incertos canones ad augendam eorum dignitatem affingunt: partim ob suspectam patrum religionem germanos & certos detrahunt: idcirco non abs re me facturum putavi, si primum de veris quos in vetustis & probatæ fidei exemplaribus in hoc cum editis consentientibus deprehendi, seorsum egerim: & alios deinde huic concilio falso adscriptos suis conciliis restituerim. In veris autem emendandis juxta vetusta exemplaria MS. qualemcumque a me operam navatam propriis locis indicabo.

Cum convenissent sancti & religiosi episcopi in ecclesia Eliberina, hoc est: *ut supra pag. 970.* B

De canonibus, qui concilii Illiberritani, falso esse feruntur. Cap. VI.

HACTENUS de canonibus veris concilii Illiberritani: de his scilicet, quos certo ab Hispanis patribus editos, & exemplaria impressa docent, & vetusti CC. MS. confirmant: alios etiam præclara & honestatis & pietatis doctrina plenos acceptos huic referunt Burchardus, Ivo, Gratianus, & antiqui pœnitentium libri: sed quia hujus concilii proprii illi non sunt, suis locis eos restituere curabo. Ut veram enim debitamque hujus concilii laudem deteri aut imminui tulerim moleste, ita incertam aut fictam illi impertiri nunquam probaverim. In primis se offert is, quem citat Gratianus in c. omnis homo, de consecratione dist. 2. *Omnis homo*, ait, *ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus; nec inter catholicos connumerabitur, qui in istis videlicet temporibus, pascha, pentecoste, & natali domini, non communicaverit.*

Sed germanum esse concilii Illiberritani, vix, ac ne vix quidem crediderim; nec unum, sed contextum ex duobus diversorum conciliorum, quod prima & secunda pars non satis cohæreant, ideoque diversis canonibus erat utraque constituenda. Quare Burchardus, qui eum canonem primus concilio Illiberritano cap 3. tribuit, priorem solum retulit partem. *Omnis homo*, inquit, *ante sacram communionem, a propria uxore abstinere debet, tres aut quinque, aut septem dies.* Eamdem retulit Ivo par. 1. cap. 32. uterque tamen post hunc canonem, citarun alterum concilii Agathensis

can. 18. qui ſic habet apud eoſdem. *Seculares vero, qui in natali domini, paſcha, & pentecoſte non communicaverint, catholici non credantur; nec inter catholicos habeantur.* Quod non animadvertens Gratianus, utrumque aſſuit non recte, & concilio Illiberritano tribuit: cum poſterior hæc pars, quæ concilii Agathenſis eſt, reperiturque canone 28. illius, nec ſit, nec eſſe concilii Illiberritani potuerit: nam tempore hujus concilii fervente adhuc antiqua naſcentis eccleſiæ devotione, non ter in anno, ſed quotidie communicaſſe ſolitos Hiſpanos, teſtis eſt D. Hieronymus in epiſtola 28. ad Lucinium Bæticum: nec acceptam fuiſſe ab epiſcopo oblationem, ſeu munus illius, qui in miſſa non communicaret, dicendum ad canonem 28. Quod ſi die pentecoſtes communicandum in hoc concilio decerneretur, id canone 43. eſſet conſtituendum, in quo de feſtivitate illius diei ſpeciatim actio eſt propoſita. Cum certum ſit ergo illum in concilio Agathenſi exſtare, Burchardumque & Ivonem illi acceptum tuliſſe; cur ſola Gratiani auctoritate illum Illiberritano aſcribemus? cum non ſolum hunc, ſed pleroſque alios ex diverſis, ſciamus in unum ſine delectu conjunxiſſe: ut mox indicabo. His autem tribus feſtis communicandum, præter concilium Agathenſe, decrevit etiam concilium Turonenſe II. can. 50. *Vt ſi non frequentius*, ait, *vel ter laici homines in anno communicent, niſi forte quis majoribus quibuſlibet criminibus impediatur.* Quem canonem falſo etiam Fabiano PP. aſſignarunt Burchardus. lib. 5. ca. 17. Ivo Canr. p. 2. c. 27, & Gratian. in c. etſi non frequentius, de conſecra. diſt. 4. quod & a Sylverio PP. conſtitutum referunt Burchard. d. lib. 5. cap. 19. & Ivo p. 2. c. 29. quod hodie viri pii cupiunt renovari. Nec ter tantum, ſed & quater olim ſolitum communicari, patet ex pœnitentiali Romano apud Antonium Auguſtinum tit. 7. ca. 10. *Neglexiſti*, ait, *ut non acciperes corpus, & ſanguinem domini iſtis quatuor temporibus, id eſt, in cœna domini, & in paſcha, & in pentecoſte, & in natali domini, & totam quadrageſimam non te ſuſtinuiſti, & poſtea in aliis prædictis temporibus, aut ſeptem dies, aut quinque ante acceptionem ſacri corporis domini, viginti dies debes pœnitere in pane & aqua* Exſtat etiam apud Burchardum lib. 19. decretorum. Partem autem priorem a quo Burchardus & Ivo deſumpſerint (ab illis enim accepit Gratianus) certo affirmare non auſim, quod in obſcuro res ſit: ſcio tamen D. Auguſtinum abſtinere a conjugibus in ſolennitatibus eccleſiæ & quoties communicandum eſſet, ſæpe docuiſſe. In ſermone enim 216. de tempore dominica 10. poſt pentecoſten ſermone 2. de Chriſtiano homine ſic ait: *Ille bonus Chriſtianus eſt, qui quoties ſancta ſolennitates veniunt, ut ſecurius communicet, ante plures dies caſtitatem cum propria uxore cuſtodit, ut ſincera & ſecura conſcientia ad altare domini caſto corpore, & mundo corde præſumat accedere.* Quod ſi panes propoſitionis (inquit Hieronymus) non poterant ab his qui uxores ſuas tetigerant comedi: quanto magis panis iſſe qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui conjugalibus paulo ante hæſere complexibus, violari atque contingi: non quo nuptias condemnemus, (hoc enim non dicimus) ſed quod eo tempore, quo carnem agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debeamus. Idem conſulit B. Ambroſius, Chryſoſtomus, & Gregorius in locis citatis a Gratiano 33. q. 4. Pœnitentia etiam ſtatuitur decem dierum in illum, qui die dominico cum uxore comcumberet, in pœnitentiali Romano antiquo: quod retulit Ant. Aug. ti. 3. c. 20. eorum quæ ille compilavit. Erga quem diem tanta fuit antiquorum reverentia, ut in illo matrimonium contrahere ſine pœnitentia non liceret, ut ex concilio Triburienſi refert Burchardus lib. 19. decretorum. ca. 157. Multo tamen mirabilius eſt quod memoriæ tradidit Auguſtinus ſerm. 244. de temporibus. *Qui uxorem ſuam*, inquit, *in perfluviis poſitam agnoverit, aut in die dominico, aut qualibet alia ſolennitate ſe continere noluerit: qui ſi tunc concepti fuerint, aut leproſi, aut epileptici, aut etiam forte dæmoniaci naſcentur.*

Decretum aliud retulit ex concilio hoc Illiberritano Gratianus, quod in his canonibus deſideratur, in cap. pueri. 22. q. 5. *Pueri*, ait, *ante annos quatuordecim non cogantur jurare, Puella quoque ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, juramento ſe conſtrinxerit, & pater ejus, ut audierit, ſtatim contradixerit; vota ejus & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.*

Sed hoc etiam ex diverſis congeſſit Gratianus; verſiculus enim primus, Pueri ante quatuordecim annos non cogantur jurare, etſi non his verbis, ſententia tamen eadem habetur in capitularibus lib. 1. cap. 9. & huic libro tribuit Ivo p. 12. cap. 23. *Parvuli*, inquit, *qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur jurare.* Sequentem autem verſiculum: Puella quoque; uſque in finem, concilio Hybernenſi aſſignat Burchardus lib. 12. cap. 26. & antiquum pœnitentiale Theodori, ut ex illo retulit in id quod nuncupavit Romanum Ant. Auguſt. titul. 2. cap. 17. Similia citantur ex Aurelianenſi cap. 2. ab Ivone par. 12. cap. 28. etſi non vere idem Ivo, ut Gratianus, hanc ſecundam partem Illiberritano tribuerit, cum tam in editis, quam in vetuſtis MS. deſit.

Tertium decretum hujus concilii aſſerit Gratianus. 22. quæſt. 4. *Diffinitio incauta laudabiliter ſolvenda eſt, nec eſt prævaricatio, ſed temeritatis emendatio.* Deceptus ab Ivone parte 12. cap. 80. qui eidem concilio adſcribit. Sed verius eſt, concilio Hybernenſi ut ſuperius referendum, ut retulit Burchardus lib. 12. cap. 25. & pœnitentiale Theodori apud Ant. Aug. tit. 2. cap. 16.

Quartum ex concilio hoc Illiberritano ſe deprompſiſſe ait Palea in c. ſi qua mulier. 31. quæſt. 1. *Si qua mulier*, ait, *in mortem mariti ſui cum aliis conſiliata ſit, & ipſe vir aliquem illorum, ſe defendendo, occiderit: ſi probare poteſt ille vir, eam ream eſſe conſilii, poteſt (ut nobis videtur) ipſam uxorem dimittere; etſi voluerit, aliam ducere: ipſa autem inſidiatrix pœnitentiæ ſubjecta ſine ſpe conjugii maneat.* Ex concilio Eliberitano apud Vermerias, ante legabatur tam corrupte, ut nihil magis: cum Illiberris Hiſpaniæ, Vermeriæ Galliæ civitas ſit, & utraque in ultimis utriuſque regni finibus. Verba autem ex Illiberritano, quæ præfixa ſunt canoni ſequenti: ſi qua mulier, irrepſerunt in præcedentis epigraphen parum recte, quod notatum eſt in editione decreti Gregoriani.

Quintum huic concilio adſcribunt Burchardus lib. 6. c. 39. Ivo. p 10. c. 168. antiquo Theodori pœnitentiali decepti, quod in Romanum tranſtulit Antonius Auguſt. titul. 1. c. 12. a quo canon hic concilio Illiberritano tribuitur: *Si mulier maritum ſuum cauſa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit, quia dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſæculum relinquat, & in monaſterio pœniteat.* Sed non eſſe germanum hunc concilii Illiberritani canonem, indicant multa: quia tempore hujus concilii non erant exſtructa monaſteria, in quibus recluderentur pœnitentes ob gravia crimina; cum & virgines ſacræ in domibus parentum cuſtodirentur, ut canone. 7 hujus concilii ſtabilitum eſt: nec pœnitentia recluſionis in monaſterio eo tempore in Hiſpania uſurpatur, nec de ea ſit mentio in toto hoc concilio, nec maritos dominos & ſeniores vocari in Hiſpania receptum fuit: ea vox propria eſt Galliæ, ſicque ex concilio Gallicano deſumptum videri poteſt.

Sextum decretum retulit huic concilio Illiberritano can. 9. Burch. lib. 6. decretorum. cap. 67. Ivo parte 14. cap. 115. *Decrevit ſancta ſynodus, ut epiſcopus, ac miniſtri epiſcoporum pro criminibus, colonos flagellare cum virgis, poteſtatem habeant, propter metum aliorum ut ipſi criminoſi corrigantur, vel inviti pœnitentiam agant, ne æternaliter pereant. Si vero ſeniores ipſorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eoſdem colonos, ne diſtringantur, defendere præſumpſerint: ſciant ſe excommunicationis eccleſiæ ſententia feriendos.* Sed nec huic concilio canonem hunc tribuendum cenſuerim, quia formula loquendi in principio, propria non eſt hujus concilii: verbo enim; Placet, & aliis ſimilibus decreta ſunt multa; nullum autem de his; decrevit ſancta ſynodus, quæ poſteriori ævo Græcorum uſu primo uſurpari cœpit: & quia colonos habuiſſe tunc epiſcopos in tanta imperatorum ethnicorum & perſequentium atrocitate mihi compertum non eſt, nec eam verberum pœnam tunc fuiſſe communem.

Septimum decretum falſo huic concilio adſcriptum lego apud eumdem Burchardum lib. 19. decretorum. cap. 255. & Ivonem p. 15. cap. 163. & pœnit. Rom. apud Antonium Auguſtinum tit. 7. cap. 9. his verbis. *In tribus quadrageſimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in ſexta feria conjugales continere ſe debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id eſt, a quo die filius in utero motum fecerit, uſque ad partum, a partu poſt XXXIII. dies ſi filius eſt: ſi autem filia, poſt LVI.* Eo autem tempore tres fuiſſe in Hiſpania quadrageſimas, aut quoquam alio nuſquam legimus: in aliis autem provinciis legimus: unam ante nativitatem domini: aliam ante reſurrectionem, ut hodie: alteram ante nativitatem Ioannis Baptiſtæ, de quibus in concilio Triburienſi can. 58. Vel quadrageſima pro quadraginta diebus ſumitur, quæ pœna olim erat frequens in delictis levioribus. Exſtat autem hoc decretum apud Bedam de remedio peccatorum. cap. 2. & 10. probabileque

eſt

est ab illo desumpsisse reliquos, & cum originem decreti ignorassent, huic tamdem tribuisse, ut aliqua esset canonis auctoritas. Similem constitutionem Liberii papæ ex codice vetusto 16. librorum, lib. 13. cap. 10. refert Surius ad finem epistolarum ejusdem: *Abstinendum*, inquit, *est in his sacratissimis quadraginta diebus, a conjugibus, & caste & pie vivendum, ut sanctificato corde & corpore, isti dies transigantur, donec perveniatur ad diem sanctum pascha: quia pœne nihil valet jejunium, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemosynæ non commendant*: adeo est vetus hujus continentiæ quadragesimalis observatio. Sed cum honorabile sit conjugium & torus immaculatus, cum honestus cum uxore concubitus, quare Paulus prius & pontifices conciliaque a concubitu avocent eos qui precationibus daturi sunt operam, D. Chrysostomus quo solet, aureo orationis flumine & docet & disserit. Illudque inter alia refert, non placare oratione sed irritare Deum, qui segniter Deum precatur: quod si eos qui paulo remissiores a rege quid postulant, ut assequantur quod postulant, digni non sunt: quid miseris nobis fiet, qui ad communem omnium dominum ac Deum, ita remisse dissoluteque accedimus? Hac ipsa de causa, & ut majori reverentia, sacramentum tantum summatur, consuluit Timotheus sanctus Alexandrinus episcopus, ut fœminæ menstrua patientes, ab hoc sacramento sumendo sibi temperarent. *Si mulier*, ait, *sibi accidisse viderit, quod solet mulieribus, debet-ne ad sancta mysteria accedere, an non? Respondetur, non.* De plurimis autem quadragesimis, mentio etiam exstat apud Bedam, ubi supra. Cap. 8. 9. & 13.

[Chrysost. lib. ... rg nitate ... & 31.]

[Timotheus ad ... rogatione.]

Octavum decretum refert huic concilio Burchardus lib. 19. decret. c. 75. Ivo p. 15. cap. 88. ante hos pœnit. Rom. apud Ant. Aug. tit. 7. cap. 8. his verbis. *Qui in quadragesima ante pascha cognoverit uxorem suam, & noluerit abstinere ab ea, unum annum pœniteat, aut pretium videlicet viginti quinque solidorum ad ecclesiam tribuat, aut pauperibus dividat; si per ebrietatem, & sine consuetudine accesserit, quadraginta dies pœniteat.* Sed nec hunc esse hujus concilii, ipsius contextus ratio indicat: nunquam enim pœnitentiam nummariam hujus concilii patres indixerunt, sed interdictæ communionis: neque cum communionem interdixerunt, quadraginta diebus, vel per dies illam imposuerunt: sed per annos, ut ex omnibus concilii decretis apparet.

Nonum decretum huic concilio, falso etiam ab Ivone adscribitur, p. 15. cap. 164. his verbis. *Si mater filium suum sponte occiderit, XV. annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi die dominico. Mulier autem paupercula, si fecerit pro difficultate nutriendi, VI. annos pœniteat.* Sed non fuisse hujus concilii, inde colligitur: quod canone LVIII. pœnitentia perpetua communionis interdictæ imposita sit his, qui filios enecaverint, etiam si id fecerint, ut occultent partus furtivos a marito. Neque probabile est tantum facinus pœnitentia quindecim annorum coerceri, si animadvertamus antiqui seculi severitatem.

Decimum retulit ex hoc concilio Illiberritano Burchardus lib. 19. decret. c. 133. his verbis. *Adjectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant, renascendo, jubemus abscindi: & si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his quamdiu vivunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, dicente domino: Nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur, & vivat.* Sed non esse hujus concilii, perspicue constat ex epistola I. Syricii papæ ad Himerium episcopum Tarraconensem: in cujus cap. 3. hæc eadem exstant.

Undecimum huic concilio tribuit Sixtus Senensis lib. 6. bibliothecæ sanctæ annotatione 81. his verbis. *Quadam cum fratre viri sui dormivit, decretum est, ut adulteri nunquam conjugio copulentur: illi vero cujus uxor stuprata est, licita conjugia non negentur.* Sed nec in editis, & MS. CC. decretum hoc reperio. Simile legitur lib. 5. capitular. cap. 19.

Duodecimum huic concilio adscripsit Burchardus lib. 19. decret. cap. 134. his verbis. *De his, qui apostatant, & raro se ad ecclesiam repræsentant, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit non dandam eis communionem, nisi revelaverint eorumdem rectam fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiæ.* Neque hunc esse hujus concilii canonem apparet, quod de his apostatis, qui ecclesias non frequentabant, peculiaris tractatio instituta & pœna hæc eadem in concilio Arelatensi I. fit, can. 23. cui decretum hoc restituendum est, & pro verbo, revelaverint, revaluerint, legendum.

Cum convenissent.	Vulgata.
Cum consedissent.	*Emendata.*

De utilitate conciliorum. Cap. VII.

Quot ex ecclesiasticis episcoporum & sanctorum patrum comitiis Christiana respublica percipiat fructus, vel ex his incommodis admonemur, quæ illorum parit intermissio: ea autem Iustinianus catholicus, & religiosus imp. recenset. *Sane*, ait ad Petrum magistrum officiorum, *multos ex eo maxime deprehendimus in peccata fuisse prolapsos, quod non fiant facta synodi sanctissimorum sacerdotum, juxta ea quæ a sanctis apostolis, & patribus definita sunt: si enim hoc fuerit observatum, quilibet metuens gravem in synodo accusationem, studuisset utique, & sacras ediscere liturgias, & temperanter vivere: ne condemnationi divinorum codicum subjaceret.* Sacris enim his ecclesiæ conciliis Christianæ reipublicæ splendorem sancti & religiosi episcopi tuentur, his morbis nascentibus occurrunt, his natis medentur, his densas ignorantiæ tenebras depellunt, his fidei controversias dirimunt, his religionis præcepta confirmant, his pauperum tutelam suscipiunt, his Christianorum animos ad virtutem excitant, ecclesiasticorum ad capessendum integrius vitæ institutum exacuunt; his tamdem velut remis impulsa catholicæ ecclesiæ navis, non modo vastissimi, & sævissimi maris fluctus evadit; sed & insanientium hæreticorum quasi furentium ventorum procellis obsistit, Scyllas devitat, & superatis denique divino auxilio inundantium errorum gurgitibus, portum pacis, & tranquillitatis felicissime appellit. De his non inepte dici posset, quod de imperatoria majestate olim scripsit Seneca Illud (inquit) est vinculum, per quod respublica cohæret: ille est spiritus vitalis, quem tot millia hominum trahunt; illa est mens, qua subtracta, nihil aliud potest esse respublica, nisi onus & præda; si mens illa imperii subtrahatur. Docuerunt nos hoc olim apostoli, dum spiritu afflati divino, bis in anno episcoporum concilia celebrari instituerunt, ut inter se (inquiunt) invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes ecclesiasticas contentiones amoveant. Docuit hoc Gregorius magnus, dum rescribens ad Syagrium, Ætherium, & alios episcopos Galliarum. *Equidem*, ait, *quia de habendo bis in anno concilio patrum sit regulis statutum, non latet, sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat, semel tamen in anno; sine excusatione aliqua decernimus congregari: ut expectatione concilii, nihil pravum, nihil præsumatur illicitum. Nam plerumque & si non amore justitiæ, metu tamen examinis abstinetur ab hoc, quod omnium notum est posse displicere judicio.* Intellexerunt, hoc etiam barbaræ gentes à religione nostra maxime abhorrentes, nam ut uberrimo hoc fructu catholica careret ecclesia, conventus omnes sacros gravissimis pœnis interdixerunt; sed cæca hac, & detestanda eorum Barbarorum invidia, major Hispaniæ affulsit divinæ providentiæ benignitas, qua nixi episcopi nostri omnem timorem deposuerunt, imperatorum ethnicorum atrocitatem spreverunt imminentia pericula neglexerunt, graves itinerum labores susceperunt, ut dejectis antiquæ superstitionis idolis, Christianæ doctrinæ semina propagarent, & quibus poterant nervis, & viribus, ecclesiæ nascentis honorem, & dignitatem tutarentur. Quod adeo videntur feliciter consequuti, ut in his, quos ad posteritatis memoriam nobis de fide, de religione, de moribus canones reliquerunt, sanctos illos, & augustos divorum Cæcilii, Eufrasii, Secundi, Iudalecii, Torcati, Hesichii, Ctesiphontis majorum suorum spiritus liceat agnoscere, & primitivæ apostolicæ ecclesiæ, non adumbratam, sed expressam politamque effigiem velut in speculo splendidissimo liceat intueri. In CC. MS. cum consedissent legitur; quod magis probo, quia testimonio suo obsignavit notarius ordinem concilii, cum promulgaretur publice in ecclesia, jam absolutum: non autem cum secreto haberetur; & quia convenire in ecclesiam dicitur: considere in ecclesia.

[Iustinianus imperator in nova constitut. 137. collatione 10.]

[Seneca lib. de clementia.]

[Canon apostolorum 38.]

[D Greg. epist. 112 ad Syagrium, Ætheriū, & alios episcopos Galliarum lib. 7. indict. 2.]

[De Maximiano, id testantur Eusebius lib. 9 hist. eccles c. 6. & Niceph. lib 7. c. 25.]

Sancti & religiosi episcopi. Vulgata.
Sancti & religiosi episcopi. *Emendata.*

Episcopos, sanctos, & Romanum pont. sanctissimum, ab initio ecclesiæ appellari. Cap. VIII.

EPISCOPOS compellandi sanctos, sanctissimos, reverendissimos, benedictos, beatos, beatissimos, religiosos, & aliis titulis eximio honore plenis; in primitiva ecclesia vetus mos: quod eorum vitæ integritati, & sanctimoniæ congruerent. Non igitur recens est nuncupatio, ut Gnostici quidam volunt, qui qua maledicendi cupiditate laborant, cum vident sanctos episcopos vocari, vel Romanum pontificem sanctissimum, aut beatissimum patrem, exclamant statim & vociferantur, nos protinus adulatores vocitantes. At si ipsi illustrissimos senatores appellant obscurissimos, & e media fæce plebis desumptos, homines venalitios medius in officinis natos & alitos; & clarissimum, & illustrissimum senatum, hominum mercaturis, usuris, tabernis rem sibi misere quærentium; quid hoc est, si blandiri non est? & his blandiri, quos nec alloquio dignos, honestiores paulo justissime arbitrarentur. Nos vero a primordiis ecclesiæ Romanos pontifices sanctissimos dicimus, & alios episcopos sanctos solemus etiam nuncupare: tum quod personam gerant Christi, omnis bonitatis & sanctitatis auctoris: tum ut tam preclaro & nobili titulo nuncupati, beatum atque incorruptum sanctitatis nomen (vita cum titulo mirifice congruente) & consequi, & retinere continuo admoneantur.

In ecclesia Eliberina. Vulgata.
In ecclesia Illiberritana. *Emendata.*

In ecclesiis concilia semper agi consuevisse, & cum omissum, qua id de causa. Cap. IX.

ECCLESIAE, & religionis negocia in ecclesia tractari consentaneum est: ut loci dignitate, & reverentia, eorum qui conveniunt animi ad majorem religionem excitentur. Non ergo recens hoc Christianæ reipublicæ institutum, in consecratis locis conventus agere, sed antiquissimum perpetua ecclesiæ consuetudine receptum. Nam etsi aliquando concilium habitum in domo Vrbani Donati ab Augustino sit traditum: id tamen factum fuisse, quod basilicæ in persecutione Diocletiani, & Maximiani eversæ, nondum essent restitutæ, rectissime est additum ab Optato Milevitano eamdem historiam narrãte. Institutum præterea hoc Romani veteres custodierunt, nec alibi nisi in templis senatusconsulta habuisse, Varro docuit, & Gellius: qua ratione Vestalium ædes, vel templum, erat sine consecratione, ne apud eas senatus haberetur auctore Servio. Et ut majori religione sententiam dicerent, & perinde quisque eorum animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentiendum esset, Octavius Augustus sanxit, ut prius quam consideret senator, thure ac mero supplicaret, apud aram eius Dei, in cujus templo coiretur, ut tradit Suetonius. At episcopi nostri veræ religionis cultum, uni vero Deo, ter optimo, & maximo tribuentes, soliti sunt sacrificium Spiritui sancto supplices offerre, ut depulsis errorum tenebris, & accepta divini numinis luce, quod magis e Christiana republica fideque sua videatur, decernant. Ecclesia hęc Eliberina Gothice dicitur; Illiberritana Latine.

D. August lib. 3. contra Cresconi. cap. 27.
Optatus Milevit. lib. 1. contra Parmenia.
Gellius lib. 14. noctium Atticarum. c 7.
Servius lib 8. Æneidos, in verbo: Est ingens gelidum lucus, &c.
Suetonius in Oct. vita. c. 35.

Hoc est. Felix. Vulgata.
Hoc est. Felix. *Emendata.*

Cur nomina episcoporum initio concilii præfigantur; & consulum nomina, vel alia temporis nota omissa sint. Cap. X.

SOLENNE fuit in Romanorum republica, ut scripto senatusconsulto, primum eorum, qui interfuissent, nomina adscriberentur. Cęcilius ad Ciceronem. *Senatusconsultum factum, auctoritatisque perscripta pridie Kal. Octobris in æde Apollinis scribendo affuerunt. L. Domitius Cn. F. Ænobarbus. Q. Cæcilius. Q. Fabius, Metellus. Pius Scipio. L. Iulius. L. F. Pomp. Annalis. C. Septimius. T. F. Quirina. C. Lucius. C. F. Pup. Harrus. C. Scribonius. C. F. Pop. Curio, L. Arteius. L. F. An. Capit. M. Oppius. M. F. Terentina.* Cicero. *Cum omnes pontifices, qui erant hujus ordinis, adessent, cumque alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegii judicio verba fecissent, omnesque idem scribendo adessent.* Et alibi. *Ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset.* Lampridius de Heliogabalo. *Vbi primum diem*

Cæcilius ad Ciceronem in epist. 8. lib. 8. epistola. famil.
Cicero de aruspicum responsis. Idem in oratione post reditũ suum. Lampridius in Heliogabalo.

A *senatus habuit, matrem suam in senatu rogari jussit; qua cum venisset, rogata ad consulum subsellia, scribendo adfuit, id est senatusconsulti conficiendi testis.* Prisci etiam ecclesiæ patres in vetustis ecclesiæ conciliis, eorum, qui adfuissent, nomina in principio conciliorum referre consueverunt. Sed si concilii habiti dies, si ordinaria consulum memoria, si principis regnantis imperium, vel, quod majoris erat momenti, Romani pontificis nomen, principio hujus concilii affigeretur; non tantam nobis molestiam negotiumque facesseret, incensum indagandæ ejus vetustatis desiderium. Hæc tamen, ut alia multa in reliquis orientis & occidentis ecclesiæ conciliis temporum injuria intercidisse non ambigo.

Probant id concilium Arelatense, Romanum 1. sub Silvestro, & aliud, sub Iulio, Agrippinense, sub Maximo Treverorũ episcopo, & aliis.

Sed vereor jam, ne dum ingenue fateor, consules huic concilio deesse, insultent denuo adversarii nostri, vel oriantur alii, qui nimia antiquitatis, vel religione, vel superstitione nobis litem intendant, & ex diei, vel consulum silentio controversiam faciant; quod velut B solennem juris formulam, eorum adjectionem in legibus, & constitutionibus Constantinus magnus requisierit, ad Hispanos nostros Lusitanos rescribens. *Si qua post hac edicta, sive constitutiones, sine die & consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.* Ad quam Annianus, antiquus earum interpres. *Quæcumque leges sine die, & consule fuerint prolata, non valeant.* At cum vera quæque libenti, & æquo animo profiteor; inanibus, & falsis cavillis veritati fieri præjudicium feram iniquo, vel potius non feram. In edictis igitur; in legibus, & constitutionibus principum secularibus, eam formulam observari Constantinum voluisse quis neget? Sed in ecclesiasticis pontificum, & episcoporum, vel voluisse, vel potuisse, quis affirmet? Agnoscebat profecto pius imperator, quæ Cæsaris, sibi, quæ Dei & ecclesiæ, ecclesiæ & Deo reddi oportere, & episcoporum, atque pontificum judicio illa debere reservari. Verum nec illud adhuc continuo in principum secularium legi- C bus Constantinus perpetuum esse voluit; sed in beneficiis, & privilegiis personalibus, ne ullus fraudi relinqueretur locus. Sic enim ex autographo Constantini (ut verisimile est) Iustinianus imperator deprompsit, vel illud recenti sua interpretatione voluit intelligi, dum eamdem legem suo codici inserens, ait. *Si qua beneficia personalia, sine die & consule fuerint deprehensa, auctoritate careant.* Alias vero leges generaliter etiam prolatas, sine die, & consule, non ideo minus valere, idem Iustinianus crebro docuit. *Et si qua earum, intelligens constitutiones, sine die, & consule in tribus veteribus codicibus, vel in quibus novellæ constitutiones receptæ sunt, inveniantur; ita iis ponendis, nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda.* Et rursus. *Nulla dubietate emergenda, vel eo quod sine die, & consule quædam composita sunt.* Hac ipsa de causa cum multis retro sæculis quæreretur, an epistola quædam, vel cautio, qua pignus contrahebatur, valeret, quod nec dies præscriptus, nec consules additi, nec tabulæ signatæ D fuissent: Cervidio Scævolæ recte placuit, non ideo minus, vel epistolam, vel cautionem valuisse, quod sine die scripta esset, & consule. Cumque aliquando in ecclesia Africana olim in collationibus Donatistarum, episcopi catholici rescripta quædam, vel constitutiones ejusdem Constantini imp. referrent; contraque urgerent adversarii, illa sine die, & consule auctoritate carere; Marcellinum Honorii imperatoris notarium huic causæ principali constitutione præfectum, sic interloquutum tradit Augustinus. *Evidentissimis legibus definitum esse, imperialia constituta, etiam si consules non legerentur, in dubium non vocari.* Adjiciam postremo, hac vel alia Constantini lege episcopos nostros (ut mittamus reliqua) nullo modo vinciri potuisse: quod annis multis ante Constantini ortum, ipsi non orti modo; sed mortui sint. E Diocletiani enim & Maximiani imperio concilium habitum, pluribus est dissertum superius: quorum imperatorum constitutiones, sine die & consule occurrent frequenter. Leges autem, & constituta omnia, non præteritis calumniam facere, sed futuris regulam imponere, impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius scripserũt.

Constantinus l. 1. tit. 1. C. Theod. de constit. prin.
Iustinianus. l. de diversis rescriptis.
Iustinianus ad senatum urbis. Constant. l. una § quibus de novo C. faciendo.
Idem in l. vna. § hunc igitur. de Iustinianeo C. confir.
Scævola. l. 34. de pignoribus.
D. Aug. in breviculo collationum tertii diei.
Hoc lib. 1. c. 2.
L. 4. de jure fisci. l. 3. de conveniendis fisci debit. l. 2. de decur. lib. 10. Valent. Theod. & Arcad. in l. 3. C. Theod. de constitutionibus princip.
D. Athanas. de synodis Arimini, & Seleuciæ in prin.

Nec alienum a proposito hoc esse putarim antiquam ecclesiæ refricare memoriam, quam divus Athanasius a majoribus receptam, & observatam commendat; in decretis fidei edendis, eos consulum nomina neglexisse; ne primordia catholicæ fidei, angustiis assignati temporis finibus terminare viderentur. Quare cum Vrsatius, Valens, & Germinius Eusebiani, novandarum rerum cupidissimi, in propriis illorum conciliabulis, diem & consules in decretis fidei assignarent, acerbe illos his verbis insectatur Athanasius.

Quid enim defuit catholicæ ecclesiæ ad pietatem, ut nunc

nunc de fide quærendum videretur? quin verbis ſuis de fides conſules adſcribunt, ſub quibus res acta eſt. Vrſatius enim & Valens, Germiniuſque, cum cæteris ſuis gregalibus id fecere, quod antea nec factum, nec auditum eſt apud Chriſtianos. Cum enim ſcripſiſſent eam fidem, quam voluerunt, addiderunt, & conſulem, & menſem diemque ejus temporis, ut omnibus prudentibus palam facerent, non olim, ſed nunc demum eorum fidem ſub Conſtantio initium accepiſſe.

Athanaſ. dem lib. de dis Arimi- Seleuciæ.

Sed eoſdem ignorantiæ admonitos, vel jam reſipiſcentes formulam hanc a decretis ſubſtuliſſe, idem Athanaſius commemorat. *Hæc ubi miſiſſent*, ait, *denuo mutata ſententia compoſuerunt eam fidem, quam quia cum conſulibus edidiſſent, multo pudore, & probro perfuſi ſunt, eiuſque exemplaria curavere, ut quum ſuo more ſententiam mutaſſent, ab his qui ea tenebant, per notarium Martianum ſurriperentur.*

g. in libro contra Donas poſt collem. c. 15.

Docet præterea Auguſtinus, & diem & conſules olim cura epiſcoporum ſingulari in conciliis ſuis additos, exſcriptorum negligentia ſublatos. Quod ſi Auguſtini ætate illud prædicatur de Afris, de Gothis antiquis exſcriptoribus id jure potiori affirmare, ne dum ſuſpicari licebit; quod armis, & bellis multo magis, quam ſtudiis, & paci fuerint dediti.

g. in brevi- ollatio- diei, c. 15.

Narrat etiam idem Auguſtinus, Donatiſtas, diem & conſules mira ſolertia, vel ſumma potius improbitate expunxiſſe a conciliis, ne certa temporis notatione in aliqua poſtea fraude ſua quæque ipſi affirmare volentes, poſſent deprehendi. Quod vulnus inflictum concilio huic ab hæreticis, non ille mirabitur, qui eximia concilii vetuſtate, qui graviſſimorum patrum præjudiciis, qui ſanctarum conſtitutionum decretis ipſos vinci poſſe, & expugnari attente conſiderarit.

Nec aliam porro inſignem eorumdem hæreticorum fraudem æquius diſſimulabo; ſed tanto fero, feramque ſemper moleſtius; quanto magis intereſt concilii, Romanæ ſedis auctoritate, quam diei & conſulum notatione, dignoſci, fulciri, & ornari. Romanæ enim ſedis legatos huic concilio interfuiſſe, antiquiſſima concilii Sueſſionenſis, apud ſanctum Medardum acta teſtantur; quorum legatorum ſubſcriptiones, cum die, & conſulibus ab hæreticis exordio hujus concilii callide improbeque ſublatas, ut ſanctiſſimis decretis pontificiam auctoritatem detraherent, non ſine graviſſimo, & maximo animi dolore refero; juſte tamen conceptum, juſtiſſima ſolatur ſpes, qua te orbi univerſo oſtenſurum confido, quanti doctrinam, auctoritatem & ſanctitatem defunctorum epiſcoporum facias, qui tanti ipſi viventes Romanæ ſedis amplitudinem, & legatorum ejus dignitatem fecerunt.

I. Felix epiſcopus Aquitanus. Vulgata.

I. Felix epiſcopus Accitanus. *Emendata.*

In aliis codicibus, Auxitanus, in aliis, Auccitanus: utrumque mendoſe. Accitanus legi debet. Vt in MS. Hiſpalenſi & S. Æmiliani. Olim Acci civitas, Guadix hodie, nomine a Mauris indito: cujus civitatis epiſcopum primum D. Torquatum, D. Petri diſcipulum referunt Hiſpaniæ annales, in eaque prima omnium, hunc & reliquos apoſtolos a divo Petro miſſos, in Hiſpaniam a pia fœmina, Luparia nomine, hoſpitio receptos: quod Accitanæ eccleſiæ auget dignitatem. Lectionem hanc magis probarim; quod Acci propinquior ſit Illiberri, & de ejus civitatis epiſcopis, ipſorumque ſedis antiquitate celebrior ſit memoria; quam Aucæ; quæ maximo etiam locorum intervallo diſtat ab Illiberri Bætica, in qua concilium hoc convocatum magis placuit. Subeſt hodie Accitanus epiſcopus archiepiſcopo Illiberritano, ſive Granatenſi.

Ambroſ. lib. 9. ſpan.

Quod ſi lectio; Aucitanus, aliis arriſerit, iis notandum eſt, quod in diviſione epiſcopatuum, quam Vvamba rex in concilio Toletano fieri, & confirmari voluit, inter ſedes epiſcoporum Tarraconēſi archiepiſcopo ſubjectas, poſt Tiraſſonam (ut vocat) Aucam poſuit; ut & Raſis auctor Arabs, in ea diviſione epiſcopatuum, quam Conſtantino acceptam refert. Aucam enim, & illius epiſcopum ſubjectum dicit archiepiſcopo Tarraconenſi. Aucæ civitatis veſtigia ſupra Burgos monſtrantur, nunc circiter millia paſſuum in monte Iubeda; ut ait Nebriſſenſis: ab ea montes Aucenſes, vulgo montes de Oca: ſedes epiſcopalis fuit Hiſpaniæ antiquiſſima. Terminos illius præſcripſit diviſio regis Vvambæ. *Auca*, ait, *teneat de Platena, uſque Amayam, de Villa Inferna, uſque Pedem Moram*. Confinis erat Turiaſſonenſi epiſcopatui; nam hujus terminos, uſque ad Platenam extendit eadem Vvambæ diviſio. *Tiraſſona*, ait, *teneat de Sparga uſque Platenam, de Altomonte uſque Milloſam.* Arterii vel Litorii epiſcopi Aucenſis ſubſcriptio exſtat

A in concilio Toletano III. Amanungi in V. Domnini in VII. & ſi parum recte Auxitani legatur, Gœrici in IIX. De Ioanne Aucenſi epiſcopo meminit Rodericus archiepiſcopus Toletanus, dum de his epiſcopis verba facit, qui convenerant ad celebrandam dedicationem eccleſiæ ſancti Iacobi, & ſi eo tempore Auca in poteſtate eſſet Sarracenorum. Illa tamen ab Alfonſo VI. primum ad oppidum Gamonal, paulo poſt ad civitatem Burgenſem, auctoritate Vrbani II. tranſlata eſt, anno domini CIↃ. XCVI. Primum Burgenſis eccleſiæ epiſcopum Simeonem fuiſſe (qui prius fuerat Aucenſis) pervetuſta demonſtrat memoria ejuſdem eccleſiæ Burgenſis, in divæ Catherinæ Sacello, in quo omnium epiſcoporum Burgenſium imagines depictæ ſunt: quarum prima eſt cum hac inſcriptione. *Simeon, tranſlata epiſcopali ſede ab Auca, ſedit primus Burgis epiſcopus annis viginti tribus: obiit autem die XVII. Aprilis, anno domini CIↃ. XXCII.*

Rodericus archiepiſcopus Tolet. lib. 5. hiſt. Hiſpan. c. 18.

B Burgenſem hunc epiſcopum idem Alfonſus VI. (quod Burgenſis civitas caput ſit regni Caſtellæ,) inter reliquos Caſtellæ epiſcopos principem locum voluit obtinere, exemptum jam ab archiepiſcopo Tarraconenſi; & pro illo regiam conſtitutionem edidit, renitente Bernardo archiepiſcopo Toletano. Hodie illa archiepiſcopo proprio gaudet, quod primum a Gregorio XIII. Philippum II. impetraſſe, ſcitum eſt: primus illius archiepiſcopus, D. Franciſcus Pachiecus Cardinalis.

Docet prima Felicis Accitani epiſcopi ſubſcriptio, & quæ ſequuntur, archiepiſcoporum, metropolitanorum & primatum nomen Hiſpaniæ tunc fuiſſe inauditum: quod poſtea uberius probabitur. Nec id de nomine notaſſe ſat puto: niſi admonuero etiam, illo ævo in Hiſpania epiſcoporum ſedes ſuis quaſque finibus terminatas; epiſcopoſque earum ſedium unum, & ſupremum agnoviſſe: hunc autem illum tunc fuiſſe arbitror, non qui maiori præeſſet civitati, ſed qui ordinationis antiquitate, cæteris anteiC ret: huic enim ſi metropolitanus impedimentis juſtis adſtrictus ſit; curam cogendi concilia provincialia demandat (antiquo jure renovato) concilium Tridentinum. Qua ratione cum D. Gregorius epiſcopus Illiberritanus in Cordubēſem urbem principis decreto traheretur, quod Oſio communicare nollet, injecta ſuſpicione, quod Arianæ impietati Oſius conſenſiſſet; Oſium commotum ferunt Clementio Gentili Conſtantii præfecti vicario in Bætica ſuggeſſiſſe, ut mitteret illum in exilium; at cum Clementius reſpondiſſet, ſe non audere epiſcopum exilio multare, niſi prius ab epiſcopatu dejiceretur, ſententiam tentaſſe proferre Oſium Iſidorus vel Theodiſcus ex Marcellino refert, ni divina providentia impediretur: qua ſententia, cum ſe ſuamque cauſam lædi Gregorius conſpiceret, non ad archiepiſcopos, non ad primates Hiſpaniæ appellavit, ſed ad Deum ipſum: quod Gregorius non feciſſet, in injuriam ſibi ab alio epiſcopo illatam, adeo facile poſſet appellatione ad archiepiſcopum delata repelD lere. Quocirca primū omnium Felicis Accitani epiſcopi nomen præſcriptum huic concilio haud probabili conjectura cenſeo. Eumdem morem conſtanter eccleſiam ſemper retinuiſſe, ex Gregorio magno apparet. *Epiſcopos*, inquit ad Syagrium epiſcopum Auguſtodunenſem, *ſecundum ordinationis ſuæ tempus, ſive ad conſidendum in concilio, ſive ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re, ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogativam ordinum vindicare* Hoc & in Hiſpania olim obſervatum, ex concilio Bracarenſi I. colligitur: ubi tamen excipit metropolitanorum ſedem, quod jam eo tempore eſſent metropolitani in Hiſpania. *Item placuit*, ait, *ut conſervato metropolitani epiſcopi primatu, cæteri epiſcoporum ſecundum ſuæ ordinationis tempus, alius alii ſedendi deferat locum.* D. Iſidorus ordinem docens celebrandi concilia: *Hora*, inquit, *diei prima ante ſolis ortum rejiciantur omnes ab eccleſia, obſeratiſque foribus cunctis, ad unam januam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii* E *ſtabunt, & convenientes omnes epiſcopi, pariter introibunt; ſecundum ordinationis ſuæ tempus reſidebunt.* Id etiam in Africa conſtitutum eſt concilio Milevitano, ſalvo etiam jure primatus Numidiæ & Mauritaniæ. Primatum autem ſedes ideo in hoc concilio Milevitano, & Bracarenſi excepta eſt, quod illo tempore, jam in Africa, & Hiſpania primates eſſent, quorum judicio ſtabant in multis reliqui epiſcopi ſuffraganei, etiam ſi ordinatione eſſent poſteriores. Hac ipſa de cauſa D. Auguſtinus de falſitate ſuſpectam habuit eam tractoriam, qua Victorinus epiſcopus jure primatus eumdem Auguſtinum & alios epiſcopos ad futurum concilium convocabat: quod in illa eius nomen tertio loco eſſet ſcriptum: ſcribi debuiſſet. Quod ſi fuiſſe metropolitanos tempore hujus concilii alii inſtantius aſſeverent, oſtendant, quæſo, cathedras eorum primas, exprimant locorum ſedes; probent epiſcoporum forenſibus, ordinarias eccleſiæ, & privatorum cauſas

Lib 3. cap. 42.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. ca. 2.

Non ideo hæc a nobis de Oſio narratio refertur, quod vera ſit, ſed quod vere in hoc conficta ad veteris inſtituti rationem.

Ex Marcellino apud D. Iſidorū Theodiſcus, in lib. de ſcriptoribus eccleſia. in principio.

D. Greg. in epiſtola ad Syagriū epiſcopum Auguſtodunenſem. lib. 7. indict. 2. epiſt. 112.

Concil. Braca. 1. can. 24.

D. Iſidor. in principio lib. de modo celebrandi concilia.

Concil. Milevit. can. 13.

D. Auguſtin. in epiſt. 217. ad Victorinum.

appellationis, ad ejus tribunal deferri; nam in re tam antiqua & gravi, fidem meam illis temere & sine certo, ut dicitur, pignore non præstabo. Constantinum Magnum auctoritate Sylvestri pontificis, ut credi par est, singulas diœceses Hispanicarum ecclesiarum suis finibus postea terminasse, & ex his Toletanam, Hispalensem, Emeritensem, Bracarensem & Tarraconensem erexisse in metropolitanas, Alfonsus rex tradidit, & Rasis Arabs.

Alfonsus rex in hist. Hisp. generali 1. par. c. 161.

Ius autem primæ sedis episcopis antiquitate ordinationis delatum inter ipsos metropolitanos ecclesiis jam metropolitanis erectis observari solebat: nam qui eorum primus erat ordinatione, in conciliis sedebat primus, subscribebat primus. In Toletano IV. subscripsit primo loco Isidorus episcopus Hispalensis, II. Salva Narbonensis metropolitanus, III. Stephanus Emeritensis, IV. Iustus Toletanus, V. Iulianus Bracarensis, VI. Audax Tarraconensis, omnes isti metropolitani: & post illos reliqui episcopi. In concilio Toletano VI. subscripsit solum Eugenius Toletanus, quia suæ ipsius tantum provinciæ, non regni generale concilium; sed in VII. Toletano, quod generale Hispaniæ fuit, subscripsit primo loco Salva Narbonensis metropolitanus, II. loco Iulianus Bracarensis, III. Eugenius Toletanus, IV. subcripsit Honoratus Hispalensis. In concilio Toletano IIX. subscripsit primus Orontius Emeritensis, II. Antonius Hispalensis, III. Eugenius Toletanus, IV Potamius Bracarensis. Nec tunc primates totius Hispaniæ seu metropolitanorum omnium principes fuisse comperio. ut hodie est archiepiscopus Toletanus, Vrbani secundi privilegio, insequentium pontificum Paschalis, Gelasii, Innocentii II. Cælestini, Lucii, Alexandri, Honorii, Gregorii IX. ac tandem Martini V. auctoritate roborato.

II. Sabinus episcopus Spalensis. Vulgata.
II. Sabinus episcopus Hispalensis. *Emendata.*

IN Felicis Accitani episcopi nomine primum referendo editi CC. & MS. consentiunt; dissentiunt in reliquis. Sabinum I. loco editi; Lucensis & Hispalensis III. constituunt. In re tam antiqua non datur divinationi locus: quod ex ordinationis antiquitate ille prior aut posterior deferretur. Hæc tamen, etsi leviuscula sint, non contemnemus: singula suis locis adnotabimus, ordinem editorum codicum sequentes.

Hispalensium episcoporum primum ferunt, CC. Hispalenses, Marciolum seu Martianum fuisse: secundum hunc, de quo agimus Sabinum, quem ut singulari pietate & religione præditum, breviarium Eborense commendat, præsertim quod in persecutione Diocletiani & Maximiani, quæ hoc concilium consequuta est, corpus beatæ Iustæ ex altissimo eduxerit puteo, in quo fuerat projectum, & ossa beatæ Rufinæ combusta in amphiteatro collegerit, & in cœmeterio suburbii Hispalensis utriusque reliquias sepelierit. Sabinus quidam ex Bætica subscripsit concilio Arelatensi II. presbyteri, non episcopi nomine. Hispalensi ecclesiæ olim paruisse ut suffraganeas, Italicam, Assidoniam, Eleplam, Malacam, Eliberrim, Astigi, Cordubam, Agabrum & Tucci, vetusti codices referunt: hodie autem Malaca subest & Gaditana.

III. Smagius episcopus Biguerrensis. Vulgata.
III. Synagius episcopus Agabrensis. *Emendata.*

SANAGIVM alii MS. Synagium Lucensis & Hispalensis, non III. loco, ut in editis, sed V. Biguerram constituit Ptolomæus in Contestanis non procul a Salaria. Antonius Beuterus ait, civitatem Hispaniæ esse, hodie Vejar, caput Ducatus de Vejar. Sed displicet, quod in ea fuisse episcopatum, nusquam legerim. Epagrensem referunt CC. MS. Lucensis & Hispalensis. Ipagrum autem Antonino Pio a Gadibus versus Cordubam ponitur; sed Agabrensis, ut in aliis CC. MS. legendum mihi magis placet, quod in subscriptionibus presbyterorum, quas statim referemus, Victorinum ab Agabro huic etiam concilio interfuisse videamus. Subscriptionem præterea Ioannis & Sophronii episcoporum Agabrensium in concilio Toletano III. legimus. Alterius tacito nomine exstat in IV. In IIX. subscripsit Baucada episcopus Agabrensis, & in IIX. Selua. In Hispalensis II. canone I. V. & IIX. fit mentio de ecclesia & episcopo Agabrensi, & ex conquestione Theodulfi episcopi Malacitani, canone I. liquet Agabrensem ecclesiam non longe abfuisse a Malacitana: nam ejus terminos ab episcopo Agabrensi, Illiberritano & Astigitano, usurpari conquestus est olim. in divisione Vvambæ regis, Egabrensem episcopum constat subjectum archiepiscopo Hispalensi: illius terminos hos constituit. *Egabro teneat de Vbeta usque Malam Sayam, de Carta usque Suetam.* Hanc camdem esse putem cum illa, quæ Cabra nunc dicitur: quod confirmat rex Alfonsus X. referens enim eamdem divisionem episcopatuum Vvambæ regis, inter subjectas sedes archiepiscopo Hispalensi, septimo loco Agabrensem enumerat his verbis. *El Obispado da Agabro, esta es Cabra fasta ubeda, & desde Vbeda fasta Malasaxa, & desde hi fasta Certama.*

Rex Alfons. in hist. Hispan. generali. 2. par. c. 5[...]

IV. Pardius episcopus Mentesanus. Vulgata.
IV. Pardus episcopus Mentesanus. *Emendata.*

PARDVS in Lucensi & Hispalensi, VII. loco refertur. Mentisa legitur apud Ptolemæum & alios, non recte. Mentesa restituendum ex Plinio & vetustis lapidibus, quorum hæ duæ inscriptiones leguntur apud Syriacum Anconitanum: Prioris hæc.

DEO. TVTELÆ. GENIO.
MENTESANI.

Alterius hæc:

DEO. MANIVM. CALFVRNIÆ. L. F.
SCANTVRÆ.
HVIC. ORDO. MENTESANVS. FVNDVM.
PATRIÆ. PVBLICVM. OB MERITA.
DEDERAT.

In emendatis etiam CC. MS. conciliorum Hispaniæ Mentesanus dicitur: quare itinerarium Antonini emendari necesse est; dum recensens oppida a Tarracone in Carthaginem Spartariam; & a Carthagine in Castulonem; post Viniolim, Mentesebastiam commemorat, M.P. XX, ad Castulonem: cum legendum sit, Mentesa ac Basti; quæ ut illi adjuncta est, sic & disjungi oportet; & Mentesa ac Basti separatim legendum. Clusius Mentesam eam dixit quæ nunc Iaen. Sed repugnat, quod scripsit Rodericus archiepiscopus Toletanus: de Hispaniæ enim generali expugnatione loquens, narrat Tariph ducem, cum grandi exercitu venisse Mentesam prope Giennium; & civitatem funditus dissipasse. Diversa ergo urbs est Mentesa a Giennio. Resendius & Vassæus civitatem Bæticæ provinciæ vulgo Montejo, non procul a Cazorla esse aiunt; quod & mihi placet. Inter subjectas episcoporum sedes archiepiscopo Toletano, Montogiam, seu Mentesam Rasis Arabs commemorat, & Vvamba rex in divisione episcopatuum ante Accitanum constituit Mentesanum, utrumque subjectum archiepiscopo Toletano, posteaquam Mentesani episcopatus terminos posuisset. *Mentesa*, inquit, *teneat de Ecija usque Securam; de Lila usque Pulicenam.* Mentisam Hispane vocavit rex Alfonsus X. referens enim divisionem Vvambæ, inter subjectas sedes archiepiscopo Toletano, III. loco Mentesanam recensuit his verbis. *El obispado de Mentisa, tenga desde Ezija fasta Segura; & de Lilia fasta Puligena.* Ioannis episcopi Mentesani subscriptio exstat in concilio Toletano III. Iacobi in IV. V. & VI Froylæ in IIX. expugnata vero Mentesa à Taric Arabum duce, nullam in conciliis Hispaniæ episcopi Mentesani subscriptionem reperio, oppidum nunc Gienensi episcopo paret.

Rodericus archiepiscopus Toletan. lib. 3 hist. Hispan. c. 22.

Divisio Vvambæ apud hist. gener. Alfonsi regis X. par. [...] cap. 51.

V. Catonus episcopus Corsicanus. Vulgata.
V. Cantonius episcopus Virgitanus. *Emendata.*

CANTONIVS in Lucensi & Corsutanus, & nono loco: Corsicanus alii. Corsicæ insulæ episcopum fuisse tunc, & ex ea in Hispaniam venisse ad hoc concilium Catonum, auctor est Vassæus; sed MS. fide non proba; in Corsica enim insula tunc fuisse episcopum apud melioris notæ auctorem legi neminem. In codice Hispalensi & aliis MS. non Corsicanus, sed Vrgitanus nuncupatur: quos probo; quia inter subscriptiones presbyterorum, XVI. loco Ianuarius ab Vrci cernitur; quem comitem Cantonii huius episcopi fuisse putarim. Virgi oppidi meminit Pomponius Mela: *In illis oris*, inquit agens de Bætica, *ignobilia sunt oppida*, & quorum mentio tantum ad ordinationem pertinet. *Virgi in sinu quem Virgitanum vocant:* Plinius sinum Vrgitanum, sed reponenda est litera I. ut legatur Virgitanum. Quidam volunt esse oppidum Aragoniæ in confinibus regni Navarræ, quod hodie Verga appellatur. Ambrosius Morales Vera nunc dici esse, vel Veja in Bætica, non procul ab Almeria; sed ego potius crediderim ipsam Almeriam fuisse, quod munita vastiori sinu, a quo Virgitanum appellari scripsit Mela. Facit pro hac sententia rex Alfonsus X. qui inter sedes subjectas archiepiscopo Toletano, sexto loco Vrcitanam refert, his verbis. *El Obispado de Vrgi, esta es Almeria, tenga desde Constan fasta Carthagena, & de Castro fasta Midam.* In concilio Toletano V. Marcellus ecclesiæ Vrcitanæ episcopus subscripsit, in IIX. Daniel diaconus Marcelli Vrcitanæ ecclesiæ episcopi.

Vassæus in chronico Hisp. c.[...]

Pomponius Mela lib. 2. c. 6.

Ambros. Morales lib. 1. c. 32.

Alfonsus rex. [...] part. hist. generalis. c. 51.

VI.

VI. Valerius episcopus Cæsaraugustanus. Vulg.
VI. Valerius episcopus Cæsaraugustanus. *Em.*

VALERIUS in CC. MS. undecimo loco, non sexto. Cæsaraugustanam ecclesiam D. Iacobi doctrina institutam, & illustratam, ab illoque episcoporum ordinem initiumque sumendum veterum tradunt annales, & primum ejus civitatis episcopum D. Athanasium, unum ex illorum numero, quos vel Iacobus apostolus ad fidem nostram primum in Hispania convertit: vel Petrus misit. Post illum, sanctum Felicem; quem divus Cyprianus fidei cultorem & defensorem veritatis appellat. Post Felicem, hunc divum Valerium, quem in persecutione Diocletiani, & Maximiani gravissimum exilium, & mortem passum diximus, cujus corpus erat antea in oppido vulgo Strada comitatus Ripacurcensis; sed translatum deductumque servari & coli hodie summa veneratione in alio vocato Roda, comitatus Cathalaunensis, tradit Antonius Beuter: caput tamen illius Cæsaraugustam trasstulisse Alfonsum II. cognomento castum, Aragoniæ regem, Hieronymus Blanca. Martyres suos Cæsaraugustanos anno CCC. VI. mortem obiisse scribit Ambrosius Morales, hocque anno, vel paulo post e vivis excessisse Valerium, Beutero & mihi fit probabile: sed probabilius & certius multo, hunc eumdem fuisse cum eo, qui concilio huic Illiberritano interfuit. Quod autem torsit Baronium diligentem satis ac eruditum ecclesiasticorum annalium scriptorem, & fateri coegit duos Valerios episcopos Cæsaraugustanos; alterum a Daciano Diocletiani præside, in Hispania martyrem effectum, de quo supra: cujus martyrii memoria & festi celebritas ex martyrologio Romano V. Kal. Februarii agitur, ubi hæc scripsit Baronius: alterum vero hunc, cujus subscriptio extat in concilio hoc Illiberritano: facilius est multo, quam ut tanti viri ingenium potuerit exercere. De quo ut extero, non tam mirandum, cum in secundis præsertim curis, rejecta priori opinione, hanc lubentissime ut veriorem amplexus sit, quam de Hispano Antonio Augustino, pio, doctoque Tarraconensium archiepiscopo, qui tametsi in Aragoniæ annalibus diu & maxime esset versatus, non unum, sed duos fecit hos Cæsaraugustanos episcopos Valerios, eodem, quo Baronius ductus argumento: quos recens sequutus est Hieronymus Blanca: cum unus & idem sit, qui concilio huic subscripsit, pauloque post in persecutione Diocletiani & Maximiani a Daciano multatus exilio, ad montes, qui Cinga flumine alluuntur, vitæ cursum feliciter conficiens, animam naturæ & creatori debitam felicius reddidit. Nec tanti momenti est, quod Cæsar Baronius primum scripserat, sibi auxisse dubitandi occasionem, ansamque dedisse, ut crederet duos hos Valerios episcopos fuisse, quod Prudentius agens de martyribus Cæsaraugustanis, de pluribus Valeriis meminisse dicatur, dum scripsit.

Inde Vincenti tua palma nata est.
Clerus hinc tantum peperit triumphum,
Hinc sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Nam præter D. Valerium confessorem, & martyrem, qui interfuit huic concilio, & postea a Daciano exilio damnatus apud Cingam fluvium, extremum absolvit vitæ diem; alterum fuisse Valerium episcopum Cæsaraugustanum, ejus probat subscriptio in concilio I. Cæsaraugustano: secundum enim fuisse a sancto Valerio, inde comprobaverim, quod in concilio Sardicensi, cui etiam interfuit & præfuit Osius, Casti Cæsaraugustani episcopi subscriptio fit, quem D. Valerio jam mortuo successisse necesse est.

Sanctum hunc Valerium habuisse D. Vincentium diaconum in promulgando verbo Dei propter balbutientis linguæ impedimentum, quo Valerius detentus officio fungi non poterat, in vita ejusdem sancti Vincentii traditur; quo fit, ut ad existimandum adducar, D. Vincentium martyrem Valerii comitem cum episcopo Valerio adfuisse in hoc concilio Illiberritano: quod tres diaconi episcopum tunc comitarentur ex præcepto Lucii PP. diaconosque interfuisse conciliis, etiamsi caruerint sententiæ ferendæ auctoritate D. Isidorus testatur. *Et corona*, ait, *facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit, qui utique & cum eo judicare aliquid, & diffinire possint. Diaconi in conspectu episcoporum stent.* Concilio Arelatensi II. interfuisse duos Cæsaraugustanos, Clementium presbyterum, & Ruffinum exorcistam legimus; episcopi nomen non legimus. Cujus forsan ea causa fuit (si Clementius non erat episcopus, ut alii contendunt) quod Castus Cæsaraugustanus episcopus ex oriente

A nondum revertisset: nam ejus subscriptionem & Osii & aliorum in concilio Sardicensi haberi supra meminimus. Ecclesiam Cæsaraugustanam singulari amore & benevolentia prosequutum fuisse Ioannem PP. XXIII. quem alii XXII. volunt, & in metropolitanam erexisse, quinque cathedralibus ecclesiis assignatis ex undecim, quæ Tarraconensi suberant, Platina scribit: tempore Iacobi II. regis Aragoniæ, addit Hieronymus Blanca anno Christi CIↃ.CCC.XIIX. primumque archiepiscopum D. Petrum Lupi de Luna. Constat etiam hinc concilium hoc non unius provinciæ, sed Hispaniæ fuisse generale, ut fuerunt Toletana in Hispania multa, Parisiensia in Gallia, Carthaginensia in Africa, eaque ratione, non cum provincialibus modo; sed cum his, quæ nationalia vocant, auctoritate æquari oportere.

VII. Melanthius episcopus Toletanus. Vulgata.
VII. Melanthius episcopus Toletanus. *Emend.*

B SUCCESSIT Melanthius D. Eugenio martyri, primo Toletanæ sedis episcopo, D. Petri & B. Dionysii Areopagitæ discipulo; a quo ponderis plurimum ad eximiam hujus concilii vetustatem accedit. In CC. MS. XIII. non VII. loco ejus subscriptio, ex notarii testimonio cernitur. Quod confirmat etiam eam sententiam, qua dixi archiepiscopos, & metropolitanos hujus concilii ævo in Hispania, ut hodie non fuisse: si archiepiscoporum enim, & metropolitanorum gradus institutus receptusque in Hispania esset jam inde a tempore apostolorum, sedendi, loquendi & subscribendi privilegio uterentur, quod tamen omissum est in hoc concilio, tam ab episcopo Toletano Melanthio, quam a Sabino Hispalensi, & Liberio Emeritensi; quod quidem licet modestiæ fructum vellent percipere, facturi non essent, nisi C cum gravi honoris sui jactura, & earum sedium detrimento, quarum auctoritati augendæ, non minuendæ se præfectos agnoverant. Melanthium accepimus tunc ecclesiæ Toletanæ episcopum fuisse, cum diva Leocadia sæviente persecutione Diocletiani & Maximiani, gloriosa confessione Toleti facta, vitam cum morte, vel mortem potius cum vita sempiterna commutavit.

Hinc etiam constat, concilium hoc fuisse Hispaniæ generale; quod episcopos Bæticæ provinciæ, Toletani etiam comitati sint. Toleto suberant olim, Oretum, Beatia, Mentesa, Acci, Basti, Virgi, Bagastri, Illici, Setabis, Dianium, Valeria, Valentia, Secobrica, Arcabica, Complutum, Segoncia, Vxama, Secovia, & Palentia; hodie autem parent illi Corduba, Palentia, Vxama, Segoncia, Valeria seu Concha, Guiennium, Secovia: & quæ anno domini CIↃ.IↃ. LXVI. adjuncta est ecclesia Carthaginensis.

Cæterum, si majestatem & sanctitatem Toletanæ ecclesiæ lubeat spectare, si antistitum amplitudinem & potentiam, si cleri nobilitatem, si sacerdotiorum numerum & proventus, si ecclesiasticæ supellectilis ornamenta, si D divini cultus splendorem & magnificentiam, si religionem & multitudinem conciliorum provincialium & nationalium in eâ coactorum, si præcipuam D. Virginis tutelam, quam sacro suo descensu & præsentia confirmavit; comperiemus non solum inter Hispanicas Vrbani II. & insequentium pontificum gratia, primatus honorem & privilegia jure obtinere: sed post Romanam, inter reliquas terrarum orbis merito nunc haberi secundam.

IIX. Vincentius episcopus Ossonabensis. Vulgata.
IIX. Vincentius episcopus Ossonobensis. *Em.*

E OSSONOBENSIS legi debet ex Plinio, Mela, & veterum lapidum inscriptionibus. In muro Phari quidam insertus exstat cum hac.

IMP. CÆS. P. LICINIO.
VALERIANO. PF. AVG.
PONT. MAX. P.P. TR. POT.
III. COS. RESP. OSSON. EX. D
ECRETO ORD. DEVOT.
NVMINI MAIESTAT
IS. EIVS. DD.

Erat igitur Ossonoba Lusitaniæ civitatis in regno Algarbiorum, prope eam, quæ dicitur Pharus, inter Balsam, & Aranim. In Lusitania constituit Antoninus in itinerario. M. P. XVI. a Balsa. Id ipsum Plinius. *Ab Ana vero*, ait, *quo Lusitaniam a Bætica discrevimus. CC. XXVI. M. pass. A Gadibus CII. M. P. additis. Gentes, Celtici, Varduli, & circa Tagum Vetones. Ab Ana ad Sacrum, Lusitani: oppida memorabilia a Tago in ora, Olyssippo equarum e Favonio vento conceptu nobile, Salacia cognominata urbs imperatoria, Merobrica: promontorium sacrum, & alterum Cuneus. Oppida Ossonoba, Balsa, Myrtilis.* Mela etiã. In

Cyprian. ep.
c lib 1. c 4.
.Beut. r. p. .Hisp. c. 25 ronym. Bla- lib. de reb. A- on. in vita onsi 2. brosi. Moral. o. hist. Hisp. .9.
sar Baron. a. io annalium esiasti. .Au. in epi- a de episco- Cæsaraug. ad ronym. Blác. e extat ad fi- comment. ebus Arago-
ronymus nca eodem in principio.
dent. in Pe- eph. hym. 4.
sidorus lib. modo cele- nd. concilia.
Platina in vita Ioannis 22 Hieronym. Blanca in comment. rerum Aragon. in vita Iacobi secundi.
Plin. lib. 4. c. 22. Pompon Mela. lib. 3. c. 1.
Plin lib. 4. c. 22.
Mela. lib. 3. c 1.

In Cuneo ſunt, Myrtilis, Balſa, Oſſonoba. Gothis Exonoba, Mauris Exuba: Varreyros eam nunc eſſe ait, quæ Eſtombar nuncupatur, prope Sylves. Alii oppidum aliud nominatum Eſtoi, finitimum eidem civitati Sylves. Antiquos ejus terminos præſcripſit Vvamba. *Exonoba,* inquit, *teneat de Ambia uſque Saiam: de ipſa uſque Turrem.* Oxomana tranſtulit rex Alfonſus X. inter ſedes ſubjectas archiepiſcopo Emeritenſi, quarto loco Oſſonobenſem retulit, his verbis. *El Obiſpado de Oxomana tenga deſde Amba faſta Saia, è dende faſta la Torre.*

IX. Succeſſus epiſcopus Eliocrocenſis. Vulgata.
IX. Succeſus epiſcopus Eliocrotenſis. *Emend.*

Ambr. Morales hiſt. Hiſpan. lib. 10. cap. 31.

QVAE fuerit olim civitas Eliocrotenſis, ſe ignorare ait Ambroſius Morales, nec in aliquo antiquorum ſcriptorum ejus exſtare memoriam; ſed eſt in Antonini itineratio, quam diſtare ille refert viginti quinque millibus paſſuum a Carthagine Spartaria itinere quo Carthagine itur Caſtulonem: ea nunc Lorca dicitur, & epiſcopo vacat. Adfuit cum Succeſo epiſcopo Liberalis presbyter de Eliocrota, vel Eliocroca, utrumque legitur, ut in illius ſubſcriptione dicemus.

X. Patricius epiſcopus Malacitanus. Vulgata.
X. Patricius epiſcopus Malacitanus. *Emend.*

MALACA in Bætica, ſedes olim, & hodie ſubjecta archiepiſcopo Hiſpalenſi: illius terminos poſuit diviſio Vvambæ. *Malaga,* inquit, *teneat de Data uſque Maleocam, & de Tenna uſque Sedes Campo* Confinem eccleſiæ Illiberritanæ ex concilio Hiſpalenſi II. liquet.

Concil. Hiſpal. 2. can. 1.

XI. Oſius epiſcopus Cordubenſis. Vulgata.
XI. Oſius epiſcopus Cordubenſis. *Emendata.*

CORDVBA Bæticæ provinciæ civitas ſitu nobilis, Senecæ, & Lucani ortu nobilior, Oſii tamen epiſcopi natalibus, vita, dignitate, literis & auctoritate nobiliſſima: nomen adhuc retinet. Olim Hiſpalenſis, hodie vero Toletanæ eccleſiæ, ſuffraganea. Interfuiſſe autem Oſium huic concilio, præter conſtantem, & veram editorum codicum, & manuſcriptorum omnium fidem, apparet etiam ex concilio Sardicenſi, in quo idem Oſius hujus concilii meminit, retulitque ſancitum à ſe, & reliquis patribus canonem XXI. ut proprio loco demonſtrabo. Qua ratione demiror Petrum Antonium Beuter doctorem theologum, in conquirendis Hiſpanicis antiquitatibus, & conſcribenda rerum Aragoniæ & Valentiæ hiſtoria auctorem ſatis diligentem dixiſſe, Conſcium Oſii prædeceſſorem huic concilio interfuiſſe, non Oſium; nominis forſan, ſeu vocis ſimilitudine, aut alicujus vetuſti manuſcripti non uſquequaque vera lectione, vel notarum interpretatione deceptum: facile enim vox Oſius, in Conſcius, potuit irrepere. Nam illud. C. primum, nominis epiſcopatus, non proprii ſignum erat, & ex poſteriore loco ad caput proprii nominis Oſii ab ignaro exſcriptore præfixum: a quo vir doctus Antonius Beuter ſuſcipere potuit erroris anſam; nam Conſcium eccleſiæ Cordubenſi præfuiſſe ante Oſium, nuſquam reperio. Quinimo cum in perſecutione Diocletiani, & Maximiani Oſius abfuerit a Corduba, relegatus paulo poſt finem hujus concilii: facile creditu non eſt, exulem, electum, & creatum fuiſſe epiſcopum eccleſiæ Cordubenſis: niſi quis illud conjicere velit, Oſii nomen appellativum eſſe, Conſcii vero proprium: quorum prius colligi videtur ex Theodoro Balſamone, qui facta mentione de Oſio, ſic ait: *Epiſcopus Cordubenſis, qui Oſius appellatus eſt propter virtutem, quæ illi inerat, &c.* Quod antea prædixiſſe videtur D. Athanaſius. *De maximo autem,* inquit, *& graviſſima ætatis viro, eodemque confeſſore Oſio, qui vere Oſius eſt, id eſt ſanctus, ſuperfluum arbitror mentionem facere.* Quare D. Chryſoſtomus agens de Eſſenis, eos a vitæ ſanctitate ſic nuncupatos, & Oſios etiam hac ipſa de cauſa aliquando dictos ſcribit. *Eſſeni,* ait, *qui etiam Oſii, id eſt, ſancti dicuntur, hoc enim vult nomen Eſſenorum a vita honeſtate.* Præter conjecturam hanc, quod certius affirmem, nihil habeo: ſicut nec in eo, quod refert ex Damaſo, vel Gratianus, vel Palea, illum videlicet fuiſſe filium Stephani ſubdiaconi. In duobus codicibus vetuſtis, quos habeo manuſcriptos, Oroſius legitur: quare ab utriuſque me aſſenſu ſuſtineo. Illud tamen mihi de Oſio compertum eſt, & exploratum, præfuiſſe eccleſiæ Cordubenſi ſexaginta, & eo amplius annos: id enim eruo ex epiſtola ejuſdem Oſii ad Conſtantium imperatorem, quam retulit D. Athanaſius in altera, ad ſolitariam vitam agentes. *Ego,* ait, *confeſſionis munus explevi, primum cum perſecutio moveretur ab avo tuo Maximiano: quod ſi tu quoque perſecutionem moves, &c.* Si ergo a tempore perſecutionis Diocletiani, & Maximiani, quo, ut diximus, erat jam epiſcopus Cordubenſis Oſius, ad illud Conſtantii imperatoris ſexaginta, & eo amplius anni effluxerant, ut ipſe & D. Athanaſius teſtantur, *tantis ac talibus ſceleribus factis,* ait Athanaſius loquens de Arianis, *nihil omnino ſe adhuc feciſſe arbitrabantur, quamdiu magnus ille Oſius eorum malitiam expertus non eſſet, nam in eum talem tantumque virum ſuam rabiem protendere ſtuduerunt, neque quod pater eſſet epiſcoporum reveriti ſunt, neque quod confeſſor erat, pudore moti ſunt, neque quod ſexageſimum annum, & eo amplius a confeſſione agebat, reſpexerunt.* conſequitur veri calculi ſupputatione non ſexaginta tantum, ſed ſeptuaginta annis ejuſdem eccleſiæ fuiſſe epiſcopum: nam concilium hoc, cui Oſius jam factus epiſcopus Cordubenſis interfuit, ante illam perſecutionem tribus, aut quatuor annis habitum ſuperius oſtendi: ſi ergo ad ſexaginta adjiciamus quatuor, ſexaginta quatuor efficiemus. Vt omittamus tempus, quod ab Oſii electione, & conſecratione uſque ad hoc concilium interfuit, non enim breve fuiſſe inde colligitur, quod in ſubſcriptionibus, ſive teſtimonio notarii inter poſtremos illum non retulerit, ſed numero undecimum, cum decem & novem fuerint: nec poſt epiſtolam ſcriptam, ſtatim e vivis Oſium ſublatum ſcimus. Quare ex his omnibus fit, ſeptuaginta annos, vel paulo minus, ſi non amplius, Oſium eccleſiæ Cordubenſi præfuiſſe. Vt hinc notare liceat, quam olim uſitatæ & frequentes fuerint epiſcoporum tranſlationes. Si in Oſio ætatis gravitas & maturitas: ad centum enim annos perveniſſe, & hæreticos eum maximis tunc viribus oppugnaſſe, teſtis eſt divus Athanaſius: ſi morum integritas, ſi eximia diſciplinarum optimarum cognitio; ab eo enim formulam fidei in concilio Nicæno conceptam, idem Athanaſius graviſſimus, & oculatus teſtis adſeverat: ſi religionis ſtudium, ſi catholicæ confeſſionis gloria, cum maxima Conſtantini imp. amicitia, & familiaritate conjuncta, poſtquam tot conciliis, & generalibus, & provincialibus interfuit, & præfuit; efficere non potuerunt, ut ex Corduba ad eccleſiam aliam ampliorem transferretur, quod nulla publicæ utilitatis ratio ſubeſſet: egregium profecto videtur, & præclarum ad imitationem religionis, & modeſtiæ Chriſtianæ reliquis exemplum præbuiſſe, & ſummi erga ſponſam eccleſiam amoris, quam ſemel in fidem ſuam receptam conjunctiſſime ad extremum uſque vitæ ſpiritum retinuit. Et ut tam religioſum illud, privatum tamen inſtitutum, uberiori eccleſiæ fructu, publica auctoritate fulciretur, in concilio Sardicenſi generali graviſſimam in eos pœnam propoſuit, qui avaritiæ, vel ambitioni inſervientes, ad ampliorem epiſcopatus dignitatem aſpirarent: eos enim nec laicam voluit communionem ſuſcipere. Quod ſi ad excuſationem, literas alterius eccleſiæ ipſos invitantes exhiberent, quod fraudis ſuſpicione notarentur, nec in fine communionem debere ſuſcipere propoſuit: quod ſingulari totius concilii conſenſu decretum eſt.

Pet. Ant. Beut. 1. parte hiſt. Hiſp. cap. 25.

Theod. Balſam. in principio concilii Sardic.

D. Athan. in apolog. de fuga.

D. Chryſoſtom. Homil. 44. in act.

Ex Damaſo Gratian. in C. Oſius papa 56. d.

D. Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

D. Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes.

Idem Athan. in eadem.

Conc. Sardicenſi can. 1.

Idem conc. can. 2.

Illud præterea ad eximiam Oſii fidem, doctrinam & auctoritatem commendandam attinet, quod legerim illum Latine ſolum ſcientem, concilio Nicæno generali in Græcia habito, & ex Græcis epiſcopis majori ex parte coacto præſediſſe, & per interpretem ejus ſententiam univerſo concilio expoſitam, ut in ipſo refertur. *Sancta,* ait, *& magna, & generalis ſynodus in Nicæa congregatorum ſanctorum patrum noſtrorum per beatum, & ſanctum epiſcopum Oſium Cordubæ civitatis Hiſpaniæ provinciæ, locum tenentem Romani epiſcopi, cum prædictis ejuſdem ſedis presbyteris, altero ipſum interpretante, dixit: Divinitas non eſt una perſona, ut Iudæi opinantur, &c.* Quod alibi ſæpe in eodem concilio repetitum eſt. Audiebat ergo concilium Nicænum Oſii epiſcopi Cordubenſis ſententiam Latinis verbis conceptam, per Victorem, aut Vincentium presbyterum Græcis interpretantem. Similique auctoritate præſediſſe in Alexandrino, & Sardicenſi, & interfuiſſe Gangrenſi, exiſtimarim. Niſi quis dicat, illum, ut Romani pontificis legatum, Romana lingua exprimere ejuſdem ſententiam voluiſſe: nam a Romanorum pontificum legatis in ſynodis Græcis literas pontificum non niſi Latine, & ex ſcripto recitari conſueviſſe, manifeſte apparet ex actis concilii Epheſini.

Concilium Nicænum in c. illo quod inſcribitur Tres perſonas intelligere & credere indiviſe in una divinitate lib. 2. de actis concilii Nicæni, apud Alfonſum Piſanum.

Sed quia ſummam hanc Oſii viventis felicitatem, ſumma poſtea viventis morientiſque infelicitate defloruiſſe, quinimo & evanuiſſe, ſunt qui affirment; cujus ſint hæc teſtimonia ponderis, accuratiori paulo diligentia expendamus. In primis ſe offert divus Hilarius, qui

quæ misere lapsum Osium in concilio Sirmiensi docet, & illum nimium sepulcri sui amantem: quod tormentis cæsus, Constantii imperatoris, & orientalium quorumdam impietati consenserit. Hilario adstipulantur Socrates, Sozomenus, Nicephorus, Severus Sulpitius, & alii. Sed spontanea ne, an coacta voluntate, Osius impietati Sirmiensi acquieverit, non alios, quam jam citatos auctores recitabo. Socrates enim sic ait: *Quoniam autem de Osio Cordubæ episcopo, quod animo invito ad concilium Sirmii habitum accesserit, mentionem fecimus, de hac re pauca jam dicemus. Quamquam iste paulo ante per fraudulentum Arianorum conatum erat in exilium missus; id temporis tamen studio, & labore episcoporum, qui Sirmii convenerant, factum est, ut imperator illum accerseret, habens in animo, vel persuadendo, vel cogendo eum inducere, ut cum episcopis ibi coactis consentiret. Nam si istud factum esset, illorum fides perillustri testimonio confirmata videretur: hac de causa invitus, ut dixi, accessit ad concilium, simulatque vero senex ille eorum fidei assentire abnuebat, plagæ illi erant afflictæ, membraque machinis distorta. Quapropter fidei formulis eo tempore editis, vi, & necessitate compulsus consensit: subscripsitque.* Sozomenus. *Osius vero initio quidem istis consentire renuit, at post vi compulsus, & verberibus, ut fama est, licet senex graviter cæsus, consensit, eisdemque scripsit.* Nicephorus autem. *Ex occidente Valens Mursorum, & propter virtutem magnus Osius Cordubæ Hispaniæ urbis episcopus confessor, & Nicænæ synodi particeps, qui quidem, perinvitus tamen, Sirmii affuit; Arianorum enim dolo non dudum antea in exilium pulsus, annitentibus eis qui Sirmium convenerant, imperiali edicto reductus fuerat: speraverant enim illi, si is suffragator eorum, sive persuasione, seu vi fieret, multum eum ad constituendum, stabiliendumque dogma eorum momenti allaturum esse; ut qui spectata fide testis, & veluti miraculum quoddam ejus ætatis hominibus haberetur. Verum ubi assentiri eis renuit, varios rursus contracto jam, extenuatoque graviore ætate corpore, sustinuit cruciatus, adeo ut ad fidiculas, & verbera pervenerit: quibus ille coactus, tribus eorum formulis assensit & subscripsit.* Severus hæc. *Osium quoque ab Hispania in eamdem perfidiam consensisse, opinio fuit; quod eo mirum, atque incredibile videtur, quia omni fere ætatis suæ tempore, constantissimus nostrarum partium, & Nicæna synodus illo auctore confecta habebatur: nisi fatiscente ævo, etenim major centenario fuit, ut S. Hilarius in epistola refert, deliraverit.* Hæc ille. Quibus accedit D. Athanasius. *Tantam vim intulit seni,* de Constantio Ariano Osium cogente loquitur, *quem Sirmii pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus attritusque malis, tandem ægre cum Ursatio, & Valente communicaret:* Et alibi. *Etsi Osius minis Constantii conterritus non videbatur Eusebianis contradicere, vis tamen illa, & Constantii tyranni potestas, multaque contumeliæ, & interminationes satis ostendunt minime eum in nostri condemnatione consensisse; sed senii imbellitate imparem verberibus ad tempus cessisse.* In tam atroci igitur & sæva persecutionum tempestate, in tam longo annorum decursu, in tam provecta, vel extrema potius jam ætate, unicum Osii lapsum verberibus & fidiculis oppressi, nonne antiquæ confessionis gloria, graves & religiosi pro fide & ecclesia suscepti labores, eximia & diuturna vitæ innocentia, summa in afflictos omnes commiseratio, tot excellentium virtutum lumina, novarum majorum virtutum cumulo & accessione aucta, & cum his tamdem humanæ naturæ imbecillitatis recordatio, apud æquos judices poterunt deprecari? cum statim resipuisse ab errore tradat Athanasius; affirmans, eum ad tempus cessisse verberibus. Elapso igitur illo, ad antiquam religionem & constantiam revertit. Quod apertius demonstrasse videtur idem Athanasius, cum impiam professionem Sirmiensem ab eisdem confestim auctoribus revocatam, & edicto imperatoris scribit vetitam: cui si placere tantopere Osio placuisset, eamdem, quam paulo antea coactus defenderat hæresim, expugnare liber jam factus debuisset, ut Deo, & imperatori morem debitum, & a se optatum gereret. Athanasius autem sic ait. *Hæc ubi misissent, denuo mutata sententia composuerunt eam fidem, quam, quia cum consulibus edidissent, multo pudore & probro perfusi sunt, ejusque exemplaria curavere, ut cum suo more sententiam mutassent, & ab his qui eam tenebant, per notarium Martianum surriperentur, & persuaso Constantio, ut contra eam fidem edicta promulgaret, aliam rursus fidem constituunt, additis, ut quidem solent, quibusdam dictis.* Divus Hilarius. *Fefellerunt*, inquit, *ignorantem regem, ut istiusmodi perfidiæ fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam ecclesiis nondum regeneratus imponeret, contradicentes episcopos ad exilium coegerunt: coegerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum impietatis imponunt necessitatem. Sed exulemus semper, dum tamen incipiat verum prædicari. Domino enim gratias, quod ignorationem per vos admonitus imperator agnovit, & errorem non suum, sed adstantium, per has fidei vestræ sententias recognovit, & se invidia apud Deum, & homines, impiæ voluntatis exemit; cum legationem vestram, honorifice habens, falsitatem eorum, quorum auctoritate in invidiam deducebatur, coacta a nobis ignorantiæ suæ professione, cognovit.*

Auget tamen vehementius suspicionem in Osium, quod de misero ejus obitu refert divus Isidorus. *Osius*, ait, *Cordubensis civitatis episcopus, scripsit ad sororem suam de laude virginitatis epistolam, pulchro, ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam concilio quam plurimas ipse edidit sententias. Hic autem post longum senium vetustatis, accersitus a Constantio principe, minisque perterritus; metuens, ne senex, & dives damnaretur, vel exilium pateretur, ilico Arianæ impietati consensit, cujus quidem vitam ut meruit, confestim crudelis exitus finivit.* Nam post impiam, ut ait quidam, *Osii prævaricationem, dum sanctus Gregorius Eliberitanus episcopus in Cordubensem urbem, juxta imperiale decretum, fuisset adductus, ac minime vellet, illi communicare, commotus Osius dixit Clementio Constantii præfecto vicario, ut mitteret eum in exilium: at ille: Non audeo,* inquit, *episcopum in exilium mittere, nisi prius eum ab episcopatu dejeceris. Ut autem vidit sanctus Gregorius, quod Osius vellet dare sententiam, appellat Christum, totis fidei suæ visceribus exclamans: Christe Deus, qui judicaturus es vivos & mortuos, non patiaris hodie inhumanam proferri sententiam adversus me minimum servum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus assistens, spectaculum factus sum: sed tu ipse, quæso, in causa tua hodie judica, ipse sententiam proferre digneris per ultionem. Non ego quasi metuens de exilio fugere cupio; cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium grave sit; sed ut multi a prævaricationis errore liberentur; cum præsentem viderint ultionem. His dictis ecce repente Osius residens, fastu quasi regalis imperii, cum sententiam conatur exprimere, os vertit, distorquens pariter & cervicem, ac de sessu in terram eliditur, atque ilico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementius ille Gentilis expavit: & licet esset judex, tamen metuens, ne in se simile supplicium vindicaretur, prostravit se ad pedes sancti viri, obsecrans, ut sibi parceret, qui in eum divinæ legis ignorantia peccasset; & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Unde est, quod solus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam versus est, nec passus est exilium. Unusquisque enim timuit de illo ulterius judicare.* At cum D. Isidori opera a Theodisco Græco Hispalensium episcopo, qui Honorato post Isidorum in eadem ecclesia successit, aspersa mendaciunculis, & erroribus depravata asserat Lucas episcopus Tudensis, vetustus rerum Hispanicarum scriptor, & ob eam causam Hispanicæ ecclesiæ primatiam, ut vocant, ex Hispali Toletum translatam, Cyndasvindo rege procurante; nihil commoveri debemus, si hæc apocrypha, apud Isidorum legamus: dum justa se offerat hæsitandi occasio, an Isidoro, an vero Theodisco illa sint tribuenda. Et Theodisco quidem ascribi posse, & debere arguunt vetusti CC. MS. D. Isidori, in quibus desunt quæ de morte Osii, & condemnatione Gregorii in vulgatis insigni ejusdem veteratoris fraude inserta leguntur, solum enim in illis memoratur, Osium scripsisse ad sororem suam de laudibus virginitatis epistolam pulchro ac diserto cooperta eloquio, & de interpretatione vestium sacerdotalium veteris testamenti, & in Sardicensi concilio plurimas edidisse sententias: hæc enim vetustus codex D. Isidori, qui extat in regio D. Laurentii cœnobio, refert de Osio. *Osius Cordubensis ecclesiæ, civitatis Hispaniarum episcopus, eloquentiæ viribus satis exercitatus scripsit ad sororem suam de laude virginitatis epistolam, pulchro ac diserto coopertam eloquio: composuitque, & aliud opus de interpretatione vestium sacerdotalium quæ sunt in veteri testamento, egregio quidem sensu, & ingenio elaboratum. In Sardicensi etiam concilio, quam plurimas edidit ipse sententias. Hic autem post longum senium vetustatis, id est, post centesimum primum annum, in ipso etiam limine vitæ, a fidei limitibus subruens, serpentis jaculo concidit. Nam accersitus a Constantio principe, minisque perterritus, metuens, ne senex & dives damna rerum, vel exilium pateretur, illico Arianæ impietati consensit, & vocabulum Homousion, quod simul cum patribus sanctis, ceteris ecclesiis sequendum tradiderat, arreptus impietatis furore damnavit; cujus quidem vitam, ut meruit, confestim exitus crudelis finivit.*

Huic consentiunt alii, in quibus etiam desunt quæ de Osio, & Gregorio Illiberritano impie addidit Theodiscus, & initio libri præfixit, ut facilius & brevius quæ de Osio

[Left margin notes, partly cut off:] ...larius in ... de synodis ...us Aria- | ...es lib. 2. ...cles. c. 26. | ...nen. lib. 4. | ...a lib. 9. c. | ...s Sulpi- ...2. hist. & alii. | ...anas. in ...d solitariã ...gentes. | ...fine. 2. | ...hanas. ...synodis ..., & Se- | ...de sy- ...tra Aria-

[Right margin notes:] D. Isidorus in principio libri de scriptoribus eccl. in vita Osii. | Lucas episcopus Tudensis in historia Hispaniæ MS. | " comptam

divulgari volebat, fierent notiora: cum in exemplaribus manuscriptis quinto loco, non primo, Osii vita ab Isidoro referatur. Sed concedamus interim commentum illud de misero Osii obitu a Theodisco non additum, & suppositum, sed verum esse & germanum Isidori opus; inde tamen majus Osio negotium non facessitur; cum Isidorus eam historiam, vel fabellam, nec confirmet, nec affirmet; sed anonymo cuidam auctori acceptam referat: nam scribit, ut quidam ait, quod facere solent, qui vel citandos auctores contemnunt, vel qui res falsas, aut incertas minori periculo prodere volunt. Si ille enim, a quo narrationem Isidorus accepit, ejus fidei & auctoritatis fuisset, ut proprio nomine a tanto viro potuisset nuncupari; quorsum ea taciturnitas nominis, & silentium? cum ad confirmandam antiquam vetustatis memoriam, exprimi necessario explicarique debuisset. Nec his conjecturis ad ferendam in eum auctorem damnationis sententiam est opus; cum certo sciamus, eum, quem tacite citat Isidorus, Marcellinum fuisse, schismaticum quemdam Italiæ presbyterum, & Luciferiani erroris sectatorem, qui una cum Faustino ejusdem impietatis satellite opusculum edidit, gesta continens episcoporum, qui ad destructionem homousii Ariminum convenerant, in quo hæc eadem de Osio, quæ Isidorus, & iisdem verbis, nullo adjecto, vel detracto, continentur. Sed esto, sit Marcellinus schismaticus, dicet aliquis, sit Marcellinus hæreticus, sit apostata & infideli deterior, historiam suorum fere temporum narranti, vixit enim imperio Theodosii, & Arcadii, quibus opusculum illud dicavit, nonne fides adhibenda est, ut Gelasius PP. docet? *Numquid nam*, inquit, *in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, leguntur? numquid nam veritas refutanda est, quia illorum libri, ubi pravitas inest, refutantur? aut ideo pravi libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas quæ in illis inserta est, non negatur? Ait apostolus: Omnia probate, quod bonum est tenete. Scimus apostolum etiam de Paganorum libris aliqua posuisse: numquid ideo etiam cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata?* Adhibendam igitur fidem hæretico vera narranti cum concessero, vera esse quæ Marcellinus narravit, & æquius, & certius affirmabo, gravissimo inter alia D. Athanasii adductus testimonio, qui Osium tradit, pari qua vixit in concilio Nicæno, & Sardicensi, constantia & religione obiisse, omniaque ad præclaram fidei confessionem, & detestationem Arianorum, præstitisse, quæ virum bonum, quæ Hispanum nobilem, quæ Christianum catholicum, quæ fortem athletam, quæ præstantem episcopum, quæ heroem summum, ad consequendam summam æternitatis gloriam oportuit præstitisse. Hæc enim de Osio scribit ad solitariam vitam agentes. *Tantam vim intulit seni, Constantius nimirum Osio, quem Sirmii pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus attritusque malis, tandem ægreque cum Vrsatio, & Valente communicaret; sed tamen ut contra Athanasium non subscriberet. Verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit, moriturus enim, quasi in testamento suo eorum vim protestatus est; & Arianam hæresim condemnavit, vetuitque eam a quocumque probari ac recipi.* Athanasio subscripsit divus Augustinus, nam centum fere post Osii obitum annos, eum nuncupat episcopum catholicum, & ab objecta quadam Parmeniani, & Donatistarum calumnia vindicat. *Quod enim*, ait, *de Osio dicunt Cordubensi quodam catholico episcopo, flagitandum est, ut probent non solum talem illum fuisse, qualem dicunt; sed quod talis fuerit, manifestum illis fuisse, quibus eum communicare asserunt: hoc enim nisi probaverint, frustra dicunt se scisse qualis fuerit; quia nescientibus obesse non potuit, a quibus se isti innocentibus separando, propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt: hoc enim magis credibile est, si tamen Osius ab Hispanis damnatus, a Gallis est absolutus, sic fieri potuisse, ut falsis criminationibus Hispani circumventi, & callida insidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam; & postea pacifice in humilitate Christiana, cederent sententiæ collegarum, quibus illius innocentia comprobata est: ne pervicaci & animosa perversitate priores suas sententias defendendo, in sacrilegiū schismatis, quod omnia scelera supergraditur, cæcitate impietatis irruerent.* Si tam misera, ut illi objicitur, Osius morte periisset: nec ab Augustino tam honorifica suæ innocentiæ defensione protegeretur; nec Athanasius tam acerrimus fuisset ejus vitæ & mortis propugnator, patronus, & testis. Quibus etiam accedit Hilarius, dum loquens de Osio ait. *Sed de eo nihil queror, qui idcirco est reservatus, ne judicio humano ignoraretur, qualis antea vixisset.* Si Osius est reservatus, post lapsum intelligo, ut non ignoraretur qualis antea ejus vitæ cursus fuisset; & hunc plenum laboribus pro

Gelasius PP. I. in tomo de vinculo anathematis.

2. Thessal. 5. Act. 17.

D. Athanas. in epist. ad solitariā vitam agentes.

D. Aug. lib. contra epistolam Parmeniani c. 4

A fide & religione susceptis, innocentia & probitate asseverant omnes, est certe consentaneum satis, quod scribit Hilarius, Osium post lapsum Sirmiensem divina fuisse reservatum providentia, ut peracta denuo ejus erroris pœnitentia, par esset exitus Christiana felicitate, sanctiori vitæ, quam diu peregerat. Quod si Osii nomen, Græce sanctum sonat, illi inditum est, ob virtutem & vitæ sanctitatem, qua semper excelluit, ut auctores sunt Theodorus Balsamon, & divus Athanasius; cur post infelicem exitum, & vitæ contemptam abjectamque sanctitatem, illi præclarum sanctitatis nomen ereptum non est? Si a fide vivens moriensque aberravit, cur inter episcopos optime de fide merentes illum refert idem Athanasius: vel eum plane in catholicæ fidei unitate vixisse, & obiisse fatendum est; vel tot viros sanctissimos non levi culpa notandos; quod eum & vivum & B mortuum tam illustri semper laude decorarint. Vrgent & alia plura ad expugnandam Marcellini presbyteri narrationem, quod Cordubæ obiisse Osium dicat, cum affirmarit prius a lapsu statim Sirmii crudeli exitu interiisse. Qui enim fieri potest, post lapsum statim Sirmiensem, Osium interiisse, si regrediendi in Hispaniam, si incolendi Cordubam, si differendi cum Gregorio, si reum agendi, si condemnandi ad extremum illum, & locum, & tempus, & facultatem concedat? vel me certe conjectura fallit vehementer, vel Osius Cordubæ nec obiit, nec in Hispania, sed Sirmii, paulo post lapsum; ut ex his in quibus edita & exemplaria MS. consentiunt, colligitur; sed apertius multo ex divo Athanasio, Osium narrante Sirmiensem errorem statim retractasse, & velut postremis tabulis apostolicam, & sanctam catholicæ fidei professionem obsignasse morientem, & omnibus generaliter consuluisse, ut ab Arianorum impietate velut a contagiosa peste diffugerent. Illud quoque Marcellini detegit commentum, quod insimulet, Osium persuasisse C Clementio Constantii præfecto Vicario, ut Gregorium episcopum Illiberritanum mitteret in exilium, quod ejusdem Osii communionem recusasset: cur enim credamus, eum qui in concilio Sardicensi episcoporum causas ad alios episcopos primum, vel ad tuam sedem, grata & religiosa divi Petri apostoli memoria, ut ipse Osius ait, deferendas, non ut monitor, sed ut auctor suasit, & sanxit, tam brevi temporis spatio nullis minis tormentisve coactum, ad vicarium præfectum detulisse? aut cur præfecto magis voluisse Osium deferre, quam Constantio imperatori, cujus erat ille vicarius, existimandum est? cum paulo ante, tempore quo Constantius imperator vim episcopis adhibere cœpit, & exilii tædio ad suam contendit sententiam pertrahere, sic Osium imperatori docte, pie & constanter scripsisse affirmet Athanasius. *Ne te misceas ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus imperium commisit, nobis quæ sunt ecclesiæ concredidit; &* D *quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita & tu cave, ne quæ sunt ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* Aut cur majora & sanctiora clementiæ signa, & benignitatis præfectum vicarium Gregorio episcopo præstitisse putemus, quam Osium episcopum? cum a D. Augustino sit traditum, adeo eximiæ Osium fuisse pietatis, ut in improbissimos quosque leniorem ferri sententiam, a Constantino sæpe postularit? aut quonam pacto, si causa erat de fide & communione inter Gregorium & Osium, potuit jure Osius, & actoris, & rei, & judicis sustinere personam? Et si Gregorius adeo sibi faventem sentiebat Clementium, ut nisi depositum ab episcopis, non auderet episcopum exilio multare, & depositionis pœnam tam iniquo ferebat animo; cur Dei solius admirabilem providentiam requisivit, non vero aliorum episcoporum, vel sedis tuæ apostolicæ judicium? ut vel interposita hac justissimæ dilationis mora, tā injusti judicii calumniam & calamitatem, sine novi miraculi E expectatione depelleret? Quod si tam mirabilis tamdem, & miserabilis Osio contigit interitus in Gregorii damnatione; cur rem tantam in vita Gregorii omisit D. Hieronymus? & de Osio siluere reliqui Isidoro vetustiores?

Quod autem crudeli exitu illum vitam finiisse, prodit idē Isidorus, ad graves profecto senectutis morbos, ad varios & maximos corporis cruciatus, quos ab Arianis constantissime passus est, & quorū cicatricibus & reliquiis purgavit, eluit & lavit Osius præteriti lapsus sordes, & ad breve temporis spatium, intra quod postea, eodem nimirum anno, Sirmii vita functus est, censeo referendum; non autem ad repentinum illud, ut perhibent corporis periculum, vel interitum, futuræ calamitatis æternæ grave præjudicium, quod in Hispania Osio accidisse ex condemnatione Gregorii narrat apud Isidorum ex Marcellino Theodiscus: & hoc tum divinæ sapientiæ & bonitatis laudem magis cōmendat, tum ad Athanasii, Hilarii, & Augustini

Theod. Bals[…] ad concili[…] Sardicense, […] D. Athanasi[…] epistola ad […] tariam vita[…] agentes. D. Athanas[…] I. contra Ar[…] nos.

D. Athan. […] epist. ad so[…] vitam age[…]

Osius in co[…] lio Sardice[…] can. 3.

Osii episto[…] hanc ad C[…] tium imp[…] divus Ath[…] epistola ad […] tariam vita[…] agentes.

D Aug. con[…] epistolam […] cap. 7.

D. Hierony[…] lib. de scrip[…] in vita Gre[…] Bætici.

Augustini sententiam Osium ab hæreticorum calumnia vindicantium magis accedit; quibus & ego lubentissime acquiesco, quod in re tam gravi fas non sit alius auctoribus fidem haberi, quam his, quorum est gravis & sancta apud viros graves & sanctos auctoritas. O quanto præclarius in multis hodie & semper ageretur cum ecclesia, si quod Solon olim in stabilienda, & capescenda republica apprime conducere arbitrabatur, hoc ipsum catholicę ecclesiæ episcopi in vindicandis aliorum episcoporum injuriis exequerentur. Interrogatus enim, quanam ratione nullum in sua republica scelus perpetraretur; sapienter respondit. *Si tam indignarentur illi, quibus facta non est, quam quibus facta est injuria.* quod in pia hac Osii causa, non solum tibi pontifici sanctissimo, & sanctorum amantissimo, sed & omnibus qui aliquem pietatis & religionis gustum habent, probatum iri, summa Dei benignitate confido; ut habeat posthac Hispania civem, Valerius comitem, ecclesia episcopum, Roma legatum, concilia præsidem, & religio nostra confessorem sanctum, ab imposita calumnia vindicatum, & falsi criminis nota liberum.

Illud ad extremum, observatione hic censeo dignum; quod ad causam hujus concilii attinet, nihil interesse, an beata Osius, an misera morte interierit; cum septuaginta antea annos, & eo amplius, spectata virtute, singulari innocentia, recta & præstanti fide; huic & aliis conciliis interfuerit. Quod si rectum vitæ cursum extremo spiritu detorsit, nihil causa posterior, etiam deterrima, catholicæ nocebit priori: alioquin vero, si ex misera hac, quæ Osio impingitur impiæ mortis atrocitate, pars aliqua vel suspicio ejusdem infelicitatis concilio huic tot annis antea peracto injicienda est; eamdem & in Nicænum, Sardicense, Arelatense, Alexandrinum, Gangrense, & alia quibus interfuit, vel præfuit, conferri oportebit: quod in nullius sani mentem cadere potest.

XII. Camerinus episcopus Tuccitanus. Vulgata:
XII. Camerinus episcopus Tuccitanus. *Emen.*

lib.5.c.2. In aliis CC. MS. Camerinus IV. loco subscripsit, non duodecimo. Tuccæ & Tucci meminit Plinius. Primam in Africa constituit: alteram vero quam coloniam nuncupat, Bæticæ provinciæ adscripsit, addens cognominatam Augustam Gemellam, & ad conventum pertinere Astigitanum. In divisione Vvambæ, ut Astigitanus, sic & Tuccitanus episcopus archiepiscopo Hispalensi subjicitur. Terminos Tucci posuit ille. *Tucci*, inquit, *teneat de Mala Saya, usque Balagar, de Igera usque Caslonam.* Quænam olim fuerit, ignorari nunc, ait Vassæus, sed obtinuit inter eruditos, eam esse, quæ Martos hodie vocatur; fuisse confinem Agabrensi intelligitur, quod divisio Vvambę terminos Agabrensis, usque ad Malam Sayam extenderit, a qua initium habent Tuccitani. Nullum Hispano idiomate nomen speciale hujus Tuccitani episcopatus expressit rex Alfonsus X. in historia generali Hispaniæ. Cum enim divisionem Constantini imperatoris refert. *Tussa*, inquit, *tierra de Tanjer, la de Aquenmar, que tiene fasta Cadiz, que ha agora nombre Algezira, & otra de allende.* Cum autem de divisione Vvambæ loqueretur, & de subjectis archiepiscopo Hispalensi, postremo loco ait. *El Obispado de Tuad tenga desde Mala Saxa, fasta Balagi, & de Aguera fasta Cazlona, & desde hi fasta Certama.* Leo a Gemella presbyter interfuit huic concilio, ut comes Camerini. Hodie Tucci episcopo vacat.

XIII. Secundinus episcopus Catraleucensis. Vul.
XIII. Secundinus episcopus Castulonensis. *Em.*

In C. Hispalensi regio Secundinus, VI. loco; non XIII. subscripsit. Quod ad urbem attinet, Plinius & Pomponius nullam hujus nominis referunt: solus Ptolemæus Catraleucos constituit in Lusitania Celtica, non procul ab Arcobrica, & ab ea quæ Turres Albæ dicitur: tenue oppidum fuisse videri potest, quod illud omiserint reliqui geographi. In vetustis exemplaribus MS. non Catraleucensem, sed Castulonensem lego: in Hispalensi regio, Castolensis; sed Castulonensis, restituendum est: nam in subscriptionibus presbyterorum reperio Turrinum a Castulone, quem Secundini comitem fuisse intelligo. Castulonenses ad coloniam Salariensem spectare
lib 3. cap.3. dixit Plinius, appellatosque tunc Cæsari Venales. Castulonem autem fuisse non procul ad Illiturgi Bætica, ex
lib.28. Livio apparet, narrante, Scipionem ab Illiturgi expugnata; statim Castulonem petiisse, & Cerdubello proditionis auctore, proditione cepisse. Fuit Castulo antiquissima Hispaniæ urbs, a Phœnicibus Græcis Bœotiæ, non Ioniis, primum condita, a quibus ob fontem Castalium,

A eximiæ apud eos celebritatis in monte Parnasso, Castulonis nomen inditum Silius Italicus auctor est. Fuit situ, ædificiorum magnitudine, argenti fodinis, civium frequentia illustris, qua ratione eam ad promulgationem evangelii, majores nostri elegerunt; & in ea episcopi cathedram collocarunt. Ab Arabibus postea eversa est, in generali Hispaniæ expugnatione: vestigia quædam adhuc exstant in ea, quæ nunc Cazlona la vieja dicitur, ab oppido de Linares in Bætica tribus milliaribus distans: novem vero ab urbe Baeza: ideoque illam cum Castulone eamdem esse putarim. Silius Italicus lib 3.

Adducor præterea Secundinum hunc episcopum fuisse Castulonensem, quod Annianus postea episcopus Castulonensis Secundini successor concilio Sardicensi subscripserit. Paruisse olim Castulonensem episcopum Toletano, ab eodem Rasi Arabe, & Vvamba rege memoriæ proditum est.

B *XIV. Flavius episcopus Eliberinus.* Vulgata:
XIV. Flavius episcopus Illiberritanus. *Emend.*

Vetusti CC. MS. alii Flavianum, alii Flavinum; sed malo Flavium legi. Eliberinum alii, alii Eliberritanum; utrumque Gothice magis, quam Latine: eorum enim idiomate & literis, hujus concilii decreta exscripta sunt. Pari forma Spalensis pro Hispalensis, Elborensis pro Eborensis, Emeretensis pro Emeritensis, ejusdem gentis more. Non desunt tamen alii antiquiores, in quibus Illiberinus, & Illiberritanus episcopus dicitur. In Lucensi & Hispalensi IV. loco subscripsit, non XIV. Vrbs est Illiberris a tempore ipso apostolorum catholicæ religionis doctrina, & episcopatus dignitate a D. Petro, sive ejus discipulo sancto Cæcilio primo urbis episcopo nobilitata. Vt hinc etiam observes, quam altæ fidei radices actæ, quamque antiqua & firmissima religionis fundamenta in ecclesia hac divinitus jacta sint. Nec est probabile Flavium episcopum supremum civita-
C tis honorem, Cæcilii munus & dignitatem feliciter omniumque consensu obtinuisse; divinam autem fidem, catholicam religionem, Romanam & apostolicam doctrinam, tam recenti & illustri Cæcilii exemplo, pietate & sanctitate confirmatam, a civitate, a provincia & regno impie & infeliciter sustulisse. Si memoria præsertim repetamus priscum ecclesiæ morem, quo receptum fuit, ut quoties de dogmatibus ecclesiæ, vel de librorum auctoritate, vel de quolibet ritu, aut traditione controversia oriretur; ad judicium earum ecclesiarum; quas viva voce, vel epistolis, vel missis discipulis apostoli, sed Petrus præsertim instituisset, & Romanam in primis ceterarum matricem, & caput, tamquam ad verissimum Spiritus sancti oraculum, a quo apostoli, & ab apostolis illæ perceperant, confugeretur; & gravissimo earum testimonio, & auctoritate impiæ, ac nefariæ vocum novitates in ipso ortu opprimerentur. Divus Irenæus adversus Gnosticos. D.Irenæus lib 3. adversus hæreses c.3.
D *Traditionem itaque*, ait, *apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni ecclesia adest perspicere omnibus, qui vera vellent audire, & habemus annumerare eos, qui ab apostolis instituti sunt episcopi in ecclesiis, & successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab eis deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quæ seorsim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas ecclesias committebant. Valde enim perfectos, & irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse, quos & successores relinquebant suum ipsorum locum magisterii tradentes, quibus emendate agentibus, fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas.* Ex mox. *Quid enim, & si quibus de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus apo-* Idem.c.4.
E *stoli conversati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere quod certum, & re liquidum est? Quid autem si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant ecclesias?* Et ad Florinum scribens. *Ista dogmata*, ait, *Florine, ut tecum agam humanius, sana doctrina & sententia non sunt. Ista dogmata sunt ecclesiæ repugnantia, ut pote quæ eos, qui illis obsequuntur, in maximam impietatem rejiciant. Ista dogmata presbyteri, qui ante nos fuerunt, qui erant ipsorum apostolorum discipuli, minime tibi tradiderunt.* Tertullianus. *Quandiu in terris agebat*, loquitur de Christo, *ipse pronuntiabat, sive populo palam, sive discentibus seorsum. Ex quibus duodecim præcipuos lateri suo adlegerat destinatos. Nationibus magistros. Itaque uno eorum decusso, reliquos undecim regrediens ad Patrem post resurrectionem* Hanc Irenæi epistolam ad Florinum Eusebius refert lib.5. cap.19. hist. eccl. Tertull de præscrip.c.20. Matth. 10.

 jussit

Matth 27. Matth. 28. Act. 1. Psal. 108. Act. 2. Act. 8. 9. 11. Act. 13. Act. 14.

jussit ire, & docere nationes, tinguendas in Patrem & in Filium, & in Spiritum sanctum. Statim igitur, quos hac appellatio missos interpretatur, assumpto per sortem duodecimo Matthia in locum Iuda, ex auctoritate prophetia, qua est in psalmo David, consequuti promissam vim Spiritus sancti, ad virtutes & eloquium, primo per Iudaam contestata fide in Iesum Christum, & ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti, eamdem doctrinam ejusdem fidei nationibus promulgaverunt; & proinde ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt; a quibus traducem fidei & semina doctrina, cetera exinde ecclesia mutuata sunt, & quotidie mutuantur, ut ecclesia fiant. Ac per hoc & ipsa apostolica deputantur, ut soboles apostolicarum ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Et post alia. *Ita ex ipso ordine*, ait, *manifestatur esse dominicum & verum, quod sit prius traditum: id autem extraneum & falsum, quod sit posterius immissum. Ea sententia manebit adversus posteriores quasque hareses, quibus nulla constantia de conscientia competit ad defendendam sibi veritatem. Ceterum si qua audent interserere se atati apostolica, ut ideo videantur ab apostolis tradita, quia sub apostolis fuerunt; possumus dicere: Edant ergo origines ecclesiarum suarum: evolvant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus, aliquem ex apostolis, vel apostolicis viris, qui cum apostolis perseveraverint, habuerit auctorem, & antecessorem. Hoc enim modo ecclesia apostolica census suos deferunt: sicut Smyrnaorum ecclesia habens Polycarpum a Ioanne conlocatum refert; sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit: proinde utique, & cetera exhibent, quos ab apostolis in episcopatum constitutos apostolici seminis traduces habeant. Confingant tale aliquid haretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est? Sed etsi confinxerint, nihil promovebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum apostolica comparata, ex diversitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque apostoli alicujus auctoris esse, neque apostolici; quia sicut apostoli non diversa inter se docuissent; ita & apostolici non contraria apostolis edidissent, nisi illi qui ab apostolis desciverunt, & aliter pradicaverunt. Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis ecclesiis, qua licet nullum ex apostolis, vel apostolicis auctorem suum proferant, ut multo posteriores, qua denique quotidie instituuntur: tamen in eadem fide conspirantes, non minus apostolica deputantur pro consanguinitate doctrina.*

Tertul. de præs. c. 31. & 32.

Id ipsum docuit & confirmavit adversus Marcionem. *In summa*, inquit, *si constat, id verius quod prius; id prius, quod est ab initio; ab initio, quod ab apostolis; pariter utique constabit, id esse ab apostolis traditum, quod apud ecclesias apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac a Paulo Corinthii hauserint; ad quam regulam Galata sint recorrecti: quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesii, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus evangelium, & Petrus, & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. Habemus & Ioannis alumnas ecclesias. Nam etsi Apocalypsim ejus Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensus, in Ioannem stabit auctorem. Sic & caterarum generositas recognoscitur. Dico itaque apud illas, nec solas jam apostolicas, sed apud universas, qua illis de societate sacramenti confœderantur, id evangelium Luca ab initio editionis sua stare, quod cum maxime tuemur.* Quinimo si de librorum divinorum auctoritate esset controversia, hoc est, si de libro hoc, vel illo, an sacer esset & canonicus, orta esset disceptatio, ut de quibusdam olim hæsitarunt nonnulli, concilium Augustinus dedit, ut ecclesias catholicas consulamus, eas nimirum, quæ catholicam fidem & unitatem constanter retinerent; non vero eas, quæ aliqua hæresum suspicione damnatæ essent vel notatæ: quod si nec in his catholicæ omnes consentirent, plurimarum catholicarum consensum probari voluit; inter pares vero, earum judicium sequi mandavit, quæ inter catholicas essent apostolicæ. Inter eas autem cum ecclesia Romana principatum teneat, & apostolicæ nomine per antonomasiam jure, & merito intelligatur: tum, quod apostolorum princeps Petrus illam fundarit, rexerit, & glorioso martyrio cohonestaverit; tum ob certam Christi pollicitationem, a quo illi dictum est. Ego pro te oravi, Petre, ut non deficiat fides tua; qua munita & ornata divinitus, nullo errore fallit, aut fallitur, illi in dubiis catholicæ fidei causis, judicium primum deferendum est: post eam vero, reliquis apostolicis ecclesiis sua, ut Augustinus docet, auctoritas est tribuenda, nec temere judicandum falsum, vanum, & irritum earum esse judicium. Cum doctrina igitur hujus concilii apostolicæ ecclesiæ Illiberritanæ fide comprobetur, ut de Romana præsertim, & ejus legatis interim taceamus, & aliarum quatuor apostolicarum ecclesiarum gravissima auctoritate fulciatur; interfuerunt enim illi, ut cernimus, divus Valerius episcopus ecclesiæ Cæsaraugustanæ, institutæ a Iacobo: Felix Accitanæ, a Torcato D. Petri discipulo: Melanthius Toletanæ, ab Eugenio: Quintianus Eborensis, a B. Mantio, non apostolorum, sed ipsius domini nostri Iesu Christi discipulo, quis tam expers pietatis affirmare audebit ecclesias tot sanctas, sanctorum patrum aut avorum præcepta, tam recenti memoria tradita non agnovisse; vel si agnoverunt, quod multo esset deterius, nefario scelere, & insigni impietate neglexisse, violasse, conculcasse? Hujus Flavii episcopi Illiberritani admirabilis tum religio, tum prudentia, in eo potissimum illuxit, quod cum in civitate celeberrima summum ei negotium esset in continendis in religione & officio civium animis, nimium ad idolorum cultum propensis; ita tamen se gesserit, ut non minorem in eis evertendis laudem videri possit consequutus, quam multi alii in subeundo martyrio gloriam: ut qui omnem operam primo ad emolliendam civium duritiam conferret, quo simulachra postea demoliri posset commodius. Ejus enim consilio & opera non ambigo, quin dum concilii hujus sanctionibus morem gereret, omnia aut pleraque Illiberritanæ urbis idolorum simulachra eversa, atque prostrata sint; quorum nonnulla superioribus annis terra obruta eruere Granatenses, Apollinis unum cum musico instrumento; alterum Veneris, cui ad latus Cupido; tertium Liberi patris cum Satyro utre vinario incubante; postremum, ut creditur, Æsculapii, omnia miro elaborata artificio, quæ summo in pretio habita ad tantæ vetustatis memoriam in regia ejusdem urbis asservantur.

1. Cor. 3. Galat. 6.

Apoc. 2. & 3.

Idem lib. 4. adversus Marcionem cap. 5.

D. Aug. lib. 2 de doctrina Christiana, cap. 8.

Cano. 41.

Huic Flavio successit divus Gregorius, quem a Clementio Constantii præfecto vicario, Osio consentiente, & juvante, damnatum Isidorus, vel Theodiscus ex Marcellino refert: sed quid de illius narrationis fide, & auctoritate sentiendum, dixi jam in Osii subscriptione. Gregorium tamen illustri fidei confessione, & optimarum disciplinarum cognitione clarissimum, ad cœlites commigrasse, præter D. Hieronymum, certam fidem faciunt Romanæ ecclesiæ, & Usuardi martyrologia, quæ illum, ut sanctum Illiberritanæ civitatis episcopum, & confessorem coli, ejusque diem festum, & memoriam celebrari XXIV. Aprilis docent. Illiberritani episcopatus fines in divisione Vvambe hos reperio. *Eliberis*, ait, *hac teneat de Maleoca, usque Sotellam, de Admica usque Sedille.* Insignem, & antiquam hanc civitatem generalis Arabum irruptio expugnavit, ejus tamen sedem episcopalem Ferdinandus, & Elisabetha reges catholici in Granatam a se recuperatam transferri, apostolica PP. Sixti Hispani auctoritate, & in metropolitanam erigi, impetrarunt, assignatis duabus ecclesiis suffraganeis Accitana, & Virgitana, anno Christi CIↃ. CCCC. XC. II. primus ejus sedis archiepiscopus Ferdinandus de Talabera, ex D. Hieronymi instituto.

Apud Isidorum in princ. libri scriptoribus ecclesiast. ex Marcellino Theodiscu

D. Hieronym. de script. eccl. in Gregorio Bætico. Martyrologium Romanum 14. Aprilis.

XV. Liberius episcopus Emeritanus. Vulgata.
XV. Liberius episcopus Emeritanus. *Emend.*

EMERITA Augusta, ut a Dione traditum est, & postea ab Isidoro, nomen accepit a militibus emeritis Augusti, quibus eam sibi ædificandi cura pro beneficio data est, anno XXIII. antequam Christus nasceretur, Augusto, & Sylano Coss. Merida hodie dicitur. Antiquissimum Hispaniæ episcopatum probat D. Cypriani epistola ad clerum & plebem in Hispania consistentes, ex qua apparet, Basilidem, & Martialem, alterum Asturicæ, alterum Emeritæ episcopos, ob crimen idololatriæ depositos, & in eorum locum Sabinum, & Felicem suffectos. Cujus dignitas & amplitudo eo pervenit, ut totius Lusitaniæ esset metropolis, illique suberant, ut in vetustis CC. Gothis refertur, Pace, Olisibona, Ossonoba, Egitania, Caliabria, Conimbria, Visæum, Lamegum, Cauria, Salmantica, Avela, Ebora. Sed ea dignitas a Calixto secundo Compostellam ad tempus primum, dum Emerita recuperaretur a tyrannide Arabum, in perpetuum postea translata est; idcirco hodie episcopo vacat. Ea est temporis & rerum humanarum vicissitudo, & inconstantia. Paret in sacris, D. Iacobi militibus. Hic autem Liberius episcopus Emeritanus concilio Arelatensi secundo interfuit, cum Florentino diacono, & interfuisse ac subscripsisse eum I. Arelatensi crediderim, quia in eo plures Hispaniæ episcopos fuisse præsentes tradit Augustinus, & omnes subscriptiones concilii Arelatensis secundi, ut a primo sublatas, sic primo restituendas, inter doctiores convenit. Post vero

vita

D Isidor. lib. 15. etymolog. c. 1.

D Cyprianus epistola. 68 ad clerum, & plebem in Hispania consistentes.

Historia Compostellana MS apud nos, in qua hæ duæ constitutiones Calixti ad verbum describuntur.

D Augustin lib. 1. contra epist. Parmen.

vita functo Liberio, ejus diaconum Florentinum electum fuisse episcopum Emeritanum, inde intellexerim, quod ejus exstet subscriptio in concilio Sardicensi: quare Illiberritanum hoc ante Sardicense, & Arelatense I. fuisse peractum vel hinc comprobandum.

XVI. Decentius episcopus Legionensis. Vulgata.
XVI. Decentius episcop. Legionensis. *Emend.*

A LEGIONE septima Geminia, Legio civitas nomen habuit; dignitate episcopali a tempore fere apostolorum insignita, & regni titulo post Arabum expugnationem ornata, nullum unquam metropolitanum agnovit, præter Romanæ sedis episcopum. In MS. XII. loco non XVI. subscripsit.

XVII. Ianuarius episcopus Sibariensis. Vulgata.
XVII. Ianuarius episcopus Salariensis. *Emend.*

IN CC. MS. Salariensis legitur, non Sibariensis; quod magis probo: nam de Sibari in Hispania omnes Geographi siluerunt: in Italia constituit Sybarim Solinus, a Træcenis ædificatam asserens. Salariam autem duplicem refert Ptolemæus in Hispania: primam in Oretanis, juxta Laniam & Paternianam; aliam in Bastitanis inter Biguerram & Turbulam: Plinius Salariensem coloniam in Bætica esse tradit non procul ab Acci; hodie vocari Alcazar de la Sal in Algarviorum regno, scripsit Ambrosius Morales; hujusque civitatis fuisse episcopum Ianuarium. Sed ego magis putem, episcopum Bæticæ Salariæ fuisse, quam Lusitaniæ, quod Bæticæ civitas fuerit opulenta, & colonia Romanorum, ut dicit Plinius: altera vero exiguum oppidum brevissimis terminis circumscriptum. In codicibus ecclesiæ Toletanæ legitur, Ianuarius de Fiblaria, & Fibularia: quæ lectio non temere improbanda: nam Calagurrim, Fibulariam nuncupasse veteres, testis est Plinius, & adfuisse in hoc concilio Eucarium presbyterum de Fibularia seu municipio, ex presbyterorum subscriptionibus apparet: olim Hispanos, & Italos, urbium plures duobus nuncupasse nominibus, Plinius tradit. Erut omissis Italicis, Hispanicas recenseamus, Olysippo dicebatur & Felicitas Iulia: Ebora, Liberalitas Iulia: Attubi, Claritas Iulia: Astigi, Augusta firma: Illiturgi, Forum Iulium: Obulco, Municipium pontificense: Vrso, Genua urbanorum: Hispalis, Colonia Romulea: Corduba, Colonia Patritia: Cæsaraugusta, Salduba: Tucci, Augusta Gemella: quod usurpabant, ut imperatoribus, vel præsidibus provinciarum, vel Romanæ civitati blandirentur, eorum gratia nomina ab eisdem mutuantes. In C. Hispalensi de Piblaria legitur. In Lucensi de Fibaria: utrumque non recte. Decimoquarto in eisdem, non decimoseptimo loco ejusdem subscriptio.

...nus. cap. 8.
...lib. 3. cap. 3.
...tos. Moral. ...to. cap. 31.

XIIX. Quintianus episcopus Elborensis. Vulg.
XIIX. Quintianus episcop. Eborensis. *Emend.*

GOTHICE Elbora dicta est, quæ Latine Ebora ex Pomponio Mela, & vetustis lapidibus. Is Iulio Cæsari erectus est, cum hac inscriptione.

...p. Mela. lib. ... 1.

DIVO. IVLIO.
LIB. IVL. EBORA.
OB. ILLIVS. IN. MVN. ET. MVN.
LIBERALITATEM.
EX. D. D. D.
QVOIVS. DEDICATIONE.
VENERI. GENETRICI.
GESTVM. MATRONE.
DONVM. TVLERVNT.

Ebora ergo legendum est, non Ebura, ut apud Ptolemæum, Strabonem, & Stephanum, perperam Eburam Cærealem Bæticæ, cum Ebora Lusitaniæ confundentes. De Elbora Carpetanæ provinciæ (Talaberam hodie vocant) alia ratio est, nunquam enim ea episcopum habuit. Ebora autem Lusitaniæ civitas celebris frequenti antiquorum regum Lusitaniæ domicilio nobilissima, episcopatus dignitatem a tempore apostolorum repetit; quippe habuerit beatum Mantium domini nostri Iesu Christi discipulum, primum Christianæ religionis annuntiatorem, & ut credi par est, episcopum. Sedem hanc in archiepiscopalem seu metropolitanam erexit Paulus papa III. & Sylvensem ecclesiam illi suffraganeam assignavit anno domini CIↃ. IↃ. XL. Ioanne III. Lusitaniæ rege intercedente. Primus archiepiscopus Henricus cardinalis ejus frater, qui Sebastiano nepoti defuncto in regno successit.

XIX. Eutichianus episcopus Bassitanus. Vulgata.
XIX. Eutichianus episcop. Bastitanus. *Emend.*

IN MS. emendatioribus, Bastetanus: sed Bastitanus scribendum. Basti, hodie Baza in Bætica, parebat olim archiepiscopo Toletano. illius termini exstant in divisione Vvambæ. *Basti*, inquit, *teneat de Montana usque Gestam; de Rovia, usque Rusitam.* Episcopo vacat, postquam Arabum tyrannide, Ferdinandi & Elisabetæ regum catholicorum virtute, & pietate erepta est, & quia usurpatis, & detentis antiquis ejus finibus per Arabes, diœceseos angustiis laborabat, Accitanæ ecclesiæ potestati est adjecta, procurante Accitano episcopo Garsia Quijada, & magno Petro Gonçalez de Mendoza cardinale & archiepiscopo Toletano dissimulante: cujus ecclesia a tempore Ferdinandi III. Castellæ regis jus in Bastitanum prætendit, quovsque variis hinc inde sententiis latis, tamdem spectare ad Accitanum tempore Ioannis Martini Silicei archiepiscopi Toletani postrema cautum est; reservato jure metropoleos archiepiscopo Toletano. Et quemadmodum in spiritualibus Accitano episcopo subjicitur, sic rerum civilium præfectum Accitanum, in civilibus superiorem agnoscit.

Residentibus etiam triginta sex presbyteris, astantibus diaconibus.

RESIDENTES presbyteros retulit notarius, quia simul sedebant cum episcopis, tam in Hispania, ut concilio hoc & Toletano I. admonemur, quam Romæ, ut testatur D. Hieronymus ad Evagrium. *Cæterum*, inquit, *etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi, licet paulatim increbrescentibus vitiis inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum viderim.* Tanti merito habitus presbyterii ordo semper est. Quare Africanis episcopis, singulari religione, sanctitate & doctrina præstantibus, in concilio Carthaginensi IV. coactis visum est, ut episcopi in quolibet loco sedentes stare presbyteros non paterentur. Patres quoque Bracarenses statuerunt. *Vt clerici parochiales servili more, in aliquibus operibus, episcopis servire non cogerentur: quia scriptum est: Neque ut dominantes in clero.* Ac dicent alii nec in concilio Carthaginensi decerni, ut presbyteri sedeant in conciliis, cum episcopis; nec ex hoc Illiberritano erui posse: cum magis ad promulgationem concilii, de qua notarius testimonium publica fide consignabat, quam ad coactionem concilii, & interiorem sessionem illud referri debeat; referendum consentio, id ipsum tamen in conciliis usurpari ex concilio Romano, sub Hilario papa liquet, sic enim incipit: *Residentibus universis presbyteris, adstantibus quoque diaconibus, Hilarius episcopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ synodo præsidens dixit. Quoniam religiosus; &c.* In Hispania quoque id receptum scribit Isidorus, ordinem sessionum episcoporum, & presbyterorum exponens. *Et corona*, ait, *facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit.* Et post alia: *Sicque omnes qui de religiosis retro actis diebus, pro spirituali instructione interfuerant in concilio, foris egerdientur, residentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus elegerit.* Diaconi vero, velut episcoporum, & presbyterorum ministri, nec coram episcopis sedebant, nec coram presbyteris, nisi illorum præcepto. *Diaconus*, (inquit idem concilium Carthaginense IV.) *quolibet loco jubente presbytero sedeat:* Quod & concilium Nicænum sanxerat, *Sed neque sedere quidem*, ait, *liceat in medio presbyterorum diaconos. Si quis autem non vult his sufficiens esse, post hanc deffinitionem, cesset esse diaconus.* Subscripserunt eidem decreto Asiani episcopi in concilio Laodiceno, Gallicani in concilio Arelatensi II. *In secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi, præsente presbytero, tradere non præsumant; quod si fecerint ab officio diaconatus abscedant.* Clarius Gelasius papa. *Eos*, ait, *intelligens diaconos, non in presbyterio residere, cum divina celebrantur, vel ecclesiasticus habetur quicumque tractatus, sacri corporis perrogationem sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus jus non habeant exercendi.* Hic mos erat omnium fere provinciarum; etsi aliquando, Romæ presbyteros, ut diaconos a tergo episcoporum in conciliis stetisse sit traditum. In Romano enim primo sub Silvestro, cui adfuisse dicuntur Constantinus Magnus, & Helena, atque Calphurnius, homo (ut vocatur) Christianus, & Vrbis præfectus, hic ordo observatus refertur. *Dum enim omnes venissent in synodum, & alii quorum chirographus cucurrit, & opinio sanctitatis, sederunt in eodem aspectu Thermarum supra-*

Concilium Toletan. 1. in princip. D. Hieronym. in epist. 85. ad Evagrium.

Conc. Carthag. 4. can. 34.
Conc. Bracar. 2. can. 2. ad finem. 1. Pet. 5.

D. Isidorus in libello de modo celebrandi concilia.

Conc. Carthagin. 4. can. 37. Idem can 39.
Concilium Nicænum can. 14.

Concilium Laodicen. can. 20.
Concilium Arelat. 2. can. 15.
Gelasius PP. in epist. 1. ad episcopos per Lucaniam, Brutios, & Siciliam constitutos cap. 10.

Conciliũ Romanum sub Silvestro can. 1.

dictarum. Presbyteri autem Romani omnes, diaconi, clerusque, vel gradus sequentes a tergo episcoporum steterunt; nemo enim sedit in eodem loco, nisi tantum episcopi, & Silvester episcopus, pontifex urbis Romæ. In hoc tamen modeste se gesserunt presbyteri Romæ: de his solum dicitur in canone, quod pontifex Silvester, Constantinus imperator, mater Helena, & Calphurnius Vrbis præfectus interessent: postquam enim canon retulerat, neminem sedisse, præter episcopos, & Silvestrum papam, subjunxit: *Erat enimvero Calphurnius, qui Gentilis, & postea Christianus, & Vrbis præfectus.* Nam illis absentibus constat sedisse presbyteros, & astitisse diaconos, ex alio concilio Romano sub Hilario.

Cum triginta autem & sex presbyteros adsedisse in concilio scribit notarius, animadvertendum est, tot sacerdotes ecclesiam Illiberritanam minime habuisse (rarior erat tunc presbyterorum numerus) sed ex his provinciis, quarum episcopi concilio illi intererant, duos presbyteros adventasse, ut proprium episcopum comitarentur: hoc enim Lucium papam jamdiu decrevisse, Damasus auctor est. *Hic præcepit*, inquit, *ut duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco episcopum non desererent, propter testimonium ecclesiasticum.* Quare Osio episcopo Cordubensi, Silvestri papæ ad Nicænam synodum, legato, duo presbyteri itineris & legationis comites dati sunt: alter Vitus, seu Victor; alter Vincentius. Quam legem observavit Zosimus papa, cum Legatos ad concilium Carthaginense VI. destinavit, cum Faustino enim episcopo plebis Potentinæ, Philippum misit, & Asellum presbyteros. Cum vero decem & octo episcopi tantum ad concilium venissent, si illorum singulis binos presbyteros adjiciamus, triginta & sex presbyterorum numerum (ut in concilio dicitur) juste complebimus: quocirca manuscripta exemplaria, quæ habent, Viginti sex presbyteris, emendanda sunt, & pro viginti, triginta reponendum. Diaconorum autem numerum (si id ejusdem regulæ circumscriptione metiamur) quadraginta quatuor fuisse necesse est, si singulis episcopis tres diaconi adjiciantur, juxta eamdem Lucii papæ constitutionem.

Damasus in pontificali, in Lucio.

Conc. Nicænum ad finem.

Ex Zosimi commonitorio quod exstat ad finem concilii, quod Africanum vocant.

Nomina diaconorum, qui adstiterunt, desiderantur, presbyterorum autem, qui huic concilio interfuerunt & subscripserunt, etsi in excusis, & MS. CC. D. Laurentii, & ecclesiæ Toletanæ desint, & in alio nostro vetustissimo, exstant tamen in alio ecclesiæ Vrgellensis, hoc ordine.

I. *Restitutus presbyter de Elchepora.* Forte de Epora, cujus meminit Antoninus, itinere a Corduba Castulonem; in Bætica est, Montoro dicitur, non integris triginta milliaribus a Corduba distans; non recte apud Plinium Ripepora fœderatorum: Epora restituendum.

II. *Natalis presbyter a Vrsuna.* Vrso vocat Plinius, & ad conventum Astigitanum refert. Hispane Ossuna in Bætica, caput Ducatus de Ossuna.

III. *Maurus presbyter de Illiturgi.* Ad conventum Cordubensem spectare Illiturgi scribit Plinius: Andujar Hispane dicitur.

IV. *Lamponianus de Karula.* Carula Antonino inter Hispalim, & Illipam: Carrula Cæsari in Bætica, Marchena hodie.

V. *Barbatus de Advigi.* Forsan Artigi, quos & Iulienses vocari ait Plinius. Alhama esse in Bætica Cocus, Tarrapha, & Ortelius tradunt.

VI. *Felicissimus de Ateva.* Cæsar Ategua. Valer. Max. Attiuga. Pli. Attubi, quæ Claritas Iulia, ad conventum Astigitanum, non procul ab Vrso: hodie Castillo de Teba.

VII. *Leo Accinipe.* Accinipo Ptolem. in Peticis Celticis juxta Anam fluvium in eadem Celtica. Plinius duplici pp.

IIX *Liberalis de Eliocroca.* De Eliocrota, Lorca in Bætica: comes fuit hic presbyter, Successi episcopi Eliocrotensis.

IX. *Ianuarius a Lauro.* Duplex Laurum, alterum apud Sucronem, ubi pugnavit Sertorius, alterum Bæticæ, ubi occisus Pompei filius.

X. *Ianuarius Barba.* Barba Antonino in Bætica, juxta Anticariam.

XI. *Victorinus Agabro.* In Bætica, Cabra dicitur, caput comitatus de Cabra: comitem Sinagii episcopi Agabrensis fuisse putarim.

XII. *Titus a Vine.*

XIII. *Eucharius a Municipio.* Forte Calagurris, nam in nummo Augusti apud Goltzium legitur. MVN. CALAG. IVL. quod ab Augusto facta esset municipium.

XIV. *Sylvanus Segalbina.* Forte quæ Sclambina Ptolem. hodie Salabrenna.

XV. *Victor Vlia.* Gaditani conventus fuisse ait Plinius: forsan Montemayor in Bætica, quindecim lapidibus a Corduba.

XVI. *Ianuarius Vrci.* Vrci, alias Virgi, vulgo Almeria. Ianuarium comitem fuisse Cantoni episcopi Virgitani crediderim.

XVII. *Leo Gemella.* Martos, hodie, olim duplici nomine insignita; Tucci, & Augusta Gemella, ut testatur Plinius. Comes fuit Leo Camerini episcopi Tuccitani.

XIIX. *Turrinus Castilona.* Castulone legendum; Cazlona la vieja in Bætica. Comes Secundini episcopi Castulonensis.

XIX. *Luxurius de Drona,* Forsan de Brana, quam conventui Gaditano adscribit Plinius.

XX. *Emeritus Baria.* Eadem quæ falso Balaria apud Ptolemæ. Baria in Cicerone ad Atticum, Varia apud Plinium, non procul a Virgi, nunc Vera.

XXI. *Eumantius Selia.* Ptolem. in Bætica, forte Villanueva de la Xara, in cujus lapide scribitur Soliensis: conventus Cordubensis erat.

XXII. *Clementiaunus Ossigi.* Cognominabatur Ossigi Laconicum, conventus fuisse Cordubensis docet Plinius.

XXIII. *Eutyces Carthaginensis.*

XXIV. *Iulianus Corduba*, comes Osii.

Aliorum duodecim presbyterorum nomina, temporum injuria periisse non ambigo, ut numerus triginta, & sex compleretur. Ex horum tamen & episcoporum subscriptionibus palam fit, longe lateque propagatam fuisse in Hispania hujus concilii tẽpore religionem Christianam, cum nulla sit regni provincia, ex qua aut presbyter, aut episcopus, non adventarit. Presbyteros autem qui huic concilio interfuerunt, duplicis (ut ita dixerim) generis fuisse agnoscimus: quosdam, episcoporum comites ex præcepto Lucii papæ: alios vero vel Vicarios suorum episcoporum, aut tamquam doctrina & religione præstantes electos accersitosque fuisse ab episcopis, ut concilio interessent. Vtrorumque subscriptiones indicant decernendi auctoritate olim presbyteros non caruisse: aliter enim, quorsum tot ipsorum subscriptiones? potuit enim Christiani populi calamitas, imperatorum Ethnicorum tyrannis, catholicorum episcoporum zelus, presbyterorum doctrina & pietas, & omnium tamdem propagandæ religionis studium, consultationem presbyterorum & judicium exposcere; quod usu confirmatum sua ætate scribit Isidorus. *Et corona,* ait, *facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant; quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit: qui utique & cum eo judicare aliquid & diffinire possint.* Et mox, *Sicque omnes, qui de religi sis in retro actis diebus, spirituali instructione interfuerant in concilio, foris egrediantur; residentibus aliquibus presbyteris, in concilio, quos metropolitanus probaverit honorandos.* Quæ postea, vel decrescente eorumdem sanctitate, & doctrina, vel aucto episcoporum numero, justissime interdicta sunt: solique episcopi, & quidam Abbates seculares ex longa consuetudine, eo privilegio utuntur.

D. Isidorus in libello de modo celebrandi concilia.

De diaconis quoque offerebatur occasio differendi, an in ecclesiasticis conventibus consulendi, aut decernendi auctoritatem habuerint? Et non habuisse magis puto, quod nec sedendi privilegio, nec subscribendi uterentur, ni vices gererent alicujus episcopi. Solebant enim hi, cum vel negotiis, vel morbo impediti conciliis Hispaniæ adesse non possent, diaconos tamquam Vicarios, & Legatos suo nomine ad concilium mittere, qui post reliquos episcopos sedebant, consulebant, decidebant, & subscribebant. In concilio enim Toletano III. subscripsit pro Poeto episcopo Magalonensi Genesius archidiaconus ejusdem ecclesiæ (tunc omnes fere archidiaconi non erant presbyteri) & pro Pelagio episcopo Nemausensi subscripsit Valerianus archidiaconus ejusdem ecclesiæ. In IV. pro Carterio Arcavicensi Domarius archidiaconus, & pro solemnio episcopo Carcasonensi Donnellus archidiaconus: pro Genesio Magalonensi Stephanus archidiaconus. In V. pro Meruntino episcopo Petrus diaconus. In VI. pro Antonio episcopo Vvamba diaconus, & pro Mustracio episcopo Valentino, Severinus diaconus. In Gallia item receptum ex concilio Lugdunensi I. apparet, in quo subscripsit Astemius diaconus, directus (ut ipse ait) a domino meo Maximo episcopo ecclesiæ Valentinæ: & sic in aliis. Quod cum in Hispania aliquando indignum ecclesiastica auctoritate visum esset, ut ministri cum majoribus & prælatis interessent, sederent & subscriberent, ideo in concilio Emeritensi cautum est, ut episcopi, si negociis, aut debilitate, aut alia ratione præpediti conciliis interesse non possent, si Vicarios mitterent, non diaconos; sed presbyteros, aut archipresbyteros eligerent. Diaconos autem, quos interfuisse

Concilium Emeritense. c. 5.

fuisse huic concilio notarius retulit, Vicarios non fuisse, existimarim, quod adstantes, non adsidentes renuntiaverit.

Et omni plebe.

Cur de plebe mentio in hoc concilio injecta. Cap. XII.

ABSIT, beatissime pater, ut hinc aliquis eam erroris maculam Hispaniæ aspergat, ut eo tempore, aut unquam in conciliis provincialibus, vel generalibus, interesse plebem potuisse dicat, & ejus judicio, ut ecclesiasticorum, causas ecclesiæ tractari, & diffiniri: sed ut auribus exciperet, quæ catholicæ ecclesiæ episcopi decreverant, ut re & opere postea exequeretur: solebant primitivæ ecclesiæ patres (quod & hodie observant) congregatis omnibus fidelibus in ecclesia, renuntiare palam, quod clam constituissent: eaque renuntiatio promulgationis vim & auctoritatem habebat: fiebat a notario, ex cujus fide decreta omnia concilii pendebant. Fuisse autem hanc concilii nostri Illiberritani renuntiationem a notario factam, inde colligitur, quod in primo hujus concilii canone, ut referunt CC. MS. addatur: Placuit inter eos: & in principio ante canones dicitur: *Cum consedissent sancti & religiosi episcopi in ecclesia Illiberritana, hoc est, Felix, &c. residentibus etiam XXXVI. presbyteris, adstantibus diaconibus, & omni plebe, universi episcopi dixerunt.* Quæ omnia indicant testimonium esse notarii. Nomina præsentium episcoporum principio olim præfigebantur; quia cum numero perpauci essent, incommodum id non erat, nec audientibus, nec legentibus grave, si ex fide notarii agnoscerent, qui concilio interfuerant, & decreta firmaverant. At cum in generalibus conciliis, & quibusdam provincialibus, incremento fidei, fidelium episcoporum numerus crevisset, ne tot nominibus recitandis molestia in principio lectoribus crearetur, prudenter ad calcem illa, additis subscriptionibus, rejecta sunt.

Sed tempus est, hujus concilii decreta, non tam nostra, quam summorum pontificum doctrina & auctoritate, sanctissimorum conciliorum sanctionibus, antiquorum patrum sententiis, & divinis ecclesiæ traditionibus, ut vetustissima, sic & catholicæ apostolicæque doctrinæ, & pietatis plenissima esse ostendamus.

DE CONFIRMANDO CONCILIO ILLIBERRITANO,

LIBER II.

Canon I. Vulgatus.

De his qui post baptismum idolis sacrificant.

Placuit, ut quicumque post fidem baptismi salutaris, adulta ætate, & ad templum idoli idolatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

Canon I. *Emendatus.*

De his qui baptismum idolis immolaverint.

Placuit inter eos, ut qui post fidem baptismi salutaris, adulta ætate, ad templum idoli idolatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen principale, nec in fine communionem suscipere.

Apostolorum symbolum cur patres Illiberritani initio hujus concilii omiserint. Cap. I.

EST hoc in more positum institutoque majorum, Clemens pater sanctissime (ut bene nosti) diuturno ecclesiæ usu & auctoritate comprobatum, & generalia & provincialia concilia a fidei catholicæ professione symbolo apostolorum tradita & consecrata exordiri: quod ob illorum est hæreticorum vesaniam inductum, qui adversus præcipua fidei capita, & recepta a sanctissimis patribus catholicæ religionis dogmata, perniciosas vocum novitates excitarunt. Et cum ad hoc usque concilii tempus Hispania disciplinæ apostolicæ tenacissima, ab omni erroris labe, singulari Dei beneficio (cui immensæ gratiæ & immortales) & pura & integra perstitisset; idcirco apostolicam fidei professionem a religiosissimis his patribus consulto fuisse silentio prætermissam; tum rationi; tum prudentiæ & sanctitati episcoporum magis est consentaneum. Cum certis præsertim D. Athanasii monumentis sit traditum, eumdem hunc qui concilio huic interfuit & subscripsit Osium, oborta Ariana hæresi contra secundam trinitatis personam, omnium illum primum Silvestri papæ, & universi concilii Nicæni auctoritate, Nicænum fidei symbolum concinnasse, & principio illius præfixisse (a quo illa posthac in conciliis reliquis edendi symboli manavit consuetudo) additis expressius his, quæ ad extinguendam accensam ab Ario flammam de consubstantialitate filii cum patre videbantur necessaria. Et cum de Spiritu sancto tunc nulla esset orta controversia, simili, aut eadem prorsus de causa ad asserendam Spiritus sancti divinitatem, nihil in Nicæno symbolo, aut concilii decretis, speciatim actum reperimus. D. Hieronymus illorum refellens sententiam, qui faventes Origeni dicebant, *Quomodo damnabimus, quos synodus Nicana non tetigit? qua enim damnavit Arium, damnasset utique & Origenem, si illius dogmata reprobasset, scilicet, uno medicamine omnes simul morbos debere curari. Et idcirco Spiritus sancti neganda majestas est, quia in illa synodo super substantia ejus silentium fuit. De Ario,* inquit, *tunc, non de Origene quæstio fuit: de filio, non de Spiritu sancto: confessi sunt, quod negabatur: siluerunt de quo nemo quærebat. Quamquam latenter Origenem fontem Arii percusserunt.* D. Basilius postquam Nicænum fidei symbolum retulit, ut subscriberet Eustachius Sebastæ episcopus. *Quoniam igitur in hac fide,* inquit, *reliqua quidem satis diligenter determinata sunt, alia ad correctionem noxiorum, alia ad præmunitionem, contra ea quæ in futuro suboriri possunt; sententia vero de Spiritu sancto in transcursu sine omni diligentia posita est, propterea quod nondum mota esset ista quæstio, sed adhuc credentium mentibus securus ac nullis objectus insidiis inesset de Spiritu sancto intellectus. Paulatim vero perversa impietatis semina se se exeruerunt, quæ quidem primum ab Ario hæresis auctore seminata, postea vero ab illis qui impia Arii commenta susceperunt, ad perniciem ecclesiarum munita sunt.* Gregorius Nazianzenus rescribens ad Cledonium, perspicuum & brevem catholicæ fidei tractatum ab illo requirentem, *Adjungentes, & insuper explicantes id quod ab illis,* Nicænos patres intelligit, *minus plene de Spiritu sancto dictum est, quoniam nondum coorta atque excitata hæc quæstio fuerat.* Sed ea jam excitata, abnegataque errore nefario per Macedonium sacrosancta Spiritus divinitate, ad eam asserendam addita sunt in concilio Constantinopolitano I & symbolo in eo edito. Qui ex patre procedit: nec addiderūt tunc patres Spiritum sanctum procedere etiam ex filio, quod illud ea tempestate (ut Basilius testatur) hæretici non negarent. Post autem cum in hoc hæretici, Greci præsertim offendissent, Alexandrinum concilium (ut est auctor Cyrillus) Ephesinum postea, Chalcedonense, Constantinopolitanum II. & III. Lateranense & Florentinum (ut provincialia omittamus) Spiritum sanctum a patre & filio procedere clarius expresserunt. Semper enim majores nostri divino ejusdem sancti Spiritus impulsu afflati studia omnia, curam, operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem eo defixerunt, ut unius fidei, unius ecclesiæ, unius Christi præclaram ab apostolis sibi quasi per manus traditam hæreditatem, quam temere & impie expilare conabantur hæretici, sartam ipsi & tectam religiosissime conservarent. Et cum Hispania non tam novellis hæreticorum commentis, quam antiquis & inveteratis idolorum superstitionibus; ob recentem fidei & Evangelii promulgationem, tenacius inhæreret: hinc religiosi & sancti Hispanicæ ecclesiæ patres, quidquid viribus eniti, concilio providere, & auctoritate decernere potuerunt, hoc omne ad præsentem Christianæ reipublicæ statum, ad evellendas scilicet defixas altius eas idololatriæ radices, singulari pietate & prudentia accommodarunt: gravissima his pœna proposita, qui Christianæ religionis mysteriis initiati,

Marginal notes: Athan. in epist. ad solitariam vitam agentes. — [Q]uando fidei [sym]bolum conci[liis] præfigi cœpit. — [D]. Hieronym in [ep]ist. 65. ad Pammachium & [O]ceanum. — D. Basi epist. 78. — Greg. Nazianze. epist. ad Cledonium in princ. — Conc. Constantinopol. 1. can 7. — D. Basil. lib. 2. in Eunomi. — Cyril. in epist. ad Nestorium approbata in concilio Ephesino tomo. 1. c. 14. — Conc. Calchedon. actione 5. — Constantinop. 2. sessione seu collatio. 8. — Constantinop. 3. actio 17. — Lateranense sub Innoc. III. c. 1.

initiati, & jam ætate, rationeque adulti ad templum idoli accedentes, idolum pro Chriſto, nefario ſcelere, ſummoque violatæ ſacræ majeſtatis crimine adorarent.

Placuit.

Quæ verbi, Placuit, vis; qui uſus ejus in conciliis. Cap. II.

QVAE non natura, aut divina lege conſtant, ſed quæ humanis epiſcoporum placitis rogantur & abrogantur conſtitutiones, per verbum PLACET, decerni, vetus mos. Quem primum in eccleſia apoſtolos uſurpaſſe in concilio Hieroſolymitano, Lucas refert. *Tunc PLACVIT apoſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia eligere viros.* Et poſt alia: *PLACVIT nobis collectis in unum.* Et poſtea: *VISVM eſt Spiritui ſancto & nobis.* Illa autem quæ ad fidem attinent, per verbum, PLACET, vel, VISVM EST, in conciliis non conſtituuntur: ſed per verbum, CREDIT, vel, AD ISTVM MODVM CREDIT SANCTA ET CATHOLICA ECCLESIA. D. Athanaſius de Syris patribus adverſus Arianorum hæreſim decreta ſua promulgantibus: *Nec conſulem*, ait, *nec diem, nec menſem addiderunt; ſed in negotio paſchæ non abhorruerunt iſtiuſmodi appendice; ibi enim placuit, ut adderetur VISVM EST, ut omnes obtemperarent: de fide vero non ſcripſerunt VISVM EST, ſed AD ISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & ſtatim ipſa confeſſio credendi adjuncta eſt: ut oſtenderent eam non eſſe novam ſententiam, ſed apoſtolicam, & quæ ipſi ſcripſiſſent, non eſſe ſua inventa, ſed apoſtolorum documenta.* Si autem fidei violatoribus nova aliqua pœna canonica adderetur (ut additur in hoc canone) vel confirmaretur antiqua, verbum, PLACVIT, uſurpari poteſt. Formulam autem inde ortum habuiſſe opinor, quod poſt diſſenſiones & diſceptationes de re dubia poſitiva excitatas (in omnibus enim conſentire omnes, naturæ profecto eſt humana paulo ſuperioris, cum poſt exactam diſputationem, placati fuerint omnium, vel fere omnium animi, & in eamdem ſententiam venerint; tamdem cum præſcribendum decretum eſt, quæritur ex ſingulis, vel a præſide, vel a notario concilii, an illis placeat eam conſtitutionem decerni: quibus ſibi placere reſpondentibus, fide geſtorum poſtea a notario facta, & literis conſignata, verbum PLACVIT, a patribus uſurpatum in principio decreti vel ſanctione refertur. Quod præter alia ex concilio Carthaginenſi. I. conſtat. Cum enim Gratus epiſcopus Carthaginenſis, Africanæ eccleſiæ primas, & præſes concilii, hæc propoſuiſſet: *Et illud præcipue, ſi videtur veſtræ dilectioni, cavendum eſt, ut paſtoris cura.* Ad finem canonis dicitur: *Vniverſi dixerunt, PLACET.* Et poſtea: *Cum idem Gratus propoſuiſſet, avaritiæ cupiditatem radicem omnium malorum eſſe, prohibendumque inde eſſe; ne quis alienos fines uſurpet, univerſi dixerunt: PLACET, PLACET.* Idem liquet ex duabus ejus concilii ſanctionibus, quod vulgo Africanum dicitur. (Particulare enim illud concilium non eſt, ſed compilatio ex diverſis Carthaginenſibus, Milevitano, Hipponenſibus, & aliis, eo Africani generali nomine a compilatore, nec eo ſatis docto inditum, ut idoneo loco diſſeremus) priori enim Aurelius epiſcopus dixit (erat autem Aurelius concilii præſes.) *Quod in tractatum venit caritatis veſtræ, puto hoc eccleſiaſticis geſtis eſſe firmandum. Profeſſio veſtrum omnium hæc deprompſit, debere unumquemque noſtrum in civitate ſua per ſe convenire Donatiſtarum præpoſitos; aut adjungere ſibi vicinum collegam, ut pariter eos in ſingulis quibuſcumque civitatibus, vel locis, per magiſtratus vel ſeniores locorum conveniantur: hoc ſi omnibus PLACET.* Poſtea, vero ſic addidit idem Aurelius: *Si videtur caritati veſtræ, forma conventionis eorum recitetur: ut hunc tenorem proſecutionis omnes SI PLACVERIT teneamus. Ab omnibus epiſcopis dictum eſt, Recitetur. Latus notarius recitavit.* In poſteriori vero ſic. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluceſcet: ſi autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facile innoteſcet. Cumque recitata eſſet, ab omnibus epiſcopis dictum eſt, SATIS PLACET, hoc fiat. Id ipſum Hiſpanorum conciliorum uſu receptum eſt, Toletani I. Cæſarauguſtani & aliorum. Quem etiam morem in habendis Senatuſconſultis, Romanos olim obſervaſſe, ex his Valerii ſinglis, vel notis liquet. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. quas ſic ille interpretatur: Quid de ea re fieri placeret, de ea re univerſi ita cenſuerunt. Sic Vlpianus cum ſenatuſconſulti de petitione hæreditatis formulam referret, hæc ait poſt alia. *QVOD. FIERI. PLACERET. DE. QVE. EA. RE. ITA. CENSVERVNT.* Et poſtea. *PLACERE, redacta ex pretio rerum venditarum pecunia uſuras non eſſe exigendas.* Et alibi: *Item PLACERE; a quibus heredibus petita fuiſſet, ſi adverſus eos judicatum eſſet, pretia quæ ad eos,* Cicero: *Cum ſententiæ*, inquit, *graviſſime dicerentur, PLACERE, mihi domum reſtitui.* Et cum de varia Senatuſconſultorum conceptione verba faceret. *Quatuor omnino genera ſunt, judices: in quibus per ſenatum more majorum ſtatuatur aliquid de legibus: unum eſt hujuſmodi: PLACERE legem abrogari, ut Q. Cæcilio, Marco Iulio conſulibus, quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur.* Nec hanc ſolum formulam integer obſervabat ſenatus, cum reſponſa dabat, aut decreta efferebat in album; ſed & ſinguli ſenatores, cum eorum ſententiæ rogarentur. Valerius Maximus de Scipione Æmiliano. *Idem*, ait, *cum Servius Sulpitius Galba, & Aurelius Cotta conſules in ſenatu contenderent, uter adverſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur, ac magna inter patres conſcriptos diſſenſio eſſet, omnibus quonam ejus ſententia inclinaretur, expectantibus, Neutrum,* inquit, *mihi mitti PLACET: quia alter nihil habet: alteri nihil eſt ſatis: æque malam licentis imperii magiſtram judicans inopiam, atque avaritiam: quo dicto ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.* Quod ſi olim in ſenatu non quid inſtituendum, ſed prohibendum quid decerneretur, contra pronunciabant: id eſt, NON PLACERE. Cicero: *Atque ita ſententiæ dicebantur, cum Stemnius abſens reus factus eſſet, de abſente judicium nullum fieri PLACERE: & ſi quid eſſet factum, id ratum eſſe NON PLACERE.* Idem, *niſi hæc ipſa lex, quam Caius Cornelius tulit, obſtitiſſet, decreviſſem, ſenatui NON PLACERE, id judicium de Sylla bonis fieri.* Livius: *Decrevit ſenatus*, inquit, *Tribunos plebis NON PLACERE cauſas militares cognoſcere, quo minus ad edictum conveniretur.*

Lucas actuum 15.

D. Athanaſ. in princ. lib de ſynodis Arimini & Seleuciæ.

Conc. Cartha. I. can. 1. &

Canone. 10.

Conc. African can. 58. & 59.

Vlpianus in l. item veniant. 22. §. præter hæc. verſ. pridie Idus Verſ. cũ autem. Verſ. item placere.

Cicero epiſt. 2. lib. 4. ad Atticum.

Idem in orat. pro Cornelio. de majeſtate.

Val. Max. lib. 6. c. 4.

Cicero lib. 4. in Verrem.

Idem in Corneliana.

Livius, 34.

Idem lib. 39.

Placuit inter eos.

IN CC. MS. poſt verbum, PLACVIT, additur, INTER EOS: quod indicat hanc eſſe concilii renunciationem teſtimonio notarii confirmatam, ut paulo ſuperius obſervavi. Concilia enim non ſolum indicebantur & habebantur in eccleſia, ſed & illorum etiam fiebat in eccleſia promulgatio, ut nota fierent univerſo populo Chriſtiano. D. Iſidorus: *Concilium*, ait, *quoque nullus ſolvere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur: ita tamen ut ante duos aut tres dies, quam ſolvatur concilium, omnes conſtitutiones a ſe editas diligenti conſideratione retractent, ne in aliquo offendiſſent. Item in die quo concilium abſolvendum eſt, canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt, coram eccleſia in publico relegantur: quibus explicitis, reſpondeatur in choro, Amen. Deinde ad locum redeuntes, ubi in concilio reſederunt, canones ipſos ſubſcribant.* Hoc ipſum obſervare ſolitos Romanos olim conſtat: leges enim & conſtitutiones imperatorum in ſenatu recitatæ confirmabantur, ut Theodoſius & Valentinianus impp. ſcripſerunt. Athalaricus etiam rex apud Caſſiodorum ad ſenatum urbis Romæ. *Hæc in cœtus veſtri ſplendore recitentur, & per triginta dies præfectus urbis locis celeberrimis faciat ſolemni more proponi.*

D. Iſid. lib. de modo celebrandi concil.

Theodoſ. & Valentin. impp. l. 8. de legib.

Lib. 9. vari. c. 15.

Ad templum idoli idolatraturus acceſſerit.

Quæ ſit templorum origo; quæ ratio. Cap. III.

ANTEQVAM templa eſſent & loca ad cultum Deo habendum certa & præſcripta, in montibus & agris ſub dio orabant olim. De Iſaac legimus quod in agrum exibat ut meditaretur, id eſt, oraret. Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in monte Olivarum oraſſe, ut turbam hominum fugeret, ſanctorum Evangeliſtarum teſtimoniis conſtat. Apud Perſas, neque templa, neque ſtatuas, neque aras exſtruere, conſuetudo erat: quinimo his auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent eſſe patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet & domus, ut refert Cicero. Quare in more illorum poſitum fuiſſe, editiſſimis quibuſque conſcenſis montibus orare, Herodotus affirmat. De templis autem Gentium poſtea: de populo vero Iſraëlitico agendum prius. Tabernaculum a Moyſe Deo conſtructum eſt, quod etiam templum & domus Dei dictum eſt, *Ingreſſus eſt Elcana & Anna in domo Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipſis.* Et poſtea dicitur, quod Samuel dormiebat in templo Dei: tabernaculum enim quod fixit Moyſes, erat in Silo. Hoc autem tabernaculum præcipiente Domino feciſſe Moyſen, & ſacraſſe cum menſa & altari æreis vaſis & utenſilibus ad

Geneſ. 21.

Geneſ. 24.

Matt. 14. Marc 6. Luc. 22. Ioan. 6.

Cicero lib. 2. de legibus

Herodot. lib. 1.

1. Reg. 1.

1. Reg. 3.

Exod. 35.

ad divinum cultum explendum; nec solum divinis precibus ea sacrasse; sed etiam sancti olei vnctione, literis sacris traditum est, & Felix PP. IV. scribit ad omnes episcopos. Postea vero regium & magnificum templum a Salomone exstructum, adhibitis multis ceremoniis & orationibus sacratum fuisse, ut dignus fieret locus ille, in quo orantes a Deo exaudirentur, dignareturque inibi Deus, ut pote in loco sibi soli & ejus cultui dicato inhabitare. Ante hæc autem rex Salem panes obtulit domino. Et ante eum nomen domini invocauit Enos, Abel & Adam. Sed an id in templis effecerint, quia divinarum literarum testimonio non constat, affirmare non ausim.

(Margin: ...pa 4. in ...rientis ...cap. 1. ...at. in c.° ...culum. de ...atione di... 8. 4.)

Inter gentes autem, Epimenidem Cretensem primum omnium templa diis ædificasse, auctor est Diogenes, etsi Vitruvius Pythium architectum primum omnium Prienæ ædem Minervæ fecisse tradat. Herodotus vero Ægyptios primos diis delubra statuisse scribit: quod Phoroneo Ægyptio, aut Mercpi, ex Varrone in admirandis tribuit Arnobius. Romæ autem, teste Livio, Romulus templum dicavit Iovi Feretrio, quod primum omnium more gentis sacratum fuit. In Hispania autem antiquissima fuisse templa diis dicata, illud indicat, quod Plinius refert, annos videlicet ducentos ante excidium Troiæ, templum Dianæ sacratum. *Et in Hispania Sagunti aiunt, templum Dianæ a Zacyntho advecta cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Troiæ, auctor est Bocchus, infraque oppidum ipsum id haberi, cui pepercit religione inductus Hannibal, juniperi trabibus etiam nunc durantibus.* Zacynthum autem fuisse comitem Herculis & ab eo Zacynthum & postea Saguntum ædificatum recenset Vasæus. In insula Gaditana in extremis Bæticæ provinciæ finibus templum Herculis fuisse celebre, & in eo duas illas columnas (quas Herculis vocant) refert Olivar. Apud Gaderam in Hispania exstare templum senectuti dicatum, quod maxime ætatem, utpote magistram rerum venerarentur; alterum vero morti, ut communi quieti & portui miseriarum, post exantlatos labores, Ælianus est auctor. Ut ab antiqua ergo & vana gentium superstitione ad veri Dei cognitionem Hispanorum animi revocarentur, semelque revocati in vera & sancta Christi religione diutius constantiusque perseverarent: ideo decernunt Hispanicæ ecclesiæ patres, ne quispiam Christianæ doctrinæ mysteriis imbutus, adulta jam ætate, ad idola gentium idololatraturus accedat; accedentis vero crimen gravissima, sed justissima animadversione coercent. Erant enim tunc, ethnicorum imperatorum tyrannide, nondum omnino propagata Christiana religione, ecclesiæ in civitatibus, a Christianis Deo vero sacratæ: sed templa plura a gentibus dicata dæmonibus, quorum multa, oblata idonea occasione, dirui postea (Osio forsan suggerente) imperator Constantinus decrevit, ut refert Eusebius: & post illum rem ipsam confirmavit Constans ejus filius: solum illa templa quæ extra muros erant reservari Romæ jussit in l. 3. C. Theod. de Pagan. quæ non recte ab Anniano ejus codicis compilatore ordine quartæ præponitur, cum postponi debuisset, ut tempore posterior. *Nam cum ex nonnullis*, ait, *vel ludorum vel Circensium, vel agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præbeatur priscarum solemnitas voluptatum.* Postea vero singulari hæc omnia pietate Arcadius & Honorius impp. sustulerunt. *Si qua*, aiunt, *in agris templa sunt, sine turba & tumultu diruantur: his enim dejectis atque sublatis, omnis superstitionis materia consumetur.* Eximia tamen & summa religione Hispanus noster Theodosius omnia fana, templa, delubra a reliquis reservata, præcepto magistratuum non dirui solum, sed conlocatione venerandæ Christianæ religionis signi expiari præcepit.

(Margin: ...s lib. 1. ...rus lib. 2. ...s lib. 6. ... gentes. ...c. 40. ...in chro... ...an. anno ...Olivarius ...um. cap. ...de varia ... ...s de vita ...ntini. l. 3. ...ns Imper. ...C. Theod. ...anis. ... & Ho... ... l. 16. ejus... ... & tit. ... in l. 25. ...od. & tit.)

Idololatraturus accesserit.

Quæ idoli etymologia, quæ idolatriæ exterioris & interioris vetustas. Cap. IV.

IDOLI nomen a Græco εἶδος, quod Latine formam sonat, & ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æque ut apud nos formulam docuit Tertull. *Exinde jam caput facta est idololatria ars omnis, quæ idolum quoquo modo edit. Neque enim interest, an plastes effingat, an calator exsculpat, an phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Quando enim & sine idolo idololatria fiat: utique cum adest idolum, nihil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id solum idolum habendum, quod humana effigie sit consecratum. Ad hoc necessaria est vocabuli interpretatio. εἶδος, Græce formam sonat, ab eo per diminutionem εἴδωλον deductum, æque apud nos formulam se dici exposcit. Igitur omnis forma & formula idolum se dici exposcit. Inde idololatria omnis circa omne idolum famulatus & servitus.* Quæ cum in suum opus originum & etymologiarum transtulisset D. Isidorus, quædam ex exemplari non recte immutavit. *Idolum autem*, inquit, *est simulacrum, quod humana effigie factum & consecratum est, extra vocabuli interpretationem: εἶδος enim Græce formam sonat, & ab eo per diminutionem idolum deductum: quod apud nos formulam facit. Igitur omnis forma, vel formula, idolum se dici exposcit. Inde idololatria, omnis circa idolum famulatus & servitus.* Si enim quæcumque formula idololatria est; necesse non erit, quod forma sit humana: nihil enim interest, ut Tertullianus ait, (a quo ea desumpsit Isidorus) quale sit, qua materia, qua de effigie consecratum: hæc enim quæ in partem negantem protulit Tertullianus, in affirmantem parum attente transtulit Isidorus, vel Isidori exscriptores; apud quem pro verbo; Humana, legendum putarem, Quacumque: ut sensus sit, quem postea idem Isidorus indicavit, dum dix it. *Igitur omnis forma, vel formula idolum se dici exposcit.* Ad finem ejusdem versiculi, leve aliud mendum tollendum est. *Quidam vero*, ait, *Latine ignorantes, Græce imperite dicunt, idolum ex dolo sumpsisse nomen: quod diabolus creaturæ cultum divini numinis invexit.* Verbum, Latine, in Latini, est convertendum, ut contextus sit: Quidam vero Latini, ignorantes Græce, dicunt imperite, idolum ex dolo sumpsisse nomen.

(Margin: D. Isid. lib. 8 ety. molog c fin. — Conc. i. l. de ...ria.c.3.)

Idolorum & simulacrorum usum a desiderio mortuorum originem habuisse, Augustinus docuit, cujus sententiam secutus est Isidorus, & ante hos B. Fulgentius, (si illius operis est auctor) in suis mythologiis, & D. Cyprianus. Eorum antiquitatem varie repetit idem Isidorus. *Apud eos, Hebræos scilicet, idolum, sive simulacrum Ismael dicitur: Iudæi dicunt, quod Ismael primus simulacrum luto fecerit: Gentiles autem primum Prometheum simulacra hominum de luto finxisse perhibent, ab eoque natam esse artem simulacra & artis fingendi: unde & poetæ ab eo homines primum factos esse confingunt, figurate propter effigies. Apud Græcos autem Cecrops, sub quo primum in arce oliva orta est, & Atheniensium urbs ex Minervæ appellatione nomen sortita est. hic primus omnium Iovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia umquam visis.*

(Margin: D. Aug. lib. 21. contra Faustum c. 15. — D. Isid. lib 8. etymol. c. fin. — D. Cypr. in lib. Quod idola non sunt dii.)

Herodotus, Ægyptios omnium primos duodecim deorum cognomina censuisse, primos diis aras, simulacra & delubra statuisse, animalium figuras saxis insculpsisse, & ab illis Græcos fuisse mutuatos refert. Alii (authore Diodoro) Æthiopes aiunt simulacrorum usum primum attulisse, & ab his accepisse deinde Ægyptios D. Fulgent. ex lib. 14. antiquitatum Diophantis retulit idoli inventionem in Syrophanem Ægyptium, virum locupletem, qui mortui filii unigeniti simulacrum in ædibus proposuit, doloris solatium: dumque tristitiæ remedium quærit, seminarium potius doloris invenit; nesciens, quod sola sit medicina miseriarum, oblivio: fecerat enim ille unde luctus resurrectionis in dies augesceret, non in quo luctus solatium inveniret. Denique idolum dictum est εἰδωδύνη, quod nos Latine species doloris dicimus. Namque universa familia in domini adulationem aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoramenta simulacro succendere consueverat: nonnulli etiam servorum culpabiles domini furiam evitantes, ad simulacrum profugi veniam merebantur, & inde, quasi salutis collatore certissimo, florum aut thuris offerebant munuscula, timoris potius effectu, quam amoris affectu. Hyginius & Lactantius a Prometheo hunc usum manasse dicunt, natamque artem statuas, & simulacra fingendi. Sed longe ante Prometheum idolorum origo fuit: nam Prometheus, teste Eusebio, post Ogygium diluvium, in Attica fuit, Iosephi patriarchæ temporibus: at antea, Rachel Laban patris simulacra furata est, ex Genesi & Iosepho. Didymus Melisæo Cretensium regi primum, sacrificia, ritus, pompam, & sacra accepta refert. Euhemerus Iovi tribuit, historiam recensens, quam late commemorat Lactantius. Berosus Ninum ait fuisse primum, qui idololatriam invexerit, qui primus templum Belo patri, Iunoni, & Rheæ aviæ statuas in medio oppidi erexerit. D. Hieronymus. *Ninus rex Assyriorum adversus Zoroastrem magum, regem Bactrianorum, forti certamine dimicavit, & in tantam pervenit gloriam, ut patrem suum referret in Deum, qui Hebraice dicitur Bel bel.* Galatinus ab eodem Nembroth Assyriorum tyranno originem idolorum ducit, & ab eo homines edoctos igni tamquam rei potentiori sacra facere, & sic illud persuasisse Gētibus, ut Chaldæi undique Deum ignem circumferrent, & eo tamquam valentiore ceterarum

(Margin: Herodot. lib. 2. — Diodorus lib. 4. D. Fulgent. l. b. 1. Mytholog. — Hyginius fabula 174. Lactantius lib. 1. div inst. institut. Euseb. in chron. Genes. 9. Ioseph. lib. 1. antiquita. Lactant. lib. 1. de falsa religione, ad fin. D. Hier. in Oseæ, cap. 2. Galatin. lib. 4. c. 16.)

Ambrof. lib 1. de Paradifo. c. 3. Idem. c. 5. ad Roman.

terarum gentium Deos æreos, ligneos conficerent, donec fraude facrificuli occurfum eft huic abactori Deo, propofita perforata obductis cera foraminibus urna, & plena aqua, ad quam ut illic admoverunt ignem fuum, diffoluta cera diffluens aqua extinxit, magno circulatorũ ftupore. Quod fi ab idololatria exteriori ad interiorem dilabamur, altius multo originem repetit Iuftinus martyr, exiftimans protoparentes paradifo ejectos, quod deos crederent, qui non effent, deorumque nomen pofteris tradidiffent: quod non difplicuit Ambrofio, qui ferpentem vocat originem idololatriæ: & alibi. *Qui autem funt, qui contempto Deo peccaverunt, nifi qui neglecto creatore fervierunt creaturæ, Deos fibi conftituentes quos colerent ad injuriam Dei? Nam & Thare pater Abrahæ, & Nachor, & Laban proprios Deos fibi vendicabant & peccatum Adæ non longe eft ab idololatria. Prævaricavit enim putans fe hominem futurum Deum. Æftimavit enim hoc magis profuturum, quod diabolus fuafit, quam quod Deus juffit, in loco Dei diabolum ftatuens; unde & fubjectus eft diabolo.* Id quoque vifum Clementi, Theophilo Antiocheno & D. Epiphanio. *Serpens decepit Evam, dicens: Eritis ficut dii: deinde progrediente tempore, multiformem & monftruofam imaginationem ipfis induxit; ab uno enim vero Deo ipfos abduxit, & olim blafphemam idololatriæ vanitatem ipfis immifit.* Ad peccatum angelorum Luciferi & reliquorum, quam idololatriam vocarunt, funt ex veteribus qui referant. An autem idola arte ftatuaria, plaftica, fculptura, vel pictura primum conftiterint, fcrupus aliquando injectus eft, quem aliqua ex parte exemiffe videtur Plinius, plafticam tradens ftatuaria & pictura fuiffe priorem. Sufpicari facile eft, ea adinventa idolum factum fuiffe. Et hoc eft quod Core Corinthia, auctore Plinio & Athenagora, eam quæ vocatur Caroplaftice, prima inveniffe dicitur: amore enim cujufdam viri cum teneretur, illo peregre abeunte, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis confcripfit, quibus pater ejus (Dibutades Sicyonius perhibetur) primus hujus operæ figulus, impreffa argilla typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratum igni propofuit. Eodem refpexit Epiphanius, cum per figlinam fcientiam primum imagines effictas fcribit: Sed earum inventores Græcis & Thufcis antiquiores facit Ægyptios, Babylonios, Phryges, & Phœnices; imo a Thare qui in Cappadocia primus aram defuncti filii fieri juffit, repetit originem. Sed verum illud eft, quod Ariftoteles docet, nihil prohibere, eafdem artes a diverfis, vel eodem, vel etiam diverfo tempore, citra ullam communicationem inveniri. Apud Hifpanos, (ut de reliquis Gentibus taceamus) idololatriam, Betone Hifpaniarum rege humanis rebus fublato, Geryonis ætate, qui Betoni in regno fucceffit, primum ab Ofiride (qui tunc ex Ægypto venit in Hifpaniam, & Dionyfius eft vocatus) initium habuiffe, a noftris memoriæ proditum eft; Ofiridem autem filium fuiffe ex Semele filia Iovis Cadmi, a Diodoro Siculo.

Iuftin. Mart. in admonit. ad Gẽt. Clemens lib. 2. recognitio Theoph. Antio. 2. ad Autolycum. D. Epiphan lib. 1 de hæref. tom. 3. hæref. 37. quæ eft Ophitarum. Genef 11. & 31. Genef 31.

Plinius. lib. 34. c. 7.

Idem lib. 35 c. 12. Athenagor. Apolog. pro Chrifti.

Epiph. in prin. Panarii.

Vaffæus in chroni. c. 10. an. 154. poft diluvium. Diod. Sicul. li. 1.

Et fecerit, quod eft crimen capitale.

Cur idololatria crimen capitale, vel principale dicatur. Cap. V.

IN manufcriptis principale: utrumque recte: fed primitivæ ecclefiæ patres, idololatriam crimen principale frequentius vocabant, quod illud nimia delicti gravitate principem locum inter reliqua crimina obtineat. Tertullianus. *Principale crimen generis humani, fummus fæculi reatus, tota caufa judicii idololatria.* De quo hanc mox rationem reddit. *Nam etfi fuam fpeciem tenet unumquodque delictum, fi fuo quoque nomine judicio deftinatur, in idololatria tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognofce, idololatres, idem homicida eft. Quæris quem occiderit: fi quid ad elogii ambitionem facit, non extraneum, nec inimicum, fed feipfum. Quibus infidiis? erroris fui. Quo telo? offenfa Dei. Quot plagis? quotquot idololatriis. Qui negat idololatrem periiffe, is negabit idololatrem homicidium feciffe. Proinde adulterium & ftuprum in eodem recognofcas: nam qui falfis deis fervit, fine dubio adulter eft veritatis: quia omne falfum adulterium eft. Sic & in ftupro mergitur. Quis enim immundis fpiritibus operatus, non confpurcatus & conftupratus incedit? Atque adeo fcriptura fancta ftupri vocabulo utuntur in idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea eft, opinor, fi quis alienum rapiat, aut alii debitum neget, & utique erga hominem admiffa fraus, maximi criminis nomen eft. At enim idololatria Deo fraudem facit, honores illi fuos denegans, & conferens aliis, ut fraudi etiam cõtumeliam conjungat. Quod fi tam fraus, quam ftuprum atque adulterium mortem adferunt, jam in his aque idololatria de homicidii reatu non liberatur. Poft talia crimina, tam exitiofa, tam devoratoria falutis, cetera quoque ad aliquem modum & feorfum proinde difpofita in idololatria conditionem fuam repræfentant. In illa & concupifcentiæ fæculi. Quid enim idololatriæ folemnitas fine ambitione cultus & ornatus? In illa lafciviæ & ebrietates, cum plurimum victus, & ventris, & libidinis caufa frequentantur. In illa injuftitia. Quid enim injuftius ea, quæ juftitiæ patrem nefcit? In illa etiam vanitas, quum tota ejus ratio vana fit. In illa mendacium, quum tota ejus fubftantia mendax fit. Ita fit, ut omnia in idololatria, & in omnibus idololatria deprehendatur.*

Tertul. li. de Idololatr. in princ.

Summum delictum fæpe vocat D. Cyprian. aliquando graviffimum & extremum: ingens & immenfum prefbyteri & diaconi Romæ confiftentes ad Cyprianum. Nam ut ipfe ad Stephanum papam fcribit, quod majus poteft effe delictum, aut quæ macula deformior, quam adverfus Chriftum fteriffe? quam ecclefiam ejus, quam ille fuo fanguine paravit & condidit, diffipaffe? Eum ergo, qui non folum templum Gentilium ingrederetur, fed & idolis facra faceret, communione privandum merito decernitur. Nec epifcopi folum, fed & imperatores Chriftiani fummi hujus fceleris reatum puniendum conftituerunt. De Conftantino teftis eft Conftantius Auguftus ejus filius. Poftea tamen pœnam gladii facra diis facientibus idem propofuit, bonis omnibus fifci juribus addictis. *Placuit omnibus locis atque urbibus univerfis claudi protinus templa, & acceffu vetitis omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari: volumus etiam cunctis facrificiis abftinere. Quod fi quis aliquid forte hujufmodi perpetraverit, gladio ultore fternatur: facultates etiã peremptis fifco decernimus vindicari: & fimiliter adfligi rectores provinciarum, fi facinora vindicare neglexerint. Pœna illos capitis fubjugari idem Conftantius & Iulianus præcipiunt, quos operam facrificiis dare, vel colere fimulacra conftiterit. Confirmarunt aliis pœnis Gratianus, Valentinianus, Theodofius, & poft ipfos, Leo & Anthemius imperatores.*

D. Cyprian. [...] 10. ad Clerum [...] epift 11. ad [...] tyres. & 12. [...] plebem. & [...] de lapfis [...] Prefbyteri & diaconi in [...] ad Cypr qui [...] tat inter ejus epift. 30. Cyprian in [...] 72. ad Steph. PP.

Conftant. [...] l. 2. Cod Th[...] de paganis. L. 4 ejuf tit. l 6 ejufdem & Cod. Grat. Valent. Theod. in [...] 10 11. 12 13 [...] 16. Cod Th[...] ejufd. tit. Leo & Anthemius in l [...] C. de pagan.

Nec in fine eum ad communionem fufcipere.

Quid communionis nomine contineatur: & an perpetua communionis interdictio jufta fuerit necne? Cap. VI.

PRAESTAT manufcriptorum lectio, fine præpofitione. Nec in fine eum communionem fufcipere. Hoc uno inter alia feveritatis exemplo permotus aliquando Cæfar Baronius, de auctoritate hujus concilii nonnihil voluit detractum; exiftimans hærefim Novatiani fapere, in extremo conftitutis euchariftiæ facramentum negare: cum Chriftus promiferit peccatori, quacumque hora ingemuerit, exaudiendum. Hoc ipfum concilio huic impofuerunt alii. Quod cum paulo fuperius refutandum nobis offerretur, ne longius tunc progrederetur oratio, ad hunc locum refervavimus. Ecclefia igitur Hifpanica, S. Romanæ auctoritate fuffulta, & divini numinis gratia (ut verifimile eft) illuftrata, numquam defpexit lapforum falutem, non defperavit medicinam morientium: nec refipifcentibus adhuc in vita aditum interclufit ad veniam: cum lapfos viventes communione facra, & ecclefiaftica poft tempus, morientes æterna fœlicitate, & frui & lætari, pietate paterna, materna benignitate & avita teneritudine femper & voluerit & optarit, & latis multis fanctionibus oftenderit: fed cum his mollire quorumdam impiorum duritiem nequiffet, graviffima & cenforis & judicis affumpta feveritate, invita quodammodo, eam vel perfringere aliquando curavit: & efficere tamdem, ut quos inftituta majorum, quos fanctorum patrum exempla, quos fpontanea fidei profeffio, quos dulce Chrifti jugum intra ecclefiam continere non potuit, contineant tamdem graviffimæ Petri claves, & acutiffimus Pauli gladius, acriores in terra cæleftis & divinæ juftitiæ vindices, quorum vel fola auditione a tam nefario fcelere vel impiiffimi poffent deterreri. Proponunt enim non temporalem aut certis annorum terminis circumfcriptam, fed perpetuam facræ communionis interdictionem apoftatis a fide. Quod fane fupplicium in primitivæ ecclefiæ incunabulis non utiliffimum modo, fed prope neceffarium ad cohibendam peccatorum licentiam eft habitum: cum ut ipfi de manfuetudine ecclefiæ confifi, a recto religionis tramite longius aberrare extimefcerent: tum ut aliorum audacia, qui ab orthodoxa fide vellent difcedere, horum exemplo & fupplicii gravitate reprimeretur. Quod agnovit, retulit, & probavit Innoc. PP. I. refcribens ad Exuperium. *Et hoc quæfitum eft, quid de his obfervari oporteat, qui poft baptifmum, omni tempore incõtinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ fuæ, pœnitentiã fimul*

Cæfar Baron. tom. 1. annal. ecclefiaft.

Cirati c. 4. [...]

Lapfos refipifcentes admitti ad veniam concilium Illiberritanum [...] none 22. Et morientes catechumenos æterna beatitudine perfrui fub fide quam [...] diderant declarant. can. 7[...]

Innoc. I. in ep[...] ad Exuper. e[...] copum Tolo[...] num. ca. 2.

&

& reconciliationem communionis exposcunt: de his observatio prior, durior: posterior, interveniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos, non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur: & duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, ne Novatiani hæretici negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur. Ecce quomodo Innocentius, temporum vicissitudini cedens, quod uno ut utile, justum & necessarium probat, altero, ut inutile, grave & acerbum rejiciendum consulit. Quod cum ad hujus canonis interpretationem pervenissem, gaudeo læ-torque, animadvertisse Cæsarem Baronium, & pro vera & Christiana animi sui pietate, non solum hujus pœnitentiæ severitatem ecclesiæ antiquæ moribus consentaneam agnovisse, sed præclaro & illustri Augustini exemplo, pristinam sententiam de hujus concilii auctoritate aperte & ingenue retractasse: quod sine jucunda & grata tam pii & eruditi viri memoria, nec potui, nec debui, nec volui prætermittere. Vtinam nostri tanto & veritatis & religionis flagrassent studio, ut quæ semel minori forsan dixerunt consideratione, secundis cogitationibus melioribus & lucubrationibus emendassent: melius enim & suo nomini & literarum studiis esset consultum: tunc enim optime veritatem defendi, sapienter testatur Leo magnus pontifex sanctissimus, cum opinio falsa a propriis damnatur auctoribus. Nec ab Innocentio solum hujus antiquæ pœnitentiæ severitatem probatam legimus, sed & ab Adriano papa hujus nominis primo. Canonem LXXV. hujus concilii eisdem verbis retulit. *Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Eamdem pœnam confirmarunt antiqui Coloniensis concilii patres in quo XIII. hujus concilii canonem & pœnitentiam totidem verbis referentes probarunt, post alia. *Quod & de virginibus si mœchatæ fuerint, statuimus sicut in concilio Eliberitano c. XIII. scriptum est: Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse communionem.* Eamdem pœnam vel medicinam potius sanxit concil. Moguntinum III. sub Arnulfo, & aliud Moguntinum sub Rabano & ipse Rabanus Maurus archiepiscopus sæpe in suo pœnitent. libro. Eamdem apostatis imposuit concilium Arelaten. I. *De his qui apostatant, & antequam se ad ecclesiam repræsentent, ne quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea in infirmitate correpti petunt, eis non dandam communionem.* Eamdem probavit concilium apud sanctum Medardum in Suburbio Suessionensi tempore Caroli regis, in quo patres Gallicanos hujus concilii auctoritate, & pœnæ similitudine gravem causam inter archiepiscopum Rhemorum Hincmarum, & quosdam alios terminasse, testimonio suo obsignavit notarius his verbis. *Vnde & iidem fratres qui felle amaritudinis majores natu criminati sunt, quorumque vox muta fore est judicata, juxta canonicam auctoritatem, secundum concilium Eliberitanum, quod actum est tempore Constantini cum missis apostolicæ sedis, cap. LXXV. Si quis, inquiens, episcopum, vel presbyterum, sive diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Nec fidelibus laicis solum, sed episcopis communionem, etiam laicam, ut ultimo vitæ spiritu interdixit concilium Sardicense generale, cui præfuit Osius si illi, ut ex propriis ecclesiis ad alias ascenderent, simulatum earum officium & literas invitantes confingerent. *Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, ut fortassis talem excusationem afferens asseveret, quod a populis literas acceperit: cum manifestum sit, potuisse plures premio & mercede corrumpi eos qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum: omnino has fraudes damnandas esse arbitror: ita ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vero omnibus placet, statuite. Synodus respondit, Placet.* In Hispania autem perpetuam hanc sacræ communionis privationem multo post in ecclesiæ usu fuisse ob leviora adhuc delicta, ex concilio Ilerdensi constat. *Episcopi, ait, presbyteri, diaconi relicta, si maritum acceperit, in fine non communicet.* Concilium Toletanum, adversus illos qui absque subita vel extrema cor-

Car. Baron. 2. annal. eccl.

Han. papa in canonum collectione quam ad causæ instructionem.

Concil. Colon. c. 26.

Conc. Moguntin. sub Arnulfo. c. 25.

Conc. Moguntin. sub Rabano c. 26.

Rabanus in pœnit. libro. c.

Concil. Arelaten. c. 23.

Concil. Suession. ad S. Medardum actis ad finem. ult.

Concilium Sardicense can. 2.

vetusto codice librorum 5. c. 4. libri 2.

A poris necessitate eucharistiam projecissent, id ipsum decrevit. *Iam vero, ait, quicumque, aut de fidelium, aut infidelium numero, corpus domini absque inevitabili infirmitate projecerit, si fidelis est, perpetua communione privetur: si infidelis, verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur.* Eamdem pœnam imposuit antea concilium Cæsaraugustanum primum: si susceptam eucharistiam in ecclesia fidelis non consumpsisset. Quam iterum confirmarunt, adversus eos qui aliquo idololatriæ crimine polluerentur. *Item legit vigesimo & uno die, quo a XVI. Kal. Ianu. usque in diem Epiphaniæ, quæ est octavo Idus Ianuarii, continuis diebus nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec sedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam: quod qui non observaverit, his decretis anathema sit in perpetuum.* Anathema autem in perpetuum, quid aliud est quam perpetua sacræ communionis privatio, ab hoc primum concilio fateor profecta, repetita B paulo post Sardicensi, Coloniensi, Moguntino, Vvormaciensi, Suessionensi, Cæsaraugustano, Ilerdensi & Toletano; ac tandem a pontificibus Adriano & Innocentio confirmata. Aut ea igitur omnia concilia & pontifices ex sacro conciliorum & pontificum numero turpiter rejici oportet: aut hoc nostrum sanctissime retineri: cum ferendum non sit, ut quibus rebus tot patres, tot episcopi, tot provinciæ, tot gentes vere gloriantur, easdem in nobis falso reprehendant. Si animadvertant præsertim, tanto esse graviorem posteriorem hanc pontificum & conciliorum, quam Illiberritani severitatem, quanto durius acerbiusque censeretur hodie antiquis Christianis, quam Turcis, Persis, aut Mauris recenter conversis, eucharistiæ negari sacramentum. Quod genus antiquæ severitatis ætas hæc nostra non diligenter solum observavit, sed addito majore multo rigore auxit. nam Indos ad fidem recens conversos, etiam nullo crimine admisso, & vivos & morientes a communione C repellit. Idque adeo usu receptum esse testatur Iosephus Acosta, doctus & diligens rerum Indicarum explorator. *Vt si contra fieri contingat*, sic ait, *non leve scandalum homines putent.* Quod quamvis recentiori concilii Limensis decreto revocatum sit, multorum antea annorum decursu, inveteratus Indicarum ecclesiarum usus, qua diximus severitate retinuit. Et cum his item Arabibus, quos Moriscos dicimus, observatum in Hispania parentum nostrorum ætate accepimus: & cum his præterea qui ob graviora delicta patibulis affigerentur. Hi omnes tametsi extremum vitæ spiritum agentes, dominica abstinebantur communione. Hodie autem antiquæ hujus severitatis vestigium retinet gravissimus & sanctus tuendæ adversus hæreses religionis nostræ senatus: relapsis in hæresim, etsi pœnitentibus, in exitu denegat communionem: absolutionem vero sacramentalem, nec his, nec reliquis ob gravissima crimina negarunt unquam Hispani episcopi; tametsi Robertus Bellarminus, vir de ecclesia, de religione, & studiis sacris præclare meritus, & alii ejus præjudicio gravem hunc errorem minus vere illis adscripserint. D eucharistiæ enim tantum communionem ad retinendos homines in religione & officio denegant, communionis nomine eucharistiam intelligentes, ut proprio loco uberius postea probabo. Vides, quid in hac causa res ipsa tulerit, quid quorumdam opinio finxerit, quid error tandem conflarit? Decerne igitur, an hi quos ad religionem, ad temperantiam, ad magnitudinem animi, ad justitiam & severitatem magnos & excelsos viros natura genuit; an qui divinis his muneribus gratæ mentis officio respondentes, tam insignem in reficiendis religionis & morum ruinis operam posuerunt, an quos majores sui, totque gravissimi & sanctissimi diversarum provinciarum episcopi, nec asperiores censuerunt nec duriores, quam veritas, quam rei natura, quam temporum conditio patereтur, quinimo tam longo sæculorum usu probarunt, receperunt, laudarunt, om- E nibus fidei & religionis ornamentis splendentur; an qui diu injuria oppressi, afflicti, atque vexati sunt, per tuam fidem, auctoritatem, atque sapientiam merito tandem debeant recreari. Cum olim præsertim, præter eucharistiæ sacramentum, extremam unctionem pœnitentibus denegari Innocentius primus sit auctor ad Decentium episcopum Eugubinum. *Cæterum, ait, si episcopus, aut potest, aut dignum ducit, aliquem a se visitandum, & benedicere, & tangere chrismate, sine cunctatione potest, cujus est ipsum chrisma conficere: nam pœnitentibus istud infundi non potest; quia genus est sacramenti: nam quibus reliqua sacramenta negantur quomodo unum genus putatur posse concedi?* Hæc eadem in Germania concilii Vvormaciensis patres stabilierunt. Nec dissimile antiquæ disciplinæ, & severitatis exem-plum

refert Laurent. Surius, ad finem Ilerdensis. Conc. Tolet. 11. c. 11.

Cæsaraugusta. 1. Can. 3. Idem. can 4.

Ioseph. Acosta l. 6. de procuranda Indorum salut. Conc. Limense constitut. 58.

Robertus Bellarminus. 2. tomo de controversiis Christianæ fidei. li. 1. Controvers. 7. capite. 8. hujus libri.

Innocentius P P. I. in epist. 1. ad Decent. episc. 3 Eugubin. c. ult.

Conc. Vvormac. can 72.

Conc. Vvorma. can. 72.

plum nobis Hispani episcopi proposuerunt in concilio Bracarensi I. cum pro mortuis, etiam pœnitentibus, si pro gravi crimine admisso ultimo supplicio afficerentur, nec sacrificium offerri, nec cum hymnis aut cantu duci ad sepulturam permiserunt. *Item placuit, aiunt, ut hi qui sibi ipsis, aut per ferrum, aut per præcipitium, aut suspendium, vel quolibet modo, violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat; neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant. Similiter & de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur.* Quod cum in Germania an jam illud observandum sit quibusdam episcopis dubitaretur, tamdem non observandum concilio Vvormaciensi decretum est. Leniorem paulo sententiam in idololatras promulgavit Syricius papa. *Adjectum est, ait, quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione esse profanatos, quos a Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, jubemus abscindi, & si resipiscentes forte ad lamenta fuerint aliquando conversi, his quamdiu vivunt, agenda pœnitentia est, & in ultimo fine suo, reconciliationis gratia tribuenda: quia, docente domino, nolumus mortem peccatorum, sed ut convertantur & vivant.*

Bracarense con. 1. can. 6.

Conc. Vvormac. can. 80.
Syricius papa in epist. ad Himerium Tarraconensẽ episc. c. 3.

Hodie autem quid in eorum causa sit observandum, qui afflante divino Spiritu, ex diabolica Sarracenorum, vel alia ethnicorum confusione ad spiritualem Hierusalem se receperint, & post sacramentum illuminationis, per quod (ut Iustini verbis loquar) ex necessitatis & ignorantiæ filiis, in voluntatis & scientiæ liberos evaserunt, ad antiquas tenebras reversi sint, & nefarium scelus nefario scelere cumulantes, sacrificiis aut ritibus ethnicorum navarint operam; videamus. Eos enim judicibus violatæ religionis subjici, & ut hæreticos hæreticorum pœnis coerceri, constitutio Gregorii XI. nos docet. Pœnas hæreticorum addit Innocentius III. eorum bona fisco adjici jubens, & reos judicibus tradi sæcularibus debita animadversione puniendos decernens. Quod tamen intelligendum est, si pertinaces fuerint; nam resipiscentes, ecclesiæ paci & unitati sociandos, carceri tamen mancipandos perpetuo, Gregorio IX placuit. Si autem clerici sint, degradandos prius; & addictis bonis ecclesiæ cui inservierant, judici sæculari tradendos. Ante tamen quam carceri perpetuo includantur, degradari oportere, Eymerico visum est, & aliis post illum.

Iustinus Martyr in 2. apolog. pro Christian.
Greg. XI. const. apud. Eymericũ p. 2. directorii quæst. 45.

Innocent. 3. in c. vergentis, &c. excõmunicamus. §. damnati. de hæreticis.
Greg. IX. in c. excommunicamus. 2. §. si qui autem de hæreticis
De clericorum pœna. c. excommunicamus 1 & 2. ad finem de hæreti.
Eymericus. 3. p. director. q. 94.

Canon II. Vulgatus.

De sacerdotibus Gentium, qui post baptismum idolis immolaverunt.

Flamines qui post fidem lavacri & regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverunt scelera, accedente homicidio: vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Canon II. *Emendatus.*

De sacerdotibus Gentilium, qui post baptismum idolis immolaverunt.

Flamines qui post fidem lavacri & regenerationis sacrificaverint, vel geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia, placuit eos, nec in fine accipere communionem.

Flamines qui post fidem lavacri & regenerationis sacrificaverint.

De flaminibus ethnicorum, non de Christianorum hic agi, & qui flamines dicerentur.
Cap. VII.

Sacerdotes ethnicorum, quibus sacra diis singulis faciendi, & victimas immolandi munus dedit, & insignibus vestimentis, toga prætexta, & curuli sella, cum lictore adornavit Numa Pompilius, secundus Romanorum rex, flamines vocavit; quod pileum gestarent, in quo virgula oleagina modicum lanæ albæ habens in summo, instar fungi, inerat, quasi pilamines: quem cum per æstum ferre non possent, dempto pileo, caput filo tantum cingebant: nudo enim capite incedere nefas erat, ut testantur Marcus Varro, Plutar. Gellius, & Isidorus, qui addidit, eos festis diebus filo deposito, pileum gestasse, pro sacerdotii eminentia. Si ergo qui Gentium fuerunt sacerdotes (de his solum agit, non de Christianorum, ut quidam alii parum recte interpretantur) postquam doctrina imbuti Christiana, & lavacro regenerationis abluti, ad vomitum pristinum redeuntes, sacrificaverint idolis, placuit, ut nec in fine illi communionem accipiant.

Varro lib. [illegible] lingua Latin[a]. Plutar. probl. & 46. Gellius 10. cap 15. D. Isidor. lib. etymol. [illegible]

Eo quod geminaverint scelera accedente homicidio.

Ut proprium judicis munus est, de præteritis sententiam ferre, sic & legislatoris providere de futuris. Utrumque exercebant olim episcopi, tam in generalibus, quam in provincialibus conciliis: sed in provincialibus præcipue, quod in his vel episcoporum, vel clericorum, vel fidelium causæ tractarentur; illæ præsertim quæ ad religionem quoquomodo spectarent. Quare si in priori versiculo legendum, ut in quibusdam codicibus, sacrificaverunt: recte subjungitur. *Eo quod geminaverint scelera accedente homicidio.* quasi pœnam velit synodus decernere, qua afficiendi essent illi ethnicorum sacerdotes, qui post fidem regenerationis susceptam, sacrificaverunt idolis: nec eo crimine contenti homicidium impietati adjecerunt: placuit patribus, judicum magis quam legislatorum personam induentibus, ut ad purgandas sordes, quas his duobus peccatis contraxerant, a communione perpetuo abstinerent: sed si, ut in editis, *sacrificaverint*, legamus, non recte subjungitur hic versiculus præcedenti, quia rationem reddere videtur de pœna quam in principio non præscripserat. Igitur verba illa, eo quod, in vel, aut in, seu, commutanda sunt, ut alii MS. habent, aut intelligenda pro vel, aut seu: quasi pœna eadem his imponatur, quid aliquod horum trium delictorum admisissent. Homicidium autem gravissimum semper habitum constat ex apostolorum concilio Hierosolymis habito, in quo homicidium cum idololatria conjunctim improbatum est, quasi unius ad alterum facta collatione, ut Tertull. admonuit.

In concilii[s] [e]cclesiæ, & ecc[lesiasticorum] [illegible] fasperactas [illegible] stantur conc[ilia] Tolet 4. ca[n] Leo PP. I. in [epi]stola. 8. ad [Fla]stasium Th[essa]lonicensem. per. Valens, [Gra]ti. & Valent. quia mos [illegible] Theod. de epi[sco]pis & cleric[is]

Tertull. in lib. pudicitia ca[p]

Vel triplicaverint facinus cohærente mœchia.

Mœchiæ nomine omnem illicitum concubitum comprehendi: numquam ipsam, ut natura turpem licuisse in ecclesia: explicata in eam rem tria concilii Toletani I. Isidori, & Clementis loca. Cap. IIX.

Nomen Mœchiæ Græcum esse Augustinus testatur. μοιχὸς enim Græci adulteros vocant, in eoque sensu plerumque usurpatur: sed an ad quemcumque impudicum concubitum mœchiæ nomen referri possit, audiamus Augustinum. *Item quæri solet, inquit, utrum mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur? Hoc enim Græcum verbum est, quo jam scriptura utitur pro Latino. Mœchos tamen Græci non nisi adulteros dicunt. Sed utique lex ista non solis viris in populo, verum etiam fœminis data est. Neque enim quia dictum est, Non concupisces uxorem proximi tui, nihil sibi hic præceptum debet putare fœmina, tamquam licite possit concupiscere virum proximæ suæ. Si ergo hoc ex illo quod viro dictum est intelligitur, quamvis non dictum sit quod etiam ad fœminam pertineat; quanto magis ex eo quod dictum est, Non mœchaberis, uterque sexus constringitur; cum ipsum præceptum potest referri ad utrumque: sicut, Non occides, Non furaberis, & alia, quæ similiter non expresso uno sexu, utique videntur sonare communiter. Tamen ubi unus exprimitur, honoratior utique exprimitur, id est, masculinus, ut ex hoc intelligat etiam fœmina, quid sibi præceptum sit. Ac per hoc si fœmina mœchata est habens virum, concumbendo cum eo qui vir ejus non est, etiam si ille non habeat uxorem, etiam vir mœchatus est habens uxorem, concumbendo cum ea qua uxor ejus non est, etiam si illa non habeat virum. Sed utrum si faciat qui uxorem non habet, cum fœmina quæ virum non habet, ambo præcepti hujus transgressione teneantur, merito quæritur? Si enim non tenetur, non est prohibita in decalogo fornicatio, sed sola mœchia, id est, adulterium: quamvis omnis mœchia etiam fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur scripturæ. Dominus enim dicit in Evãgelio: Quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mœchari. Hoc utique fornicationem appellavit, si cum alio peccet, quæ virum habet; quod est mœchia, id est, adulterium. Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in scripturis dicitur. Sed utrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest, ubi sit in decalogo prohibita*

Aug lib. 2. [quæst. in] Exod. c. 71.

Mœchiæ nomine quid comprehe[n]datur.

Math. 5.

prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri qui uxores non habent cum fœminis quæ maritos non habent, utrum inveniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ, non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit; sed utique a parte totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi aufertur, profecto & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi. Idem fere multo antea Tertullianus, D. Isidorus & alii. Sed sive mœchiæ nomine fornicatio, ut vocant, simplex, sive adulterium comprehendatur, utrumque difficile habet in eo negotium, quod hæc crimina adeo censeat gravia synodus Illiberritana, ut non solum excommunicatione temporaria, sed perpetua usque ad ultimum vitæ spiritum decernat punienda: cum contra sit generale aliud Hispaniæ concilium Toletanum I. *Si quis*, inquit, *habens uxorem fidelis, concubinam habeat, non communicet: cæterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet; a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus.* Cujus canonis sententia similem habet aliam apud Gratianum, petitam ex Isidoro. *Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est: nisi unam tantum, aut uxorem, aut certe loco uxoris, si conjux deest, concubinam.* Si vero mœchiæ nomine adulterium comprehendi dicamus, rem non adeo turpem probat D. Clemens in epistola ad Iacobum fratrem domini. *Dilectissimis fratribus & condiscipulis Hierosolymis cum carissimo fratre Iacobo coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus* Communis vita omnibus, fratres, necessaria est, & maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim usus omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud: & sic inter mortales facta est divisio. Denique quidam Græcorum sapientissimus, hæc ita sciens esse, ait communia debere esse amicorum omnia: in omnibus autem sunt sine dubio & conjuges: & sicut, inquit, non potest dividi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter omnibus data sunt ad habendum, dividi debere; sed habenda esse communia.

Propositis ergo, ut eo quo retulimus ordine, faciamus satis, de concilio Toletano agendum prius.

Inter eos errores quos hæretici conciliis provincialibus aspergunt, sed præsertim Hermannus Hamelmanus, ut Robertus Bellarminus testatur, unus est hic, quem concilio hoc nostro Toletano I. probatum fuisse contendit: dum ex eo constet, ad communionem admitti posse, eum qui concubinam habet, modo uxore careat; sicque colligi videtur, meretricios amores, vel, quod deterius est, concubinatum probari.

Gregoriani decreti censores, ad expediendam canonis difficultatem, quo sensu nomen concubinæ hic intelligi debeat, adnotarunt. Aiunt enim, concubinas olim duplicis fuisse generis, quasdam ad tempus adhibitas, quarum concubitum turpem docent fuisse, etiamsi filiorum procreandorum causa haberentur: de quibus docent sensisse Aug in c. audite, & in c. concubinæ, 32. q. 2. nec de his meminisse concilium Toletanum hic. Alias autem concubinas, quodammodo uxores fuisse, quæ sine dotalium tabularum solemnitate ductæ fuerant; de quibus sensisse Iustinianum Novella 18. apud Iulianum antecessorem: D. Aug. de bono conjugali, relatum in c. solet. 32. q. 2. In his autem concubinis tria fuisse necessaria. Primum, ut uterque esset solutus; deinde fidem mutuam, scilicet, quod alteri non jungerentur, neque abhorrerent a procreatione filiorum: tertium ut usque ad mortem in ea vitæ conjunctione manendum sibi proponerent. Et in his scribere D. Augustinum, posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium: quamvis sic habitam non audeat appellare uxorem, quia non intervenerunt instrumenta dotalia, & alia quæ jure civili & canonico requirebantur, ut esset legitima uxor: quod habetur in prædicta novella 18 & 30. q. 5. c. aliter. Itaque hujusmodi mulieres, cum non essent uxores, vocari concubinas: ob illa tria, sed præcipue, quod in affectu maritali permanere statuerant; & ideo permittebatur illis communicare, habebanturque uxores minus solemniter ductæ. & de his docent concilium Toletanum hic agere, & Isidorum in c. sequenti. Hoc ipsum tradiderat Gratianus; quem sequuti sunt alii recentiores.

Sed si tu veniam dederis, quod opto, curabo diligentius inquirere, an verum sit, quod de hoc duplici concubinarum genere traditur; anve concilii difficultas, faciliori alia posset ratione explicari. Duplex enim hoc concubinarum genus, nec ab antiquis Oecumenicis & provincialibus conciliis, nec a prædecessoribus tuis pontificibus sanctissimis, nec a priscis aliis ecclesiæ doctoribus, nec a veteribus jurisprudentiæ consultis, nec ab historicis, ut hos non taceamus, receptum unquam fuisse memoria teneo. Quinimo concubinæ nomen semper in turpem partem ab omnibus accipi, rempublicam Hebræorum excipio, mihi persuadeo: & uxorum nomine comprehensas non fuisse, satis constat ex Vlpiano. *Si uxor non fuerit, concubina tamen fuerit, jure quidem mariti accusare eam non potest. quæ uxor non fuerit.* Quod adeo verum putavit idem Vlpianus, ut quamvis postea cum concubina matrimonium contrahat, pro præterito concubitu illam accusari non posse dixerit. Hæc ergo sit prima earum, quæ in jure extant inter uxorem & concubinam differentia: nam uxor si ad alium accederet, de adulterio accusari poterat, concubina non item. II. Mulier adulterii damnata, uxor a nullo duci poterat; & qui duxisset, pœna legis Iuliæ de adulteriis tenebatur, quod lenocinio consentire videretur, ut Severus, Antonius, & Alexander imp. rescripserunt. Qui autem illam in concubinatu habuisset, impune facere poterat, Vlpiano auctore. III. Vxores honestarum matrumfamilias nomen habebant: earum autem quæ se in concubinatu dedissent, imminuta erat honestas; sicque nisi libertæ patroni concubinæ matrum familias honestatem non habebant, ut Marcellus scripsit. IV. Vxor liberta, vel libertina duci poterat; concubina autem haberi non poterat: etsi aliquando cum testatione & turpi quæstu vixisset, eam haberi concessum fuisse doceat Martianus: postea tamen ab Aureliano imperatore decretum est, fœminam ingenuam concubinam esse non posse; ut refert Flavius Vopiscus. V. Concubina cujuscumque ætatis esse poterat, dum modo duodecimum annum excederet, Vlpianus: uxor autem lege Iulia vel Papia, si quinquagesimum excederet, duci non poterat, quia ejus sobolis nulla spes erat. Iustinianus. VI. uxor mariti bonorum, & temporalium, & sacrorum particeps erat: ut tradidit Halicarnasseus, Paulus, & Gordianus imperator: concubina autem nec sacrorum, nec temporalium bonorum communionem habebat. Ex quo VII. differentia nascitur; nam donationes collatas in uxores, irritas fuisse & nullas Vlpianus ait: eas vero, quæ in concubinas collatæ essent, valere, etiamsi concubina uxor postea ducta fuisset, Papinianus respondit, & Scævola. VIII. Adversus uxorem res mariti amoventem actio furti non dabatur; quia quasi domina eorum erat; ut ex Nerva & Cassio Paulus retulit: adversus concubinam autem actio competebat, ut in extraneam personam. Vlpian. IX. Vxor forum, domiciliumque mariti sequebatur, Vlpianus. Concubina vero proprium tantum. Callistratus. X. Vxor, quæ in manum mariti convenerat, illi morienti intestato sine liberis hæres erat, Vlpian. Concubina vero, tamquam extranea persona, nisi hæres instituta nihil ab intestato capiebat. XI. Vxorem ducere magistratus ex sua provincia non poterat, Paulus, at concubinam posse, idem Paulus ait. XII. Filii ex uxore justi erant, & ad parentum bona jure vocabantur: adeo ut paternorum bonorum quasi domini in vita eorum censerentur. Paulus. filii autem concubinæ, non solum justi non erant, nec legitimi, sed nec filiorum nomen lege habebant, Vlpianus: & ideo in parentum bona succedere non poterant. Quod adeo antiquis placuit Romanis, ut si ex concubina primum quis liberos susciperet, posteaque eamdem duceret uxorem, & ex eadem filios alios haberet, susceptos ex concubina non legitimari ad paterna bona per subsequens matrimonium, nec admittendos cum secundis decreverint: etsi postea emendatum fuerit a Iustiniano, qui post hoc concilium Toletanum fuit. XIII. Vxor ut dimitti posset, divortio opus erat: eoque solemniter facto, adhibitis septem testibus civibus Romanis, Paul. in concubina autem opus non erat divortio: quia nullum præcessit matrimonium, Vlpian. Præter hæc, actus omnes sine matrimonio turpes esse docuit Arist. confirmavitque imperator Leo his verbis: *Nihil enim inter cœlibatum & matrimonium, quod reprehendi non debeat, medium invenias. Conjugalis vitæ desiderio teneris? conjugii leges serves necesse est. Displicent matrimonii molestiæ? cœlebs vivas; neque matrimonium adulteres, neque falso cœlibatus nomine culpam prætexas.* Non in uno ergo, sed in multis uxor a quacumque concubina differebat: cujus commercium tamquam rem turpissimam, & suo imperio indignam, sustulit idem Leo imperator Constantinopolitanus, præclaram illam ex Salomonis proverbiis rationem subjungens, indignum esse, cum e fonte ipso puram aquam haurire possis, lutulentam quærere. Cujus exemplum imitatus Constantinus Porphyrogenneta, disertis verbis concubinas habere Christianis alia simili constitutione interdixit: quod perexiguum, aut nullum esse discrimen diceret inter concubinatum & scortationem, ut Harmenopulus testatur. *Quoniam au-*

ull. lib. de citia. c. 4. &
sidorus in l. c 26.
c. Tol I can. Extat apud .in c. is qui istinct.
sidorus apud ianum in. c. istiano 34. nctione.
lemens in epla. 5. ad Iaum fratrem nini, apud t in c. dilemis 12. q. 1.
Hermanno nelmano li. legomeno. c. 15 & 16. t Robertus arminus lib. auctoritate iliorum. c. 8. n.
is qui. 34. nctione.
nianus no. 18.
ad finem. c. ibus servis. istinct. ianus pro uibus apolib. 1. c. 13. rminus r. lib 2. de iliorum auctate c 8. c. in le imo tu Thomas as de sig. us siæ Dei. c. 9. an. l. si uxor. a lult. tis. in eadem. i quis uxoversic. Quod concubina. tus, & An-. Lcrimen. adulter.

Alex. l. castitat. C eod Vlpianus. l. 1 §. qui autem. de concubinis.
Marcellus. l. stuprum. 41. de ritu nuptiar.
Martian. l. 3. de concubin.
Flavius Vopiscus in vita Aureliani ad finem.
Vlpian. l. 1 §. cujusdam de concubin.
Iustinian l sancimus. C de nuptiis.
Halicarnass. lib. 2. Roman. antiquit.
Paul l. 1 de ritu nuptiar.
Gordian l 3. C. crimine expila. hæredit.
Vlpian in l 1. de donat. inter virū.
Papinianus l. donationes. 32. de donation.
Scævola l. si prædia. 59. de donatio. inter.
Paul. l. rerum amotar.
Vlpian. l. si concubina. 17 eod.
Vlpian. l. Exigere. 65. de judiciis.
Callistrat. l de jure 37 ad municipal.
Vlpian l. 1. unde vir & uxor.
Paul. l. si quis officium. 38 de ritu nuptiar.
Idem. l. ult. de concubin.
Idem l in suis de liber & post.
Vlpian l. 6. de his qui sunt sui, vel alien jur.
Iustinian l Cum quis. 11. & l Nuper 12. C. de natural. liber.
Paul. l. Nullum. de divort.
Vlpian. l si concubina. rerum amota
Aristotel. lib 7. politicor. c. 6.
Leo imperator novella 89.
Idem novella 91.
Harmenopul. in epitome juris, lib. 4. c 7.

tem apud majores nostros, ait, *permissam fuisse concubinarum communionem reperimus, quicumque cum ea familiariter ac domestice degere vellet, non abs re nos facturos putavimus, si hujus quoque sanctionis mentionem faceremus, ne nobis commissa respublica defœdaretur nuptiis inhonestis ac non decentibus. Qua causa moti jubemus, ne cui exinde in suis ædibus concubinam habere liceat: quando perexiguum, aut nullum omnino discrimen inter concubinatum & fornicationem statuimus: sed si cum ea communionem aliquam habere gestiat, contractum matrimonialem cum ea inito, observata legis solemnitate: si vero eam legitima uxoris appellatione indignam existimat, nullam per concubitum communionem cum ea exerceto: sed eam repellito, & uxorem accipiat, quam judicarit sibi e re fore.* Concubina ergo nihil commune habebat in justitia conjugii, cum uxore: quod, si habuisset, ab his imperatoribus nullo pacto prohibita fuisset, nec illis pœnis affecta, quas nuper recensuimus. Nec alicujus sane illud momenti erit, si objiciatur, has concubinas esse ex earum numero, quæ turpes & infames habebantur; non autem ex illarum, quæ & uxoris loco; cum generaliter & indistincte jurisconsulti & imperatores de concubinis loquantur, nec aliquod inter eas discrimen constituant: quod sane facturi non essent, si suo tempore duplex concubinarum genus fuisset in usu.

Hucusque de legibus secularibus: nunc de ecclesiasticis. Et primum quid de concubinis apostoli senserint, quove modo earum nomen usurpaverint, ex canone eorum 17. intelligitur, ubi decernitur, eum qui post acceptum baptismum, concubinam habuerit, non posse fieri episcopum, non presbyterum, non diaconum, non tamdem clericum: quod apostoli non constituissent, si concubina uxor esset; cum clerici, minorum saltem ordinum, de quibus canon etiam agit, uxores habere non prohiberentur. Idem renovavit postea Innocentius PP. I. rescribens Felici episcopo Nucerino. Idem colligitur ex D. Ambrosio dum ait. *Quod in ea qua non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur.* Et postea. *Nulli licet scire mulierem præter uxorem: ideo conjugii tibi datum est jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas.* Et post alia. *Tolerabilior est si lateat culpa, quam si culpæ usurpetur auctoritas. Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare conjuge, sed omne quod non habet potestatem conjugii.* Clarius idem Ambrosius. *Iter igitur facit domino, qui inter cæteras continentiæ virtutes, matrimonii limitem non excedit, nec conjugii præscriptum terminum adulterina permixtione commaculat. Sunt enim nonnulli, qui cum legibus uxores duxerint, contra divinitatis legem sibi sociant concubinas; non intelligentes quod contrahendo matrimonia, propriis se vinculis constrinxerunt. Qui enim legibus ducit uxorem, profitetur se contra legem non esse facturum. Reum ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi adulteram, jus pollicitationis excedit. Sed dicet aliquis: Uxorem non habeo, ideo mihi ancillam sociavi. Audi quid dicat scriptura ad Abraham. Ejice ancillam & filium ejus: non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius heres non est, ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale conjugium, de quo susceptus filius, nec successionis possit heres esse, nec sanguinis? nec enim habere potest hereditatis consortium, qui non habet originis privilegium. Cur, inquam, quæritur tale contubernium, de quo nati non filii sint matrimonii, sed testes sint adulterii? Cur hujusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, non honori? Dicit scriptura: Adulterorum filii in consummatione erunt: & ab iniquo toro semen exterminabitur. Mulier igitur tua, si talibus moribus prædita est, ut mereatur consortium, mereat & nomen uxoris. Præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen uxoris, ne tu adulter sis potius quam maritus.* Consentit mirifice Augustinus Ambrosio magistro semper enim cum de concubinis sermonem infert, turpem esse concubinatum docet. *Audite*, inquit, *carissimi, membra Christi & matris catholicæ filii. Quod dico competentibus, audiant fideles, audiant & pœnitentes: quod dico fidelibus, dico & competentibus & pœnitentibus: audiant catechumeni: audiant omnes: omnes timeant: nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus; ne sit vobis in testimonium dolor meus; competentibus dico, fornicari vobis non licet. Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant angeli ejus, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet. Audiant competentes, quod dico fidelibus. Non habetis uxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & uxores dimittatis?* Alibi etiam idem Augustinus. *Et illud quale est*, ait, *quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi assumere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittant, & sic postea, legitimas uxores accipiant! Tractant enim apud se, ut prius de multis calumniis & rapinis & injustas divitias,*

Canon. 17. apostolor.

Innocent. I. in epistol. 4. quæ est ad Felicem ep. scopum Nucerinum. c. 4.

Exstat apud Gra. c. laici. 33. distin.

D. Ambr. lib. 1. de patriarch. c. 4.

Idem. cap. 7.

Idem serm. 65. de S. Ioan. Bapt.

Genes. 21.

Sap. 3.

August. hom. 49 apud Grat. in c. audite. 34. distin.

Aug. serm. 243. de castitate conjugali.

A *& iniqua lucra conquirant, & postea contra rationem plus nobiles quam ipsi sunt, vel ditiores uxores accipiant. Ecce quantis malis se obligant, qui non solum luxuriæ, sed etiam avaritiæ, vel cupiditati infeliciter servire desiderant. Unde coram Deo & angelis contestor, atque denuntio, ista mala & semper prohibuisse, & nunquam ei placita fuisse: quia præcipue temporibus Christianis concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit, Sed, quod pejus est, faciunt hoc multi viri, jure fori, non jure cœli: non justitia jubente, sed libidine dominante. Cum enim apostolus conjugia habentibus dicat: Tempus breve est, & superest, ut qui habent uxores, tamquam non habentes sint. Et illud: Abstinete ad tempus, ut vacetis orationi; quomodo adulteras concubinas permittit habere, qui castitatem servare, & conjugiis positis præcipit?* B In qua sententia tam constanti animo perseveravit, ut iterum dixerit, quod qui ante nuptias legitimas, habere concubinas præsumit, pejus peccat, quam qui adulterium committit, & ob hoc dignus est a consortio Christianorum separari: qui si non pœnituerit, æterna illum flamma cruciabit sine remedio. Hoc autem non, ideo dixerit ut simplicis fornicationis graviorem culpam adulterio probaret, sed concubinatus durationem: Cum enim tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, ut Greg. IX. docuit, merito concubinatus adulterio gravior esse putatur, ob usum & durationem peccati; tum etiam ob exemplum plurimorum. Si enim adulterium clam committitur, sine alicujus offensione; concubinatus vero palam, in omnium conspectu, in populi luce, in offendiculo parvulorum: non dubium est, peccatum levius alio gravius effici, ob ea quæ peccatum comitantur, circumstantias peccati vocant. Hanc autem fuisse C sententiam Augustini, ipsemet apertissime declaravit. *Pro qua re*, ait, *iterum atque iterum voce libera clamo, quia qui ante legitimas nuptias concubinam sibi habere præsumit, pejus peccatum facit, quam qui adulterium committit. Quia qui adulterat, adhuc tam grave malum secrete vult agere: in publico autem, aut metuit, aut erubescit committere: ille vero qui publice concubinam habere voluerit, fronte impudentissima rem execrabilem, toto populo vidente, licenter se putat admittere.* Hæc August. Quare non possum non mirari doctos viros canonicos Lovanienses, in notis ad marginem illius libri Aug. qui de rectitudine catholicæ conversationis inscribitur, existimasse, sententiam illam Aug. non esse: quod tamen verisimile non est, cum in loco citato reperiatur: & veram esse eo sensu, quo Aug. protulit intellectam, nemo jure possit inficiari. Eamdem concubinæ turpitudinem prædicavit idem Aug. Cum enim doceret, infideles pec- D catores non statim ad baptismum admittendos, ni prius jejunio, lacrymis, pœnitentia & precibus præteritorum criminum veniam promeruissent, addit, quod concubina infidelis, etiam si professa fuerit, nullum se alium cognituram, juste dubitatur, an ad baptismum sit recipienda: quod non dixisset August. si eas concubinas, quæ uni tantum jungebantur, uxorum loco habuisset. Ambrosii & Augustini sententiam comprobat D. Chrysostomus: duas enim tantum vias agnoscit, propter quas viri mulieribus cohabitent. *Et una quidem*, ait, *vetus est, ac justa, rationique consentanea: nempe matrimonium, quod Deo le istatore institutum: propter hoc enim*, inquit, *relinquit vir patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, eruntque duo in carnem unam. Altera vero posterior, & ex confesso injusta, & legi adversa, nempe concubinatus, sive stuprum, quod a malignis introductum est dæmonibus.* Non dissensit ab his D. Leo papa hujus nominis primus ad episcopum Narbonensem E rescribens, dum differentiam perspicuis verbis constituit inter concubinam & uxorem: concubinamque dicit non esse uxorem, nec conjunctionem cum ea esse sacramentum, vel matrimonium: & ea ratione mulierem quæ nubit viro habenti concubinam, non peccare; ut peccaret, si nuberet homini conjuge impedito. Id autem dicturus non esset Leo, si concubina aliquo modo uxor esse, aut dici posset. Quod si inter concubinas aliqua esset differentia, illam certe Leo constituisset, ut Rusticum episcopum doceret, quid in omnibus observare debuisset: postea enim sic inquit. *Non omnis mulier juncta viro, uxor est viri; quia nec omnis filius heres est patris: nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales; multo prius hoc ipsum domino constituente, quam initium Romani juris exsisteret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicit Abraham: Ejice ancillam & filium ejus: non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum conjunctionem*

1. Corinth. 7.

Idem lib. de rectitudine catholicæ conversationis.

Greg. IX. cap. fin. de consuetudine.

In serm. 2. dominicæ 22. post pentecost.

Idem lib. unic. de fide & operibus. c. 19.

D. Chrysost. in sermone contra concubinat. in princ.

D. Leo papa in epist. 92. ad episcopum Narbonens. c. 4. & 5.

Ibid. c. 4.

Genes. 21.

Ad Galat. 4.

Genes. 21.

nem, haberet in se Christi & ecclesiæ sacramentum; dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium. Igitur cujuslibet loci clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi conjugato eam dederit; nisi forte illa mulier, & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris junctæ carent culpa, si mulieres quæ a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt; quia aliud est nupta, aliud concubina. Ex mox. *Ancillam a toro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non penitus desperanda: ut crebris cohortationibus incitati, quod necessarie expetierunt, fideliter exequantur: nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnumquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.* Id ipsum D. Bernardus adversus quosdam sui temporis hæreticos nuptias damnantes. *Porro,* inquit, *turpitudinem in solis existimant reputandam uxoribus: cum vel sola sit ea quæ cum uxore est causa, quæ turpitudinem excusat in coitu.* Et post alia. *Tolle de ecclesia honorabile connubium, & torum immaculatum, nonne reples eam concubinariis, incestuosis, seminifluis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni denique genere immundorum? Elige ergo aut salvari universa monstra hæc hominum, aut numerum salvandorum ad continentium redigi paucitatem.* Tertullianus. *Omne homicidium extra sylvam, latrocinium est; ita & ubicumque vel in quamcumque semetipsum adulterat & stuprat, qui aliter, quam nuptiis utitur. Ideo penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est non prius apud ecclesiam professæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur. Nec inde consertæ obtentu matrimonii crimen eludant. Reliquas autem libidinum furias impias, & in corpora & in sexus ultra jura naturæ, non modo libidine, verum omni ecclesiæ tecto submovemus, quia non sunt delicta sed monstra.* Minutius Felix. *Sic incesti fabulam nectitis, etiam cum conscientiam non habetis. At nos pudorem, non facie sed mente præstamus; unius matrimonii vinculo inhæremus; cupiditate procreandi aut unam scimus aut nullam.* Sed nolo jam aliis recensendis esse prolixior, cum ex his satis compertum videatur, concubinatum ab ecclesia pro re turpi & Christiano homine indignissima, & hodie & olim semper habitum: ob cujus turpitudinem non esse ordinandum eum, qui ex concubina filios susciperet, vel eum, qui mortua legitima uxore, concubinam haberet, concilium edixit Aurelianense. *De his,* inquit, *qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas post habuerint, aut defunctis uxoribus sibi concubinas publice crediderint sociandas, id observandum esse censuimus, ut sicut eos qui jam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ita statuimus, ne ulterius ordinentur.* In concilio tamdem Tridentino, concubinarios tam solutos, quam maritos cujuscumque status, dignitatis, aut conditionis, ab ordinario ex officio ter præmonitos, si se ab hoc turpi & damnato concubinatus crimine non sejunxerint, excommunicatione percellendos decernitur, neque antea absolvendos, quam re ipsa admonitioni factæ paruerint; contra permanentes in concubinatu anno integro censuris neglectis, ab ordinario severe pro qualitate criminis procedendum: concubinas vero, sive solutas, sive uxores, ter admonitas ab ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter puniendas, & extra oppidum vel diœcesim, invocato, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, ejiciendas, permansuris aliis pœnis in suo robore. Mitto præterea lubens olim in contrahendis nuptiis adeo solemnem fuisse dotis, & benedictionis nuptialis formulam, ut Evaristus PP. dixerit, vel oratione nimis rem exaggerans, vel quod ecclesiæ tunc forsan ferret sic consuetudo, connubia esse non legitima, quæ prætermissa ea solemnitate celebrarentur. *Aliter,* ait, *legitimum non sit conjugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur: & a parentibus & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur: & suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur: & a paranymphis, ut consuetudo docet, custodita & consociata a proximis, congruo tempore petita a legibus dotetur, ac solemniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. Item ita peracta, legitima scitote esse connubia, aliter vero, præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitatur: etiam si voluntas propria suffragaverit.* Utcumque igitur antiqua in his solemnibus se habuerit ecclesiæ consuetudo, de quibus disputare non est animus, illud ex omnibus priscis ecclesiæ patribus manifestum fit, concubinam nunquam uxoris nomine dignam habitam, concubitumque cum ea, peccatum fuisse lethale, ideoque ad communionem sacram illum accedere juste non potuisse, qui cum hujusmodi concubina contubernium haberet.

[Margin notes, left column: …m Leo cap. 5. — …ern. serm. 66. …antica. — …ull. de pudi…a. c. 4. — …utius Felix in …avio. — …nc. Aurel. 3. …9. — …nc. Trident. …24. c. 8. — …ist. PP. epist. …d episcopos …cæ.]

Nam quod ex Augustini libro de bono conjugali selecti Gregoriani decreti censores referunt, vereor ne, quod bona illorum pace dixerim; ad concubinas trahatur potius quam accommodetur: cum Augustinus in eo libro nec de concubinis his egerit, nec concubitum dixerit licitum esse, si concubina eo habeatur animo, ut donec vivat, non jungatur alteri. Sed cum superioribus capitibus de uno conjugii bono sermonem instituisset, de susceptione videlicet filiorum, dixissetque ad id institutum matrimonium, ut diuturna & perpetua filiorum propagatione humanum genus conservaretur; quorumdam tunc proposuit quæstionem, an si vir & fœmina, uterque lege conjugii solutus, jungantur non ad sobolis procreationem, quod est magnum matrimonii bonum, sed ad coercendos effervescentis animi & libidinis motus, an proprie dici posset matrimonium? Quam expediens quæstionem, respondit. *Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alterius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea causa conjuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur.* Hoc autem ideo dixit Augustinus, quia quæstio non erat, an liceret in concubinatu perpetuo vivere: nam si temporarium constabat non licere, constabat sane non licere perpetuum, sed an contracto connubio sine principali bono matrimonii, hoc est, sine fine suscipiendi liberos, verum dici posset matrimonium, si reliqua matrimonii adessent necessaria, hoc est, mutuus consensus, & animus perpetuo simul habitandi, nec recusandi in coitu liberorum susceptionem: nam si hoc adesset, adjecit statim. *Cæterum si vel utrumque vel unum horum desit, non invenio, quemadmodum has nuptias appellare possumus.* Quod si sine uxorio fœdere conjungerentur, peccare paulo post his verbis edocuit. *Verumtamen si ei fidem tori servet, & cum ille uxorem duxerit, nubere ipsa non cogitet, atque a tali opere prorsus continere se præparet, adulteram quidem fortassis facile appellare non audeam, non peccare tamen quis dixerit, cum eam viro, cujus uxor non est, miscere sciat.* Nullum ergo præter matrimonii concubitum justum D. Augustinus agnovit, nec mutuam concubinarum cohabitationem defendi ut justam, si animus adesset perpetuo habitandi cum illis: nec eo tempore concubinarum nomine illas solas fuisse comprehensas, quæ solutæ lege conjugii accederent ad solutos, ex ejusdem concilii Toletani primi decreto liquet, dum in principio ait: *Si quis habens uxorem fidelis, & concubinam habeat, non communicet.* Quod autem ex Iustiniano refertur in novella apud Iulianum antecessorem, minus dubium habet, cum concubinam non comparet uxori in castitate conjugii, de qua sermo est, sed ad hoc ut si pater ab intestato moritur, & sine prole legitima; quo casu, vel cognatio, vel fiscus, cui in hoc se dicit parcere, deberent succedere; his exclusis, filius susceptus ex unica tantum concubina, habeat sextam tantum bonorum paternæ substantiæ, una cum matre partiendam: sic ut mater unius filii, quotquot illi sint, portionem capiat. Hoc autem non ideo decrevit Iustinianus, ut concubinas justarum uxorum præmiis afficeret; longe enim hoc distat ab ejus animo & verbis, quibus concubinarum multitudinem, multitudinem mulierum fornicantium in eadem novella dixit: sed id constituit, ut intercluderet aditum habendi plures concubinas. Si enim pater videt a suis bonis, filios ex multis concubinis susceptos repelli; nullumque eorum in suis succedere posse, ut in eadem novella Iustinianus constituit, a plurium concubinarum conjunctione abstinebit, vel saltem sibi temperabit, unica solum contentus, ut filii ex ea suscepti suorum bonorum participes fiant: & hoc est, quod in ea constitutione Iustinianus in favorem concubinæ, vel potius in concubinarum odium decrevit, quæ ad matrimonii jura & honestatem accommodari jure non possunt.

[Margin notes, right column: *Explicatur Aug. locus in libro de bono conjugali.* — Conc. Tolet. I. can. 17. — Iustinianus novel 18. apud Iulianum antecessorem. — Extat etiam in authe. de triente & semisse §. consideremus coll. 3.]

At hic, beatissime pater, si longius forsan evecti sumus, in eo tamen venia digni, quod illa non tam refellendi animo, quam interpretandi concilii Toletani studio flagrantes disquirimus. Concilium ergo Toletanum non docet profecto, ut illi falso imponunt hæretici, qui concubinam habet, si corpus suscipiat domini, id digne facere posse; sed permittit potius, ut is a communione non repellatur: etsi communicare ille nullo præclaræ conscientiæ stimulo, & Christiano nullo pudore suffusus

audeat,

audeat, communicet, sed suo periculo & damno. Quod perinde est ac si dixisset, concubinarios tunc etsi gravissima peccati labe fœdatos, publica communionis interdictione non percelli. Constat enim verissimis antiquorum philosophorum placitis, peccantium multitudinem, justam videri causam, ut peccati pœna vel omittatur, vel remittatur: sunt enim multa in republica, & ea turpissima, quæ a magistratibus justissime tolerantur, quæ si ad vivum resecarentur, aut ad divinæ legis severitatem, aut ad rationem naturalis juris & honestatis, vix contineri posset hæc vita civilis. Quare tametsi communi ecclesiæ jure receptum fuerit, a communione ecclesiæ dejectos, vel interdictos, si celebrent, deponendos; cum tamen juris rigorem delinquentium multitudine temperatum legimus ab Alexandro III. antiquam depositionis severitatem suspensione mitigante, in epistola ad archiepiscopum Toletanum. Quibus alia sunt multa similia. Si ostenderim ergo, hujus concilii patres, gravem communicantis reatum & indignitatem minime sustulisse; sed illud tantum ipsis accipientibus & clericis tribuentibus permisisse, ad temporum iniquitatem, & delinquentium multitudinem conniventes: evincam sane falsam esse hæreticorum, sed præsertim Hermanni Hamelmani calumniam, qua summe est conatus tanto concilio debitam auctoritatem detrahere.

Alexan l. ex 3. in c. latores. 51 post conc Later p. 50.

Quem igitur tantæ rei probandæ satis locupletem testem accersam? unum Aug. sapientiæ, religionis & sanctitatis auctoritate multorum instar. Is ergo cum post præclare laudata matrimonii bona quæ retulit, concubinatus turpitudinem multis & his gravissimis verbis publica concione fuisset insectatus, postquam illam detestandam omnibus proposuisset, subjunxit. *Sed forte illi qui isto peccato non sunt maculati, dicent: Quare qui hoc agunt, a communione non suspenduntur? Ideo autem tantum scelus a sacerdotibus non vindicatur, quia a multis admittitur: si enim unum aut duo, aut quatuor vel quinque, mala ista facere præsumerent, & poterant, & debebant, non solum a communione suspendi, sed etiam a convivio & colloquio Christiani populi separari: secundum illud apostoli: Cum hujusmodi nec cibum quidem sumere: multitudo tamen peccantium, sicut jam dictum est, prohibet sacerdotes domini in illis distinguere: faciunt tamen boni sacerdotes quod possunt, & cum perfecta caritate contendunt orare & suspirare jugiter, & gemitus ac rugitus effundunt, ut in quibus propter infinitam multitudinem non possunt severitatem vel disciplinam ecclesiasticam exercere, monendo, vel orando pro eis, possint vel aliquando ad pœnitentiam provocare.* Constat igitur ætate Augustini, ecclesiæ fuisse consuetudinem, de antiqua & recepta ecclesiasticæ disciplinæ severitate nonnihil remittendi, & concubinarios ad communionem dominicam impurissime accedentes ab ea non arcendi: quod peccantium multitudini ad tempus acceptum ipse Augustinus refert. Id autem mire congruit cum eo quod idem Augustinus Aurelio episcopo rescribit, loquens de quibusdam gentium superstitionibus, quibus catholicam religionem turpiter a Christianis multis fœdatam Aurelii episcopi literis cognoverat. *Non ergo aspere*, ait, *quantum existimo, non duriter, non imperioso modo ista tolluntur, magis docendo, quam jubendo, magis monendo, quam minando; sic enim agendum est cum multitudine: severitas autem exercenda est in peccata paucorum.* Occasionem vero, qua Afris potissimum & Hispanis impune fuerit permissa suscipiendæ sacræ communionis licentia, non obscure insinuat Salvianus Massiliensium episcopus, qui Afrorum & Hispanorum animos ad impudicitiam maxime fuisse proclives refert: de Afris enim hæc præter alia. *Tam infrequens est enim hoc & insitatum, impudicum non esse Afrum, quam novum & inauditum, Afrum non esse Afrum. Ita enim generale in eis malum impuritatis est, ut quicumque ex eis impudicus esse desierit, Afer non esse videatur.* Paria etiam de Hispanis, vel, ut ipse refert, majora. Eos enim multarum gentium victores a Vvandalis bellicæ disciplinæ expertibus devictos ait, quod illi tunc pudicitiam execrarentur, isti diligerent; illi violarent, isti amplecterentur. De quo pluribus inferius. Multitudo igitur delinquentium, non innocentiæ ratio Afrorum & Hispanorum impuritati ad tempus solum impunitatem concessit. Et cum uno & eodem tempore quo eam ecclesiæ consuetudinem erga concubinarios Augustinus refert in Africa, concilium hoc Toletanum in Hispania cogeretur, compertum equidem & exploratum, ni fallor, esse videtur, quo sensu canon sit intelligendus; concubinarios videlicet; tum ob illorum multitudinem; tum præterea ne in ecclesiæ adolescentis primordiis, infideles tali pœna deterriti, retraherentur a fidei susceptione, vel qui fidem recenter susceperant, temere abnegarent, permissos fuisse communicare, non sine gravissima ipsorum spirituali pernicie: tametsi pro certo catholica ecclesia haberet, ut habet hodie, & habebit semper, concubinatum peccatum esse capitale, & inter capitalia gravissimum: ut in eadem epistola docuit Augustinus. Sed quamvis a communione publica olim ii non abstinerentur, quod publica non essent, ut sunt hodie, ecclesiæ excommunicatione perculsi, ob rationes quas recensuimus: secretis tamen, & publicis nonnumquam admonitionibus & cohortationibus generaliter habitis, ut abstinerent rogatos esse, ex Augustino liquet: & cum scandalum & publica illa mala non timerentur, in secreto a communione repulsos, veterum patrum disciplina, sanctitas & religio rem mihi facit probabilem.

D. Aug. serm. 2. dominicæ 22. post pent. de bono conjug.

Explicatur concilii I. Toletani canon 17.

1. Cor. 5.

Idem epist. 69. ad Aurelium episcopum.

Salvianus lib. 7. de provid. Dei.

Id ipsum de Afris tradiderat antea Livius lib. 29. & 30. loquēs de Massinissa.

Cap. 10.

August. in dicto serm. 2. dominicæ 22. post pent.

Hodie vero cum fidelium jam numerus sit auctior multo; & per leges etiam civiles non liceat, nec permittatur, ut olim permittebatur, concubinatus, decrescente reorum multitudine, crescit publica peccati pœna: ideoque jam concubinarios, vel quoscumque alios publicos peccatores communicare nullo modo permittit ecclesia; sed a communione severe repellendos tamquam publica jam ecclesiæ excommunicatione notatos, præclare nos docet D. Thom. non Dominicanæ tantum, sed Christianæ religionis splendidissimum lumen.

D. uni. C. de concubinis.

D. Th. 3. p. q. 80. art 3.

Quod si ea canonis verba, *A communione non repellatur*, non de sacrosancta corporis Christi communione intelligamus, sed de ecclesiastica tantum & civili, cujus interdictionem, excommunicationem vocamus, quid repugnat? cum sciamus, eo tempore excommunicationis nomen, non tam frequenti ecclesiæ usu receptum fuisse: pro excommunicari enim multa alia dici usurparique a conciliis & priscis patribus, inter doctos satis convenit. Rei enim dicebantur damnari, condemnari, abstineri, abjici, cohiberi, prohiberi, arceri, exterminari, submoveri, exauctorari, relegari, repelli, abscindi, separari, respui; aliquando nude & simpliciter; aliquando vero cum adjectione, a communione, vel a cōmunione fidelium; aliquando ab ecclesia, ab ecclesiæ liminibus, ab ecclesiæ tecto, a commercio fratrum, a communione fraternitatis: aliquando etiam dicebantur ad communionem non admitti: sic enim non communicari, pro excōmunicari dixit concilium Carthag. III. *Quisquis episcoporum accusatur, ad primatem provinciæ ipsius causam deferat accusator; nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam primatis literis evocatus minime occurrerit, hoc est, intra spatium mensis, ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. Quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse, manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem: verum post mensem secundum, tamdiu non communicet, donec purgetur.* Concilium etiam Milevitanum non communicare pro excommunicare usurpat. *A judicibus autem*, ait, *quos communis consensus elegerit, non liceat provocare: & quisquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum; det literas ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet. Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit: quod si ex die quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur; donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciente, non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.* Sic verba hujus concilii Toletani. *Qui autem sine uxore concubinam habet, non repellatur a communione*, de excommunicatione intelligi possunt, hoc est, non excommunicetur; ut congruat prima & secunda pars canonis cum ultima: *alias*, inquit, *vivens abjiciatur.* Nam cum hoc peccatum concubinatus eo præcipue tempore, inveterato gentium usu & prava noviter conversorum consuetudine esset frequentissimum, non placuit Toletanæ synodo, ob delinquentium multitudinem & usum receptum, vel potius corruptelam, illud excommunicatione percelli, ut percelli placuit adulterium, incæstum, & alia impudicitiæ peccata. Quare concilii Bracarensis patres, a communione repelli, vel alienari, pro excommunicari, clarissime constat accepisse. *Item placuit, ut qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua canonum continent statuta. Quod si quis spernit voluntarie, seipsum alienum a communione facit.* A communione separari, & a communione abstinere dicuntur concilio Arelatensi primo, qui excommunicantur. *De agitatoribus qui fideles sunt*, inquit, *placuit, quamdiu agunt,*

Conc. Carth. 3. can 7.

Conc. Milevit. can. 24.

Et canon. 15.

Conc. Bracaren. can. 33.

il. Arelat. n. 4. can. 12. agunt, a communione separari. Et postea. *De ministris qui fœnerantur, placuit, eos juxta formam divinitus datam, a communione abstinere.* Eodem sensu non communicare pro excommunicari usos hujus concilii patres legimus. *Ab eo*, aiunt, *qui non communicat, placuit, episcopum munera accipere non debere.* Vnde qui excommunicati prius sunt, postea vero ab excommunicatione absolvuntur, communicationem accipere dicuntur in eodem illo primo concilio Arelatensi. *De his*, inquit, *qui pro delicto suo a communione separantur, ita placuit; ut quibuscumque locis fuerant exclusi, eisdem locis communionem consequantur: id est, ne ab alio episcopo, quam ab eo a quo excommunicati sunt, impetrent absolutionem.* Quod etiam statutum est prius in concilio hoc Illiberritano. *Placuit cunctis*, ait, *ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis episcopus præsumpserit eum admittere, illo adhuc minime sciente vel consentiente, a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstaturum.* Sed id clarius multo docuit D. Cyrillus, & confirmavit Theodorus Balsamon: prior enim sic ait, loquens de catechumenis. *Sin autem segregationem aliqui sustinuerunt, propter lapsus puniti, deinde sint morituri, existentes catechumeni baptizentur: & ne ab humanis excedant, gratia non participes, scilicet communione carentes: videtur enim hoc quoque ecclesiæ consuetudine adhærere.* Posterior autem in scholiis ad ipsum, hoc addit. *Communione carere, sanctus hic non solum dicit de sancta participatione, neque enim antebaptismum divinis misteriis dignus habebitur, sed etiam de ipso baptismo: antequam cum baptizatus fuerit, non assequetur, ut cum fidelibus constat, quæ & ipsa communio in diversis canonibus dicta est: & ideo hoc quoque adjecit: Videtur enim hoc quoque ecclesiæ consuetudini adhærere, hoc enim, inquit, est legitimum & ecclesiasticum; ut una cum fidelibus in precibus non consistant omnino catechumeni, vel hi quibus pœna est imposita.* Qua ratione Neocæsariensis concilii patres sæpius constituerunt, ut idololatriæ crimine notati, post pœnitentiam communicent, interdum sine oblatione, interdum cum oblatione. Communicare sine oblatione & communionem sine oblatione intelligebant, cum rei admittebantur ad ecclesiæ, ad precum & orationum communionem: cum oblatione autem communicare, & communionem cum oblatione suscipere dicebantur rei, qui post peractam pœnitentiam, cujus compensatione, ut Tertullianus ait, pristinam impietatem redemerant, sacramentis ecclesiæ restituebantur, & corporis ac sanguinis domini fiebant participes, & tunc ad plenam communionem, vel ad perfectionis gratiam pervenire, vel communioni reconciliari dicebantur. Quo spectat hujus concilii Illiberritani canon. *Si quis fidelis*, inquit, *alea, id est, tabula luserit, placuit, eum abstinere, & si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari.* Communionem sermonis pro communiori confabulatione usurpant quoque auctores profani. Tranquillus. *Cœnam*, ait, *ternis ferculis, aut cum abundantissime, senus prabebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate: nam & ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes provocabat.* Cum ergo usus nominis, communio, & proprietas item vocis, tam ecclesiæ & civilis convictus, quam divinam communionem comprehendat, non est cur ad unam necessario, non ad aliam referri contendant alii. Non diffiteor enim, communionis verbum ad sacrosanctam eucharistiæ communionem frequentius referri solitum, quod potiori significationi & usui, non proprietati sermonis tribui debet: sæpe tamen, communionis verbum ad utramque interdictionem convictus, vel sacri vel civilis accommodari, & divisim, & conjunctim, qui in conciliorum, & sanctorum patrum lectione vel mediocriter sunt versati; probe norunt. Quare ut unam communionem ab alia discernerent, cum de communione eucharistiæ dictum intelligi volebant, solebant addere, communione dominica, communione corporis & sanguinis, sancta communione, altaris communione, panis communione privari, vel abscindi: cum autem additamentum hoc omitterent, nomen communionis generaliter prolatum pro utraque sacra & civili communione (hodie excommunicationem vocamus) sæpe (ut dixi) intelligebant.

Hæc, beatissime pater, de canone concilii Toletani. Quod si ad D. Isidorum unam concubinam Christiano permittentem, animum cogitationemque converteris, reperies equidem, illum sensu & sententia a concilio Toletano aliquanto dissimilem, consimili tamen & religionis & doctrinæ laude approbandum, & venerandum: neque ad eruendam latentem & illustrandam obscuri ejus loci veritatem, ea concubinarum differentia esse opus, quam gravissimi Gregoriani decreti censores tradide-

Left margin notes: irritani pag. an. 18. | cil. Arelat. 1. 6. | il. Illiberri. n. 53. | lus in epist. piscopos Li. & Penta- | Il. Neocæs. 7. 8 & 9. | liceretur unicare cum ne & sine one. | lib. de | 19. | quillus in r. ano. c. 74 | ristiano tinct.

A runt. In populo enim Israelitico, qui veteri lege Moysis regebatur, & uxorum & concubinarum multitudinem permissam, auctores sunt Iosephus, Tertullianus, multisque id sacrarum literarum testimoniis constat; plures tradentibus fuisse Abrahæ, Nachor, Iacob, Eliphas, Esau, & Ezriel, Manassæ, Davidis decem, Salomonis trecentas, Roboam sexaginta, ut ceteras taceamus. In populo autem Christiano, postquam catholica Christi fides publice coli cœpit, duas uxores, aut concubinas habere nisi gravi pœna non licuit, sed unicam uxorem tantum; vel si uxor non esset, unicam solum, eamque exterioris fori permissu, concubinam: quod ex decreto concilii Toletani, nuper citato, manifeste deprehenditur. *Si quis habens, inquit, uxorem fidelem, & concubinam habeat, non communicet, ceterum is*
B *qui non habet uxorem, & pro uxore cocubinam habet, a communione non repellatur: tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus; alias vivens abjiciatur, donec ad pœnitentiam revertatur.* Cu ergo D. Isidorus, qui ducentos fere post hoc primum concilium Toletanum annos vixit, omnes differentias (sic ille loquitur) recensere vellet, quas inter vetus testamentum & novum ipse reperisset, inter alias hanc unam retulit, quod in lege veteri liceret sine pœna exteriori pluribus commisceri vel uxoribus, vel concubinis: in lege autem nova, seu Christiana non sic: cum nec in foro exteriori liceat plurium aut uxorum, aut concubinarum uti consuetudine, sine gravissima excommunicationis censura, sed unicæ tantum vel uxoris, vel in foro exteriori (ut antiquus mos ferebat) concubinæ.

Hanc autem esse germanam D. Isidori interpretationem vel ex solo titulo capitis intelligi potest. Illud enim se deprompsisse affirmat Gratianus & D. Ivo, ex libro Isidori
C de differentia, seu, ut alii codices habent, de distantia novi & veteris testamenti: sic enim exstat in pluribus, quos habeo manuscriptos, & apud D. Ivonem. Non docet ergo Isidorus jure cœli (ut Augustinus loquitur) licitum esse homini Christiano cocubinatum, sed jure fori, in eo quod una concubina sine pœna exteriori haberi possit, & non plures, ut in lege veteri, cujus ante ipse meminerat. De antiqua autem Hebræorum lege ad Christi recentiorem, quo ad hanc causam attinet, argumentum sumi non licere, docte convincit Augustinus. *Plane, ait, uxoris voluntate adhibere aliam, unde communes filii nascantur, unius commixtione ac semine, alterius autem jure ac potestate, apud antiquos patres fas erat: nunc autem non est propagandi necessitas, quæ tunc fuit, quando & parientibus conjugibus, alias propter copiosiorem posteritatem superducere licebat, quod nunc certe non licet. Nam tantum affert opportunitatis ad aliquid juste agendum, sive non agendum temporum secreta*
D *distinctio, ut nunc melius faciat, qui nec unam duxerit, nisi se continere non possit.* Tertullianus pariter antiquam uxorum & cocubinarum multitudinem posse novæ legis promulgationem non licere late ante probaverat. *Sed benedicti, inquis, patriarchæ, non modo pluribus uxoribus, verum etiam concubinis conjugia miscuerunt: ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere? Sane licebit, si qui adhuc typi alicujus futuri sacramenti supersunt, quos nuptiæ tuæ figurent: aut si etiam nunc locus est vocis illius, crescite & multiplicamini, id est, si mundum alia vox supervenit, tempus jam in collecto esse, restare ut qui uxores habent, tamquam non habentes agant. Vtique enim continentiam indicens, & compescens concubitum seminarium generis, absolescit crescite illud, & multiplicamini. Vt opinor autem unius, & ejusdem Dei utraque pronuntiatio & dispositio est, qui tunc quidem in primordio sementem generis emisit, indultis conjugiorum habenis, donec mundus
E repleretur, donec nova disciplinæ materia proficeret: nunc vero cum extremitatibus temporum compressit quod emiserat; & revocavit quod indulserat; non sine ratione propagationis in primordio, & repastinationis in ultimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur; propterea sylvam quis instituit, & crescere sinit, ut tempore suo cadat sylvam. Erat vetus dispositio, quæ in evangelio novo deputatur, in quo & securis ad radicem arboris posita est: Sic & oculum pro oculo, & dentem pro dente jam senuit; ex quo juvenuit, malum pro malo nemo reddat. Puto autem etiam humanam constitutionem atque decretum postea pristinis prævalere.* Idem. *Sane apud veteres nostros ipsosque patriarchas, non modo nubere, sed etiam plurifariam matrimoniis uti fas fuit. Erant & concubinæ. Sed licet figura tum in synagogam & ecclesiam cesserit; ut tamen simpliciter interpretemur, necessarium fuit instituere, quæ postea aut amputare, aut temperari mererentur. Superventura enim lex erat. Oportebat legis adimplendæ causas præcucurrisse. Eidem mox legi succurrere habebat Dei sermo, circumcisionem inducens spiritalem. Igitur per licentiam tunc passivam, materiæ subsequentium emendationum præministrabantur, quas dominus evangelio suo, dehinc apostolus in*

Right margin notes: In notis ad cap. 34 dist. | Ioseph. lib. 17. antiquit. c. 1. | Tertul. lib. de exhortatio. ad castita. c. 6. | Genes. 16. 22. 29. 30. 33. 35. 36. | 2. Reg. 5. 15. 16. 19. 20. | 1. Paralip. 3. | 3. Reg. 11. | 2. Paralip. 11. | Conc. Tolet. 3. can. 17. | Concil. Tolet. 1. can. 17. | Ivo in Panormia lib. 6. c. 50. | Aug. lib. de bono conjug. c. 15. | Tertullian. lib. de exhortatione ad castitatem. c. 6. | Genes. 16. 29. 30 | Genes. 1. | 1. Corint. 7. | Genes. 1. | Matth. 3. | Exod. 21. | Roman. 12. | Tertull. lib. 1. ad uxorem. c. 2. | Genes. 16. 30.

A *in extremitatibus sæculi, aut excidit redundantes, aut composuit inconditas.* En constituta a Tertulliano præclara inter veterem & novam legem, in uxorum & concubinarum multitudine, differentia; en reddita ab eodem singularis & vera ratio qua multitudinem illo tempore jure permissam, & hoc nostro jure etiam prohibitam vere demonstrat. Hoc autem ipsum Augustini & Tertulliani argumentum cum tractaret D. Isidorus, a Tertulliano enim, & Augustino pleraque alia accepisse Isidorum, indicavi superius, rectissime dixit *Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut certe loco uxoris, si conjux deest, concubinam.* Ideoque hic nomen *Christiano* non ut trito apud Hispanos sermone, pro homine frugi virtute prædito, & Christi in vita imitatore usurpatur, ut opponitur vitioso; sed ut opponitur Iudæo; quasi diceret, Iudæo plures habere vel uxores vel concubinas exteriori foro olim licebat; Christiano autem nunc non nisi unicam.

Clemens epist. 5. ad Iacobum fratrem domini.

B Sola reliqua est, Clemens beatissime, Clementis Romani epistola quinta ad Iacobum fratrem domini, in qua cum de communione rerum omnium ageret de communitate uxorum hunc versiculum addidit. *In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges.* In cujus loci explicatione mirum quam sudarint antiqui & recentiores scriptores; cum ex eo appareat, adulterium rem licitam esse, etiam ipso jure naturæ & ad id eos qui erant Hierosolymis a D. Clemente simul cum vitæ communione admoneri. Gregoriani decreti adnotationes verba illa deesse affirmant in epistola Clementis, quæ manuscripta exstat in bibliotheca Vaticana. Quod scripsit antea Franciscus Turrianus in eo libro, quem docte quidem & erudite pro epistolis pontificum edidit, existimans hac medicina vulnus epistolæ illatum posse sanari. Quod mihi non facile ille probaverit, qui certo sciã, illa non ab aliquo patrono libidinis in rep. Platonis adjecta fuisse, ut ipse contendit, sed a D. Clem. relata diverso tamen consilio ac in epistola nũc referatur; quam non esse ejusdem Clem. ut Turrianus nervose defẽdit, sed alicujus pernicioso patroni in schola

In c. dilectissimi 12. q. 1.

Turrian. lib. 5. c. 2. pro epist pontifi.

C Platonis educati, quod de his verbis solũ dixerat Turrianus, non obscure mea quidẽ sententia probavero. De quo tamen tu, qui apostolicarum scripturarum legitimus censores, & certius, & verius, & sanctius feres judicium.

Fuit vetus hoc hæreticorum artificium, quo usos fuisse hujus epistolæ mendaces consarcinatores ostendemus, adscribendi magnis auctoribus, quorum doctrina & libris ipsi expugnari possent, quæ illi non modo scripserũt, sed nec cogitarunt quidem: vel si scripserunt, non eodem qui ab ipsis refertur, animo. Quod ante mille fere annos de sui temporis hæreticis commemorat beatus Ioannes Maxentius*, episcopus Constantinopolitanus, ad Hormisdam pontificem. *Nam cum suæ perversitatis hæretici,* ait, *nequiverint reddere rationem, ad maledicta convertuntur; & propria in eos mala trajicentes, quos pravitati suæ sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad decipiendos simplices existimant aperiri.* Agunt enim omnia callide quo infamando & obtrectando catholicam, suam valeant

* errat hic Mendoza.

Ioannes Maxentius in epistola ad Hormisdam PP.

D tenere turpitudinem, fingentes & adversus eos quædam scripta sub eorum nomine, qui videntur in ecclesia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile valeant concitare. Sic etiam Rufinum refert D. Hieronymus, librum Sixti Pythagorei hominis ethnici, & absque Christo, immutato nomine Sixti martyris, & ecclesiæ Romanæ episcopi prænotavisse. Similem Gnosticorum versutiam conqueritur sæpe Irenæus. Sethianis eamdem vanitatem detexit D. Epiphanius in Marcione. Libellum Tertulliani de fide trinitatis Pneumatomachos hæreticos interpellasse, & circumtulisse nomine Cypriani, multisque propagatum exemplaribus vendidisse parvo pretio, ut eum emptores, & viri amplitudine, & pretii exiguitate illecti lubentius emerent, latentesque errores amplecterentur, ceu dogmata sacra auctoritate tanti martyris comprobata, Rufi-

D. Hieronymus in epist ad Ctesiphontem.

E nus est auctor. Qua ratione D. Irenæus operum initio, adjurat per Deum vivum, exscribentem, ne apicem demutet. Quod se fecisse cum notariis Lucinii Bætici narrat Beatus Hieronymus, rescribens ad eumdem Lucinium: miserat enim ad D. Hieronymum Hispanus & Bæticus Lucinius sex notarios, ut ejus opera describerent; sicuti epistola sequenti ad Theodoram Lucinii conjugem idem Hieronymus testatur. Quod ideo retuli, ut antiquam Hispanorum in literas sacras propensionem ostenderem, quos nullis pepercisse sumptibus, & laboribus constat, ut vel absentes per literas consulerent, & doctrina ac pietate erudirentur: vel præsentes eorum virorum qui nomine sapientiæ claruerant, conspectu solum fruerentur: ut de altero Hispano Gaditano Plinius Iunior testatur, & Hieronymus. Sic etiam epistolam quãdam suam ad Flavianum corruptam fuisse se vivente

Rufinus in Apologetico.

D. Hieron. epist. 26. ad Lucinium.

Idem epist. 29. ad Theodoram.

Plinius Iuni. lib. 2. epi. 3. ad Nepo.

A conqueritur D. Leo papa Martiano imperatori rescribens. In Hispania Theodiscum Græcum, qui Honorato in ecclesia Hispalensi successit, D. Isid. opera impio catholicæ religionis odio adulterasse, ad decipiendos D. Isidori auctoritate fidelium animos, refert Lucas episcopus Tudensis antiquus rerum Hispanicarum scriptor; & hac ratione translata est primatia, ut vocant, ex Hispali, Toletum. Quod Iustino martyri, Origeni, Hieronymo, & Augustino aliisque quam plurimis priscis ecclesiæ patribus impositum, multorum testatum est monumentis; *Tanta est hæreticorum calliditas,* ait, D. Isidorus, *ut falsa veris, malaque bonis permisceant, salutaribusque rebus plerumque erroris sui virus interserant, quo facilius possint pravitatem perversi dogmatis sub specie persuadere voluptatis.* Et postea inquit. *Plerumque sub nomine catholicorum doctorum hæretici sua dicta conscribunt, ut indubitanter lecta credantur: nonnunquam etiam blasphemias suas latenti dolo libris nostrorum doctorum inserunt, doctrinam veram adulterando corrum-*

tem. D. Hier. bibliæ. prolo[...]

D. Leo PP ep[...] 63 ad Marci[...] Aug & epist. ad Palæstin.

Lucas episc. [...] densis in hist[...] Hisp. manusc[...] ta.

D. Isidor. lib[...] senten. de sum[...] bono, c. 12.

B *punt, scilicet vel adjiciendo quæ impia sunt, vel auferendo quæ pia sunt.* Quod in conciliis generalibus tentarunt etiam hæretici. In quinta enim synodo generali adjectas fuisse ab hæreticis fictitias epistolas Vigilii pontificis maximi, & Mennæ patriarchæ Constantinopolitani, deprehensum est in sexta synodo, dum acta quintæ relegerentur: & tres codices ab eisdem hæreticis insertos; sic enim in sexta synodo ab his qui Romanæ ecclesiæ auctoritatem contendebant minuere, omne quod dicitur adversus Honorium pontificem maximum, adjectum esse testatur Anastasius bibliothecarius. B. etiam Gregorius concilium Calchedonense fuisse a Constantinopolitanis corruptum testatur, idemque se suspicari ait de Ephesino. Nec adversus hos sanctissimos patres, & sacrosanctas synodos audaces solum extiterunt hæretici, sed adversus ipsos apostolos, evangelistas, & prophetas. De Asiæ enim quodam presbytero hæc refert Tertullianus. *Si qua Pauli perperam scripta legunt, exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docen-*

Sexta synod[...] actio 12. & [...]

Anasta. bibli[...] thec. in sua h[...] ex Theophane[...] Isauro Græco.

B. Gregor. lib[...] epist. 15 ad N[...] sem.

Tertull. lib. 5[...] baptismo. c. [...]

C *di, tinguendique defendunt; sciant in Asia presbyterum qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse.* Hunc autem librum inscriptum fuisse, Periodus Pauli & Teclæ tradit D. Hieronymus. Ab Ebione in primis apostolorum actus & vitas depravatas testatur D. Epiphanius. Quare omnia quæ illorum nomine scripta sunt, ut circuitus Ioannis, circuitus Thomæ, actus Andreæ, actus Ioannis; circuitus Thomæ, actus Philippi; actus Petri, actus Pauli, tamquam erroribus conspersa gravissimis latissime refellit & refutavit in concilio Romano Gelasius papa, D. Athanasius, & Philaster. A quibus autem suppositi fuerint hi actus, docuit Innocentius papa primus. Manichæos id generis commenta plura excogitasse apostolorumque nomine conscripsisse falsas historias, fidem facit divus Augustinus. Priscillianistas alios adinvenisse actus apostolorum; Orosius, & Epiphanius. Encratitas Actus Andreæ, Ioannis & Thomæ, idem Epipha-

D. Hiero. de s[...] ptor. ecclesia[...] Luca.

D. Epipha. in [...] nar. hæresi 30[...]

Gelas c. san[...] Romana. 16 d[...]

D. Athan. in [...] nopsi. Philast. hæresib.

Innoc. I. epist[...] ad Exuperium Tholosan. epis[...] 7 a Leucio qu[...] dam supposita[...] refert a Nexoc[...] ride & Leon[...] philosophis.

D. Aug. lib[...] fide contra M[...] nichæos.

Orosius in epi[...] ad Aug. de isl[...] rum erroribu[...]

Epiphani in P[...] nar. hæresi. [...]

Idem hæresi 4[...]

D nius. Asclepidotum, Theodotum Apollinidem, Hermophilum, Artemonistas divinas scripturas deposito timore adulterasse, Eusebius; & corrumpentes eas, emendare se dicere solitos. Idem de Nestorianis Theophylactus testatur. Lucianum, & Isychium propheticas, atque evangelicas literas ad suæ causæ commodum depravasse, Lanfrancus. Nec adversus hos solum, sed adversus Christum ipsum, quem si non revereri, timere saltem debuissent. De Simone enim Cleobio & Iuda hæreticis hæc refert beatus Clemens Romanus. *Scimus,* inquit, *quod Simon Cleobius & Iudas in domini Christi, & discipulorum ejus, quos circumferunt libros, ad seductionem vestram conscripserunt, & eorum qui diligunt Christum, & nos servos ejus.* Gentibus ejusdem doli mali commentum erga Christum tribuit

Euseb. lib. 5 hi[...] eccles. c. 28.

Theophylact e[...] ponens illud [...] Hebræ. 2. ut [...] gratia Dei pr[...] omnibus gust[...] ret mortem La[...] franc lib. de Eucharist.

D. Clem. lib. Const. apostol[...] c. 16.

August lib. [...] consensu evan[...] c. 10.

Canone. 19[...] apostol.

E Augustinus. Cui malo providentes apostoli deponendum constituerunt eum, qui falsos libros inscriberet, & pro sacris ad populi & cleri corruptionem publicaret. Inter alios autem modos quibus sacros & catholicos contaminabant auctores, is unus erat. Ex his quæ docte, quæ pie, quæ Christiane, quis uno sensu scripserat, adjectis nonnullis vel detractis, pervertebant: vel si ille errorem referebat aliorum, & rationibus ac testimoniis confutabat his postremis ablatis, illa nuda tantum, quæ causæ suæ stabiliendæ inservire videbantur, & eisdem verbis referebant: utque verum se dicere ementito specioso quodam colore persuaderent rudioribus, asseverabant ea catholicorum monumentis contineri: sed contenta erant sane, non ut illa firmarent catholici, sed ut contraria prorsus sententia infirmarent. His vestigiis opinetur quis eos instituisse, qui epistolam hanc beati Clementis nomine divulgarunt; impie enim de communi

rerum divisione sentiebant, & multo magis de communione uxorum, quæ Nicolaitarum primum hæresis fuit a D. Petro, a Clemente & reliquis apostolis sæpe notata, reprehensa, & punita.

Eam igitur epistolam ab aliquo hæretico esse consarcinatam certum est, ex operibus beati Clementis; in quibus ipse non ex animi sui sententia hæc scripsit, sed referens, & postea refellens quæ pater ejus Faustinianus adhuc ethnicus, ante conversionem, ut philosophus Pythagoricus sentiebat. Cum enim coram Petro apostolo ille disputaret, cum filiis Niceta & Clemente, ejus filiis, etsi sibi tunc ignotis, jam tamen conversis & fidelibus, discipulisque carioribus beati Petri, eam quæstionem tunc disputandam proposuit. An aliqua in sua forma & substantia essent bona vel mala. In qua ipse quod a magistris ethnicis acceperat, defendens, objecit, natura nihil bonum esse vel malum; sed omnia ex usu & consuetudine humanæ vitæ esse expedienda: quod si illa mala habuerit, esse mala: sin vero bona, e contra. Cujus rei triplex exemplum attulit: primum de homicidio. *Homicidium*, inquit, *nec bonum esse natura, vel malum; non malum, quia vinculis carnis absolvit; sæpe enim justi judices peccantes perimunt, quod si scirent homicidium malum esse, non utique id justi facerent.* Secundum autem de furto est. *Furtum*, inquit, *natura non esse malum: quia si quid mihi deest, aufero ab eo qui multa habet: nihil mali facio, quia id palam & libere facere poteram: sed quia occulte feci & clam, tunc magis inhumanitas ejus a quo aufero, redargui, potest; quia libere non sivit me sufferre.* Ad hoc ergo propositum furti & adulterii (quod tertium fuit exemplum, & quod rem esse indifferentem etiam contendit) sequentia disputando subjicit: ut ostenderet nihil admittere mali, qui rem alienam, vel uxorem alienam usurpat. *Communis usus omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc suum dicit esse, & alius illud: & sic inter mortales divisio facta est. Denique Græcorum quidam sapientissimus (Pythagoram intelligit vel Lycurgum, vel horum discipulum Platonem, quos hujus erroris auctores fuisse docent Aristoteles, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Theodoretus, & alii) hæc ita sciens esse, ait communia debere esse amicorum omnia: in omnibus autem sunt sine dubio & conjuges; & sicut non potest*, inquit, *dividi aer, neque splendor Solis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo data sunt omnibus ad habendum, dividi debere; sed habenda esse communia.* Hæc Faustinianus senex pater Nicetæ, & Clementis: quibus sequentia subjungit, quæ referam, ut ostendam quomodo hæc ob disputandi rationem, ante conversionem, nec omnino obstinate senserit, ut nec patri ethnico, nedum filio Christiano, scriptori catholico, pontifici maximo, & martyri sanctissimo, tam gravis erroris nota adeo falso tribuatur. *Hæc autem dicere volui*, inquit Faustinianus, *quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum, & non possum bene agere, nisi prius didicerim quid sit bonum: quod si intelligere potuero, ex ipso etiam quid sit malum, hoc est, huic contrarium, advertam. Verum ad hæc quæ dixi unum e vobis respondere volo, non Petrum; non enim dignum est, ab illo verba, & doctrinam cum quæstionibus capere, sed ille si quid pronuntiaverit, hoc absque aliqua retractatione teneatur: & ideo ipse nobis servetur quasi arbiter, ut sicubi disputatio nostra exitum non invenerit, ipse quod sibi visum fuerit pronuntians, indubitatum finem rebus dubiis imponat: & nunc ergo possem sola ejus sententia contentus credere, si quid ei videretur; quod & ad ultimum faciam: volo tamen prius videre, si est possibile disputando invenire quod quæritur. Placet ergo, ut Clemens primus incipiat, & ostendat, si sit aliquid in substantia & actibus bonum, vel malum.* Hucusque Faustinianus ethnicus, in Pythagoræ, & Platonis schola educatus adversus doctrinam Christianam & apostolicam objiciebat, cum apostolo vel ejus discipulis disputando. Sed videamus, an Clemens, qui ad certamen electus est, propositæ opinioni, ejus ratione victus acquiescat. *Ad hæc*, inquit ipse Clemens, *ego respondi. Quoniam quidem a me vis discere, si est aliquid natura, aut actu bonum vel malum; an potius usu præventis hominibus, bona quædam, & alia videntur mala, pro eo quod divisionem inter se rerum facere communium, quæ deberent, ut ais, ita esse communia, ut aer & splendor Solis, puto quòd non debeam tibi aliunde assertiones adhibere, nisi ex his disciplinis, quibus ipse uteris, & quas ipse confirmas, ut indubitata sibi sint quæ dicuntur. Omnium elementorum & stellarum certos ponitis fines, quasque stellas dicitis, in quibusdam absque noxia coire, sicut in conjugiis; in aliis vero noxie misceri, sicut in adulteriis. Et dicitis quædam generalia esse omnium, quædam vero non omnium, neque generalia. Sed ne prolixa disputatio fiat, breviter & de re dicam. Terra, quæ arida est, conjugio & admixtione indiget aquæ, ut possit generare fructus, quibus sine vita hominibus non est: ergo hæc legitima conjunctio. E contra si aut pruina frigus terræ misceatur, aut calor aquis; hujusmodi conjunctio corruptelam facit: & hoc in talibus adulterium est. Et pater respondit: Sed sicut elementorum vel stellarum inconsona conjunctionis statim proditur noxa, ita deberet & adulterium statim ostendi quam malum est. Et ego aio: Hoc primo mihi confirma, si ut etiam ipse confessus es, ex incongrua, & inconsona admixtione efficiuntur mala, & istud in consequentibus requiretur. Et pater ait: Ut se habet rei natura, ita ais, fili. Tum ergo respondi: Quia ergo discere cupis de his, vide quanta sint, quæ mala esse apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum esse febris, incendium, seditio, ruina, cædes, vincula, supplicia, dolores, luctus, & his similia? Et pater: Verum est*, inquit, *fili, hæc mala esse, & valde mala; aut certe qui negat hæc esse mala, patiatur ea. Et ego respondi: Quia ergo cum eo mihi sermo est, qui in astrologica disciplina eruditus est, secundum ipsam tecum agam; ut de his quæ tibi in usu sunt, accipiens rationem, citius acquiescas. Audi nunc ergo. Confessus es mala esse ea, quæ supra diximus, id est, febres, incendia, & his similia; hæc secundum vos a malitiosis stellis fieri dicuntur, id est, ab humido Saturno, & calido Marte, horum vero contraria a benignis fieri stellis, id est, a temperato Iove, & humida Venere, aut non ita est? Et pater respondit: Ita est, fili; nec aliter fieri potest. Tum ego: Quia ergo a bonis stellis, Iove dico, & Venere bona fieri dicitis, videamus unaquæque malarum stellarum, cum admixta fuerit bonis, quid est quod efficit; & illud esse intelligamus malum. Etenim nuptias facere, Venerem ponitis: quæ si Iovem habeat in schemate suo, pudicas efficiat: Iove autem non respiciente, si adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronuntiatis. Et pater: Ita se*, inquit, *habet. Ego respondi: Ergo malum est adulterium; quandoquidem ex malarum stellarum admixtione committitur: & ut compendiosius explicemus omnia quæ dicitis ex malarum admixtione stellarum, bonas perpeti stellas, mala esse sine dubio pronuntianda sunt. Istæ ergo stellæ, quarum admixtione diximus febres, incendia, & cetera his similia effici, mala ipsa secundum vos, etiam homicidia, adulteria, & furta operatur, propter vos etiam & stolidos ipsa efficiunt.* Quibus rationibus permotum Faustinianum recessisse a veteri errore, & contrariæ Clementis acquievisse sententiæ, ipse Clemens sic refert. *Et pater: vere*, inquit, *breviter & incomparabiliter ostendisti, quia sint mala in actibus.* En Platonis & Pythagoræ errorem de rerum & uxorum communione quonam modo non solum non defenderit prædecessor tuus Clemens lib. X. recognitionum, in quo hæc omnia extant, sed multis ex philosophia morali, ex physica, & astronomia petitis rationibus, graviter & acute confutarit adversus Faustinianum parentem suum; quem etsi ethnicum & religionis Christianæ disciplina destitutum, tantopere tamen rationes Clementis commoverunt, ut rejecto, quem prius defenderat, Pythagoræ errore, B. Clementis posthac, imo & Christi, ut veram, & firmioribus innixam rationibus amplexaretur doctrinam. Non est ergo cur hæretici impie obganniant, & ex hac catholica Clementis doctrina ad nos oppugnandos ducant argumenta, cum non solum illa, sed Faustiniani ethnici sententia & consensu jam confirmata expugnari ipsos posse, probent quæ diximus clarissime. Damnavit iterum adulterium Clemens in apostolicis constitutionibus, & ne ullus relinqueretur suspicioni locus, condemnavit tertio adulterium in epitome de rebus gestis B. Petri.

Sed quinam hæretici ex errore a Clemente confutato hujus epistolæ confingendæ auctores fuerint, videamus num ex alio Clemente Alexandrino possimus elicere, quem enim Faustinianus errorem defenderat, a Carpocrate & Epiphane, defensum iterum ille recenset: & ab eadem schola Platonis, sive Pythagoræ deprompsisse ait. *Qui autem*, [stain] *quit, a Carpocrate descendunt & Epiphane, cens*[stain]*rtere, uxores esse communes; a quibus in nom*[stain]*aximum emanavit probrum. Hic autem Epiphanes, cujus etiam scripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandriæ nomine, ex patre quidem Alexandrinus, ex matre vero Cephaleneus. Vixit autem solum septemdecim annis, & Samæ; quæ est urbs Cephaleniæ, ut Deus est honore affectus, quo in loco templum ex ingentibus lapidibus, altaria, delubra, museum ædificatum est & consecratum: & cum est nova luna, convenientes Cephalenei natalem in Deos relationem Epiphani sacrificant, libantque, & conviviantur, & hymnos canunt. A patre autem*

Margin notes (left, partly cut off): …lam 5. …ntis PP. …pars prior apud Grat. …dilecti, fi… …q.1. poste… …c. relatum. …t. ab hære… …iquo com… …n fuisse, …ptam a …ue.

…ib. 2 Polit. …rtull. in …get. c. 39. …Alex li. 6. …Lact. l. 3. …inst. c. 21. …rgo etiam …m senten… …ausisse …em refert …oret. lib 9. …c. affecti… …one. Euri… …in eo… …isse errore …Clem. …lib. 6.

Margin notes (right): Saturnus, qui hic humidus dicitur, communi astrologorum, & medicorum consensu siccus putatur. — Clemens. lib. 10. recognitio. — Idem. lib. 7. apostol. const. c. 3.

autem didicit & orbem disciplinarum, & Platonis philosophiam. Fuit autem auctor & princeps, monadicæ cognitionis. A quo etiam profluxit hæresis eorum, qui nunc sunt, Carpocratianorum. Is ergo dicit in libro de justitia, justitiam Dei esse quamdam cum æqualitate communionem. Æquale quidem certe cœlum undequaque extensum, totam terram continet in orbem, & nox ex æquo stellas omnes ostendit, & diei auctorem, & lucis patrem, solem Deus ex alto æqualem effudit omnibus, qui possunt aspicere. Illi autem omnes communiter respiciunt, quoniam non discernit divitem, vel pauperem, vel populi principem, insipientes & sapientes, fœminas & masculos, liberos & servos. Sed neque secus facit in brutis. Cum autem omnibus animantibus æque ipsum communem effuderit, bonis & malis, firmam ac solidam efficit justitiam; aut nemo possit plus habere, neque auferre a proximo, ut ipse illius lucem habeat duplicatam. Sol facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communi justitia ex æquo data omnibus, & ad ea quæ sunt hujusmodi similiter fit. Genus boum, ut boves, & suum, ut sues, & ovium, ut oves, & reliqua omnia. Iustitia enim in his apparet communitas. Deinde per communitatem omnia similiter seminantur in genere, & commune nutrimentum apertum est humi pascentibus jumentis omnibus, & omnibus ex æquo, ut quod nulla lege teneatur, ejus autem qui donat jubentis suppeditatione convenienter justeque adsit omnibus. Sed neque habent legem scriptam generationis, essent enim abolita. Ex æquo autem seminant & generant habentia innatam a justitia communionem. Ex æquo communiter omnibus, oculum ad videndum creator & pater omnium, sua justitia legem ferens, præbuit; non discernens fœminam a masculo, non id quod est rationis particeps, ab experte rationis: & ut semel dicam, nullum a nullo, æqualitate autem & communitate visum similiter dividens uno jussu omnibus est largitus. Leges autem, inquit, hominum cum ignorationem castigare non possent, contra leges facere docuerunt: legum enim proprietas dissecuit divinæ legis communionem, & arrodit, non intelligens dictum apostoli dicentis. Per legem peccatum cognovi, & meum & tuum dicit subiisse per leges; ut quæ non amplius communiter fruantur, sunt enim communia, neque terra, neque possessionibus, neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque passerem, neque furem ablegant, & frumentum similiter, & alios fructus. Violata autem communio & æqualitas genuit furem pecorum, & fructuum. Cum ergo Deus communiter omnia fecisset homini, & fœminam cum masculo conjunxisset; & omnia similiter animantia conglutinasset, pronuntiavit justitiam communionem cum æqualitate. Qui autem sic nati sunt, communionem quæ eorum conciliat generationem, abnegaverunt. Et dicit: Si unam ducens habeat, cum omnium possint esse participes, sicut reliqua fecit animantia. Postquam autem hæc Clemens Alexandrinus de Carpocratianis retulisset, & sacræ scripturæ testimoniis confutasset, rursus de illis subjungit. *Et hæc quidem dogmata constituunt egregii Carpocratiani. Hos dicunt, & aliquos alios similium malorum æmulatores ad cœnas convenientes, neque enim dixerim agapem eorum congressionem, viros simul & mulieres, postquam satietate venerem excitante exsatiati fuerint, lumine amoto, quod eorum fornicatoriam hanc justitiam afficiebat, aversa lucerna coire quomodo velint, & cum quibus velint, meditatos autem in ejusmodi agape communionem, interdiu jam a quibus velint mulieribus exigere Carpocratea, divina enim nefas est dicere, legis obedientiam. Has leges, ut sentio, ferre oportuit Carpocratem, canum, & suum, & hircorum libidinibus. Mihi autem videtur Platonem quoque male audivisse in republica dicentem, oportere communes omnium uxores; ut qui diceret: eas quidem quæ nondum nupserant, esse communes eorum qui essent petituri, quemadmodum theatrum quoque est commune spectatorum.* Hæc Clemens Alexandrinus de Carpocrate, quæ sensu similia vel eadem sunt cum iis quæ Faustinianus adversus C[illegible]entem disputatione sua retulit: quare a Carpocrat[illegible] a Clemente epistola forsan conficta est, quod a[illegible]em schola Platonis idem venenum Faustinianus & Carpocrates hauserint. Quid enim si litera utriusque nominis prima ansam errori præbuit? Constat enim antiquis in usu fuisse, nomina per primas literas compendii gratia notasse: unde fieri potuit, ut ex C. nota Carpocratis, Clementis nomen extensum sit: quemadmodum criticorum nonnulli contendunt, ex Agellii nomine, Aulum Gellium productum. A. prima Agellii litera integrum Auli nomen effœta: nisi verosimilius sit Carpocratianos hæreticos errorem magistri, Clementis sanctiore nomine decorasse. Eumdem igitur Faustiniani & Carpocratis errorem confutavit uterque Clemens, meliori tamen usus fortuna Alexandrinus, quod non ei Carpocratis insania tributa sit, sicut Romano Faustiniani. Quod si postremo tamdem dicamus, Clementem alium philosophum Platonicæ doctrinæ sectatorem, cujus meminit beatus Dionysius Areopagita de divinis nominibus, vel Actium aut Arium Clementem philosophum Platonicum, ad quem exstant Plinii junioris literæ, illum hortantes ut adhæreat Euphrati alteri æque philosopho Platonico summi nominis, eum, inquam, Clementem operam dedisse, ut epistola hæc, qua Platonis doctrina protegitur, specioso & sancto Clementis Romani nomine proderetur, quo facilius in fidelium animos error posset irrepere, quid vetat?

Roman. 3.

Plin. Iun. lib. epist. 10.

Falso igitur ex hoc capite colligunt interpretes, communem vitam canonicorum & monachorum ex D. Clementis authoritate ortum habuisse: cum D. Clemens hic, non solum eam consilio, nedum præcepto non ornaverit, sed vi & auctoritate rationum everterit: non quod illam, ut hodie sanctissime inter religiosos observatur, injustam sibi persuaserit, nam de ea nec cogitavit quidem; sed quam ex placitis Pythagoræ & Platonis Faustinianus defendebat, injustam & perniciosam civitatibus vir sanctissimus doceret, quod & fecerunt Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Theodoretus & alii, & admonuerat antea Aristoteles contra Socratis & Platonis doctrinam. Ex quibus sane dilucide constat, illustrissimi cardinalis Antonii Carraphæ curam, & pietatis, & publicæ utilitatis plenissimam, quæ contendit versiculum illum: *In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges*, ab epistola & periodo illa Clementis expungi, ut expunxit in ea collectione decretalium epistolarum, quam ipse, vel eruditus vir Antonius de Aquino a Clemente primo usque ad Gregorium IX. accurate satis & fructuose concinnavit, nec dum, quod bona ejus venia dixerim, fuisse necessariam: cum tam sit verum eam scripsisse & retulisse ex Faustiniano Clementem; ac certum, illi semper Faustiniani, Lycurgi, Pythagoræ, & Platonis errorem displicuisse: nec multis solum, ut vidimus, rationibus confutasse, sed confutatum errorem eidem Faustiniano parenti docte & sapienter, dissuasisse. Qua etiam censura notari posse animadverto, recentiorem conciliorum editionem Venetam, dum eum versiculum epistolæ Clementis ademit; cum verum sit potius, illum intactum esse servandum, & epistolæ restituendum: at vero epistolam integram, ut falso affictam Clementi, e reliquarum numero, & Gregoriano decreto vel rejici, vel ut spuriam asterisco notari oportere. Illud hic præterea est etiam observandum, verba illa: *Per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, & alius illud*, non significare, per iniquitatem, hoc est, per peccatum primi parentis inductam esse rerum divisionem, ut placuit multis. Nam Faustinianus homo ethnicus, & doctrina Pythagorica, non Christiana, vel Mosaica eruditus, non potuit de eo peccato intelligere, quod commissum fuisset nec ne, ignorabat: sed dicendum est, Faustinianum sensisse, privatos homines iniquitatem admittere, cum rem possident separatim, eumque esse errorem gravissimum; sed tamdem rationibus & auctoritate Clementis ab eodem Faustiniano retractatum, ut paulo superius diximus.

Clem. Alexan. Lactanct. lib. divin. inst. c. & 22. Arist. li. 2. po. c. 1.

Actum hucusque de priori hujus epistolæ parte: jam posterior attingenda, ut clarior inde lux his quæ diximus, quæque dicturi sumus, afferatur. Exstat illa apud Gratianum. In ea enim disputatione & congressu, quo erant Niceta, Aquila & Clemens cum Petro, cum multa Niceta de allegoriis Gentilium retulisset, quæ Aquila primum, & D. Petrus postea confutavit, rogavit Clemens Nicetam, ne illi sermoni supersederent; sed alia de eisdem gentium deorum allegoriis ipse referret, oportere sane judicans, ea non ignorare; quia cum gentibus tunc & erant, futuræque erant disputationes: sic enim ait Clemens, multo post ac de rerum communione & communitate uxorum egerat. *Cum hæc Petrus dixisset, ego Clemens Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis Gentilium, quas diligenter attigerat, agnoscendi gratia exponeret; utile enim est, ut cum Gentilibus disputamus, etiam ista nos minime lateant. Et Niceta: Si, inquit, permittit dominus Petrus, possum dicere. Tum Petrus: Hodie permisi vobis dicere adversum Gentiles, ut nostis. Et Niceta ait: Dic ergo, Clemens, de quibus audire velis. Cui ego aio: Quomodo tradunt de deorum cœna Gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt & Thetidis? Quem dicunt esse Paridem pastorem, & quas ponunt in Iunone, Minerva & Venere, quæ apud eum judicantur? quemve Mercurium, vel quod malum? & cetera quæ per ordinem consequuntur? enarra nobis. Tum Niceta: Cœna deorum*

Gratian. c. rel. tum. 37. dist.

Clem. lib. 10. recognitio.

causa

causa hoc modo se habet: convivium mundum tradunt: discumbendi ordinem deorum, stellarum positionem, quos Hesiodus cœli & terræ primos filios nominat, in quibus sex mares & sex fœminas ad duodecim signorum numerum referunt, quæ universum circumeunt mundum. Dapes autem convivii, rationes esse & causas rerum tradunt, dulces & concupiscibiles, quæ qualiter regatur & gubernetur hic mundus, ex signorum positione & astrorum cursibus colliguntur. Ad libertatis tamen convivii modum, dicunt ista constare, pro eo quod potestatem habeat uniuscujusque sensus; si velit degustare aliquid ex hujusmodi scientia, aut si nolit. Et sicut in convivio nemo cogitur, sed vescendi libertas penes unumquemque est, ita & philosophandi ratio pendet in voluntatis arbitrio. Discordiam, concupiscentiam carnis dicunt, quæ surgit adversum propositum mentis, & philosophandi impedit studium. Ideo denique & tempus illud esse aiunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum vero & Thetidem nympham, aridum & humidum ponunt elementum, ex quorum admixtione substantia corporum constat: Mercurium, verbum esse tradunt, per quod sui doctrina confertur: Iunonem, pudicitiam: Minervam, fortitudinem: Venerem, libidinem dicunt: Paridem sensum. Si ergo, aiunt, accidat in homine, barbarum esse, & imperitum sensum, & rectum judicium nescientem, spreta pudicitia & virtute, libidini palmam, quod est malum, dabit: per quod non solum sibi, sed & civibus & universæ genti subversio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia visum sit, tamen aptari ad omnem hominem possunt: quia si quis pastoralem & rusticum atque imperitum habeat sensum, nec velit erudiri, ubi corporis calor de libidinis suavitate suggesserit; continuo spretis studiorum virtutibus, & scientiæ bonis, ad voluptates corporum animum confert. Et hinc est, unde impacata bella consurgunt, urbes ruunt, patriæ concidunt; sicut & Paris, rapta Helena, ad mutuum Græcos & barbaros armavit exitium. Hæc Niceta de allegoriis Gentilium translatis, & transferendis ad verum sensum. Quæ cum audisset Petrus, ne in lege Dei simile quid contingeret, & sacras ac divinas literas suo sensu singuli interpretarentur; sequenti doctrina Clementem, Nicetam & Aquilam voluit erudire. *Et Petrus collaudans prosecutionem ejus, ait: Multas, ut video, ingeniosi homines, ex his quæ legunt verisimilitudines capiunt: & ideo diligenter observandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum proprii ingenii intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in scripturis divinis, quæ possunt trahi ad suum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpsit: quod fieri non oportet. Non enim sensum quem extrinsecus attuleris, alienum & extraneum debes quærere, quem ex scripturarum auctoritate confirmes, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis: & ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam a majoribus secundum veritatem sibi traditam servat: ut & ipse possit ea quæ recte suscepit, competenter adserere. Cum enim ex divinis scripturis integram quis susceperit & firmam regulam veritatis, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac de liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, ubi vera didicit, falsa & simulata declinet. Et cum hæc dixisset, ad patrem nostrum respiciens ait: Tu ergo, senex, siquidem saluti animæ tuæ consulis, ut cum corpore fuerit resoluta, pro brevi hac conversione requiem inveniat sempiternam, require de quibusvis, & consule, ut possis, si quid in te est dubitationis, abjicere; incertum enim est etiam iuvenibus vitæ tempus, senibus autem jam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcumque est, quod putatur superesse, breve sit, & ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione & pœnitentia valde esse solicitos, & satagere; ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis; id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem.* Cum ergo hæc omnia, quæ in dicta epistola. V. Clementis exstant, ex diversis fragmentis libri X. recognitionum eruta sint, ut vidisti; constat sane, eam ab hæretico quodam contextam esse, idque satis insulse; cum agens de communi vita, misceat statim reliqua de interpretatione scripturæ sacræ, quæ diverso proposito docuerat D. Petrus, & retulerat B. Clemens, dum uterque de allegoriis deorum, & interpretatione sacræ scripturæ tractaret. Ex quo consequens erit, textum in c. relatum. XXXVII. distinct. non beato Clementi, sed B. Petro tribui debere, si verum est quæ ipse Clemens dicto libro X. recog. retulerat, D. Petrum docuisse.

e etiam nome- dam Mercu- n invenisse antur.

Hæc autem, beatissime pater, de epistola Clementis **A** tam longo sunt a me repetita sermone, ut ostenderem, mœchiæ reatum, ut loquuntur patres, quem sæpe in hoc concilio pœnis multis coerceri legimus, nulla posse naturæ lege, aut ecclesiæ decreto probari; neve hæretici ex Clementis loco illo, ut erat, difficili, ansam acciperent liberius in mulieres nuptas debacchandi. Hic autem videre mihi videor, opera omnia Clementis, quæ nulli dubium est, quin sint pietatis plena, eruditione illustria, sapientia referta, operam tuam, qui illius non solum nomen tenes, sed religionem & pietatem imitaris, exposcere & expectare: ut sentibus, quæ ab hæreticis interfertæ sunt, perpurgata, eam denique recipiant auctoritatem, quam divus illorum auctor, catholica doctrina meruit, sancta dignitate acquisivit, & divino **B** martyrio comparavit. Plures enim ejus epistolæ nobis falso obstrusæ non ejusdem sunt apud pios & doctos ponderis. Meministi enim, sat scio, in canone apostolorum ultimo duas tantum epistolas Clementis referri: quas solas recensuit Damasus. Eusebius unam tantum ad Corinthios illius agnoscit, & aliam ad Hebræos; nec plurium meminit. Illam autem, quæ sub Romanæ ecclesiæ persona ad Corinthiorum ecclesiam directa, adhuc non exstare certum est, etsi dixerit Eusebius illam omnium ecclesiarum consensu approbatam, & ex sententia Egesippi eam tanti habitam a Corinthiis, ut dominicis diebus semper in ecclesia legeretur. De ea D. Irenæus. *Sub hoc Clemente*, inquit, *dissensione non modica, inter eos qui Corinthi erant fratres, facta, scripsit quæ est Romæ ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem aliam eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians, quam in recenti ab apostolis receperat, traditionem.* De eadem meminit Photius patriarcha Constantinopolitanus **C** in eo opere, quod de libris a se lectis composuit, & bibliothecam appellavit. Epistolas duas Clementis ait se legisse, unam ad Corinthios, aliam ad Iacobum fratrem domini. Floruit is ante septingentos annos. Multa ex eadem epistola transtulit eisdem verbis, variis in locis Clemens Alexandrinus. De eadem meminit divus Hieronymus, nonnulla ex ea referens: quam fortasse indicavit & intellexit concilium Laodicenum, dum de Clementis unica tantum epistola mentionem facit; reliquas non omissurum, si exstarent. Sed nec eam certo fuisse Clementis constat; nam contextam ex verbis & sententia epistolæ Pauli ad Hebræos accepimus; sed an Clemens, an vero Lucas transtulerit, incertum Eusebio & Nicephoro. Qua ratione Dionysius Exiguus, Ferrandus diaconus, & Cresconius, antiqui decretalium epistolarum collectores, non a Clementis, sed a Siricii papæ epistolis initium fecerunt, in canonum & epistolarum collectio-**D**nibus. Agnoscis etiam hos libros recognitionum, quos alii circuitus, alii periodos Petri nuncuparunt, ab Ebionæis fuisse corruptos, ut prodidit divus Epiphanius, qui ipsum Clementem refert sæpe fuisse conquestum, quod eos libros illi depravassent. Tam antiqua est hujus criminis querela. *Vtuntur autem*, ait ille, *& aliis libris, nimirum circuitionibus Petri appellatis, per Clementem scriptis, multa corrumpentes in ipsis, & pauca vera relinquentes, velut ipse Clemens omnes per omnia redarguit in epistolis Encyclicis, quæ in sanctis ecclesiis leguntur.* Id ipsum testatur Rufinus & D. Hieronymus, docens eos etiam esse depravatos ab Arianis, seu Eunomianis. Et alibi ait. *Postquam discipulus Christi factus est Petrus, socrum ejus legimus, uxorem ejus non legimus. Clementis enim*, inquit, *periodi, quæ scilicet de uxore Petri narrant, apocrypha*; quare eos libros ut apocryphos rejecit D. Athan. Philastrius, & Photius patriarcha Constantinopolitanus. Et, quod majoris adhuc momenti est, Gelasius papa in **E** synodo Romana & Leo nonus contra epistolam Nicetæ Abbatis, & ejus nomine Humbertus ejus legatus, affirmas, antiquos etiam patres illos ut apocryphos rejecisse, quod tradidit synodus Nicæna II. & antea Eusebius. *Iam vero*, inquit, *quidam alia item opera, verbosa illa quidem & prolixa, heri prope & nudiustertius, perinde quasi illius essent, introduxerunt; quæ quidem disputationes Petri & Appionis continent: quorum apud veteres nulla omnino fit mentio. Nam puram illam & sinceram apostolicæ orthodoxæ doctrinæ notam minime retinent.* Constitutionibus apostolicis ejusdem Clementis quædam a pietate Christianâ maxime aliena inserta fuisse ab hæreticis, sexta synodus refert. De illis etiam quosdam suo tempore dubitasse recenset D. Epiphanius. Inter apocrypha antea retulit Eusebius.

Damas. in vita Clementis.
Euseb. eccles. histor. lib. 3. c. 32. 7. & 38.
Irenæus lib. 3. advers. hæres.
Clem. Alex. li. 1. strom. lib. 4 & lib. 6.
D. Hieron. in catalogo, & in comment. 52. c. 15.
Concil. Laodic. c. 6.
Euseb lib. 3. eccles. hist. c. 32.
Nicephor. lib. 3. c. 18.
Epiphan. hæres. 30.
Rufin. in apolog. pro Origen.
D. Hieron. in apologet. advers. Rufinum.
Idem advers. Iovinian.
Athanas. in synop. Philastrius de hæres.
Photius in sua bibliotheca.
Refertur in c. sa. Romana. 19 dist.
Ex Humberto.
Gratian. c. Clementis librum. 16. dist.
Secunda synod. Nicæna actio. 5. verb. Epiphanius.
Euseb. lib. 3. eccl. histor. c. 32.
Sexta synod. actio. 2.
D Epiphan lib. 3. contra Audianos.
Euseb. lib. 3. hist. eccl. c. 19.

Sed ut revertatur tandem eo unde deflexit oratio, si quæratur, quare de tribus tantum criminibus meminerint patres Hispani in hoc canone, & cum idololatria homicidium & mœchiam conjunxerint? duplex occurrit ratio. Prior, ut apostolos imitarentur, a quibus in concilio Hierosolymitano ob Gentiles tria speciatim interdicta legimus apud Lucam, abstinere ab idolothytis, sanguine,

Act. apost. c 15. Tertull. lib. de pudicitia. c. 12.

sanguine, & fornicatione: quem locum sic intellexit Tertullianus. *Cum primum intonuit*, inquit, *evangelium, & vetera concussit, ut de legis retinenda nec statu disceptaretur, primam hanc regulam de auctoritate Spiritus sancti apostoli emittunt ad eos qui jam ex nationibus allegi cœperant. Visum est*, inquiunt, *Spiritui sancto, & nobis, nullum amplius vobis adjicere pondus, quam eorum a quibus necesse est abstineri, a sacrificiis, & a fornicatione & sanguine.*

Act. 15.

A quibus observando recte agitis, vectante vos Spiritu sancto. Sufficit & hic servatum esse mœchiæ & fornicationi locum honoris sui inter idololatriam & homicidium. Interdictum enim sanguinibus multo magis humani intelligemus. Porro qualia videri volunt apostoli crimina, quæ sola in observatione de lege pristina exceperunt, quæ sola necessario abstinenda præscribunt. Non quod alia permittant, sed quod hæc sola præponant utique nonremissibilia fecerunt. Tria enim hæc crimina, mœchiæ, idololatriæ, & homicidii, una in scripturis damnari probat idem Tertul. Eadem conjunxit D. Leo papa primus Rustico Narbonensi rescribens. *Qui convivio*, ait, *solo Gentilium, & escis immolatitiis usi sunt, possunt jejuniis & manuum impositione purgari, & deinceps ab idolothytis abstinentes, sacramentorum Christi possunt esse participes: si autem aut idola adoravere, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.*

Tertul. eod lib. de pudicit. ca. 4. 5. & 6. D. Leo. 1. in epist. ad Rusticum epis. Narbonens. c. fin.

Posterior causa est, ut ostenderent, Christianos longissime ab his criminibus abesse, quæ falso imposturæ nomine gentes nobis olim objiciebant, ut idem Tertullianus refert. *Sed illud*, inquit; *solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, & non examinatio criminis, quando si de alio nocente cognoscitis, non statim confesso eo, nomen homicidæ, vel sacrilegi, vel publici hostis (ut de vestris elogiis loquar) contenti sitis ad pronuntiandum.* Quæ crimina diluerunt eleganti & copioso sermone olim Arnobius, Lactantius, Athenagoras & alii. Qua forsan ratione, ad majorem eorum criminum detestationem ea solum tria crimina excommunicatione punienda, quorumdam opinio fuit, quam refert D. Augustinus. *Qui autem opinantur*, inquit, *cetera eleemosynis facile compensari, tria tamen mortifera esse non dubitant excommunicatione punienda, donec pœnitentia humiliori sanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium: neque nunc opus est quærere qualis sit eorum ista sententia, utrum corrigenda, an approbanda, ne opus susceptum mittamus in longum, propter eam quæstionem quæ huic absolvendæ minime necessaria est: sufficit enim, quia si omnia non sunt admittenda ad baptismi sacramentum, inter hæc omnia est adulterium, unde ista disputatio mota.*

Tertul. in apolog. adversus Gentes c. 2.

Arnobi. adversus Gentes. Lactant. in divin. instit. Athenagor. in apolog. pro Christianis. D. Aug lib unic. de fide & oper. c. 19.

Canon III. Vulgatus.

De eisdem si idolis tantum munus dederunt.

Item flamines qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se a funestis abstinuerint sacrificiis, placuit, in fine præstare eis communionem: facta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de dominica communione videantur.

Canon III. *Emendatus.*

De eisdem si idolis tantum munus dederint.

Item flamines qui non immolaverint, sed munus tantum dederint, eo quod se a funestis abstinuerint sacrificiis, placuit, in fine præstari eis communionem: facta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de dominica communione videantur.

Qui olim sacrificati dicerentur, qui libellatici. Cap. IX.

POSTQUAM egerunt episcopi de sacrificatis, in duobus canonibus præcedentibus (vocabant olim sacrificatos, eos qui sacrificium deorum vel agebant, vel

A quoquomodo juvabant) nunc agunt de libellaticis, de his videlicet, qui ut non cogerentur sacrificare, munus dabant, eo pretio vitæ & idololatriæ exterioris periculum & infamiam redimentes, & Christianismi professionem quodammodo confusione abnegantes. Pro munere autem libellos exposcebant, vel ipsi, vel alii eorum nomine a magistratibus, ut his velut securitatis præsidio muniti a satellitum se audacia furoreque defenderent. Horum autem libellorum formulam quam illi obsignabant expressam nobis reliquit D. Cyprianus ad Antonianum.

D. Cypr. epist. 51. ad Antonian. c. 4.

Ego prius legeram, & episcopo tractante cognoveram, non sacrificandum idolis, nec simulachra servum Dei adorare
B *debere; & idcirco ne hoc facerem, quod non licebat, cum occasio libelli fuisset oblata, ad magistratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non posse, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.*

Hos autem libellaticos nota turpitudinis inustos testatur idem Cyprianus, quod cum vitæ periculo fidem semel susceptam constanter non profiterentur. *Nunc tamen* inquit, *etiam iste qui libello maculatus est, postea quam nobis admonentibus didicit, nec hoc se facere debuisse, etsi manus pura sit, & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen ejus esse pollutam: flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit, nunc admonetur; & non tam crimine, quam errore deceptus, quod jam de cetero instructus & paratus sit, contestatur.* Idem. *Nec sibi*, inquit, *quo minus agant pœnitentiam, blandiantur, qui etsi nefandis sacrificiis*
C *manus non contaminaverunt, libellis tamen conscientiam polluerunt. Et illa professio denegantis, contestatio est Christiani quod fuerat abnuentis: fecisse dixit, quidquid alius faciendo commisit. Cumque scriptum sit; Non potestis duobus dominis servire, servivit sæculari domino, obtemperavit ejus edicto, magis obaudivit humano imperio, quam Deo. Viderit, an timore, vel dedecore, vel crimine apud homines publicaverit, quod admisit: Deum tamen judicem subterfugere & vitare non poterit; cum dicat Spiritus sanctus in psalmis: Quod est imperfectum meum, viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Et iterum: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Ipse quoque dominus præmoneat & præstruat dicens: Et scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator renis & cordis. Perspicit ille abdita, & secreta atque occulta considerat. Nec Dei oculos potest aliquis evadere dicentis Ego Deus approximans, & non Deus a longinquo: si absconditus fuerit homo in absconditis; ego ergo non videbo*
D *eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Videt ille corda & pectora singulorum, & judicaturus est non tantum de factis; sed & de verbis, & de cogitationibus nostris: omnium mentes voluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. Denique quanto & fide majores & timore meliores sunt, qui quamvis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentes, exomologesim conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam, parvis licet & modicis vulneribus exquirunt; scientes scriptum esse: Deus non deridetur, derideri & circumveniri Deus non potest, nec astutia aliqua fallente deludi. Plus imo delinquit, qui secundum hominem, Deum cogitans, evadere se pœnam criminis credit, si palam crimen admisit. Christus in præceptis suis dicit: Qui confusus me fuerit, confundetur cum filiis hominis, & Christianum se putat, qui Christianus esse confunditur, aut veretur? quomodo potest esse cum Christo, qui ad Christum pertinere aut*
E *erubescit, aut metuit?* Eamdem libellorum oblatorum turpitudinem ad devitandum periculum vitæ & sacrificii faciendi notant & exaggerant presbyteri & diaconi Romæ consistentes scribentes ad Cyprianum. *Hos nos*, aiunt, *non falso dicere superiores nostræ literæ probaverunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus adversus eos, qui se ipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant; quasi evasuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso quod ipsum contestati fuerant, tenerentur.* Quare quemadmodum sacrificati a martyribus literas confessorias exposcebant, ut sua intercessione a pœnis idololatriæ ab episcopis absolverentur; sic etiam & hi libellatici, ut idem Cyprian. testatur. *Item cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluissent, exambire ad martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrimine atque examine singulorum, darentur quotidie libellorum millia contra evangelii legem.* Hujus autem turpi-

Idem lib. de lapsis. c. 11. Matth. 7. Psal 138. 1. Reg. 16. Apoc. 2. Hierem. 23. Gala. 6. Marc. 8. Extat inter epist. Cyprian. num. 31. c. 2. Cypr. epist. 55. ad presbyt. & diacon. Romæ cons.

[...]l lib. de [...]ad Fabium.

A

turpitudinis libellaticorum rationem propriis depinxit coloribus Tertullianus. *Sed quod meum est*, inquit, *fugio, ne peream, si negavero. Illius est, si voluerit, etiam fugientem me reducere in medium. Hoc mihi prius responde, certus es te negaturum, si non fugeris, an incertus? Si enim certus, jam negasti: quia præsumendo te negaturum, id despopondisti, de quo præsumpsisti, & vane jam fugis ne neges; qui si negaturus es, jam negasti. Si vero incertus es, cur non ex æqualitate incerti metus inter utrumque eventum, etiam confiteri te posse præsumis, & salvum magis fieri, quo minus fugias? Sicut negaturum te præsumis, ut fugias. Iam nunc aut in nobis est utrumque, aut totum in Deo. Si in nobis est confiteri, aut negare, cur non id præsumimus, quod est melius; id est confessuros nos? nisi vis confiteri, pati non vis. Nolle autem confiteri, negare est. Si vero in Deo totum est, cur non totum relinquimus arbitrio ejus? agnoscentes virtutem & potestatem, quod possit nos sicut fugientes educere in medium, ita & non fugientes, imo & in medio populo conversantes obumbrare. Quale est ut ad fugiendum, Deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in medium; ad contestandum autem inhonores illum, desperans potentiam protectionis ab illo? Quare non magis ex hac parte constantia & fiducia in Deum, dicis: Ego quod meum est, facio, non discedo. Deus si voluerit, ipse me proteget? Hoc potius nostrum est; stare sub Dei arbitrio, quam fugere sub nostro. Rutilius sanctissimus martyr, quum toties fugisset persecutionem de loco in locum, etiam periculum (ut putabat) numis redemisset, post totam securitatem, quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus, & præsidi oblatus, tormentis dissipatus (credo pro fuga castigatione) de hinc ignibus datus, passionem quam vitarat, misericordia Dei retulit. Quid aliud voluit dominus nobis demonstrare hoc documento, quam fugiendum non esse; quia nihil fuga prosit, si Deus nolit?* Sed & Negantius, copiosius, & magis ad rem idem auctor. *Porro,* ait, *qui quærit, an persecutio fugienda sit, sequentem quoque jam prospiciat necesse est: an si fugienda non est, redimenda certe sit. Ultro igitur & de hoc tibi suggeram, definiens persecutionem, quam constat non esse fugiendam, proinde nec redimendam. Pretium interest. Ceterum sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio numaria, fuga est. Certe & hujus, timiditatis consilium est. Quod times, redimis: ergo fugis. Pedibus stetisti, cucurristi numis. Hoc ipsum quod stetisti ex redemptione, fugisti. Ut autem redimas hominem tuum numis, quem sanguine suo redemit Christus, quam indignum Deo, & dispositioni ejus; qui filio suo non pepercit pro te, ut fieret maledictum pro nobis; quia maledictus, qui pependerit in ligno: qui tamquam ovis ad victimam ductus est, & tamquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os; sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas, & faciem non avertit a sputaminibus, & inter iniquos deputatus est, & traditus in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc ut nos a peccatis lucraretur. Sol cessit diem emptionis nostræ. Apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in cœlis: sublevata sunt portæ sempiternæ, ut introiret rex gloriæ, dominus virtutum hominem de terris, imo ab inferis, mercatus in cœlos. Quis est nunc qui adversus illum reluctatur? imo depretiat, & mercedem ejus tam magno comparatam, pretiosissimo scilicet sanguine, commaculat? Iam ergo melius fugere quam fieri viliorem; si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit domino, & dominus quidem illum redemit; ab angelis munditenentibus potestatibus, a spiritalibus nequitiæ, a tenebris hujus ævi, a judicio æterno, a morte perpetua. Tu autem pro eo pacisceris cum delatore, vel milite, vel furunculo aliquo præside, sub tunica & sinu, quod aiunt, ut furtivo, quem coram toto mundo Christus emit, imo & manumisit. Hunc ergo liberum pretio æstimabis, & pretio possidebis, nisi eodem, quanto, ut diximus, domino constitit, sanguine suo scilicet? Ut quid ergo de homine Christum redimis in homine, in quo Christus est? Non aliter & Simon facere tentavit, quum pecuniam apostolis obtulit pro spiritu Christi. Audite ergo, & iste qui se redimens, Christi spiritum redemit: Pecunia tua tecum sit in interitum; quoniam gratiam Dei pretio consequendam putasti. Quis tamen abnegatorem spernat? Quid enim dicit ille concussor? Da mihi pecuniam, certe ne eum tradat: siquidem non aliud venditat, quam quod præstaturus est præmio tuo. Cum das, utique ne tradaris voluisti. Non traditus autem, traduci habebas? ergo dum nolendo tradi, non vis traduci, nolendo negasti, quod te esse traduci noluisti. Imo inquis, dum nolo traduci quod sum, confessus id esse quod nolo traduci; id est, Christianum. Potes itaque te martyrem vindicare, constanter ostendisse Christum. Redimens, non ostendis? Apud unum si forte confessus es, ergo, & apud plures nolendo confiteri negasti. Ipsa salus judicabit hominem excidisse, dum evadit. Excidit ergo qui maluit evasisse. Negatio est etiam martyrii recusatio. Christianus pecunia salvus est: & in hos numos habet ne patiatur, dum adversus Deum erit dives. At enim Christus sanguine fuit dives pro illo. Felices itaque pauperes, quia illorum est,* inquit, *regnum cœlorum; qui animam solum in confiscato habent. Si non possumus Deo servire & mammonæ, possumus & a Deo redimi & a mammona? Quis enim magis serviet mammonæ, quam quem mammonas redemit? Postremo, quo exemplo uteris in redemptionem traditionis? Apostoli tractantes, persecutionibus agitati, quando se pecunia liberaverunt? quæ illis utique non deerat, ex prædiorum pretiis ad pedes eorum depositis, certe multis locupletibus credentibus viris ac fœminis, qui his etiam refrigeria subministrabant. Quando Onesiphorus, aut Stephanus, hoc modo eis in persecutione succurrerunt? Paulus quidem, cum Felix præses pecunias accepturum se pro eo a discipulis sperasset, de quo & ipse in secreto tractavit cum ipso, neque ipse pro se, neque discipuli pro eo numeraverunt. Illi utique discipuli, qui flentes quod Hierosolymam tendere perseveraret, & persecutiones prædicatas illic non præcaveret; postremo inquiunt, fiat voluntas Dei. Quæ ista voluntas? utique ut pateretur pro nomine domini, non ut redimeretur. Oportet enim, quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo & a nobis, nec tantum pro ipso, imo etiam pro fratribus propter ipsum. Quod Ioannes docens, & non pro fratribus numerandum, sed moriendum potius pronunciavit. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas, aut emere, & adeo voluntas Dei, sic est. Ab apice regnorum & imperiorum, utique a Deo, disposito statu: in cujus manu cor regis, tanta quotidie ærario augendo prospiciuntur remedia censuum, vectigalium, collationum, stipendiorum; nec umquam usque adhuc ex Christianis tale aliquid prospectum est, sub aliquam redemptionem capitis & sectæ redigendis, cum tantæ multitudinis nemini ignotæ fructus ingens meti posset. Sanguine empti, sanguine numerati, nullum numerum pro capite debemus: quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecunia constare. Quomodo & martyria fieri possent in gloriam domini, si tributo licentiam sectæ compensaremus? Itaque qui eam præmio paciscitur, dispositioni divinæ adversatur. Cum igitur nihil nobis Cæsar indixerit in hunc modum stipendiariæ sectæ, sed nec indici umquam tale quid possit: Antichristo jam instante, & in sanguinem non in pecunias hiante Christianorum, quomodo mihi proponere potest scripturam esse, reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari? Miles me, vel delator, vel inimicus concutit, nihil Cæsari exigens, contra faciens, cum Christianum legibus humanis reum mercede dimittit. Alius est denarius quem Cæsari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, a tributariis scilicet, non a liberis debitus: aut quomodo reddam, quæ sunt Dei, Deo, utique proinde imaginem & monetam ipsius, inscriptam nomine ejus, id est, hominem Christianum? Quid autem Deo debeo, sicut denarium Cæsari, nisi sanguinem, quem pro me filius fudit ipsius? Quod si Deo quidem hominem & sanguinem meum debeo, nunc vero in eo sum tempore, ut quod Deo debeo, expostuler; utique fraudem Deo facio, id agens, ne quod debeo solvam. Bene observavi præceptum, Cæsari reddens, quæ sunt Cæsaris, Deo vero quæ sunt Dei abnegans. Sed & omni petenti me dabo in causa eleemosynæ, non in concussuræ. Petenti,* inquit, *porro qui incutit, non petit. Qui comminatur si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat, qui non miserandus sed timendus venit. Dabo igitur misericordiæ, non timiditatis meæ nomine, ubi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit: non ubi amplius se benefactum præstitisse credit, & prædam suam aspiciens, dicit: De reatu irascar & inimicum. Sed inimicitiæ & alios habet titulos. Non tamen dixit, traditorem aut persecutorem, aut concussorem: nam huic quanto magis carbones acervabo super caput, si non me redemero? Proinde inquit: Qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium, concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæsierit. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam. Omnium jam nunc dominicarum sua sunt & causæ & regulæ termini, non infinitum, nec ad omnia spectant. Atque adeo, omni petenti dari jubet, ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum, aut gladium mortem desideranti daturus. Facite autem vobis amicos de mammona, quomodo intelligendum sit, parabola præmissa te doceat, ad populum Iudaicum dictum, qui commissam sibi rationem domini cum male administrasset, debere de mammona hominibus,*

Marginal notes, left column (partly cut off at the edge): [...] c. 12. & — [...]an. 8. — [...] 3. — [...]3. — [...]p. 2. — [...]3. — [...]inth. 6. — [...] 8.

Marginal section letters: B, C, D, E

Marginal notes, right column: Matth. 5. — Matth. 6. — Actor. 4. & 5. — 1. Ad Timot. 1. & 4. — Actor. 18. — Actor. 6. & 7. — Actor. 24. — Actor. 21. — 1. Ioan 3. — Proverb 21. — 1. Corint. 6. — Ephes. 4. & 5. — Matth. 22. — Ibidem. — Lucæ. 6. — Roman. 12. — Lucæ. 6. — Idem. — Lucæ. 16. — Lucæ. 6.

hominibus, quod nos eramus, amicos sibi potius prospicere, quam inimicos, & relevare nos a debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, si nobis id dominica ratione conferrent, ut cum cœpisset ab hui deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula æterna. Quamvis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & sententiæ istius, dum scias verisimile non esse, ut concussores nostri in amicitiam redacti per mammonam, recipiant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas persuadebit, quasi & fugere scriptum permittat, & redimere præcipiat? Parum denique est, si unus aut alius ita eruitur, massaliter tota ecclesia tributum sibi irrogaverunt. Nescio dolendum, an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur. Hanc episcopatui formam apostoli providentius condiderunt, ut regno suo securi, frui possent sub obtentu procurandi. Scilicet enim talem Christus ad patrem regrediens, mandavit a militibus per Saturnalitia redimendam. Sed quomodo colligemus, inquis, quomodo dominica solennia celebrabimus? Utique quomodo & apostoli, fide, non pecunia tuti: quæ fides si montem transferre potest, multo magis militem, esto sapientia, non præmio cautus. Neque enim statim & a populo eris tutus, si officia militaria redemeris. Una ergo tibi & fides & sapientia ad tutelam opus est: quibus non adhibitis, redemptionem tuam potes perdere: adhibitis, haud redemptionem desiderare. Hæc in Hispania & Africa ad conservandam Christianæ fidei integritatem summa severitate Hispani & Africani episcopi constituerunt.

Matth. 21.

Pet. Alex. can. 13.

Aliter autem D. Petrus martyr, episcopus Alexandrinus. *His enim*, inquit, *qui pecuniam dederunt, ut ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest: damnum enim & jacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent: quod alii propter turpe lucrum non fecerunt; cum dominus dicat: Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Vel quam commutationem dabit homo pro anima sua? Et rursum: Non potestis Deo servire & mammonæ; in his enim apparuerunt Deo servire excisis conculcatis contemptisque pecuniis, & in eo compleverunt, quod scriptum est, pretium redemptionis animæ hominis propriæ divitiæ: nam & in actis apostolorum legimus, eos qui pro Paulo & Sila Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, datis multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam enim ipsos propter nomen multum onerassent, & multitudinem magistratusque perturbassent, ab Iasone inquit, & reliquis satisdatione accepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu protinus Paulum & Silam miserunt in Berocham.* Hæc Petrus martyr. Quæ tametsi ad eam Hispaniæ & Africæ severitatem redacta non sint, locum tunc habere aliquando poterunt: cum videlicet, aut fidei, aut religionis, aut ecclesiæ jacturam, vel fratrum offendiculum, qui periculum patitur, minime extimescat, vel cum uberiorem ex hac redemptione fructum spiritualem in se & ecclesiam redundaturum speret, in quo percipiendo & augendo pii viri totis debent viribus invigilare. Si in Hispania ergo flamines a sacrificiis se abstinuerunt, munus tamen dederunt, ut se a sacrificando liberarent, pœnitentiam acturi sunt: in fine tamen communio illis non denegatur. Quod etsi peccatum grave sit; non tamen est visum tanta pœna dignum, quanta sacrificantibus superiori canone decreta est. Libellaticos enim minus quam sacrificatos peccare, ipsa rei gestæ natura argumento est; docuitque apertissime D. Cyprianus ad Antonianum. *Nec tu existimes*, inquit, *frater carissime, sicut quibusdam videtur libellaticos cum sacrificatis æquari oportere, quando inter ipsos etiam qui sacrificaverint, & conditio frequenter & causa diversa sit. Neque æquandi sunt illi, qui ad sacrificium nefandum statim voluntate prosilivit, & qui reluctatus & congressus diu ad hoc funestum opus necessitate pervenit; ille qui se & omnes suos prodidit, & qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens, uxorem, & liberos & domum totam periculi sui perfunctione protexit: ille qui inquilinos, vel amicos suos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit; fratres etiam plurimos, qui extorres & profugi recedebant, in sua tecta & hospitia recepit; ostendens & offerens domino multas viventes & incolumes animas, quæ pro una saucia deprecentur. Cum ergo inter ipsos qui sacrificaverint, multa sit diversitas, quæ inclementia est, & quam acerba duritia, libellaticos cum his qui sacrificaverint, jungere? quando is cui libellus acceptus est, dicat, ego prius legeram, & episcopo tractante cognoveram, non sacrificandum idolis, nec simulacra servum Dei adorare debere: & idcirco ne facerem, quod non licebat (cum occasio libelli fuisset oblata) quem nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisset occasio, ad magistratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non posse; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam.* Et post alia. *Et ideo placuit, frater carissime, examinatis causis singulorum, libellaticos interim admitti, sacrificatis, in exitu subvenire; quia exomologesis apud inferos non est.*

Matth. 8.

Luce 9.
Matth. 6.

Actuum. 17.

Minus peccare libellaticos, quam sacrificatos.

D. Cypr., in epistoli 52. ad Antonianum. c. 4.

Idem. c. 5.

Quod si munus dare alii pro libellaticis nolint intelligi, sed pro his, qui sumptus suppeditant ad profana deorum sacrificia, nihil repugnabo; quinimo epigraphe canonis tam in editis, quam MS. codicibus, id demonstrare videtur dum ait; De eisdem, si idolis tantum munus dederint. Hoc enim genus esse idololatriæ, Tertullianus docte monuit. *Plane ad sacerdotium*, inquit, *& sacrificiũ vocatus non ibo*, proprium enim idoli officium est. *sed neque consilio, neque sumptu, aliave opera hujusmodi fungar.* Idem. *Sit nunc aliqua justitia quæstus secura de cupiditatis & mendacii observatione; in crimen offendere idololatriæ eam opinor, quæ ad ipsam idolorum animam, & spiritum pertinet, quæ omne dæmonium saginat, an non illa principalis idololatria viderint, si eadem merces, thura dico & cetera peregrinitatis, sacrificium idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solatia sepulturæ usui sunt. Certe cum pompæ, cum sacerdotia, cum sacrificia idolorum, de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus, negotiationibusve instruuntur, quid aliud quam procurator idolorum demonstraris? Nemo contendat, posse hoc modo omnibus negotiationibus controversiam fieri. Graviora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt observationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed & ab eis per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiat, non interest si per me. In nullo necessarius esse debeo alii, cum facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo curandum mihi esse, ne fiat per me. Denique in alia causa non levioris reatus præjudicium istud observo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis eam rem nihil aut opera aut conscientia exhibeo. Nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregavi, agnosco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. Sic & homicidii interdictio ostendit mihi lanistam quoque ab ecclesia arceri; ne per se non faciat, quod faciendum aliis subministrat. Ecce magis proximum præjudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei in eo negotio permanere, aut si jam fidelis id agere susceperit, retinendum in ecclesia putabis? Non opinor, nisi si quis & de thurario dissimulabit, scilicet ad alios pervenit procuratio sanguinis, ad alios odorum, Si antequam idola in sæculo essent, his mercibus adhuc informis idololatria transigebatur; si & nunc fere sine idolo opus idololatriæ & incendiis odorum perpetratur: ecquid majoris opera & erga dæmonia thurarius? nam facilius sine idololatria, quam sine thurarii merce. Ipsius fidei conscientiam perrogemus, quo ore Christianus thurarius, si per templa transibit, quo ore fumantes aras despuet, & exsufflabit, quibus ipse prospexit? Qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellariam præstat? Ille quidem si excluserit dæmonium, non sibi placeat de fide. Neque enim inimicum exclusit. Facile debuit de eo impetrare, quem quotidie pascit. Nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiatio, quæ aut instruendis, aut formandis idolis administrat, carere poterit titulo idololatriæ: nisi si aliud omnino interpretemur, idololatriam, quam famulatum idolorum colendorum.* Patres etiam hujus concilii, eos sacerdotes qui coronas sacrificantium deferrent, communione privant biennio, si nec sacrificassent, nec de suis sumptibus aliquid idolis præstitissent; hos enim omiserunt, quod jam hoc canone pœna adversus ipsos fuisset sancita: quæ originem habuit ab apostolis, quos refert Clemens decrevisse, ut si Christianus oleum ad sacra Gentilium, aut synagogam Iudæorum, in festis eorum detulisset, aut lucernas incendisset, communione privaretur: ille autem de quocumque Christiano; hi vero de solis flaminibus ethnicorum ad fidem conversis constituunt, ne quoquo modo sacrificiis idolorum consentire viderentur. Et ipsa hac de causa, peculiari hujus concilii decreto cautum est, ne matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam darent, sub triennii excommunicatione.

Tertull. lib. [de] idololat. cap.

Idem c. 11.

Canone. 55

Clemens ca[n]. 70. apostolorum.

Canone. 57

Munus etiam dare, pro mercede loco eleemosynæ forsan alius interpretabitur: Gentes enim olim tam de sacris rebus, quam profanis opes sibi undecumque comparabant: qua ratione deorum simulacra quæ sanctiora habebantur, magis quæstuosa antistites efficiebant: deferebant illa secum, & eorum nomine stipes ad instaurationem tēplorum exigebant, aditusque quotidianos venditabant. *Sed enim agri*, scribit Tertullianus, *tributo onusti, viliores: hominum capita stipendio censa, ignobiliora: nam hæ sunt notæ captivitatis, dii vero qui magis tributarii, magis sancti, imo qui magis sancti, magis tributarii: majestas quæstuaria*

Tertull. in apologetico advers. Gentes. c. 13.

ria efficitur. Circuit cauponas religio, mendicans, exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gratis, venales sunt. Et post alia. *Certe inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipes quotusquisque jam jactat: non enim sufficimus & hominibus & deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis, quam petentibus impartiendam. Denique porrigat manum Iupiter & accipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quam vestra religio templatim.* Iustinus Martyr, ex Menandro in Auriga.

Nullus foris ambulans Deus mihi placet:
Nullus qui familiam alloquatur in tabella.
Oportet justum Deum
Domi manere, Servantem erectos.

Et in Sacrifica.

Nullus Deus servat; o mulier,
Alterum hominem, per alterum: si quem enim Deum trahit,
Cymbalis homo quo vult,
Is qui hoc facit, major est Deo.
Sed sunt hæc audaciæ & vitæ instrumenta,
Inventa ab hominibus impudentibus,
Excogitata ridiculè in vita.

Clemens etiam Alexandrinus *Menander certe comicus, ait, in Auriga, in actu qui dicitur suppositititus, inquit, nullus mihi placet Deus foris ambulans cum vetula, neque in domo ingrediens Metragyrtes (tales enim erant Metragyrtæ) unde eis mendicantibus merito dicebat Antisthenes. Non alo matrem deorum, quam dii alunt.* Solebant enim illi pro matris deorum simulacro mendicare: eam Berecynthiam vocat divus Augustinus a Berecynthio Phrygiæ monte: Idæam divus Cyprianus, & Minutius Felix: quod in Ida ejusdem Phrygiæ monte coleretur. Alii volunt eam Iovis, Neptuni, Plutonis, & Iunonis fuisse matrem, sicque Rheam, Latine Opem, & Cybelem quoque nuncupatam. Ejus sacerdotes singulis mensibus pecunias colligebant, pagos, urbes, domos obeuntes ac mendicantes, simulacra ferentes in humeris. In Hispania autem id genus caritatis, sive religionis, sive superstitionis exercuisse infideles, tribuentes vel ad templa, vel ad sacrificia deorum stipem & munera, beatæ Iustæ & Ruffinæ martyrum exempla probant, quæ inferius, referemus.

Item, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius eis non esse dandam, communionem; ne lusisse de dominica communione videantur.

Si flamines, accepta in exitu, post peractam pœnitentiam, communione, convaluerint, & iterum mœchiæ sordibus se inquinarint, placuit patribus, a communione postea perpetuo repelli; ne lusisse de communione dominica videantur. Id ipsum erga pœnitentes mœchos iidem patres constituerunt. *Si quis forte fidelis, aiunt, post lapsum mœchiæ, post tempora constituta acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.* Recte enim a Clemente Alexandrino admonemur, veram pœnitentiam non videri, sæpe veniam petentis de iis quæ quis sæpe peccavit.

Communionis autem verbum in hoc concilio toties repetitum, de dominica corporis & sanguinis Christi communione intelligendum est: nam quam communionem prius dixerant episcopi generali nomine, postea reddita prohibitionis ratione, magis peculiari, dominicam nuncuparunt. Quod observarunt etiam postea dum definierunt, quod si vir habens uxorem, mœchiæ crimine implicaretur, ulterius non ederet de communione pacis vel panis: quorum posteriora verba abunde declarant de communione sive susceptione eucharistiæ intelligenda priora: nec de absolutione pœnitentis commode posse explicari, ut Robertus Bellarminus & alii recentiores contendunt, pro sana & catholica doctrina, alienam a sancto concilio sententiam substituentes, cum præter alia ex canone XXII. constet hæreticis pœnitentibus absolutionem non negari, reprobato antiquo Novatiani errore, ut in ejus explicatione probabimus. Olim in primitiva ecclesia communionis nomine eucharistiam intelligi reddita ejus ratione, docet divus Dionysius Areopagita. *Ac primum quidem, ait, illud pie inspiciendum, cujus rei gratia, quod aliis quoque venerandis divinis mysteriis commune vocabulum est, huic præ cæteris præcipue ac peculiariter applicetur: ut singulariter communio, sive societas, & synaxis, sive collectio dicatur. Nempe enim & unaquaque sacramentalis institutio id agit, ut nostras vitas in plura divisas, in unicum illum statum, quo Deo jungitur, colligat: dividuorumque nostrorum divina collectione, nobis ejus quod vere unum est, societatem unitatemque individuam largiatur. Dicimus ergo cetera sacrarum rerum signa, quorum nobis societas indulgetur, hujus divinis profecto consummantibusque muneribus perfici. Neque enim ferme fas est sacerdotalis muneris mysterium aliquod peragi, nisi divinum istud eucharistiæ augustissimumque sacramentum compleat: quæ, singula cum peraguntur, & ejus qui perficitur collectionem ad unum illud unicum sacratius operetur: & divinitus indulto sacramentorum cœlestium munere, ipsius ad Deum consortium peragat, atque perficiat. Si igitur unumquodque sacerdotale mysterium ex se imperfectum, nostram ad illud omnino communionem collectionemque non perficit, ac per id quod perficiendi vim non habet, ferme etiam nomen amittit: finis autem ac principalis omnium ratio in eo est, ut divinorum mysteriorum, is qui perficitur, particeps fiat: merito sacerdotalis sacrosancta prudentia ex rerum effectu proprium illi verumque cognomen invenit.* Id a magistro Paulo hausisse Dionysius videri potest, dum ad Corinthios scribens, ait. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Lucas etiam. *Erant*, inquit, *perseverantes in doctrina apostolorum & communicatione fractionis panis.*

Canon IV. Vulgatus.

De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.

Item, Flamines si fuerint catechumeni, & se a sacrificiis abstinuerint, post triennii tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

Canon IV. *Emendatus.*

De eisdem, si catechumeni adhuc mœchaverint, quando baptizentur.

Item, Flamines si fuerint catechumeni, & se a sacrificiis abstinuerint, post triennii tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

Cur flaminibus triennii, cum reliquis biennii ad percipiendum baptismum, tempus præscribatur. Cap. X.

Hactenus de flaminibus jam baptizatis & fidelibus: nunc autem de his qui nondum sancto lavacro regenerati, sed velut immortalitatis candidati, nomen, studium, & statum catechumenorum profitebantur: hos enim informari & erudiri volunt patres, doctrina Christiana per triennium, nec antea aditum patere illis ad baptismum; quod consentaneum non censerent statim fieri fideles, qui fidei vix nomen agnoverant; nec recte posse absque Christo, & Christianæ doctrinæ cognitione fieri statim Christianos; neque evangelico pane, & solidiori cibo, eos posse sustentari, qui Christiano lacte nondum essent enutriti. Eveniret enim sic facile, ut vel a Gentilibus, vel ab hæreticis transversi abductique perirent; ni prius annorum trium intervallo in Christianæ religionis cognitione altiores egissent radices. D. item Clemens. *Oportet, ait, ut primam discedat a contrariis, deinde ingrediatur mysteria, deleta prius a corde omni improbitate, macula*

B. Dionys. Areopagit. de eccles. Hierar. p. 1. c. 3.

1. ad Cor. 10.

Luc. actuum. 2.

D. Clemens lib. 7. constit. apost. c. 40.

cula & sordibus : atque hoc modo sancta percipiat. Nam ut diligens agricola purgat prius agrum a succrescentibus spinis , deinde triticum serit ; sic debe is vos , prius expulsa omni impietate constituere pietatem , & ad baptismum accedere. Etenim dominus noster ita nobis præcepit , dicens : Docete prius omnes gentes , & postea subjunxit , & baptizate eos in nomine patris , & filii , & spiritus sancti. Vnum autem & idem tempus erudiendis catechumenis non omnes ecclesiæ definierunt , sed vel contractius , vel longius , ut varia ipsarum consuetudo , ut varia catechumenorum conditio , ut ingenia varia , & varia tandem morum integritas , religionisque ac pietatis desiderium postulabant. Maximo enim delectu , & catecheseos magistrum , & magisterii catecheses , & cathechizandi tempus , & omnia tamdem auditorum indoli accommodabant ; ne vel in minimo episcopi ad præstantem tantæ rei curam deesse viderentur. Quare quæ in hoc canone , & in canone XLII. inferius constituuntur , pugnantia non sunt , tametsi in illo biennii , in hoc autem triennii tempus definiatur : nam illo de omnibus generali sermone ; in hoc vero peculiari ratione de flaminibus agitur : quos , quia pluribus doctrinæ præceptis erant imbuendi , annis pluribus in statu detinendos catechumenorum decernitur. Huc etiam accedit , literatos homines difficilius credere , ideoque oportere , & doctioribus magistris , & longioris temporis intervallo religionis disciplina informari. Quod Lactantius sensisse videtur , dum ait : *Nam illa omnia quæ verbis carent , id est aeris & nervorum suaves soni possunt facile contemni , quia non adhærent , nec scribi possunt. Carmen autem compositum , & oratio cum suavitate decipiens capit mentes , & quo voluerit impellit. Inde homines literati , si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati , minus credunt : assueti enim dulcibus & politis , sive orationibus , sive carminibus , divinarum literarum simplicem communemque sermonem pro sordido aspernantur : id enim quærunt quod sensum demulceat.* Quare cum Arnobius , adhuc ethnicus , in civitate Sicca juventutem instituerct ad declamandum , & in somnis esset adactus , ut flagitaret baptismum , non antea illum impetrasse ab episcopis refert Hieronymus , quam profanam quam profitebatur ethnicorum religionem , libris impugnasset : quod sibi non possent persuadere sincero illum animo religionem Christianam velle profiteri , sed solum mysteria perdiscere , quæ irrideret postea cum Gentilibus. Qua de causa luculentissimos illos libros septem adversus Gentes elaboravit , atque his velut obsidibus datis pietatis fœdus impetravit ab episcopo.

Math. 8.

Lactantius lib. 6. divinarum instit. c. 21.

D. Hieronym. in chron. addito ad Euseb.

Ni propius dicamus , triennii tempus ad baptismum percipiendum ideo hic flaminibus assignari , quod de flaminibus decernant patres , in ipso baptisterii limine consistentibus , & impudicitiæ crimine peccantibus , de quibus sub mœchiæ nomine in canone qui præcessit : his enim voluerunt pœnitentiæ causa , anno uno baptismum differri , cum biennium ceteris præscriberetur ; ut ipsa gratiæ dilatio , culpæ sordes purgaret , & peccantis crimen puniret. Quod fuisse olim in ecclesia commune dicemus postea. Sententiam hanc probat correctum epigraphe , & in principio canonis dictio illa , Item. Tot autem decretis , tot patrum sanctioribus , tot pœnis propositis Hispanorum animos ab impudicitia deterreri , si quis miretur , memoria receperat , quod mille ab hinc centum & quod excurrit annis , de propensis ad carnis illecebras Hispanorum animis Salvianus scripsit. *Quid Hispanias , ait, nonne vel eadem vel majora forsitan vitia perdiderunt ? quas quidem cœlestis ira etsi aliis quibuslibet barbaris tradidisset , digna tamen flagitiorum tormenta toleraverunt puritatis inimici. Sed accessit hoc ad manifestandam impudentiæ damnationem , ut Vvandalis potissimum , id est publicis barbaris traderentur. Dupliciter in illa Hispanorum captivitate Deus ostendere voluit , quantum & odisset acrius libidinem , & diligeret castitatem , cum & Vvandalos ob solam maxime pudicitiam illis superponeret , & Hispanos ob solam vel maxime impudicitiam subjugaret. Quid enim ? Numquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores , quibus Hispani traderentur ? Multi absque dubio , imo , ni fallor , omnes. Sed ideo ille infirmissimis hostibus cuncta tradidit , ut ostenderet scilicet non vires valere , sed causam : neque non*

Biennium assignatur can. 72.

Correcta. Lib. 3. ap 60.

Salvian. lib. 7 de providentia Dei.

A *tunc ignavissimorum quorumdam hostium fortitudine obrui ; sed sola vitiorum nostrorum impuritate superari , ut vere in nos venerit dictum illud , quod ait ad Iudæos dominus. Secundum immunditias suas , & secundum iniquitates suas feci illis : & averti faciem meam ab eis. Et alibi ad gentem ipsam ; Adducet dominus super te gentem de longinquo , & ungulis , inquit , equorum suorum omnes plateas conculcabunt , & populum tuum gladio interficient. Completa in nos sunt omnia quæ ait sermo divinus , & jura verborum cœlestium luit pœna cunctorum.*

Ezechiel. 38.

Deut. 28.

Canon V. Vulgatus.

Si domina per zelum ancillam occiderit.

B Si qua fœmina furore zeli accensa , flagellis verberaverit ancillam suam , ita ut intra tertium diem , animam cum cruciatu effundat , eo quod incertum sit , voluntate , an casu occiderit : si voluntate , post septem annos : si casu , per quinque annorum tempora , acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti. Quod si infra temporum constituta fuerit infirmata , accipiat communionem.

C Canon. V. *Emendatus.*

Si domina per zelum ancillam occiderit.

Si qua domina furore zeli accensa , flagellis verberaverit ancillam suam , ita ut intra tertium diem , animam cum cruciatu effundat , eo quod incertum sit , voluntate , an casu occiderit : si voluntate , post septem annos : si casu , post quinquennii tempora , acta legitima pœnitentia , ad communionem placuit admitti. Quod si intra tempora constituta, fuerit infirmata , accipiat communionem.

D

Quid zelus , quid zelotypia. Cap. XI.

EXSTAT canon hic apud Rabanum in pœnitentium libro c. 14. Pœnitentiale Romanum , apud Antonium Augustinum tit. 1. c. 4. Ivonem p. 15. c. 22. & 248. Burchard. lib. 6. c. 19. Anselmum lib. 11. ca. 36. Gratianum in c. si qua fœmina. 50. distinct. & ante eos apud concilium Vvormaciense c. 39. & Moguntinum sub Rabano archiepiscopo c. 22. Sed pœnitentiale Romanum & concilium Moguntinum & vetusti CC. manuscripti , domina , pro , fœmina.

E LATINVM nomen, zelus , a Græco Ζῆλος, quod æmulatio est , ortum tradunt : ea tamen, ut Tullio placuit , ægritudo est, ex eo quod alter quoque potiatur eo , quod ipse concupiveris. Chrysippus apud Laertium inter zelum & zelotypiam distinxit. Zelum voluit esse dolorem ex eo quod alius potiatur eo, quod quisque cupit : zelotypiam vero dolorem ex eo quod adsit alteri , quod ipse quisque habeat : sed alterum jam pro altero usurpari video. Ejusmodi malum , apte furorem vocarunt hujus concilii patres, quod inter animi perturbationes hæc vehementissima sit , quippe quæ mentem perturbet , & veluti furore quodam vesano , modo huc , modo illuc mentem trahat & impellat , & ad quodvis malum aggrediendum commoveat. Ea viri quandoque laborant , sed fœminæ vehementius : mala enim omnia in marito , vel eo quem ardentius amant , æquioribus oculis aspiciunt , quam illorum pellices.

Cic. lib. 4. Tusc.

Laertius in Zenone Citticeo.

Nec solum zelotypiæ malo mulieres voluptati servientes laborant, sed quantumlibet modestæ, honestæ, & viris suis indulgentes, non tam voluptatis gratia, quã honoris,

quem sibi jure debitum, injuria eripi vident. *Quod si Sara*, inquit Ambrosius, *moderationem non tenuit, qua tenebit?* Ante Ambrosium, Aristoteles. *Maximus*, inquit, *honor est sobriæ mulieri, si cernat virum suum observantem sibi castitatem, nec de ulla muliere magis cogitantem, sed præ ceteris omnibus hanc, & suam, & fidam sibi existimantem: tanto enim magis studebit mulier se talem præstare, quanto se cognoverit fideliter atque juste à viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, qui uxori, & filiis honores conveniant: ut tribuens unicuique quæ sua sunt, justus & sanctus habeatur: pergraviter enim unusquisque fert honore suo privari. Nec si aliena quis permulta tribuat, contentus erit, si sua sibi auferantur. Nihil vero magis suum est uxori, nec magis illi a viro præstandum, quam sancta & intemerata societas. Quapropter non decet hominem sanæ mentis, ubicumque contigerit, semen exponere, ne de vilibus & iniquis, similes liberis legitimis procreentur: ex quo & uxor honore suo privatur, & filiis injuria fit, ac sibi pro his omnibus dedecus incumbit.* His enim de causis a pellicibus concubinisque deberent omnes abstinere, nobiliores præcipue; ne præter injuriam quæ Deo fit & uxori, sibi etiam, filiis & familiæ toti, quam philosophus docet, parent infamiam. Cimon Atheniensis patrem, quem optimum habuit, & bellicis rebus clarissimum, matri plebeiæ, tenuissimæque & contemptæ fortunæ postposuit, quoniam mater operam dederat, ut filios ex optimo viro susciperet, parens vero nihil minus curasset. Quare idem Aristoteles graviter reprehendit Agamemnonem, quod raptam mulierem atque ignotam uxori prætulerit, ex qua liberos susceperat: contra vero Ulyssem immortalitate dignum ex sententia Homeri arbitratur, quod rogantem Atlantis filiam, & æternitatem pollicentem a concubitu rejecerit, & cum Circe, quæ suam & sociorum salutem promittebat, manere recusavit.

Flagellis verberaverit ancillam suam.

Quæ olim flagellorum, & verberum, quæ fustium pœna. Cap. XII.

ERANT apud Romanos supplicia ingenuorum propria, & propria servorum. Ingenuos fustibus castigari Callistratus docet, & Hermogenianus: servos autem flagris, flagellis seu verberibus, Ulpianus. Quare idem Callistratus in metallum damnatis libertatem adimi, inde collegit, quod verberibus coercerentur. Seneca eodem argumento evincit, Claudium in servitute fuisse, quod servilibus verberibus affectus fuisset. *Apparuit*, ait, *subito C. Cæsar, & petere illum in servitutem cœpit: producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem.* Idem, equitem quemdam Romanum, quia filium suum flagellis ceciderat, pene a turba in foro graphiis confossum narrat, indignum facinus populo existimante, ingenuum filium serviliter a patre tractari. Ex quo apparet, atrociorem fuisse flagellorum, quam fustium castigationem: & sicut harum admonitionem in levi & modica, sic illorum in gravi, atroci & servili animadversione constitisse, ut Iulianus & Ulpianus docent. Sed prudenter Marcus Varro monuit, mancipiis imperandum esse, ut verbis coerceantur potius, quam verberibus; pieque & christiane Prosper, ut domini servos, velut eorum in Christo conservi, misericorditer tractent; & servi dominis ita ex corde deserviant, ut voluntatem non solum dominorum suorum, sed etiam Dei hoc ipsum jubentis efficiant.

Ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat.

Cur de tertio die mentio hic injecta? Cap. XIII.

TERTIUM diem adjecerunt patres, ut conjectura magis idonea agnosceretur, mortis causam verbera fuisse, non morbum ortum ex alia causa. Si enim tam acerba fuissent vulnera verberibus illata, ut intra tertium diem illis afflictam mori contingeret; verisimile erat, animum interficiendi ancillam habuisse: quod si pro certo id habitum sit, pœna homicidii erat imponenda. Hanc autem dierum distinctionem divino præcepto observasse Moysen legimus: si enim statim servus moriebatur, pœna homicidii illi imponenda erat: sin autem die uno vel duobus supervixisset, non illi pœnæ subjiciebatur. Quam dierum distinctionem, forsan etiam apud Romanos observatam, sustulit imperator Constantinus, adimens dominis omni tempore animadversionem capitalem, potestatemque infligendæ privato judicio mortis.

Si voluntate, post septem annos.

Quæ in servorum castigatione dominorum potestas. Cap. XIV.

HABEBANT olim domini jure Romanorum in servos vitæ necisque potestatem, Ulpiano teste: quod a Græcis forsan acceperunt. Platonem enim instituisse refert Theodoretus insontem innoxiumque haberi eum, qui proprium servum occidisset. At constitutione postea divi Antonini hanc potestatem ademptam recenset idem Ulpianus, nec aliter puniendum qui servum suum occidisset sine causa, quam si alienum. Cui legi ferendæ acerbitatem Hispanorum, Bæticæ præsertim provinciæ (in qua & hoc concilium peractum est) causam dedisse testatur ejusdem Antonini rescriptum, quod de servis Iulii Sabini Hispani ad Ælium Martianum proconsulem Bæticæ directum, his verbis exstat. *Dominorum quidem potestatem in servos suos, illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt; & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami injuria ut in potestatem domini non revertantur, qui si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc admissum severius exequuturum.* Nec causam solum subesse sat erat, nisi & illa a judicibus examinata probaretur, ut meminit Caius. Adrianum etiam refert Spartianus vetuisse servos a dominis occidi, & jussisse, a judicibus eos damnari, si digni essent. Quare eumdem Adrianum refert Ulpianus in quinquennium relegasse Umbriciam matronam nobilem, quod ex levissimis causis ancillas suas atrocissime tractasset. At Constantinus magnus illud præcepit, ne sine causa dominus servum privato judicio occideret, homicidii pœna dominis injecta. Quod si ad coercendam servorum contumaciam vel nequitiam, illos verberibus afficientibus dominis, casu occidissent, eos pœna liberos Constantino placuit. Necesse enim est aliquando jus moderatæ castigationis non omittere, ne alioquin sit in dominatu servitus, & in servitute dominatus, ut scripsit Cicero. Hanc tamen sic oportet temperare, ut nec impune contemni, aut ludibrio haberi possit; ne soluta & effrenis erumpat in tyrannidem. Quam Cato apud Tullium probat in sene, nos probamus in eo qui alios in potestate habet, severitatem: sed eam (sicut alia) modicam: acerbitatem nullo modo: nam ex ea natum proverbium illud, recte apud Macrobium Evangelus monuit. *Unde putas*, ait, *arrogantissimum illud manasse proverbium, quod jactatur, totidem nos habere hostes, quot servos? non habemus illos hostes, sed facimus, cum in illos superbissimi, contumeliosissimi, crudelissimi sumus.* Non hi dissimiles sævitia antiquo Pollioni, nec indigni simili pœna, cum enim aliquando Augustus Cæsar apud Pollionem cœnaret, & quidam servus ob fractum crystallinum vasculum jussus esset ab ipso hero Pollione murænis objici lacerandus, Augustus hujus herilis sævitiæ novitate motus, gravissime incanduit in hospitem Pollionem (quem etiam hoc nomine dignum mille mortibus putabat Seneca) simulque jussit coram eo omnia ejus crystallina frangi, ut his pro servo quem liberum emisit, impleretur piscina murænarum.

Quod si tanta in foro civili pietatis ratio habita est, in ecclesiastico quid statutum, audiamus concilii Epaunensis sub Gelasio patres. *Si quis servum proprium*, aiunt, *sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii effusionem sanguinis expiabit.* Idem Agathensis concilii. *Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emendabit.* Sed septennem pœnitentiam, renovato hujus concilii decreto, confirmavit concilium Vvormaciense & Maguntinum. Quæ pœna pro crimine capitali, sive mortali (ut vocant) olim solebat imponi. Sed quæ fuerit ratio, ut tot annorum pœnitentia injungeretur, (ne casu factum quisquam opinetur) ab Isidoro illa petenda est. *Nec ipsum*, ait scribens ad Massonam episcopum Emeritensem, *quod canonum censura post septem annos remeare pœnitentem in statum pristinum præcepit, electione proprii arbitrii, sed potius sancti patres ex sententia divini judicii sanxerunt.* Nam legitur, quod Maria soror Aaron prophetissa, dum detractionis adversus Moysen incurrisset delictum, ilico stigmate lepræ percussa est. Cumque peteret Moyses, ut emundaretur, præcepit eam dominus extra castra septem diebus egredi; & post emundationem rursus eam intra castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur

Ambros. lib. de … c. 4. … l. 2. œco- …

… l. 3.

… a. l. ca… n. §. non … de pœn. … gen. l. … njuriis. … us in l. … ud Labeo … §. adji… … usdem ti… … a. in l. … m de ju… … in libello … de mor… … dii. … s in l. I. … 28. de … itu.

… us in l. i… … ud Labeo … injuriis. … Varro l. … rustica. … l. lib. 2. de … tep. c. 3.

… l. … antin. in l. … emenda…

tione seu rerum.

Ulpian l. 2. de his qui sunt sui vel alieni jur.

Theodoretus l. 9. de Græcarū curatio. affection.

Caius in l. 2 ad l. Corneliam de sicariis.

Ulp l. 2. §. fin. de his qui sunt sui vel alterius juris.

Constanti. in l. 1. C. Theod. de emēdatio. servor.

Cicero in oratio. pro Dejotaro.

Macrob. l. 1 Saturnaliorū. c. 11.

Seneca de clementia.

Conc Epau. c. 34. Hormisda

Conc. Aga. c 62.

Conc. Vvorm. c. 37. Magun. c. 22.

D. Isidorus in epist. ad Massonā episc. Emeritēsem Ivo parte 6. decre. c. 398.

Num. 12.

intelligitur ſacerdotis, quæ dum ſuperbiæ dedita, ſordidiſſimis cogitationum illecebris maculatur, extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt extra collegium ſanctæ eccleſiæ ſeptem annis projiciebatur: ubi poſt emendationem vitiorum, loci, vel priſtinæ dignitatis recipiet meritum.

Si caſu, per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti.

Ob delicta caſu admiſſa cur olim pœnitentia imponeretur. Cap. XV.

QVAE olim ſeptennis pœnitentia pro homicidio, non ſponte, ſed caſu admiſſo, imponebatur, humaniori ſententia ad quinquennium reſtringitur, hujus & Ancyrani concilii decreto. *Eos vero*, inquit, *qui non voluntate, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam, communioni ſociavit, ſecundum gradus conſtitutos. Hæc vero humanior definitio quinquennii tempus tribuit*: quod confirmavit poſtea concilium Epaunenſe *, ſub Gelaſio.

Concil. Ancyr. c. 22.

Concil. Epaunen. c. 31.

* Imo ſub Hormiſda.

Sed illud definire quibuſdam videtur difficile, quare pro homicidio caſu admiſſo, pœnitentia imponatur, non ſolum hujus concilii, ſed Ancyrani, Epaunenſis & aliorum decreto: cum pœnitentia culpam ſupponat, culpa autem liberæ voluntatis actionem, actio vero libera caſum non admittat. Tertullianus. *Quid? quod voluntas facti origo eſt? viderint enim, ſi qua caſui, aut neceſſitati, aut ignorantia imputantur, quibus exceptis, jam non niſi voluntate delinquitur.* His & aliis ut quam lucem præferamus, obſervandi ſunt antiquæ eccleſiæ mores, quibus receptum fuit, in omnibus his quæ ſua natura ſine juſta temporis & rationis (ut vocant) circumſtantia, vitioſa erant, quamvis illa circumſtantia adeſſet, publicam pœnitentiam indicere, ſi publicum erat facinus, non ob culpam, quæ nulla erat; ſed ob exemplum; ut quos exemplo ſuo rei ad malos quodammodo provocaverant mores, pœnitentiæ & emendationis teſtimonio ad rectam viam revocarent: & ut proclives ad delinquendum hominum animi ſevera hac eccleſiæ diſciplina terrerentur: hac ratione, tam in hoc quam in concilio Ancyrano, & Epaunenſi pœna illi injuncta eſt, qui caſu homicidium fecerit. Non diſſimilem conſtituit legem concilium Nannetenſe. *Si quis*, ait, *caſu, non volens, homicidium perpetraverit, quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat: quibus peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregetur; non communicet, nec offerat: poſt biennium in communione orationis offerat; non tamen communicet: poſt quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abſtinentia ciborum in arbitrio ſacerdotis maneat.* Inſanis præterea, quod magis mirere (ſi delinquant) pœnitentiam impoſuit concilium Vvormacienſe. *Si quis inſaniens*, ait, *aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda eſt, quam ei qui ſana mente tale quid commiſerit; cui quamvis pœnitentia ſit imponenda, quia ipſa infirmitas cauſa peccati fuiſſe creditur, tantum tamen levior, quam ei qui ſanus aliquem occiderit, quantum inter ſanum & inſanum, & irrationabile & rationabile conſtat eſſe diſcrimen.* Eos item qui caſu, vel in bello publico aliquem occidiſſent, pœnitentia affici voluit Beda. *Qui caſu*, ait agens de variis occiſionum generibus, *annum unum, qui in bello publico, dies quadraginta.* Ne autem hanc pœnitentiam pro bello injuſto, non autem juſto, imponi quis arbitretur, divi Baſilii teſtimonio rem illuſtrabo. Reſcribens is ad Amphilochium Iconii epiſcopum. *Cædes*, inquit, *in bellis factas patres pro cædibus non imputaverunt, ut mihi videtur, ignoſcentes eis, qui pro pudicitia & pietate decertant, recte autem forte habes conſulere, ut qui ſunt manibus non puris, ſola trium annorum communione abſtineant.* Non eſt pœna diſſimilis, quam his qui ſine culpa per ignorantiam inebriati eſſent, impoſuit pœnitentiale Romanum: ſeptem enim fuit dierum. *Sacerdos quilibet*, ait, quod & retulit probavitque Beda, *ſi inebriatur per ignorantiam, ſeptem dies pœniteat in pane & aqua.* Et Rurſus. *Qui ſacrificium evomuerit, quadraginta dies pœniteat: ſi infirmitatis cauſa, ſeptem dies.* Ab his antiquis eccleſiæ moribus haud recedunt nunc leges Polonicæ: nam etſi vim illatam vi repellere, & injuriam manu aut quacumque ope poſſent, propulſare, & ratio doctis & neceſſitas barbaris & mos gentibus & feris natura ipſa præſcribat: in Polonia tamen, ſi quis adgreſſorem, dum nec evadere fuga, nec ſe loco tueri, aut quoquomodo vim declinare poteſt, cum cauſa & moderamine inculpatæ tutelæ occiderit, pecunia magna multatur, ut pœnæ exemplum peccandi licentiam coerceat.

Tertul. lib. de pœniten. c. 3.

Concil. Nannet. can. 18.

Conc. Vvormac. can. 18.

Beda lib. de pœn. ſeu de remed. peccator. c. 3.

D. Baſil. epiſt. ad Amphiloch. Iconii epiſcop. c. 13

Pœnit. Roman. apud Ant. Aug. tit. 5. c. 3.

Beda in pœnitentiali. cap. 12.

Apud Ant. Aug. tit. 5. c. 8.

Paul. l. 45. ad l. Aqui. Cicero pro Milone.

Petrus Roizius in epiſt. ad Sigiſmund. Poloniæ regem, Lituanicis deciſionibus præfixa.

Ex his petenda eſt interpretatio canonis pœnitentialis Theodori apud Gregorium IX. Erat autem Theodorus inſtituto Benedictinus monachus, natione Græcus, ex Tarſo Ciliciæ, dignitate archiepiſcopus Cantuarienſis: qui cum vitæ ſanctitate & doctrinæ laude præſtitiſſet, miſſus eſt cum alio monacho, Adriano nomine, a Vitalino papa in Angliam, anno domini DC. LXXII. ut ea quæ divus Gregorius in religionis & morum diſciplina inchoarat, ipſi propagarent, auctore Beda. Cum autem ſacerdotes Angliæ docere ille vellet pœnitentiæ leges, quibus peccantes poſſent coercere, pœnitentiale illud condidit, quod vulgo circumfertur; ex quo caput illud decerpſit Bernardus Papienſis in prima compilatione, & ab eo Gregor. IX. in hac ultima. Ait igitur Theodorus. *Si quis propter neceſſitatem furatus fuerit cibaria, vel veſtem, vel pecus, per famem, aut per nuditatem, pœniteat hebdomadas tres.* Cruciantur gloſſa & doctores in illius explanatione; ac tamdem communi conſenſu docent, ideo impoſitam fuiſſe pœnitentiam, quia fames vel nuditas modica erat, non autem extrema: nam ſi extrema eſſet, (aiunt) nulla foret pœnitentia imponenda.

Explicatur Theodorica [...] pœnitentialis apud Gregorium IX. [...] tit. 3. c. 3. de [...]

Beda lib. 2. de [...] tione tempo[...] lib. 4. hiſtor[...] cleſiaſt. gen[...] Angliæ. c. [...] Bernard. Pa[...] ſis in prima [...] lectione de[...] lium tit. de [...] tis. c. 5. Greg. IX. in [...] de furtis.

Eam tamen interpretationem verba ejuſdem canonis ſequentia labefactant. *Et ſi reddiderit, non cogatur jejunare.* Pœnitentia ergo remittitur, ſi res ablata reddatur; quæ remittenda non eſſet, ſi modica fuiſſet neceſſitas, nam culpa contracta violato Dei præcepto de non furando, non remittitur reſtituta re ſublata, ſed obligatio ſolum & neceſſitas eamdem domino reſtituendi. Iejunare ergo non cogitur is, quia extrema inopia non fuit: nam quamvis extrema eſſet, non ideo minus jejunare & pœnitentiam agere cogeretur, ut docet pœnitentiale Romanum. *Si feciſti*, ait, *furtum, neceſſitatis cauſa; ſic dico, ut non haberes unde viveres, & propter famis penuriam; & tantum furatus es victualia extra eccleſiam, & non propter conſuetudinem feciſti, redde quod tuliſti, & ſex ferias in pane & aqua pœniteas.* Quam ſeveritatem Anglis noviter converſis remiſit Theodorus in ſuo pœnitentiali, ſi res ablatas reddidiſſent, ut ad earum reſtitutionem illos invitaret: ſed quod pœnitentiam priſci patres indici & agi voluerint tam pro malis quam pro his omnibus quæ mali ſpeciem natura ipſa præ ſe ferebant: eaque ratione furto (ſi furtum jure dici poteſt) vel homicidio caſuali (ſi homicidium nuncupandum eſt) pœnitentiam præſcripſerunt, ut pœnæ metu in officio & æquitate fideles continerentur. Pœnam autem ſine culpa, etſi non ſine cauſa, imponi poſſe, utriuſque juris regulis ſancitum eſt.

Pœnitentiale Romanum [...] Anton. Augu[...] tit. 4. c. 16.

Regula. [...] pa in. 6.

Antiquarum autem pœnitentiarum leges cum jam in uſu eſſe deſierint, non eſt cur hujus canonis ſanctione, & pœnitentialis Theodori, ad liberandos reos pœnitentes impediantur ſacerdotes: cum utrumque ſuo tempori inſerviſſe ſat ſit. Hodie autem recepta jam in eccleſia conſuetudine, lenius ſe gerunt ſacerdotes, & contractam culpam arbitraria pœnitentia caſtigare ſolent.

Quod ſi ex pœnitentiæ ſacramento ad forenſe judicium dilabamur, inquiramuſque, an pœna aliqua civilis propoſita ſit his, qui vel corrigendo, vel caſtigando ſervos culpæ alicui obnoxios, tamdem caſu occiderint, Conſtantinus occurrit, hæc Macrobio reſcribens.

Conſtantin. l. 2. C. Theo[...] de emendatio[...] ſervor.

Conſtantinus A. Maximiano Macrobio.

Quoties verbera dominorum talis caſus ſervorum comitabitur, ut moriantur; culpa nudi ſunt, qui dum peſſima corrigunt, meliora ſuis adquirere vernaculis voluerunt. Nam requiri in hujuſmodi facto volumus, in quo intereſt domini incolume juris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis, an vero ſimpliciter facta caſtigatio videatur. Toties etenim non placet dominum morte ſervi reum homicidii pronuntiare, quoties ſimplicibus quæſtionibus domeſticam exerceat poteſtatem. Si quando igitur ſervi plagarum correctione, imminente fatali neceſſitate, rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quæſtionem. Cujus legis exemplo illud educi poteſt, ancillam, ſi propria libidine cauſam dederit zelotypiæ & indignationi, verberibuſque poſtea cohibita & correcta, tamdem caſu mortua fuerit, civili pœna liberam dominam fore: ſed etiam caveat, ne plus juſto zeli malo, vel furore turbata, leviſſimis indiciis conceptam alienæ culpæ ſuſpicionem, in propriam convertat: tunc enim pœna homicidii teneretur.

Canon VI. Vulgatus.

Si quicumque per malitiam hominem interfecerit.

Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod ſine idololatria perficere ſcelus non potuit, nec in fine impartiendam eſſe illi communionem.

Canon. VI. *Emendatus.*

Si quicumque per maleficium hominem interfecerit.

Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impartiendam esse communionem.

Maleficium idololatria cur perfici dicatur.
Cap. XVI.

BVRCHARDVS lib. 6. decret. c. 26. Ivo. p. 10. c. 145. paulo aliter. *Si quis vero*, aiunt, *veneficio interfecerit alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nisi in fine impartiendam non esse illi communionem.* B Sed vulgatam concilii lectionem magis probo: cum quod frequentissima sit in hoc concilio pœna, ut quis etiam in ultimo vitæ spiritu communione privetur: tum quod ratio reddita a concilio (eo quod, sine idololatria perficere scelus non potuit) magis congruit maleficio, quam veneficio. Veneficium enim sive venenum dari potest ad hominem interimendum sine idololatria: maleficium vero non item; quia maleficii nomine olim notabatur magia, magique malefici vocabantur. Lactantius. *Sed eos*, ait, *magi, & ii, quos vere maleficos vulgus appellat, cum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus cient, illis cœlestibus quæ in literis sanctis leguntur.* Imp. Constantinus. *Chaldæi ac magi, & ceteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec hanc partem aliquid moliantur.* Hi enim verborum & magicæ artis præstigiis elementa turbabant, hominesque plerumque innocentes, vel odio, vel quæstu, lucis usura privabant. Idem Constantinus. *Multi*, ait, *magicis artibus ausi elementa turbare, vitas insontium labefactare non* C *dubitant, & manibus accitis audent ventilare; ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos.* In his maleficorum artibus idololatriam involvi contestatur Tertullianus. *Animadvertimus*, inquit, *inter artes etiam, professiones quasdam obnoxias idololatriæ. De astrologis ne loquendum quidem est. Sed quoniam quidam istis diebus, provocavit, defendens sibi perseverantiam professionis istius, paucis utar. Non allego, quod idola honoret, quorum nomina cœlo inscripsit, quibus omnem Dei potestatem addixit: quod propterea homines non putant Deum requirendum, præsumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi. Unum propono, angelos esse illos desertores Dei, amatores fœminarum, proditores etiam hujus curiositatis, propterea quoque damnatos a Deo. Divina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt. Expelluntur mathematici, sicut angeli eorum. Urbs & Italia interdicitur mathematicis, sicut cœlum & angelis eorum. Eadem pœna est exilii discipulis & magistris. Sed magi & astrologi ab oriente venerunt. Scimus magiæ & astrologiæ inter se societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiaverunt, primi muneraverunt. Hoc nomine Christum (opinor) sibi obligaverunt. Quid tum? Ideo nunc & mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio? De Christo scilicet est mathesis hodie, stellas Christi, non Saturni & Martis, & cujusque ex eodem ordine mortuorum observat & prædicat. At enim scientia ista usque ad evangelium fuit concessa, ut Christo edito, nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretetur. Nam & thus illud & myrrham & aurum ideo infanti tunc domino obtulerunt, quasi clausulam sacrificationis & gloriæ sæcularis, quam Christus erat adempturus. Quod iisdem Magis somnium sine dubio ex Dei voluntate suggessit, ut irent in sua, sed alia, non qua venerant via, id est, ne pristina secta sua incederent: ne illos Herodes persequeretur, qui nec persequutus est etiam ignorans alia via digressos; quoniam & qua venerant ignorabat. Adeo viam rectam & disciplinam intelligere debemus. Itaque magis præceptum exinde aliter incederent. Sic & aliam speciem magiæ, quæ miraculis operatur, etiam adversus Moysen æmulata, patientia Dei traxit ad evangelium usque. Nam exinde & Simon magus jam fidelis, quoniã aliquid adhuc de circulatoria secta cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis suæ etiam Spiritũ sanctum per manuum impositionem enundinaret, maledictus ab apostolis de fide ejectus est: & alter magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam iisdem adversabatur apostolis, luminum amissione multatus est. Hoc & astrologi retulissent, credo, si quis in apostolos incidisset. Attamen cum magia punitur, cujus est species astrologia, utique & species in genere damnatur. Post evangelium nusquam invenias, aut sophistas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut conjecto-* A *res, aut magos, nisi plane punitos. Ubi sapiens, ubi literator, ubi conquisitor hujus ævi? Nonne infatuavit Deus sapientiam hujus sæculi? Nihil scis, mathematice, si nesciebas te futurum Christianum. Sin sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo institueret, quæ aliorum climacterica præcavit. Non est tibi pars, neque sors in ista ratione. Non potest regna cœlorum sperare, cujus digitus aut radius abutitur cœlo.* Nec Tertullianus solum, sed Lactantius & alii antiqui patres maleficam artem ut inventum dæmonum & veram idololatriam damnarunt, eam præcipue, quæ ultra magicorum verborum vanitatem, sanguinis humani, victimarum & mortuorum corporum addebat superstitionem. D. Isidorus. *Magi sunt*, inquit, *qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi & elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt.* B *Unde & Lucanus. -- Mens hausti nulla sanie polluta veneni, -- Incantata perit. Dæmonibus enim accitis audent ventilare, ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine utuntur, & victimis, & sæpe contingunt corpora mortuorum.* Quos hi malefici artibus suis infecerant, maleficiatos reliqui vocabant, quasi illorum maleficio impeditos ad exercendam naturalium virium & membrorum corporis functionem: eos præsertim quos Veneri infensos malefici volebant: idque impedimentum ad dissolvendum matrimonium efficax esse, ecclesiæ definiunt constitutiones.

Lib. 2. di... stitut. c. ...
...tin. l. 5. ... malefic. & ...a.
... ejusd.
... de ido... c. 9.
1. Cor. 1.
Act. 18.
Lactan. lib. 2. di... vin. instit. c. 17.
Isidor. lib. 8. etymolog. c. 9. apud Gra. in c. nec mirum. 26. q. 5.
Titulo de frigidis & maleficiatis.

Canon VII. Vulgatus.

De pœnitentibus mœchiæ, si rursus peccaverint.

Si quis forte fidelis, post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine C habere communionem.

Canon VII. *Emendatus.*

De Pœnitentibus mœchiæ, si rursus mœchaverint.

Si quis forte fidelis, post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

Adulterii coertionem ad episcopos spectare.
Cap. XVII.

DEFEREBANTVR olim adulteri ad episcopos & presbyteros, ut ex vitæ turpissimæ sordibus, ad hone- D statem conjugii severa ecclesiæ pœnitentia revocarentur: quod Innocentius I. docet ad Exuperium episcopum Tolosanum. Quod si post lapsum mœchiæ, & post tempora pœnitentiæ adscripta, & peracta, in eadem se flagitia ingurgitassent, placuit, eos communione usque ad ultimum vitæ spiritum privari. Simplex adulterium quinque annorum pœnitentia inferius multarunt. Quod si pœnitentia semel acta, fœda se iterum ejusdem criminis labe deturpassent, perpetuo communione privari definiunt hic, & in canone XLVII. ne ut dicitur in III. præcedenti, lusisse de dominica communione viderentur. Et si non inepte ad simplicem (ut vocant) fornicationem hujus canonis verba accommodari possint, quam vitare nascentis ecclesiæ fideles summo studio non secus ac certam animi pestem contendebant, adeo ut gravius crimen illud quam idololatriæ sibi persuaserit Tertullianus in E hoc Novatiani errore lapsus, quod hujus, metus; alterius, sola voluptas admittendi causa fuerit. Mœchiam autem aliquando pro fornicatione simplici usurpari in hoc concilio liquet, præter hunc canonem, ex canone LXXII. de vidua mœchante.

Innocen. I. epist. 3. ad Exuperium episc. Tolos. c. 4.
Can. 69. hujus concilii.

Canon IIX. Vulgatus.

De fœminis, quæ relictis viris suis, aliis nubunt.

Item fœminæ, quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos, & alteris se copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.

Canon IIX. *Vulgatus.*

De fœminis, quæ relictis viris suis aliis nubunt.

Item fœminæ, quæ nulla præcedente causa relique-

reliquerint viros ſuos, & alteris ſe copulaverint, nec in fine accipiant communionem.

De matrimonii & divortii antiquitate. Cap. XIIX.

IVO p. 8. decretorum c. 198. paucis additis canonem citat. *Item fœmina*, ait, *quæ nulla præcedente cauſa reliquerunt viros ſuos, & alteri ſe copulaverunt, & in hoc permanere voluerint; nec in fine accipiant communionem.* Sic etiam Burchardus lib. 9. c. 62. etſi ex canone 7. hujus concilii citet, eſt autem. 8. in editis & MS.

CREAVIT Deus eximia ſua bonitate & ſempiterna potentia hominem, ut cœlo, terraque antea creatis frueretur, fieretque tamquam filius & heres patris, non eorum bonorum tantum heres & dominus, ſed ſuæ æternitatis immenſæ, & ineffabilis gratiæ & gloriæ particeps futurus. Collocavit illum in amœniſſimo quodam loco, cui ea de cauſa paradiſi nomen Perſica voce Chriſtiani veteres indiderunt. Quia tamen ille ex ſpiritu & corpore compactus erat, oportebat & ad majorem voluptatem fruitionis bonorum, & ad ſui generis propagationem illi ſociam adjungi: quod Deum non prævidiſſe tantum, ſed dixiſſe, Moyſes refert. *Dixit*, inquit, *Dominus Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi.* Immiſit ergo dominus ſoporem in Adam, illique obdormienti coſtam detraxit, & ex illa fœminam non ſine maximarum rerum ſignificatione formavit, eamque, ut oſtenderet bonorum & laborum viri non participem tantum, ſed ſociam & comitem eſſe oportere, divino ſpiritu afflatus Adam, illam formatam videns, dixiſſe fertur. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ. Non dixit primo Deus, faciamus ei adjutoria, ſed adjutorium: adjutores enim dixiſſet, ſi pluribus eum uxoribus deſtinaſſet, ut Tertull. animadvertit. Et erunt duo in carne una, non ergo tres, neque plures. Et adhærebit uxori ſuæ, non uxoribus, ut Innocentius III. docuit, & ante illum Hieron. Auguſtinus & alii, ut oſtenderet, unius viri ad unam uxorem Chriſti & eccleſiæ exemplo unicum affectum eſſe oportere, & velut in unum corpus utrumque coaleſcere, ideoque non poſſe, illa derelicta, alterius matrimonio copulari. Cujus interpretationis non Tertullianum, Cyprianum, Auguſtinum, Hieronymum, Chryſoſtomum, Baſilium & reliquos ſanctos doctores & catholicæ eccleſiæ concilia, ſed ipſum divinæ legis auctorem laudabo. Chriſtus enim, verus Deus & homo, interrogantibus Iudæis, an liceret homini ab uxore qualibet ex cauſa divertere? ſic reſpondiſſe Matthæus refert. *Non legiſtis, quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit.* Poſtea autem cum Iudæorum improbitas longius progrederetur, viſum eſt Deo ſatius eſſe, divortium permittere impiis & duræ cervicis hominibus, quam cogi invitos, uxores quas odidiſſent, retinere, ut Chriſtum Iudæis reſpondiſſe idem Matthæus narrat. Eum autem libellum viris permiſſum ad repudiandas uxores ſacræ nos literæ docent: uxoribus autem eorum, libellum maritis remittere licuiſſe, non item. Apud Romanos pariter lex Romuli fœminis dimittendi viros, negavit, viris autem dimittendi uxores tribus de cauſis licentiam conceſſit. Si in liberorum veneficio, aut in adulterio foret deprehenſa, aut claves ſubjeciſſet; ut eſt auctor Plutarchus. Quod ſi aliter quis repudiaſſet, ejus opum uxori portionem dari, reliquum Cereri eſſe juſſit ſacrum, & qui diverteret, ſacra diis inferis obire. Lege poſtea duodecim tabularum divortia fuiſſe permiſſa, indicat Tullius, contra Antonium ſcribens. *Nolite quærere, frugi factus eſt Antonius: mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere juſſit, ex duodecim tabulis claves ademit, exegit.* Sed ſive duodecim tabulis divortio permiſſa fuerint, ſive non fuerint, illud eſt perſpicuum, tantam priſcis temporibus matrimoniorum fuiſſe concordiam, ut divortium Romæ intra ſexcentos fere annos nulla domus ſenſiſſe dicatur, teſte Halicarnaſſeo, Aulo Gellio, & Tertulliano. Primus apud illos Spurius Corbilius, cui Ruga cognomentum fuit, ſterilitatis cauſa uxorem repudiavit anno urbis conditæ, quingenteſimo tertio & vigeſimo, M. Attilio, P. Valerio Coſſ. *Et tunc primum*, inquit Gellius, *cautiones rei uxoriæ neceſſariæ viſæ, cum antea nulla umquam fuiſſent tum Romæ; tum in Latio: atque is Corbilius traditur uxorem egregie dilexiſſe, cariſſimamque morum ejus gratia habuiſſe: ſed jurisjurandi religionem animo atque amori prævertiſſe, quod jurare a cenſoribus coactus erat, uxorem ſe liberorum quærendorum gratia habiturum.* Hunc ſecutus Sulpitius Gallus uxori nuntium miſit, quod eam capite aperto foris verſatam agnoviſſet; ut memoriæ prodit Valerius Maximus. Idem fecit Publius Sempronius, quod uxor ludos funebres ſpectaſſet. Sed nec impune divertere licebat, ſed inquirebatur, juſta ne cauſa eſſet divertendi. Quod ſi non ſubeſſet, qui occaſionem ſua culpa præbuit, multabatur amiſſione dotis & donationis propter nuptias. D. Chryſoſtomus. *Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes libellum repudii & divelli; neque enim juxta illas judicaturus eſt te Deus in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundum ſuas, ut ipſe ſtatuit. Etiam externæ leges non ſimpliciter nec abſolute hoc poſuerunt: nam & ipſæ puniunt factum, & hinc liquet, quod peccatum valde ægre tulerint. Vnde eam quæ auctor fuerit repudii, nudam & ſpoliatam facultatibus ejiciunt, ut unde fuerit diſſolutionis occaſio, etiam facultatum ſit jactura.* Cicero. *Si viri culpa factum eſt divortium, etſi mulier nuntium remiſit, tamen pro liberis manere nihil oportet.* Vbi Boethius. *Si quando divortium interceſſiſſet culpa mulieris, parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur.* De ea autem Paulus. *Si divortium eſt*, inquit, *matrimonii, & hoc ſine culpa mulieris factum eſt divortium, in ſingulos liberos ſexta pars dotis a marito retinetur, uſque ad mediam partem dumtaxat dotis. Quare quoniam quod ex dote conquiritur, liberorum eſt, qui liberi in patris poteſtate ſunt, id apud virum neceſſe eſt permanere*; Vlpianus, *Propter liberos retentio fit ſi culpa mulieris aut patris cujus in poteſtate eſt, divortium factum ſit, tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextæ retinentur ex dote: non plures tamen quam tres ſextæ in retentione ſunt, non in petitione.* Neque vero quælibet culpa tanta parte dotis multabatur, ſed ea ſolum quæ accuſabatur de ſtupro; de reliquis levioribus alia pœna erat, ut idem Vlpianus docet. *Morum*, ait, *nomine graviorum quidem ſextæ retinentur, leviorum autem octava: graviores mores ſunt adulteria tantum, leviores omnes reliqui.* Hæc adverſus uxorem: adverſus maritum eodem jure alia. Punitur enim in ea dote quæ a die reddi debita: propter majores, præſentem dotem reddit, propter minores ſenum menſium die: in ea autem quæ præſens reddi ſolet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur. Cum hæc in more & uſu eſſent Romanorum, eorum enim legibus Hiſpanos illis ſubjectos paruiſſe certum eſt, eamque pœnam leviſſimam ducerent, cum vellent matrimonii & uxorum moleſtias a ſe abjicere, ſicque paſſim matrimonia diſſolverentur, quod Plutarch. refert, contra publicam utilitatem violata pacis & unitatis fide, id ne accideret Chriſtianis, eamdem forſan libertatem, ni mavis licentiam, juſtam eſſe prætendentibus, ſapienter providerunt hic Hiſpani patres, gravem anathematis cenſuram adverſus eas fœminas conſtituentes, quæ ſpreta ſacramenti religione, diſſoluto inviolabilis matrimonii nexu, abrupta primum mariti fide, contempto ſacri lecti genio, abjectaque tamdem omnis divini & humani juris communicatione, ſecundas nuptias contraherent, vel potius conjugia adulterina. Qui primi ergo præter Chriſtum matrimonii individuam ſocietatem ſeu vinculum indiſſolubile eſſe, præcepto & pœna confirmarunt, Hiſpani epiſcopi videntur: ne illis temere contraria ſententia imponatur.

Geneſ. 2.
Tertul. lib. de monog. c. 4.
Innocent. III. c. gaudemus de divort.
D. Hierony. ad Geruntiam.
Matth. c. 19.
Matth. 19.
Deut. 24.
Plutarch. in vita Romuli.
Cœlius lib. 28. lectio. antiquar. c. 16.
Tullius Philip. 2.
Halicarnaſſ. lib. 2. Roman. antiquit.
Aulus Gel. noct. Atticar. l. 4. c. 3.
Tertul. in apolog. c. 6. & lib. de monog. c. 9.
Valer. Maxim. l. 6. c. 3.
D. Chryſoſtom. in ſermone de libello repudii, ſuper. 1. epiſt. Pauli ad Corint. c. 7.
Cicer. in topicis. Boethius in topi. Cicer.
Paul. lib. 2. inſtitution.
Vlpian. in epitome. tit. 6. de dotibus.
Plutarch. in problema. c. 13.

Nulla præcedente cauſa.

Sine cauſa juſta & judicio epiſcoporum nuſquam licuiſſe a matrimonio divertere. Cap. XIX.

ABSIT, ut hinc aliquis eruat, quamcumque cauſam prætenſam ad diſſolvendum matrimonii vinculum ſufficere: ea enim debebat epiſcoporum judicio, ut hodie, probari, an juſta eſſet, nec ne, ut matrimonium ſecundum recte iniri poſſet: vel ſi ad hoc efficax non erat, ut tori ſaltem indiceretur ſeparatio: neutrum enim privata auctoritate fieri, nec poteſt, nec potuit.

Canon IX. Vulgatus.

De fœminis quæ relictis viris ſuis aliis nubunt.

Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur

hibeatur ne ducat, si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de sæculo exierit; nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

Canon IX. *Emendatus.*

De fœminis quæ adulteros maritos relinquunt & aliis nubunt.

Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat: si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quàm is quem reliquit, de sæculo exierit; nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

BVR. lib. 9. c. 3. Ivo. p. 8. c. 199. aliter. *Item fœmina fidelis*, inquiunt, *quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & adulterum ducit, prohibeatur ne ducat: si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit, de sæculo exierit: nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.* Adulterum (aiunt) ducit pro alterum, non recte. In omnibus enim hujus concilii codicibus editis & MS (alterum) legitur, & apud Grat. in c. fidelis 32. q. 7. & quod minoris non facio, in vetusta nostra conciliorum collectione: non enim prohibuerunt hic patres, ne qua fœmina, dimisso marito suo adultero, alium adulterum duceret, sed ne alium duceret: in canone superiori, ne ex quacumque causa; in hoc, ne ex graviori adulterii, repudium liceat.

Item fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & adulterum duxerit, prohibeatur ne ducat.

Connubium secundum durante primo, semper ab ecclesia improbatum, præsertim ab Hispanica: defensa Ambrosii commentaria in epistola Pauli ad Corinth. explicatus in his locus de divortio, & alter Lactantii. *Cap. XX.*

ECCLESIAM catholicam, cujus gubernacula tibi non fortuna, aut humana sapientia, sed Christus ipse, tamquam vero suo & legitimo vicario tractanda concessit, B pater, multa Hispanicæ nostræ debere (ut alia omittamus) hoc unum concilium non suadere tibi tantùm, sed & persuadere potest Nullum enim fere decretum, vel de morum integritate, vel de sacramentorum mysteriis, vel de divinis & apostolicis traditionibus, non in Græcia & Europa tota, sed nec in Asia, aut Africa per mille & trecentos fere annos reperies; quod hujus auctoritate & exemplo constitutum non sit, vel constitui non potuerit: ut ex hoc canone & reliquis, quorum postea interpretationem suscipiemus, tibi liquebit apertissime. Anceps fuit olim, & dubia satis in omnibus fere Christiani orbis provincijs excitata contentio, ut Augustinus testatur, an liceret uxorem aliqua ex causa dimittere: dimissaque an ad alterius nuptias, vt lege primi conjugii libera, posset convolare? quibusdam hanc, quibusdam illam opinionem tenentibus, ut testatur Origenes. obtinuit tamdem apostolica & evangelica, ni mavis Christi doctrina, ab Hispanis nunc patribus primum apertius & perfectius repetita & confirmata, & conjugi uni non licere alium dimittere, etiam ob gravem causam, pudicitiæ scilicet violationem; quod matrimonii semel contracti, & copula consummati vinculum adeo sit indissolubile, ut nisi morte alterius conjugum perfringi, nec debeat*, nec possit. Christus enim, cujus doctrinam disertius confirmant hic Hispani episcopi, familiam suam Christianam ad primam legis institutionem & naturæ decreta revocari volens, hoc ipsum constituit, dum Iudæis quærentibus, an liceret ex quacumque causa uxorem dimittere? respondit, ad duritiam cordis illis permisisse Moysen, ab initio autem non fuisse sic: quasi clarius dixisset, se velle matrimonii leges non nouiter instituere contra antiquam legem Moysi, sed antiquiores naturæ, justitiæ, & honestati congruentes renovare: ut quod Iudæorum improbitas & pertinacia potius, quam justitia extorserat, lenitate & justitia Christiana sopiretur. Quod Hispani hic primum, in Gallia postea non Gallicani tantum, sed ex diversis orbis provinciis convocati decreverunt in concilio Arelatensi I. *De his,* aiunt, *qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit, ut inquantum potest, consilium eis detur, ne viventibus suis, licet adulteris, alias accipiant.* Consilium vocant patres; non quod præceptum nollent esse: sed quod in vitiis corrigendis ea tunc moderatione uterentur, ut suadere potius honesta velut parentes, quam cogere ut judices videri vellent. Nec in Gallia tantum, sed in Africa paulo post Africani episcopi id sequuti sunt in concilio Milevitano. *Placuit*, inquiunt, *ut secundum evangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur: quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendum promulgari.* Legem autem imperialem ideo ferri postulant Africani episcopi, ut quos ecclesiæ monita, vel anathematis censura a secundis nuptiis non cohiberent, cohiberent tamdem severissimæ imperatorum sanctiones pœnis confirmatæ civilibus: Idem decrevit concilium Triburiense, sub Arnulfo: post alia enim quæ de custodia mulieris adulteræ egerat, & de refugio ad episcopum, sic ait. *Maritus vero, quamdiu ipsa vivat, nullo modo alteram ducat.* Idem constituit concilium Florentinum in decreto Armenis dato. Postremo tamdem, cum adhuc essent Iudaicæ duritiæ homines, non Christianorum nomine tantum, sed literarum studiis spectati, qui licere nuptias secundas, spretis primis, adulteris dicerent, Tridentino concilio eorum audaciæ succursum est. *Si quis*, inquit, *dixerit, ecclesiam errare, dum docuit & docet iuxta evangelicam & apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero, alii nupserit, anathema sit.* Quod adeo verum censuit, judicavit & habuit catholica ecclesia, ut olim in Africa non admitterentur ad baptismum Gentiles, qui dimissis primis uxoribus, cum secundis nuptias contraxissent, Augustino teste. *Ad hanc autem*, inquit, *videntur disputationem impulsi, quod eos noverint non admitti ad baptismum, qui dimissis uxoribus, alias duxerint; vel fœminas, quæ dimissis viris aliis nupserint; quia hæc non conjugia, sed adulteria esse, dominus Christus sine ulla dubitatione testatur. Cum enim negari non possit esse adulterium, quod veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eique suffragari vellent ad accipiendum baptismum; quos hujusmodi laqueo ita captos viderent, ut si non admitterentur ad baptismum, sine ullo sacramento mallent vivere, vel etiam mori, quam dirupto adulterii vinculo liberari, humana quadam miseratione commoti sunt ad eorum causam sic suscipiendam, ut omnes cum eis facinorosos & flagitiosos, etiam nulla prohibitione correptos, nulla instructione correctos, nulla pœnitentia mutatos, ad baptismum admittendos censuerint.*

Quia tamen in hujus rei disputatione, non cum hæreticis tantum, sed cum catholicis quibusdam nobis agendum est, post decursa œcumenica & provincialia concilia, pontificum decretis, & sanctorum patrum sententiis rem adhuc adstruere conabor. In primis se nobis Clemens offert Romanus, & Romanus pontifex. Inter canones enim quos refert apostolorum, hunc recenset. *Si quis uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.* Evaristus papa ad episcopos Ægypti. *Et sicut uxori*, inquit, *non licet dimittere virum suum, ut alteri se*, vivente eo, *societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus; sed juxta apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta; ita ecclesia etiam.* Innocentius papa. I. scribens ad Exuperium episcopum Tolosanum. *De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio, aliis se matrimonio copularunt; quos in utraque parte adulteros esse manifestum est, qui viro, vel uxore vivente*, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, *ad aliam copulam festinarunt; neque possunt adulteri non videri; in tantum, ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in evangelio; Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur: & ideo tales a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortii fuisse detegantur.* Notissima est, & toto orbe decantata illa tragœdia, qua Nicolaus primus Lotharium imperatorem diris devovit, quod dimissa regina Tietberga, cum Vualdrada concubina nuptias celebraverit, damnata Guntharii Coloniensis, & Theugualdi Treverensis archiepiscoporum sententia, quam pro divortio

inique

Marginal notes (left): lib. 1. de ... in. con... 5. — ... es tracta... in Matth. — ... 19. — ... tur conc.

Marginal notes (right): Arelat. I. can. 10. — Concil. Milevit. cap. 17. — Conc. Triburiens. sub Arnulfo. c. 46. — Concil. Trid. sess. 24. can. 7. — Aug. lib. vnic. de fide & operib. c. 1. — Clemens can. 48. apost. — Evarist. pap. epistol. 2. ad omnes episcopos Ægypti. — Innoc. I. epist. 3. ad Exuper. episcopum Tolosan. c. 6. — Concil. Roma. sub Innocent. c. 2. de quo Regino lib. 2. chronic. & refertur a Grat. in cap. Theugualdum 11. q. 3. — Innocent. in epist. ad episc. Tiberiadis in c. gaudemus de divortiis.

inique tulerant, magno sui honoris & dignitatis periculo: nam ea de causa suorum ordinum jacturam a Nicolao passi sunt in concilio Romano. Innocentius etiam III. ad episcopum Tiberiadis. *Sane*, ait, *veridica hac sententia probatur, etiam de testimonio veritatis, testantis in evangelio, Quicumque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo uxore dimissa, duci alia de jure non potest; fortius & ipsa retenta.* Tertullianus. *Ceterum*, inquit, *& alia ratio conspirat, imo non alia, sed quæ initii formam imposuit, & voluntatem Dei movit ad prohibitionem repudii; quoniam qui dimiserit uxorem suam, præterquam ex causa adulterii, faciet eam adulterari: & qui dimissam a viro duxerit, adulterat utique. Non & nubere legitime potest repudiata, & si quid tale commiserit, sine matrimonii nomine, non capit elogium adulterii, quæ adulterium in matrimonio crimen est? Deus aliter censuit, citra quam homines, ut in totum, sive per nuptias, sive vulgo alterius viri admissio, adulterium pronuntietur a Deo. Videamus quid sit matrimonium apud Deum; & ita cognoscemus, quid sit æque adulterium. Matrimonium est, cum Deus jungit duos in unam carnem; aut junctos deprehendens in eadem carne, conjunctionem signavit. Adulterium est, cum quoquo modo disjunctis duobus, alia caro, imo aliena miscetur; de qua dici non possit; Hæc est caro ex carne mea, & hoc os ex ossibus meis.* Et post alia. *Hanc quoque eam demonstrat intelligendam, quæ & ipsa sic fuerit inventa soluta a viro, quomodo & vir solutus ab uxore: per mortem utique, non per repudium facta solutione: quia repudiatis non permitteret nubere adversus pristinum præceptum.* Parum igitur recte Erasmus opinationem, seu errorem potius adscripsit Tertulliano, & post illum & alios Covarruvias, cum ab eo tantum abfuerit, ut contrarium prorsus docuerit. Quod autem refert ex eodem Tertulliano, levius multo est quam confutari mereatur; levibus enim & inanibus impedimentis cursum nullo moræ pretio retardari facile non patiar; cum præsertim in notis id ipsum docte animadverterit Iacobus Pamelius. Ante Tertullianum eamdem sententiam docuit Iustinus martyr. Post hos, Augustinus quoties de eadem causa egit (egit autem sæpissime) toties docet non licere mulieri repudiatæ ante mariti mortem alteri nubere. Primum. *Etsi licite*, inquit, *dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis. Sicut enim manente in se sacramento regenerationis, excommunicatur cujusquam reus criminis, nec illo sacramento caret, etiam si nunquam reconcilietur Deo: ita manente in se vinculo fœderis conjugalis uxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamsi reconcilietur viro: carebit autem, si mortuus fuerit vir ejus. Reus vero excommunicatus ideo nunquam carebit regenerationis sacramento, etiam non reconciliatus, quia nunquam moritur Deus. Remanet itaque, ut si sapere secundum apostolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideo licere uxori ejus alteri nubere. Quamvis enim sit mors adulterium, non corporis, sed quod pejus est, animæ: non tamen de ista morte loquebatur apostolus, cum dicebat: quod si mortuus fuerit vir ejus, cui vult, nubat: sed de illa sola qua de corpore exitur.* Eamdem sententiam scripsit in sermone domini in monte, & alibi sæpe. Ab Augustino non discrepat Hieronymus. *Omnes*, inquit, *causationes apostolus amputans, apertissime definivit, vivente viro, esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris persuasionem, patris auctoritatem, propinquorum catervam, servorum insidias atque contemptum, damna rei familiaris. Quamdiu vivit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc scelera derelictus, maritus ejus deputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec apostolus hæc propria auctoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in evangelio: Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari; & qui dimissam acceperit, adulter est. Vnde & apostoli, gravem conjugii sarcinam intelligentes: Si ita est,* inquiunt, *non expedit homini uxorem accipere. Ad quos dominus: Qui potest,* inquit, *capere, capiat. Statimque sub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis lege tenetur.* Divus Basilius. *Quare quæ relinquit, est adultera, si ad alium virum accessit; qui autem reliquit, est dignus venia; & quæ ei cohabitat, non ideo condemnatur: Sed si vir qui ab uxore discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulter: quoniam fecit eam adulterari; & quæ ei cohabitat, est adultera, eo quod alterum virum ad se traduxit.* Divus Chrysostomus subscribit his omnibus, nec semel eamdem doctrinam repetit; quod forsan hominum improbitas repetita indiguerit disciplina. *Quænam est*, inquit, *lex quam nobis Paulus posuit? Mulier*, inquit, *non separetur vivente viro, neque alium superinducat maritum. Non autem dixit, cohabitet viro, quod vixerit vir illius; atque adeo etiam si libellum repudii det, etiamsi domum relinquat, etiamsi ad alium abeat, legi adstricta est adultera quæ est talis. Nam quemadmodum servi fugitivi, etiamsi domum herilem relinquant, catenam secum trahunt; ita & mulieres legem habent pro catena, adulterii accusantem ac dicentem: Adhuc superest maritus, & adulterium facinus hoc est. Mulier enim adstricta est legi, quoad vixerit maritus illius: tunc enim licebit secundas nuptias contrahere, ubi a catena liberata fuerit. quando vir morietur solum.* Et post alia. *Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudii & divelli.* Neque enim juxta illas te judicaturus est Deus in die illa qua venturus est, sed secundum suas, ut ipse statuit. Sed Moyses (aiunt) hoc fecit: tu vero audi Christum ita dicentem. *Nisi abundaverit justitia vestra, plusquam Scribarum & Pharisæorum, nequaquam intrabitis in regnum cœlorum.* Idem probat, repudium esse, & præter naturam quidem, quia caro inciditur; contra legem autem, quia cum Deus conjunxerit; ac jusserit non separari, ipsi contra præcepta Dei facere ausi estis. Quam sententiam pluribus in locis docet, & diversis rationibus comprobat. Divus Isidorus. *Sacramentum*, inquit, *ideo inter conjugatos dictum est, quia sicut non potest ecclesia dividi a Christo, ita neque uxor a viro. Quod ergo in Christo, & in Ecclesia, hoc in singulis quibusque viris atque uxoribus conjunctionis inseparabile sacramentum. Vnde apostolus, præcipio*, inquit, *non ego, sed dominus uxorem a viro non discedere: prohibet enim dimitti quacumque ex causa, ne aliis conjungantur, secundum consuetudinem Iudæorum, quam dominus interdixit, dicens: Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, & aliam duxerit, mœchatur.* Et post alia. *Cumque habet quis uxorem*, ut ait Lactantius, *neque servam, neque liberam habere poterit, ut matrimonii fidem servet; neque enim juris publici ratio est, si sola mulier adultera, quæ virum habens ab altero polluitur, & maritus si alteram habeat, a crimine adulterii alienus habetur; dum divina lex duos in unum matrimonii corpus conjunxerit, adulter sit, quisquis compagem corporis in diversa distraxit.* Ante hos sanctissimos ecclesiæ patres, id ipsum docuerunt Clemens Alexandrinus, & eius discipulus Origenes. In eadem sententia fuerunt Anselmus, divus Thomas, Primasius, Beda, Rabanus, Haymo, Hugo de sancto Victore, Bonauentura, Albertus, Petrus Lombardus, divus Antoninus, Cartusianus & alii, quos compendii causa missos facies.

Sed restat adhuc de hac re Ambrosii locus paulo difficilior, in quo, post alia dixit. *Non enim permittitur mulieri ut nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ, aut si impellente lascivia, usum quærat uxoris invertere: quia inferior non omnino hac lege utitur, qua potior, si tamen apostatet vir, aut usum quærat uxoris invertere; nec alii potest nubere mulier, nec reverti ad illum.* Et virum uxorem non dimittere: *Subauditur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subjecit dicens, sicut de muliere; Quod si discesserit, manere sic: quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem, quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier. Caput enim mulieris vir est.* Nec hæretici tantum, sed catholici, Gratianus, Catherinus, Ioannes Arboreus, Robertus Cænalis episcopus Abrincensis, Covarruvias & alii, quos prætereo. Denique eamdem sententiam tribuerunt Ambrosio recentiores in decretum Gregorianum adnotationes.

Sed cum catholicæ intersit reipublicæ, sanctos ecclesiæ doctores, Ambrosium præsertim (quem in Pauli epistolas scripsisse testatur Cassiodorus) ab adscripta potius, quam scripta sententia, vel errore vindicari, facturus sane videor operæ pretium, si divi Ambrosii doctrinam cum apostolica & evangelica mirifice convenire probavero. Quod ut efficiam, redeo in memoriam quorumdam locorum, in quibus eamdem quæstionem attigit Ambrosius, ut apertius possim elicere, an ille (ut dixi) suam cum apostolica & evangelica doctrina; sibiquemetipsi consentientem tradiderit, an vero illi, & sibi ipsi contrariam. In libro enim de Abraham post alia, sic inquit. *Sed & vos moneo viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non commisceri adulterino corpori. Qui enim se jungit meretrici, unum corpus est: nec dare hanc occasionem divortii mulieribus. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est; nec viro licet quod mulieri non licet. Eadem a viro quæ ab uxore debetur castimonia. Quidquid in ea quæ non sit*

legitima

Tertull. lib. de monoga. cap. 9. Matth. 19.

Genes. 2.

Idem Tertul. c. 11

Covarru in 4. 2. p. c. 7. § 6. nu. 13. Tertull. lib. 2. ad vxor c. 1. & lib. 4. adversus Marcionem. Iustin. Mart. in 2. apolog. pro Christian.

August. lib. 2 de adulter. conjug. c. 4. & 5.

1. Corinth. 7.

Idem serm. domini in monte. 26.

Hieron. in epist. ad Amand. presbyter. Refertur a Grat in c. omnes causationes. 3. q. 7.

D. Basil. epist 1. ad Amphilo. cap. 10.

D. Chrysost. li. sermone de li. bello repud. super. epist. Paul. ad Corinth.

Idem homil. 33 in Matth.

D. Isidor. lib. 2 de offic. eccles. cap. 19.

Lactantius lib. 6 diuin. instit. cap. 23.

Clem. Alex. lib. 2. stromat. Origenes tract. 7. super Matth.

D. Ambrosius 1. ad Corinth. c. 7. vers. Postquam. Matth. 5.

Ephes. 5.

Ioan. Arboreus lib. 1. Theosoph. cap. 35. Cænalis in quodam peculiari hujus quæstionis opusculo. Covar. in 4. 2. p. c. 7. § 7. num. 13 cap. uxor. 33 q. 2. Cassiodorus de divinis lectio. cap. 8.

Ambros. lib. de Abraham. c. 4.

legitima uxor, commissum fuerit adulterii damnatur crimine. Ergo ad ertistis quid debeatis cavere, ne quis sacramentis se indignum præbeat. Clarius idem. *Nulli licet scire mulierem, præter uxorem: ideoque conjugii tibi datum est jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Vinctus es uxori; noli quærere solutionem: quia non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere: nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen est adulterii; hoc gravius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege esse quærendam.* Idem. *Etenim si alienos, multo magis uxorios debet tolerare & emendare mores.* Audi quid dixerit dominus: Qui dimittit uxorem, facit eam mœchari: etenim cui non licet vivente viro mutare conjugium, potest obrepere libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam reus culpæ est. Quo cum parvulis fœta dimittitur? Quo titubandi vestigio grandæva detruditur? Durum si excludas parentem, pignora teneas, ut ad contumeliam caritatis addas etiam pietatis injuriam. B Durius si propter matrem etiam filios simul pellas, quum magis redimere a patre liberi debeant culpam parentis? Quam periculosum, si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras? Quam impium, si ejus destituas senectutem, cujus defloraveris juventutem? Ergo inhonoratum stipendiis & veteranum imperator dimittat inglorium, atque imperii sui possessione detrudat; & rusticum laboris effœtum agro suo propulset agricola? An quod in subditos nefas est, in comparem fas est? Dimittis ergo uxorem, quasi jure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed divina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum vetere. Audi legem domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt? Quæ Deus conjunxit, homo non separet. Sed non solum hic cœleste præceptum, sed quoddam etiam opus Dei solvitur. Paterisne, oro, liberos tuos vivente te esse sub vitrico? aut incolumi matre, degere sub noverca? Pone si repudiata non nubat. C *Et hæc viro tibi potuit displicere, cui adultero fidem servat? Pone, si nubat; necessitas illius tuum crimen est: & conjugium quod putas, adulterium est. Quid enim refert, utrum aperta criminis confessione, an mariti specie adulterium admittas? nisi quod gravius est, legem criminis fecisse, quam furtum. Sed fortasse dicit aliquis: Quomodo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere uxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est; qui hoc dicit, Christianus non est. Et ideo qui hoc objicit, quod objectum est domino, respondeat ei dominus; Ad duritiam,* inquit, *cordis vestri permisit vobis Moyses dare libellum repudii; & dimittere uxores: ab initio autem non fuit sic: Moyses permisit,* inquit, *non Deus jussit. Ab initio autem Dei lex est? Quæ est lex Dei? Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt ambo in carne una. Ergo qui dimittit uxorem, carnem suam scindit, dividit corpus. Ostendit autem hic locus, quæ propter fragilitatem humanam scripta sunt, non a Deo scripta. Vnde & apostolus, denuntio,* inquit, *non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere. Et infra;* D *Ceteris inquit, ego dico, non dominus, si quis frater infidelem habet uxorem. Itaque ubi est impar conjugium, lex Dei non est. Et addidit. Quod si infidelis discedat. Simul, idem apostolus negavit, legis esse divinæ, ut conjugium qualecumque solvatur; nec ipse præcepit, nec dedit deserendi auctoritatem, sed culpam abstulit destituto.* Qui apertius, qui clarius sensa suæ mentis Ambrosius potuit exprimere? Quid cum Christi & apostolorum doctrina docere ille potuit congruentius?

Sed urget lectores quod dicto cap. VII. epistolæ primæ ad Corinthios ipse scripsit Ambrosius. Quem nodum ut dissolvant, non illius capitis tantum, sed totius libri elevant auctoritatem, Ambrosii totum esse denegantes, styli nescias quam dissimilitudinem, & verborum suavitatem (quæ una certe est cum illa quam in reliquis suis libris observavit Ambrosius) coarguentes: E dum Scyllæ enim pericula fugiunt, in Charybdis incidunt scopulos. Sed videamus nos, an utrosque facilius salvi & incolumes, sine Ambrosianæ doctrinæ detrimento & totius libri jactura, possimus evadere. Mirari enim satis ipse non possum, & tantos viros, qui cum oculis soleant plusquam lynceis minutissima quæque discernere, in plano hoc, minimeque difficili offendisse.

Ambrosius enim, beatissime pater, cum docet, uxorem non posse adulterum maritum dimittere, & alii nubere; posse tamen maritum, legis Iuliæ, non Dei, imperatorum Severi & Antonini, non Christi; forensis judicii, non cælestis, rationem habuit; cum enim de divina egit, semper contendit & docuit parem esse utriusque causæ æquitatem. Quod autem de civili intellexerit, non ex illo loco tantum, sed ex tribus quos retulimus, dilucide comprobabimus. In hoc enim de quo sermo est, ait, cum de muliere agit: *Non enim permittitur mulieri,* A *ut nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ; aut si impellente lascivia usum quærat uxoris invertere; quia inferior non omnino hac lege utitur, qua potior.* Agit ergo de permissione civili, & de auctoritate legis civilis, quæ potiorem habet causam viri, quam uxoris (ut & Augustinus testatur) cum tamen lege divina par sit utriusque. Cum autem agit ad finem de viro, ait: *Quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem: quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier.* Verissimum enim est quod scribit Ambrosius, non constringi lege civili virum, ad hoc ut repudiare non possit & accusare uxorem de adulterio, & inde cum alia contrahere, ut constringitur mulier, quæ maritum adulterum accusare non potest; nec ab illo ea de causa divertere; quod id lege civili & consuetudine jam inductum receptumque fuisset. Nec in hoc solum loco de lege civili intellexit Ambrosius (hominem enim jurisprudentiæ studiis ab ineunte ætate deditum & causis civilibus postea præfectum, de lege civili Romanorum crebro meminisse, satis est consentaneum) sed in reliquis duobus, quos supra citavimus, locis. In priori enim: *Sed & vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non commisceri adulterino corpori; qui enim se jungit meretrici, unum corpus est; nec dare hanc occasionem divortii mulieribus. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet.* Vides quomodo jurisconsultus Ambrosius de legibus hominum, veterum jurisconsultorum & imperatorum civilibus (hos homines vocat) intelligit, non de lege Dei, nam de ea subjungit: Nec viro licet, quod mulieri non licet. Clarius (si quid clarius scribi potuit) in posteriori loco: *Vinctus es uxori, noli quærere solutionem; quia non licet tibi uxore vivente, uxorem ducere. nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen est adulterii; hoc gravius, quod putas peccato tuo auctoritatem lege quærendam. Tolerabilior est si lateat culpa,* C *quam si culpa usurpetur auctoritas.* Propositum igitur fuit Ambrosio, utpote juris consultissimo, & in forensibus judiciorum fraudibus audiendis reprimendisque exercitatissimo, eum errorem ex illorum animis evellere, qui putabant, ideo posse uxores ob fornicationem dimittere, & alias superinducere, quod per leges civiles sibi licere dicerent, putantes idem esse Papiniani & Dei; Pauli & Ecclesiæ judicii tribunal. Id etiam perspicue & iterato docet in evangelium Lucæ. *Dimittis ergo uxorem; quasi jure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Qui hominibus obsequeris, Deum verere: audi legem domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: Quæ Deus conjunxit, homo non separet. Sed non solum hic cæleste præceptum, sed quoddam etiam opus Dei solvitur. Paterisne, oro, liberos tuos vivente te esse sub vitrico? An incolumi matre, degere sub noverca? Pone, si repudiata non nubat, & hæc viro tibi potuit displicere, cui adultero fidem servat? pone si nubat, necessitas illius tuum crimen est: & conjugium quod pu-* D *tas, adulterium est; Quid enim refert, utrum aperta criminis confessione, an mariti specie adulterium admittas? nisi quod gravius est, legem criminis fecisse quam furtum. Sed fortasse dicit aliquis: Quomodo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere uxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est; qui hoc dicit, Christianus non est.* Legem autem humanam sive civilem, legem Iuliam intelligit, quæ jus accusandi uxores adulteras, & ab eis divertendi, maritis concessit, uxoribus vero accusandi maritos adulteros denegavit, ut impp. Severus & Antoninus rescripserunt, ad Cassiam. *Publico judicio,* inquiunt, *non habere mulieres adulterii accusationes, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat; quæ cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis privilegium detulit.* E Hanc confirmat Græcorum Basilicon. *Lege Iulia,* ait, *de adulteriis mulier accusare non potest, nec si ipsa dicatur deliquisse: nam lex viris delinquentis merito facultatem dedit, accusandi jure mariti, soluto matrimonio.* In ejus autem interpretatione Theodorus Græcus interpres. *Mulier,* ait, *non accusat adulterii, nec pro se quidem: viris enim hæc accusatio competit.* Et paulo post. *Nota, hoc crimen mulierem numquam intendere posse.* Hanc autem legem in foro etiam exteriori ecclesiæ quoad torum observatam, sic ut divortium non admitteretur ob viri adulterantis fornicationem, sicut admittebatur ob adulterium uxoris, divus Basilius testis est locupletissimus. *Domini autem dictum,* inquit, *secundum sententiæ consequentiam, ex æquo & viris & mulieribus convenit, quod non liceat a matrimonio discedere, præterquam propter fornicationem. Consuetudo non ita habet, sed in mulieribus quidem multum accurate & diligenter observari invenimus; cum apostolus quidem*

D. Aug lib. 2. de adulter. conjug. cap. 8.

Idem Ambr. c. 4. de Abraham.

Idem de Abraham c. 7.

Idem in Lucam c. 16.

Matth. 19.

Sever. & Antonin. in l. 1. ad leg. Iulian. de adult.

Basilicon. Græc. lib. 60. tit. 38.

D. Basi. in epist. 1. ad Amphil. Iconii episc. can. 9.

1. ad Cor. 6. Hierem. c. 3.

dicat, quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus. Hieremias autem: Quod ſi fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum ſuum, ſed polluta polluetur. Et rurſus: Qui habet adulteram, ſtultus eſt & impius. Conſuetudo vero etiam adulterantes viros & in fornicationibus verſantes, jubet a mulieribus retineri. Quare quæ cum viro dimiſſo cohabitat, neſcio an poſſit adultera appellari. Crimen enim hic attigit mulierem, quæ dimiſit. Quam nam ob cauſam a conjugio deceſſit? Si enim pulſata, & verbera non ferens; pati ſatius erat, quam a conjuge ſeparari; ſive jacturam in pecuniis non ferens, nec ipſa eſt juſta excuſatio: ſin autem quod ipſa vivat in fornicatione, non habemus hanc obſervationem in eccleſiaſtica conſtitutione; ſed etiam infidelis viri juſſa eſt mulier non ſeparari, ſed remanere, propter incertitudinem eventus. Quid enim ſcis, mulier, an virum ſis ſervatura? Quare quæ relinquit, eſt adultera, ſi ad alium virum acceſſit: qui autem reliquit, eſt dignus venia, & quæ ei cohabitat, non ideo condemnabitur. Sed ſi vir qui ab uxore diſceſſit, acceſſit ad aliam, eſt & ipſe adulter, quoniam facit eam adulterari, & quæ ei cohabitat, eſt adultera, eo quod alienum virum ad ſe traduxit. Eamdem ſententiam conſuetudinemque eccleſiæ repetito ſermone docet in eadem

Idem Baſil. c. 21.

epiſtola paulo poſt, ubi ſic ait. *Qui autem fornicatus eſt, non excludetur a cohabitatione cum uxore, quemadmodum mulier maritum ſuum a fornicatione revertentem excipiet; vir autem eam quæ polluta eſt, a ſuis ædibus amandabit; ac eorum quidem ratio minime eſt facilis: conſuetudo autem ſic invaluit.* Qui hanc D. Baſilii doctrinam Eccleſiæ uſu & auctoritate receptam, cum Ambroſiana contulerit, comperiet ſane, Ambroſium nihil ab eccleſiæ moribus alienum ſcripſiſſe, ſed de forenſi tantum uſu ſui temporis. Quod an verum ſit, vel falſum, coætanei ſui Baſilii teſtimonio (eodem enim tempore, unus in oriente alter in occidente vixerunt) habetur compertiſſimum. Quocirca Auguſtinus Ambroſii,

Auguſt lib. 1. de nup. & concup. cap. 10.

& Baſilii veſtigiis inſiſtens, eum qui prima uxore derelicta, cum ſecunda contrahit, non eſſe adulterum lege ſæculi, ſed lege Dei docuit. *Quoniam ſane*, ait, *non tantum fœcunditas, cujus fructus in prole eſt; nec tantum pudicitia, cujus vinculum eſt fides, verum etiam quoddam ſacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis, unde dicit apoſtolus: Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam: hujus proculdubio ſacramenti res eſt, ut mas & fœmina connubio copulati, quamdiu vivunt, inſeparabiliter perſeverent: nec liceat, excepta cauſa fornicationis, a conjuge conjugem dirimi: hoc enim cuſtoditur in Chriſto & eccleſia, ut vivens cum vivente in æternum nullo divortio ſeparetur. Cujus ſacramenti tanta obſervatio eſt in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, hoc eſt, in eccleſia Chriſti, quibuſque fidelibus conjugatis, qui ſine dubio membra ſunt Chriſti, ut cum filiorum procreandorum cauſa vel nubant fœminæ, vel ducantur uxores, nec ſterilem conjugem fas ſit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod ſi quiſquam*

Coloſſ. 3.

Matth. 19.

fecerit, non lege hujus ſæculi, ubi interveniente repudio, ſine crimine conceditur cum aliis alia copulare connubia; quod etiam ſanctum Moyſen dominus propter duritiam cordis illorum Iſraëlitis permiſiſſe teſtatur, ſed lege evangelii reus eſt adulterii; ſicut etiam illa, ſi alteri nupſerit. Quare cum epiſcopi Africani in concilio Milevitano pœnam conſtituiſſent canonicam adverſus illos qui dimiſſis primis conjugibus, cum ſecundis contrahunt, illud prætetea addiderunt, ut ab imperatore legem poſtularent, qua id etiam in foro civili non licere pœna propoſita

Con. Milev. c. 17. D. Chryſo. in ſer. de libello repudii ſuper epiſt. Pauli ad Corinth. 7.

ſanciretur. Idque apertius etiam docuit D. Chryſoſtomus in ſermone de libello repudii. Poſtquam enim vinculum naturale & divinum retulit, quo conjuges devincti tenentur conjugem adulteram non repudiare, ſic ait. *Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudii, & divelli: neque enim juxta illas, te judicaturus eſt Deus, in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundum ſuas, ut ipſe ſtatuit.* Lactantius. *Non enim*,

Lactantius, lib. 6. divin. inſtit. c. 2. 3.

inquit, *ſicut publici juris ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium, maritus autem, etiam ſi plures habeat, a crimine adulterii ſolutus eſt: ſed divina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit.* Quod ſi in tam perſpicua & clara Ambroſii cum Baſilio, Auguſtino, Chryſoſtomo, Lactantio & univerſæ eccleſiæ catholicæ concordi ſententia, Lutherus, Magdeburgenſes, & reliqui hæretici velut noctuæ erectis ad ſolem oculis cæcutiant, & conjugium ſecundum durante primo ex Ambroſii ſententia licere contendant, illos non Iudæos duræ cervicis, ſpernentes rejicimus, ſed velut pertinaces hæreticos ad judicis ſæcularis tribunal acriori ſententia remittemus puniendos.

A

Explicatur Lactant. li. 6 divin. inſtit. cap. 23.

At ſi Lactantii tamdem ſententia & auctoritate oppugnemur, ut oppugnant nos non ſolum hæretici, ſed etiam catholici; quod putent illum fuiſſe inter catholicos ſcriptores, qui minus catholice, diſſentiens ab apoſtolica & evangelica doctrina, conjugium ob adulterium diſſolvi, etiam quoad vinculum putaverit; exquirere ſane curabimus, an quemadmodum Ambroſio, Lactantio etiam falſo id impoſuerunt ſcriptores, minori forſan pietate, vel minori ſaltem diligentia, quam de tanto viro dici par erat. Antiquorum enim doctorum libros, qui non ex ſuis fontibus, ſed ex rivulis legere & intelligere malunt, caveant, ne pro pura & ſalubri aqua, cœnoſam & ſordidam haurientes, ſuæ & reip. ſaluti male conſulant, indeque in graviſſima pericula & errorum tenebras dilabantur.

B

Lactantius ergo in divinis inſtitutionibus, cum antiquarum Gentium vanitate & ſuperſtitione confutatis, Chriſtianæ veritatis lucem oſtendere vellet & docere, multa quinque libris ſuperioribus docte & copioſe diſſeruit: in hoc autem ſexto id ſumme conatus eſt, ut repulſo omni qui diis Gentium tribuebatur cultu, veram Deo vero religionem tribueremus. Hanc autem dicebat præſtantiſſimam eſſe, quæ non ex rebus corruptis, ex pecudum taurorumque ſanguine, & aliis antiquorum ſuperſtitionibus, quas commemorat; ſed quæ ex virtutibus animi, qui oritur e cœlo, conſtaret. Verum enim cultum dicebat, in quo mens colentis ſe ipſam immaculatam Deo victimam ſiſteret. Id autem quomodo eſſet conſequendum, quomodo & præſtandum, totius libri ſexti diſputatione perdocuit. Cum autem in illius principio de religione, de pietate, de humanitate & miſericordia, de metu fugando, de patientia & aliis egiſſet, vſque ad cap. XX. ab eo cœpit ſermonem contra iniquas ſenſuum voluptates. Egit autem illo capite de oculorum voluptate,

C

quæ in ſpectaculis publicis percipi ſolebat: quam cũ longe fuiſſet inſectatus, cõfutationem aggreditur cap. XXI. illius quæ ex vocũ & cantuum ſuavitate percipitur: & cap. XXII. quæ ex ſapore & odore. At cum cap. XXXIII. ad eam partem voluptatis refutandam accederet, quæ percipitur ex tactu, ſed præcipue ex libidine, multis & his graviſſimis rationibus illam ut illicitam temperare & cohibere Chriſtanos docuit. Nec diverſo jure ab uxoribus cenſuit maritos; utroſque enim individuam illam animorum & corporum conjunctionem quam ſemel contraxerant, perpetuo obſervaturos admonuit; nec licẽtiam conceſſit, ut alter utriuſque, alterius conſortio abuteretur. *Nondum*, inquit, *omnia caſtitatis officia executus ſum, quam non modo Deus intra privatos parietes, ſed etiam præſcripto lectuli terminat: ut cum quis habeat uxorem, neque ſervam neque liberam habere inſuper velit, ſed matrimonio fidem ſervet. Non enim, ſicut juris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium; maritus autem*

D

etiam ſi plures habeat, a crimine adulterii ſolutus eſt. Sed divina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit. Nec ob aliam cauſam Deus, cum ceteras animantes ſuſcepto fœtu, maribus repugnare voluiſſet, ſolam omnium mulierem patientem viri fecit, ſcilicet ne fœminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, eoque facto caſtitatis gloriam non tenerent. Sed neque mulier virtutem pudicitiæ caperet, ſi peccare non poſſet. Nam quis mutum animal pudicum eſſe dixerit, quod ſuſcepto fœtu mari repugnat? Quod ideo facit, quia neceſſe eſt, in dolorem, atque in periculum veniat, ſi admiſerit. Nulla igitur laus eſt non facere, quod facere non poſſis. Ideo autem pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis eſt, ſed voluntaria. Servanda igitur fides ab utroque alteri eſt, imo exemplo continentiæ docenda uxor, ut ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod præſtare ipſe non poſſis.

E

Quæ iniquitas effecit profecto, ut eſſent adulteria; fœminis ægre ferentibus præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatem. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſam vitiis ſuis prætendat; injuriam ſe peccando non facere, ſed referre. Quod optime Quintillianus expreſſit. Homo, inquit, *neque alieni matrimonii abſtinens, neque ſui cuſtos: quæ inter ſe natura connexa ſunt. Nam neque maritus circa corrumpendas aliorum conjuges occupatus poteſt vacare domeſticæ ſanctitati; & uxor cum in tale incidit matrimonium, exemplo ipſo incitata, aut imitari ſe putat, aut vindicare. Cavendum igitur ne occaſionem vitiis noſtra intemperantia demus: ſed aſſueſcant invicem mores duorum, & jugum paribus animis ferant. Nos ipſos in altero cogitemus. Nam fere in hoc juſtitiæ ſumma conſiſtit, ut non facias alteri, quicquid ipſe ab altero pati nolis.* Vt omnem autem tergiverſandi occaſionem auferret, an aliquo caſu liceret uxorem dimittere, divini præcepti memor ſequentia addit. *Hæc ſunt quæ ad continentiam præcipiuntur a Deo. Sed tamen ne quis divina præcepta circumſcribere ſe putet poſſe, addantur illa, ut omnis calumnia & occaſio*

occasio fraudis removeatur: adulterum esse, qui a marito dimissam duxerit, & eum qui præter crimen adulterii uxorem dimiserit, ut alteram ducat: dissociari enim corpus & distrahi Deus noluit. Non ergo placuit Lactantio, ut dimissa quis prima uxore ob adulterium, cum alia contrahat: nam si hoc censuisset, non dixisset paulo antea, adulterum esse eum, qui dimissam duxerit: nam si adulterii crimen illud est, nulla alia id ratione constat, nisi quia vinculum matrimonii prioris indissolubile fuerat, ut ipse clarissimis verbis antea scripserat.

Sed divina lex, inquit, *ita duos in matrimonium, quod est in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur, quisquis compagem corporis in diversa distraxerit.* Nec est probabile, eum qui omnem occasionem calumniandi divinum præceptum ad matrimonii solutionem amovere nitebatur, idque se velle, perspicue asserebat, statim licentiam concessisse & impunitatem, ut ob adulterium uxor possit dimitti. Si divini præcepti interpretem agebat, qui fieri poterat, ut illud concedat interpres, quæ doctor negavit? Quod si aditum omni repudio se velle intercludere dicebat, quo pacto nisi desipuisset, in causa adulterii licere potuisset asserere; sic enim non intercluderet apertum, sed interclusum aperiret. Quod contendit Lactantius, illud est, divinum præceptum interpretando, matrimonium dissolvi non posse, nec conjugem dimitti: nam si alter eorum dimittatur, ut cum alio contrahat, tam erit adulter, qui cum dimissa contrahit, quam qui ea de causa, ut cum alia contraheret, uxorem dimisit: hoc enim est quod docuerat Paulus, & quod antea docuerat Christus, cujus præcepti interpretationem tradebat Lactantius: aliter enim non Christi interpretaretur doctrinam, sed perverteret & corrumperet. Quod autem exceptionis loco adjecerit. *Præter crimen adulterii.* Ad verbum statim sequens referri debet: hoc est, ad dimissionem uxoris; illi enim connectitur: non autem referri debet ad alterum, quod postea adjectum est, ut uxorem accipiat, nam illud ad sententiam quam dixerat de adulterio & mœchia, dubio procul referendum est; quod non similis tantum, sed re & verbis eadem est prorsus doctrina, quam Christi ore prolatam retulit Matthæus. Dico autem vobis, quicumque
c. 19. dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam
od.c.23. duxerit, mœchatur: & hujus interpretationem se dare idem Lactantius dicebat, dum adjecit. *Sed tamen ne quis divina præcepta se posse circumscribere putet, addantur illa, ut omnis calumnia & occasio fraudis removeatur, adulterum esse, qui a marito dimissam duxerit, & eum qui præter crimen adulterii, uxorem dimiserit ut alteram ducat.* Si ille ergo qui dimittit uxorem ad fornicationem, ut aliam ducat, & ducit, mœchatur; mœchabitur sane & ille, qui ab alio dimissam duxerit.

Sed cum a toro uxorem pellere aliis causis liceat, nec
;lib. 1. de eas Christus improbaverit, quare de sola fornicatione
. conjug. meminerit, consulamus quid divus Augustinus olim in
19, hac quæstione Pollentio responderit. *Cur ergo, inquis, ait, interposuit dominus causam fornicationis & non potius generaliter ait: Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur: si & ille mœchatus est, qui dimissa fornicante muliere, alteram ducit? Credo quia illud quod majus est, hoc dominus commemorare voluit. Majus enim adulterium esse quis negat uxore non fornicante dimissa, alteram ducere, quam si fornicantem quis dimiserit, & tunc alteram duxerit: non quia & hoc adulterium non est, sed quia minus est, ubi fornicante dimissa, altera ducitur. Nam simili locutione usus etiam apostolus*
.4.d.17. *Iacobus, ait: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Numquid ideo non peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideo non facit? Utique peccatum est, sed hoc gravius, si etiam sciat & non facit. Nec illud ideo nullum, quia minus. Ut ergo eodem modo utrumque dicamus, sicut quicumque dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: ita quicumque scit bonum facere, & non facit, peccat. Sed quemadmodum hic recte dici non potest: ergo si nescit, non peccat: sunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minora quam scientium: ita nec illi recte dici potest: ergo si causa fornicationis dimiserit, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum, qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus: sed utique minor quam eorum qui non propter fornicationem dimittunt & alteras ducunt. Potest quippe, sicut dictum est, scienti bonum facere & non facienti peccatum est illi, eo modo & illud dici, dimittenti uxorem sine causa fornicationis, & aliam ducenti,*
.5. *mœchatio est illi. Quemadmodum igitur si dixerimus: Quicumque mulierem a marito præter causam fornicationis dimissam duxerit, mœchatur, proculdubio verum dicimus: nec tamen ideo illum, qui propter causam fornicationis dimiserit, & alteram duxerit, ab hoc crimine absolvimus*

A *sed utrosque mœchos esse minime dubitamus: ita eum, qui præter causam fornicationis uxorem dimiserit & aliam duxerit, mœchum pronuntiamus: nec ideo tamen eum qui propter causam fornicationis dimiserit, & alteram duxerit, ab hujus peccati labe defendimus. Ambos enim, licet alterum altero gravius, mœchos tamen esse cognoscimus. Neque quisquam ita est absurdus, ut mœchum neget esse, qui duxerit eam, quam maritus propter causam fornicationis adjecit: cum mœchum dicat eum, qui duxerit eam, quæ præter causam fornicationis abjecta est: sic ergo isti ambo sunt mœchi. Unde cum dicimus: Quicumque mulierem præter causam fornicationis a viro dimissam duxerit, mœchatur: de uno quidem ipsorum dicimus, nec tamen ideo mœchari negamus eum qui eam duxerit, quam propter causam fornicationis maritus dimiserit. Ita cum ambo sint mœchi, & ille scilicet, qui dimiserit uxorem suam, præter causam fornicationis, & aliam*
B *duxerit, & ille qui propter causam fornicationis uxore dimissa se alteri copulaverit: profecto quando de uno eorum legimus, non ita intelligere debemus, quasi ex hoc alter mœchus negatus sit, quod alter expressus sit. Sed si hoc evangelista Matthæus, qui expressa una specie, alteram tacuit, facit ad intelligendum difficile, numquid non alii generaliter id ipsum ita complexi sunt, ut de utroque posset intelligi? Nam secundum Marcum sic scriptum est: Quicumque dimiserit uxorem* Marc. 10.
suam, & alteram duxerit, adulterium committit super eam. & si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur. Secundum Lucam sic: Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur. Qui ergo nos sumus ut dicamus, est qui mœchatur, uxore sua dimissa al- Luc. 16.
teram ducens, & est qui hoc faciens non mœchatur, cum evangelium dicat omnem mœchari, qui hoc facit? Proinde sic quicumque hoc fecerit, ut uxore sua dimissa alteram ducat, mœchatur: sine dubio ibi sunt ambo, & qui præter, & qui propter causam fornicationis dimittit uxo-
C *rem. Hoc est enim, quicumque dimiserit, hoc est, omnis qui dimittit.*

Si alterum duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quam reliquit, de sæculo exierit.

Eorum lapsus detegitur, qui concilio huic secundum conjugium durante primo aut admisisse aut permisisse imposuerunt. *Cap. XXI.*

PERPETUUM ergo ut Dei, sic & Hispanorum lege durat matrimonii vinculum: perpetua durat gravitas servitutis, perpetuum durat jugum uxoris,
D cujus imperio Paulus (auctore Chrysostomo) subje- Chrysost. lib. de
ctum virum magis esse vult quam puerum emptum pe- virginit. c. 28.
cunia. Servus enim si quando comparata pecunia, pretium quanti emptus est domino persolvere potuerit, plerumque libertatem omnino recuperare potest: at vir quamvis omnium difficillimam nactus sit uxorem, servitutem tamen perferre necesse habet, quippe qui nullam inire potest viam, qua solutus hujusmodi dominatu liberetur, quod tam ab his observari decet; nec decet solum, sed oportet, qui incauti, falsæ voluptatis prætextu, conjugium contrahunt, quam qui contractum hæretica impudentia dissolvunt: prioribus
consilium amice Paulus dedit: posterioribus præce- Paul. 1. Cor. 7.
ptum sanctissime injecit Christus. Quod non solum Matt. 19.
hic, sed inferius Hispani patres satis diserte clareque Canone. 72.
demonstrarunt. *Si qua vidua*, inquiunt, *fuerit mœchata, & eumdem postea habuerit maritum, post quin-*
E *quennii tempus acta legitima pœnitentia, placuit eam communioni reconciliari; si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem.* His adjungenda, quæ nuper ad principium canonis dicebam. Si autem mœchiæ crimine implicantur cohabitantes cum secundo, dum vivit primus, cur sacrum Christi corpus suscipere permittuntur? Permittuntur sane in extremo vitæ spiritu vera doloris & pœnitentiæ signa exprimentes, promittentesque adulterii reatum esse deserturos, ne gravi peccatorum præteritorum dolore confecti, tanta sacramenti gratia privarentur.

Quod si tam gravi anathematis censura uxor afficitur: quæ primo neglecto, ad secundi amplexus turpiter dilabitur: miror profecto doleoque. Didacum Co- Covarr. in 4. 2.
varruviam, virum & acri judicio & multiplici eruditio- parte, §. 6. num.
ne præditum, scripsisse, eam sententiam, quam prius ipse 13.
& alii tribuerant Ambrosio, hujus Illiberritani concilii decreto comprobari; licere videlicet marito, adultera

uxore repulsa, cum secunda contrahere, repetitque canonem hujus concilii a Gratiano, sive Palea in cap. si qua mulier. XXXI. quæstione prima. In quo duplicem reperio labeculam: alteram in eo quod falsa Gratiani aut Paleæ citatione contentus, concilium Vvermeriense, pro Illiberritano citaverit; cum hoc Hispaniæ antiquissimum, illud vero Galliæ multo recentius fuerit, ut, cum Gallicana divino spiritu favente aggrediemur, dicemus: alteram, quod homo Hispanus, Hispani concilii decretum aliena fide citarit, nec præclara, qua præstitit eruditione, Hispanorum concilia diligentius, accuratiusque evolverit: nam si omnes hujus canones ipse vel leviter percurrisset, potuisset sane agnoscere, nuptias has secundas tamquam adulterinas, non in hoc canone tantum, sed in canone LXXII. inferius, singulari severitate improbari.

Sixtus Senensis, li. 6. bibliothecæ sanctæ annotatione. 81.
Gratian in cap. quædam cum fratre 32. q. 7.

Sixtus etiam Senensis in bibliotheca sancta eamdem concessi repudii notam huic concilio inussisse videtur, dum agens de ducenda uxore secunda, vivente adhuc prima, sic ait. *Exstat apud eumdem Gratianum in eadem quæstione paulo ante, non dissimile decretum, quod Elibertini concilii creditur, permittens marito, ut abjecta uxore, quæ cum fratre viri se commiscuit, alteram ducat, his plane verbis. Quædam cum fratre viri sui dormivit, decretum est, ut adulteri numquam conjugio copulentur: illi vero cujus uxor constuprata est, licita conjugia non negentur.* Et ut mentem horum aliquanto dubiam aperiret, addit, quod hujusmodi repudia permiserunt olim patres & interdum jusserunt, promulgatis super hoc sanctionibus & decretis, non quidem generalibus & perpetuis, sed ad tempus, idque certis nationibus & gentibus, & in incestibus tantum, atque aliis atrocibus flagitiis; ne longe pejora turpioraque perpetrarentur ab his qui tam fœda conjugia tolerare non poterant: in quorum numero constituit Illiberritanos, Moguntinos, & Triburienses. Hos enim omnes secundum conjugium durante primo permisisse ait, citatis ab ipso locis. Sed verius est, Hispanos episcopos, secundas nuptias, durantibus primis, numquam laudasse, numquam probasse, numquam permisisse, eos præsertim qui huic concilio interfuerunt: cum violatores priorum multis sæpe (ut dixi) & his gravissimis pœnis coërcuerint. Quod autem ex hoc concilio apud Gratianum citat Senensis, hujus concilii non esse, superius demonstravimus, indicatis fontibus, a quibus Gratianus hausit & Burchardus.

Lib. 1. c. 6.

Sed quamquam hujus concilii decretum esse permitteremus Senensi, non tamen inde repudium, & matrimonium secundum licuisse, durante primo, evinci posset; cum illud solum decernat, ut si uxor vivente viro, cum eius fratre concubuerit, a secundo postea matrimonio prohibeatur: si forsan marito primo defuncto (sic enim intelligo) nubere velit secundo. Erat enim hæc pœna olim in ecclesia frequentissima, ut qui atrox aliquod delictum admisissent, nuptiis impedirentur, ne vel ipsi delicatius viverent, neve ex illorum stirpe infecta filii ejusdem criminis suspicione notabiles procrearentur. Parricidis hanc pœnam imposuit concilium Moguntinum sub Rabano. *Sed quia in modernis temporibus*, ait, *parricidæ profugi currunt per diversa, & variis vitiis atque gulæ illecebris deserviunt, melius nobis videtur, ut in uno loco manentes, pœnitentia districta semetipsos castigent, si forte a domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur: non enim licebit eis ultra militiæ cingulum sumere, & nuptiis vel conjugiis copulari; quia sacri canones hoc eis non consentiunt.* Incestuosis eamdem decrevit concilium apud Vvermeriam. *Si quis cum matre*, ait, *& filia fornicatus est ignorante matre de filia, & filia de matre, ille numquam accipiat uxorem: illæ vero si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipsæ fœminæ, absque maritis in perpetuum maneant.* Concilium item Triburiense. *Si quis*, ait, *cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente, filius ejus, vel frater ejusdem rei nescius, cum eadem se polluerit, & postquam se esse pollutum agnovit, confessus fuerit, & hoc se nescire cum juramento confirmaverit; quia hoc pœnituit & confessus fuit, post peractam congruam pœnitentiam, legitimo utatur matrimonio: nam, ut Hieronymus ait, ferreas mentes domat libido. Mulier vero quæ tantum nefas commiserit, ulterius pœniteat, atque continens & innupta permaneat.* Eamdem pœnam imposuit Haistulfo uxoricidæ Pius papa, vel Stephanus. V. ut refert Ivo & Burchardus, ac tandem ex pœnitentiali antiquo Antonius Augustinus. *Arma*, inquit, *depone, & cuncta secularia negotia dimitte, carnem & sagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas; excepto uno die resurrectionis domini, & uno die natalis domini; ceteris temporibus in pane & aqua & interdum leguminibus & oleribus pœniteas: in jejuniis, in vigiliis, & orationibus, & eleemosynis persevera omni tempore, vinum & medonem & mellitam cervisiam numquam bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas; absque conjugio in perpetuo maneas.* De medone autem interdicto quia hic fit mentio, & in concilio Vvormaciensi, Triburiensi & aliis, & in antiquis pœnitentialibus pœna hæc frequens esse solet, & se ignorare scribat Antonius Augustinus, quod genus esset potionis, illud obiter explicemus. Gallia, Germania, Phrygia, Polonia, Hungaria, & reliquæ gentes Septentrionales vocant medonem, quod Græci hydromel, Latini aquam mulsam, potum ex melle & aqua, qui (ut auctor est Plinius) vetustate vini saporem assequitur, nec usquam laudatior, quam in Phrygia; tametsi vini appellatione non contineri doceat Vlpianus. Antiquam eius conficiendi rationem reddunt Plinius, & Palladius. Moscovitarum potum communem tradit Ioannes Bohemus & alii. Hoc ergo potu his gentibus ut deliciatori interdicebatur olim pœnitentiæ causa, ut & matrimonio; quod pluribus aliis criminibus interdictum probe norunt, qui antiquis Rabani, Theodori & Romanis pœnitentialibus vel mediocrem operam navarint. Quinimo pœnitentes omnes matrimonio interdictos, Leo magnus docet, & concilium Toletanum VI. & alia pleraque. Quod & hodie observatur in his, qui ob crimen violatæ religionis, ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis perpetua pœnitentia puniuntur. Quod si pœnitentes olim nuptiis se implicarent, velut apostatas puniendos concilii Toletani IV. auctoritate cautum est. Mulierem igitur (ut eo unde digressa est revocetur oratio) quæ cum fratre viri sui turpi se polluit adulterio, tanta pœna antiqui patres dignam judicarunt, ut mortuo etiam viro, alio quocumque matrimonio censerent indignam. Cujus sententiæ testem locupletem, & interpretem gravissimum Gregorium citabo, qui de adultera sic ait. *Hi vero qui uxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam, aliam uxorem accipere vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, vir ejus, si vult, nubat tantum in domino: adultera vero numquam, etiamsi mortuus fuerit vir ejus: omnibus tamen diebus vitæ suæ, acerrimæ pœnitentiæ lamenta persolvat.* Numquam igitur concilium Illiberritanum secundas nuptias vel probavit vel permisit; nec Moguntinum & Triburiense, ut illis impegit Senensis: nam ut de uxore secunda, mortua prima, loquuntur, sic & de ipsa necessario intelligenda sunt.

Concil. Mogunt. sub. Rabano c. 10.
Ex concil. Vvermerien. can. 4. Burch. lib. 17. c. 12.
Concil. Tribunien. can. 44.
Ivo lib. 7. panor. tit. 3. c. 3.
Burch. li. 6. c. 40.
Anton. Aug. in pœnit. Romano. tit. 1. c. 11.
Con. Vvormac. 30. Tribur. c. 18. 58.
Anton. Aug. in notis ad hoc caput, quod est in pœnit. Rom. tit. 1. c. 11.
Quod Medo genus esset potionis, de quo in libro antiqua pœnitentialia.
Plini. li. 14. c. 17.
Vlpianus l. si quis 9. de tritico vino & oleo legato.
Idem in eodem lib. Palladius. lib. 8. tit. 7.
Ioan. Bohem. li. 6. de moribus. Gen. c. 8.
D. Leo epist. 92. ad Rusticum episcopum Narbon. Concil. Tolet. 6. c. 8.
Concil. Tolet. IV. can. 55.
Greg. apud Gra. in c. hi vero. 32. q. 7.

Canon X. Vulgatus.

De relicta catechumeni, si alterum duxerit.

Si ea quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit; & cum eluerit illum ab uxore quam sine causa reliquit; placuit hujusmodi in fine dari communionem.

Canon X. Emendatus.

De relicta catechumeni, si alterum duxerit.

Si ea quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit; & scierit eum habere uxorem, quam sine causa reliquit, placuit huic nec in fine dari communionem.

De catechumenorum connubiis, & cur relicta a cathecumeno alteri nubere possit, & nupta ad baptismum admitti. Cap. XXII.

SACRAMENTVM matrimonii contracti inter fideles quid, quam eximiæ virtutis & diuturnitatis, quam inviolabilis fidei, quam indissolubilis nexus, ostensum est hactenus a patribus duobus decretis præcedentibus: quod huic proximum erat, hoc canone decimo continenter annectunt, catechumenorum scilicet connubia; ut omnes agnoscerent, quid inter fidelium & infidelium, catechumenorumque matrimonia interesset: an

ve qui dimissis his cum aliis contrahunt, ad baptismi gratiam forent admittendi, fideles enim non posse, quam semel susceperant uxorem fidelem, quacumque de causa dimittere, antea edocti sumus at licere, cum videlicet alter conjugum converti non vult ad fidem, cum converso. Simili modo si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter Gentilis, & sequi non vult; sicut dicit apostolus: *Infidelis si discedit, discedat.* Hocque receptum etiam in Græcia testatur Theodorus Balsamon. *Fideli*, inquit, *si placeat cum infideli cohabitare, vel contra fideli cum infideli, ne separentur: si quis enim horum separari maluerit, matrimonium ex eo divelletur. Quod quidem factum est tempore sanctissimi patriarchæ domini Theodoti: separatus est enim a sua infideli uxore Basilius Buccinator, postquam baptizatus fuerat, cum decreto patriarchali, utpote quæ a viri suasione induci non posset, ut baptizaretur.* At hodie ecclesiæ constitutionibus cautum est, ne Gentilis conversus uxorem secum habitare volentem dimittat, quoniam in baptismo crimina solvuntur, non legitima conjugia. Quod primum in concilio Romano statutum refert Triburiense. *Quare si unus*, inquit, *e duobus, unam carnem in duas dividere, & copulam nuptialem machinatur disjungere, dicendo non secundum suæ gentis legem jura matrimonii contraxisse, & idcirco separari posse: canonica institutione definimus, & nostro, omniumque orthodoxorum judicio statuimus, ut quod legis imperfectum sit, perficiatur; & jus matrimonii nequaquam dissolvatur. Synodus Romana ait, quod non dimittenda sit uxor post baptismum, quæ habita est & ante baptismum: in baptismo solvuntur crimina: non tamen legitima conjugia: cum enim de baptismo transmigrat de vita in vitam, & non mutat uxorem legitimam, quomodo mutat eam, qui non mutat vitam, sed transit de gente ad gentem.* De repudiata ante baptismum Innocentius III. *Qui vero secundum*, inquit, *ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in evangelio reprobaverit, numquam eo vivente, licite poterit aliam, etiam ad fidem Christi conversus habere.* Hoc tamen intelligendum est, cum is qui converti non vult, cohabitare sane modeste & pacifice velit; nam si cohabitare cum fideli recusaret, vel id facere nollet sine contumelia creatoris: hoc est, inducendo conjugem ad peccatum idololatriæ, vel aliud quodcumque mortale, potest utique conjux conversus, illa derelicta, cum alia matrimonium contrahere, ut idem Innocentius respondit Ferrariensi episcopo. *Si enim alter infidelium*, inquit, *conjugum ad fidem catholicam convertatur, altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait apostolus, si infidelis discedit, discedat, frater enim vel soror, non est servituti subjectus in hujusmodi, & canonem etiam,* miror vocasse canonem Innocentium, quod Ambrosius solum dixit: nisi dicamus, eum ut Cælestinum papam sententiam illam Gregorii esse credidisse, *in quo dicitur: Contumelia creatoris solvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur.* Ob peccata enim hæc mortalia posse dimitti uxorem, si maritum fidelem ad ea committenda invitet, jam diu docuerat divus Augustinus. *Quamobrem & illud*, inquit, *quod dicunt, veluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, ubi Apostolus dicit, quod si infidelis discedit, discedat; non est enim servituti subjectus frater vel soror in hujusmodi; id est, ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate conjuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum viro Christiano propter hoc, quod Christianus est, permanere noluerit; non attendunt eo modo illam rectissime dimitti, si viro suo dicat, non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio divitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud, vel facinorosum, vel flagitiosum in viro noverat, quo delectata, vel libidinem explebat, vel facile victum habebat, vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille cui uxor hoc dicit, si veraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismum, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore divinæ gratiæ, quam carnis uxoriæ: & membrum quod eum scandalizat, fortiter amputat: Quemcumque autem in hac amputatione dolorem cordis, propter carnalem affectum conjugis sustinebit, hoc est detrimentum quod patietur, hic est ignis, per quem fœno ardente ipse salvabitur.* Sed si peccatum est uxorem dimittere etiam ad fidem conversum, dimissaque uxor vinculis primi matrimonii adstricta contrahere non potest cum secundo, quare ad baptismum illa recipiendum admittitur, cum nullo peccato graviori irretitos accedere ad baptismum par sit: quod si accesserint, repellendos ostendit, multisque rationibus probat D. Augustinus toto libro de fide & operibus. Quinimo, hæc sola causa fuit libri illius edendi; adversus eos qui dicebant, prius esse baptizandos, postea docendos peccata dimittere, ut ipse refert. *Ad hanc autem*, ait, *videntur disputationem impulsi, quod eos noverint non admitti ad baptismum, qui dimissis uxoribus, alias duxerint; vel fœminas quæ dimissis viris, aliis nupserint: quia hæc non conjugia, sed adulteria esse dominus Christus sine ulla dubitatione testatur. Cum enim negare non possint esse adulterium, quod veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eisque suffragari vellent ad accipiendum baptismum, quos hujusmodi laqueo ita captos viderent, ut si non admitterentur ad baptismum, sine ullo sacramento mallent vivere, vel etiam mori, quam dirupto adulterii vinculo liberari; humana quadam, &c.*

Ut hanc autem difficultatem componamus, vel dicendum videtur, quod Hispani patres agant hic de catechumena ægrotante (ut & egerant in canone præcedenti de fideli), huic enim interius pœnitenti, etiam si actu primum maritum non reliquerit, nec verbis poscat, nec poscere possit baptismum morbo gravata, nec ad interrogata respondere, baptismum tamen dandum ipse Augustinus consuluit, ut adulterii peccatum cum ceteris lavacro regenerationis ablueretur. Vel quod ecclesia Hispanica fuerit ex his quas idem Augustinus refert consilium illud non observasse. *Sed quoniam*, inquit, *malorum Christianorum mores, qui fuerunt etiam antea pessimi, habuisse non videntur hoc malum, ut alienas uxores ducerent viri, aut alienis viris fœminæ nuberent; inde fortasse apud quasdam ecclesias negligentia ista subrepsit, ut in catechismis competentum, nec quærerentur, nec repercuterentur hæc vitia. Atque inde factum est, ut inciperent & defendi: quæ tamen in baptizatis rara sunt adhuc, si ea nos negligendo non defensa faciamus. Talem quippe in quibusdam negligentiam, in aliis imperitiam, in aliis ignorantiam probabiliter dominus, somni nomine significasse intelligitur, ubi ait: Cum autem dormirent homines, venit inimicus & superseminavit zizania.* Sed sive erroris, sive ignorantiæ, sive negligentiæ arguat has ecclesias Augustinus, constat sane, ne multi a suscipienda fide retraherentur, primis ecclesiæ temporibus Eutychiani Romani pontificis decretum Hispanis nostris episcopis placuisse. Fortasse Augustinus solas Africæ suæ ecclesias notavit, quod in illis diutina consuetudine illud receptum esset, quod in Romana & Hispanica non obtinuit. At cujuscumque ecclesiæ consuetudinem servandam sæpe idem Augustinus monuit: tamque erit periculosum suæ quemquam ecclesiæ consuetudinem non observare, quam a ratione alienum cogi ad alienas.

Nisi quis dixerit, Augustinum sensisse de catechumenis culpa aspersis, quod uxores primas sine causa dimitterent, ut contraherent cum secundis, in hoc autem concilio de innocentibus solum uxoribus desertis a catechumenis: quas ideo posse etiam aliis nubentes ad baptismi sacramentum admitti, quod catechumeni qui eas repudiaverant prius, ut contraherent cum secundis contraxissent. Si enim illi spreto primo matrimonio, celebrabant secundum, non est cur parti innocenti connubium denegaretur secundum: & hoc non negavit fieri posse Augustinus, cum tempore quo catechumenus, vel jam fidelis poterat infidelem uxorem dimittere & alteri copulari, uxor infidelis eodem jure non privaretur: cum nullum delictum admisisset, sicque poterat secure regenerationis tingui lavacro. Quæ autem observanda essent in his qui ad baptismum suscipiendum accedebant, postea referemus.

Margin notes: 1 Cor. 7. — Theodor. Balsam. ad canon. sextæ syno. — Tribur. 39. — Innocent. III. in c. Gaudemus, de div. — In c. quanto, de divortiis. — 1 Cor. 7. — Ambr. in epist. 1. ad Cor. c. 7. — Cælest. PP. in c. Si infidelis, de div. — D. Aug. lib. unic. de fid. & oper. — 1 Cor. 7. — 1 Cor. 3. — Matth. 18. — D. Aug. lib. de fide & operib. in principio. — Matth. 19. — D. Aug. lib. 1. de adulter. conjug. c. fin. — Idem lib. de fide & oper. c. 19. — Matth. 13. — Lib. 3. cap. 60.

Quod si fuerit fidelis quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & eum eluerit illum ab uxore quam sine causa reliquit, placuit hujusmodi in fine dari communionem.

POSTERIOR decreti periodus, ut in editis exstat, sensum rectum non reddit, verior illa est, quam retinent vetusti CC. MS. *Quod si ducitur*, ait, *ab eo, qui inculpatam reliquit uxorem, & eum scierit habere uxorem, quam sine causa reliquit, placuit nec in fine dari communionem.* Supplenda sunt duo verba priora: Quod si fuerit fidelis, id est, si fuerit fœmina fidelis, non catechumena, quæ ducitur ab eo catechumeno vel fideli, qui inculpatam uxorem reliquit, placuit, nec in fine dari ei communionem: fidelis enim fœmina, Christianis institutis & moribus erudita, scire poterat & debebat, maritum catechumenum uxorem innocentem non debere nec posse dimittere; quod si dimisisset, & alteri se copulasset, mœchari: qua re si cum illo contrahat, eiusdem peccati rea habetur, & pœnæ obnoxia, ideo & in fine illi interdicitur sacra communio.

Canon XI. Vulgatus.

De relicta catechumeni, si graviter ægrotaverit.

Intra quinquennii autem tempora, catechumena si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

Canon XI. *Emendatus.*

De relicta catechumeni, si graviter ægrotaverit.

Intra quinquennii autem tempora, catechumena si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

Cur hic quinquennii catechumenæ fœminæ, cum reliquis biennii ad baptismum, tempus definiatur. Cap. XXIII.

Supra lib. hoc 2. cap. 10.

NON statim (ut diximus) ad baptismum olim infideles adulti, seriæ conversionis & sacratioris vitæ documenta præstantes, admittebantur; sed suis traditi catechistis, erudiebantur Christianæ disciplinæ rudimentis: catechizabantur & docebantur, quid credere, quid agere, quibus observationibus anteactæ vitæ sordes purgare, quibus legibus inchoare futuram Christiano nomini congruentem, quibus rationibus æternam capessere compararequè debuissent; ut priusquam aquæ, Spiritus sancti sedes, dignissimaque habitacula efficerentur. Quod præter concilium hoc & Nicænum, testatur sæpissime D. Augustinus. Nec omnibus catechumenis idem tempus ad suscipiendum baptismum præscriptum erat, sed varium. Flaminibus, hoc est, singulorum deorum sacerdotibus ethnicorum, triennii tempus superius: reliquis vero, si bona essent indole præditi & moribus, biennium inferius: Iudæis conversis octo menses Agathensis concilii sanctione. Augustinus autem diu voluit esse catechumenus, ob nimios animi sui hinc inde fluctuantis motus, ut ipse de se testatur. Quod si intra tempora cuique provinciæ præscripta catechumeni gravi periculo valetudinis premerentur, antea baptizari posse, uno consensu diversa concilia & patres semper decreverunt. De quinquennio autem ideo facta est mentio hic, quia non agitur de catechumena solum, sed catechumena peccante. De qua in capite superiori, quod indicat præter epigraphen, conjunctio illa, Autem.

Concil. Nicænum. can. 2.
D. Aug li. de fide & operibus, & altero de catechizandis rudibus.
Can. 4.
Can. 42.
Con. Agathense. can. 25.
D. August. lib. 5. confessio. cap. 14.

Canon XII. Vulgatus.

De mulieribus quæ lenocinium fecerint.

Mater vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

Canon XII. *Emendatus.*

De mulieribus quæ lenocinium fecerint.

Mater vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit, eam nec in fine accipere communionem.

IVO. p. 8. c. 306. Mater aut parens, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum corpus vendiderit, vel suum, placuit nec in fine communicandam. Burchardus lib. 19. decret. cap. 5. ad finem, aliter. *Vt ille*, ait, *qui hæc perpetraverit, n si in fine non accipiat communionem.* Sic etiam ex pœnitentiali Theodori retulit Ant. Aug. tit. 3. c. fin. Sed lectio vulgata magis placet, ut ad finem canonis dicemus.

De pœna lenocinii parentum. Cap. XXIV.

VETERES, Licere, verbum, pro implicare dicebant, a licio, quod est filum, quo in tela textrices stamen implicant; Vnde trilicem vestem, quæ ex tribus liciis constat. Ab hoc verbo, Licere, lenones appellantur, quod alliciant & implicent: horum delictum lenocinium. Si mater ergo vel parentes illud exercuerint, in perpetuum communione privantur: turpe enim & fœdum lenonum officium, sed si in liberos exerceatur, turpissimum semper habitum; quod non tam alieni, quam proprii corporis & naturæ bona, summa pretii vilitate vilissime commutentur: ideoque notatum fuit semper gravissima infamia, non apud Christianos modo, sed & apud ethnicos, Vlpiano teste. *Prætor*, inquit, *qui lenocinium fecerit: lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet; sed & qui in liberis hunc quæstum exercet, in eadem causa est.* Nec infamiæ notam satis pœnæ habuisse adversus parentes lenones, voluerunt Impp. Valentinianus, & Theodosius, cum filios vel ancillas, quibus parentes vel domini hanc peccandi licentiam vel necessitatem imposuerint, a nexu suæ potestatis absolvi, implorato episcoporum vel defensorum suffragio, constituerunt: addita etiam pœna exilii & damnationis in metallum.

*errat hic Mendoza post Festū.

Vlpian. lib. 4 §. ait prætor, de his qui notantur infamia.
Valent. & Theodos Impp in l. lenones fin C. de spectaculis l. 10.

Vel quælibet fidelis.

Quæ sit antiqua lenonum pœna. Cap. XXV.

NON parentum solum, sed & cujuscumque fidelis lenocinium, severa, sed justissima animadversione episcopi nostri vindicarunt; probe intelligentes delicta non auctoribus magis, quam fautoribus obesse. Tertullianus. *Graviora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt observationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed & ab his per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiant, non interest si per me. In nullo necessarius esse debeo alii, cum facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo, curandum mihi esse, ne fiat per me. Denique in alia causa, præjudicium istud observo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut opera aut conscientia exhibeo. Nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregavi, agnosco me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. Sic & homicidii interdictio ostendit mihi lanistam quoque ab ecclesia arceri: neque per se non faciet, quod faciendum aliis subministrat.* Nec pari lenones, qua & auctores censueris pœna dignos, sed & multo acriore; quod sanctissimum præceptum de non mœchando tanto in majori culpa violent, quanto minor voluptatis explendæ urgebat necessitas. Edocuit nos hoc olim Solon, qui quo pauciores essent in Rep. qui ad tam fœdum facinus juvenes vel fœminas illicerent, & a turpissimo hoc lenonum officio (si posset) vindicaret rempublicam: accusatos & convictos lenones morte damnari jussit, ut ait Æschines. Sic Euthymachus quod puellam Olynthiam prostituisset, capite multatus est. Cleomenes tyrannus, apud Methymnæos tres vel quatuor lenas, quæ apertissime lenocinari solebant, liberasque mulieres prostituere, in saccis ligatas jussit quibusdam immergere. Hermippus in libris de septem sapientibus hoc ipsum fecisse Periandrum narrat, referente Athenæo. Vltimo supplicio afficiendos placuit Iustiniano, quem refert Procopius Theodoræ Augustæ suasu, & sodalitia meretricum, & lenonum a Constantinopoli sustulisse. Sed cum fœdissimæ huic lenonum turpitudini, par reperiretur postea quorumdam cupiditas, nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima, effecit tamdem, ut aditum, quem crimini tanto Imperatorum pudicitia & castitas intercluserant, aurea clave luxuria sibi aperuerit & avaritia; delata ad aerarium annis singulis tributi nomine quadam pecuniarum summa: a cujus fœditate & injuria ut Remp. vindicaret, sine Reip. incommodo, singulari quodam pietatis & beneficentiæ impulsu Florentius V. C. præfecturæ prætorianæ proprium patrimonii fundum ærario obtulit, tantum honestatis decoris & emolumenti addens ærario & Reip. quantum detraxerat turpitudinis & infamiæ. Quod grata (ut debuit) memoria, ad præclarum pudicitiæ & liberalitatis exemplum retulit & laudavit Theodosius Imp. dignumque illud censuerim ejusdem Imp. exemplo, non solum ut hic repeteretur, sed ut recenti magistratuum memoria, & futura etiam posteritatis retineatur: sic enim ait.

Tertull. in lib. de idololat. c. 11.
Athenæus l. 13. dipnos. c. 14.
Iustinian. auth. de lenon.
Procopius lib. 1. de ædif. Iustinia.
Theodosius in novella institutione. 18.

Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro & Alypio. PF. P. PM.

FIDEM de exemplis præsentibus mereantur historiæ & omni de ambiguitate liberetur antiquitas, quæ nobis summos viros prætulisse rempublicam facultatibus indicavit. Virum inlustrem Florentium præfecturæ prætorianæ administratione subfultum cernamus, non jam cum majorum laudibus, sed cum suis magnis in rempublicam meritis, præclari animi æmula virtute certantem, existimationem reipublicæ non solum consilio suo ac providentia, sed etiam devotione ac munificentia

ficentia pudendæ turpitudinis labe atque ignominia liberasse. Nam cum lenonum calliditate damnabili circumventam veterum videret incuriam, ut sub cujusdam lustralis præstationis obtentu, corrumpendi pudoris liceret exercere commercium, & injuriam sui ipsam quodammodo ignaram cohibere rempublicam; pro circa omnium verecundiam proposito, mansuetudinis nostræ more pudicitiæque suggessit, ad injuriam nostrorum temporum pertinere, si aut lenones in hac liceret urbe versari, aut eorum turpissimo quæstu ærarium videretur augeri. Ac licet nos illud adverteret execrari, etiam cessante vicaria oblatione vectigalis, tamen ne ullum ad ærarium incommodum perveniret, propriam possessionem obtulit, ex cujus reditibus possit accedere, quod prædictum pessimum genus consueverat pensitare. Unde providentiam & munificentiam ejus libenter amplexi, hac mansura in ævum lege sancimus, ut si quis posthac mancipia tam aliena, quam propria, aut ingenua corpora qualibet taxatione conducta prostituere sacrilegii temeritate temptaverit, in libertatem prius miserrimis mancipiis vindicatis, vel ingenuis personis conductione impia liberatis, gravissime verberatus hujus urbis finibus, in qua vetitum nefas crediderit exercendum, ad exemplum omnium, emendationemque pellatur. Cyre P.K.AA. Inlustris igitur auctoritas tua, ea quæ tuendæ honestatis decrevimus gratia, veneratione debita jubeat custodiri, officio amplitudinis tuæ viginti librarum auri pœnam, si præcepta nostra neglexerit, luituro.

Quod in foro sæculari Theodosius Imp. idem in foro ecclesiæ recipi hic nostrates episcopi voluerunt, lenones in perpetuum communione privantes; præsenti canonis sanctione, quæ satis justa, pia & sancta est. Quod si aliquando eam denuo sanciri oportuit, vel sancitam jam denuo renovari; hoc maxime tempore sunt pietate & doctrina graves, qui optent, quod minus tuta sit etiam inter parentes virginum pudicitia.

Nec ab hac lenocinii pœna illi eximi poterunt, qui vel quæstu, vel suasu, vel alia quacumque ratione munuscula vel literulas (quibus juvenes, vel virgines solicitari solent & solicitare nonnumquam) eo animo ad mulieres, vel virgines deferre consueverunt; nam si hoc lenocinari non est, quid est lenocinari?

Olim enim Athenienses majore pœna afficiebant eos qui alienam uxorem muneribus, precibus & illecebris corrupissent, quam qui vi adhibita violassent, illos morte multabant, hos autem dupli pœna afficiebant; damnum illatum prius pretio æstimantes: quod videlicet, qui vim intulerant, odio futuri essent his, quas violassent; contra vero qui ad stuprum pellexerant, sic animum fœminarum ad sui studium & amorem conciliassent, ut mariti uxor, & domus tota magis in adulteri, quam mariti benevolentia, manu & potestate foret: ut ex oratione Lysiæ refert Petrus Victorius. Quare qui tamquam alienæ pudicitiæ proxenetæ, ad fœdissimam hanc amoris fœdissimi conciliationem, fœminarum animos, vel muneribus, vel blanditiis, vel quo alio malo consilio in fraudem illiciunt, aut ferentes literas, aut referentes responsa, non essent sane minori pœna puniendi, quam qui ad raptum vel stuprum inferendum, opem, auxilium, vel auctoritatem accommodant: & de his sane dixerim lubentius, quod de Reip. suffragiis olim dixisse Ciceronem Ammianus refert. *Cumque nihil, ait, tam incorruptum debeat esse in Rep. quam suffragium, quam sententia, non intelligo, cur qui ea pecunia corruperit, pœna dignus sit: qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quam qui pretio judicem corrumpit, quod pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest.*

s Victorius l. variarum ..c. 15.

..t ex Cicero- .. Rep. Am- ..us Marcell. ..9.

Placuit eam nec in fine accipere communionem. *Cap. XXVII.*

In vulgatis conciliorum Codicibus, & apud Ivonem cum negatione litera exstat. Apud Burchardum vero cum conjunctione exceptiva, nisi. *Exercuisti, ait, lenocinium, aut in te ipsa, aut in alias, ita dico, ut tu meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum & ad sordidandum, pro pretio tradidisses: seu quod crudelius est & periculosius, alienum corpus, filia dico, vel neptis, vel alicujus Christiana, amatoribus vendidisti, vel concessisti, vel internuntia fuisti, vel consiliata es, ut stuprum aliquod tali modo perpetraretur: si fecisti, sex annos per legitimas ferias pœniteas: tamen in concilio Eliberitano præcipitur, ut ille qui hac perpetraverit, nisi in fine non accipiat communionem.* Sic etiam in pœnitentiali Theodori. Sed vulgata lectio & Ivonis cum negatione magis placet, & quia criminibus aliis non adeo gravissimis similis pœna sæpe sancita est a patribus in hoc concilio, & quia in vetusta nostra conciliorum collectione cum negatione litera exstat.

..8. c. 106. ..a. l. 39. c. 3.

..d. in pœni- ..ali. tit. 3. c. fi.

Canon XIII. — *Vulgatus.*

De virginibus Deo sacratis si adulteraverint.

Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pacta perdiderint virginitatis, atque eidem libidini inservierint, non intelligentes quid amiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quod si semetipsas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ hujusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

Canon XIII. — *Emendatus.*

De virginibus Deo sacratis si adulteraverint.

Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini inservierint, non intelligentes quid amiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quod si sibimet persuaserint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ hujusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

Probarunt hunc canonem olim concilium Coloniense sub Carolo Imp cognomento Crasso, canone VI. & Moguntinum III. tempore Arnulphi regis, canone XXVI. & Rabanus in suo pœnitentium libro capite IV. Gratianus in capit. virgines quæ XXVII. q. I. ac tandem vetusta nostra conciliorum & epistolarum collectio, his quæ retulimus immutatis.

Virgines voto sacratas ab ipsis apostolorum temporibus fuisse in ecclesia præsertim Hispanica: & cur de virginibus hic, non de viduis mentio injecta. Cap. XXVII.

Ad illustrem & summam Hispaniæ laudem pertinet, inter medias sævientium præfectorum procellas, inter immanes tyrannorum imperatorum cruciatus, inter tot vanas gentium superstitiones, ac tandem inter turpissimas meretricum lenonumque officinas, virgines in ea fuisse castissimas, æterni omnipotentis & veri Dei sacro cultui dicatas, quæ insigni pudicitia, orationibus, lacrymis, jejunio & pœnitentia sponsum suum ad majora in Hispaniam conferenda beneficia moverent. Facessat igitur jam Petrus Martyr hæreticus, qui a tempore Constantini magni virginitatem sacrari cœpisse, omni antiquitatis ecclesiasticæ præsidio destitutus affirmat; cum multo antea tempore Diocletiani & Maximiani sacratas fuisse, non argumentum solum suppeditet Hispania, sed testimonium clarissimum. Cujus sacri voti tanto flagravit studio, ut illius violatrices omni communione perpetuo privaverit. Cujus pœnæ adjectio nova, veterem fuisse & ab ipsis apostolorum temporibus sacræ virginitatis observationem profecto indicat. De virginibus solum concilii patres meminerunt; non quod viduæ sacro etiam castitatis & continentiæ voto tunc solitæ non essent obstringi (nam solitas constat ex Paulo) sed quia viduæ tunc velo sacro (ut virgines) non consecrabantur. Gelasius papa. *Viduas autem, ait, velare pontificum nullus attentet: quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit: non est ergo penitus usurpandum eis, quia sic ecclesiastica sunt conferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.* Confirmavit concilium Triburiense sub Arnulpho. *Viduas autem, inquit, velare pontificum nullus attentet, prout constitutum est in decretis papæ Gelasii, Cap. XIII. quod nec auctoritas divina, nec canonum forma præstituit: quæ si propria voluntate continentiam professa est, ut in ejusdem Gelasii C. XXI. legitur, ejus intentio pro se reddat rationem*

1. Tim. 5. Gelas. in epist. 1. ad episcopos per Lucani. Brutios, & Siciliam constitutos. c. 15. Conc. Tribur. sub Arnulp. can. 15.

Conc. Rothom. can. 9. Refert Ivo. p. 7. c. 52.

tionem Deo.. Concilium Rothomagense. *Statutum est,* ait, *viduas non debere velari. Simul & hoc statutum est, ut si quispiam presbyterorum deinceps hujus constitutionis normæ contumaciter transgressor extiterit, scilicet, ut aliquas viduas velare præsumat, quia hoc & episcopis non licet, gradus sui periculum incurrat.* Hac ipsa ratione in vovendi ritu sic a virginali discernebantur, ut non viduæ tantum, sed quovis etiam modo defloratæ ad votum continentiæ cum virginibus, nec reciperentur, nec remanerent, etiam si in persecutione vim passæ & violenter oppressæ pudicitiam mentis, apud Deum non amisissent.

D. Leo in ep 87. ad episcop Mauritan. Cæsarien. c. 2.

Leo Magnus. *De his,* ait, *quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo sed corpore perdiderunt, ea nobis servanda videtur moderatio, ut nec in viduarum gradum dejiciantur, nec in sacrarum & perseverantium virginum numero censeantur: quibus, si in omnibus virginalibus observationibus perseverant, & castimoniæ soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio: quia injustum est eas in eo argui notarive, quod vis hostilis eripuit, non voluntas amisit.* Et inferius.

Idem. c. 5.

Dei igitur famulæ (famulas Dei, ancillas Dei, servas Dei, moniales olim nuncupari scitum, quas in Africa, & Ægypto vocatas fuisse Nonnas, ex Hieronymo didici) *quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur: & potuerit corruptione carnis mens invita non pollui; minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerint animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse.*

Refertur a Grat. in c. illæ autem. 32. q. 5. D. August lib. de bono coniugali. c. 18 relatus a Grat. in c. acutius. 26. dist.

Quod adeo verum censuit Augustinus, ut fœminam, catechumenam vitiatam, non posse post baptismum inter Dei virgines consecrari, dixerit. *Acutius intelligunt qui nec eum qui catechumenus vel paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt; quia de sacramento agitur non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur: & qui dixerit: Si nupserit virgo, non peccat, satis declaravit, nuptias non esse peccatum. Propter sanctitatem autem sacramenti, sicut fœmina, si catechumena vitiata est, non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari; ita non absurde visum est, bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse; non ad vitæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessariam.*

D. Greg. in regist l. 3. epist. 11. ad Maximiano episcopum Syracusan ad finem.

Vnde Gregorius magnus ait. *Nullam igitur fraternitas tua nisi sexagenariam virginem, cujus ætas hoc atque mores exegerint, velari permittat.* Romanos etiam constat, non nisi virgines ad cultum Vestæ & earum societatem admisisse. Qua ratione de castitate Vestalium ad virgines nostras sacratas exemplum ex Romanorum annalibus desumpserunt D. Ambrosius & Turonensis concilii II. antiqui patres.

D. Ambros. lib. 3. de virginibus. Conc. Turon. I. can. 21.

Cum etiam, inquiunt, *in chronicis habeatur de virginibus Gentilium, tempore quo se deæ Vestæ sacraverant, postmisso proposito & corrupta virginali gratia, legali sententia vivas fuisse in terra defossas. Si fana colentes, tali sunt sententia condemnatæ; quanto magis quæ in honorem redemptoris sui se veste mutaverint, & perseverare noluerint, gravem debent expectare sententiam?*

Si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint.

Post votum numquam licuisse sacris virginibus vagam impudicitiam vel contubernium: explicata in eam rem duo Cypriani & Augustini loca Cap. XX.

PVDICITIAM quam semel Deo quis obtulit, si violat, tametsi scortationis peccatum, honesto nuptiarum nomine tegere cupiat, libido est, fornicatio est; stuprum est, adulterium est, incestus est, sacrilegium est. Ideo quamvis incertum videatur ex hujus canonis verbis, an patres agant de virginibus sacris impudicitia lapsis, an vero matrimonio sive contubernio contracto; certius est, vero sensu & sententia utrumque comprehendi posse: quod utroque modo fides profanetur Deo vero consecrata, sed tanto gravius cum contracto matrimonio, quam cum vaga impudicitia violatur, quanto diutius matrimonii seu contubernii diuturnitas cum populi offendiculo infelicem animam detinet alligatam, juxta Gregorii IX. sententiam.

Greg. IX. in c. fin de consuetudine.

An etiam hic egerint patres de virginibus castitatis votum simplex vel solenne (ut vocant) voventibus, quæri potest? Et probabilius est, de sacro vel solenni, quia illas quæ votum solenne emiserant, se Deo devovere, vel devotas Deo vocabant; uti constat præter hoc concilium in hoc canone & canone XXVII. inferius, ex concilio Arelatensi II.

Conc Arelat. can. 33.

De puellis, inquit, *quæ se voverunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, si post viginti & quinque annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transierunt, id custodiendum esse decrevimus, ut cum his cum quibus se obligaverint, communione priventur; ita ut eis postulantibus pœnitentia non negetur: cujus pœnitentiæ communio multo tempore differatur.* At hic de sacratis virginibus, quas sanctimoniales vocamus, patres egisse, qui concilio Turonensi interfuerunt, clarius interpretati sunt: devotam enim, pro sacrata voto solenni intelligi constat ex concilio Carthaginensi IV. & Toletano, I.

Concil. Turon. can. 21 Conc. Carthag. IV. can. 104. Conc. Tol. I.

Devotam peccantem, ait, *non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit.* De religiosis autem, & voto solenni obstrictis egisse etiam Toletanos patres, inde intelligi potest, quod matrimonium postea contractum separari acta pœnitentia præceperint. *Corruptorem,* aiunt, *par pœna constringat: quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc ipso vivente marito, caste vivere cœperit.* Et mox.

Idem. c. 19.

Episcopi, sive presbyteri, sive diaconi filia, si devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectu receperint, a communione habeantur alieni. Id etiam confirmat concilii Calchedonensis decretum.

Conc Calched. canon. 15.

Si qua virgo, inquit, *se dedicaverit Deo, similiter monachus, non licet eis nuptiis jungi: si vero inventi fuerint hoc facientes, maneant excommunicati.* Sicque de virginibus sacris votum solenne emittentibus, intellexerunt canonem antiqui concilii Coloniensis patres, quorum interpretationem sequi placet, post alia enim sic aiunt.

Conc. Colon.

De virginibus autem sacratis in concilio Elibertano Ca. XIII. scriptum est: Si mœchaverint virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, & reliqua. Hujus canonis verba eodem sensu intellexerunt concilii Moguntini sub Arnulpho episcopi.

Conc. Mogunt. sub Arnul. episcopo. c. fin.

De viduis, aiunt, *præcipimus, ut nequaquam cito velentur, sed in potestate earum maneant consentiente episcopo, utrum nubant, an professionem castitatis assumant, usque dum probetur earum conversatio; ne forte de jisdem dici possit, quod ab apostolo dicitur. Quæ autem in deliciis sunt viventes, mortuæ sunt.*

1. Tim. 5.

Si autem propositum castitatis assumpserit, aut monasterii claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suæ professionis integerrime custodiant. Quod si a proposito deviaverint, canonicæ institutionis censura corrigantur: quod & de virginibus si mœchatæ fuerint, statuimus, sicut in concilio Eliberitano Cap. XIII. scriptum est: virgines quæ se Deo dedicaverunt & cetera.

D. Cyprian. epist. 62. ad Pomponium.

Sed adversari videtur D. Cyprianus, dum licere virgini, quæ se Deo jam devovit, nuptias inire, his verbis expressit. *Quod si ex fide se Christo dicaverunt, pudice & caste sine ulla fabula perseverent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent: si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis* (*deliciis* est in alio codice) *cadant.* Sunt qui putent de virginibus non velatis loqui Cyprianum, de his scilicet, quæ simplex (ut vocant) castitatis votum emiserunt, non autem solenne: quæ etsi parum juste fecerint cum nupserint, matrimonium tamen in ecclesiæ foro validum ineunt, non inane & irritum. Sed verosimilius est, illum de virginibus neutro voto obstrictis, nec simplici (ut dicitur) vel solenni, ad Pomponium rescripsisse; quod ut mihi persuasi, ita persuadeam ceteris, occurrunt multa. In primis enim, ut a fonte rem petamus. Pomponius, cui rescribit Cyprianus, non scripserat, aut consuluerat illum de virginibus velatis, aut sacris tantum, sed de omnibus virginibus, ut ex principio epistolæ Cypriani constat. *Legimus,* inquit, *literas tuas, frater carissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans & desiderans, ut tibi rescriberemus, quid nobis de his virginibus videatur, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreverint, detectæ sint postea in eodem lecto pariter mansisse cum masculis.* II. quia dubio Pomponii se rescribere ait ex evangelicis & apostolicis traditionibus. *Circa quam rem,* ait, *quoniam consilium nostrum desiderasti, scias nos ab evangelicis & apostolicis traditionibus non recedere, quominus fratribus & sororibus nostris constanter & fortiter consulatur, & per omnes utilitatis vias ecclesiastica disciplina servetur.* At omnibus evangelicis & apostolicis traditionibus repugnat, ut quæ semel suæ pudicitiæ & professionis Christum testem adhibuerunt, abolito castitatis chirographo, repellant illum, contemnant, abjiciant. III. quia in illis verbis: Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant: imitatus est locum Pauli docentis, virgines & viduas melius esse nubere quam uri. At Paulum de virginibus & viduis

1. ad Cor. c. 7.

nullo

nullo voto constrictis loquutum constat ex illius verbis. *Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego: quod si non se continent, nubant; melius est nubere quam uri.* Quem locum de his quæ nullum votum emiserunt, intelligunt communi consensu omnes catholicæ ecclesiæ patres & concilia. Addo quartum, post ista verba, illa statim subjunxisse. *Certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit: si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in sæculum, ne fratrem scandalizem.* Si ergo vult Cyprianus, ut nubant virgines, ne fratrem ullum scandalizent, de quibus rogo virginibus illum intellexisse est probabilius: de his quæ ad observandam pudicitiam nullo vinculo tenentur, an vero de his quæ Christo, vel privatim, vel publice fidem suam firmissime adstrinxerunt? Qui enim fieri poterat; ut non essent scandalo, quæ Deum immortalem semel sponsum eligentes, illum pro homine mortali fœdissime commutarunt? Aut qua pœna & cru[illegible]tu digna non censebitur mulier, ut cum magno Basilio loquar, quæ nobili conjuncta viro, servo suo seipsam violandam impudice substerneret, ac servum insidiose nequiterque domini toris inveheret. Et si ille impius & adulter est, qui dimissam a viro mortali ducit, qui immortalis Dei sponsam nunquam dimissam violare præsumit, cujus non sceleris & impietatis particeps judicabitur? *Nec sane*, inquit, *incongrue his quæ sunt hujusmodi, illud apostolicum aptari potest, quoniam cum fornicatæ a Christo fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: non conjugium, sed adulterium male consummantes.* Illud ultimo loco adjiciendum censeo, quod majoris momenti est, ipsum Cyprianum cum clarius de virginibus, quæ jam votum emiserunt, sermonem instituit, postea in eadem epistola, non mariti, sed Christi adulteras vocasse; nec aliquo pacto posse ecclesiasticæ communionis participes fieri, nisi abjurato secundo hoc impudico contubernio, ne ceteris inconstanti, levis & turpis animi perniciosum exemplum præberent. *Si sic perveniens maritus*, inquit prius, *sponsam suam cum altero videat, nonne indignatur & fremit, & per zeli dolorem fortassis & gladium in manum sumit? Christus dominus & judex noster, cum virginem suam sibi dicatam, & sanctitati suæ destinatam jacere cum altero cernit, quam indignatur & irascitur, & quas pœnas incestis hujusmodi conjunctionibus, cujus ut gladium spiritualem, & venturum judicii diem unusquisque fratrum possit evadere, omni consilio providere & elaborare debemus.* Et post alia. *Si autem de eis*, inquit, *aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat pœnitentiam plenam; quia quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera; & ideo æstimato justo tempore; postea exomologesi facta, ad ecclesiam redeat. Quod si obstinate perseverant, nec se ab invicem separant, sciant se cum hac sua impudica obstinatione numquam a nobis admitti in ecclesiam posse, ne exemplum ceteris ad ruinam delictis suis facere incipiant.*

[...]. li. de [...]& habitu [...]c. 8.

Eamdem sententiam repetit in libro de disciplina & habitu virginum. Ubi non solum Christi adulteras, quæ violata Christo fide promissa, aliis nupserunt; vocat, quæ turpi se conjugio macularunt, sed eas quæ cultius se ornantes (impudica intellige mente) vagabantur per urbem. *Sic se expugnator inimicus per artes suas inserit, sic insidiis per occulta fallentibus diabolus obrepit, sic dum ornari cultius, dum liberius evagari virgines volunt, esse virgines desinunt furtivo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti, sed Christi adulteræ: quam fuerant præmiis ingentibus virgines designatæ, tam magna supplicia pro amissa virginitate sensuræ.* Si ergo virgines quæ jam votum voverunt lapsas, non permittit Cyprianus ad ecclesiam ullo pacto accedere, ne facta hac indulgentia, ceteris peccandi offendiculum præbeatur, cui poterit esse probabile, nisi repugnantia dixisse Cyprianum in eodem libro contendat inepte, de virginibus jam voto emisso præcedenti periodo tractavisse?

[...]b. vnic. [...] viduit. [...]elatus a [...] in c. [...]nubentes.

Sed verendum est sane, difficilem quem mox Augustinus obiicit scopulum, non adeo facile evadamus. In libro enim unico de bono viduitatis hæc docuisse Augustinum refert Gratianus. *Quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse; ego autem dico, quod graviter peccant, qui tales dividunt.* Hæc autem summatim ex toto illo capite retulit Gratianus: sed propria Augustini verba referamus, quibus non solum nuptias post votum contrahi valide posse dixit; sed quod magis mirere, licite facere posse adfirmavit, *Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare, quid dicant, fallit eos quippe similitudo veritatis.* Ad finem capitis addit. *Fit autem per hanc minus consideratam opinionem qua putant lapsarum a sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut a maritis separentur uxores, quasi adulteræ sint, non uxores. Et cum volunt eas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis uxoribus vivis, alteras duxerint.* Et post alia. *Quapropter non possum quidem dicere a proposito meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse conjugia.* Multa excogitarunt hujus sæculi scriptores ad dissolvendum impeditum hunc Augustini nodum: quem adversus ecclesiæ nostræ decreta & religionum institutum Brentius hæreticus, Petrus martyr, & alii eorum sectatores adeo exultantes proponunt, ac si de universa ecclesia triumphassent. Quidam enim facilius hunc locum negari posse, quam solvi dixerunt, ut Spenceus. Alii liberius totum librum non esse Augustini affirmantes, sed Iuliani cujusdam Pelagii hæretici sectatoris. Sic Hosius cardinalis non minus eruditione & pietate, quam dignitate illustrissimus, in sua illa Christiana & docta catholicæ fidei professione de matrimonii impedimentis. Qui majori reverentia & religione locum hunc Augustini tractarunt, de voto simplici, non de solenni intelligendum docent, ut Gratianus, Petrus Lombardus, & alii: idque communi scriptorum hujus ætatis consensu receptum est, ut testantur Sotus, Robertus Bellarminus, ac tandem doctissimæ illæ Gregoriani decreti adnotationes in c. quidam nubentis. XXVII. dist.

Idem Aug. c. 1[...].
Spenceus de continentia. li. 5. c. 2.
Hosius in Catholicæ fidei professione. c. 56. de matrimonij impedimentis.
Gratian. ad finē. 24. distinct.
Sotus in 4 distin. 38 arti. 1.
Bellarmi. tom 1. de cōtrover. Christiam. fidei. libr. 2. c. 38.
In c. quidam. 27. dist.
Possidius in indiculo.

Sed age, videamus, si Augustini mentem præstantius assequi non possimus, an examinare saltem possimus accuratius, nec mentem tantum, sed & verba epistolæ, & epistolam totam a calumnia objecta vindicare: cum certo illam esse Augustini testetur Possidius. *Inter epistolas Iulianæ*, inquit, *de sancta viduitate.* &c.

Augustinus enim, beatissime pater; in libro de bono viduitatis, eo animum intendit, ut doceret Iulianam viduam & ejus etiam nomine omnes Christianas (ad Iulianam enim scribebat, quæ nullo voto simplici (ut vocant) vel solenni se devinxerat, sed continentiæ statum secundis nuptiis repulsis elegerat) bona & perfectionem viduitatis continentiæque: sic enim librum vel epistolam inscripsit, de bono & perfectione viduitatis. Multa dixit de illius laude: non tamē illa tanta esse adfirmavit; ut si viduæ velint nubere secundo, ne urerentur, illis non liceret: reprobat enim antiquum Tertulliani secundas nuptias velut adulterium damnantis & Cataphrygarum errorem; in quem ne impingeret Iuliana (ab eo enim non procul aberat nimia continentiæ suæ laudatione) multis verbis docet, suadet, atque contendit omnibus fere capitibus præcedentibus. In hoc ergo persistens proposito D Augustinus, ad revincendam illius erroris falsitatem, post alia adjecit. *Proinde qui dicunt, talium nuptias, non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare quid dicant: fallit quippe eos similitudo veritatis. Quia enim conjugium Christi dicuntur eligere, quæ Christiana sanctitate non nubunt*, ecce non dixit, voto aut promissione, sed sanctitate Christiana, sive viduitatis simplici continentia, *hinc argumentantur quidam dicentes: Si viro suo vivo, quæ alteri nubit, adultera est, sicut ipse dominus in evangelio definivit, vivo ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, quæ conjugium ejus elegerat, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acute equidem moventur, sed parum attendunt hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam vivente viro, ex ejus consensu continentiam fœmina Christo voveat, jam secundum istorum rationem, nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum*, quod sentire nefas est, *adulterum faciat: cui, vivente viro, nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti, quam secundæ, absit ut sanctarum viduarum iste sit sensus, ut Christus eis videatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant, & antea, quando viris suis fideliter serviebant subditæ, non carnaliter, sed spiritualiter; virum, cui ecclesia ipsa, cujus membra sunt, conjunx est: quæ fidei, spei, caritatis integritate, non in solis virginibus sanctis, sed etiam in viduis & conjugatis fidelibus tota virgo est. Universa quippe ecclesia, cujus illæ membra sunt, apostolus dicit: Aptavi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.*

Matth. 19.
Romans. 6.
2. Corin. 11.

sto. Novit autem ille conjugem virginem sine corruptione fœtare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut a maritis separentur uxores, quasi adulteræ sint, non uxores; & cum volunt eas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis uxoribus vivis, alteras duxerint. Hæc eo animo & consilio Augustinus, quibus nihil verius, nihil doctius, nihil sanctius, nihil antiquis & recentibus catholicæ ecclesiæ moribus & decretis accommodatius, vel scribi potuit, vel excogitari. Hoc autem solum scripsisse & docuisse Augustinum non verisimilibus argumentis, sed propriis rerum & mentis suæ notis confirmabo. Primo Augustinus ad Iulianam viduam scribebat, ut ex libri epigraphe constat: Iulianam autem nullum votum vovisse, sed tantum conjugio elegisse, ex toto libro apparet, præcipue ca. IV. ubi sic ait. *Quapropter hoc primum oportet, ut noveris, bono quod elegisti, non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari; nam, sicut bonum sanctæ virginitatis, quod elegit filia tua, non damnat unas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cujusquam secundas.* Ne autem illa viduitatis bona & continentiæ (quod cœpisse illam Augustinus insinuat) tanti facienda putaret, ut vetusto Tertulliani errore viduas secundo nubentes adulteras esse diceret, quod nuptias secundas damnandas ut adulterium existimaret, multa docet, repetitque Augustinus, volens ab imo hujus erroris radices & a Iuliana & a viduis omnibus suam continentiam simplicem nimis jactitantibus, evellere. In principio enim epistolæ de viduitatis bono, se rogatum scribere a Iuliana his verbis refert. *Ne petitioni tuæ & in Christo dilectioni diutius essem debitor promissionis meæ, arripui utcumque inter alias urgentissimas occupationes meas, de professione sanctæ viduitatis aliquid ad te scribere.* Capite postea II. se nolle ait toto illo opere, nisi Pauli apostoli epistolam ad Corinthios explicare: dum capite VII ejusdem dixit, dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis si sic permaneant, sicut ego; quod si non se continent, nubant, melius enim est nubere, quam uri. *Non sit ergo mei Augustinus mihi aliud te docere, nisi verba tibi doctoris exponere, & de iis quod dominus dederit, disputare.* Ait

1. Cor. 7. itaque apostolus doctor Gentium, vas electionis. *Dico autem innuptis & viduis, bonum esse illis si sic permanserint, sicut & ego.* Si ergo toto libro se agere velle dicit Augustinus de interpretatione epistolæ Pauli: & Paulus de continentia solum seu abstinentia (ut dixi) a conjugio non autem de voto simplici vel solemni agit; quid opus est Pauli contextum, vel Augustini interpretationem ad incogitata extendere. Pergamus ad alia. In cap. III. Augustinus ad eamdem interpretationem Pauli, & nostram Augustini stabiliendam, hæc ait. *Quantum autem bonum habeat nuptarum fides, id est, Christianarum & religiosarum conjugatarum, hinc intelligi potest, quod cum de fugienda fornicatione præciperet, ubi*

1. Cor. 6. *utique & conjugatos alloquebatur;* Nescitis, inquit, *quia*

Alias, quoniam. *corpora vestra membra sint Christi. Tantum ergo bonum est fidelis conjugii, ut etiam ipsa membra sint Christi. Hoc autem bono quoniam melius est bonum continentiæ vidualis, non hac professione id agitur, ut aliquid plus sit catholica vidua, quam membrum Christi, sed ut meliorem quam conjugata locum habeat inter membra Christi: dixit quippe idem apostolus.* Quæ autem capite IIII. adjunxit illustrant profecto superiora. *Vides etiam,* inquit, *conjugalem pudicitiam & tori Christiani matrimonialem fidem donum esse, & hoc a Deo; at illud, quod ultra liberorum procreandorum necessitatem, modum concumbendi, aliquatenus concupiscentia carnalis excedit, non nuptiarum sit hoc malum, sed veniale*

1. Cor. 7. *sit, proper nuptiarum bonum. Non enim de conjugio quod copulatur liberorum procreandorum causa, & fide pudicitiæ conjugalis, & indissolubili, quamdiu ambo vivunt, matrimonii sacramento, quæ omnia bona sunt; sed de illo immodico carnis usu, qui in infirmitate conjugum agnoscitur, & interventu boni nuptialis ignoscitur, ait apostolus: secundum veniam dico, non secundum imperium. Item cum dicit: Mulier alligata est, quamdiu vir ejus vivit: quod, si mortuus fuerit vir ejus liberata est: cui vult nubat tantum in domino, beatior tamen erit, si sic permanserit, secundum meum consilium: satis ostendit beatam esse in domino, etiam post mortem viri iterum nubentem fidelem, sed in eodem domino viduam beatiorem: hoc est, ut scripturarum non tantum verbis, verum etiam exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed Annam beatiorem. Quapropter hoc primum oportet ut noveris,*

A *bono quod elegisti, non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari: nam, sicut bonum sanctæ virginitatis quod elegit filia tua, non damnat unas nuptias tuas: sic nec viduitas tua cujusquam secundas. Hinc enim maxime* Alias, prim

Cataphrygarum ac Novatianorum hæreses tumuerunt, quas buccis sonantibus non sapientibus etiam Tertullianus inflavit, dum secundas nuptias tamquam illicitas maledico dente concidit; quas omnino licitas apostolus sobria mente concedit. Ab hac sanitate doctrinæ, nullius indocti, nullis docti disputatione movearis: nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est tamquam malum crimineris alienum: sed tanto magis gaude tuo bono, quanto magis vides, non tantum illo devitari mala, sed quædam etiam bona superari.

B Nec minus etiam pondus habent, quæ cap. V. subjunxit. *Mala,* ait, *sunt etiam adulterium vel fornicatio. Ab his autem illicitis, valde longe est, quæ voti libertate se obstrinxit, & sibi etiam licita ne licerent, non imperio legis, sed concilio caritatis effecit. Et bonum est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia vidualis. Hoc ergo melius illius boni submissione honoratur: non illud bonum melioris hujus laude damnatur. Quod autem apostolus, cum celibum &* 1. Cor. 7.

innuptarum commendaret fructum, qui cogitant quæ sunt Dei, quomodo placeant Deo, subjecit & ait; Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam; id est, non ut vos cogam, sed ad id quod honestum est, hortor. Non quia innuptarum bonum honestum dixit, ideo putare debemus turpe esse vinculum conjugale: alioquin etiam primas nuptias condemnabimus, quas nec Cataphryges, Novatiani, nec disertissimus eorum astipulator Tertullianus turpes ausus est

C *dicere: Sed, quemadmodum cum ait; dico autem innuptis & viduis, bonum esse illis, si sic permanserint; utique bonum posuit pro meliore, quoniam omne, quod bono comparatum melius dicitur, etiam hoc proculdubio bonum est: nam quid est aliud quod ita dicitur melius, nisi quod magis bonum est? Nec ideo consequenter eum sensisse arbitramur, malum esse si nupserint, quoniam dixit: Bonum est illis, si sic permanserint: ita etiam cum ait: Sed ad id quod honestum est, non matrimonium turpe esse monstravit, sed quod honestum erat, honestius generalis honesti nomine commendavit. Quia honestius quid est, nisi quod magis honestum est? Magis autem honestum, utique honestum est. Aperte quippe declaravit, hoc esse bono illo melius, ubi ait: Qui dat nuptum benefacit, &* Ibidem.

qui non dat nuptum, melius facit: & hoc illo beato beatius, ubi ait: Beatior autem erit, si sic permanserit. Sicut ergo bono melius, & beato beatius, sic Ibidem.

honesto honestius est, quod honestum voluit appellare.

D *Absit enim, ut turpe sit; unde loquens, apostolus Petrus ait; Viri uxoribus vestris, tamquam vasi infirmiori & subjecto tribuite honorem, quasi cohæredibus* 1. Pet 3.

gratiæ. Et illas alloquens, subditas esse viris suis, exemplo Saræ adhortatur. Nam sic quædam, inquit, *sanctæ mulieres, quæ in dominum sperabant, ornabant* Ibidem.

se obsequentes viris suis, quomodo Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cujus factæ estis filiæ, benefacientes & non timentes ullam perturbationem. Capite autem VI. VII. hæc eadem multis aliis & rationibus & exemplis Augustinus confirmat, quæ consulto prætereo silentio, ne vel molesta vel longa protrahatur disputatio. Ut ostenderet tamen Iulianam secundas nuptias optime recusasse: non quod illæ quid haberent turpitudinis, ut dicebatur, sed quia continentia præstabat matrimonio secundo, & ex primo jam filiis susceptis illa ornata & ditata intemperantiæ documentum dedisset, si nupsisset secun-

E do; hæc addit cap. IX. quæ comprobant ad quam scribebat Iulianam, nec simplici voto, nec solemni obstrictam, ipsumque Augustinum de solo viduitatis bono sermonem & disputationem in eo libro suscepisse, & de damnatione erroris eorum, qui putabant cum Tertulliano & reliquis secundas nuptias esse adulteria, suam sententiam protulisse & judicium. *Tu autem,* inquit, *quæ & filios habes,* Eccles 3.

& in eo sæculi fine vivis, quo jam tempus sit non mittendi lapides, sed colligendi: non amplectendi: sed continendi ab amplexu, cum clamet apostolus: Hoc autem dico fratres tempus breve est, reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint: 1. Cor. 7.

profecto si secundas nuptias appetisses, nullum prophetiæ vel legis obsequium, nullum prolis saltem carnale desiderium, sed solius incontinentiæ fuisset indicium. Fecisses enim, quod ait apostolus, cum dixisset bonum esse illis, si sic permanserint, sicut & ego, Ibidem.

continuo quippe addidit: Quod si se non continent, nubant, malo enim eas nubere quam uri. Hoc enim dixit, ut effrenata libidinis malum non praecipitaretur in turpitudinem flagitiorum, cum exciperetur honestate nuptiarum. Gratias autem domino quoniam peperisti, quod esse noluisti, & virginitas prolis tuae compensavit dispendium virginitatis tuae. Nam diligenter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias jam isto tempore, nisi incontinentia sit impedimento, contemnendas esse respondit. Qui enim dixit: Si se non continent, nubant; potuit dicere: Si filios non habent, nubant. Sed post resurrectionem praedicationemque Christi; quando jam ex omnibus gentibus filiorum spiritaliter gignendorum tanta suppetit copia, tale officium cesset ex carne filios propagare, quale primis temporibus fuit. Sed denuo ab Augustino requiramus, an si haec viduitatis continentia adjecto voto fulciatur, liceat voventi postea nuptiis copulari secundis: non enim id facere licitum, sed velle, damnabile esse Cap. IIX. & IX. ejusdem libri (ut alia omittamus) idem Augustinus demonstrat. In priori enim sic ait: Proinde, quae se non continent, nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voveant: quod nisi reddant, jure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit, cum in deliciis egerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est voluntatem ad nuptias, a proposito continentiae deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, qua prius voverant, quod perseverantia implere noluerint. In posteriori vero tantum abfuit, ut matrimonia post votum contracta, licita esse affirmaret, ut diceret illa adulteriis esse pejora. *Sed, quoniam, sicut ait dominus: Non omnes capiunt verbum hoc; qua potest ergo capere, capiat: qua se non continet, nubat; qua non coepit, deliberet; qua aggressa est, perseveret: nulla adversario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio, in conjugali vinculo si pudicitia conservatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa, & voti debito oblata, jam non solum non capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle, damnabile est. Nam ut hoc demonstraret apostolus, non ait, cum in deliciis egerint, in Christo nubunt: sed, nubere volunt: Habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: etsi non nubendo, sed tamen volendo: non quia ipsa nuptiae vel talium damnandae judicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia conjugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiae primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breviter insinuaret apostolus, noluit eas dicere habere damnationem, quae post amplioris sanctitatis propositum nubunt: non quia non damnentur, sed ne in eis ipsa nuptiae damnari putarentur. Sed cum dixisset, nubere volunt: continuo addidit, habentes damnationem. Et dixit quare, quoniam fidem primam irritam fecerunt: ut voluntatem, quae a proposito cecidit, appareret esse damnatam, sive subsequantur nuptiae, sive desint.* His ergo ut jam finem dicendi faciamus, subjunxit in principio capitis decimi illa Augustinus. *Proinde qui dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acute.* Et illa quae ad finem ejusdem capitis addidit. *Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito foeminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut a maritis separentur uxores, quasi adulterae sint, non uxores; & cum eas volunt separatas reddere continentiae, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis uxoribus vivis, alteras duxerint.* Haec omnia adversus Tertulliani errorem secundas nuptias damnantis in libro de monogamia. Si quis enim librum hunc Augustini de bono viduitatis, cum illo Tertulliani de monogamia contulerit, hunc quasi apologeticum illius esse comperiet: sed ea tandem quae, summatim complectens quae dixerat, addit cap. XI. adeo explicate patefaciunt superiora: ut si aequiores paulo judices huic causae praestiterint, nec in dubium posthac Augustini sententiam permittant revocari.

Quapropter, ait, non possum quidem dicere a proposito meliore lapsas, si nupserint, foeminas, adulteria esse, non conjugia: sed plane non dubitaverim dicere, lapsus & ruinas a castitate sanctiore, quae vovetur Deo, adulteriis esse pejores. Si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum ejus fidem non servat marito, quanto gravius offenditur, cum illi ipsi non servatur fides, in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vovit; tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto A *minus habuit vovendi necessitatem. Haec ideo disputo, ne arbitreris, vel secundas nuptias crimen esse, vel quascumque nuptias, cum sint nuptiae malum esse. Non itaque illas abs te damnatas velis esse, sed spretas. Bonum ergo continentiae vidualis luculentius decet, cum pro illo vovendo & profitendo possint contemnere foeminae, quod libet & licet. Sed post voti professionem perseveranter frenandum & vincendum est, quod libet, quia jam non licet.* Posteaque differit latius an tertiae vel quartae liceant Christiano. Quos nec etiam audet damnare, cum damnaverit semper, non in eo libro tantum, sed in aliis saepissime, quae contrahuntur post votum, ea adulterina conjugia nuncupando: in libro enim ad Pollentium de adulterinis conjugiis, adeo stricte hoc esse observandum scripsit, ut si post votum offerret se uxor infidelis, polliceretur que se futuram Christianam, si vir B fidelis eam uxorem duceret, non licere post votum his verbis edoceat. *Non solum autem moechandum non est, quod facit non quidam, sed omnis qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram, & si propterea duxerit, ut faciat Christianam; sed etiam quisquis non alligatus uxori, continentiam Deo voverit, nullo modo debet ista compensatione peccare, ut ideo credat uxorem sibi esse ducendam, quia promisit quae nuptias ejus appetit, futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam antequam vovisset, licebat, cum id se numquam facturam voverit, non licebit: si tamen id voverit quod vovendum fuit, sicut est perpetua virginitas, vel continentia.* Et in libro II. ad finem, post alia. *Qui vero,* inquit, *eligunt continere, aliquid utique melius eligunt, quam est nuptiarum bonum, hoc est generatio filiorum. Unde si eligitur continentia, ut bono nuptiarum melius aliquid ca-* C *pessatur, quanto potius custodienda est, ut adulterium caveatur.* Cum enim dixisset apostolus: *Quod si se non continet, nubat, melius est enim,* inquit, *nubere quam uri, non dixit, melius est moechari, quam uri.* Idem alibi. *Nubendi licentia quibusdam tribuitur, illis videlicet qui virginalem vel vidualem castimoniam nequaquam professi sunt: quibusdam autem non tribuitur, illis videlicet qui virgines vel continentes esse decreverunt.* Nec sibi solum & catholicis sacratae virginitatis violationem displicuisse, sed ethnicis etiam hominibus, nobis id tamquam gravissimum crimen objicientibus, si forte aliquando esset commissum, ipse Augustinus testatur ad Marcellinum. Quod facturi non essent, si id grave apud nos haberi & execrandum non vidissent. Non ergo nuptias post votum emissum admittit Augustinus, ut Brentius contendit, & quod magis miremur, Hosius cardinalis. Persuasus enim hanc fuisse Augustini sen- D tentiam, opponit adversus illam Cyprianum, Ambrosium, Basilium, Theophylactum, ea adulteria vocitantes, cum tamen sit certum, non similia tantum Augustinum cum Cypriano, & reliquis sanctis patribus, sed eadem prorsus, & eodem catholicae ecclesiae sensu, & Spiritus sancti afflatu Christiane docuisse & sapienter: viduas scilicet, nullo voto emisso, juste matrimonium posse contrahere. Viduas enim olim in ecclesia alias continentes solum, nullo voto devinctas, quae saeculares dicebantur (qualis Iuliana) quae nubere poterant, alias vero adstrictas voto, quae sanctimoniales vocabantur, quibus nubere non licebat, ex concilio IV. Toletano didici. *Duo, inquit, sunt genera viduarum, saeculares & sanctimoniales: saeculares viduae sunt, quae adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt: sanctimoniales sunt, quae jam mutato habitu saeculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & eccle-* E *siae apparuerunt. Hae si ad nuptias transierint juxta apostolum, non sine damnatione erunt; quia se primum Deo voventes, postea castitatis propositum abjecerunt.* Cum ergo haec sancta & pia Augustini doctrina cum divo Paulo, cum pontificibus, cum conciliorum decretis mire consentiat, quid opus est illam de simplici voto interpretari? Ex quibus deducitur vera & germana sententia Augustini, continentiae votum ut factu licitum, sic ruptu illicitum & redditu esse necessarium, contextumque a Gratiano relatum in c. quidam nubentes, XXVII. dist. ex libro Augustini de bono viduitatis, falso tribui Augustino: cum verbum illud: Post votum: in toto Augustini libro non exstet, nec ad rem & causam Augustini & Iulianae spectabat, quae de solo bono erat simplicis propositi continentiae. Quod notandum est etiam ad ea quae interpretes nostri, Augustini verbis graviter pressi, sensu diverso docere solent in c. nuptiarum bonum XXVII. quaestione I.

Aug. lib. 1. de adulter. conjug. c. 24.

1. Cor. 7.

Aug. lib. de conflictu vitior. & virtutum. c. 24.

D. Aug lib 1. de civitate Dei. c. 16.

Hosius tam in catholica professione c. 56 quam lib 4. de tradition.

Conc Tolet. IV can. 55.

Placuit, nec in fine dandam eis esse communionem.

De lapsis virginibus sacris episcoporum esse judicium. Cap. XXIX.

Si mulier quæcumque corporis prostituendi non habet potestatem, quæ Christo illud in consecratione tradidit, & illi, non sibi vivere se devinxit, multo certe minus illam habere debet aut potest. Constat hinc capitale crimen esse, & inter capitalia præcipuum, fidem Deo fallere: ideoque non solum communionem in vita, sed & in vitæ exitu sacris virginibus, ut sponso Iesu Christo adulterantibus, ab Hispanis patribus denegari. Ecce quam antiqua sit in Hispania sacræ virginitatis custodia, & quam acri pœna illius violatio coercita & punita. Constat etiam de virginibus sacris judicium ad pontifices spectare; quod olim etiam pontifici maximo in virgines Vestales lapsas competebat, auctoribus Livio & Plinio.

Livius. 1. decad. lib. 4. Plin. in epist. ad Cornelium Mucianum. lib. 4. epist. 11.

Quod si sibimet persuaserint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ hujusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

Quam Deo accepta virginitatis oblatio. Cap. XXIX.

Honorificentissimum est virginem esse, honorificum virginem vocari; ideo concilium quas patres stantes virgines dixerat, jam lapsas fœminas nuncupat, remisso antiquo nominis decore. Nec fœminas tantum dicit, quia jam virgines esse desierunt, sed hujusmodi fœminas, majori nota & contemptu, solent viri graves ad designandas personas, quas remisso honore vel detracto nuncupare volunt, has voces usurpare. Hujusmodi homines nescio, vel nescias qui homines, & aliæ generales his similes nuncupationes.

Si ergo virgines quæ prostrato pudore semel sibi & Christo mortuæ fuerint, illius gratia reviviscere cœperint, & non solum a turpitudine ante actæ vitæ destiterint, sed pœnitentiæ lamentis antiquas sordes purgaverint, eo quod lapsu potius, quam consilio ante peccasse censendæ sunt, placuit, ut in fine communionem acciperent, remissa acriori pœnitentia.

Ex prima & secunda hujus decreti sanctione illud ab hæreticis vellem observari, quam accepta sit Deo & sponsæ suæ ecclesiæ virginitatis promissio vel oblatio, quamque detestanda illius violatio, contra antiquum Ioviniani monachi & Helvidii errorem, dicentium, apud Deum non esse majoris meriti virginitatem, quam conjugium, sed pares voluerunt virginitati nuptias. Contra quos satis erudite & copiose Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, & ante hos Ambrosius ad Siricium PP. & ipse Siricius PP. in concilio sacerdotum Romæ habito, quod summatim complexus est in epistola ad Mediolanensem ecclesiam, & altera ad episcopos Africæ: & ipsi episcopi Africani comprobarunt & confirmarunt postea in concilio Telensi.

Ambr. epist. 81. ad Siricium PP. Siricius PP. in epist. ad Mediolan. eccle. exstat inter Ambrosianas. nu. 80.

Sed ut omisso auctoritatis pondere, rationum momentis rem ipsam adversus hos & alios procaciores hæreticos expendamus. Quid inter conjugii & virginitatis bonum intersit, inde apparebit, quod conjuges primum tranquilliori loco sint, ut Chrysostomi verbis utar. *Nam si quando in illis excitatur*, ait, *ardor libidinis, concubitu facile sedatur: virgo autem non habet unde ignem restinguat: flammam quidem excitatam & in altum sublatam videt, sed eam extinguere non potest, tantum vero relinquitur, ut igni resistens non uratur. Quid igitur mirabilius, quam universum gestare in animo rogum ardentem, neque comburi? quam flammam in intimis animæ partibus versari, & integram permanere rationem? Nemo enim illi dat hanc veniam, ut libidini parens ejusmodi carbones effusos extinguat. Verum quod scriptor proverbiorum fieri non posse dicit in corpore, id ipsum animo virgo cogitur sustinere. Quid igitur*, inquit, *ille? Numquid potest homo ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? ecce ambulat ipsa & perfert cruciatum. Numquid potest quisquam abscondere ignem in sinu, ut vestimenta ejus non ardeant? At hæc ipsa non vestibus, sed intus ignem continens furentem & crepitantem flammam perfert & sustinet.* Etiamne quæso nuptias quisquam cum virginitate

Chrysost. lib. de virg. c.

Proverb. 5.

A *conferre, vel omnino in ejus conspectu ponere audeat? At non id permittit divus Paulus, qui magnum inter utrumque proponit intervallum. Hæc enim*, inquit, *cogitat quæ domini sunt: illa autem cogitat quæ sunt mundi.* Nec eo solum bono & honore extolli potest virginitas, sed & aliis multis multo sane majoribus. Cum enim illa Christianæ fide & caritate fulcitur, tanto & matrimonio & humanis rebus præferenda est, quanto humano generi antecedunt beatæ mentes: illarum enim præstantiam non æmulari tantum, sed imitari videntur: quæ cum natura illis sint inferiores, pugnantes tamen cum his quæ ipsius naturæ necessitas postulat, & vincentes adhuc ardore voluptatis cælestis, naturalis ardorem voluptatis, illas quoad fieri potest, assequuntur potius, quam imitantur. Si enim neque nubunt angeli, neque uxores ducunt, in pari causa sunt virgines: in eo autem dispari, quod cum gravibus corporis vinculis deprimantur, augustissima tamen pennarum levitate ad excelsum illum & cælestem sanctorum spirituum locum,
B viventes adhuc in carne, si non carne, victa tamen carne ab spiritu, spiritu incipiunt conscendere, & spiritu simul & carne feliciter postea assequuntur: ac tandem iisdem quibus illi muneribus, &, quod caput est bonorum omnium, sponsi consuetudine felicissime perfruuntur. Felices ergo sapientes illos & beatos, qui humana specie & figura divinam ac plene cælestem vim consequuti sunt: insanos & miserabiles Iovinianum, Helvidium, & reliquos recentiores hæreticos, qui cum dignitate ad beatas mentes Christi gratia proxime possint accedere, non solum in impuram belluarum intemperantiam depravata abjiciunt se voluntate, sed obscurato naturali rationis lumine, juste digneque facere posse profanissima jactitant impudentia, dignissimi sane ut graviores in morte sufferant cruciatus, quam luxuriantes in vita experti sunt voluptates. Nec mortuos solum pœna dignos æquiores paulo censebunt judices, sed & vivos adhuc, & in ipsa vita morientes. Nam si indi-
C centes bellum homini innocenti gravissima a Deo severitate puniti sunt; qui angelis & Deo ipsi sanctissimo virginitatis auctori, expugnata castitatis præsidio, multo illud gravius conantur infligere, & vivi, & mortui, propter summam improbitatem, æternas merentur momentaneæ voluptatis pœnas persolvere.

Constat hinc etiam, gravem fuisse antiquum Ioannis Vvicleph errorem dicentis, neminem salvari posse in religione privata, vocat religionem privatam, quæ præceptis ecclesiæ addit perfectionis consilia. Quinimo dixit, omnem qui in privata religione existit, esse ineptum & inhabilem ad observantiam mandatorum Dei. Quam vesaniam jam fere sepultam ab oblivione, vel ab inferis potius, suscitavit Martinus Lutherus, dicens non esse licitum, hominem obligari ad aliquid agendum ultra id quod dominus nobis præcepit, sed libere vivendum esse cuilibet, & non sub lege huma-
D na: qua ratione liberam tribuit sacris virginibus & monachis potestatem exeundi a monasteriis, & uxores ducendi, si vellent: imo in multis Germaniæ oppidis coacti sunt monachi religionis studia, & monasterii regulas deserere, ut abjecta cuculla, sanctum (si bonis placet) & inviolabile matrimonii sacramentum, ni mavis scortationem inirent. Ioannis Vvicleph errores damnavit concilium Constantiense, Lutheri Tridentinum.

Conc. Constant. sess. 8. Trid. sess. 24. sacram. matrim. can. 9. Conc. Carthag. IV. can. 109.

Et in toto tempore vitæ suæ hujusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se a coitu.

Quanto ethnicis Christianæ virgines præstent, illarum breve, harum perpetuum vinculum esse: dissolubile tamen pontificis maximi imperio: explicata in eam rem Innocentii III. epistola ad abbatem Sublacensem. Cap. XXX.

E

Gloriari jam desinant Romani veteres de antiqua religionis suæ, vel superstitionis sanctitate; ne nobis integritatem jactent Vestalium virginum; ne vane ostentent illarum pudicitiam & mores; ne statis solennibusque ceremoniis earum falso putent, frugum fertilitatem & copiam, civium salutem, reipublicæ incolumitatem, & imperii amplitudinem inniti; ne inextinguibilis custodia ignis sibi velint & nobis persuadere, deorum amicitiam conciliari, & conciliatam retineri: majora enim jam habent Hispani; habent præstantiora, habent celsiora, habent non mendacem, & simulatam, sed verissimam veræ sanctitatis, veræ religionis, veræ pudicitiæ & honestatis, non dæmonibus ut illæ, sed vero, optimo & præpotenti Deo devotæ atque sacratæ

ſacratæ cuſtodiam : habent & alia quibus omnem ſuis laudem præripuiſſe fatebuntur omnes, qui ſano, ſinceroque judicio valent. Illæ enim ignotæ deæ Veſtæ ; noſtræ optimo Deo & maximo dedicantur. Illæ parentum vel pontificis maximi imperio coactæ ; noſtræ ſpontanea & libera voluntate habitum ſuſcipiunt religioſum. Illæ in theatro & circo, ludis & ſpectaculis omnibus etiam cruentis intererant : noſtræ cancellos unius ſacratæ domus egredi neſciunt. Illæ in conſervando ligneo quodam vel æneo Palladis ſimulacro, & ignis terreſtris lumine vaniſſime ; noſtræ in ſacris, diurnis atque nocturnis precibus Deo decantandis devote ſanctiſſimeque occupantur. Illæ corpore tantum : hæ corpore & mente ſe ad verecundiam formant, pudorem colunt, caſtoque ſermone & caſtiori corpore ſancta & inviolata virginitate fruuntur potius quam gloriantur. Illæ temporalem & certis annorum finibus circumſcriptam ; iſtæ perpetuam continentiam obſervant, gratiſſimam victimam Deo ſuo ſponſo offerentes, & eo gratiorem, quod ſanctiſſimæ ſuæ matris exemplum inſtitutumque imitentur ; quam primam omnium, perpetuam voviſſe Deo pudoris integritatem, docent B. Ambroſius, Hieronymus, Bernardus, Rupertus & alii. Quinimo Epiphanius veterem fuiſſe eccleſiæ conſuetudinem refert, virgines quæ Deo pudicitiæ voverent integritatem, ſe illam ſuſcipere in honorem & imitationem beatæ Mariæ virginis proteſtari. Veſtales enim poſtquam trigeſimum ætatis annum in templo Veſtæ peregerant, egredi poterant & matrimonio copulari, ut Halicarnaſſeus tradit, primoque decennio, velut in religione novitias, rationem ſacrorum oportuiſſe addiſcere ; ſequenti decennio exercere ut miniſtras : poſtremo autem, juniores docere ut magiſtras : poſt exactum vero annum trigeſimum, non vetitum depoſitis coronis, reliquiſque inſignus ſacerdotii, nubere cui vellent. Id ipſum refert, noſtras antiquis virginibus præferendo, D. Ambroſius. *Quas mihi prætendit*, ait, *Veſtæ virgines, & Palladis ſacerdotes? Qualis eſt iſta non morum pudicitia, ſed annorum, quæ non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur? Petulantior eſt talis integritas, cujus corruptela ſeniori ſervatur ætati. Ipſi docent virgines ſuas non debere perſeverare nec poſſe, qui virginitati finem dederunt. Qualis autem eſt illa religio, ubi pudicæ adoleſcentes, jubentur eſſe impudicæ anus? Sed nec illa pudica eſt, quæ lege tenetur, & illa impudica quæ lege dimittitur. O myſteria, o mores, ubi neceſſitas imponitur caſtitati, auctoritas libidini datur.* Prudentius contra Symmachum, eumdem refert morem & irridet.

Ambroſius lib. de inſtitutio. virgin. c. 5.
Hieron. epiſt. 2. ad Euſtochium
Bernard. homilia 2. & 3. in miſſus eſt.
Rupert. lib. 3. in Cantica circa finem.
Epiphanius hæreſi. 78.
Halicarnaſſeus lib. 2. Roman. antiquit.
D. Ambroſius lib. 1. de virginibus.
Prudentius lib. 2. contra Symmachum ad finem.

Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas,
Diſcutiam ; qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis
Ante voluntatis propriæ quam libera ſecta
Laude pudicitiæ fervens, & amore Deorum,
Juſta maritandi contemnet vincula ſexus:
Captivus pudor ingratis addicitur aris.
Nec contempta perit miſeris, ſed adempta voluptas.
Corporis intacti mens non intacta tenetur,
Nec requies datur ulla toris : quibus innuba cæcum
Vulnus, & amiſſas ſuſpirat fœmina tædas.
Tum quia non totum ſpes ſalva interficit ignem:
Nam reſides quandoque faces adolere licebit,
Feſtaque decrepitis obtendere flammea canis:
Tempore præſcripto membra intemerata requirens
Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.
Tum thalamus humilis tumuit vigor, irrita nullus
Fecundavit amor maternus viſcera partu.
Nubit anus veterana ſacro perfuncta labore,
Deſertiſque focis, quibus eſt famulata juventus,
Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas,
Diſcit & in gelido nova nupta tepeſcere lecto.

Alias contemnat.

Nec ſolum ſacras virgines noſtras antiquis Veſtalibus prætulit D. Auguſtinus, ſed & mulieres jam ſemel & iterum nuptas. Mirum tamen eſt, quod Halicarnaſſeus refert de his virginibus Veſtalibus, quæ poſt eos annos, in ſacerdotio tranſactos matrimonii vinculis adnexæ ſunt, (non potuiſſe tamen niſi ſemel nubere, Hieronymus auctor eſt.) *Fecerunt, id paucæ aliquot*, inquit, *ſed parum læto vitæ exitu & ominoſo apud cæteras, ita ut libenter poſthac virgines ævum exigerent in deæ contubernio.* Apud nos etiam receptum videmus, ut qui a religionis habitu ſemel ſuſcepto deſciverint, ætate, ſtudiis, & vita infortunati infeliceſque prorſus habeantur ; & merito quid enim magnum expectari poteſt de his, qui nullo naturalis legis vinculo devincti, aut corporis neceſſitate compulſi, ſed propria, vel inconſtantia, vel libidine, officia pietatis, religionis ſtudia, caritatis ſtipendia, & præſentia futuræ æternitatis gaudia ſpernentes, vanis aut uxorum aut ſeculi ſolicitudinibus ſe ingerunt. Turpe enim cordatis hominibus non poteſt non

Aug. l. 1. de nuptiis & concupiſcentia. c. 4.
D. Hieron. in apologia ad Pammachium.
Halicarnaſſeus lib. 2. Roman antiquit.

A videri, animam cœleſtibus intentam bonis, ut hæc fragilia ſibi comparet, ab immortalibus ſuis operibus avocari : habeturque juſtiſſime tamquam inſigne & perſpicuum inſipientis leviſſimique animi indicium, graviora pro levioribus, ſpiritualia pro ſecularibus, æterna pro caducis & brevibus commutaſſe, & ſe a Dei caſtris cui jam ſpiritualiter cœperant militare, corpori poſtea ut pecudes ſervientes ad mundi & carnis illecebras, quocumque prætextu contuliſſe.

Religiones ergo noſtræ non ferunt temporariam illam Romanorum caſtitatis & obedientiæ diſciplinam, ſed perpetuam ; perpetuam dico, non quod ejus nodus adeo ſit impeditus, ut nullius manu & poteſtate diſſolvi poſſit aut explicari ; nam poſſe, mox oſtendemus : ſed quod communes & ordinariæ religionis leges perpetuam
B hanc voventium poſtulent obſervationem, indulgentia vel diſpenſatione (ut vocant) ejus ſolum imperio reſervata, cui (ſicut a Bernardo ſcriptum eſt) & providere datum, & poſſe providere creditum eſt, tuo intelligo ſanctiſſimo prudentiſſimoque judicio, vel eorum quos ad ſedem tuam Chriſtus evexerit, a quibus Chriſtianos omnes cum e re ſit, ſuſcepta quacumque voti obligatione poſſe liberari, expedita juris ratio eſt.

Nec adverſus hanc quam adſtruo, ſacroſanctam divinamque tuæ ſedis auctoritatem paulo curioſiores mihi objiciant, prædeceſſoris tui Innocentii III. reſcriptum, ad Abbatem & conventum Sublacenſem, apud Gregorium IX. ubi ait. *Cum abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis adeo ſit annexa regulæ monachali, ut contra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere.* Nam eam difficultatem, qua doctos etiam maxime im-
C pediri video, facile diluemus, ſi vim ſenſumque verborum & Innocentii mentem paulo diligentius accuratiuſque expendamus : quod ut aſſequi poſſimus, animadvertendum eſt, in Africa ſolum concilio Carthaginenſi III. decretum fuiſſe, ut primæ ſedis epiſcopus non appellaretur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus ; ne nomina hæc, quæ honoris maximi præ ſe ferunt notam, inſolentes ſpiritus cientes, animum attollerent & inflarent magis, quam augerent virtutem: nam ut præclare Socrates dixiſſe fertur, quemadmodum utres vento tumeſcunt & ſpiritu ; ſic ſtulti arrogantia & titulis ; quibus ſe nolle florere, ſed moribus, non diſſimili propoſito præclare dixit Gregorius magnus. Hoc autem (ut dixi) in Africa ſolum decretum eſt, in Africa ſola receptum : in Europa autem & Aſia non ſolum me-
D tropolitanos, id eſt archiepiſcopos, ſed epiſcopos (quod inter ſacerdotia ſummus & ſupremus gradus ſit is quem epiſcopi tenent) ſummos ſacerdotes, ſummos pontifices, ſummos antiſtites, & epiſcopatum ſummum ſacerdotium antiquos nuncupaſſe, Romanorum pontificum, conciliorum & ſanctorum patrum auctoritate comprobabo. Anacletus enim, de accuſatione epiſcoporum ſic inquit. *Accuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus carent, fieri debet ; quia dominus ſacri ſui corporis tractatores a vilibus & reprobis ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit ; ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes a templo ejecit : unde liquet, quod ſummi ſacerdotes, id eſt epiſcopi, a Deo ſunt judicandi, non ab humanis aut prava vita hominibus lacerandi.* Et paulo poſt. *Electionem quoque, ſive ejectionem (utrumque legitur) ut ſupra memoratum eſt, ſummorum ſacerdotum ſibi dominus reſervavit : licet*
E *electionem eorum bonis ſacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.* Cornelius papa in epiſtola ad Rufum epiſcopum orientalem. *Sacramentum*, inquit, *hactenus a ſummis ſacerdotibus, vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta minime cognovimus, nec ſponte eos juraſſe reperimus.* Euſebius papa ad epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ. *Manus quoque*, inquit, *impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt : quod aliter perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus, nec tempore apoſtolorum ab aliis quam ipſis apoſtolis legitur, aut ſcitur peractum eſſe : nec ab aliis, quam qui eorum tenent locum, umquam perfici poteſt, aut fieri debet.* Miltiades etiam in epiſtola ad Hiſpaniarum epiſcopos. *De his vero ſuper quibus rogitaſtis vos informari, id eſt utrum majus ſit ſacramentum, manus impoſitionis epiſcoporum, aut baptiſmi : ſcitote utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum majoribus, id eſt, ſummis pontificibus, eſt accommodatum, quod niſi a majoribus perfici non poteſt, ita & majori veneratione venerandum.* Tertullianus differens de baptiſmo. *Supereſt*, ait, *ad concludendam materiolam, de obſervatione quoque dandi & accipiendi baptiſmum commonefacere. Dandi quidem habet jus ſummus ſacerdos, qui eſt epiſcopus : dehinc preſbyteri & diaconi,*

Greg. IX. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu monachorum.
Conc. Carthag. 3. c. 26.
Refertur a Gra. in c. primæ ſedis 99. diſtinctione.
D. Greg. epiſt. ad Eulogium epiſc. Alexandr. lib. 7. indictione. 1. epiſtola. 30.
Anacletus papa in epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ. refertur in c. accuſatio. 2. q. 7.
Cornelius papa in epiſt. 2. ad Rufum, refertur a Gratiano in c. ſacramentum. 2. q. 5.
Euſebius papa in epiſt. 2. ad epiſcopos Thuſciæ & Campaniæ refert Gra. in c. manus quoque. de conſecratione, diſtinctione. 5.
Tertull. lib. de baptiſmo c. 17.

Zofimus papa in epift. 1. ad Hefychium, cap. 3. Innocentius Papa I. in epift. 12. Innoc. I. in epiftola ad Aureliũ epifc. Carthag. Refertur a Grat. in c. miferum. 61. diftinctio.

coni. Zofimus præterea pontifex in epiftola I. ad Hefychium Salonitanum epifcopum, cum ageret de tempore quod fingulis clericorum gradibus erat præfinitum, ficait, poftquam de lectoribus, de exorciftis, de acolytis, de fubdiaconis, de diaconis egerat. *Exinde fuffragantibus ftipendiis per tot gradus, datis propria fidei documentis, prefbyterii facerdotium poterit promereri. De qua loco*, fi eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit, *fummum pontificatum fperare debebit, id eft, epifcopatum.* Innocentius papa I. ad Aurelium de ordinatione epifcoporum. *Quam enim miferum eft*, ait, *eum magiftrum fieri, qui numquam difcipulus fuit, eumque fummum fieri facerdotem, qui numquam in illo gradu obfequutus fuerit facerdoti.* Beatus Leo papa I. ad Anaftafium epifcopum Theffalonicenfem, de epifcoporum electoribus, fic inquit. *Cum ergo de fummi facerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebifque confenfus concorditer poftularit: ita ut fi forte in aliam perfonam partium fe vota diviferint, metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & ftudiis juvatur & meritis; tantum ut nullus invitis & non petentibus ordinetur; ne plebs invita epifcopum non optatum; aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiofa quam convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.* Idem etiam confirmat concilium Taurinatenfe. *Nam cum primo*, inquit, *omnium vir fanctus Proculus Maffilienfis civitatis epifcopus, fe tamquam metropolitanum ecclefiis, quæ in fecunda provincia Narbonenfi pofitæ videbantur, diceret præeffe debere, atque per fe ordinationes in memorata provincia fummorum fieri facerdotum.* Idem conftat ex concilio Agathenfi II. *Si epifcopus*, ait, *metropol·tanus ad comprovinciales epifcopos epiftolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem fummi pontificis, aut ad fynodum invitet, poftpofitis omnibus, excepta gravi infirmitate corporis, ac præceptione regia, ad conftitutam diem adeffe non differant: quod fi defuerint, ficut prifca canonum auctoritas præcepit, ufque ad proximum fynodum a caritate fratrum & ecclefiæ priventur communione.* Ordinationem fummi pontificis, epifcopi ordinationẽ intelligũt patres, nõ pontificis Romani, ut nonnullis placuiffe fcio, Gallos enim epifcopos in civitate Agatha Galliæ Narbonẽfis ad eligẽdum Romanum pontificem conveniffe quis dicat? Quod clarius apparet ex canone VI. ejufdem concilii, in quo cũ de epifcopis ageret. *Pontifices*, inquit, *quibus in fummo facerdotio conftitutis, ab extraneis dumtaxat aliquid, aut cum ecclefia, aut fequeftratim dimittitur, aut donatur.* Ex concilio apud fanctum Medardum Hincmarus archiepifcopus Rhemenfis de auctoritate inftrumentorum hæc refert. *Legum*, inquit, *ecclefiafticarum confuetudo & auctoritas talis eft, ut in caufis geftorum femper fcripturam requirant, adeo ut qui ad facrum fontem accedit, fuum dare nomen præcipiatur; qui ad fummum facerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur.* Item concilium Aquifgranenfe fub Ludovico Pio. *Summos itaque facerdotes inexcufabiliter noffe oportet, ut ex veteris novique teftamenti fcriptis, quæ vera funt, falutique omnium proficua, proferre docte fciant.* Concilium Aurelianenfe primum fub Clodoveo. *Cum auctore Deo*, ait, *in Aurelianenfi urbe fuiffet concilium fummorum antiftitum congregatum.* Concilium Barcinonenfe, fub Reccaredo rege, canon. III. *Nulli*, inquit, *deinceps laicorum liceat ad ecclefiafticos ordines, prætermiffo canonum præfixo tempore, aut per facra regalia, aut per confenfionem cleri, vel plebis, vel per electionem affenfionemque pontificum, ad fummum facerdotium afpirare, ac provehi: fed cum per canonum confcripta tempora, ecclefiafticos per ordinem fpeciali opere defudando, probata vita adminiculo comitante, confcenderit gradus, ad fummum facerdotium, fi dignitati vita refponderit, auctore domino provehatur.* Concilium Toletanum fub Gundemaro in honorem ecclefiæ Toletanæ. *Ne quis ultra*, inquit, *comprovincialium facerdotum inani ac perverfa contentione obnitatur hujus facrofanctæ ecclefiæ Toletanæ primatum contemnere, neque pervicaci fchifmatum ftudio ad fummos facerdotalium infularum ordines, remota hujus fedis poteftate, a nobis quempiam, ficut hactenus factum eft, provehere.* Concilium Toletanum VI. in principio. *Convenientibus nobis Hifpaniarum, Galliæque pontificibus fummis.* Concilium Hifpalenfe II. cum de multis ageret quæ epifcopis folum licebant, non autem presbyteris, vel chorepifcopis, hæc addidit. *Quia pontificatus apicem non habent, quem folis deberi epifcopis auctoritate canonum præcipitur; ut per hoc & difcretio graduum, & dignitatis faftigium fummi pontificis demonftretur.* Concilium Toletanum IX. Summos etiam facerdotes epifcopos nuncupat. Si fanctos patres adeamus, occurrent multi. Ambrofius agens de baptifmo & de lotione pedum baptizandorum: fic inquit. *Afcendifti de fonte, quid fecutum eft? audifti lectionem, fuccinctus eft fummus facerdos: licet enim & presbyteri fecerint, tamen exordium minifterii a fummo eft facerdote. Succinctus, inquam, fummus facerdos pedes tibi lavit.* Et in epiftola ad Theodofium imp. cum loqueretur de Valentiniano Augufto jam mortuo, qui derelictis ecclefiæ Galliarum epifcopis ab eo facramento baptifmatis tingui voluit, fic ait. *Quin etiam illis ipfis publici doloris diebus cum fanctos & fummos facerdotes domini intra Gallias haberet, ut a me tamen facramentis baptifmatis initiaretur, refcribendum arbitratus eft.* Divus etiam Hieronymus cum de epifcopis & eorum auctoritate in baptifmo & confirmatione differeret. *Ecclefia*, ait, *falus in fummi facerdotis dignitate pendet: cui fi non exors quædam & ab omnibus eminens detur poteftas, tot in ecclefiis efficientur fchifmata, quot facerdotes.* D. Ifidorus cum de epifcopis multa doceret, *Pontifex*, inquit, *princeps facerdotum eft, quafi via fequentium; ipfe & fummus facerdos, ipfe & pontifex maximus nuncupatur, ipfe enim efficit facerdotes atque levitas, ipfe omnes ordines ecclefiafticos difponit; ipfe quid unufquifque facere debeat, oftendit.* Hildebertus epifcopus Cenomanenfis, eodem nomine vocat epifcopos & Alcuinus de divinis officiis, & Gratianus fummos facerdotes pro epifcopis ufurpavit. Hoc autem nomen, ficut nomen papæ, quod omnibus etiam epifcopis olim tribuebatur, foli tibi pontifici Romano, quod in omnes Chriftiani orbis epifcopos fupremam pontificii habeas jurifdictionem, diuturno jam juftiffimoque ecclefiæ ufu refervatum eft: etfi de nomine papæ fciam quod fcripfit Onufrius, poft Photium videlicet patriarcham Conftantinopolitanum, conventum effe inter Romanum & Conftantinopolitanum, ut folus Romanus pontifex nomen papæ, quod omnium vocabulorum epifcopalium excellentius effe ftatutum eft, retineret; cum antea omnibus epifcopis effet commune: de nomine autem, fummus pontifex, id factum aut conventum non legimus; antiqua tamen confuetudine, quæ pro lege fufcipienda & obfervanda eft, folis Romanis pontificibus merito tribui receptum videmus.

D. Leo PP. I. in epift. 84. ad Anaftafium, c. 5.

Concil. Taurinat. c. 1.

Concil. Agath. II. c. 35.

Concilium apud fanctum Medardum apud Grat. in c. legum 2. q. 1.

Concil. Aquifgran. fub Ludovico pio, de fciẽtia & doctrina epifcoporum c. 2. Concil. Aurelianen. 1. fub Clodoveo.

Concil. Hifpalenfe can. 7.

Concil Tolet. IX. can. fin. Ambr. lib. 1. de facram. c. 1.

Idem epift. 14. ad Theodof. imp.

D. Hieron. in dial. adverf. Luciferian.

D. Ifidor. lib. 7 etymolog. can. 12.

Hildebert. epifc. Cenoman. epift. 81.

Alcuin. de divin. offi. cap. de fingul. veftib.

Grat. cap. presbyterorum. §. fed hoc intelligendum. 56. dift.

Onufrius ad Platinam in vita Bonifacii III.

Illud quoque obfervaffe confentaneum cenfeo, monachos olim & monafteria, nifi quæ fpeciali Romanæ tuæ fedis privilegiis eximebantur, in poteftate fuiffe epifcoporum. Concilium Calchedonenfe. *Quidam monachorum*, ait, *habitu utentes indifferenter, per civitates incedunt, nec non & monafteria, & fe ipfos præfumptione propria commendant. Placuit igitur, neminem aut ædificare, aut conftruere monafteria, aut oratorii domum, fine confcientia ipfius civitatis epifcopi.* Item can. IIX. *Clerici in parochiis, monafteriis, aut martyriis conftituti, fub poteftate fint ejus, qui in ea civitate eft epifcopus, fecundum traditionem fanctorum p·trum, neque per præfumptionem recedant a fuo epifcopo. Eos vero qui aufi fuerint refcindere hujufmodi inftitutionem quocumque modo, vel fi noluerint fubjacere proprio epifcopo; fi quidem fuerint clerici, fecundum perfonarum ordinationem fubjaceant condemnationibus canonum: fi vero laici, vel monachi fuerint, communione priventur. Item clerici qui pauperum difpofitioni, vel monafteriorum, vel martyriorum præfunt, fub poteftate fingularum civitatum epifcoporum fecundum canonum traditionem perdurent, ne per fuam temeritatem epifcopi fui moderationem declinent. Qui autem hujufmodi difpofitionem quolibet modo fubvertere aufi fuerint, & epifcopo fuo non obedierint, fi quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi fubjaceant: fi autem monachi vel laici funt, a communione fufpendantur.* Aurelianenfe concilium. *Abbates pro humilitate religionis, in epifcoporum poteftate confiftant; & fi quid extra regulam fecerint, ab epifcopis corrigantur: qui femel in anno in loco ubi epifcopus elegerit, accepta vocatione conveniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia & devotione fubjaceant, Quod fi quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præfumpferit, omnia quæ acquifierit, ab abbatibus auferantur, fecundum regulam monafterio profutura. Ipfi autem qui fuerint pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio epifcopi tamquam fugaces fub cuftodia revocentur, & reum fe ille abbas futurum effe cognofcat, qui in hujufmodi perfonas non regulariter animadvertat, vel qui monachum fufceperit alienum.* Concilium apud Palatium Vernis. *Ut unufquifque*, ait, *epifcoporum poteftatem habeat in fua parochia, tam de clericis, quam de regularibus, vel fecularibus, ad corrigendum & emendandum fecundum ordinem canonicum fpiritualem, ut fic vivant, qualiter Deo placere poffint.* Et can. V. *Ut monafteria tam virorum, quam puellarum fecundum ordinem regulariter vivant; & fi hoc facere contempferint, epifcopus in cujus parochia effe videntur, hoc emendare debeat: quod fi non potuerit hoc emendare, illi quem metropolitanum*

Concil. Calched. can. 4. apud. Grat. cap. quidam. 18. q. 2.

Concil. Aurelian. can. 21 apud Gratian. cap. abbates. 18. q. 2.

Concil. apud palatium Vernis, can. 3.

politanum constituimus, hac innotescat, & ipse hoc emendari faciat. Quare monachus nullus effici poterat, ni impetrata prius ab episcopo facultate, decreto concilii Nicæni. *Si quis laicus*, inquit, *fieri monachus voluerit, sine licentia episcopi, qui illius monasterii potestatem habet, movendus est ille statu suo, in quo est, & non est recipiendus in religione. Hoc autem idcirco statuimus, ne ullus causam habeat relinquendi uxorem, aut filios, aut matrem, aut similes, qui auxilio ejus opus habent.* Quare quemadmodum recipi non poterat sine consensu episcopi, sic nec de monasterio ejici sine ejusdem episcopi consultatione, aut ejus vicarii, decreto concilii Meldensis. Quod adeo stricte observabatur, ut sine commendatitiis epistolis episcopi, vagandi licentiam non haberent. Concilium Agathense. *Clericus*, ait, *sine commendatitiis episcopi sui licentia non pateat divagandi. In monachis quoque præsentis sententia forma servetur: quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coerceri.* Arnulphus Lexoviensis episcopus abbatem Grustemensem coarguit in epistola ad eumdem, quod sine sui episcopi licentia aliquot menses absens fuerit a monasterio, eique præcipit in virtute obedientiæ (sic loquitur) ut infra Kalendas Augusti ad monasterium reverteretur: cui præcepto cum non obtemperasset, alia epistola ad eumdem jubet iterum, ut remota omni occasione, intra viginti dies redeat; alioquin ex ea die, & officio altaris, & omnium ecclesiarum introitu suspendit: quod concilio Aurelianensi III. decretum est. *Abbates qui episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepta deponant.* Præpositos monialium (quos nunc vicarios vocant) non ab abbatibus, sed ab episcopis eligi, concilio Carthaginensi IV. cautum est. Hujus autem episcopalis obedientiæ jugum tempore Innocentii durasse, ex ejusdem Innocentii decretali epistola perspicue apparet: & ex eodem concilio Lateranensi. Cum enim apostolica auctoritate visitatores creari juberet, ut ejus vice monasteria monachorum & monialium visitarent, statim hæc subjungit. *Porro diœcesani episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformari, ut cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant, quod commendatione, quam quod correctione sit dignum; attentissime præcaventes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur; quia sic volumus superiorum jura servari, ut inferiorum nolimus injurias sustinere.* Cum ergo episcopi summi pontifices, & summi sacerdotes vocarentur, & monasteria Innocentii tempore sub episcoporum essent potestate, non incommode (ut opinor) intelligendum consequitur, quod hic ab Innocentio dicitur, summum pontificem, id est episcopum, non posse licentiam indulgere monacho, ut contra votum castitatis faceret, vel paupertatis.

oncil. Nicæn. an. 14. apud Alphonsum Pisanum lib. 3. de ...tis concil. Nicæni.

oncil. Meldens. an. 19.

oncil. Agathen. can. 38.

Arnulphus epis. Lexoviensis in epist. ab abbatem Grustemensem, quæ refertur ...l. 97.

oncil. Aurel. II. can. 22.

oncil. Carthag. V. can. 97. apud Gratian. c. qui religiosis 18. q. 2. Innoc. cap. cum dilectus pen de religios. dom. & concil. Lateran. can. 12.

Hoc autem ideo episcopis non licere dixit, nedum abbatibus, sumpto argumento a majori (ut vocant) ad minus; quia abbates quosdam tunc adeo elatos fuisse constat, ut quæ episcopalis erant jurisdictionis, sibi non vererentur usurpare. Quod querelis episcoporum de omnibus mundi partibus sibi perlatum (sic loquitur) idem Innocentius III. affirmat in concilio Lateranensi. *Accedentibus*, inquit, *ad nos de diversis mundi partibus episcoporum querelis, intelleximus, graves & grandes quorumdam abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea quæ sunt episcopalis dignitatis extendunt; de causis matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum literas, & similia præsumendo: unde contingit interdum, quod vilescat episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur his, & episcoporum dignitati, & abbatum providere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum evitare; nisi forte quisquam eorum ex speciali concessione, vel alia legitima causa super hujusmodi valeat se tueri.* Quæ etiam antiquorum episcoporum querela fuit, ut Paschalis II. scribit ad Victorem Bononiensem episcopum. Ut convinceret ergo fortiori argumento Innocentius abbatem Sublacensem in cujus vitam & mores ipse paulo ante præsens inquisierat, ut constat ex principio epistolæ: *Cum ad monasterium Sublacense personaliter venissemus, & infra.* Et ad quem epistola missa est, tacite docet, quod quamvis ille auctoritatem haberet pontificis, seu episcopi (ut tunc abbates quidam prætendebant) non poterat tamen licentiam indulgere monacho, ut contra votum paupertatis faceret, sicut nec contra castitatis, cum hoc sedi tuæ apostolicæ reservatum, potuisset debuissetque agnoscere.

oncil. Lateran. can. 60 & de excessib. prælator. cap. accedentibus. 2.

Paschalis II. in cap. pervenit. 16. q. 1.

A Quod si ea verba sic alius interpretetur, ut dicat Innocentium PP. solum decrevisse, abbatem Sublacensem, quinimo & pontifices maximos non posse proprietatem bonorum cum paupertate & rerum abdicatione, continentiam cum matrimonii usu in ipsis monachis una & simul conjungere, tamquam summe inter se pugnantia, rem sane dixerit epistolæ non repugnantem: quia abbatem Sublacensem nimis suis indulsisse in habenda proprietate bonorum, ex ipsius Innocentii ad eum epistola colligitur. Quod emendari in posterum Innocentius voluit, non tamen negavit, posse Romanum pontificem indulgere, ut abdicatis monachatus regulis, matrimonio & proprietate bonorum possit quis uti frui: ut ipsum & alios necessaria oborta causa, concessisse sæpius, variis antiquorum annalium monumentis compertum habemus. Et ut externa omittamus, domesticum se nobis offert & illustre ad omnem posteritatem Ranimiri II. Aragonum regis exemplum, quem ab B ineunte ætate in sanctissimi Benedicti familia educatum, in Tomariensi illustri ejus cœnobio institutum, voti publici religione adstrictum, sacro presbyterii ordine insignitum, & per omnes honorum gradus ab abbatiæ S. Facundi dignitatem primum, ad Burgensis deinde episcopatus, post ad Pampilonensis, ac tandem Rotensis, seu Balbastrensis culmen evectum, Alfonso fratre sine liberis defuncto, regni optimates summa comitiorum consensione reipublicæ gubernaculis præfecerunt, certissimo persuasi, cum non magis debita regni successione, quam ornamentis clarissimarum virtutum (quas ex Benedictinæ familiæ schola hauserat) nobilissimum: civium salutem, regni tranquillitatem, religionis fideique splendorem singulari sua prudentia & sanctitate conservaturum. Cumque tantæ felicitatis heredes exoptassent, ab Innocentio II. vel, ut perhibent alii, ab Anacleto II. impetrarunt, ut Agnetem, vel C Mathildem, sive Urracam, Aquitaniæ ducis & Pictonum comitis filiam, optimam & lectissimam fœminam sibi uxorem adjungeret: ex qua cum Petronillam filiam unicam sustulisset, susceptæ administrationis gubernacula Christiani otii cupidissimus deposuit. Ne tamen publica commoda privata tranquillitas detereret, singulari ipse sapientia, totius regni consensu clavum reip. Berengario comiti Barcinonensi, pacto Petronillæ sponso tradidit, & dum purpuram pro atra attritaque veste amplitudinem pro angusta cellula, majestatem imperii pro strictissima obedientia commutasset, clarior multo feliciorque deposito regno, quam Berengarius evasit suscepto. Hæc Benedictinorum monachorum prudentia, hæc integritas, hæc probitas, & vitæ sanctitas, quos regios & pontificios honores fugientes illos sponte honores ipsi, Dei potius quam hominum providentia consequuti sunt. In concilio enim Iaccensi episcoporum omnium decreto sancitum est, ut Arago-D nenses episcopi ex hujus sacræ solum religionis alumnis, & ex cœnobio S. Ioannis de Pinna ejusdem instituti eligerentur: cui cum Ranimirus rex I. & assentiretur & subscriberet, ad finem hæc addidit. *Quicumque futurorum regum successorum nostrorum transgredientes & deviantes ab hoc regali simul & pontificali decreto, temptaverint dissolvere hanc scripturam, in præsenti sæculo omnipotens Deus, qui est justus judex & regum rex, dissolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum, detque illud se diligentibus & timentibus, & nostra decreta servantibus: & in futuro separati consortio omnium Christianorum, interpellante pro eis beato Ioanne Baptista, cum omnibus sanctis, participentur in societate cum Dathan, & Abiron, & Iuda traditore in inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendii sine fine per æterna sæcula. Amen.* Data est sententia VII. Kal. Iulii. Ær. ∞ LXII.

Hieron. Blanca in commentariis rerum Aragoniensium in vita Ranimiri II.

In CC MS. cœnobii sancti Ioannis de Pinna integrum exstat concilium, & refertur a Hieronymo Blanca in vita Ranimiri I.

E *Canon XIV.* Vulgatus.

De virginibus secularibus si mœchatæ fuerint.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violaverunt, acceperint & invenerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt: vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sint, placuit, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

Canon

Canon XIV. *Emendatus.*

De virginibus secularibus si mœchatæ fuerint.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violaverint, acceperint & invenerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post unius anni pœnitentiam reconciliari debebunt: vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sint, placuit, per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

RABANUS Maurus in suo pœnitentium lib. c. 4. totidem verbis canonem refert. Burchardus vero lib. 9. decretorum. cap. 14. paulo diversis, quintum hujus concilii esse asserens, cum sit decimus quartus. *Virgines*, ait, *quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violaverint, maritos acceperint, eo quod solas nuptias violaverint, post pœnitentiam unius anni reconcilientur: si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sunt, quinquennio pœniteant, & sic ad communionem accedant.* Ivo. p. 8. c. 251. iisdem verbis: quæ lectio ut verior communi, magis placet.

Quæ ei fœminæ pœnitentia imponenda, quæ post stuprum, vel nupsit, vel non nupsit.
Cap. XXXI.

Leo & Anthemius in novella de bonis vacantibus tit. 3. apud Petrum Pithæū.

SAPIENTIS esse, non tantum præsentibus malis mederi, sed & providere futuris, Leo & Anthemius docent. Et hinc legislatores magis sunt solliciti, ut peccantes emendentur in posterum, quam ut ob commissa puniantur. Ne virgines ergo semel lapsæ, castitatis & pudicitiæ laxatis frænis, in deteriora (ut fieri solet) laberentur, placuit Hispanis patribus, ut tam ipsæ, quam earum solicitatores & corruptores, damna quæ stupro intulerant & fornicatione, castitate & pudicitia conjugali inito matrimonio, post pœnitentiam unius anni resarcirent. Simile est quod iidem patres inferius statuerunt; nam quod hic in virgines, illic in viduas decreverunt, pari vel eadem prorsus castitatis & pudicitiæ consideratione. *Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit eam communioni reconciliari; si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem: vel si fuerit ille fidelis quem acceperit, non accipiat, nisi post decem annos acta legitima pœnitentia; nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.* Non est etiam dissimile, quod iidem statuerunt: nam tametsi mœchiæ crimen perpetua excommunicatione puniendum decrevissent, si tamen adolescentes matrimonium contraherent, remitti, aut leniri pœnam voluerunt ut eos a turpitudine vitæ ad honestatem conjugii revocarent.

Illiberritani patres infra can. 72.

Iidem can. 31.

Eo quod solas nuptias violaverint.

VIRGINES quæ stupro consentiunt, quia solum jus nuptiarum violant, si cum iisdem matrimonium celebrent, pœnitentia unius anni solum castigandæ sunt: ideo autem nuptias solas violasse dicuntur; quod in peccatum carnis prolapsæ fuerint, antequam jus nuptiarum perfecissent; solum enim nuptiis initis concubitum licere & ipsa natura, & multis ecclesiæ constitutionibus cavetur.

Post annum sine pœnitentia reconciliare debebunt.

Pœnitentes reconciliari debuisse, nec potuisse connubiis copulari: explicatus canon XII. concilii Romani, sub Sylvestro.
Cap. XXXI.

UT difficile est emundari posse, qui sordidus non est, &, absolvi qui non peccavit, sic & reconciliari qui in pœnitentiæ statu non fuit. Reconciliabantur olim pœnitentes, cum semel expulsi, vel ad ecclesiæ, vel ad sacramentorum & fidelium communionem restituebantur: quare vulgatam hujus canonis lectionem sine pœnitentia non probo; sed eam quam retinent Burchardus & Ivo. Post pœnitentiam unius anni reconcilientur: pœnitentia unius enim anni stupri admissi sordes eluebantur, matrimonio tamen cum eo qui stuprum intulerat, jam contracto. Hoc autem anno, si matrimonium jam rite, ut vocant, & recte non celebrassent & consummassent, nec celebrare, nec consummare denuo poterant, obstante pœnitentiæ lege: pœnitentibus enim matrimonium interdictum Nicolaus papa ad Rodulphum Bituricensem archiepiscopum docet, concilium Toletanum VI. & Arelatense II. Ut hinc intelligamus canonem XII. concilii Romani sub Sylvestro, quem fecisse negotium etiam doctis aliquando scio, dum ait. *Nemo enim det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum petenti, baptismum enim omnibus date.* Non enim agit concilium, de pœnitentia, ut ecclesiæ est sacramentum, sed de publica pœnitentia, ut pœna erat ad correctionem delictorum publicorum, & exemplum fidelium, ab ecclesia instituta; ea enim afficiendos homines, nisi quadraginta essent annorum, prohibet; ne juvenes a concubitu ductarum, vel ducendarum uxorum (ut pœnitentiæ lex postulabat) prohibiti, laberentur in deteriora. Eo respexit concilium Aurelianense III. dum juvenibus pœnitentiam dandam inhibuit; de publica enim id intelligendum est, quæ non solum personis liberis & conjugii lege solutis, sed & matrimonio conjunctis interdicta erat ob continentiæ legem, si jam provectioris non essent ætatis; ne a carnalibus desideriis deliciisque distracti, aliis forsan gravioribus implicarentur, ut in eodem concilio Aurelianensi constitutum est.

Nicolaus PP. I. epist. ad Rodulphum Bituricen. archiepisc. apud Gratian. in c. interfectores. 22. q. 2.

Concil. Tolet. VI can. 8.

Concil. Arelat. II. can. 21.

Explicatur Concilii Romani, sub Sylvestro, canon 12.

Concil. Aurel. 3. can. 3. c. 19.

Ibidem d. can. 19.

Reconciliari debebunt.

RECONCILIATIONEM pœnitentium (de quorum statu, conditione & legibus uberior tractatio in conciliis Toletanis habenda est) per manus impositionem factam, & sanctæ communionis, sive eucharistiæ concessam perceptionem, a qua antea semoti erant, multi canones probant. Antiquæ harum pœnitentiarum leges jam in usu esse desierunt: quædam tantum vestigia exstant in punitione eorum delictorum, quæ sanctissimo violatæ religionis senatui reservata sunt.

Concil. Carthag. IV can. 76. & 78. Arausican. I. c. 3. Leo PP. I. epist. 89. Felix PP. III. epist. 1. c. 4.

Vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sunt, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

SI virgines, præter illos, quorum stupro consenserunt, & cum quibus matrimonium inire debebant, ab aliis se agnosci patiantur, quia jam nullo futuræ honestatis prætextu a turpitudine excusari possunt, quinquennii pœnitentia afficiantur. Priorem hujus canonis partem Eusebio PP. tribuit D. Ivo ad Walterium scribens episcopum Meldensem, quæ citatio huic concilio restituenda est.

D. Ivo. epist. 16.

Canon XV. Vulgatus.

De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio resolvatur animæ.

Canon XV. *Emendatus.*

De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio resolvatur animæ.

Gentilium connubia prohibita, & ecclesiæ decretis irrita, lege tamen civili capitis pœna contrahentibus non indicta: explicata in eam rem Valenti. & Valentiniani constitutione. Cap. XXXIII.

DIVUS Paulus nec spiritu nec humana sapientia, sed divinæ gratiæ luce & scientiæ illustratus Chorinthios salutaribus præceptis connubialibus instruens, nos

[Corin. 7. / Tertull. lib. 1. ad uxor. c. 2. / Hieron. lib. 1. contra Iovinian. / 2. Corin. 6.]

nos in domino nubere debere monet, id est, in nomine domini, quod est indubitate Christianis, ut exponit Tertullianus ad uxorem, & post illum Hieronymus. Idem repetit Paulus in II. ad eosdem Corinthios. *Nolite*, inquit, *jugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio illorum, & separamini, dicit dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit dominus omnipotens.* Incommoda autem & pericula corporis & animæ, quæ ex his nuptiis redundant, a nemine uberius & gravius exprimuntur, quam ab eodem Tertulliano, ideo illius verbis malo, quam meis illa recitare.

B

[Tertull. lib. 2. ad uxor. cap. 3.]

Recenseamus, inquit, *tunc cetera pericula & vulnera, ut dixi, fidei ab apostolo provisa, non carnis tantum, verum etiam ipsius spiritus, molestissima. Quis enim dubitet obliterari quotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ: quanto magis conjunctus & individuus usus.* [1. Cor. 15.] *Quævis mulier fidelis dominum observet necesse est. Et quomodo potest duobus dominis deservire, domino, & marito,* [Matth. 6.] *adde Gentili, Gentilem enim observando, gentilia exhibebit, formam, exstructionem, munditias seculares, blanditias turpiores, ipsa etiam matrimonii secreta maculosa: non ut penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei modeste & moderate transiguntur. Sed viderit qualiter viro officia pendat. Domino certe non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli servum, procuratorem domini sui, ad impedienda fidelium studia, & officia. Vt si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas: si jejunia observanda sunt, maritus eadem die convivium exerceat: si procedendum erit, numquam magis familiæ occupatio adveniat. Quis enim sinat conjugem suam visitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, a latere suo eximi libenter feret? Quis denique solemnibus paschæ abnoctantem securus sustinebit? Quis ad convivium dominicum illud, quod infamant, sine sua suspicione dimittet? Quis in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare patietur? Iam vero, alicui fratrum ad osculum convenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo invadere, desiderare, in mente habere? si & peregre frater adveniat, quod in aliena domo hospitium? si cui largiendum erit, horreum, proma præclusa sunt. Sed aliqui sustinent nostra, nec obstrepunt. Hoc est igitur delictum, quod Gentiles nostra noverunt? quod sub conscientia istorum sumus: quod beneficium eorum est, si quod operamur. Non potest se dicere nescire qui sustinet: aut si celatur, quia non sustinet, timetur. Cum autem scriptura utrumque mandet,* [Matth. 5. / 1. Cor. 9.] *& sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operam domino: nihil interest in qua parte delinquas, aut in conscientia mariti, si sit ut patiens: aut in conflictatione tui, dum vitatur impatiens. Nolite*, inquit, *margarita vestra porcis jactare, ne conculcent ea, & conversi nos quoque enarrant.* [Matth. 7.] *Margarita vestra sunt, quotidianæ conversationis insignia. Quanto curaveris ea occultare, tanto suspectiora feceris, & magis cavenda gentili curiositati. Latebis ne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum flatu expuis, cum etiam pernoctem exurgis oratum, & non magiæ aliquid videberis operari? Non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes? Et si sciverit, panem non illum credit esse qui dicitur. Et hæc ignorans quisque, rationem simpliciter sustinebit, sine gemitu, sine suspicione panis, an veneni? Sustinent quidem, sed ut inculcent, ut inludant hujusmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt servent, si forte lædantur, ipsi sustinent: quarum dotes, objectione nominis, mercedem silentii faciant, scilicet apud arbitrum spiculatorem litigaturi. Quod pleræque non providentes, aut re excruciata, aut fide perdita recensuerunt. Moratur Dei ancilla cum laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum, omnibus solemnibus regum, incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur. Et procedit de janua laureata, & lucernata, ut de novo consistorio libidinum publicarum. Discumbit cum marito in sodalitiis, sæpe in popinis. Et ministralit nonnumquam iniquis, solita quondam sanctis ministrare. Et non hinc præjudicium damnationis suæ*

A

adcognoscet? Eos observabit, quos erat judicatura? De cujus manu desiderabit? De cujus poculo participabit? Quid maritus suus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat sane, audiat aliquid de Dei cœna, de taberna, de gehenna. Quæ Dei mentio? quæ Christi invocatio? Vbi fomenta fidei de scripturarum interlectione? Vbi spiritus refrigerium? ubi divina benedictio? omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata, adterenda saluti a malo immissa. Hæc si eis quoque evenire possint, quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ morantur, tamen excusantur, ut in ipsis deprehensæ a Deo, & jubentur perseverare, & sanctificantur, & spem lucrationis accipiunt. Si ergo ratum est apud Deum matrimonium hujusmodi, cur non prospere cedat, ut & a pressuris, & angustiis & impedimentis, & inquinamentis non ita lacessatur, jam habens ex parte divinæ gratiæ patrocinium? nam & ad

B

aliquam virtutem cælestem documentis dignationis alicujus vocata, terrori est Gentili, quominus sibi obstrepat, minus sciat, minus speculetur. Sensit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorem factum; sic & ipse candidatus est timoris. Ita facilius hujusmodi lucrifiunt, in quos Dei gratia consuetudinem fecit. Ceterum aliud est, ultro & sponte in prohibita descendere. Quæ domino non placent utique dominum offendunt, utique malo se inferunt. [1. Co. 7.] *Hoc signi erit ut solis quod solis petitoribus placet nomen Christianum. Ideo inveniuntur qui tales non exhorreant, ut exterminent, ut arripiant, ut a fide excludant. Habes causam, qua non dubites, nullum hujusmodi matrimonium prospere decurri: a malo conciliatur, a domino vero damnatur.* Quare ut turpe illud reprehendunt Cyprianus, divus Ambrosius, divus Hieronymus contra Iovinianum. Concilium Arelatense I. De puellis fidelibus (ait) *Quæ Gentilibus junguntur, placuit, ut aliquanto tempore a communione separentur.*

[Cyprian. lib. de laps. c. 2. / Ambr. epist. 70. ad Vigilium & lib. 1. de patriarcha Abraham c. 9. / Hieron. contra Iovinian. Concil. Arelat. 1. c. 11.]

C

Idem decretum in Nicæno constat. *Vt Christiani*, ait, *uxorem ducant ex quacumque generatione, modo ad fidem veniant; sed non debent Christiani dare filias suas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum pervertantur: & fiant vel Iudææ, vel Gentiles propter infirmitatem: & qui non paruerit, a synodo excommunicatur.* Cum autem hoc generaliter non possent prohibere in Africa, ob multitudinem Gentilium, præceptum est, saltem filiis episcoporum & presbyterorum. Concilium Carthaginense III. *Item placuit ut filius vel filia episcoporum, vel quorumlibet clericorum, Gentilibus vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non jungantur.* Idem decrevit concilium Calchedonense.

[Concil. Nicænum cano. 53. apud Alphonsum Pisanum lib. 3. de actis concilii Nicæni. / Concil. Carthag. III. c. 12. / Concil. Calchedon. c. 12.]

Sed an hæc matrimonia si contrahantur, irrita sint & nulla, scholastici doctores solent disquirere; ac tandem in eam sententiam veniunt, perpetuo ecclesiæ usu & traditione ea irrita facta & nulla. Sed præter traditionem, an legem etiam scriptam possi-

D

mus adjicere, videamus. In concilio enim Nicæno decretum reperio, ut mulier quæ infideli nupserit, illum derelinquat, & pro matrimonio contracto peragat pœnitentiam. *Quicumque duas mulieres in matrimonium acceperit*, inquit, *ipse cum secunda excommunicetur, & quæcumque mulier fidelis viro infideli nupserit, ipsa quoque ex ecclesia ejiciatur: quæ si pœnitentiam egerit maleficii, & eum virum quem habere non poterat, id est, infidelem dimiserit, non est recipienda, nisi eo modo quo recipitur qui post quam fidem negavit, ad fidem revertitur, debetque ipsa infidelem relinquere. Erit autem pœnitentia ejus, ferre cilicium, & dormire super cinerem, & jejunare quantum sibi conveniat: & tunc licebit cum fidelibus conversari, & communionem sacram accipere: & quicumque contradixerit, a synodo excommunicatur.*

[Conci. Nicæn. can. 67 eorum quos ex Arabico transtulit Alfonsus Pisanus lib. 3. de actis concilii Nicæni.]

At etsi in foro ecclesiæ ita se res habeat: in foro civili imperatorum legem exstare ait Covarru-

E

vias ab impp. Valentin. & Valente ad Theodosium magistrum equitum, qua sub pœna capitali hæc matrimonia prohibentur. Sic enim imperatores scripserunt. *Nulli provincialium, cujuscumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore conjugium, nec ulli gentilium provincialis fœmina copuletur. Quod si quæ inter provinciales atque gentiles affinitates ex hujusmodi nuptiis exstiterint, quod in his susceptum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. Datum V. Kal. Iun. Valent. & Valente, A A. Coss.* Legem autem hanc sive imperatorum edictum ideo recitaverim, ut ostenderem minus veram eorum opinionem videri, qui eam ex illo sententiam eliciunt, nec satis apte imperatorum menti consilioque accommodari: cum illi eo respexerint, ne Romani cum exteris, neve exteri cum Romanis nuptias inirent: quod ad conservandam

[Covarr. in 4. 2. p. c. 6 § 11. nu. 1. / Impp. Valent. & Valens in l. unic. de nuptiis Gentil. C. Theodos.]

Romani ſanguinis dignitatem, antiquum eſt ejus reipublicæ inſtitutum, ut teſtatur Vlpianus. *Connubium*, inquit, *habent cives Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis ita ſi conceſſum ſit.* Cajus. *Legitimæ nuptiæ ſunt, ſi Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel conſenſu, ducat uxorem* Cicero. *Si mulier cum fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem, non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet.* Vbi Boethius. *Filii*, inquit, *non jure ſuſcepti, in patrum non erant poteſtate, ſed matres potius ſequebantur. Non autem omnibus connubium erat cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contractæ, quæ non, aut inter civem Romanum, civemque Romanam, inibantur.* Seneca. *Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum extraneo connubium, eadem me res defendit, quæ vetat.* Hinc licet intelligi Vlpiani rationem, dum docet filios poſt deportationem ſuſceptos, quaſi ab alio ſuſceptos videri: cum enim per deportationem quis civis Romanus eſſe deſineret, fieretque peregrinus. *Qui deportantur*, inquit Ælius Antoninus, *ſi heredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt.* Nec matrimonium niſi inter cives conſtaret, ſed diſſolveretur per deportationem ut ſcripſit Paulus, ideo Vlpianus ait, poſt deportationem, natos, quaſi ex alio conceptos videri; quia vere filii non erant jure Romanorum, eorum qui eſſent deportati, amiſſis per deportationem omnibus civitatis Romanę privilegiis, extinctoque ſimul jure connubii. Nec ſolum connubia cum exteris & peregrinæ conditionis hominibus denegabant Romani, ſed & ipſa nomina civium Gentilitia: quod Claudio acceptum refert Suetonius.

Vlpian. in fragmen. tit 5. c. 5. Cajus inſtit. tit. 4.
Cicero in topicis.
Boethius in topic. Cicer.
Seneca lib. 4. de beneficiis c 35.
Vlpian l. ex facto 17 §. ex facto ad Trebell.
Ælius Antoni. in l 1. C. de hæred. inſt.
Paul. l. ſi quis ſic ſtipuletur 57. ſoluto matrim.
Sueto. in Claudio.

Canon XVI. * Vulgatus.

De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur.

Hæreticis qui errant ab eccleſia catholica, ne ipſis catholicas dandas puellas; ſed neque Iudæis neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli: ſi contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.

Canon XVI. *Emendatus.*

De puellis fidelibus, ne infidelibus conjungantur.

Hæreticis ſi ſe transferre noluerint ad eccleſiam catholicam, ne ipſis catholicas dandas puellas; ſed neque Iudæis, neque ſchiſmaticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocietas fidelis cum infideli: ſi contra interdictum fecerint parentes, abſtinere per quinquennium placet.

HAERETICORVM connubia bis interdixiſſe in eodem canone patres omnis brevitatis ſtudioſos, vix eſt ut credam. In vetuſto C. MS. Hæreticis qui errant ab eccleſia catholica. Sed legendum puto ſchiſmaticis: cum ut omnis ſpecies infidelitatis comprehendatur: tum quia Africani patres cum hujus concilii decretum renovaſſent in concilio Carthaginenſi III. can. XII. hæc eadem connubia cum ſchiſmaticis, hæreticis, vel infidelibus, clericorum filiis interdixerunt, ut dicemus poſtea. Sed quid ſi pro nomine catholicas, catholicis legendum ſit hoc ſenſu, ut hæreticis admonitis, ſi ſe transferre ad eccleſiam noluerint, in pœnam pertinaciæ nec poſtea catholicis converſis dandas catholicas puellas. Non temere id affirmavero.

De hæreticorum, ſchiſmaticorum & Iudæorum connubiis. Cap. XXXIV.

QVANTA ſint, quam pernicioſa & ſchiſmatis & hæreſeos crimina, quorum altero fides interit, qua Deum & ſalutis conſequendæ rationem cognovimus; altero caritas extinguitur, qua Chriſto, ejuſque corpori (quod eſt eccleſia) conjungimur; ſapienter & pie multis hujus concilii decretis Hiſpani epiſcopi expreſſerunt, dum omnium ſacramentorum expertes decreverunt, quos vel leviter tanti criminis labes maculaſſet. Nulla enim eſt peſtis, quæ celerius hæreſi inficiat, & ſuo contagio exitium afferat aliis præſentius. Inſtar enim cancri (ut apoſtolus ait) ſerpit, & ſimulatque corporis partem aliquam corripuerit, continuo, ſenſim atque occulte in reliquas diffunditur partes, & lubrica deinde in alios facilitate prolabitur. Qua de cauſa Hiſpani epiſcopi, non minus probitate vitæ, & ſanctitate doctrinæ, quam prudentiæ honore commendabiles, videntes huic morbo nullum certius præſtantiuſque remedium adhiberi poſſe, quam fugam, quod in fuga ſalus, in averſione præſidium, in execratione refugium ſit, ideo hæreticorum & ſchiſmaticorum connubia, ut pernicioſiſſimam ſocietatem tam gravi in parentes pœna propoſita, filiis fidelibus interdixerunt, ne divinum gratiæ ſacramentum alterius conjugum hæreſi aut ſchiſmate in grave & profanum animi adulterium converteretur; & eadem facilitate tam filii, quam poſteri, & utriuſque familiæ conſanguinei ejuſdem erroris venenum a parentibus propinatum ſuſciperent; ſuſceptum intimis conciperent viſceribus; conceptumque tandem in reliquas populi partes majori pernicie & calamitate propagarent. Ab hoc concilio acceperunt reliqua, vel generalia, vel provincialia, quæ his matrimoniis aditum præcluſerunt. Horum unum Laodicenum fuit. *Eos* (ait) *qui ad eccleſias pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minime ſociare debere.* Et rurſus. *Quoniam non oportet*, inquit, *cum hæreticis commiſcere connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potius accipere.* Concilium Carthaginenſe III. *Item placuit, ut filii vel filiæ epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum, Gentilibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis matrimonio non jungantur.* Chalcedonenſe. *Quoniam in quibuſdam provinciis conceſſum eſt pſalmiſtis, & lectoribus uxores ducere, conſtituit ſancta ſynodus, prorſus cuique ex his non licere alterius ſectæ accipere uxorem. Si quis vero prævenit, & habet jam de tali connubio filios, ſi forte prævenerint eos jam apud hæreticos baptizari, debent eos offerre ſanctæ eccleſiæ catholicæ, ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non ſunt, omnimodo non poſſe eos in hæretica eccleſia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Iudæo, vel Pagano: niſi forte ſpoponderit ſe venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur perſonæ orthodoxæ. Si quis vero hanc definitionem ſanctæ ſynodi præterierit, regularum condemnationibus ſubjaceat.*

Concil. Laodicen. can. 10, 13.
Concil. Carth. 3. can. 12.
Concil. Calched. can 13.

Sed an matrimonium irritum ſit (ut vocant) & nullum, ſi contrahatur, quærunt doctores ſcholaſtici. Et tandem a divo Thoma & reliquis recte doceri video, matrimonium valere. Quod etiam ex hoc canone colligi videtur, dum nulla alia pœna niſi quinquennii in parentes excommunicatio adjicitur.

D. Thom. in 4. diſt. 34. art.

Vrget tamen ſcrupuloſius multo magis quam verius canon ſynodi VI. quo hæc matrimonia irrita eſſe renuntiantur. *Non licere*, inquit, *virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum viro hæretico copulari: ſed ſi quid huiuſmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias exiſtimari, & nefarium conjugium diſſolvi. Si autem adhuc infideles ſunt inter ſe legitimo matrimonio conjuncti; deinde alter eorum convertatur ad fidem, altero in infidelitate manente, ſi fideli placeat cum infideli habitare, non a ſe invicem ſeparentur, juxta Pauli ſententiam.* Quod confirmant quæ ad illius interpretationem adjecit Theodorus Balſamon, notans canonem aduerſus Iberos, quod liberos olim Saracenis traderent; ſic enim inquit. *Lex civilis definit matrimonium, ſocietatem & communionem divini & humani juris. Hinc ergo conſequenter ſancti patres decernunt, jure matrimonii non eſſe conjungendum virum fidelem mulieri infideli, vel infidelem mulierem viro fideli: ſed & ſi quid ejuſmodi factum fuerit, divellendum ac ſeparandum eſſe matrimonium, ut quod conſiſtere non poſſit. Quæ eſt enim*, inquit, *lupo cum agno ſocietas, quorum eſt penitus contraria voluntas, ſibique ſunt invicem in omnibus adverſi & infeſti, quod ſit contraria eorum vivendi ratio? Et non ſolum ſeparandum eſſe matrimonium, ſed & eum qui tale quid auſurus eſt, ſegregandum eſſe ſtatuunt. Sed ſi*, inquiunt, *alter ex conjugibus fidem orthodoxam elegerit, non propterea ſeparabitur matrimonium. Magnus enim apoſtolus in epiſtola ad Corinthios ſtatuit, eos non eſſe ſeparandos, quoniam ſanctificatus eſt vir infidelis per fidelem mulierem, & contra, ſanctificatur infidelis mulier per virum qui credidit. Eſt autem ſpes fore, ut ejuſdem ſint ſententiæ conjuges; ſi alter ex ipſis fidem orthodoxam elegerit. Nota ergo præſentem canonem propter Iberos, qui ſuas filias Agarenis indiſcriminatim in matrimonio collocant. Similiter nota & verbum canonis, quod dicit: Fideli autem ſi placeat cum infideli cohabitare, vel contra, fideli cum infideli, ne ſeparentur; ſi quis enim horum ſeparari maluerit, matrimonium ex eo divelletur. Quod quidem factum eſt tempo-*

Canon. 72. VI. ſynodi.
1. Cor. 7.
Theodor. Balſam. ad can. 72. VI. ſynodi.
1. Corin. 7.

Theodor. Balsam. in nomocanone Photii. titu. 12. c. 15.

re sanctissimi patriarchæ domini Theodoti; separatus est A enim a sua infideli uxore Basilius buccinator, postquam baptizatus fuerat, cum decreto patriarchali; utpote quæ a viri suasione induci non posset, ut baptizaretur. Repetivit iterum in nomocanone Photii. *Et scies quod fidelis cum muliere infideli non jungitur matrimonio, etiamsi nonnulli decepti a fine ipsius canonis, qui docet de infidelibus qui crediderunt post matrimonium, aliud audacter dixerint. Ego autem qui scio esse orthodoxas Iberas, & nostra omnia suscepisse, & videam ipsos suas filias Agarenis nuptui dare, miror, & nescio quomodo a suis sacerdotibus, qui legunt & sciunt decreta canonum, hæc non prohibentur. Hæc ergo corrigi cupio potentissimi & sanctissimi nostri imperatoris auxilio.* Hæc Balsamon. Sed miror doctos viros tantopere canone concilii Constantinopolitani & Theodori interpretatione commoveri, cum tanta illius concilii decretis auctoritas tribui debeat, quantam & ego censeo tribuendam Balsamoni; cujus dignitatem, studium, & eruditionem, etsi plurimum profuisse reipublicæ non diffiteor, sic & in illo majorem aliquando pietatem & acriorem diligentiam sæpe me desiderasse non negaverim, ut jam semel antea dixi, dicendumque alias sæpe. De VI. synodi canonibus & eorum auctoritate fusius quoque differemus inferius. At quamvis matrimonium cum hæreticis contractum, in occidente præcipue, ratum esse constet, non tamen hoc impune fieri licet: nam fœmina quæ erroris viri conscia hæretico nubit, dotis pœna multatur constitutione Bonifacii IIX. Illud autem hic adnotandum est, ut periculosius multo vitandum esse, puellas Christianas hæreticis vel infidelibus tradi, quam puellas hæreticas vel infideles Christianis maritis adjungi; cum fœminæ magis possint & soleant virorum erroribus, quam viri fœminarum turpitudine maculari, faciliusque multo sit, uxorem hæreticam vel infidelem Christiani mariti & catholici, quam hæreticum & infidelem maritum catholicæ uxoris consilio ab hæreseos & idololatriæ erroribus ad veritatis lucem revocari.

Concil. Constan. nop. can. 72.

B

cap. 41. hujus lib.
cap. 52. hujus lib.

Bonifac. in cap. decrevit. de hæretic. lib. 6.

C

Sed neque Iudæis.

Cum Iudæis matrimonia inita, ipso jure nulla. Cap. XXXV.

TANTA fuit semper Iudæorum improbitas, tanta in errore pertinacia, ut legibus caveri oportuerit, connubia Christianorum cum iis inita, ob grave contagionis periculum, non modo illicita, verum irrita esse ac nulla, ideoque separanda: quod multis conciliorum decretis Hispanorum præcipue constitutum est. Toletanum IV. *Sæpe*, inquit, *malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt. Nulla igitur communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum his qui adhuc in veteri vita consistunt, ne forte eorum participatione subvertantur. Quicumque ergo ex his qui baptizati sunt, amodo infidelium consortia non vitaverint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur.* Et rursus. *Iudæi qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur: quod si admoniti noluerint, separentur; quia non potest infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Christianam translata est fidem.* Confirmavit concilium Toletanum IIX. Idem fere decrevit concilium Arvernense. *Si quis Iudaicæ pravitati*, inquit, *jugali societate conjungitur, & seu Christiana Iudæo, sive Iudæus Christianæ mulieri consortio misceatur carnali, quicumque horum tantum nefas admisisse dignoscitur, a Christianorum cœtu atque convivio, & communione ecclesiæ, cujus sociatur hostibus, segregetur.* Idem constituit concilium Aurelianense II. *Placuit*, inquit, *ut nullus Christianus Iudæam, neque Iudæus Christianam in matrimonio ducat uxorem, quia inter hujusmodi personas illicitas nuptias esse censemus: qui si commoniti a consortio hoc se separare distulerint, a communionis gratia sunt sine dubio submovendi.* Aurelianense III. *Christianis omnibus interdicimus, ne Iudæorum conjugiis misceantur: qui si fecerint, usque ad sequestrationem, quisquis ille est, communione pellatur.* Zacharias PP. *Si quis Christianus filiam suam Iudæo in conjugio copulare præsumpserit, nisi perfecte crediderit Christo, & baptizatus fuerit, &c. Et si vidua Christiana Iudæum duxerit virum, vel consentientibus ei, anathema sit* Hic apparet, quanta de Iudæorum pertinacia & improbitate injecta sit multis justissimisque de causis episcoporum animo suspicio. Nam ut in retinenda illi sua lege pertinaciores; sic & in pervertendis aliorum animis propensiores sunt: ideoque Valentinianus, Theodosius & Arcadius impp. legem tu-

Concil. Tolet. 4. can. 61.

D

Idem can. 62.

Concil. Tolet. 8. can. 12. Refertur Grat. in cap. Iudæi 28. q. 1.
Concil. Arver. can. 6.

E

Concil. Aurel. can. 18.

Concil. Aurel 3. can. 13.

Zacharias PP. in synodo Roma can 10.

lerunt, adulterii pœnam constituentes in illos, qui Christianam mulierem, vel eas Christianas, quæ Iudæum maritum suscepissent. *Ne quis*, inquiunt, *Christianam mulierem in matrimonium Iudæus accipiat, neque Iudææ Christianus conjugium sortiatur. Nam si quis aliquid hujusmodi admiserit, adulterii vicem commissi hujus crimen obtinebit; libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata.* Quod si Iudæi vera animi devotione ad fidem nostram convertantur, cum illis neophytis matrimonio originarios fideles sociandos concilii Basiliensis patres pie satis monuerunt.

In l. 5. C. Theodos. ad l. Iul. de adult.

Concil. Basilien. can. 20.

Canon XVII. Vulgatus.

De his qui filias suas sacerdotibus Gentilibus conjungunt.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit nec in fine eis dandam communionem.

Canon XVII. *Emendatus.*

De his qui filias sacerdotibus Gentilium conjungunt.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit nec in fine eis dandam esse communionem.

Varia ethnicorum sacerdotum privilegia: cur speciatim connubium cum illis interdicatur. Cap. XXXVI.

MULTA olim sacerdotibus idolorum privilegia concessit vetustas, quæ variis consecrata literis antiqui adhuc scriptores conservant. Religionis vel superstitionis suæ ceremonias & instituta tuebantur, & si quid dubii inerat, interpretabantur, auctore Livio. Quibus aris, quibus hostiis, quibus diebus, quibus templis, quibus diis sacra essent facienda, exponebant. Ne Romana sacra alii contemnerent, aut peregrinos ritus asciscerent providebant. De votis rite exolvendis, de jurejurando, de matrimonio, de funeribus justisque exhibendis, de placandis manibus, ac de omnibus tandem controversiis suæ religionis judicabant. Singulorum annorum res memoratu dignas (annales vocabant) mandabant literis, & in album efferebant, ut populo esset exscribendi potestas. Cum quis sui juris esset arrogandus, apud ipsos lege quærebatur, quæ causa esset adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæve sacra. Adeoque tandem pontificatus honor & dignitas crevit, ut Plutarcho teste, regis proxima crederetur; eaque ratione purpuram ut reges pretiosiorem, nempe bis tinctam, induebant. Quod cum a Constantino magno nostræ religionis sacerdotibus cum reliquis antiquorum privilegiis communicaretur, eaque purpura aliquando abuterentur clerici ad vanam opum ostentationem, vetitum postea illis reperio decreto concilii Narbonensis, purpura indui. Cujus usus & interdictionis hæc ratio fuit. Pileum flaminum insigne numquam deponebant, ut refert Ammianus: tametsi, ut Plutarchus testatur, ceteri solerent occurrentibus caput detegere. Equo vehi non poterant; sed ut majori pompa major dignitati splendor accederet, carpento utebantur, illisque solis permissum carpento ingredi Capitolium, Tacitus refert. Fuisse præterea flaminis Dialis immunitatem scribit Ammianus, ut jurare ei minus liceret; quod non deceret de rebus parvis fidem ei non haberi, cui res sacræ & maximæ essent concreditæ. Si qui noxii ad eum confugissent, ea die a pœna erant immunes, Plutarchus. Ipsos quoque a collationibus & tributis liberos, ni summa necessitate urgeretur respublica, idem Plutarchus & Livius affirmant. Quinimo sumptus & stipendia & rerum sacrarum impensas, ut refert Halicarnasseus, ex publica pecunia accipiebant. Hæc stipendia Gratianus imperator edicto proprio adempta, fisco arcæque publicæ vendicavit, reliqua autem privilegia Arcadius & Honorius impp. sacerdotibus idolorum sustulerunt. Ante vero, cum hujus concilii tempore, tot honoribus & privilegiis, sacerdotum dignitas ornaretur, illorum autem fructum plerique fideles rerum inanissimarum, quam religionis cupidiores, ut perciperent, solebant filias his ethnicorum sacerdotibus in matrimonio locare; quod quam fuerint patres Illiberitani vehementer detestati, non obscurum hic posteris argumentum præbuerunt, infi-

Livi. li. 1. decad. 1. Liv. ibid. & Valer. lib. 1. c. 1.

Halicarnas. lib. 2. Roman. antiq.

Festus Pompei. lib. 11.
A. Gelli. lib. 5. noct. Att. c. 19.
Cicer. lib. 2. de orato. Macrob. lib. 3. Satur. c. 2. in fine. Gellius. li. 15. c. 19. Tacitus li. 17. annal.
Plutarch. problemat. c. 113.
Cicer. ad Atticum lib. 2 epist. 24.
Concilium Narbonense, can. 4. Nondum editum est, sed MS. apud nos exstat.
Ammian. lib. 7.
Plutarch. quæst. Rom. 9. 10.
Tacitus. lib. 12.
Ammian. lib. 12.
Plutar. Proble. 3.
Liv. li 3. decad. 4.
Plutar. in Camil.
Halicarnass. lib. 2. Roman antiq.
L. 14. C. Theod. de Paganis.

Can. 15. delium nuptias canone qui præcesserit, fidelibus intercluserunt, nulla pœna proposita: in hoc autem cum sacerdotibus ethnicorum iniri, sanctione iterata & gravi addito anathemate inhibuerunt. Nam cum sacerdotes profana deorum sacrificia & reliqua idololatriæ munera obire & exequi debuissent, majus inerat periculum, ne ex illorum contubernio & societate aliquam tanti criminis maculam uxores fideles contraherent: ideoque parentes earum nuptiarum auctores, gravi, sed meritissima pœna mulctarunt, ut nimirum ad ultimum usque vitæ spiritum communione privarentur. Tanto enim studio in obstruendo omni ad idololatriam aditu patres nostri elaborarunt, ut catechumenis fœminis ob eamdem religionis solicitudinem, viros scenicos vel comicos habere peculiari caverint decreto.

Canon XIIX. Vulgatus.

De sacerdotibus & ministris, si mœchati fuerint.

Episcopi, presbyteri, diaconi, si in ministerio positi detecti fuerint quod sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Canon. XIIX. *Emendatus.*

De sacerdotibus & ministris, si mœchaverint.

Episcopi, presbyteri, diaconi, si in ministerio positi detecti fuerint quod sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

De pœna episcoporum & sacerdotum mœchantium. Cap. XXXVII.

Inter eas virtutes, quibus episcoporum, presbyterorum & diaconorum animos excoli ornarique decet, una præcipua est pudicitia, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præjudicium omnis bonæ mentis, ut Tertullianus descripsit, & post illum D. Cyprianus. Cum enim hi scire debeant, se templa esse domini, membra Christi, habitationem Spiritus sancti, electos ad spem, consecratos ad fidem, destinatos ad salutem, filios Dei, fratres Christi, consortes Spiritus sancti, ut idem Cyprianus dixit; quid magis effugere debent, quam peccatum illud, quo ipsi Patris omnipotentiam, sapientiam Filii, & Spiritus sancti bonitatem suæ turpitudinis sordibus impediunt? Intellexerunt hoc olim Gentes, dum sacra facturos ab omni impudicitia abstinere volebant. De antiquorum Ægypti sacerdotum vita Chæremon philosophus narrat, ut D. Hieronymus refert, quod numquam mulieribus misceri deberent: ut castitatem inoffensam servarent, a salis usu abstinuisse refert Plutarchus, quod caloris vi libidinem conciter. De Græcis idem recenset Pausanias in Achaicis; qui ut pudicitiæ leges majori integritate servarent, rutam assidue inter edulia sumere solebant, quod ea libidinis faces extinguat, auctore Dioscoride. Quid simile Festus Pompeius tradit, & Gellius, Diali Romæ nefas fuisse hederam tangere, ac ne nominare quidem fas fuisse, quod herba haberetur lasciva; eo ænigmate declarantes, quanta puritas castitasque deceat Dei sacerdotes. Si Gentes ergo, ut diis vel dæmonibus potius sacra facerent, tam diligentes & acres pudicitiæ custodes fuerunt, quid non facere debent Christi cultores, imitatores & ministri? Si enim sensu non carent, intelligere debent, majorem in vincenda quam in explenda voluptate voluptatem inesse. Quod si contra sentientes fœminarum se complexibus implicaverint, vel maculaverint potius, deponendos esse antiqua apostolorum constitutio docet. *Episcopus*, aiunt, *aut presbyter aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur: non tamen communione privetur: dicit enim scriptura: Non vindicavit dominus bis in idipsum.* Communionis autem privationem adjecerunt patres Hispani hic, ut arctiori vinculo constricti, a tam nefando crimine retraherentur. Nefandum enim olim vocarunt, quia a carnalibus peccatis etiam nominandis abstinere Dei cultui consecratos volebant; quæ antiqua est ecclesiæ, & sanctorum consuetudo, ut testa-

Tertull. lib. de pudicitia, in princ. D. Cypr. lib. de bono pudicitiæ. c 2. Idem in eod. c 1.

D. Hieron. lib 2. advers. Iovinianum. Plutarch in sympos. & in lib. de Iside & Osiride. Pausanias in Achaicis. Dioscor. li. 3. c. 50. Plutarch. in problemat. c. 11. Gel. lib. 10. noct. Atticar. c. 15.

Canon Apost. 25.

Nahum. 1.

A tur divus Basilius. *Quacumque autem*, inquit, *sunt alia immundarum animi perturbationum genera, dæmoniorum schola invenit, divina scriptura silentio præteriit, majestatem suam turpium rerum nominibus nolens polluere, sed generalibus nominibus immunditias complexa est; sicut apostolus dicit: Fornicatio autem, & omnis immunditia, ne nominetur quidem in vobis, sicut sanctis convenit.* Quare cum in Hebræorum republica olim sues in tanta essent abominatione, ut nec eos nominare liceret; si necessitate nominandi urgerentur, nefanda animalia nuncupabant, ut ex Iosepho colligitur. Hodie autem crimen nefandum Hispanorum usu ad solum crimen præposteræ libidinis accommodatur. In CC. aliis MS. nefarium lego. Inter utrumque quid intersit, Asconius Pedianus: *Nefandum*, inquit, *est, non fandum: nefarium, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari.* Concilium Neocæsariense, ob B adulterium vel fornicationem extra ecclesiam abjici, & inter laicos ad pœnitentiam redigi presbyteros jubet: deponi autem & depositum detrudi in monasterium, ex decreto VII. concilii Aurelianensis III. probat Gratianus. Quam depositionis sententiam, ob id crimen admissum, & sola sua confessione probatum, in Potamium episcopum Bracarensem latam legimus in concilio Toletano X. Fructuoso ecclesiæ Dumiensis episcopo in ejus locum suffecto: hodie etiam in episcopis & presbyteris observari in Hispania, nostræ ætatis scriptores testantur: in fornicariis vero arbitrariam. Sed ab arbitraria hac fornicationis pœna excipiuntur episcopi, quos ob majora incommoda publici exempli, ut violati cum ecclesia sponsa magni sacramenti, depositos videmus, & ad agendam pœnitentiam in monasterium detrusos.

Dum de gravitate adulterii & fornicationis, & eorum pœna canon hic agit, occasio erat disputandi, vel refutandi potius antiquorum quorumdam episcoporum errorem, qui Cypriano teste dandam mœchis pœnitentiam negarunt: quam asseveranter, ne dicam pertinaci- C ter, defendit Tertullianus. Sed quia illum satis, pieque & sapienter refutavit Cyprianus & alii antiquiores, ex recentioribus autem Iacobus Pamelius ad singula Tertulliani in contrarium argumenta respondit, omittemus laborem: cum exstet, præcipue concilii Tridentini doctrina, qua certi securique reddimur, omnem lapsum post baptismum gratia Dei resurgere posse, & justitiam amissam recuperare; contra opinantibus anathemate proposito.

D.Basi. in ep. ad Diodor.

Iosephus de B. Iudaico. li. 5.

Ascon. Pedia. oratione 3. c. tra Verrem. Conc. Neocæs. can. 1. Grat. in c. si presbyt. 81. d. Concil. Tol. ad finem. Cov. in 4. 2. p. § 7. num. 1 Bernardus Di cum his quos eam rem cita prac. crimin. 78.

Cypr. lib. de psis. Tertul. l. de pudicitia. Iaco. Pamel. e lib. de pudicitia.

Canon XIX. Vulgatus.

De clericis negocia vel nundinas sectantibus.

Episcopi, presbyteri & diaconi de locis suis negociandi causa non discedant: nec circumeuntes provincias, quæstuosas nundi- D nas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & si voluerint negociari, intra provinciam negocientur.

Canon XIX. *Emendatus.*

De clericis negocia & nundinas sectantibus.

Episcopi, presbyteri & diaconi de locis suis negociandi causa non discedant: nec circumeuntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conqui- E rendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & si voluerint negociari, intra provinciam negocientur.

Quæ negociatio clericis interdicta, quæ permissa. Cap. XXXIIX.

Alendis ecclesiæ ministris (ut divino solum cultui & animarum tutelæ inservirent attentius, negociationibus & aliis secularibus expediti negociis) primitias & decimas præscripserunt apostoli, ut auctor est Clemens. Cum vero primum tot fideles non essent, ut ex possessionibus illorum alimentis necessariis pares redditus perciperentur, fructuum hæc inopia fidelium caritatem auxit: caritas autem non levavit solum, sed ditavit clericorum tenuitatem: nam si non prædiorum redditus,

D. Clem. lib constit. apost. c. 29.

redditus, prædia ipsa offerebant fideles, ut eis distractis, in alimenta clericorum pretia converterentur, Luca teste. Sed cum aliquando hæc etiam vitæ subsidio non sufficerent, pietate & prudentia singulari instituerunt fideles, singulis quibusque mensibus, vel frequentius (cum facultas erat) stipem quamdam in arcam conferre, qua illi commode possent sustentari. Nec ea tributi nomine a præpositis exigebatur, velut impositum adeptæ veræ religionis pretium, sed pia & gratiosa Christiani animi liberalitate ab ipsis offerebatur: & liberalitate tanta, ut postquam seipsos, clerici, pauperes etiam alios Christianos, pupillos, imbecilles, naufragos, confessores, in insulas relegatos, ad metalla damnatos, in carcere detentos, mortuos etiam sepulturæ mandantes consimili caritate juvarint. Tertullianus. *Præsident,* inquit, *probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti; neque enim pretio ulla res Dei constat. Etiam si quod arcæ genus est, non de ordinaria summa, quasi redempta religionis congregatur; modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quum velit, & si modo velit, & si modò possit, apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis, humandisque pueris ac puellis re ac parentibus destitutis. Iamque domesticis senibus, etiam naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis, dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt.* Iustinus martyr. *Ceterum,* ait, *qui copiosiores sunt, & volunt, pro arbitrio quisque suo, quod visum est, contribuunt; & quod ita colligitur, apud præpositum depositum deponitur. Atque ille deinde opitulatur pupillis, & viduis, & his qui propter morbum, aut aliam causam egent: quique in vinculis sunt, & peregre advenientibus hospitibus; & ut simpliciter dicam, indigentium is omnium curator est.* Quam singularem & extraordinariam fidelium caritatem, non admirationi solum, sed odio fuisse Gentilibus, Tertullian. & Ammianus Marcellinus testantur, quorum impiis objurgationibus impp. Gentiles verentes ne profusis his largitionibus Christianorum ecclesiæ & clerici ditarentur, eos donationum expertes esse voluerunt; ut indicat Constantinus, dum relinqui posse ecclesiæ & clericis in testamentis, populo pro gratia religionis Christianæ concessit. Nec donis & muneribus accipiendis inhabiles eos esse antea voluerunt, sed factis jam & acceptis donationibus ornatos sæpissime spoliarunt (& hanc reor fuisse hujus canonis, & concessæ ab eo permissionis in negociis gerendis licentiam, vel potius necessitatem) ut ejusdem Constantini imp. edicta, quibus res ablatas reddi jubet, confirmare videntur: de ipso enim & Licinio hæc refert Eusebius. *Illud etiam præter cetera, nominatim Christianis decernimus, ut loca eorum, in quæ ipsis in more positum erat antea convenire* (de quibus quidem rebus literis superioribus ad tuam sanctimoniam datis, alia formula eo tempore a nobis erat definita & præscripta) *si qui, vel a quæstore nostro, vel ab alio quopiam, eam emisse videatur, Christianis absque argento, absque ulla repetitione pretii, quod in illis emendis collocaverat, sine omni mora & dubitatione restituant: si qui ipsa loca pro munere fuerint adepti, ut ipsis Christianis quam celerrime reddant: ac si qui ea, aut coemerint, aut dono receperint, aliquid a nostra bonitate postulent; præfectumque qui regioni in qua habitant, præest, adeant, quo ipsorum etiam a nostra munificentia provisio & cura suscipiatur: quæ quidem omnia Christianorum societati tuo studio & industria extemplo & sine ulla dilatione restituenda cures, oportebit: ac quoniam ipsi Christiani non solum ea loca in quæ convenire solent, sed alia etiam habuisse cognoscuntur, quæ non privatim ad singulos, sed ad jus totius ipsorum communitatis, id est Christianorum, spectabant, singulis qui ea possident, mandes velim, ut omnia per legem quam supra posuimus, absque ulla controversia Christianis, id est societati ipsorum & conventui, reddant.* Quod & alterius edicti exemplar ad Anulinum ab eodem Eusebio relatum confirmat.

Salve Anuline, nobis in primis venerande. Est hæc nostræ clementiæ ratio & modus, Anuline honoratissime; ut illa quæ ad alienum jus pertinent, non solum non perturbare, sed etiam cuique restituere quam maxime cupiamus. Quare volumus, ut simulac hasce literas á nobis acceperis, si quæ ex his possessionibus quæ ad catholicam Christianorum ecclesiam in quibusque civitatibus aut locis pertinent etiam adhuc a civibus aut ab aliis quibusdam retineantur, eas quam primum iisdem ecclesiis facias restitui. Quandoquidem animo instituimus, ut ea quæ ecclesiæ antea possederunt, ad ipsarum jus denuo revertantur. Cum igitur tua pietas animadvertat, decretum hoc absque dubio de nostra sententia esse publicatum; enitere atque elabora, ut sive horti, sive ædes, sive aliud quodque aliquando ad jus ipsarum spectaverit, omnia illis quam celerrime, reddantur, ut te huic nostro edicto diligentissimum obsequium præstitisse intelligamus. Vale Anuline honoratissime, nobisque carissime.

[Left margin notes: ...actuum. 2. — ...tull. in Apo...et. c. 39. — ...stinus Martyr ... apologia pro ...ristianis. — ...rtull. in Apo...get. c. 39 Am...ian. Marcelin, ... 27. — ...nstant in ... de sacrosanctis ...clef. — ...seb. lib. hist. ...clef. c. 3. — ...em eodem. c.]

Ideo autem non ad singulos clericorum, sed ad communitatem & ecclesiam hæc omnia bona pertinere dixit Constantinus; quia olim Christiani & clerici nihil habebant privatum, sed communia omnia, ut Tertullianus docet. *Sed & quod fratres nos vocamus,* ait, *non alias, opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, jure naturæ, matris unius, & si vos parum homines; quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui unum patrem Deum agnoverunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ ejusdem ad unam lucem expaverint veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quæ penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo, animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, præter uxores: in isto loco consortium solvimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent.*

Cum victui ergo necessaria deessent, nefaria ethnicorum imperatorum invidia (& hinc etiam intelligi par est, ante Constantini imperium concilium hoc habitum) fas esse putaverunt episcopi nostri, industria & solicitudine negociorum honesta, dominantem famem depellere; ne coacta mendicitas opprobrio foret sacræ dignitati. Cum vero aliquando ex honesta negociatione ad quæstuosam (ut facile est) gravissimo animæ & dignitatis periculo inopes dilaberentur, Africanis episcopis placuisse video, ut egeni clerici quacumque doctrina, & eruditione præstantes, vel manuum opere, vel artificio honesto, vel cultura agrorum, victum sibi compararent. *Clericus,* aiunt, *quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo victum quærat.* Et postea. *Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura absque officii sui dumtaxat detrimento præparet.* Quod apostolos fecisse, cum a prædicatione præsertim tempus ociumque vacaret, refert beatus Hieronymus; Augustinus, Chrysostomus, & ante hos Clemens, qui omnes etiam ecclesiæ ministros ad id pensum revocat. Quod si ignorarent artificiola, quibus inservire oportebat, illa addiscere cogebantur ab eisdem Africæ patribus in eodem concilio Carthaginensi IV. *Omnes clerici,* aiunt, *qui ad operandum validi sunt, & artificiola & literas discant:* Postea autem cum crescente religione & fidelium numero, crescerent etiam oblationum copiæ, decimarum proventus, aliique redditus ad eorum sustentationem, à Constantino magno & aliis principibus catholicis, piisque fidelibus confirmati & restituti potius quam denuo dati, generalius & severius omnis negociatio, etiam natura licita, clericis interdicta est. Divus Ambrosius. *Etenim,* ait, *si is qui imperatori militat, a susceptionibus litium, actu negociorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, quanto magis qui fidei exercet militiam, ab omni usu negociationis abstinere debet agelluli sui contentus fructibus, si habet: si non habet, stipendiorum suorum fructu: si quidem bonus testis est qui dicit: Iuvenis fui, & senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Ea est enim tranquillitas animi, & temperantia, quæ neque studio quærendi afficitur, neque egestatis metu angitur. D. Hieronymus. *Obsecro itaque te, & repetens iterumque monebo, ne officium clericatus, genus antiquæ militiæ putes, id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia; nec plus habeas, quam quando clericus esse cœpisti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi, quam fuerant seculares; & clerici qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallaci diabolo non habuerant: ut suspiret eos ecclesia divites, quos mundus tenuit antea mendicos.* Et paulo post. *Negociatorem clericum & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fuge.* Id ipsum gravi depositionis pœna interdictum est concilii Nicæni canone, renovato postea concilio Arelatensi II. Carthagin. III. Vvormaciensi, Cabilonensi sub Carolo, Moguntino sub Carolo, Moguntino sub Rabano: in Hispania concilio Tarraconensi. *Canonum,* ait, *statutis firmatum est, ut quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio non utatur: quod certe si voluerit exercere, cohibeatur a clero.* Quam constitutionem gravi anathemate renovarunt in regno Peruano concilii Limensis patres. Eam recitare placuit, ut Indorum parochi

[Right margin notes: Tertull. in apologet. c. 39. — Conc. Carthag. 4. c. 1. & 52. — Hieron. epist ad Rusticum de vivendi forma. — D. Aug. de opere monach. c. 15. — D. Chrysost. homil. 2. in epist ad Rom. — D Clem lib. 2. constit. apostol. c. 67. — Concil. Carthagin. 4. c. 5. — D. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 36. — l si cohortalis 12. C. de cohortali. lib. 12. — Psalm. 36. — D. Hier. in epist. 2. ad Nepot. — Conc. Nicæni canon. 18. — Arelatensi II. c. 14. Carthag. III. c. 15. Vvormac. c 67. Cabilon. sub Carolo c. 14. Mogunti. sub Carolo can. 14. Mogunt. sub Rabano, c. 13. Concil. Tarraco. c. 2. — Concilium Limense actione 3. c. 5.]

chi, quam acceperant prius reluctantes ab episcopis suis doctrinam, pontificia jam auctoritate confirmatam retineant tandem memoria, observantia colant, & debito officii munere fideliter exequantur. *Quoniam vero avaritia, negotiationisque turpitudo in rectoribus Indorum, & crebrior est & periculosior, cum neophyti isti ea de causa tum scandalum grave sustineant, tum instructionis suæ jacturam non mediocrem faciant, dum ab his in temporalibus ipsorum quæstibus occupantur, a quibus debebant spiritualibus incrementis augeri: idcirco sancta synodus sub iisdem pœnis proximo decreto propositis vetat, ne quis Indorum parochus, per se, vel aliam interpositam personam quamcumque cum quibusvis Indis mercaturam exercere præsumat. Insuper neque pecora quæcumque alere, præter necessaria ad victum, aut agros colere, aut vehendis mercibus animalia tenere, vel locare, neque Indos ipsos ad mineralia sibi curanda mittere, vel eorum operam locare: denique neque cum ipsis Indis negociari, nec cum aliis per ipsos. Qui istorum quilibet egerit, etiam excommunicatione lata sententia eo ipso se noverit innodatum. Sciant etiam parochi Indorum, mineralium officinas sive ingenia, pannorum quoque lanificinas, ceterasque quæstuarias artes sibi esse penitus interdicta. Neque enim qui evangelizandi ministerium susceperunt, Deo simul & mammonæ servire possunt.*

Matth. 6.

Quod si clericorum qui, frumentum, oleum, vinum & alios similes fructus ex proprii patrimonii fundis percipiant, illosque venundent, auraria pensitatione non debent gravari, quod non tam mercatorum, quam solertium strenuorumque dominorum loco censeri debeant. Quod singulari constitutione cavisse Impp. Gratianum, Valentinianum, & Theodosium reperio. *Singuli quique*, aiunt, *si per eos vernacula quæque vendantur, functione auraria non teneantur: si vero emendi vendendique compendiis ultro citroque quæsitis familiaris rei amplitudo cumuletur*, etsi militares sint, *memoratæ præstationi nectantur.* Ad quam vetus Anniani interpretatio hæc adjicit. *Quicumque rem quæ ei nata est, aut quam non emit, vendat; ad solutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique studio probatur huc illucque discurrere, etiam si militans est, ad solutionem teneatur aurariam.*

Gratianus, Valentin. & Theodosius in impp. l. 13. Cod. Theodos. de lustrali collatione.

Vnde monasteria illa, quæ cum ad alimenta religiosorum oves in pascuis habent si quæ ex illis supersunt, macellariis eas ad vendendum tradunt, nec nota, nedum reprehensione censuerim digna; cum conservandi potius patrimonii necessitas coëgisse, quam captandi lucri cupiditas incitasse ipsos ad id efficiendum videatur. Sic etiam religiosos illos, qui ad convertendas Indorum gentes, vel peragrantes terram, vel maria navigantes, ut se sociosque sustentare possint, (nec aliunde possint) contrahunt distrahuntque merces, excusandos potius, quam accusandos crediderim: dummodo caute id faciant, ne salutem Gentium, quam religione & pietate curare debent, inhonesta negociatione deperdant. Illud tamen huic addi posset, ne justitiæ vel prudentiæ cancellos egrediantur, ut facultatem vel a te, vel a rege catholico postulent, & si fieri commode posset, negociorum modum, ut omnia qua debent justitia & prudentia exequantur. Ob hanc enim & similes necessitates juste negociari posse clericos, præter hunc canonem, intelligere licet, ex concilio Moguntino, dum inter alia quæ clericis licere declarat, sic ait. *Nec tamen justum negocium est contradicendum propter diversas necessitates; quia legimus sanctos apostolos negociatos, & in regula B. Benedicti præcipitur provideri per quorum manus negocia monasterii procurentur.*

Conc. Moguntin. sub Carolo Magno. c. 14.

Sic etiam Alexander III. ad Londoniensem episcopum, negociari illis solum prohibet lucri causa.

Alex 3. in epist. ad Londonien. episc. in ca secundum. 6. ne clerici vel monachi.

Hodie autem cum clerici jam antequam sacris ordinibus initientur, vel proprii patrimonii redditus, vel ecclesiastici beneficii fructus peragendæ vitæ necessarios habere debeant; ni velint episcopi ordinatores, illorum angustiis auxilium necessarium ex propria pietate mutuare; ut decreto concilii Lateranensis generalis & Tridentini postea sancitum est: antiqua hujus concilii indulgentia vel permissio, ut negocientur clerici ad quærenda victui necessaria, jam cessabit; quod incertus negociationis quæstus, certis beneficiorum fructibus uberiore fœnore compensetur.

Concil. Lateran. sub Alex. 3. can. 3. Trident. sess. 22. de reformatione. can. 22.

Aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant.

NON eadem ex aliorum laboribus in re nostra susceptis, ac ex propriis solicitudo, molestia & turpitudo contrahitur. Quare Clementi V. in concilio Viennensi, cum clericos carnificum, seu macellariorum, aut tabernariorum officio fungi displicuisset, publice & personaliter illud exercentes, adjecit: *Quod si per alios fecerint, tametsi a turpitudinis nota longe non absint, illius decreti pœna non tenentur*; ea autem est amissio sacerdotalis privilegii.

Et si voluerint negociari, intra provinciam negocientur.

SI clerici victus causa negociari cogantur, in propriis debent, non alienis provinciis negociari: nam earum peragratio, ut molestiam adjicit & quæstum, sic detrahit honestatem: cujus cupidiores multo quam lucri, & esse, & videri clerici debent, satius fore judicantes, congruentibus se aliquando alimentis, quam sacram dignitatem honestis & sacris carere moribus.

Cum autem clerici in provincia justa negociatione ad victum necessaria compararint, vel distraxerint quæ supererant, juxta ea quæ superius diximus, auraria pensitatione (ut seculares) onerari non debere, præter Gratiani & Valentiniani rescriptum jam citatum superius, Arcadius & Honorius impp. rescripserunt ad Pompeianum proconsulem Africæ his verbis.

Iidem AA. Pompeiano proc. Africæ.

QVICVMQVE catholicæ religionis clerici intra [...]um modum unde victus emendi vendendique usum lege præfinitum exercent, ab auraria pensione habeantur immunes: ab his quoque quos a publici laboris actu & gradus clericatus, & (quod non minus est) sanctior vita defendit præcipimus temperari. Nec enim ullum eorum qui excepti legibus probabuntur, subjacere patiamur injuriæ. Dat. prid. Id. Iul. Med. Post. Cons. Stilichonis & Aureliani VV. CC.

Hoc suæ pietatis & religionis erga clericos & monachos præclarum testimonium imperatores exstare voluerunt. Quod & antea a Constantio imperatore concessum reperio in edicto vel epistola ad clericos.

Arcadius & Honorius impp. in l. 36. C. Theod. de episc. & cleric.

Imp. Constantius, A. clericis salutem dicit.

Constantius in l. c. 8. de episcopis & cler.

IVXTA *sanctionem, quam dudum meruisse perhibemini, & vos & mancipia vestra nullus novis collationibus obligavit; sed vacatione gaudebitis. Præterea neque hospites suscipietis. & si qui de vobis alimoniæ causa negociationem exercere volunt, immunitate potiantur. Dat. VI. Kal. Septemb. Placido & Romulo consulibus.* Quod si victui non necessaria, sed quæstuosa mercium negocia exerceant, collationibus ut seculares onerandos idem Constantius imp. rescripsit ad Taurum PF. P. *Clerici vero vel, hi quos copiatas recens usus instituit nuncupari, ita a sordidis muneribus debent immunes atque a collatione præstari, si exiguis admodum mercimoniis tenuem sibi victum vestitumque conquirent. Reliqui autem, quorum nomina negociatorum matricula comprehendit, eo tempore quo conlatio celebrata est, negociatorum munia atque pensitationes agnoscant: quippe postmodum clericorum se cœtibus aggregarunt.* Vt alimenta igitur clericorum conservari, sic & negocia non augeri, & quæstum minui catholici principes voluerunt. Tandem ergo clericorum animis hanc veterem Theoderici regis sententiam apud Cassiodorum perpetuo infigi vellem, & crebra memoria renovari. *Conditionem hanc*, inquit, *humanis actibus divina posuerunt, ut ille magis possit ditescere, qui lucra turpia nescit optare; ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia necesse est, ut dum parumper malorum ambitio contemnitur, superno munere plus donetur.*

Constantius in l. 15. C. Theod. de episcopis & cler.

Apud Cassiodorum lib. 6. variarum c. 20.

Canon XX. Vulgatus.

De clericis & laicis usurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit correptus se jam cessaturum, nec ulterius exacturum, placet, ei veniam tribui: si vero in ea iniquitate duraverit, ab ecclesia sciat se esse projiciendum.

Canon XX. *Emendatus.*

De clericis & laicis usurariis.

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, &

& promiserit correptus se jam cessaturum nec ulterius exacturum, placet ei veniam tribui: si vero in ea iniquitate duraverit, ab ecclesia sciat se esse projiciendum.

Ivo p. 13. c. 12 & in panormia lib. 3. c. 156. Gratianus in c. si quis clericorum 47. distinctione.

De pœna usurarii tam clerici quam laici.
Cap. XXXIX.

Ambr. lib. 4. Tobia. c. 13. Basil. in psal.

Divus Ambrosius usuram ab usu dictam ait, quod ut vestes usu, ita usuris patrimonia scindantur. D. Basilius ideo Græcis usuram τόκον dici ait, quod supra fœcunditatem leporum, quos dicunt simul & uno tépore gignere & superfœtare, agnascédo, etiam usura nondum data alterá gignat, & alterá ex altera, & inde dolores parturientium inferat debitoribus. Leo X. in concilio Lateranensi generali aptius ad rem. *Ea enim*, ait, *propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei qua non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullove periculo lucrum fœtus conquiri studetur.* Terentius Varro. *Compendium, quod cum compenditur una sit. A quo usura quod in sorte accedebat, impendium appellatum: quæ cum accederet ad sortem usu usura dicta.* Proprie locum habet in mutuo, cum videlicet quid exigitur ratione dati, ultra datum. D. Augustinus. *Si fœneraveris homini, id est, mutuam pecuniam dederis, a quo aliquid plusquam dedisti, expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.* Divus Hieronymus. *Putant quidam*, ait, *usuram tantum esse in pecunia: quod prævidens scriptura divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti.* Et paulo post. *Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt usuram appellari & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo quod dederunt, plus acceperint.* Hæc est usura, quæ ipsius naturæ mutui repugnat. Cum enim mutui contractus ad juvandos egentes ab ipsis Gentibus inductus sit ex humanitatis officio, quo interest hominis hominem affici beneficio, ob cognationem quæ natura ipsa est, inter omnes, quid huic humanitati & beneficio potest esse magis adversum, quam merces & fœnus? quod si exercueris, quid facis quam insidiari quodammodo, ut ex alterius necessitate præderis? Paria dixit, & recte, D. Ambrosius, gladio in hostes sævire, & usuras exigere. Et quos occidere licet, his tantum fœnus extorquendum. Repugnat naturæ ipsius pecuniæ, simileque monstri, recte censuit Plutarchus, ut pecunia quæ sterilis est per se, & sine fructu, tam naturali, quam civili ratione, generet & proferat utilitatem & fœtum domino mutuanti. Ob ea incommoda usuras a Deo in veteri testamento prohibitas Moyses tradit. *Si pecuniam*, ait, *dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes.* Et rursus. *Non fœnerabis fratri tuo ad usuram.* Et David ait, non ingressurum tabernaculum Dei, qui pecuniam ad usuram dederit. In recentiori autem non [illegible] pro mutuo aliquid accipere, sed nec sperare voluit Christus. Ad cujus confirmationem alia exstant ecclesiæ decreta, quæ postea & nos referemus.

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari & abstinere.

Quæ olim, & hodie in usurarios clericos pœna indicta: explicato Alexand. III. rescripto.
Cap. XL.

Clericos usurarios non solum degradari, sed & communione pelli, sacro huic Hispanorum episcoporum senatui placuit. Cujus instituti ratione atque exemplo adducti Galli in concilio Arelatensi I. *De ministris*, aiunt, *qui fœnerantur, placuit, eos extra formam divinitus datam a communione abstinere.* Confirmarunt postea omnes generalius in concilio Nicæno. *Quoniam multi clerici avaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt divini præcepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, fœnerantes centesimas exigunt, statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negocio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sesquplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, dejiciatur a clero, & alienus habeatur ab ecclesiastico gradu.* Renovarunt in Africa idem decretum Africani concilio Carthaginensi III. Asiatici in concilio Laodiceno: in Hispania iterum concilio Tarraconensi, & ante hos omnes canone apostolorum XLIV. statutum legimus. Quid autem hodie observari debeat, non constat inter omnes: nam tametsi depositionis pœnam expressam quidam legerint, præter hos canones, in concilio Turonensi; hæsitare adhuc eos fecit aliud ejusdem Alexandri III. rescriptum, in quo suspensionis tantum pœnam adjectam volunt, dum idem Alexander III. ait. *Qui se parere contempserint; si clerici sint, eos a beneficio officioque suspendas; si laici, &c.* Verum si attentius utriusque canonis verba perpendissent, reperissent profecto depositionis pœnam ab apostolicis temporibus frequentem, multisque, ut diximus, conciliorum decretis confirmatam, Alexandrum non immutasse. Quod autem de suspensione refertur, alium sensum habet, si exemplar integrum repetamus; quod exstat post concilium Lateranense sub Alexandro III. *Quod si monitis vestris parere contempserint, si clerici sunt, eos ab officio & beneficio suspensos, cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad præsentiam nostram mittere non differatis.* Voluit enim singulari pietate & prudentia pontifex in causis illius diœcesis providere, nam in aliis locum non habet, nec habuit unquam, *quomodo in causis clericorum, prælatus procederet, an jure an injuria, an plene, an minus plene probarentur clerici usurarii; cujus sententiam suo judicio reservavit; interim tamen, ne si forsan clerici illi usurarii essent, officio & beneficio injuste potirentur, ab utraque suspendi posse a suo episcopo voluit: tantum enim abeo abfuit, clericos usurarios deponi non posse*, quod posse jam ipse constituerat, sive declaraverat potius, *ut antequam usurarii esse convincerentur, suspendi a suo episcopo posse decreverit, quod in criminis detestationem sanctum est.*

Concil. Arelat. can. 12. — Concil. Nicæn. can. 17. — Psalm. 14. — Sesquplum. — Concil. Carthag. can. 16. apud Gratian c. placuit. 21. q. 3 — Concil. Laodicen. can. 5. — Tarracon. can. 3. — Apud Gratian. in c. non licet. 46. distinct. c. episc. 47. distinct. — Concil Turonen sub Alexan. 3. Alexan. 3. apud Grego 9. in c. 1. de usuris. — Idem in c. præterea ejusdem tituli.

Si quis etiam laicus accepisse probetur usuras, & promiserit correptus se jam cessaturum, nec ulterius exacturum, placuit, ei veniam tribui: si vero in eadem iniquitate duraverit, ab ecclesia sciat se esse projiciendum.

Augent *delicta dignitas delinquentis & merita, ob inferiorum exemplum. Qua ratione perniciosius multo de Christiana republica merentur episcopi, sacerdotes, & alii clerici, vel usuris, vel aliis publicis contaminati criminibus, quam laici: quod non solum crimina contrahant ipsi, sed ea infundant in civitatem, neque solum obsint, quod corrumpantur ipsi, sed etiam quod reliquum reipublicæ corpus corrumpant, plus exemplo quam peccato nocentes: ideo concilium hoc, gravius multo se gessit in clericos usurarios, quam in laicos; quod horum vita, illorum sit exemplo instituenda: clericos enim non excommunicandos solum, sed statim deponendos nulla admonitione præmissa decernit. Cur enim monendi vitæ instituendæ magistri? laicos autem non statim excommunicandos, sed consilio & monitione præmissis: quibus si acquiescerent, & se ab exactionibus cessaturos pollicerentur, nulla pœna placuit afficiendos, sin minus, excommunicatione multandos. Severius multo concilium Viennense, dum manifestos usurarios ecclesiastica privat sepultura, pœna etiam sacerdotibus imposita, si illam usurariis concesserint. In quo illud adjecit, hæreticum esse, qui asseruerit, usuras exigere, non esse peccatum, & velut hæreticum eum puniendum: distinctius injungens locorum ordinariis, & hæreticæ pravitatis inquisitoribus, ut contra eos quos de errore hujusmodi infamatos invenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos, vel suspectos de hæresi procedere non omittant.*

Clemen. 1. de sepulturis. — Clem. unica. §. sane, de usuris.

Canon XXI. Vulgatus.

De his qui ad ecclesias tarde accedunt.

Si quis in civitate positus tres dominicas ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

Canon XXI. *Emendatus.*

De his qui ad ecclesiam tardius accedunt.

Si quis in civitate positus tres dominicas ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

De laicis, non de clericis hunc canonem intelligi oportere. Cap. XLI.

Concil. Trident. sessio. 22. can 1. de reformatione.

CONTENDANT alii, canonem hunc de clericis intelligendum, & Tridentinum, dum de clericis absentibus a sua ecclesia tractat, eumdem renovasse; ego tamen de laicis interpretari malo. Cujus sententiæ locupletissimum testem laudabo, venerabilem senem auctoritate summa, religione & fide, Osium dico, episcopum Cordubensem, qui se non opinari, sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed condidisse decretum refert. Is inquam, in concilio Sardicensi, cui præfuit, de laicis sensisse Patres hujus concilii diserte admonuit. Cum tractaretur enim in eo concilio (cui alii quinque episcopi ex Hispania interant, Annianus Castulonensis, Costus, sive Castus Cæsaraugustanus, Domitianus Pacensis, Florentinus Emeritensis, Prætextatus Barcinonensis) de residentia episcoporum in sua ecclesia, & quot diebus abesse possent ab illa; hujus concilii exemplo Osius Sardicensi proposuit, tres tantum septimanas abesse licere episcopo a proprii episcopatus sede. *Osius episcopus dixit, & hoc quoque statuere debetis, ut episcopus ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quam devotioni serviens, voluerit in aliena civitate multo tempore residere*, forte enim evenit episcopum loci, non esse tam instructum neque tam doctum, *is vero qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, ut dehonestet & deformet illius personam; ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere adsignatam sibi ecclesiam, & transeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi episcopum, inhumanum est & si diutius resideat, perniciosum est. Hoc ergo ne fiat, providendum est. Memini autem superiori concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea in qua commoratur civitate, tres dominicos dies, id est, tres septimanas non celebrasset conventum, communione privarentur, si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis episcopo nec licet nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quæ detineat, ut amplius a superscripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Universi dixerunt, placere sibi.* Si Osii ergo sententia, doctrina & interpretatio, universi concilii Sardicensis auctoritate comprobata, mecum facit, qui fieri poterit, ut de clericis posthac canonem intelligendum sentiant? voluit ergo concilium, laicos homines, vel seculares, ut vocant (de clericis autem ideo tacuisse concilium putarim, quod ea ætate adeo soliciti & vigilantes pastores essent, ut ad rerum sacrarum celebrationem his calcaribus incitari opus non esset) omnibus diebus dominicis interesse rei sacræ in ecclesia debere. Quod si semel vel iterum id non fecerint, connivendum putavit; eo quod casu id factum arbitraretur. Quod si tertio omissa res sacra sit, quia non casu, sed a consilio minus pio & christiano profectum sibi persuadeat, res digna visa est patribus, ut excommunicationis pœna coerceretur. Ex quo notare licet (ut id obiter animadvertamus) exiguam Theodori Balsamonis in colligendis Latinorum conciliis diligentiam, & parum perspicax in interpretandis judicium, dum exponens canonem hunc, scripsit. *Interrogaverit autem quis, iam, cum LXXX. canon VI. synodi, videlicet quæ in Trullo dicitur, laicos congregari decreverit, quæ quidem hac synodo fuit multo recentior, quomodo præsens canon, qui est ea multo antiquior, eius meminit? Sol. Alius quidem canon ante præsentem synodum nihil ejusmodi decrevit; quæ autem hoc canone continentur, sine scriptis, ut est verosimile, exercebatur ab initio, ut etiam multa alia: postea autem synodus in Trullo ea scriptis quoque mandavit.* Hæc Theodorus Balsamon. Quæ docere minime potuisset, si parem Latinis conciliis colligendis & interpretandis quã Græcis operã & studium navasset. Compersisset enim constitutionem episcoporũ, quam Osius retulit de laicis, hoc concilio Illiberritano (cui idem Osius adfuit) contineri: quod de laicis decretum & Sardicensis canonem de episcopis, renovavit postea (ut fertur) VI. synodus, addens quod in utroque deerat, idem videlicet de clericis intelligendum. *Si quis episcopus, ait, vel eorum qui in clero censentur, vel laicus, nullam graviorem habeat necessitatem vel negotium difficile, ut a sua ecclesia absit frequentius, sed in civitate agens tribus diebus dominicis una non conveniat: si clericus est, deponatur; si laicus, a communione separetur.* Idem decrevit in Hispania concilium Toletanum XVII. similiter, ait, diaconus vel presbyter, si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. Damnationem intelligit, excommunicationem triennii, quam prius decreverat adversus clericos, qui diebus solennibus abessent ab ecclesia. De residentia episcoporum & reliquorum inferioris ordinis clericorum in sua ecclesia, disputationem omitto, quod in hoc canone de laicis solum institutus sit sermo.

Concil. Sardicen. can. 14.

Theod. Balsamon. in commentar. ad concil. Sardicen. can. 14. *Theodori Balsamonis lapsus in interpretando canone 14. Concilii Sardicensis.*

Sexta Synodus. can. 81.

Concil. Tolet 17. can. 17.

Si quis in civitate positus.

De pœna eorum qui in civitate morantes tribus dominicis diebus abfuerint ab ecclesia, & cur de aliis mentio omissa. Cap. XLII.

QUI in civitatibus morantur, sive incolæ sint illi, sive advenæ, si ab ecclesia tribus dominicis diebus abfuerint, excommunicatione multantur: ruri vero habitantes (quod eo tempore sævitia persecutionum tot in agris non essent ecclesiæ, nec ad urbes & sacrum illarum conventum tuto semper convenire possent) patres indulgentiores hac censura comprehendi noluerunt: propagata autem postea quam latissime christiana religione & passim ædificatis ecclesiis speciali constitutione concilii Rothomagensis sancitum est, ut pastores, bubulci & qui pascendis aliis pecoribus intendebant, ex agris ad ecclesias, ad audiendam rem sacram, evocarentur. *Admonere debent sacerdotes, ait, plebes subditas sibi, ut bubulcos atque porcarios, vel alios pastores, & aratores qui in agris assidue commorantur, vel in silvis, & ideo velut more pecorum vivunt, in dominicis vel aliis festis diebus; saltem vel ad missam faciant, vel permittant venire nam & hos Christus pretioso suo sanguine redemit. Quod si neglexerint, pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant: si quidem dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atque nobiliores, sed piscatores atque idiotas sibi discipulos adsciuit, ut ostenderet in facto, quod ipse verbis in evangelio affirmat, dicens: Quod hominibus est altum, abominabile est apud Deum: & salva altiore intelligentia, nativitas nostri redemptoris, primo omnium pastoribus ab angelo nunciatur.* Et ut iter ad ecclesias ex agris esset expeditius, decretum est concilio Erfordiensi ut tempore quo quis ad ecclesiam conveniret, si qua tunc esset oborta causa, ad tribunal judicum potestate trahi non deberet. *Præcipimus* (aiunt episcopi cum consensu Henrici regis) *ut nullus Christianus pro reverentia ecclesias petendo, alicujus publicæ potestatis banno ibidem constringatur: ne forte dum ad ecclesias, causa orationis properat, per bannum impediatur, pro salute animæ suæ domini misericordiam minus devote postulare.*

Exstat apud Burchar. lib. 2. decret. c. 71. & Ivonem 2. p. decret. cap. 111.

Lucæ 2.

Conc. Erfor. apud Ivo. p. 4. c. 60.

Tres dominicas.

Dominici diei nomen & festum ab ipsis apostolorum temporibus. Cap. XLIII.

QUEM diem solis Gentes olim vocabant, Iudæi autem primam sabbati, quod prima esset post sabbatum, diem domini sive dominicum Christiani nuncupamus: quia eo die Christus dominus a mortuis surrexerit. Iustinus martyr, *solis autem die*, inquit, *communes cœtus & concursus facimus; quandoquidem primus hic est dies, quo Deus caligine dispulsa, orbem condidit, & Iesus Christus servator noster eodem die a mortuis excitatus: nam eo die qui Saturni diem sequitur, qui quidem solis est dies, apostolos suos & discipulos, quibus conspicuum se præbuit, hæc docuit.* Maximus episcopus (ut creditur) Taurinensis, *dominica*, ait, *nobis ideo venerabilis & solennis est, quia in ea salvator velut Sol oriens, discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit.* D. Augustinus, *dies tamen dominicus, non Iudæis, sed Christianis resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festivitatem suam.* Divus Isidorus, *dominicus dies proinde vocatur, quia in eo resurrectionis domini nostri gaudium celebratur: qui dies, non Iudæis, sed Christianis in resurrectionem domini declaratus est, & ex illo cœpit habere festivitatem suam. Illis enim solum celebrandum sabbatum traditum est, quia erat ante requies mortuorum, resurrectio autem illius erat, qui resurgens a mortuis non moreretur. Postquam autem facta est talis resurrectio, in corpore domini, ut præiret in capite ecclesiæ, speraret in fine; jam dies dominicus*, id est, *octavus, qui & primus celebrari cœpit.* Ignatius ad hujus diei cultum Magnesianos excitans. *Dominicum*, ait, *diem omnis Christi amans festum celebret, diem resurrectionis regalem omnium dierum supremum: quem expectans propheta, dicebat. In fine pro octava, in quo & vita nostra exorta est, & mortis in Christo victoria facta.* Hujus appellationis institutio, si a capite accersenda est, jam inde ab apostolorum temporibus factam divi Ioannis Apocalypsis testatum facit. *Fui*, inquit, *in spiritu, dominica die.* Divus Clemens. *Die resurrectioni domini dicato, dominicum dicimus, convenite assidue.* Ab apostolis etiam dominici diei antiquitatem & festum repetit Innocentius papa I. *Quod rite*, inquit, *omni sabbato jejunetur, quia feria sexta & sabbatum ambo dies tristitiam apostolis, vel his qui Christum secuti sunt indixerunt:*

D. Aug epist. 86. ad Casulanum. Iustin. Mar. in 2. apolog. pro Christ.

Maxim. episcopus Taurinen. in serm. de pentecoste qui inter Ambros. serm. est 62.

D. Aug. epi 119. ad Ianuar. ca. 13. Repetit lib. 22. de civitate Dei. cap. ult.

D. Isidor lib. 6. etymolog. ca. 18. & repetit. lib 1. de offi. eccles. cap. 13.

Apoc. 1.

D. Clem. apost. constit. lib 7. cap. 31.

Innocent I. epist. ad Decent. episc. cap. 4.

runt: qui die dominico exhilarati, non solum ipsum festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt. Quare videat Nicephorus, qua ratione, qua auctoritate, quave fide dixerit, diem quem Graeci Soli dicarunt, a Constantino dominicum fuisse appellatum; ni quis illius gratia interpretetur, id generaliter apud omnes nationes & gentes sibi subditas, etiam infideles, primum imperatorem Christianum constituisse; & antiquam ecclesiae consuetudinem recentiori sanctione confirmasse. Simili pia excusatione opus est eidem Nicephoro recensenti in Graeca illa sua laudatione, Constantini consilio persuasum Sylvestrum PP. praecepisse, ut antiquatis Gentium a fide, Christiana abhorrentium, Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, & Saturni nominibus, hebdomadae nostrae dies, feriarum nominibus nuncuparentur. Cum multo ante Sylvestri & Constantini imperium, diebus singulis feriarum nomina indita testis sit Tertullianus, in Psychicorum persona loquens. *Itaque de cetero,* ait, *indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novae disciplinae, pro temporibus & causis uniuscujusque. sic & apostolos observasse, nullum aliud imponentes jugum certorum & in commune omnibus obeundorum jejuniorum, proinde nec stationum, quae & ipsae suos quidem dies habeant quarta feria & sexta.* Quod singulatim forsan ecclesiae observabant, generali constitutione Sylvester Constantini consilio suasus stabilire potuit. Quod hodie tametsi in ecclesiasticis officiis observent ecclesiae, non observant in forensium causarum judiciis, nec in canonicorum capitulis, nec in dioecesanis vel provincialibus conventibus, in quibus antiquum morem, vel constitutionem renovandam insignes pietate viri censent. Solum diem dominicum vetusto vocabulo nuncupamus, eo quod in memoriam resurrectionis domini illud diei inditum fuisset. Qua ratione, primi Christiani eo die stantes orabant, non vero genua flectentes, ut D. Augustinus docet, Hieronymus, Isidorus, Tertullianus, & alii. Fuerunt & alia insignia beneficia quibus hunc diem Deus ab orbe condito egregie affecit & condecoravit, quae D. Leo PP. singulari ordine congessit. *Tantu,* inquit, *divinarum dispensationum mysteriis est consecrata, ut quidquid est a domino insignius constitutum, in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac apostoli a domino praedicandi omnibus Gentibus evangelii tubam sumunt, & inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac,* sicut beatus Ioannes evangelista testatur, *congregatis in unum discipulis, januis clausis, cum ad eos dominus introisset, insufflavit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique promissus a domino apostolis Spiritus sanctus advenit: ut caelesti quadam regula insinuatum & traditum noverimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum.* Eadem Isidorus, & concilii Matisconensis patres.

His autem dominicis diebus an olim a laboribus feriarentur Christiani, quaeri audio. Et eos feriatos arbitror, quia Innocentius PP. I. repetens originem hujus diei ab apostolis, illos in gratiam resurrectionis festivissimum esse voluisse scribit, & quia dominicum diem non minus celebrem voluerint apostoli esse apud Christianos, quam Moyses sabbatum apud Iudaeos. Quemadmodum ergo ille liberum ab omni opere sabbatum constituit, sic hunc & illi: quod antiquum esse, & omnium fere rerumpublicarum consensu semper probatum scribit Cicero. *Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum, in servis operum & laborum quas compositio anni conferre debet & perfectionem operum rusticorum, quod tempus ut sacrificiorum libamenta serventur, fetusque pecorum, quae dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est.* Lucianus. *Ne quid,* ait, *intra festi tempus agito, neque publicum, neque privatum, nisi quae ad lusum, quae ad voluptatem animique oblectationem pertinebunt.* Numa Pompilius II. Romanorum rex instituisse dicitur, ut in profestis & omnino in sacerdotum festis, per urbem praecones praecederent, qui quiescere cives & ab operibus desistere juberent. Quemadmodum enim Pythagoras non permittebat homines per transitum deos adorare, sed continuo, ex ipsa domo mente ad id paratos pergere: ita & Numa decere cives existimavit, neque audire quidquam rerum divinarum, neque aspicere per desidiam atque negligentiam; sed vacare a ceteris oportere, mentemque adhibere, perinde, ut rei ad pietatem maxime oportunae: denique crepitibus, strepitibus, gemitibusque, & quaecumque hujusmodi necessarios vulgarium artium labores consequuntur, vias vacuas, ceremoniis praestare, ut a Plutarcho proditum memoriae est. Sed

[Left margin notes: Niceph. li. 7. hist. eccles. c. 46. — Tertull. advers. Psychicos c. 2. — Aug. epist. 119. ad Ianuar. — Hieron. advers. Lucif. — Isidor. lib. 1. de eccles. offic. c. 33. — Tertull. lib. de corona milit. — Ioan. 20. — Act. 14. & 16. — Leo I epist. 81. ad Dioscor. episcopum Alex. cap. 1. — Isidor. lib. 1. officiis ecclesiast. cap 15. — Conc. Matisco. can. 1. — Innocen. I epist. ad Decentium episc. cap. 4. — Cic. lib. 2. de leg. — Lucian. epist. Satur. — Plutarch. in vita Numae.]

A apud Christianos die dominico a laboribus feriandum perspicue docet B. Clemens, & post illum Augustinus. *Dominicum ergo diem,* ait, *apostoli, & apostolici viri ideo religiosa solennitate habendum esse sanxerunt, quia in eodem redemptor noster a mortuis resurrexit, quibus ideo dominica appellatur, ut in eo terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus.* Et post alia. *Ac ideo sancti doctores ecclesiae decreverunt omnem gloriam Iudaici sabbatismi in illam transferre: ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate. Observemus ergo diem dominicum, fratres, & sanctificemus illum, sicut antiquis praeceptum est de sabbato, dicente legislatore; A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra: videamus ne otium nostrum vanum sit, sed ad vesperam diei sabbati, usque ad vesperam dominici diei sequestrati a rurali opere & ab omni negocio vacemus.*

B In ea diei dominici laetitia & festivitate primi Christiani quid egerint, quos potius quam apostolos ipsos auctores & testes laudare debeam, non video. D. Clemens. *Die,* inquit, *dominico diligentius convenite, laudem Deo laturi, qui per Iesum cuncta condidit, & illum ad nos misit, & a mortuis excitavit. Nam quam excusationem afferre potest Deo, qui in hoc die non convenit ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem, in quo tres orationes stantes concipimus, in memoriam illius qui tertio die resurrexit? Prophetarum lectio habetur, & evangelii praedicatio, & sacrificii oblatio, atque sacrificii dispensatio.* Similia his Iustinus martyr, Augustinus, & alii.

[Right margin notes: D. Clem lib. 8. constit. apostolic. 39. — D. Aug. de tempore. sermo. 251. — Clem. lib. 2. apostol. constit c. 63. Repetit. lib. 7. cap. 31. — Iust. mar apol. 2. pro Christian. — D. Aug ser 251. de tempore.]

Tres dominicas.

De tribus dominicis cur hic meminerint patres. Cap. XLIV.

C Cum ecclesia primitiva multis ethnicorum injuriis premeretur: libere non poterant singulis diebus in publico conventu celebrari sacrificia, sed dominicis tantum, in hocque varias fuisse locorum, regionumve consuetudines, ut varia erat in illis libertatis conditio & religionis devotio. Augustinus ad Ianuarium. *Alia vero,* inquit, *quae per loca terrarum, regionesque variantur; sicuti est, quod alii jejunant sabbato, alii vero non: alii quotidie communicant corpori & sanguini dominico; alii certis diebus accipiunt, alibi tantum dominico: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi sabbato tantum & dominico, & si quid aliud hujusmodi animadverti potest.* Quod si tempore Augustini, quo propagata erant Christianis impp. Christianae religionis semina, & altas jam radices egerant, dominicis solum in multis Christianorum ecclesiis sacrificium hoc fiebat, eximiam religionis laudem quis jure non tribuat Hispanicae nostrae, quod D centum triginta, & eo amplius ante Augustinum annos, ethnicis imperatoribus & religionem nostram acerrime oppugnantibus, sacrificium peragi in ecclesiis publice illud celebrari praeceperit, poenamque excommunicationis adversus eos sanxerit, qui ecclesiam constitutis diebus non frequentarent. Tribus autem diebus dominicis abesse posse fideles a publico ecclesiae conventu & sacris, sine excommunicationis poena, non ideo permiserunt, quod singulis dominicis sacrificium fieri noluissent in ecclesia, vel ad illam fideles convenire; sed ut occurrerent grassantium persecutionum periculis, ne una in ecclesiam Christiani convenientes ab infidelibus caperentur, vel profano ethnicorum ingressu sanctus ecclesiae locus pollueretur: quod ab apostolis quasi per manus traditum Hispani episcopi denuo literis consecrare voluerunt. Clemens enim, haec ex Paulo refert. *Si propter infideles ad ecclesiam iri non potest, domi coetus* E *congregabis, o episcope, ne pius ingrediatur ecclesiam impiorum: non enim locus sanctificat hominem, sed homo locum. Quod si impii locum occupaverint, fugiendus est tibi is locus, quoniam ab ipsis profanatus est: nam ut sancta sacerdotes sanctificant, sic nefarii contaminant. Si nec domi, nec in ecclesia coetus celebrari possunt, unusquisque apud se psallat, legat, oret, vel duo aut tres una congregati: ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quod salutare & religiosum consilium Hispanorum usu receptum scribit D. Hieronymus, qui diebus singulis, nedum dominicis sanctum hoc sacrificium peractum & a fidelibus quotidie susceptum, ex epistola Lucini Baetici, pii viri & eruditi hoc in antiqua fuisse Hispanorum consuetudine testantis affirmat. Sed ut effugerent hostium pericula, non semper publice in ecclesiam conveniebant. Quando autem convenire debuissent, praepositorum judicio & religioni reservabatur, a quibus solebant mitti diaconi,

[Right margin notes: D. Aug. in epist. 118. — Clemens libr. 8. const. apostolicarum c. 40. — Matth. 18. — D. Hieron. In epist. 28. ad Lucinium.]

D. Ignatius in epiſtola 13.

ut fideles nominatim evocarent ad ſacra & eccleſiæ conventum, ut docet D. Ignatius, ad Heronem diaconum Antiochenum. *Synaxim*, ait, *ne negligas, omnes nominatim inquire.*

Eccleſiam non acceſſerit.

Eccleſias divino cultui ab ætate apoſtolorum dicatas, explicatis in eam rem Lactantio, Minutio & Clemente Alexandrino. Cap. XLV.

Paul. 1. Cor. 11.

Ab ipſis ergo apoſtolorum temporibus, ad cultum Deo vero præſtandum eccleſias majores noſtri conſecrarunt: fas enim non erat, in alicujus privatas ædes ad dominicam cœnam manducandam convenire. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, ait Paulus ad Corinthios? quaſi diceret: hoc in loco publico, qui ad ſacros noſtros conventus Deo dicatus eſt, agendum nihil profanum, & quod ſacris noſtris non congruat myſteriis. Ejuſdem quoque temporibus exemplum habemus certiſſimum, quod antiquam templorum ſive eccleſiarum noſtrarum prodat originem, & adeo antiquam, ut cum ipſo evangelio cœperint ædificari. Philonis Iudæi, quem Romæ cum Petro locutum refert Euſebius, libellus exſtat de vita contemplativa, vel de precatorum virtutibus, quem totum ſcriptum fuiſſe de virtutibus, moribus & vita antiquorum primitivæ eccleſiæ Chriſtianorum, Euſebius, Epiphanius & Suidas tradunt: nomine tamen abſtinuit Chriſtianorum, qui eo tempore Chriſtianorum nomen in multis provinciis erat inauditum; nondum enim percrebuerat, quod Antiochiæ primum, ſexdecim fere poſt promulgationem evangelii annos, inditum fuerat, tempore Claudii imperatoris: vocabantur Galilæi, Nazarei, fideles, credentes; non Chriſtiani; ut Epiphanius ſcripſit. *Qui tunc*, ait, *non Chriſtiani, ſed ex nomine, Ieſu domini noſtri vocabantur Ieſſei.* Quod ſi Chriſtianos, quod Chriſti Ieſu fidem religionemque amplexarentur, in provinciis quibuſdam eccleſiæ Ieſſeos vocarunt majores noſtri, non erit nunc religioſorum Ieſuitarum recens & nova nuncupatio; ſed antiquis eccleſiæ non nominibus tantum, ſed & moribus conſona. Philo ergo in eo libro, cum Therapeutarum Alexandrinorum domos & ſodalitia deſcripſiſſet, eorum loca referens, ad quæ Deo ſupplicaturi, remque divinam facturi quotidie conveniebant, ſic addidit, ut refert Euſebius. *Eſt in quoque agro domus ſacra, quæ vocatur Semnion, id eſt, auguſtum templum, vel monaſterium; quod Latine locus ſolitarius ſeparatuſque dici poteſt, in quo illi ab aliis ſeparati ſejunctique, vita pia & propter virtutem auguſta myſteria obeunt, nihilque eo, vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis uſus neceſſaria ſunt, omnino ſecum apportant; ſed leges & oracula a prophetis divinitus edita, hymnoſque ibi recolant, & alias denique res, quibus divina ſcientia & vera erga Deum pietas creſcat & perficiatur.* Ante hos omnes templa fuiſſe in Hiſpania, (quod ad religionis Hiſpaniæ laudem ſpectat) inſigni documento eſt, templum illud Cæſarauguſtanum a D. Iacobo in prima ſua profectione in Hiſpaniam incœptum, poſteaque multis ſumptibus auctum, donis & opibus catholicorum principum & piorum hominum locupletatum. Vt a nomine autem Gentilium abſtinerent, etiam in templis & rebus ſacris, eccleſias nomine Græco vocarunt, id eſt congregationes, quod in illis ad percipienda ſacra myſteria, ad decantandas Chriſto laudes, ad perdiſcendas divinas inſtitutiones, ad tractandum de rebus ad religionem ſpectantibus, conveniretur. Et ſi ſæpe pro ipſis fidelibus congregatis & Chriſtiana plebe ſumatur: hic tamen pro ipſo loco, in quem illi conveniunt, uſurpari, obſcurum non eſt: cujus reverentia & religione adeo olim fidelium animos obſtringi, devincirique volebant catholici epiſcopi, ut in eccleſiam (excepto rege) ingredi quemquam accinctum gladio non permiſerint decreto concilii Salegunſtadienſis.

Euſeb. lib. 2. hiſt. eccleſ. c. 15.
Euſeb. in eod. li.
Epiphanius hær. 9
Suidas, verbo Philo.
D. Epiphan. contra Nazaren.
D. Epiphan. hæreſ. 29.
Euſeb. li. 2. hiſt. eccleſ. c. 16.
Conc. Salegunſtad. can. 8.

Hic etiam argumentum præſtat Hiſpania, quo refelli confutarique poſſit error antiquus Euſtachii monachi & Sebaſteæ epiſcopi, eccleſias ad cultum Deo præſtandum profane contemnentis, quam in concilio Gangrenſi adverſus ipſum coacto anathemate damnavit Oſius epiſcopus Cordubenſis cum reliquis. Suſcitarunt illum (auctore Hugone Ferrarienſi) hæretici Patareni, anno Chriſti CIↃ. CC. damnati ab Honorio papa III. & Frederico II. imperatore latis conſtitutionibus. Renovarunt Vvaldenſes, Vviclephiſtæ, Huſſitæ & Taboritæ anno CIↃ. CD XX. ac tandem Anabaptiſtæ quidam, ſed leviori religionis jactura.

Conc. Gangren. can. 5.

Actuum. 17.

Quod vero divus Paulus cum Athenienſibus diſſerens, ait. *Deus in manufactis templis non habitat.* Quo ſolent illi errorem protegere, ut leve eſt, ſic & alienum a Pauli mente, quam apertius & melius nemo ipſomet Paulo declarabit. In eodem enim contextu ſtatim ſubjungit: *Indigens aliquo, cum ipſe det omnibus.* Quaſi clarius diceret, templa non Dei neceſſitate conſtrui, proprio gaudentis domicilio, ut Gentes putabant, ſed erigi inopia noſtra & fructu. Indigemus enim eccleſiis ad conveniendum, ad orandum, ad ſacrificandum, ad gratias Deo reddendas & agendas, ad alia etiam quæ extra locum ſacrum majori labore, & minori reverentia docentur & percipiuntur. Quo etiam ſenſu lucernas, quas olim ſuis diis vaniſſime Gentes offerebant, exiſtimantes deos luminibus indigere, & tanquam offuſis tenebris oberrantes oblata luce lætari irridet Lactantius, irridet templa, irridet aras, irridet ſacrificia, odores irridet, & reliqua ſacrificiis accommoda, nihil ſanctam & ſingularem illam majeſtatem ab homine deſiderare aſſerens, quam innocentiam ſolam: quam ſi quis obtulerit Deo ſatis pie illum, ſatis religioſe affirmat litaſſe. Quæ omnia non ideo Lactantius contemnit, ut falſo illi objiciunt hæretici, ut templa doceret, aras, lumina, ſacrificia, odores, & reliqua quæ hodierno etiam die obſervat eccleſia, Deo fore ingrata; ſed ut illorum confutaret errorem, qui has oblationes ſine innocentia diis gratiſſimas judicabant, perſuaſi illis oblatis expiari poſſe quæcumque ſcelera admiſſa, ut ipſe Lactantius paulo antea docuit apertiſſime. *Homines*, ait intelligens Gentes, *neglecta juſtitia, cum ſint omnibus flagitiis ac ſceleribus inquinati, religioſos ſe putant, ſi templa & aras hoſtiarum ſanguine cruentaverint; ſi focos odorati ac veteris vini profuſione madefecerint. Quin etiam ſacras dapes apparant, & exquiſitas epulas, quaſi aliquid inde libaturis offerunt. Quidquid aſpectu rarum, quidquid opere aut odore pretioſum, id gratum eſſe diis ſuis, non ex aliqua divinitatis ratione, quam neſciunt, ſed ex ſuis cupiditatibus judicant: nec intelligunt terrenis opibus Deum non indigere; nihil enim ſapiunt niſi terram, bonaque & mala ſolius corporis ſenſu & voluptate perpendunt. Hujus arbitrio ut religionem ponderant, ſic totius ſuæ vitæ acta diſponunt.* Eodem etiam ſenſu intelligendus eſt Minutius Felix, dum Gentes adverſus nos ſic inducit loquentes. *Latebroſa & lucifuga natio, in publico muta, in angulis garrula, templa ut buſta deſpiciunt, deos deſpuunt, rident ſacra, miſerantur miſeri, ſi fas eſt, ſacerdotum honores, & purpuras deſpiciunt ipſi ſeminudi.* Quibus ut faceret ſatis, poſtea hæc adjunxit. *Putatis autem nos occultare quod colimus, ſi delubra & aras nō habeamus? Quod enim ſimulacrum Deo fingam, cum ſi recte exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum. Templū quod ei extruam, cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit? Et cum homo latius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majeſtatis includam? Nonne melius in noſtra dedicandus eſt mente? in noſtro imo conſecrandus eſt pectore? hoſtias & victimas domino offeram, quas in uſum mei protulit? ut rejiciam ei ſuum munus, ingratum eſt, cum ſit litabilis hoſtia bonus animus, & pura mens, & ſincera ſententia. Igitur qui innocentiam colit, domino ſupplicat; qui juſtitiam, Deo libat; qui fraudibus abſtinet, propitiat Deum; qui hominem periculo ſurripit, optimam victimam cædit. Hæc noſtra ſacrificia, hæc Dei ſacra ſunt, ſic & apud nos religioſior eſt ille qui juſtior.* Sic etiam intelligendus Clemens Alexandrinus, dum ait. *Propter quam cauſam merito Deo non ſacrificamus qui nullius indiget, & omnia præbuit hominibus: ſed eum glorificamus, qui eſt pro nobis ſacrificatus, nos ipſos ſacrificantes, ad id quod eſt nullius indiget, ex eo quod nullius indiget, & ab impatibili ad id quod eſt impatibile. Deus enim ſola noſtra ſalute delectatur. merito ergo ei non offerimus ſacrificium, qui non vincitur a voluptatibus, cum inferius, & nec uſque ad craſſiſſimas nubes, & longe etiā ab his perveniat, quæ fit per fumum exhalatio, ſi modo perveniat. Nullius ergo indiget Deus, nec capitur voluptate, nec eſt aut lucri, aut pecuniæ cupidus, cū ſit plenus & cuilibet, quod ortum eſt & indiget, omnia præbeat: neque ſacrificiis, ſed neque donariis, neque rurſus gloria & honore Deus invocatur, neque aliquibus ejuſmodi allicitur; ſed ſolis viris bonis & honeſtis apparet.* Quæ omnia a Lactantio, Minutio & Clemēte tradita mire his conſentiūt, quæ a Spiritu ſancto edocti ſumus. *Facere juſtitiam & judicium, magis placet domino quam victima.* Significat, enim placere magis Deo, ut lex cuſtodiatur, cujus partes duæ ſunt, judicium & juſtitia, quam ut cruentum fieret ſacrificium. *Sacrificium & oblationem noluiſti: holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti.* Quod divus etiam Paulus docuit ad Hebræos. *Beneficentiæ & retributionis nolite oblivíſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* Hi autem & reliqui non inficias eunt, templa, aras, ſacrificia, & reliqua, ſi debita religione parentur & offerantur, ſpreta ſuperſtitione antiquorum, & errore profano, Deo fore gratiſſima. Quod nō ſolū verbis cōſilioque munierūt, ſed factis & auctoritate ſæpiſſime confirmarunt.

Lactan. lib. 6. divin. inſt. c. 2.
Minut. Felix in Octavio.
Clemens Alex. lib. 7. ſtrom.
Proverb. 21.
Pſalm. 39.
Hebr. 13.

Canon

Canon XXII. Vulgatus.

De catholicis in hæresim transeuntibus, si non revertantur.

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam: eo quod cognoverit peccatum suum: qui etiam decem annis agat pœnitentiam; cui post decem annos, præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

Canon XXII. *Emendatus.*

De catholicis in hæresim transeuntibus, si revertantur.

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam: eo quod cognoverit peccatum suum: qui etiam decem annis agat pœnitentiam; cui post decem annos, præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

ANSELMUS hunc canonem retulit lib. 11. c. 128. & pœnitentiale Romanum apud Antonium Augustinum, tit. 7. cap. 4.

Lapsis non modo pœnitentiam non negasse patres Illiberritanos, sed manifeste indulsisse. Cap. XLVI.

ALIORUM canonum severitatem insigni pietate temperant nunc Hispani patres, ne quis eos ut nimis semper acres & acerbos judicet: decernunt enim illos, qui deserta Christianæ religionis disciplina, in hæresim semel lapsi, postea tamen pœnitentia ducti, ad ecclesiæ pacem revertuntur, recipiendos, & ut pristinam recipiant sanitatem, pœnitentiæ medicina purgandos. In quo tacite, imo expresse antiquum evertunt errorem Novatiani, qui crudelitate, vel impietate potius singulari, semel lapsis, & ad ecclesiam lacrymis, gemitu & dolore pulsantibus (ut Cypriani verbis utar) divinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudi volebat, nec ad fovenda vulnera admitti vulneratos, sed sine spe pacis & communionis relictos, ad luporum rapinam & diaboli prædam projici. Profanum hunc & perniciosum errorem, quia satis docte confutarunt olim D. Cyprianus, Vincentius Lirinensis, Ambrosius, & ante hos Cornelius papa in synodo Romana, de qua Eusebius, repetitam ejus impugnationem omittam: unius solum Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani auctoritate contentus. *Quemadmodum*, ait in concilio Nicæno II. *etiam in evangelio ab ipsa domini voce per parabolam de prodigo, & postea pœnitente, instructi sumus a patre cælesti, recepto in cælis. Gaudet enim supra hominem pœnitentiam agentem: pœnitentia enim insign[is] est armatura; magna salutis via, hospitii regni cælorum dispensatrix incorruptibilis, via dux, martyricorum certaminum æquiparatio; ad Deum viam indicans, & cum ipso nos esse faciens, humani generis baculus, cadentium & lapsorum surrectio. Beati qui hanc amplectuntur, & huic adhærent: qui hanc exercent, cum angelis vitam æqualem ducunt. Ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pœnitentia est columna & familiaris dilectionis, eleemosynæ, jejunii, abstinentiæ, temperantiæ, probitatis, honestatis, mansuetudinis, & ut verum uno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia.* Præclaram hanc ejus virtutem & laudes summamque Dei nostri erga nos clementiam & benignitatem (remittit enim datque multo jucundius, ut ait Gregorius Nazianzenus, quam accepent alii) Hispanos patres probe agnovisse & perspicue hoc canone demonstrasse (tantum enim abfuerunt ab errore contrario) non ambiget ille, qui ab his hoc ipso canone decretum animadverterit, lapsos resipiscentes, peracta decem annorum pœnitentia, quasi secundo quodam lacrymarum baptismo tingui, ablui, tergi, mundari, & mundatos jam ad sacram ecclesiæ & eucharistiæ communionem admitti oportere. Prius tamen quam eidem reconciliarentur, antiquæ hæresis errorem eosdem abjurasse crediderim, pollicitosque fuisse catholicæ ecclesiæ unitatem se in posterum observaturos. Hoc enim antiquum esse in ecclesia ex concilio Arelatensi II. plane intelligimus, cujus omnes fere canones, ab hoc Illiberritano desumptos superius indicavimus. *Novatianum*, ait, *in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentia incredulitatis præteritum damnet errorem.* Idem paulo ante, Nicænum. *De eisdem Novatianis placuit sancto concilio, ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu catholicæ ecclesiæ statuta observaturos: id est communicaturos se & his, qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt. Quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quæ in ecclesia catholica observantur.* Idem ex Ephesina synodo sub Theodosio juniore & Cælestino papa constat. Epistola enim, quam miserunt patres in ea coacti ad Nestorium hæreticum episcopum Constantinopolitanum, hæc habet. *Non autem sufficit vel tuæ religioni tantummodo fidei symbolum confiteri, quod expositum est per idem tempus, Spiritu sancto largiente, & venerando ac magno concilio apud Nicæam celebrato; hæc enim non intellexisti, nec recte interpretatus es; quinimo perverse, licet sono vocis eadem verba protuleris, sed consequens est etiam, jurejurando fateri te, quod anathematizes tua polluta & prophana dogmata: sentias autem & doceas, quæ nos universi per orientem & occidentem episcopi & magistri præsulesque populorum credimus & docemus.* Similem formam abjurandi hæresim usurpatam a Berengario sancti Mauritii Andegavensis ecclesiæ diacono, in concilio Romano sub Nicolao secundo legimus, apud illius concilii acta. Et ut Hispana non omittamus: antiquum exstat decretum a Martino episcopo Bracarensi relatum, oblatum concilio Lucensi & confirmatum, expressa idipsum constitutione decernens. *Si qui episcopus*, ait, *sive alicujus episcopi presbyter aut diaconus, in alicujus hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio, porrecto sua fidei libello, satisfaciat omnibus, & ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis, si in aliqua hæresis opinione fuerint nominati, &c.* Hac etiam ætate eamdem præscribunt formam catholicæ fidei vindices lapsis in hæresim, cum ad communionem & pacem ecclesiæ revertuntur. Nec errorem solum abjurare & veram catholicæ religionis doctrinam se in posterum amplexuros polliceri sat erat, ni proprio veritatis & fidei chirographo velut datis obsidibus obstringerentur. Tertullianus vetustum hunc ecclesiæ morem indicat adversus Praxeam his verbis. *Denique caverat pristinum doctor de emendatione sua, & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc gesta res est.*

Cyprian. epist. ad Novatian. & ad Antonian. & in lib. de lapsis.
Vincent. Lirin. advers. profan. hæres. Novatianos.
Ambr. in libris de pœnit. advers. Novatianos.
Euseb. li. 9. hist. eccles. c. 38.
Tarasius in conc. Nicæn. II. actione 1.
Lucæ 15.
Gregor. Nazian. orat. in sanctum lavacrum.
Pœnitentiam, baptismum lacrymarum vocarunt olim Gregor. Nazianz. in sermone de sanctis luminaribus Epiphaniorum c. 5. & Gregor. Nyssen. homilia in eos qui durius alios judicant.
Conc. Arelat. II. can. 9.
Concil. Nicæn. can. 8.
Referuntur hæc acta ab Ivone p. 2 decr. c. 10. & a Grat. in c. ego Berengarius, de consecratio. distinct. 2.
Tertull. advers. Praxeam.

Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

Quando parentum culpa redundet in filios; quando non redundet, explicato in eam rem D. Cypriano. Cap. XLVII.

EA fuit olim quorumdam parentum impietas & insania, ut non solum seipsos, sed filios infantes sacrificiis idolorum offerrent. D. Cyprianus. *Ac nequid deesset ad criminis cumulum; infantes quoque parentum manibus vel impositi, vel attracti, amiserunt parvuli quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Nonne illi, cum judicii dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo domini ad profana contagia sponte properavimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi & tanti facinoris ignari, per alios ad consortium criminum jungimur, aliena fraude caperemur?* Si parentum ergo imperio & auctoritate coacti infantes sacrificiis idolorum auctoritatem præstarent, incunctanter recipi placuit; quod non proprio, sed alieno vitio peccassent. Cujus sceleris gravissimum reatum

D. Cyprian. lib. de lapsis c. 3.

adeo Deo displicuisse legimus ut in ipsis infantibus non doctrina tantum, sed miraculis odium significaverit, expresserit, confirmaverit. *Præsente ac teste me ipso*, ait Cyprianus, *accipite quod evenerit. Parentes forte fugientes, dum trepide minus sibi consulunt, sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum, quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis, eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu cœpit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi vero solennibus adimpletis, calicem diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem suam parvula instinctu divinæ majestatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in domini sanguine potus, de pollutis visceribus erupit: tanta est potestas domini, tanta majestas. Secreta tenebrarum sub ejus luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem.* Hæc Cyprianus. In quibus illud est difficile, quod in principio scripsit, parvulos recenter natos oblatos idolis a parentibus, amisisse quod in primo nativitatis exordio fuerant consequuti, cum ex eodem Cypriano & decreto hujus concilii constet, illud non proprium fuisse, nec esse potuisse, sed parentum peccatum, ad quos reatum vere, non ad filios esse referendum, & sic intelligendum Cyprianum, doctissimi & sanctissimi Augustini testimonio confirmabo. In epistola enim ad Bonifacium episcopum, sic ait. *Quando autem in parvulum majores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes dæmonum sacrilegis vinculis, non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti Spiritus unitatem. Potest enim & in hoc & illo homine esse unus Spiritus sanctus. Etiamsi invicem nesciant, per quem sit utriusque gratia communis. Non autem potest spiritus hominis esse & hujus & illius per quem peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest parvulus semel ex parentum carne generatus Dei spiritu regenerari, ut ex illis obligatio contracta solvatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quæ soluta est, iterum contrahatur. Et ideo semel perceptam parvulus Christi gratiam non amittit, nisi propria impietate, si ætatis accessu tam malus evaserit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur. Veruntamen recte dicuntur parentes, vel quicunque majores, filios seu quoslibet parvulos baptizatos dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritaliter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt. Recteque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur; Nolite occidere parvulos vestros, dicit enim & apostolus, spiritum nolite extinguere: non quia ille extingui potest, sed quantum in ipsis est, extinctores ejus merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum velint. Isto sensu recte intelligi potest, quod scripsit beatus Cyprianus, qui tempore persecutionis idolis immolaverant, arguens. Ac ne quid deesset,* inquit, *ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi vel attracti, amiserunt parvuli, quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Amiserunt, dixit, quantum attinuit ad illorum scelus, a quibus amittere coacti sunt. Amiserunt in eorum mente ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in seipsis amisissent, remansissent utique divina sententia sine ulla defensione damnandi. Quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subjiceret, dicens: Nonne illi, cum judicii dies venerit, dicent; Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo domini, ad profana contagia sponte properavimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi, & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminis jungimur, aliena fraude caperemur. Hanc defensionem non subnecteret, nisi justissimam crederet, & in Dei judicio parvulis profuturam: si enim vere dicitur. Nos nihil fecimus, anima quæ non peccaverit, ipsa cur morietur? Nec illi peribunt sub Dei justo judicio, quos parentes suo scelere, quantum ad se ipsos attinet, perdiderunt. Illud vero quod in eadem commemoratur epistola, quamdam parvulam turbatis in fugam parentibus, nutrici derelictam, atque ab eadem nutrice dæmonum sacrilegiis impactam, postea in ecclesia illatam sibi eucharistiam miris motibus respuisse: ideo mihi videtur divinitus factum, ne majores putarent, nihil se in parvulos in illa iniquitate peccare, sed potius intelligerent, per illum significantem quodammodo gestum corporis eorum, qui loqui non poterant, se mirabiliter admoneri, quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefas sacramentis salutaribus irruebant. Unde se utique pœnitendo abstinere deberent. Nec cum tale aliquid divina providentia per infantulos agit, ipsos id agere scientia, vel ratione credendum est. Neque enim quia cujusdam prophetæ dementiam Deus voluit etiam asina loquente coercere, ideo admiranda est asinorum sapientia. Porro sicut per animal irrationale sonuit aliquid homini simillimum, quod miraculo divino, non cordi asinino tribuendum sit: ita potuit omnipotens per infantis animam, non ubi ratio nulla erat, sed ubi adhuc sopita erat, gestu corporis ejus ostendere, quid illi, qui & in se & in parvulos suos peccaverant, curare deberent. Ceterum cum infans non redeat in parentem, ut cum illo & in illo unus homo sit, sed omnino alter sit, habens carnem suam & animam suam: Anima quæ peccaverit ipsa morietur. Nec illud te moveat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem seu quoslibet parvulos dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes, spiritaliter sunt homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores fiunt, & recte illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibetur. Nolite occidere parvulos vestros.*

Idem in eod.

Quomodo intelligendus Cyprian. li. de lapsis. c. 3. Aug. epist. 23. ad Bonifacium epis.

1. Thessal. 5.

Par causa de infantibus ab hæreticis baptizatis esse debet, tametsi enim ab his baptizatos ad clerum non esse promovendos, antiqua apostolorum constitutione sit cautum, si tamen infantes parentum errore ab hæreticis baptizarentur, non esse ab ordinibus repellendos, Africanis episcopis placuit. Parentum igitur peccatum, cui nullum filii præstitere consensum, ad parentes redit auctores, non ad filios. Si autem filii in eorum voluntate acquiescant, ut culpæ, sic & pœnæ redduntur obnoxii. D. Augustinus, quando & quomodo, vel parentibus, vel majoribus obtemperandum sit, hac nos singulari erudivit doctrina. *Sed timeo*, inquies, *ne offendas majorem. Times prorsus ne offendas majorem, & non times ne offendas Deum? quid enim times ne offendas majorem? vide ne forte major sit isto, quem non times offendere. Major est certe, noli offendere. Hæc tibi regula proponitur: nonne manifestum est eum minime offendendum, qui major est ceteris? Discute nunc majores tuos. Primi sunt tibi pater & mater: si recte educantes, si in Christum nutrientes, audiendi in omnibus, obtemperandum eis in omni jussione. Contra majorem si nihil jubeant, & serviatur illis: quis est,* inquis, *major eo qui me generavit? ille qui te ipsum creavit: generat enim homo, creat Deus. Unde generat homo nescit, quid generaturus nescit: ille qui te vidit ut faceret, antequam esset, quem fecit, certe major est patre tuo, major sit patria & ipsis parentibus tuis, ut quidquid jusserint parentes contra patriam, non audiantur; & quidquid jusserit patria contra Deum non audiatur.* Hæc Augustinus.

Can. 67. apost.

Concil. Carthag. 3. can. 48.

Aug. ser. 6. de verbis domini in evangelium secundum Matthæum.

Canon XXIII. Vulgatus.

De temporibus jejuniorum.

Iejunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari: exceptis diebus duorum mensium, Iulio & Augusto, ob eorumdem infirmitatem.

Canon XXIII. *Emendatus.*

De temporibus jejuniorum.

Iejunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari: exceptis diebus duorum

mensium, Iulii & Augusti, ob eorumdem infirmitatem.

Ivo p. 4. decret. c. 31. paulo aliter. Iejunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Iulio & Augusto; & hoc ob eorumdem infirmitatem. C. MS. sancti Æmiliani in cœnobio regio D. Laurentii. *Iejuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Iulio & Augusto, ob quorumdam infirmitatem.* Sed editorum codicum & Ivonis lectionem magis probo: nam jejunia hæc non ob hominum quorumdam infirmitatem, sed ob æstivos & infensos eorumdem mensium calores tolluntur, ut mox dicemus.

Quid abstinentia, quid jejunium, & qui jejunii fructus. Cap. XLIIX.

ABSTINENTIAS olim vocabant jejunia; non quod abstinentia quæcumque jejunium sit, ut hæretici nostri temporis hallucinantur, dicentes, idem esse jejunare, quod sobrie, naturæque convenienter vivere: quod sane est vanissimum, & a sacrarum literarum sensu maxime alienum. Certum namque est, abstinentiam, æque ac temperantiam, eos omnes qui naturæ lege vivere volunt, ad sui observationem perpetuo obstringere: siquidem ut nulli unquam fas est vivere intemperanter, ita nulli unquam licebit admittere, quod cum vera abstinentia pugnet. Bibere enim vel comedere plusquam recta ratio dictat, vel naturæ necessitas postulat, nunquam licet: at vero jejunii leges, neque obligant omnes, neque semper, sed suo tempore & loco tantum. Quis enim dubitat, Christum nostræ religionis auctorem, ejusque sanctos apostolos & discipulos sobrie, naturæque convenienter vixisse semper? Semper tamen jejunasse fatendum non est, cum jejunii tempora ab illis observata, præscripta videamus, & reliqua omissa. Quare rogantibus discipulis Ioannis: *Quare nos & Pharisæi jejunamus frequenter, discipuli autem tui non jejunant? Dominus respondit: Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, quando auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.* [margin: …tth. 9.] At abstinentiæ nomen, latius patet quam jejunii. Abstinent a cibo ægri, quod illum fastidiant, inopes quod illo careant, avari quod illum emere recusent, gulæ & ventri dediti, ut majori aviditate & voluptate postea liguriant, hypocritæ ut sanctimoniæ laudem apud imperitam plebem aucupentur; illos tamen jejunare in nullius nisi insani mentem venire potest. Quod si de studiosorum actibus solum disputatio suscipiatur, responsio occurrit, abstinere etiam eos, qui famem in die bis aut ter explent, tolerant vero, & sine merito, sæpissime. Et quod de actibus dicimus, ad tempus & ciborum delectum accommodari etiam potest. Vocabant ergo olim jejunia abstinentias, quod diebus jejunii ab omni delicatiori cibo & actu intemperantiæ & incontinentiæ abstinere Christiani deberent, juxta illud Origenis. *Quando jejunamus, o viri, abstineamus nos, ut non gustemus carnem, nec vinum, nec superfluas escas.* [margin: …gen. lib. 3. …ob. …il. homil. 1. de …nio.] Et illud Basilii. *Carnes non edis, sed comedis fratrem tuum; a vino abstines, sed ab injuriis tibi non temperas.* Temperantiam enim partem esse abstinentiæ constat. Pertinet enim temperantia ad eas voluptates, quas tactus gustusque progenuit, communes ceteris animantibus, ut Aristoteli placuit. [margin: …st. lib. 3. …c. 10.] Abstinentia vero ad alias etiam extenditur. Hi enim qui vel fabulis, vel histrionum cantu delectantur, quod ad auditum pertinet, vel his rebus gaudent quæ visu percipiuntur, ut coloribus, figuris, vel pictura: vel rosarum, florum, vel unguentorum odoribus capiuntur, quod ad odoratum spectat: & his omnibus virtutis studio abstinent, temperantes dici non possunt, ut Aristoteles docet, dici tamen possunt abstinentes. Quam virtutem eamdem esse putarem cum ea, quæ continentia dicta est ab Aristotele, nam de virtute abstinentiæ hoc nomine nuncupata, ipsum & reliquos morales philosophos meminisse non video. [margin: …st. li. 7. ethic. & 2.] Quare eorum sententiam non probo, qui temperantiam proprie esse volunt, cum quis abstinet a nocivis, necessariis contentus: abstinentiam vero tantum, cum quis abstinet a necessariis: nam abstinentiæ fructum illum percepisse, qui lege jejunii contentus, nihil de necessariis sustulerit, quis jure diffitebitur? In his igitur (sive jejunia voces, sive abstinentias, nomina rerum nihil jam moror) adeo se exercebant primitivæ ecclesiæ patres, exercerique volebant reliquos Christi imitatores, ut non eos tantum, qui secundum ecclesiastici judicis arbitrium, privata vel publica pœnitentiæ lege devincti jejunare tenebantur, sed & eos quoque, qui nihil pœna dignum admiserant, ad jejunii observationem excitarent; nec immerito: nam inter ea quæ homines ad peccandum majori stimulo provocant, carnis concupiscentia est. Quo enim carnis sensus homini jam ab ineunte ætate est familiarior (exortus enim est una cum eo, & ad extremum vitæ spiritui materiam præstat, quo nutriatur) eo ad alliciendum magis, ad debellandum, & obtinendam de ipso victoriam potentior est. Idcirco majores nostri ad refrænandam hanc carnis vim & petulantiam multa prudenter, pie & sancte excogitarunt. Voluerunt enim nocturnis vigiliis, vestitu aspero, castigatione verberum, externo corporis labore, carnis sensum coerceri. Sed cum multo majorem virtutem jejunio & abstinentiæ inesse experimentis multis agnovissent, jejunium semper tanquam firmissimum adversus diaboli carnisque insultus præsidium elegerunt, in primaque acie semper collocarunt. Eo consilio quadragesimæ jejunium instituerunt: primo, ut maculas quas reliquo anni tempore, contraxerant, jejunii pœnitentia his diebus eluerent: tum ut quasi decimas totius anni auctori vitæ, qua fruimur, redderemus, ut docuit beatus Gregorius. Nec eo factum satis majores nostri putarunt, sed cum viderent vitæ nostræ momenta, non solum per annos integros, sed per menses interdum decurrere, duodecim menses, quibus annus solaris constituitur, in quatuor partes tribuerunt, singulisque earum jejunia (qua de causa quatuor temporum vocant) triduana præfixerunt: [margin: B. Greg. hom. 16. in evang.] ut gratias Deo redderemus pro præterito trimestri spatio, quod illo nos, nostraque, pro sua clementia prospere tutari dignatus sit; & ob expiationem eorum delictorum, quæ illis mensibus, vel ignorantia, vel malitia admisimus; & ut proponeremus ineuntibus singulis illis quatuor anni temporibus (indicuntur jejunia circa præcipuas anni versiones, quas solstitia & æquinoctia vocant) actiones nostras, studia & cogitationes divinæ voluntatis arbitrio moderari. Et quia interdum vita nostra multis & frequentibus malis sauciata, multis etiam & frequentioribus remediis indiget, ideo non trimestre illud expectandum voluerunt, sed aliud magis oportunum excogitarunt; singulis enim mensibus voluerunt ab episcopis aliquot dies jejuniis præscribi; quot autem illi esse deberent, & quando, eorumdem episcoporum judicio placuit reservari. Nec menses solum agi noluerunt sine jejunio, sed nec hebdomadas ipsas sive septimanas: harum enim singulis diem unum ademerunt, sextam scilicet feriam, quam diem Veneris vocant: huic autem Hispani alterum singulari religione jejunio consecrarunt, sabbatum scilicet. [margin: Can. 26. hujus concilii.] Qui præstantius vitæ institutum sequebantur, quartam etiam feriam adjiciebant; nec his contenti alii, omnes dies jejunio celebres custodiebant; alii autem nihil se promeruisse putabant, si his diebus jejunium ut reliqui, vel siccorum esu agerent; quare vix sexto die alimento minus necessario reficiebantur, sicut cicadæ rore viventes, & canticis inediam compensantes, ut Philo scripsit.. *Temperantia,* inquit, *tanquam fundamento in anima jacto, virtutes ceteræ superstruuntur. Nec cibum nec potum quisquam sumit ante solis occasum. Nonnulli ex illis vix tertio quoque die famem sentiunt. Nec desunt qui prælauto excepti sapientiæ epulo perdurant duplum ejus temporis, & vix sexto die degustant cibum necessarium, assueti sicut cicadæ rore vivere & canticis solari inediam.* [margin: Philo de vita contemplat.] Hæc ille de Christianis Alexandrinis, Marci primi civitatis illius episcopi discipulis: & verosimile est: aliis civitatibus & locis, idem præstitisse alios. His autem liberis jejuniis omissis, quæ ad perstringendam hujus sæculi cæcitatem tantum delibavimus, ut ea cum maxima laude & merito suscipiuntur; sic etiam citra ullam noxam prætermitti possunt: necessaria vero, id est, illa quæ a præpositis ecclesiæ in vim præcepti præscribuntur, citra causam necessariam omitti sine culpa non possunt: qualia illo tempore judico ea jejunia, quæ singulis mensibus ab episcopis præscribebantur. Ferventi primitivæ ecclesiæ devotione multa ab episcopis indicta fuerunt majori severitate jejunia, communi populi usu consensuque recepta, quæ post aliquot sæcula conniventibus iisdem etiam episcopis, in usu esse desierunt, & ex necessariis libera facta sunt: jam enim justissimum canonis hujus præceptum, pro consilio hac ætate accipiendum, observo; ni superiorum accedat auctoritas.

Exceptis diebus duorum mensium, Iulii & Augusti, ob eorumdem infirmitatem.

Cur his duobus mensibus jejunia sublata.
Cap. XLIX.

VT rebellantem spiritui carnem jejunio & abstinentia serio edomari cupiunt ecclesiæ præfecti, sic corporum saluti, & incolumitati prudenter student & suaviter provideri: mortem enim peccatorum, vel adversam valetudinem nolunt, sed ut diu vivant, & ad dominum ex animo convertantur. Idcirco menses duos, quos ferventes Bæticæ provinciæ calores, febrium æstibus & aliorum morborum infestos reddunt, & periculo obnoxios, liberos decreverunt lege jejunii, ne si nimium illis mensibus abstinerent, immodica caloris vi resolverentur & ea inedia flaccescentes ad ferenda jejunia mensium reliquorum redderentur imbecilliores. Non dissimilem constitutionem tulit Gallia in concilio Turonensi II. in jejunii. monachorum observandam. Cum enim ea frigidior sit ob majorem solis recessum (septentrioni enim octo vel novem gradibus propinquior est) solum Augustum mensem, diversa tamen reddita ratione, a lege jejunii exemerunt, etsi illos qui Iulio mense infirmari cœpissent, eodem beneficio fruituros declaraverint. Concilii Turonensis verba hæc sunt. *De jejuniis vero, antiqua a monachis instituta serventur, ut de pascha usque ad quinquagesimam, exceptis rogationibus; omni die fratribus prandium præparetur; post quinquagesimam sola hebdomada exacte jejunent secunda & quarta & sexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate constricti sunt: in Augusto, quia quotidie missæ sanctorum sunt, prandium habeant* (missas sanctorum & festiva eorum solemnia jejuniis libera non sine ratione voluerunt) *in Septembri toto & Novembri, sicut prius dictum est, ter in septimana.* Voluerunt ergo eos qui Iulio mense infirmari cœpissent, lege jejunii non obstringi: sanos autem toto mense Augusto ob sanctorum festivitates in ipso celebrandas: quarum nonnullas fortasse in eundem rejecerunt, ut jejunii severitatem in reliquis observantes, Augusti iniquitati inservientes possent commodius relaxare. Eadem pietatis consideratione quartam & sextam feriam jejunio monachorum consecratas a divo Benedicto, ipse tota æstate, cum nimii essent calores, legibus solvit.

Concil. Turonen. 2. can. 13.

D. Benedict. c. 41. regulæ.

In oriente etiam jejunium Augusti mensis interdictum fuisse a synodo Constantinopolitana, constat ex III. quæstione monachorum ad eamdem synodum tempore Nicolai patriarchæ Constantinopolitani. Quæstionis verba, cum interpretatione Balsamonis recitabo, ut compertum habeant antiquitatum studiosi, quæ de jejunio hujus mensis observavit vetustas.

Quæstio.

An oporteat jejunium in Augusto peragere? Resp. Erat prius in hoc tempore jejunium, sed translatum est, ne cum Gentilium, quæ hoc tempore fiebant, jejuniis incideret. Sed tamen adhuc multi homines hoc jejunium jejunant, Balsamon. *De hoc jejunio aliquando quæsitum est coram potenti & sancto nostro domino & imperatore, præsente sanctissimo illo patriarcha domino Luca, & qui cum eo inventi sunt antistitibus. Et nonnulli quidem dicebant, non debere nos jejunare propter translationem, quæ in responsione declaratur. Alii autem contra dicebant, quod quoniam sancta synodus dicit absque ulla dubitatione jejunium fuisse prius hoc tempore, sed fuisse translatum, non declaratur autem ubi, & quomodo translatio facta sit, debemus necessario jejunare. Patriarcha autem & antistites pronunciarunt esse inexcusabile jejunium Augusti mensis: & ad dicti sui comprobationem etiam unionis decisione utebantur, quæ tractat, trigamos ter in anno esse sacramentorum participes, scilicet in paschate, & in festo dormitionis sanctissimæ deiparæ, & in nativitate domini nostri Iesu Christi; eo quod in eis præcederet jejunium, & ejus utilitas. Quibusdam autem tunc quoque dubitantibus, quod nusquam inveniretur præscripta ejus jejunii dierum quantitas, dixit ipse sanctissimus patriarcha, quod cum dies hujus, & illius, quod ante Christi natalem fit, jejunii, non declarentur ab ulla scriptura, cogimur sequi non scriptam ecclesiasticam traditionem, & debemus jejunare a primo die Augusti, & a XIV. mensis Novembris. Sin autem propter corporalem imbecillitatem id solvere cogamur, episcopali permissione dies declarati in Augustum redigentur: nam hoc quoque placuit ex non scripta ecclesiastica traditione. Et hæc quidem aliquando dicta sunt. Ego autem cum postea considerassem, unde nam, & quomodo hæc duo jejunia tradita sunt, scilicet dormitionis sanctæ deiparæ, & nativitatis Iesu Christi & Dei nostri, ac etiam jejunium quod fit ante festum sanctorum apostolorum, & jejunium ante transfigurationem, & an necessario debemus hæc jejunare, & quot diebus, dico, hoc quidem festorum jejunium esse inexcusabile; ejus autem dierum quantitatem non esse numero in omnibus æqualem, ut est in magna quadragesima, sed ante septem quidem dies uniuscujusque horum festorum, omnes fideles, laici scilicet & monachi, coguntur jejunare inexcusabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Christianorum communione alienantur.*

Hæc olim in oriente & occidente jejuniorum Iulii & Augusti observatio, quam hodie catholica vel Hispanica ecclesia non retinet: in Iulio enim abstinentiæ lex indicta est vigiliæ sancti Iacobi: in Augusto vigiliæ D. Laurentii, Bartholomæi, & assumptionis; & si quæ alia, aut superiorum præcepta, aut fidelium temperantia induxerit, vel devotio.

Canon XXIV. Vulgatus.

De his, qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.

Omnes qui in peregrinatione fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

Canon XXIV. *Emendatus.*

De his, qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.

Omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

APVD Ivonem p. 6. 352. & Gratianum in c. omnes, 98. distinct. omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

Quæ cautio olim in clericorum ordinatione adhiberetur. Cap. L.

QVOS ad clerum olim admittebant episcopi, non solum a crimine, sed a criminis suspicione liberos, juxta Pauli præceptum, esse volebant. Qua ratione consuluisse eos antea omnes presbyteros, diaconos, & plebem, quæ essent illorum actiones, quæ studia, qui mores, quæ vita, ac tandem merita singulorum communi consilio considerasse, testis est D. Cyprianus, ut hac diligentia adhibita, vel malorum crimina (ut idem ait) detegerentur, vel bonorum publicarentur merita: talesque eligerentur, quales Dei ministros esse decebat. Quod & antea usurpatũ in ecclesia, Lampridius his verbis testatus est. *Vbi aliquos, inquit, voluisset, vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: si non probasset, subiret pœnam capitis; dicebatque GRAVE ESSE, CVM ID CHRISTIANI ET IVDÆI FACERENT, IN ORDINANDIS SACERDOTIBVS, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita.* Confirmatum exstat concilio Carthaginensi IV. Cum autem eo tempore, quo religionis Christianæ semina non adeo altas egerāt radices, multi esset, qui religionis nostræ mysteriis initiati, sed minus plene in illis eruditi, ad has modo, modo ad illas ecclesias, vel peregrinantes, vel errantes accederent, simulataque pietate in clero adscribi conarentur, ut obtenta ea dignitate sensim per fraudem ac dolum malum penitus irreperent, & velut occupatis penetralibus hospites suos catholicos cum doctrina etiam catholica extruderent & profligarent: visum est patribus Hispanis, periculo huic eodem occurrere consilio, huic morbo simili medicina mederi, his telis repellendis arma comparare similia, decreto promulgato, ne qui ex alienis provinciis adventassent, numero ministrorum ecclesiæ adscriberentur, quod de eorum vitæ integritate & catholicæ religionis professione, certa & constans opinio non haberetur. Id brevissimis verbis expressit & docuit etiam Gregorius magnus episcopum Squillatinum, dum ait. *Afros passim vel incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias; quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati: peregrini vero plurimi, etiam in minoribus ordinibus constituti, fortiores de se prætendisse honores sæpe probati sunt.* Ante Gregorium, Sylvester papa idem constituit, uti refertur in fine epilogi concilii Romani sub eodem. *Constituit etiam,* dicitur, *nulla ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu suscipi*

D. Cypr. epist. 35. ad Cler. & plebem, de Aurelio lectore.

Lamprid. in Alexandro Severo.

Conc. Carthag. 4. can. 22.

Gregor. lib. 2. regist. epist. 25.

Concil. Roman. sub Sylvestro in fine epilogi apud Gratia. c. nullus 98. dist.

scipi, nisi quinque episcoporum designatus sit chirographis. Ob Manichæos ad urbem Romam peregrinantes idem constituisse Anastasium papam, refert Damasius, exstatque ejus epistola decretalis de eadem re ad omnes Germaniæ & Burgundiæ episcopos.

...af. in pon... a.i.

Quod si in clero jam adscripti sint, cupiantque ad majores ordines ascendere, nisi de prima ordinatione ex literis commendatitiis suorum episcoporum, non esse suscipiendos ad majores, ex constitutione Innocentii III. liquet.

...fertur a Gra... no in c. Trans... rinos. 98. di... ct. ...noc. III. c. in... de cleric. pe... grin.

Hodie autem non solum transmarini homines, vel peregrini ex regno alio vel provincia adventantes, sed qui alterius sunt diœcesis, clero adscribi non possunt, ab alterius diœcesis episcopo, nisi literis commendatitiis seu dimissoriis proprii episcopi sint invitati, concilii Tridentini decreto, ea pœna statuta, ut ordinans a collatione ordinum per annum, & ordinatus a susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Nec ordines tantum peregrini hi suscipere vetantur in alienis provinciis, sed nec sacrosanctum missæ sacrificium peragere, ejusdem Tridentini decreto.

...ncil. Trid. ...f. 23. de refor... ...io. c. 8.

...em sess. 22. de... ...to de obser... ...n. & evitand. ...celebratione ...ssæ.

Constat hinc non solum personæ privatæ, sed & provinciæ vel civitatis suspectæ pericula cautissime præcavenda: quod sanum prudensque consilium, non ecclesiasticorum tantum, sed & secularium principum observatione dignissimum est, ne advenis ex suspectis provinciis (nisi fide & morum integritate probatissimis) familiariter utantur, vel eos ad privata consilia, aut rerum publicarum tractationem admittant: hoc præsertim tempore, quo exterarum quarumdam provinciarum hæreses, fraudes, doli & omne genus improbitatis adeo crevit, ut quod olim de sui temporis calamitatibus dixit Epiphanius, de his quas hodie in convicinis provinciis dolentes intuemur, commodius dici posse videatur. *Mirandum est hoc tempore & non mirandum; mirandum quod nostro sæculo omnia implentur, non autem mirandum, quod ea impleri necesse sit.* Sed ut impleri illa omnia cernimus, sic & illa oportet caveri.

...Epiphan. lib. ...omo 2. adver... ...Anudic.

Canon. XXV. Vulgatus.

De epistolis communicatoriis confessorum.

Omnis qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ dandæ sunt ei literæ.

Canon XXV. *Emendatus.*

De literis confessoriis & communicatoriis.

Omnis qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eo quod sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriæ dandæ sunt ei literæ.

De privilegiis confessorum in literis indulgentiæ dandis. Cap LI.

TANTUS honor designatis martyribus (quos ob confessionem fidei in tormentis factam, confessores vocabant) habebatur olim, non solum a plebe, sed & ab episcopis, ut lapsis permitterentur pacem posse dare. Commeabant enim lapsi ad carceres, pacem a confessoribus petentes, antequam pro Christo mortem capesserent; illi vero vicissim petentium desideria ponderantes, singulorum rationes & merita, delictorumque genera expendentes, pacem nonnullis concedebant, eamque libello seu literis a se subscriptis signatam ad episcopum destinabant: qui diligentius examinatis singulorum desideriis, pœnitentia, exomologesi, & manus impositione prævia ad communionem eos admittebat. Erant enim sancti patres majores nostri persuasi, ut ait D. Cyprianus tantum apud Deum sanctorum martyrum preces & merita valere, ut ab illo facile possent lapsis, quibus pacem promittebant, delictorum veniam impetrare. Tertullianus, *Non ergo dicat*, de dæmone agit, *in meo sunt, tentabo illos vilibus odiis, affectionibus aut inter se dissensionibus. Fugiat conspectum vestrum, & in ima sua delitescat, contractus & torpens; tanquam coluber excantatus aut effumigatus. Nec illi tam bene sit in suo regno, ut vos committat: sed inveniat munitos, & concordia armatos: quia pax vestra bellum est illi. Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, a martyribus in carcere exorare consueverunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fovere, & custodire debetis; ut si forte & aliis præstare possitis.* Quem ecclesiæ morem repetit etiam in libro de pudicitia, in quo parum pie & Christiane contra veniam criminum & pacem, quam martyres quidam mœchis donabant, lapsis vero negabant, agit latissime. Divus Cyprianus ad presbyteros & diaconos. [*Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum esse; & jam æstatem cœpisse, quod tempus infirmitatibus assiduis & gravibus infestat, occurrendum puto fratribus nostris; ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari possunt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud presbyterum quemcunque præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque, exomologesim facere delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentiam imposita, veniant ad dominum cum pace, quam dari martyres literis ad nos factis desideraverant. Cetera quoque plebem &c.* Harum autem literarum (quas dabant confessores) exemplar in Tertulliano vel Cypriano expressum non inveni: inveni tamen specimen quoddam in epistola Luciani ad Celerinum, quæ exstat inter opera Cypriani. Agens enim de Paulo martyre libellos dante, sic inquit. *Cum benedictus martyr Paulus adhuc in corpore esset, vocavit me & dixit mihi: Luciane, coram Christo tibi dico, ut si quis post accersionem meam, abs te pacem petierit, des in nomine meo; sed & omnes, quos dominus in tanta tribulatione accersire dignatus est.* Simile est etiam in epistola Luciani nomine omnium confessorum conscripta, quam mox referemus.

...ertull. lib. ...artyres in ... ip.

Idem lib. de pudicitia. 22.

Cyprian. epist 13 ad presbyter. & diacon quem morem repetit epistola 14. ad presbyteros & diacones & 15. 18 19. 20 23. 29. & alibi sæpe.

Lucian. epist ad Celerinum inter opera Cyprian. 1. tom epist. 22.

Epistola 17. inter Cypriani.

Hanc autem pacem dare confessores lapsis, vel literas pacificas, idem est, quod hæreticos vel a communione ecclesiæ semotos, ecclesiasticæ communioni ante expletum pœnitentiæ tempus sociare. Decernit ergo concilium, in honorem & reverentiam deputatorum martyrum, vel si mavis confessorum, ut lapsis qui attulerint literas confessorias, literæ dentur communicatoriæ, quibus constet fidelibus, eos ad unitatem & ecclesiæ catholicæ communionem fore admittendos. Quod decrevit etiam concilium Arelatense primum, quod paulo post in Gallia est habitum, quod Illiberritanum hoc in Hispania. *De his qui confessorum literas afferunt, placuit, ut sublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.*

Concil. Arelat. can. 9.

Sed quæ sit canonis hujus sententia, dum ait: eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, non adeo facilis erit explicatio, nisi observemus verbum illud: partim, pro passim, depravate legi. Passim autem simplices concuti literis confessoriis, ideo patres dixerunt ut explicarent, quare auferre illas jusserint, & in earum locum substituerint communicatorias: ea autem hæc est. Cum in literis illis seu libello martyres vel confessores in nomine suo pacem dari lapsis dicerent, quod solis episcopis competebat, ut testatur D. Cyprianus, existimabant nonnulli simplices, & (ut idem Cyprianus ait) circa intelligentiam dominicæ lectionis minus periti, peccata dimitti in Pauli martyris (verbi gratia) vel alterius confessoris nomine, non vero in nomine Christi: quod ipse in Luciano notat, reprehenditque severissimis verbis; quam, quod lucem his præferret & aliis quæ dicturi sumus, cogor sane recitare.

D. Cyprian. epist. 10. ad martyr. & confessor. Idem in epist. 23. ad presbyt. & diacon. Romæ consisten.

Post factas ad vos literas, fratres carissimi, quibus actus noster expositus & disciplina ac diligentia quantulacumque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam frater noster Lucianus & ipse unus de confessoribus, fide quidem calidus, & virtute robustus, minus dominica lectione fundatus, quædam conatus est, imperiti jam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu ejus scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur, cum Mappalicus martyr cautus & verecundus legis, ac disciplinæ memor, nullas contra evangelium literas fecerit: sed tantum domestica pietate commotus, matri suæ & sorori, quæ lapsæ fuerant, mandaverit pacem dari: Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas ejusmodi literas emiserit. Lucianus vero non tantum Paulo adhuc in carcere posito, nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post ejus excessum, eadem facere sub ejus nomine perseveravit, dicens hoc sibi ab illo mandatum; nesciens domino magis, quam conservo obtemperandum. Aurelii quoque adolescentis tormenta perpessi nomine, libelli multi dati sunt, ejusdem Luciani manu scripti, quod literas ille non nosset: cui rei ut aliquatenus posset obsisti; literas ad eos feci, quas ad vos sub epistola priore transmisi; quibus petere & suadere non destiti, ut dominicæ legis, & evangelii ratio teneretur. Postquam vero ad eos literas misi, ut quasi moderatius aliquid & temperantius fieret, universorum confessorum nomine idem Lucianus epistolam scripsit, qua pene omne vinculum

lum fidei, & timor Dei, & mandatum domini, & evangelii sanctitas & firmitas solveretur. Scripsit enim omnium nomine, universis eos pacem dedisse, & hanc formam per me aliis episcopis innotescere velle: cujus epistolæ exemplum ad vos transmisi. Additum est plane, de quibus ratio constiterit, quid post commissum egerint. Quæ res majorem nobis conflat invidiam, ut nos cum singulorum causas audire, & excutere cœperimus, videamur multis negare, quod se nunc omnes jactant a martyribus & confessoribus accepisse. Denique hujus seditionis origo jam cœpit, nam in provincia nostra per aliquot civitates, in præpositos impetus multitudinum factus est, & pacem quam semel cunctis a martyribus & confessoribus datam clamitabant, confestim sibi repræsentari coegerunt, territis & subactis præpositis suis, qui ad resistendum minus virtute animi, & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur, & in nostram præsentiam differebantur; per hanc epistolam, velut quibusdam facibus accensi, plus exardescere, & pacem sibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad clerum nostrum literas fecerim, exemplum vobis misi: sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate, & fide sua scripserit, quidve ego ei rescripserim, utrumque ad vos legendum transmisi: exempla quoque epistolæ Celerini boni & robusti confessoris, quam ad Lucianum eumdem confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis; ut sciretis & laborem circa omnia, & diligentiam nostram & veritatem ipsam disceretis: Celerinus confessor quam sit moderatus & cautus, & humilitate ac timore & sectæ nostræ verecundus: Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, & circa invidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum dominus dixerit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Gentes tingui, & in baptismo præterita peccata dimitti; hic præcepti & legis ignarus, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine: & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in literis ejusdem Luciani ad Celerinum factis animadvertetis. Quibus minime considerabit, quod non martyres evangelium faciant, sed per evangelium martyres fiant, quando & Paulus apostolus, quem dominus vas electionis suæ dixit, posuerit in epistola sua, dicens: miror quod sic tam cito demutamini ab eo, qui vos vocavit in gratiam, sed aliud evangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui, qui vos turbant & volunt convertere evangelium Christi: sed licet nos, aut angelus de cœlo aliud adnunciet, præterquam quod adnunciavimus vobis, anathema sit, sicut prædiximus: & nunc iterum dico, si quis vobis adnunciaverit, præterquam quod accepistis, anathema sit.

Matth. 28.

Galat. 1.

Cum enim has literas confessores, animo solum intercedendi pro lapsis, ad episcopos scriberent, episcopi vero condignum confessioni & martyrio honorem tribuentes, integram earum haberent rationem, rudiores quidam e plebe non petebant veniam illam dari ab episcopis (cum episcopi solum eam dare possent) sed quasi jam datam a confessoribus, vindicabant ab episcopis, & tanquam jure debitam extorquebant, eodem Cypriano teste. Cui malo ut obviam iret concilium, decernit, auferendas esse literas confessorum, ne in eorum nomine pacem dari, non vero in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti existimarent rudiores: & ut observato legitimo atque canonico absolutionis ordine, communionem pacis (ut moris erat) episcopo concedente, debita etiam ratio delictorum & meritorum in singulis lapsis observaretur; ne ob nimiam & generalem confessorum indulgentiam, ecclesiasticæ disciplinæ vigor aut frigesceret, aut tepesceret. Quod fecerat Lucianus nomine omnium confessorum, in epistola ad Cyprianum, his verbis. *Universi confessores Cypriano papæ salutem. Sciat nos universis, de quibus apud te ratio constiterit, quod post commissum egerint, dedisse pacem: & hanc formam per te & aliis episcopis innotescere voluimus. Optamus te cum sanctis martyribus pacem habere. Præsente de clero, & exorcista & lectore, Lucianus scripsit.*

Cyprian. epist. 29. ad presbyteros & episcopos Romæ consisten.

Exstat inter epistol. Cypriani. num. 17.

Quod & ipse Cyprianus longiori sermone refert, & graviori dolore prosequitur ad presbyteros & diaconos Romæ consistentes, & ipse clerus Romanus ad eumdem Cyprianum, quorum epistolas lubens omitto, ne illarum recitatio pariat molestiam.

D. Cyprian. epistola 29 ad presbyteros & diacones Romæ consistentes. Et cleri Roman. ad eumdem Cyprianum epistola 30.

Cum martyres, igitur, concedendis his literis in multis peccassent, in concedendo eas passim & sine delectu omnibus lapsis, in eo quod suis libellis non designassent nominatim eos quibus pacem indulgeri vellent, sed generaliter dicerent: *communicet ille cum suis*, non observato ordine quem antecessores martyres observaverant, illa animadverti vult a confessoribus, in epistola ad ipsos, quam recitare visum est: quod non solum his, sed & sacerdotibus modum præscribat, quem in absolutione lapsorum, & in executione literarum pacificarum vellet observari. *Solicitudo loci*, inquit, *nostri & timor domini compellit, fortissimi ac beatissimi martyres, admonere vos literis nostris, ut a quibus tam devote & fortiter servatur fides domino, ab iisdem lex quoque & disciplina domini reservetur; nam cum omnes milites Christi custodire oporteat præcepta imperatoris sui, tum vos magis præceptis ejus obtemperare plus convenit; qui exemplum ceteris facti estis & virtutis & timoris Dei. Et credideram quidem presbyteros & diaconos, qui illic præsentes sunt, monere vos & instruere plenissime circa evangelii legem, sicut in præteritum semper sub antecessoribus nostris factum est; ut diaconi ad carcerem commeantes, martyrum desideria consiliis suis & scripturarum præceptis gubernarent: sed nunc cum maximo animi dolore cognosco, non tantum illic vobis non suggeri divina præcepta, sed adhuc potius impediri, ut ea quæ a vobis ipsis & circa Deum caute, & circa sacerdotem Dei honorifice fiunt; a quibusdam presbyteris resolvantur, qui nec timorem Dei, nec episcopi honorem cogitantes, cum vos ad me literas direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulastis, cum persecutione finita convenire in unum cum clero & recolligi cœperimus; illi contra evangelii legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologesim gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab episcopo & clero in pœnitentiam impositam, offerre lapsis pacem, & eucharistiam dare, id est, sanctum domini corpus, profanare audeant; cum scriptum sit: qui ederit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini, & lapsis quidem potest in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus vivificari properet? Quis non ad salutem suam venire festinet? Sed præpositorum est præceptum tenere, & vel properantes, vel ignorantes instruere, ne qui ovium pastores esse debent, lanii fiant. Ea enim concedere, quæ in perniciem vertant, decipere est; nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam, magis impellitur ad ruinam. Vel ex vobis itaque discant, quod docere debuerant. Petitiones & desideria vestra episcopo servent, & ad pacem vobis petentibus dandam maturum & pacatum tempus expectent. Ante a domino pacem mater prior sumat, tunc secundum vestra desideria, de filiorum pace tractetur. Et quoniam audio, fortissimi & carissimi fratres, impudentia vos quorumdam premi, & verecundiam vestram vim pati; oro vos quibus possum precibus, ut evangelii memores, & considerantes quæ & qualia in præteritum antecessores vestri martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint, vos quoque sollicite & caute petentium desideria ponderetis, utpote amici domini, & cum illo postmodum judicaturi inspiciatis, & actum & opera & merita singulorum: ipsorum quoque delictorum genera & qualitates cogitetis, ne si quid abrupte & indigne vel a vobis promissum, vel a nobis factum fuerit, apud Gentiles quoque ipsos ecclesia nostra erubescere incipiat. Visitamur enim & castigamur frequenter, & ut in nobis domini mandata & incorrupta & inviolata permaneant, admonemur, quod quidem nec illic apud vos cessare cognosco, quo minus plurimos quoque ex vobis instruat ad ecclesiæ disciplinam divina censura. Hoc autem totum potest fieri, si ea quæ a vobis petuntur, ne facile tribuantur, religiosa contemplatione moderemini, intelligentes & comprimentes eos, qui personas accipientes, in beneficiis vestris, aut gratificantur, aut illicitæ negociationis nundinas aucupantur. De hoc & ad clerum & ad plebem literas feci, quas utrasque vobis legi mandavi. Sed & illud ad diligentiam vestram redigere & emendare debetis, ut nominatim designetis eos quibus pacem dari desideratis. Audio enim quibusdam sic libellos fieri, ut dicatur: communicet ille cum suis; quod nunquam omnino a martyribus factum est, ut incerta & cæca petitio invidiam nobis postmodum cumulet; late enim patet, quando dicitur: ille cum suis; & possunt nobis viceni & triceni, & amplius offerri, qui propinqui & affines, & liberti ac domestici esse asseverentur ejus, qui accipit libellum; & ideo peto, ut eos quos ipsi videtis, quos nostis, quorum pœnitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello, & sic ad nos fidei ac disciplinæ congruentes literas dirigatis. Opto vos, fratres fortissimi, ac dilectissimi in domino, semper bene valere, & nostri meminisse.*

Idem Cyprian. epist. 11.

1. Cor. 11.

Matth. 7.

Ex qua epistola multa notatu digna elici possunt. Primum, quantus honor confessoribus olim deferretur, dum eorum libellis ante expletum pœnitentiæ tempus, lapsi ad communionem admitterentur. II. non recentem, ut calumniantur hæretici, sed antiquissimum esse, indulgentiarum usum; nec ad tempora Gregorii I. ut nonnulli volunt, sed multo altius repetendam earum originem, dum ætate Cypriani & Tertulliani (ut vetustiora nunc omittamus) eas videamus in usu. III. observatum olim eumdem ordinem in pacis seu indulgentiarum

rum concessione, quem hodie usurpari videmus; eo solum excepto, quod per episcopos fieret tunc, quod nunc solus facit Romanus pontifex, si brevioris temporis indulgentias omittamus: & quod episcopo fiebat illa exomologesis, vel presbyteris ab episcopo ad eam rem deputatis, quæ hodie concesso privilegio crucis (vulgo bullam cruciatam dicunt) cuivis sacerdoti electo a pœnitente & ab ordinario probato committitur. IV. antiquum fuisse morem, ut diaconi in carcerem mitterentur, ut martyrum desideria suis consiliis gubernarent, ne videlicet nimia lapsorum importunitate aut decepti aut compulsi, pro omnibus vel pro his apud episcopos intercederent, & quibus ob gravissima crimina pœnitentiam augeri magis, quam relaxari deceret; & sic vel dissiparetur sanctus ecclesiæ thesaurus, vel cogerentur episcopi spreta debita martyribus reverentia, libellos rejicere. Quod si diaconi & presbyteri hanc admonitionem omitterent; solebant episcobi verbo vel literis (ut fecit nunc Cyprianus) confessores monere, ne in dandis literis pacis, nimis lapsorum petitionibus indulgerent. V. libellos generaliter non esse concipiendos, sed nominatim in illis esse designandos, quibus pax esset indulgenda. VI. eis tantum libellos pacis esse concedendos, quos vere confessores noscerent & quorum pœnitentiam satisfactioni proximam conspicerent. Ac tandem ex his omnibus constat, quæ fuerint confessoriæ literæ vel confessorum; quæ literæ pacis, quæ literæ communicatoriæ, ac tandem qua ratione sublatis primis, secundas concilium substituendas constituat. Ex quo etiam notandum est, minus recte epigraphen (quam summarium vocant) adjectam fuisse huic canoni, cum dicit: de epistolis communicatoriis confessorum: cum literas communicatorias certum sit, ab episcopis tradi consuevisse. Hodie autem cum summa Dei providentia & catholicorum principum religio diuturnam ecclesiæ pacem pepererit: liberaque prædicandæ veritatis facultas sit, defervescente adversariorum ecclesiæ æstu, martyrii exercendi occasio sublata est, & literarum harum scribendarum abolita consuetudo. In eis autem provinciis, in quibus orthodoxi ob fidei confessionem, variis & exquisitis tormentis, ab hæreticis, vel infidelibus afficiuntur, si detenti vinculis pro reis apud episcopos intercesserint, spernendas pias illorum preces non putarim.

Canon XXVI. Vulgatus.

De hoc, ut omni sabbato jejunetur.

Errorem placuit corrigi: ut omni sabbati die jejuniorum superpositionem celebremus.

Canon XXVI. *Emendatus.*

Ut omni sabbato jejunetur.

Errorem placuit corrigi: ut omni sabbati die jejunii superpositionem celebremus.

Jejunium sabbati cur in ecclesia occidentali præceptum, in orientali interdictum, explicatis in eam rem Clemente, & Ignatio, & canone LVI. synodi VI. de quo & reliquis diffuse tractatum. Cap. LII.

Juvat lectorem orationis brevitas, gemino beneficio. In primis, ut minore cum labore, & majore cum voluptate legat, deinde ut lecta intelligat facilius, intellecta infigat memoriæ promptius, & retineat tenacius: nam amicum memoriæ quod breve, intelligunt omnes, qui multa pollent, qui mediocri, qui nulla. Qua de causa olim Græcorum & Romanorum legislatores re & nomine sapientiæ clari, leges quibus universam rempublicam contineri devincirique volebant, adeo brevi verborum contextu concipiebant, ut tanquam carmina brevissima a pueris publice in viis recitarentur. Hanc mirifice placuisse hujus concilii patribus satis dilucide apparet, ex omnibus his quos condiderunt canones, eamdemque placere vellem recentioribus legum civilium & ecclesiasticarum latoribus. Brevitatem autem hanc dilucidam esse oportet, non concisam, ne antiquæ sententiæ locus aperiatur; obscurus fio, dum brevis esse laboro. Intellexit hoc D. Isidorus, dum docens quas leges, qui leges condunt, observare debuissent, illam præcipue refert, quod lex sit manifesta; ne aliquid, inquit, per obscuritatem in captionem obtineat, quod antea notaverat Plutarchus. Expedit (ait) ut leges sint populo notæ, unde veteres eas in tabulis & albo descriptas publicitus exhibebant; quo cunctis essent conspicuæ: deinde ut verbis apertis minimeque perplexis descriptæ sint, ne contraria legislatoris menti sententia quan-

Isidorus. lib. ... etymolog. c. ... c lib. 2 c. 10.

Plutarchus in ...

A doque, eruatur: quod usu evenisse in hujus canonis interpretatione constat, quibusdam recentioribus hoc canone contendentibus jejunium sabbati prohiberi potius, quam præcipi. Sed contrarium verius multo mihi visum est semper, & quia D. Hieron. affirmat Romanorum & Hispaniarum esse consuetudinem, ut sabbatum jejunarent; & eucharistiam quotidie acciperent: & quia ad aliquid constituendum, non prohibendum, simili loquendi formula hujus concilii patres usos ex alio canone apparet; ut constituerent enim, uno die ab omnibus diem pentecostes celebrandum, his verbis usi sunt. *Pravam institutionem emendari placuit; juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem pentecostes celebremus: quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisset, notetur.* Simile est quod hic ipsi decernunt: quasi clarius dixissent, errorem tolli: si sabbati jejunii superpositionem celebremus: quod antea quidam non fecissent: vel pravam institutionem emendari, si cuncti diei pentecostes una non egerint festivitatem. Jejunium autem sabbati ideo jejunii superpositionem vocasse patres Hispanos crediderim; quod soliti essent olim sexta feria jejunare; quod jejunium cum ad sabbatum extendere placuisset, ideo jejunii superpositionem nuncuparunt.

Hieronym. epist. 28. ad Lucinum Bæticum.
Can. 43. hujus concilii.

Sed præcepto huic sabbati jejunio adversari videtur D. Ignatii sententia dum ad Philippenses scribens ait: *Quicumque dominicam aut sabbatum jejunaverit, præter unum sabbatum paschæ, ipse est Christi interfector.* Nec solum D. Ignatius hujus sententiæ fuit auctor, sed & omnes apostoli: quos hæc decrevisse D. Clemens Petri successor refert. *Si quis diem dominicum, aut sabbatum, uno solo dempto, jejunare deprehendatur, deponitor.* Multo clarius idem Clemens hujus decreti rationem reddidit, dum rursus scribit: *Sabbati & dominicum diem festum agite: quoniam illud naturæ conditæ est monumentum, hic resurrectionis. Unum autem sabbatum servandum vobis in toto anno, quod pertinet ad sepulturam domini, in quo jejunare oportet, non festum agere.* Horum autem & aliorum sanctorum patrum, scriptorumque antiquorum diversas sententias, ut ad concordiam reducamus, observandum est, diversam fuisse olim orientalium ecclesiarum a multis occidentis in observando sabbati jejunio sive legem sive consuetudinem, ut Augustinus scribit Hieronymo: *Vellem me doceret benigna sinceritas tua, utrum simulate quisquam sanctus orientalis, cum Romam venerit, jejunet sabbato, excepto illo die paschalis vigiliæ? Quod si malum esse dixerimus, non solum Romanam ecclesiam, sed etiam multa ei vicina, & aliquando remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet. Si autem non jejunare sabbato malum putaverimus, tot ecclesias orientis, & multo majorem orbis Christiani partem, qua temeritate criminabimur?* Id ipsum docet idem Augustinus ad Casulanum contra Urbicum quemdam ecclesias orientis accusantem, quod sabbato non jejunarent. *Quod utinam,* inquit post alia, *sic quæreret, aut sic affirmaret, ut toto terrarum orbe diffusam, exceptis Romanis, & adhuc paucis occidentalibus, apertissime non blasphemaret ecclesiam. Hunc vero quis ferat per omnes orientales, & multos etiam occidentales populos Christianos de tot tantisque famulis famulabusque Christi sabbato sobrie modesteque prandentibus, ab isto dici, quod in carne sint?* In hac varia regionum consuetudine, quid tenendum esset, viri pii olim hæsitarunt, urgentibus hinc inde rationibus variis, quas singulæ sibi provinciæ delegerant. His motus Lucinius Hispanus consuluit D Hieronymum, an liceret sabbato jejunare, ut in Hispania tunc decreto hujus concilii non constitutum modo, sed & moribus receptum erat & observatum. Quod autem illi responderit Hieronymus, ejusdem verbis proponam: *De sabbato quod quæris, utrum jejunandum sit, & de eucharistia, num accipienda quotidie, quod Romana ecclesia & Hispaniæ observare perhibentur; scripsit quidem & Hippolytus vir disertissimus, & carptim diversi scriptores e variis auctoribus edidere; sed ego illud te breviter admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant, ita observandas, ut a majoribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subverti.* Id ipsum ex beati Ambrosii sententia D. Augustinus respondit presbytero Casulano ancipiti hac difficultate impedito. *Indicabo quid mihi de hoc requirenti responderit venerandus Ambrosius, a quo baptizatus sum, Mediolanensis episcopus. Nam cum in eadem civitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis parum ista curantibus, illa solicitudinem gereret, utrum secundum morem nostræ civitatis sibi esset sabbato jejunandum, an ecclesiæ Mediolanensis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supra dictum hominem Dei. At ille: Quid possum, inquit, hinc docere amplius, quam ipse facio? Ubi ego putaveram nihil cum ista responsione præcepisse, nisi ut sabbato pranderemus: hoc quippe ipsum facere sciebam; sed ille secutus adjecit: Quando hic sum, non jejuno sabbato, quando Romæ*

D. Ignat. epist. 8. ad Philipp.
D. Clem. canone apostol. 65.
Idem lib. 7. apostol. const. c. 14.
Aug. epist. 17. ad B. Hieron. c. 2.
Idem epistol. 86. ad Casulan.
Hieron. epist. 28. ad Lucinium.
D. Aug. epist. ad Casulan. ad fin.

sum, jejuno sabbato, & ad quamcumque ecclesiam veneritis, inquit, *ejus morem servate, si pati scandalum non vultis, aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eique suffecit: nec dubitavit esse obediendum: hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniam contingit, maxime in Africa, ut una ecclesia, vel unius regionis ecclesiæ, alios habeant, sabbato prandentes, alios jejunantes; mos eorum mihi sequendus videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commissa est. Quapropter si consilio meo, præsertim quia in hac plus forte, quam satis fuit, te petente atque urgente locutus sum, libenter acquiescis: episcopo tuo in hac re noli resistere, & quod facit ipse, sine ullo scrupulo vel disceptatione sectare.*

* Vtriusque autem ecclesiæ rationem in omittendo vel celebrando sabbati jejunio inquiramus. Ecclesiam Romanam & illas quæ ab ipsa edoctæ & institutæ sunt, ideo sabbato jejunasse quidam asserunt, quod eam diem in jejunio egerit D. Petrus, certaturus die dominico cum Simone mago, a quo obtenta victoria, Petrum diem illum in posterum jejunio celebrandum constituisse: sic refert Cassianus. Sed historiæ hujus veritatem suspectã facit D. Augustinus ad Casulanum. *Et quidem,* ait, *& hac opinio plurimorum, quamvis perhibent esse falsam plerique Romani, quod apostolus Petrus cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipsum magna tentationis periculum, pridie cum ejusdem urbis ecclesia jejunaverit, & consecuto tam prospero glorioseque successu, eumdem morem tenuerit eumque imitatæ sint nonnullæ occidentis ecclesiæ.* Innocentius etiam PP. I. cum vellet idem jejunium sabbati stabilire, diversam ab hac rationem adstruit, non omissurus & hanc, si illam pro certa veraque habuisset. *Non ergo nos negamus,* scribit ad Decentium episcopum Eugubinum, *sexta feria jejunandum, sed dicimus & sabbato hoc agendum; quia ambo dies tristitiam apostolis, vel his qui Christum secuti sunt, indixerunt.* Eamdem rationem retulit cardinalis Humbertus doctissimus Silvæ candidæ episcopus, Leonis IX. ad Constantinopolitanos legatus. *Latina autem ecclesia,* inquit post alia, *compatiens passo & sepulto domino, & gaudet resurgenti in die dominica, quando Iudæos nimia occupavit mœstitia, & custodes sepulchri conati sunt corrũpere pecunia. Vnde nos traditionem usque in finem retinere cupientes, &c.* Ante Humbertum & Innocentium eamdem rationem Sylvestrum PP. Græcis quærentibus ex Latinis, cur sabbato jejunarent, respondisse refert Eusebius in illius vita, his verbis: *Cum omnis dominicus dies colendus sit in gaudium Christianorum, ergo omnis dies sabbati deputandus est sepulturæ ad execrationem Iudæorum: omnes enim discipuli die sabbati fletum habuerunt, sepultum suspirantes, & Iudæis epulantibus lætitia inerat; apostolis autem jejunantibus tristitia imperabat. Tristemur itaque cum tristantibus de sepultura, si volumus eum eisdem de resurrectione domini gaudere.* Nec Latinorum solum, sed & Græcorum testimonio redditam hanc rationem confirmabo. Eam enim se audivisse a quibusdam Latinis ecclesiæ studiosis testatur Theodorus Balsamon. *Ego autem,* ait, *vidi quosdam Latinos, qui cum propterea reprehenderentur, inanem quoque excusationem afferebant; ad sanctum domini & servatoris nostri Iesu Christi sepulchrum aditionem; & ea gratia ex longa consuetudine invaluisse servatumque esse jejunium.* Quare Sylvestri acta apud Metaphrastem, quæ habent, PP. Sylvestrum jejunium sabbati sustulisse, a Græcis recentioribus depravata hinc liquet: quo enim Sylvester & Innocentius rebus gestis propinquiores, dignitate & sanctitate superiores, eo mihi illorum quoque ratio fide & auctoritate certior & major est.

Cassian. collat. 3. c. 10.
Aug. epist. 86. ad Casulan.
Innoc. epist. 1. ad Decentium episcopum Eugubin.
Humbertus in libro quem adversus calumnias Michaelis patriarchæ Constantinopolitani & Leonis Acridani archiepiscopi Bulgariæ pro defensione azymi scripsit.
Theodo. Balsam. in commentar ad VI. synod. in Trullo c. 55.

In ecclesia orientali jejunium sabbati apostolos interdixisse cum Clemens PP. referat, videamus non decretum falso apostolis imponatur. I. namque cum D. August. orientalis, & occidentalis ecclesiæ consuetudinem a prima ejus antiquitate vellet repetere, ut dubiam & ambiguam rem in medio reliquit. *Quod si respondetur,* scribit ad Casulanum, *hoc docuisse Iacobum Hierosolymis, Ephesi Ioannem, ceterosque aliis locis: quod docuit Romæ Petrus, id est, ut sabbato jejunetur, sed ab hac doctrina ceteras deviasse, atque in ea Romam stetisse: & e contrario refertur, occidentis potius aliqua loca, in quibus Roma est, non servasse, quod apostoli tradiderunt: orientis vero terras, unde cœpit evangelium prædicari, in eo quod ab omnibus simul cum ipso Petro apostolis traditum est, ne sabbato jejunetur, sine aliqua varietate mansisse. Interminabilis est ista contentio, generans lites, non finiens quæstiones. Sit ergo una fides, universa quæ ubique dilatatur ecclesia, tanquam intus in membris, etiamsi ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur; quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur.* Si certo enim apostoli, quod a D. Clemente refertur decretum edidissent, Augustinus qui apostolorum ætati vicinior fuit, & primitivæ ecclesiæ non leges tantum, sed & traditiones non scriptas investigare & perpetuo usu conservare nixus est, hanc utique, de qua sæpe est interrogatus, non prætermisisset; nec Hieron. orientali ecclesiæ propinquior. Id

D. Clemens. can. 65. apost. & l. 7. constitut. apost. cap. 24.
Non fuisse ab apostolis interdictum jejunium sabbati.
Aug. epist. 86. ad Casulan.
D. Hieron. epist. 28. ad Lucinium Bæticum.

etiam Silvestrum PP. in responsione ad Græcos quam supra retulimus, non omissurum, argumento satis idoneo conjici potest; nec Innocentium, & reliquos, qui de jejunio sabbati vel leges tulerunt, vel latas confirmarunt; apocryphum enim esse eum canonem apostolorum, non solum visum est his qui reliquorum auctoritatem, ut levissimam conantur infringere, sed & illis qui summa ingenii, doctrinæ & eruditionis vi, eos sartos, tectosque conservare student.

Vtriusque ecclesiæ consuetudinem, quod fidei rationi non repugnet, recte observari, non solum ecclesiæ Romanæ sanctissimi patres docent, Ambros. Hieron. & August. sed & Græci etiam scriptores. *Neque Latinorum,* inquit, Theorianus Philosophus, *ecclesiastica consuetudo, neque nostra,* id est Græcorum, *quidquam quod honesto fine ac decentia careat, accepit aut tenet; quin potius utriusque consuetudinis divinum propositum & mens est. Prudentibus ergo recte omnia, contra vero imprudentibus omnia sunt periculo & ruina.* In hoc recte quidem ille, nisi paulo post a rectæ sententiæ tramite deflexisset, ait enim, canonem LV. synodi VI. Constantinopolitanæ in Trullo, qui ecclesiæ Romanæ consuetudinem jejunandi sabbato temere improbat, & non jejunare jubet, a Vigilio Pont. Romano fuisse approbatum, cujus historiæ vel fabellæ fidem, auctoritatem & originem paulo altius repetere, visum est operæ pretium, ne Theoriani lapsus, aliis etiam labendi occasio sit.

Franciscus Turrianus in lib. de sexta synodo.
Theorianus in dialogo gnométo philosophus in epistola ad sacerdotes de jejunio sabbati.

In ea synodo quæ Constantinopoli in Trullo Constantino IV. cognomento Pogonato, & Agathonis PP. legatis adsistentibus adversus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrũ, Cyrum & Theodorũ archiepiscopos Constantinopolitanos Monothelitas habita est, multi canones cõditi dicuntur (sunt enim numero centũ & eo amplius) inter eos autem LV. hũc fuisse perhibent. *Quoniam intelleximus in Romanorũ civitate in sanctis quadragesimæ diebus, in ejus sabbatis, jejunare præter ecclesiasticam traditam consuetudinem, sanctæ synodo visum est, ut in Romanorum ecclesia canon inconcusse obtineat, qui dicit: si quis clericus inventus fuerit in sancto dominico vel sabbato jejunans, præter unum & solum, deponatur; si laicus, segregetur.* Canonem hunc confirmatum fuisse a Vigilio PP. idem Theorianus adfirmat: sed falso, cum non solum post Vigilium (præcessit enim Vigilius Agathonem multis annis) sed post ipsum Agathonem, cujus ætate concilium illud indictum est & cujus legati Theodorus & Georgius presbyteri, & Ioannes diaconus in eo interfuerunt, septem & viginti post annos canones hos qui VI. synodi esse feruntur, editos fuisse constet, ut Anastasius bibliothecarius, & ante illum Theophanes episcopus Nicææ aperte docent. Ille enim in præfatione in VII. synodum ad Ioannem IIX. Romanum pontificem sic scripsit: *ergo regulas quas Græci in VI. synodo perhibent editas, ita in hac VII. synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illa recipiantur, quæ prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis hujus pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversæ: quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ: sed nec in ceterarum patriarchalium, licet Græca utantur lingua, reperiuntur archivis; nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est: quamquam eosdem patres illas Græci promulgasse perhibeant: qui in VI. synodo sunt inventi, sed nullis certe probare possunt indiciis.* Hæc ille. Hic autem, id est Theophanes * Tarasii Constantinopolitani Syncellus, qui a temporibus Diocletiani imperatoris usque ad Michaelem Leonis filium annales rectos & simplices fidelissime perduxisse dicitur, ex originali Græco, quod in bibliotheca exstat Vaticana, sic transtulit Turrianus. *Illud oportet non ignorare, cassum, & nugatorium esse, quod quidam dictitant, eos qui esse VI. concilii canones apud ipsos falso feruntur, post quatuor annos editos fuisse: ut enim in ceteris omnibus falsitatis coarguuntur, ita in hac re quoque mentiuntur. Sic enim se habet vera temporum notitio; VI. concilium maximum contra Monothelitas indictum est duodecimo anno imperii Constantini, qui fuit Heraclii nepos, a mundo condito 6172. Imperavit autem, idem Constantinus postea aliis quinque annis. Eo vero ita defuncto, imperavit ejus filius Iustinianus annis 10. quo ejecto, Leontius tenuit imperium triennio. Leontio successit Tiberius, qui Absimarus etiam est nominatus: fuitque is in imperio annis septem. Deinde Iustinianus is qui fuerat expulsus, in imperium reductus est, imperavitque rursus sex annis, ut jam secundo anno hujus posterioris imperii Iustiniani descriptos fuisse canones, vel ex ipso tertio canone evidens sit, in quo ita cautum est: Decernimus de concilii sententia, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hunc diem, qui decimus quintus mensis Ianuarii numeratur, quartæ indictionis, anni 6199. in hac culpa fuerint, neque eam maculam eluere, voluerint, ut gradu moveantur.* Hæc Theophanes XXVII. annos a concilio habito usque ad descriptos canones numerans, eumque secutus Anastasius. Et hinc fit, Tarasium, qui in IV. actione VII.

De origine & auctoritate canonum sextæ synodi.
* Georgium Theophanem confundit & errat.
Franciscus Turrianus de sexta & septima synodo.

VII. concilii, quatuor aut quinque annis post sextam synodum editos hos canones refert, eorum Græcorum sententiam sequutum videri, a quibus id additum fuit & suppositum, ut major his canonibus auctoritas accresceret. Nec minus dissentaneum apparet, quod aliqui putant, editos hos canones fuisse in altero nefario conciliabulo, quod sextum etiam est nuncupatum, contra auctoritatem hujus concilii (nefarie enim in illo, hoc & damnatum est) anno quinto post hoc, qui fuit primus imperii Philippici, ut docte notatum est a Francisco Turriano.

Franciscus Turrianus in actis de sexta synodo.

Nec Theophanes tantum & Anastasius hos canones post multa tempora suppositos fuisse docent, sed & Humbertus cardinalis amplissimus, Leonis IX. ad Constantinopolitanos legatus in eo enim libro quem adversus calumnias Michaelis patriarchæ Constantinopolitani, & Leonis Acridani archiepiscopi Bulgariæ ante sexcentos fere annos scripsit; hæc ait: *Non autem mirum, si Agathoni papæ & cunctis patribus vestra imputatis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula; cum etiam ipsi domino Iesu Christo & apostolis ejus imputetis figmenta. Vnde nos scientes sextam synodum ad destruendam hæresim Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas constitutiones congregatam, capitula quæ nobis sub ejus auctoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima & apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, neque observat hactenus: quia ea, aut nulla, aut ut vobis libuit, depravata sunt: sicut depravastis Ioannis Chrysostomi & aliorum orthodoxorum patrum dicta, & exhibuistis in eadem synodo sexta.* Et in libro altero, quem adversus Nicetam scripsit: *De papa*, inquit, *Agathone omnino scimus, quia neque sextæ synodo per se ipsum præsedit: neque aliquibus capitulis ejus subscripsit, nisi quæ promulgata fuerunt adversus Monothelitarum hæresim, vos videte, unde hæc habeatis: quia ecclesia Romana hactenus talia ignoravit.* His omnibus subscripsit Theodorus Balsamon, dum fatetur, in quinta synodo, quæ congregata est sub Iustiniano, & in sexta sub Constantino Pogonato, nullos canones editos; ideoque illam factam fuisse ad supplementum duarum, ob idque proprie sextam non nominari, sed πενθέκτην id est quinisextam; nam quod quintæ & sextæ synodi deerat, ipsa replevit. In hoc recte, sed in reliquo paulo minus: asserit enim, omnes canones in ea sexta synodo editos fuisse cum consensu & subscriptione legatorum pontificis Romani. *Antiquitus*, inquit, *nomocanonum versavi, & ex subscriptionibus inveni, quod in hac synodo, quæ in Trullo magni palatii congregata est, aderant Basilius Gortynæ Cretæ insulæ metropolis episcopus, & quidam Ravennæ episcopus, totius synodi Romanæ vicem gerentes, & non solum ipsi, sed & qui tunc erant papæ legati, Thessalonicensis, Sardanensis, Heracleanus in Thracia & Corinthius episcopi.* Id ipsum retulit confirmavitque secundo adversus Romanæ ecclesiæ morem in jejunio hoc sabbati idem Balsamon. *Tum propter alia multa*, inquit, *tum etiam propter præsentem canonem dicunt, qui veterem Romam incolunt, non esse sanctam hanc synodum œcumenicam, sicut in ejus proœmio scripsimus; tamquam enim ferrum cor eorum pervasit, eosque pungit ac configit, ut qui contra apostolicum canonem faciat, qui dicit: si quis clericus inventus fuerit sancto dominico & sabbato jejunare, præterquam uno & solo, deponatur: si autem laicus, segregetur. Hi ergo venia digni non sunt, qui sua rursus privata constitutioni inhærent, & non solum in sancta quadragesima sabbatis jejunant; sed in reliquis omnibus: ego autem vidi quosdam Latinos, qui cum propterea reprehenderentur, inanem quoque excusationem afferebant, ad sanctum domini & servatoris nostri Iesu Christi sepulchrum additionem, & ea gratia ex longa consuetudine invaluisse, servatumque esse jejunium. Alios autem vidi, qui Hierosolymam non venerant, & similes jejunabant, & alios qui ejusmodi jejunium contemnebant & indiscriminatim in sabbatis jejunium frangebant: qui etiam ad dominicum sepulchrum venerant. Non possum itaque dicere, quomodo hæc sic fiant. Videntur autem mores potius sequi, quam canones.* Hæc Theodorus Balsamon, ad labefactandam Romanæ ecclesiæ consuetudinem, & confirmandam hujus synodi & canonis auctoritatem. Sed his veriora multo sunt quæ de synodo Theophanes & Anastasius scriserunt. Et post eosdem Ivo, qui refert ex pontificali ejus synodi canones a Iustiniano Augusto, ad Sergium PP. missos, & ab eo rejectos, tum deinde ad Ioannem VII. Vt quos vellet, probaret, quos nollet, induceret. De canone autem hoc audiamus Humbertum contra Nicetam. *Si interrogem*, inquit, *Iudæos quid in sabbato celebrent? respondebunt, requiem domini. Si Græcos? idem, & non aliud dicent: ergo sub servitute legis sunt, in cujus umbra & tenebris confidunt. Quam traditionem*, inquit, *si tentasset PP. Agatho removere a Romanis, non audiretur ab eis. Quamobrem caput quod asseritis Agathonem promulgasse (jam dixi supra sub Agathone PP. VI. synodum habitam, in eaque assedisse ejus legatos) ut si quis clericus jejunaret sabbato, præter unum, deponeretur, magis dicendum est Nazaræorum esse, quam apostolorum: Cherinti & Ebionis magis, quam sextæ synodi, & PP. Agathonis.* Cui sane capitulo epistola Pauli aperte contradicit, ubi ait: *Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ & sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. Vnde Romani proprio auctori & magistro Gentium in fide & veritate obedientes, nulli sabbato festum vel otium dependunt; sicut neque neomeniæ; quia Iudaica sunt & umbra futurorum.* Eumdem canonem reprehendit, moremque improbat, in libro adversus calumnias Michaelis patriarchæ Constantinopolitani, & Leonis Acridarum archiepiscopi Bulgariæ, pro defensione azymi. *Si vos non judaizatis*, inquit, *dicite cur Iudæis in simili observatione sabbati communicatis? Sabbatum certe ipsi celebrant & vos celebratis. Epulantur & ipsi, & solvunt semper in sabbato jejunium, & vos in vestra quadragesima solvitis a jejunio omne sabbatum, præter unum. Illis duplex est causa celebrandi sabbatum: ex præcepto Moysis; & quod contristatis discipulis, ipsi fuerunt de morte domini, quem non credebant resurrecturum, in hac die gavisi: unde quia cum Iudæis sabbatum, & nobiscum celebratis diem dominicum, videmini in tali observatione observare sectam Nazaræorum, qui recipiunt Christianismum, ut non dimittant Iudaismum. Latina autem ecclesia compatiens passo & sepulto domino, & gaudet resurgenti in die dominica, quando Iudæos nimia occupavit mœstitia, & custodes sepulchri conati sunt corrumpere pecunia, unde nos traditionem usque in hodiernum diem de sabbato retinentes, & usque in finem retinere cupimus.*

Theodorus Balsamon in principio sextæ synodi in Trullo.

Idem Theodorus in canonem 55. VI. synodi.

Ivo p. 4. decret. c. 78. & 79.

Adrianus PP. apud Grat. in c. sextam synodum 16. distinct.

Quod si adversus hæc objiciatur Adriani pontificis decretum, apud Gratianum, quo VI. synodum, cum omnibus suis canonibus ratam voluisse videtur, his verbis. *VI. synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis*, non magis morabor, quod sciam verba illa non Adriani PP. sed Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani esse Adrianus enim in epistola sua, qua rescribit Tarasio, ea retulit quæ dixerat idem Tarasius in prima epistola ad Adrianum; nec in epistola Tarasii verba sunt, quæ retulit Gratianus, sed longe diversa; sic enim retulit Adrianus: *Nam quas mihi per Leonem venerabilem presbyterum vestrum literas misistis, mox in principio paginæ primæ cognovi, pietatem tuam, cum laicorum ordinatione, tum imperatorio suffragio in sacrum patriarchatus solium exaltatum, quam ob causam effuso gaudio exultavit cor meum. Quod si autem non perspecta mihi esset, & probe cognita erga sacras synodicas sex constitutiones & venerandas imagines vestra sinceritas & orthodoxa fides, nequaquam ad synodum convocandam assentiremus. Verum quemadmodum non leviter cor nostrum ex superioribus vestris dissensionibus dolore tactum est, ita plurimo gaudio anima nostra perfusa est; postquam cognovissem piam vestram confessionem & rectam fidem esse firmam & stabilem. Invenimus autem in prædicta synodica vestra epistola, quanta sit confessio & recta fides vestra circa cœtus sacros, & sex sacras synodos, & erga venerandas & sacras imagines, quæ profecto mira est & compunctione digna. In qua etiam clare est expressum, quod in VI. synodi divine & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus digito præcursoris demonstratus, graphice est insculptus, &c.* Hæc in antiqua translatione epistolæ. Ex quibus erui non potest Adrianum PP. confirmasse omnia quæ Tarasius archiepiscopus in sua synodica retulerat; quoniam de omnibus canonibus qui VI. synodi nomine feruntur, tunc disputare, nec Tarasii, nec Adriani animus erat; sed de his quæ ad sacras imagines, picturam præsertim agni digito præcursoris demonstrati spectabant. Quare cum eum canonem retulerit tantum Tarasius, & alios qui in VI synodo editi sunt, (sex fuisse Hincmarus refert) non constat ex hoc loco centum & duos qui exstant hunc, Tarasium retulisse, nec Adrianum confirmasse; cum nihil minus ad utriusque propositum spectaret. Quod si recentiorem Græci concilii & epistolæ in eo contentæ translationem consideremus, multo sane minus, aut Tarasii sententia, aut Adriani oberit confirmatio: cum illa generaliter omnium sex synodorum canones potius, quam solius sexti & referantur & confirmentur. Sic enim ait, ut in emendatione Gregoriani decreti exstat: *Invenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ post plenitudinem fidei & confessionem sacri symboli, & omnium sanctiarum synodorum, & de sacris ac venerabilibus characteribus, miraculum laude, ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex synodos, cum omnibus, quæ jure, ac divinitus ab ipsis promulgata sunt.*

Adriani hæc epistola ad Tarasium exstat in 2. actio VII. synodi.

Canon 82. sextæ synodi, quid probatus sit ab Adriano PP. & septima synodo, d incertam ai ctoritatem habet.

En non VI. synodi, sed sex synodorum decreta & canones referri, & confirmari. Quæ verba, ut vera esse possint, sat est, si in nonnullis eorum canones editi fuerint, ut editos constat in Nicæno, Constantinopolitano primo, & aliis: alioquin si omnia concilia canones constituisse dicerentur,

dicerentur, falso id non solum Sexto, sed & Quinto imponeretur; a quo etiam est certum nullos fuisse conditos canones. Quod si canonis nomine, quidquid in concilio actum decretumque fuit, comprehendi dicamus, quod Tarasius dixit, & retulit Adrianus (se recipere sex synodos cum suis canonibus) in omnia concilia convenire potest; quod in omnibus illis aliquid decretum constitutumque fuerit, etsi de canonis nomine & decretorum numero non constet. Idque etiam respondendum est ad canonem primum ejusdem septimæ synodi, in quo de confirmatione sex synodorum & earum constitutionum hæc verba sunt: *Cum hæc ergo ita se habeant, & sint nobis testata, iis exultantes, ut si quis multa spolia invenerit, divinos canones libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram & illabefactabilem. Confirmamus quæ edita fuerunt a sancti Spiritus tubis, omni ex parte benedictis apostolis, & sex sanctis universalibus synodis: his quæ ad hujusmodi decretorum traditionem localiter coacta fuerunt, & nostris sanctis patribus.*

Explicatur canon I. septimæ synodi.

Quod si item objiciatur actio quarta septimæ synodi: *Habeo*, inquit, *librum continentem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit: quidam scandalizantur per ignorantiam, pro canonibus istis, dicentes: numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant unam operationem & unam voluntatem esse in Christo; in qua sancti patres illos ut hæreticos anathematizaverunt, & orthodoxam fidem explanarunt, & soluta synodus est Constantini XIIII. anno. Post quatuor vero, aut quinque annos, idem sancti patres congregati sunt, sub Iustiniano filio Constantini, & prædictos canones promulgaverunt, de quibus nullus dubitet; qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, iidem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt, oportebat enim ut synodus universalis canones ecclesiasticos promulgaret.*

Actio quarta septimæ synodi, quæ exstat etiam apud Gratian. c. habeo. 16. dist.

Respondebimus, eam non fuisse constitutionem aut decretum concilii septimi, sed cum in ejus actionibus referrentur omnium episcoporum sententiæ & dicta de sacris characteribus sive imaginibus: contigit, ut Elias venerabilis protopresbyter sanctæ ecclesiæ dominæ nostræ deiparæ in Blachernis (sic vocatur) legeret ex charta, quæ diffinitiones sanctæ & universalis VI. synodi continebat, canonem de pictura agni digito præcursoris indicati, ad confirmandas imaginum picturas: & cum objiceret Eliæ venerabilis monachus Sabbas, qua de causa canon ille, non ex libro, sed ex charta legeretur; Tarasius patriarcha respondit his verbis: *quoniam charta ipsum est autographum, in quo subscripserunt patres.* Ut firmiorem redderet sententiam Eliæ & confirmationem Tarasii Petrus episcopus Nicomediæ, adjecit statim, se habere librum continentem canones VI. synodi, his verbis, quæ in eadem actione IIII. referuntur. *Petrus metropolites Nicomediæ dixit: qui etiam habeo & alterum codicem VI. sacræ synodi canones continentem, quem in manibus sumptum Victor venerabilis diaconus & notarius legit, repetens eumdem canonem, scilicet de pictura agni digito præcursoris indicati.* Ne autem huic Petri episcopi Nicomediæ codici ad perfringendam canonis illius auctoritatem, & evertendum imaginum cultum, notam alius objiceret, ut objecerat Eliæ Sabbas: intercludere aditum voluit, idem Tarasius archiepiscopus Constantinopolitanus; his verbis, quæ in eadem actione statim post præcedentia referuntur. *Sanctissimus patriarcha dixit: quæ est ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? Scandalum enim est dubitare, num sint VI. synodi. cognoscant igitur tales VI. synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidem confirmantes, sub annum XIV. imperii Constantini domum redierunt. Post annos igitur IV. aut V. iidem illi patres sub Iustiniano Constantini filio congregati prædictos canones ediderunt: neque hac de re quisquam dubitet. Nam qui temporibus Constantini subscripserunt, iidem illi sub Iustiniano quoque præsentem hanc chartam subsignarunt; quæ res satis clara est ex eorumdem propriarum manuum immutabili similitudine. Necessum autem erat, ut post synodum universalem definitam, canones quoque ecclesiasticos ederent. Igitur ad recordationem salutaris illius mortis in carne politiæ ex venerandis imaginibus, nos manu duci declararunt. Quod si autem in dispensationem Christi veri Dei hoc modo manu ducimur, quales eos esse arbitrandum est, qui has subvertere conantur? Sancta synodus dixit: vere impios Hebræos & veritatis hostes.* Hæc in quarta actione VII. concilii, & Elias & Sabbas, & Petrus & Tarasius, qui cum de VI. synodi canone, qui ad imaginem picturæ agni digito præcursoris insigniti, spectabant, vellent, solum agere, ad confirmandam reliquorum auctoritatem non faciunt satis: nec eorum sententiam approbavit concilium, sed solum respondit, vere impios Hebræos, & veritatis hostes esse illos, qui imaginem Christi & reliquias subvertere niterentur. Ideo autem impios Hebræos eos vocavit, quia primum hujus erroris auctorem Hebræum quemdam nomine Sarantapechym in Tyberiade fuisse, Ioannes religiosissimus monachus vicarius orientalium episcoporũ dixit, eamque firmavit in eadem VII. synodo, actione V. Nec de reliquis canonibus egit Elias, vel Sabbas, vel Petrus, vel Tarasius; nec si egissent, tantum esset eorum relatio momentum habitura; cum, quia auctoritate concilii confirmata non est: tum, quia in adhibenda recta annorum supputatione minus diligentem fuisse Tarasium constat, nam quatuor aut quinque annos post sextam synodum editos canones refert, cum ex fidissima & vera Theophanis, & Anastasii bibliothecarii relatione sit certius XXVII. annos post concilium editos fuisse. Nec illud verum esse potest, quod idem Tarasius refert, eosdem patres canonibus subscripsisse, qui subscripserunt ipsi sextæ synodo, jam quatuor aut quinque annos antea finitæ, cum eorum præcipui legati, scilicet Agathonis papæ, jam abfuissent, nec de eorum subscriptionibus constat: erat enim jam alius pontifex, non Agatho, qui e vivis excesserat, nec Leo IX. qui illi successit, nec Benedictus II. nec Ioannes V. nec Conon: sed Sergius I. quatuor enim, aut quinque annorum spatio, omnes illos pontifices sedes Romæ apostolica habuit: erat jam Constantinopoli alius patriarcha, alii episcopi multi, alius numerus, alia patrum nomina: quod & ab Anastasio bibliothecario admonitum animadversumque est.

Quod vero de numero canonum, ex eadem septima synodo actione VI. idem Gratianus retulit, ex ipsius concilii exemplari repetendum est, ut rei gestæ veritas disputatione & diligentia clarescat. Postquam septima synodus in quinque actionibus præcedentibus late tractasset de sacrarum imaginum in ecclesia usu, antiquitate & auctoritate: visum tandem est, ne hæretici illi, qui in nefario concilio (septimum illi vocabant) congregati de abjiciendo imaginum cultu errorem suum defenderant pertinaciter, & scriptis evulgaverant, occasionem lapsus darent catholicis, summam suæ doctrinæ sive erroris referre, cum brevi etiam catholicorum episcoporum, qui id postularunt responso & refutatione quasi antidoti loco. Cum ergo summam alius conciliabuli episcopus Neocæsareæ referret, ad finem tomi 1. inter alia quæ Epiphanius diaconus legendo respondit, retulitq; de imaginum usu antiquo, & earum in conciliis facta confirmatione, hæc subjunxit: *Sacra autem sexta & universalis synodus, postquam sententiam suam de una voluntate Christi, sub Constantino, qui per ea tempora, imperium administrabat cujusque nutu & voluntate conventus is erat indictus, pronunciasset, contigit imperatorem de vita decedere.* Iustiniano autem ejus filio imperium adsumente, iterum unanimiter omnes divina voluntate post quatuor, aut quinque annos congregati, de rebus ecclesiasticis, statusque eorum correctione, circiter duos & centum canones edidere, in quorum octuagesimo secundo de imaginibus sic tradiderunt: *In quibusdam venerandarum imaginum picturis, agnus digito præcursoris, &c.* Hæc patres inter alia hæreticis responderunt privata auctoritate, ut indicat relatio Leonis secretarii in principio sextæ actionis: etsi publice recitari in concilio petierint, legique concilio placuerit, de confirmatione autem non constat: quinimo si canones illos ea confirmatione (ut aiunt) quæ ad finem septimæ actionis exstat, illos adprobasset; quod non fecisse legimus: illud vel ex sententia Tarasii patriarchæ Constantinopolitani, vel alterius, qui aliquid auctoritatis adjici concilio illi voluit additum est, repugnante rerum gestarum historia, quam fidelissime retulit Theophanes, & confirmavit bibliothecarius.

Gratia. ad finem ejusdem cap. habeo 16. distinc.

Quare quod in principio conciliorum, de eorum origine ex D. Isidoro repetit Gratianus, integram fidem non habet, sive Gratianus illius capitis, sive Isidorus, sive quicumque ille sit auctor (Isidorus enim hic Hispalensis episcopus esse non potuit, quia facit mentionem de VI. synodo, quæ post Isidorum hunc habita est,) cum de origine & tempore conciliorum generalium institueret sermonem, postquam de Nicæna, de Constantinopolitana I. de Ephesina, de Calchedonensi, de altera Constantinopolitana, quæ V. synodus dicitur, de sexta hæc habet. *Sexta in Constantinopoli CL. patrum contra Macarium Antiochenum episcopum & socios ejus, qui unam voluntatem & operationem in Christo falsa suspicione asserebant, temporibus Constantini principis, Agathonis PP. Romani, Georgii Constantinopolitani, qui condemnata hæresi præfata, anathematizando scripserunt octo capitula.* Gratianus vero novem capitula inferius annexa. Illa novem exstant, quæ retulit ex vetusto codice monasterii S. Bavonis urbis Gandavensis, Laurentius Surius ad finem VI. synodi. Hæc enim minus

Theophanes & Anastasius bibliothecarius in locis jam citatis. Gratian. in c. prima autem ad fin. 16. dist.

Laurentius Surius 1. tomo conciliorum Coloniæ impress.

minus vera sunt, sicut & illud quod Hincmarus archiepiscopus Rhemensis, qui vixit tempore Nicolai I. in libro de quibusdam canonicis capitulis testatur asserens in VI. synodo, nullos canones præter sex editos fuisse. Verius enim est, nullos in ea editos, sed septem & viginti post annos, ut Theophanes & Anastasius retulerunt. Quibus tandem omnibus (ut eo revocetur quo egressa est oratio) observationem jejunii sabbati in ecclesia occidentali juste observari constabit, relicto XXCVI. canone VI. synodi, quem apocryphum falsumque & in invidiam ecclesiæ Romanæ ab æmulis ejus confictum, ex his quæ jam diximus, satis perspicue apparet. Quæ ideo a me tractata sunt, quod de sextæ synodi canonibus & horum auctoritate frequens esse soleat disceptatio: eorum tamen plures, qui sinceram præ se ferunt doctrinam, & veritatis & vetustatis prærogativa, non omnino censuerim spernendos, quod præter Adrianum PP. I. Sixtus etiam V. Pont. Max. canonem de fœminarum abortu, disertis ex illo verbis fuerit mutuatus.

...licatur D. ...atis sententia ...tra jejunantem ...bati.

Quod autem Ignatius Ioannis discipulus ad Philippenses scripsit, *Christi esse interfectorem, qui dominicam aut sabbatum jejunaverit, præter sabbatum paschæ.* Alio respexit: illud enim dixit contra hæreticos Marcionistas, qui eo tempore jejunabant sabbato & dominica, in opprobrium Dei Iudæorum, quod septimo die requievisset ab omni opere quod patrarat, ut divus Epiphanius est auctor. *Sabbatum vero jejunant ob hanc causam, quoniam Dei*, inquiunt, *Iudæorum est requies, qui mundum fecit, & in septima die quievit. Nos jejunamus hanc, ut ne officium Dei Iudæorum faciamus.* Salutare igitur sabbati jejunium diuturno ecclesiæ usu & auctoritate, ut sanctissime cœptum receptumque est, ita constantissime est retinendum. Ejus autem indicendi auctores decreto interposito, patres fuisse Illiberritanos vel ex hoc canone fit satis probabile.

...phan. lib. 1. ...ers. hæres. ...a 3. c. 42.

Perfectum autem hujus diei jejunium in ecclesia Hispanica jam diu abiit in desuetudinem, & commutari cœpit pro alio imperfecto, a carne enim solum abstinemus: quod jejunium imperfectum vocat Ioannes Damascenus, Tertullianus autem portionale: ova enim & caseum comedere in sabbato, saltem quadragesimæ & dominico, antiquum est in ecclesia Græca Armeniorum: quod iisdem his canonibus, qui VI. synodi esse feruntur, sublatum reperio. *Similiter accipimus & in Armeniorum regione, & in aliis locis, in sabbatis & dominicis sanctæ quadragesimæ quosdam ova & caseum comedere: visum est ergo, & hoc, ut omnis Dei ecclesia quæ est in universo terrarum orbe, unum ordinem sequens, jejunium perficiat & abstineat, sicut ab omni mactabili: sic de ovis & caseo, quæ quidem sunt fructus & fœtus eorum a quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sint quidem clerici, deponantur: sin autem laici, segregentur.* A Græcis Gothos, & a Gothis Hispanos usum comedendi ova, caseum & reliqua lacticinia, sabbatis magis crediderim, nam ante illorum adventum, jejunium hoc imperfectum Hispaniam agnovisse nusquam legimus.

...mas. in libel... e jejunius. ...ul. lib. de je...io contra Psy...cos. ...synodi can.

Canon XXVII. Vulgatus.

De clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneam veró nequaquam secum habeat.

Canon XXVII. *Emendatus.*

De clericis, ut extraneas fœminas in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem, dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneam vero nequaquam secum habeat.

Extraneam fœminam & subintroductam in conciliis eam intelligi, quæ nec matrimonio, nec sanguine conjuncta sit. Cap. LIII.

QVIBVS præfuit Osius conciliis, multa hujus decreta, ut honestatis & religionis plena, singulari pietate & prudentia contendit renovari. In Nicæno enim hunc canonem totidem pene verbis translatum legimus. *Omnibus modis interdixit sancta synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere, habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater, aut soror, aut avia, aut amita, vel matertera sit: in his namque solis personis, & harum similibus, omnis quæ ex mulieribus est suspicio declinatur: qui autem præter hæc agit, periclitatur de clero.* Quæ autem diceretur mulier extranea, quæ alias subintroducta, dubii & anxii vacillant scriptores, cum tamen perspicuum videatur variis conciliorum decretis & pontificum constitutionibus, eam extraneam dici, quæ nullo sanguinis jure, vel matrimonii vinculo tenetur: subintroductam primos vocasse Antiochenos, Nicephorus refert, quod clam & contra canones domum ducerent clerici, vel subintroducerent. Eorum enim vitam cum non solum ab omni malo, sed ab omni mali specie alienam esse voluissent, a suspicione præsertim & vitio carnis, quæ cum puritate & sanctimonia Christianæ vitæ omnino pugnat; ideo omnem ad consortium fœminarum aditum præcluserunt, rati videlicet id quod res est, flammam fumo, ut ille ait, proximam esse, sicque ejus quod vitare velis, periculi occasionem mature fugiendam, ut qui corrumpi nolit, a corrumpentium abstineat consuetudine: & qui non jacere cum fœmina, ne adjaceat: & qui ne cubare, ne accumbat: & qui nec dormire, ne una vigilet, vel assiduus sit, ne locus fiat, ei quod Spiritus sanctus docuit: Qui periculum amat, peribit in illo. In eo autem præcepto illas personas excepit, quæ tanta essent propinquitate vel consanguinitate conjunctæ, ut super eis mentiri fama vereretur; cessante ob reverentiam & naturæ fœdus omnis periculi suspicione. Extraneas igitur, eas dici, quæ nullo sanguinis jure vel matrimonii vinculo pertinerent (tametsi non essent concubinæ) multis demonstrabo. Concilium Gerundense, ut ab Hispanis ordiamur. *De his*, ait, *qui sine uxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito secum pro vita conversatione fratre in testimonium, non per quamcumque fœminei sexus personam eorum substantia gubernetur, aut per puerum, sed per amicum domum suam debeant ordinare: nisi matrem aut sororem in domo habuerint, ut secundum priorum canonum statuta per earum personas eorum debeat contutari substantia.* En quomodo priores canones interpretans & confirmans, extraneas mulieres omnes intelligit, quæ in quocumque ministerio & obsequio essent clericorum, ob paratam peccandi occasionem. Concilium Ilerdense canone 5. *Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto sancti patres antiquis monitionibus præceperint ecclesiasticis evitandam, id nunc tamen nobiscum est, ut qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseverat, officii sui dignitate privatur: quod si Deo juvante correxit, sancto ministerio restauretur.* Concilium Toletanum II. *Illius vero præterea speciali ordinatione decrevimus, quod nec antiqua concilia in universis canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus, & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam; sed si sunt, & hujusmodi servitia matri, vel sorori, vel alia propinqua contradat, & quidquid suis manibus perfecerit, proprio domino deferatur: aut si propinquitatis memoria deest, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur; dummodo nulla occasio introeundi domum clerici fœmina permittatur, unde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit inuri. Sane deinceps post datam hanc admonitionem, quisquis earum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium catholicorum clericorum, vel laicorum, communione privari, nulla prorsus vel colloqui consolatione relicta, quatenus mala consuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis suæ veneno serpere non possit.* Concilium Hispalense I. *Inter cetera cognoscite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum; quia quidam episcoporum non observantes nuper edictum concilii Toletani decretum, minus solicitι in subjectis existunt, proindeplacuit, ut si presbyteri, diaconi, vel clerici consortia extranearum fœminarum vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus removerint, seculi judices easdem mulieres cum voluntate & permissu episcopi comprehensas, in suis lucris usurpent; ut vitium hoc dum sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialis coerceat; dato tamen ab eisdem judicibus sacramento, episcopis, ut eas clericis nulla arte restituant. Quod si restituerint, ipsi judices sententia excommunicationis feriantur. Mulieribus vero illis juxta priores canones a sacerdote distractis, pretium earum indigentibus dispensetur.* Concilium Toletanum VI. *Cum clericis*

Concil. Nicæn. can. 3.

Nicephor. lib. 6. cap. 30.

Plaut. in Curculione.

Ecclesiast.

Concil. Gerund. can. 7.

Concil. Ilerden. can. 5.

Concil. Tolet. 2. can. 3.

Concil. Hispal. 1. can. 3.

Concil. Tolet. IV. can. 42.

clericis extranea fœmina nullatenus habitent, nisi tantum mater & soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari natura fœdus permittit: id enim & constitutio antiquorum patrum decrevit. Non dissensit ab his concilium Bracarense III. quinimo severius multo se gessit, dum omnem cohabitationem, non solum cum extraneis fœminis, sed & cum sororibus & reliquis consanguineis interdixit, solam matrem excipiens. *Quamquam antiqua canonum institutio de hujusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas, atque constitutiones ediderit, nos tamen brevitatis causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus sacerdotum, neque quisquam de clero absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adjungere: & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum vel propinquarum mulierum quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor sex mensibus se noverit pœnitentiæ legibus subjacere.* Quod si Gallicana concilia requiramus, occurrent multa. Arelatense II. *Si quis*, ait,

Concil. Arelat. 2. can 3.

de clericis a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam neptem, vel conversam, secum uxorem habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat. Arvernense. *Auctoritate canonica aliqua mensura in ea constitutione sanximus, ut fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantum cum avia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent: de quibus omnibus (ut priorum canonum series continet) nefas est, aliud quam quod natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam hatum atque cellario vel familiari quolibet servitio, neque sanctimonialis ulla, neque extranea mulier, neque ancilla ullo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio jacturam subire. Quod si antistes culpam hanc in presbytero aut diacono suo distringere canonico rigore noluerit, ipse severitate sententiæ feriatur.* Concilium Agathense. *Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ mulieri qualibet collatione aut familiaritate jungatur. Et non solum in domo illius extranea mulier non accedat, sed neque ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem; sed cum matre tantum, sorore, filia aut nepte, si habuerit, aut voluerit, vivendi liberam habeat potestatem, de quibus nominibus nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari.* Et inferius *Ancillas vel liberas a cellario vel a secreto ministerio, & ab eadem mansione, in qua clericus manet, placuit removeri.* Turonicum I. *Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc præcipue custodiendum decrevimus, ut nullam clerici cum extraneis fœminis habeant familiaritatem, neque ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuat; quia frequenter per hanc indecentem occasionem contingit, ut diabolus qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruina servorum Dei" exultet. Si quis clericus post interdictum episcopi sui illicitis familiaritatibus extranearum fœminarum voluerit inhærere, a communione habeatur alienus.* Confirmavit postea Turonicum II. *De familiaritatibus*, inquit, *mulierum licet crebrius sit in canonibus replicatum, attamen necesse est, ut sicut secta virgulta, quæ male pullulaverant, rursus fidei falce succidantur. Etiam radicitus eruantur. Nullus deinceps clericorum pro occasione necessitatis, faciendæ vestis, aut causa ordinandæ domus, extraneam mulierem in domo sua habere præsumat. Et cum jubeamur victum aut vestitum artificio quærere, & manibus propriis laborare; quid opus est in domo serpentem includere pro veste, quæ multiformem vestem non propterea deponit, ut nudetur, sed ut gratiorem, dum removetur, ostendat.* Et mox. *Nullus ergo clericorum, non episcopus, non presbyter, non diaconus, non subdiaconus, quasi sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo sua stabilire præsumat, quia & ipsa extranea est, dum non est mater aut soror, aut filia, quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum cognoscitur subjecta dominatu. Si quis episcopus aut presbyter, seu diaconus aut subdiaconus de hac re statuta patrum vel nostra temerare præsumpserit, excommunicetur.* Moguntinum I. sub Carolo Augusto. *Omnibus igitur clericis fœminas secum in domibus suis habere ultra licentiam canonum firmiter sit contradictum.* Severius, Moguntinum II. sub Arnulpho, nam omnem fœminam, etiam sororem, domi clericos habere vetat. *Vt clericis interdicatur*, ait, *mulieres in domo sua habere omnimodis decernimus. Quamvis etiam sacri canones quasdam personas fœminarum simul cum*

Conc. Arvern. can. 16.

Conc. Agathen. can 10.

Idem can. 11.

Concil. Turonic. 1. can. 3.

" Insultet.

Concil. Turonic II. can. 10.

Idem can. 11.

Conc. Mogunt. I. sub Carolo Augusto can. 49. Mogunt sub Arnulpho can. 1.

A *clericis in una domo habitare permittant. Tamen, quod multum dolendum est, sæpe audivimus, per illam concessionem plurima scelera esse commissa, ita ut quidam sacerdotum cum propriis sororibus concumbentes, filios ex eis generassent: & idcirco constituit hæc sancta synodus, ut nullus presbyter ullam fœminam secum in domo propria permittat, quatenus occasio malæ suspicionis vel facti iniqui, penitus auferatur.* Si spectemus" Germaniam, & episcoporum ejus provinciæ decreta, in promptu est Aquisgranense sub Ludovico Augusto. Repetens enim quem adduximus concilii Nicæni canonem III. ait. *Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt.* Hęc in occidente a sanctis patribus constituta sunt. Si autem ad orientis concilia animum convertamus, non provincialia tantum, sed generalia in eamdem conspirasse sententiam repe- B riemus. Præter Nicænum I. quod retulimus, in Nicæna synodo II. hæc decrevisse patres, memoriæ proditum est. *Sine offensione esse, etiam iis qui extra sunt, inquit divinus apostolus: Mulieres autem in episcopatibus vel monasteriis versari, est omnis offensionis causa. Si quis ergo ancillam vel liberam in episcopatu possidere deprehensus fuerit, vel in monasterio, ad ministerium aliquod obeundum, puniatur; sin autem perseveret, deponatur. Si vero etiam in suburbanis mulieres esse contigerit, & voluerit episcopus vel monasterii præfectus illic iter facere præsente episcopo, vel monasterii præfecto mulier eo tempore nullo modo ministerium obeat, sed alio in loco seorsum degat, donec recesserit episcopus, ut omnis reprehensionis occasio vitetur.* Si autem ad meridiem convertamur, præsto sunt non pauciora. Concilium enim Carthaginense I. sub Grato illius civitatis episcopo hæc decernit. *Gratus episcopus dixit; Et illud præcipue, si videtur vestræ dile-* C *ctioni, cavendum est, ut pastoris cura quantum debet & potest, regularis providentia præmoneat, ut nullis liceat ab affectu abstinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspiciones, quibus subtilitas diaboli sub prætextu caritatis & dilectionis incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus igitur, nullaque sanctimonia & virginitati deserviens, propter blasphemiam ecclesiæ, si vobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniversi dixerunt: Qui nolunt nubere & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent, & non solum habitare simul, sed neque habere ad se aliquem accessum.* Concilium Carthaginense sub Aurelio. *Vt cum omnibus*, ait, *omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, sed solæ matres, aviæ & materteræ, amitæ, sorores & filiæ fratrum aut sororum: & quæcumque domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperant: aut servis non habitantibus* D *in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuit.* Carthaginense IV. *Clericus*, ait, *cum extraneis mulieribus non habitet.* Si tandem ad septentrionem respexeris, concilium exstat" Rhemense in Gallia Belgica, cujus canone XXII. hujus nostri sententiam expresse confirmatam reperio. *Vt a sacerdotibus*, inquit, *omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam quæ in Nicæna synodo permittitur, id est, matrem aut sororem, vel eas tantum personas, a quibus omnes suspiciones effugiant.* His sane omnibus sententiam nostram, qua placuit subintroductas mulieres, vel extraneas, non concubinas vel libidini quoquomodo inservientes intelligi, ut alii volunt: sed eas tantum quæ in obsequio sunt & ministerio clericorum (vulgo *amas* vel *criadas* dicunt) vel alias quascumque servientes, satis confirmatam putarem. Sed ut nihil utile omittamus, pontificum de- E cretis, imperatorum & regum constitutionibus rem ipsam adhuc comprobabo. D. Gregorius. *Volumus*, inquit, *ut sacerdotes qui in Corsica commorantur, prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur, exceptis dumtaxat matre, sorore, vel uxore, quæ caste regenda est.* Gravius id reprehendisse Gregorium refert Gratianus. *Neque enim hoc silere debeo, quod cum gravi animi tristitia dico, sacerdotes cum fœminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere, vel audire? & contra sanctorum canonum sancita: ubi enim talis commorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt, ideoque admonendi sunt, ut non antiqui hostis decipiantur fraude, quatenus juxta apostoli vocem, non vituperetur ministerium nostrum.* Ea enim ratione quod archidiaconus Caralitanus, cum mulieribus habitare persisteret, functione sacri ordinis interdictus est ab eodem Gregorio. Qui etiam

" Aquisgranum tam ad Galliam veterem spectat quam Moguntiacum.

Conc. Aquisgra. sub Ludovico Augusto can 39.

Concil Nicæn. I. can 3. Nicæn. II. can. 18.

1. Cor. 10.

Conc. Carthag. I sub. Grato. can. 3.

Conc. Carthag. sub Aurelio can. 17.

Refertur a Gratiano in c. cum omnibus 81. dist.

Conc. Carthag. IIII. can. 46.

Conc Rhemen. can. 22.

" Septentrioni propriores sunt Aquisgrani quam Rhemi.

Gregor. lib. [illegible] regist. indict. 9. epist. 50. ad Symmachum defensor.

Apud Gratian. c. volumus 81. dist.

Idem c. oportet. ead. dist.

Gregor. epist. [illegible] 26. ad Ianuar. episc. Caralitan. lib. 3. Apud Gratian. c. archidiaconum ead. dist.

Idem Gregor. l. 11. epist. 40. l. 4. Siricius papa epist. 1. ad Himerium episc. c. 12.

etiam alibi mandat Optato defensori, ut Nursiæ sacerdotes cum extraneis mulieribus habitâtes, monitos primum deinde contumaces episcopo Spoletano delatos admonitione sacerdotali præmissa, & si res exigit, canonica etiam disciplina adhibita, ejusdem auctoritate correctos festinet emendare. Nec cum extraneis tantum, sed nec cum sorore habitare placuit Augustino, ut refert Possidius in ejus vita: dicebat enim. *Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt.* Idipsum decrevisse Siricium papam refert idem Gratianus. *Fœminas, ait, non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas, habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.* Quare cum Gregorius quidam presbyter nomine & ætate (erat enim septuagenarius) fœminam quamdam sibi servientem, domi haberet, gravibus severitatis aculeis a beato Basilio Cæsariensis Cappadociæ archiepiscopo, in epistola ad eumdem Gregorium presbyterum reprehensus, coactusque est fœminæ in virorum ministerium, famulatumque convertere, ut in eadem epistola refertur.

Gratian. c. fœminas, ead. dist.

Iustinian. auth. de sanctissimis episc. §. presbyteris, collatio 9.

Nec in re hac imperatorum & regum placita omittemus. Iustinianus imp. in novella constitutione de sanctissimis episcopis, hæc decernit. *Presbyteris, ait, & diaconus & subdiaconus, & omnibus in clero conscriptu, non habentibus uxores, secundum sacros canones, interdicimus etiam nos, secundum sanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo superinductam habere; tamen citra matrem, aut sororem, aut filiam & alias personas, quæ omnem suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet, quæ potest ei suspicionem inferre, & semel, & secundo a suo episcopo, aut a suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, ejicere eam de sua domo noluerit, aut accusatore apparente, approbetur inhoneste cum muliere conversari: tunc episcopus ejus, secundum ecclesiasticos canones, de clero eum amoveat; curiæ civitatis cujus clericus erat, tradendo. Episcopum vero nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc custodiens, episcopatu projiciatur: is enim se ostendit indignum sacerdotio. Diaconissam vero nullo modo cum viro, ex quo potest inhonesta vita emergere suspicio, habitare permittimus.* In legibus Francicis per Carolum magnum editis conc. Nicæni canon renovatur. *Item in eadem synodo, ait, interdictum est presbyteris & diaconibus, vel omnibus qui in clero sunt, mulierem habere in domo sua propter suspicionem, nisi matrem aut sororem, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt.* Bajoariorum lex. *Nulli presbytero vel diacono liceat habere secum in domo, extraneam fœminam, ne per illam occasione decipiatur, & pollutus offerat sacrificium domino, nec plebs per ejus offensionem corruat, & plagam sustineat: propterea qui gradu sacerdotali fulciuntur, extranearum mulierum interdicta consortia cognoscant; hac eis tantum facultate concessa, ut matres, filias, atque sorores germanas; inter domorum suarum septa contineant: in his enim nihil suspecti criminis æstimare fœdus naturale permittit: illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectus.*

Lib. 1. leg. Franc. per Carolum magnum edit. cap. 4.

Bajoariorum lex tit. 12.

Quod si adversus horum conciliorum decreta, pontificum constitutiones, & imperatorum leges, callidi argumentatores, & jurisperiti fallaces (ut loquar cum Cypriano) objecerint, vel apostolorum, vel Heliæ, vel ipsius Christi exempla, qui cum mulieribus & cohabitare & illas circumducere non recusarunt, consulendus est idem * Cyprianus, a quo illa omnia, ut futilia & levissima, copiosissime & doctissime refelluntur.

Cyprian. lib. de singul. cle. cap. 3.
* Non est S. Cypriani liber qui citatur.

Nec mirabitur cum mulieribus clericos habitare prohibuisse sanctos patres & catholicos principes, qui observaverit concilio Aurelianensi II. cautum etiam fuisse, ne clerici inconsulto episcopo, cum hominibus secularibus habitare præsumerent, quod si fecissent, ab officii communione pellerentur. Voluerunt enim sanctissimi patres ecclesiasticas personas, ut studiorum & morum similitudine conjunctas, sic assiduo commercio & mutuo convictu juvari, ne labes aliqua ex profanis personis contracta dignitatem sanctitatemque sacerdotii aliquo modo deturparet, vel tanta saltem sermonum morumque & vitæ dissimilitudine cœptum excolendæ persequendæque virtutis cursum retardaret. Quare cum D. Gregorius amplificando & cohonestando sacerdotum ordini summopere invigilaret, peculiari decreto (coacto concilio Romano) sanxit, ut ex familia pontificia, quæ exemplar morum & clerici forma esse deberet, & profani homines & seculares & pueri ablegarentur, adhibitis ad pontificis obsequia clericis, vel monachis tantum. Et hinc primum orta (ut opinor) laudabilis insequentium pontificum consuetudo, qua nisi sacris initiatus ad sui cubiculi obsequia nemo admittitur. *Verecundus mos*, inquit Gregorius, *tempore indiscretionis inolevit, ut hujus sedis pontificibus ad secreta cubiculi servitia, laici pueri & seculares obsequantur. Et cum pastoris vita discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciant, quam, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re præsenti decreto constituo, ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut is qui in loco regiminis est, habeat tales, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.*

Conc. Aurelian. can. 2.

Greg. in concil. Rom. can. 2.

Neque episcopos & clericos tantum cum fœminis non cohabitare, aut familiaritatem inire, olim erat inhibitum; sed si cui fœminæ cum episcopis negocium esset tractandum, sine duorum presbyterorum aut diaconorum præsentia fieri non licebat, concilio Matisconensi I. *Ut nulla mulier, ait, in cubiculo episcopi absque duobus presbyteris, aut certe diaconibus ingredi permittatur.* Quod si illis ad fœminarum domus accedere necesse esset, iisdem legibus tenebantur. Concilium Epaunense. *Episcopo, presbytero & diacono, vel diversis clericis, horis indebitis, id est meridianis vel vespertinis, ad fœminas prohibemus accessum: qui tamen si causam habuerit, cum presbyterorum aut clericorum testimonio videatur.* Id ipsum observandum, cum illorum esset domicilium adeundum, quæ sanguinis jure pertinerent, Tarraconenses episcopi voluerunt. *De his quibuscum pro parentela proximitate haberi permittitur ea cautela earum necessitates sustineant, ut pietatis beneficia, quæ iis sunt necessaria præbeant, ipsi vero pro visendis eis cum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant: nec ibi faciant mansionem; qui tamen ad earum visitationem pergunt, testem solatii sui fide & ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc a nobis statuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate privetur; si vero religiosus vel monachus, in cella monasterii inclusus pœnitentiæ lamentis incumbat; ubi singuli afflictione panis & aquæ, victum ex abbatis ordinatione percipiat.* Eadem honestatis & sacrosanctæ dignitatis ratione constitutum est concilio Limensi, ne ullus in sacris constitutus, fœminis familiare ministerium exhibeat, ita ut equitando ducat a tergo, aut ambulando manu teneat, aut comitetur; nisi soror vel mater sit: alioquin clericus & fœminæ contra agentes arbitrio episcopi puniantur: quod constitutione synodali diœcesis Toletanæ cautum etiam est.

Conc. Matiscon. 1. can. 3.

Concil. Epaun. can. 20.

Conc. Tarracon. 1. can. 2.

Virginem dicatam Deo tantum secum habeat.

Cur virgines hujus concilii tempore in parentum domibus habitare permitterentur. Cap. LIV.

DUo ex hujus canonis decreto elici possunt. Alterum est, antiquo hujus concilii ævo, ut ante diximus, virgines Deo dicatas (quas moniales seu sanctimoniales dicimus) in Hispania floruisse. Nec recens tunc inventum dicitur, sed antiquius fuisse insinuatur. Alterum licuisse in domibus privatis parentum commorari; quia non solum monasteria tunc principibus & præsidibus Ethnicis construi & ædificari commode non poterant, sed vix & ecclesiæ, ut ex Arnobio colligitur. Quare cum mortuis parentibus, virgines velatæ aliquando vagarentur, in opprobrium ecclesiæ, & sacræ pudicitiæ periculum, Afris patribus placuit in concilio Carthaginensi III. gravioribus fœminis eas commendari, vel intra septum monasticum virginum custodiri, ut una habitantes, se ipsas integras & inviolatas conservarent. *Ut virgines, sacræ, si parentibus, a quibus custodiebantur, privatæ fuerint, episcopi providentia vel presbyteri, ubi episcopus absens est, in monasterio virginum, vel gravioribus fœminis commendentur, ut simul habitantes invicem se custodiant, ne passim vagantes ecclesiæ lædant opiniones.*

Arnobius lib. 4. advers. Gentes.

Conc. Carthag. 3. can. 3.

Fœdus autem naturale cum divina fidei pollicitatione conjunctum omnem levare turpitudinis suspicionem persuasi sunt majores: ideoque episcopis, presbyteris & diaconis licentiam permiserunt, ut his cohabitare impune possint: quo tamen privilegio Augustinum uti noluisse Possidius narrat: sed posteriorum conciliorum decretis sublatum est, nullique jam episcopo, presbytero, diacono vel subdiacono licet, aut religiosam aut fœminam aliam quamcumque etiam ad usus necessarios domi retinere: quia quæ ad religiosas vel beatas solent accedere, religiosæ omnes vel beatæ non sunt: a quarum omnium aspectu, nedum convictu & familiaritate cavere debent, qui religiosæ & beatæ vitæ cursum feliciter agere volunt. Moniales autem professæ etiam si parentes habeant, pontificum decreto ad arctiorem

Possidius in vita Augustini c. 26. Forojul. c. 4. Metensis c. 3. Nannetensis c. 3. Turon. 2. c. 11. Moguntini sub Arnulfo. ca. 10. Bracarensis 3 c. 4. Romani sub Zacharia c. 1.

ctiorem & sanctiorem vitæ conditionem redactæ sunt: nam tametsi periculosissime ægrotent, e septis monasterii ad parentum ædes curationis causa commigrare non possunt, ni morbi contagio præsens ceteris importet periculum.

Canon. XXVIII. Vulgatus.

De oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

Canon XXVIII. *Emendatus.*

De oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum, placuit, ab eo qui non communicat, munus accipere non debere.

Ivo retulit hunc canonem, p. 14. c. 67.

Cur eorum qui non communicant munera non acceptet ecclesia, explicato canone XLIX. concilii Laodiceni. Cap. LV.

SINGULARIS pietas est, qua ecclesia sancta filios protervos allicit, vel curat infirmos. Cum enim videt eos, a fide orthodoxa, vel a sanis moribus deviare, nullum lapidem non movet, ut ad rectam vitæ institutionem revocentur. Quod omissis aliis, liquet ex hoc canone. Voluit enim, *ut suffusi verecundia a communione propter peccata repulsi resipiscerent & ex toto animo converterentur*, ut a divo Ivone memoriæ traditum est, munera offerre non posse patribus: quod si obtulerint, oblata ab illis non recipienda: est enim hic tacitus quidam convictus & communicatio, quam non solum episcopi cum excommunicatis, sed Christiani omnes debent subterfugere. *Donis impii*, ait Cicero, *ne placare audeant Deos. Platonem audiant qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit.* De episcopis concilium meminit, quia olim episcopi ob ardentem religionis fidei & caritatis amorem, in sacrificii oblatione, in baptismi, in pœnitentiæ & reliquorum sacramentorum administratione, idem quod nunc presbyteri munus obire solebant: qua ratione, ut semper essent parati, ad baptismi & aliorum sacramentorum ministerium, veste illa alba (quam nunc *Roquete* vocant) indutos semper erat necesse. Quod de excommunicatis hic renovavit postea concilium Nicænum. *Quicumque*, ait, *fuerit a sacerdote ligatus, quamvis calumniam passus sit, non est ab eo accipienda oblatio, nec alia res quam ad ecclesiam afferat.* Laodicenum de hæreticis loquens & Iudæis. *Quoniam non oportet a Iudæis vel hæreticis festiatica quæ mittuntur accipere, nec cum eis die agere feriatos.* Nec recens est ea constitutio, nam ab apostolicis jam inde temporibus ortam testatur D. Clemens, dum docet, ab excommunicatis munus accipiendum non esse. Quare cum Eusebius Constantii imperatoris Arriani ad Liberium papam legatus, D. Petri templum ingressus, multa illi munera consecrasset, gravi id tulit animo Liberius, magnopereque ecclesiæ custodem increpavit, quod munera illa inferri passus esset, indeque progressus, dona illa ut illicitam victimam projecit ab ecclesia, ut auctor est D. Athanasius. Eusebius etiam alter episcopus Vercellensis, insigni pietate clarus, adeo munus hæreticorum detestatus est, ut carcere detentus gloriosius duxerit, emori fame, quam cibo ab Arianis misso sustentari, ut in epistola ejusdem refertur ad Patrophilum.

D. Ivo epist. 81. ad Laurentium monasterii Caritatis.

Cicer. lib. 2. de legib. Plato lib. 4. de Rep.

Conc. Nicænum can. 27 apud Alfonsum Pisanum. Conc. Laodicenum, can. 37.

D. Clemens lib. 3. c. 8. & lib. 4. c. 6. & 7.

D. Athanas. in epist. ad solitariam vitam agentes.

Nec solum quæ offerebant excommunicati, recipere recusabat ecclesia, sed si quæ illi in eam antea stantes contulerant, solebat lapsis reddere. Tertullianus. *Marcion quidem*, inquit, *cum ducentis H. S. quæ ecclesiæ intulerat, novissime in perpetuum dissidium relegatus, venena doctrinarum suarum disseminavit.* Nec admirabitur porro lector, ecclesiam quæ afflante divino Spiritu gubernatur, excommunicati munera & oblationes contemnere & repudiare; cum & animantes ratione carentes supernaturalem & divinam excommunicationis virtutem præsentiant. Petrus enim Damianus episcopus Hostiensis in epistola ad Hildebrandum papam (Gregorius VII. fuit) refert, excommunicati cujusdam nobilis panes, canes ipsos quibus oblati fuerant, fuisse dedignatos. *Hæc*, inquit, *venerabilis ille vir expertus fuerat, pius videlicet Apsarensis episcopus, qui episcopatum dimisit, & de Clavomatho regno Italiam navigans littoribus*

Tertul. li. de præscriptio advers. hæret.

Petrus Damian. epist. 2. ad Hildebrand. papam.

A *Anconitanea urbis applicuit: is mihi dum totius circa se regni reverentiam conquestus exponeret, ac molesta inquetudinis tædia nunciaret; inter cetera unum intulit, quod vos latere non patior: Quidam*, inquit, *degener quidem moribus, sed majorum titulis insignitus, suam consanguineam nuptiali sibi fœdere copulavit. Quid plura? prohibitus persistit, excommunicatus adhæsit, totumque ecclesiasticæ censuræ vigorem nugarum puerilium fabulas deputavit: cui hoc certe ad divinæ indignationis judicium contigit, ut panes de nuptialibus mensis in plateas ante canum ora projecti minime tangerentur.* De Iuliano autem apostata simile quid refert Gregorius Nazianzenus. *Iam*, inquit, *sumptuosissimis quoque martyrum monumentis, & donariorum munificentiis omnibusque aliis rebus, quibus divinus timor velut nota quadam exprimitur, sapientiæ studium Christique amorem indicabant*, loquitur de Gallo & Iuliano, *alter quidem, vere & serio*

Gregor. Nazian. oratio. 1. in Iulianum.

B *veritatem profitens, tametsi enim natura acriori ac ferventiori esset, verus tamen ac sincerus pietatis cultor erat, hic autem occasionem captans & vestimens, fictaque pietatis specie animi pravitatem occultans: quod quidem ex eo conjicere licebit; neque enim miraculum quod nunc accidit silentio præterire queam, utpote illustre & memorandum, atque hujusmodi, ut multis impiis documentum afferre possit. martyribus, ut diximus, ambo laborabant, munificentiaque & liberalitate, præclare inter se contendebant, cum multarum manuum opera, tum multis impensis ædem exstruentes. Verum quoniam non eadem voluntate animique proposito, in hoc opus incumbebant; idcirco nec in eumdem finem labor utriqueprogrediebatur. Etenim alterius, hoc est Galli fratris natu majoris, opus perficiebatur, ac rite procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, ut olim Abel sacrificium, cum rite oblatum, tum divisum: atque hæc oblatio veluti quadam primogeniti consecratio erat. Alterius autem, nempe Iuliani, heu tristem*

C *in hac quoque vita impiorum contemptum futura ignominia testem, parvis indiciis magna pranunciantem! non secus ac Cain sacrificium, Deus martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabat, sed terra quod elaboratum erat, excutiebat: ille enixius contendebat, hæc imbecillis impietate hominis fundamenta capere detrectabat, velut terræ motum ob ipsius scelus eventurum clamans, atque impiissimi hominis dedecore martyres exornans, hoc opus insequuta ipsius contumaciæ & amentiæ, ignominiaque in martyres, scelerisque in ædes sanctas vaticinium quoddam exstitit: alios quidem fallens, ceterum persecutorem longe ante insectans, atque impietatis pœnas ante significans.* Hæc Gregorius.

Alia erat particularis oblatio, de qua concilium etiam intelligi potest, ut oblationem non accipiat episcopus in ecclesia ab eo, qui non communicat: erat enim olim in ecclesia usus receptus, ut omnes Christiani oblationem panis & vini offerrent, de qua sanctam communio-

D nem essent suscepturi. D. Augustinus: *Oblationes, quæ in altario consecrentur, offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit.* Vocat hominem idoneum divitiis locupletem, qui possit ex propria substantia & patrimonio facere oblationem; nam pauperes ab oblatione excusantur. Eadem est D. Cypriani querela. *Locuples & dives es*, invehitur in mulierem divitem, *& dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio, venis, quæ partem de sacrificio quod pauper obtulit, sumis.* Vnde in VI. (ut ferunt) synodo. *Conveniendum est sabbatato die cum oblationibus ad missarum solennia.* Id renovatum est etiam conc. Matisconensi II. *Item statuimus*, inquit, *ut omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quam vini, ut per has immolationes & peccatorum suorum* * *faustibus careant, & cum Abel vel ceteris iuste offerentibus, promereantur esse consortes.*

D. Aug. ser. 215. de tempore.

D. Cypr. li. de operib. & eleemos.

VI. synod. can. 8. Concil. Matisc. 2. can. 4.

* *Fascibus.*

E Ex his placet intelligi canonem XLIX. concilii Laodiceni, jubentem, ut in quadragesima panis non offeratur, nisi sabbato & dominica tantum, quia illis diebus solum olim in ecclesiis orientis, in quadragesima, missæ, dicebantur, & in illis tantum diebus communicatio fiebat: unde illis tantum oblationem panis oportebat fieri. Cum autem frequens communicatio in usu esse desiit, panis & farinæ loco denarii offerri consueverunt. Auctorem laudo vetustum de antiquo ritu missarum. *Fertur*, inquit, *quod olim sacerdotes de singulis domibus vel familiis farinam accipiebant, quod adhuc Græci servant, & inde dominicum panem faciebant, qui pro populo offerebant, & hunc consecratum eis distribuebant. Nam singuli farinam offerentium missæ interfuerunt, & pro his in canone dicebatur: Et omnium circumstantium, qui tibi hoc sacrificium laudis offerunt. Postquam ecclesia numero quidem augebatur, sed sanctitate minuebatur*

Explicatur can. 49. concilii Laodiceni.

Auctor vetustus sine nomine de ritu missarum cap. 38. extat inter eos qui de rebus sacris scripserunt.

minuebatur, propter carnales statutum est, ut qui possent, singulis dominicis, vel in dominica, vel summis festivitatibus, vel ter in anno communicarent, ne ante conf. ssionem & pœnitentiam pro aliquo crimine judicium sibi sumerent, & quia populo non communicante non erat necesse panem tam magnum fieri, statutum, eum in modum denarii formari, & ut populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus dominum traditum recognosceret. Qui tamen denarii in usum pauperum, qui membra sunt Christi, cederent, vel in aliquid, quod ad hoc sacrificiũ pertinet. Hæc ille.

Cum autem oblationes panis & vini aliarumque rerum in ecclesia fiebant, non statim inferebantur in ecclesiam, & ad altare a populo offerebantur (id enim ad diaconum spectabat, ut D. Isidorus scribit ad Ludifredum) sed adducebantur extra corpus ecclesiæ, in loco ad eam rem deputato (gazophylacium vocabant, aliquando secretarium, nos vero vulgo sacristia dicimus, ut colligitur ex Possidio in vita Augustini, & ex concilio Carthaginensi IV. & ex vetusto illo libro de antiquo ritu missarum: loquens enim de episcopo rem divinam facturo, illum de secretario ornatum debere procedere refert) in eo offerentes munera exquirebantur a diacono, an digni essent, ut eorum oblationes acceptaret ecclesia: non enim sine delectu maximo recipiebant episcopi omnium oblationes, sed eorum tantum qui vitæ integritate præstantes, in catholicæ ecclesiæ existerent communione. Petrus Damianus episcopus Hostiensis, ad fratres in Gamunni eremo constitutos. *Enimvero, inquit, dona vel oblationes ab iniquo suscipere, quid est aliud, quam propriam animam ex dantis squalore fœdare: hinc enim scriptum: Immolans ex iniquo, oblatio est macula, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniquorum. Et rursus: Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur pro peccatis.* Ante Petrum Damianum D. Clemens. *Verum etiam ii, ait, qui in peccatis versantur, nisi pœnitentiam egerint, non solum non exaudiuntur, cum supplicant, sed etiam Deum irritant, in memoriam & ei reducentes suam improbitatem. Vitate igitur talia ministeria tanquam canis pretium & mercedem meretricis, utrumque enim in lege est prohibitum: nam nec Helisæus ab Azaele munera allata accepit, neque Achias a Jeroboamo. Quod si Dei prophetæ ab impiis oblata munera rejecerunt, item rejicite, o episcopi: sed etiam Simon magus, mihi Petro & Ioanni pecunias afferens, conatus est ut pretio inæstimabilem gratiam emeret; quibus rejectis, execrationibus perpetuis illum devinximus: quoniam donum Dei non benevolentia erga Deum, sed pecunia existimavit possideri. Fugite ergo oblationes altaris Dei a mala conscientia provenientes: quoniam, abstine te, inquit, ab injusto & non timebis, & pavor non appropinquabit tibi.* Et mox. *Sed si dicatis, quod ii sunt, qui eleemosynas dant, a quibus nisi capiatur, non erit unde viduis ministretur, & inopes populi alantur: audietis a nobis, quod ideo accepistis donum levitarum, ut suppeditaretis, & vobis, & egentibus, ac ne inopia laborantes ab improbis caperetis. Quod si adeo egebunt ecclesiæ, præstat perire, quam ab inimicis Dei aliquid capere, in contumeliam & irrisionem amicorum ejus. Nam de iis propheta dicit: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Probationem igitur talium facite, atque ab iis qui foris sunt, nolite capere, priusquam ecclesiæ membra efficiantur: quod si desit quod detur, significa fratribus, ex quorum collectis ministra orphanis & viduis in justitia.* Et rursus. *Dic populo tuo quæ sapiens Salomon ait: Honora dominum de tuis justis laboribus, & primitias da illi de tuis fructibus justitiæ, ut impleantur horrea tua repletione frumenti, & vino torcularia tua redundent. Quare de justo labore fidelium alite, & vestite inopes: & quæ ex eo, ut ante dictum est, cogitur pecunia, statuite, ut conferatur in redemptionem sanctorum, liberantes servos, captivos, vinctos, ignominia notatos, damnatos propter nomen Christi, de tyrannorum sententia, ad monomachias & ad mortem.* Inquit enim scriptura. *Libera eos qui ducuntur ad mortem, & redime occisos, ne parcas.* Quare Bonifacius comes cum quemdam ab ecclesia extraxisset, communione privatus a divo Augustino, prohibitus est ne offerret: quod si offerret, oblata ab eo clericos noluit recipere. Idem decrevisse de Burgundo quodam sacrilego & suis satellitibus Nicolaum PP. legimus in epistola ad Frotarium archiepiscopum Burdegalensem. *Secundo vero anno, inquit, ante fores ecclesiæ sine communione maneant. Tertio vero anno ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes adstent sine oblatione, non manducantes carnem neque bibentes vinum, præter natalis & resurrectionis dominicæ dies.* Eamdem pœnam imposuit Felix PP. III. illis qui se ab hæreticis rebaptizandos dedissent. *Tribus annis inter audientes sint; septem autem annis subjaceant inter pœnitentes manibus sacerdotum, duobus autem annis etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo secularibus in oratione socientur.* In cujus interpretatione labi glossa videtur, dum de oblatione ad altare intelligit decretum, cum ea oblatio nec fieret tunc a laicis, sed a diacono, ut ex D. Isidoro probavi superius: nec recipi solita esset a clericis, nisi in gazophylacio. In concilio enim Carthaginensi IV. dissidentium fratrum oblationes eadem ratione vel recipi vetitum est, nec in sacrario, nec in gazophylacio. *Oblationes, inquit, dissidentium fratrum neque in sacrario nec in gazophylacio recipiantur.* Eorum qui pauperes opprimunt, dona non esse recipienda, eodem concilio Carthaginensi IV. cautum est. Catholici qui filios hæreticis baptizandos tradiderit, oblationem refutandam monet concilium Ilerdense: quod adeo severe & stricte observabant primitivæ ecclesiæ episcopi, ut si aliquando contigisset iniquos & impios homines, vi sacerdotibus obtrusisse pecuniam, illam non in victum, sed in ligna & carbones impendi & consumi præceperint, auctore eodem Clemente Romano. *Si necesse sit, ait, aliquando ab aliquo impio invitos pecuniam capere, in ligna & carbones illam consumite, ne vidua vel orphanus de ea sumes cogatur præter fas cibum vel potum sibi emere: æquum est enim talia quæ ab impiis veniunt, ignis pabulum, non piorum escam fieri. Hæc quoque lex præcipit, quæ sacrificium scortinum non comedendum appellat, & igni consumi jubet: non enim sua natura mala sunt, quæ offeruntur; sed sententia illorum qui illa adducunt. Hoc vero præcipimus, nec omnino vitemus illos, qui ad nos accedunt, cum sciamus consuetudinem sæpe piorum impiis utilem esse, obesse tantum, cultus & superstitionis societatem. Hæc hactenus, dilecte, dicta sint vobis, propter cautionem vestram.* Sed nec eorum tantum qui vitæ turpitudine, sed eorum etiam qui vitio corporis laborabant, veluti menstruatarum mulierum, oblationes refutabat ecclesia, ut ex concilio Moguntino probat Burchardus. Quod si illæ offerrent pœnitentia trium hebdomadarum imponebatur. *Mulieres menstruo, tẽpore* refert ille, *non offerant, nec sanctimoniales, nec laica, si præsumpserint tres hebdomadas pœniteant.* Nec vivorũ solum in turpi vita viventium, sed & eorum qui turpiter vita functi sunt, oblationes refutabant. Concil. Altisiod. *Quicumque se propria voluntate in aquã jactaverit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntate se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur.* Id ipsum constituit concilium Bracarense I. manifestos usurarios damnans. Alexander III. in concilio Lateranensi generali eorum oblationes, & illorum qui hæreticorum essent fautores, repelli voluit: sicut raptorum & violatorum ecclesiæ, Eugenius III. Est enim in ecclesia ea regulæ loco commendata doctrina, ut quibus vivis non communicamus, nec communicemus etiam defunctis, ut Leo PP. I. Urbanus II. & Innocentius III. docent.

Constat ergo ex hoc canone ab excommunicatis munus seu oblationem non esse recipiendã: quod & hodie in usu ecclesiæ est: sicut e contra, ut excommunicatis munus dare seu mittere nõ possint, qui in ecclesiæ pace & cõmunione persistunt; quæ mittũtur enim expresse cõmunicationis vicẽ habẽt, a qua stãtes cũ lapsis maxime debẽt abstinere. Quod si alii aliam fuisse horum patrum sententiam contendant, munus ab episcopis recipi prohibentem, qui non communicat Christi corpus, dum rei sacræ celebrationi interest, quam peragit episcopus, nõ impediã, quod sciam olim omnes qui sacrificio huic intererant, communicare solitos. Concilium Antiochenum. *Omnes qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sanctas audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadã intẽperantia se a perceptione sanctæ communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur, quamdiu per confessionem, pœnitentiæ fructus ostenderint, & precibus indulgentiam consequantur.* Ante patres Antiochenos, apostoli. *Si quis, aiunt, episcopus aut presbyter aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicaverit, aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, veniam consequatur: aut si non dixerit, communione privetur, tamquam qui populo causa læsionis exstiterit, dans suspicionem de eo, qui sacrificavit, quod recte non obtulerit.* Quam autem hic clericis, sequenti laicis canone pœnam adjecerunt. *Omnes fideles qui conveniunt in solennibus sacris ad ecclesiam, scripturas apostolorum & evangelium audiant: qui autem non perseveraverit in oratione, usque dum missa peragitur, nec sacram communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiæ moventes, convenit cõmunione privari.* Concilium Toletanum I. *De his, qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, quod si non communicant, ad pœnitentiam accedant: si communicant, non semper abstineantur: si non fecerint, abstineantur.* Iustinus Martyr. *Precibus peractis, & gratiarum actione, populus qui adest, omnis benedicit, sive acclamat, & accinit, Amen. Ubi is qui præest,*

Isidor. in epist. Ludifred. relata in can. perlectis 25 dist. Possid. in vita August. c. 24. & Concil. Carth. 4. can. 93. vetust. lib. de antiquo ritu missar. cap.

Petr. Damian. epist. 1. ad fratr. in Gamunni eremo constitutos.

D. Clem. lib. 3. apost. const. c. 8. & lib. 4. c. 6. & Deut. c. 7. Deut. 23. 4. Reg. 8. 3. Reg. 13. Act. 8. Psal. 45. Idem Clem. in d. lib. cap. 8. Psalm. 140. Idem Clem c. 9. Proverb. 3. Proverb. 24. Augustin epist. ad Bonifac. relata in c. mihi 17. q. 4. Nicol. PP. epist. Nicolai est. relat apud Grat. in c. de juro. 12. q. 2. Felix PP. III. epist. 1. apud Grat. in c. hos quos de consecra. dist. 3.

Conc. Carthag. c. 93. Grat. c. oblationes 90. dist.

Conc. Carthag. IV. can 94. refert idem Grat. in fine cap. præced. Concil. Ilerdens. can. 13. D. Clem. lib. 4. constit. apost. c. 10.

Conc. Mogunt. can. 6. apud Burchard. lib. 19. decreti. c. 40.

Concil. Altisiod. can. 17.

Concil. Bracar. 1. can 34. Concil. Later. Alexand. can. 25. apud Grat. IX. c. quia in omnibus 3. de usur. Idem concil. can. 26 c. sicut ait beatus Leo de hæretic. Eugen. III. c. 22 de raptor. Leo I. epist. 92. ad Rusticum episc. Narbo. c. 6. apud Grat. c. de communione 24. q. 2. Urban. II. epist. ad Gaitmundum relata in c. sane 24 q. 1. Innoc. 3. in c. sacris 12 de sepulturis.

Conc. Antioch. can. 2. Apostolo. can. 9. Iidem apostoli, can. 10.

Concil. Tolet. I. can. 13.

Iustin. martyr. apolog. pro Christian.

præest, gratias egit, & populus omnis benedixit, sive resalutavit, qui apud nos diaconi, sive ministri dicuntur, distribuunt unicuique eorum qui adsunt, panem, vinum, & aquam; quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, quibus, ut paulo post habet, *unusquisque participat.* Post communionem autem munera offerebant ditiores (quas collectas vocabant) ad viduarum pupillorum & pauperum sustentationem, ut testis est idem Iustinus. Sed multo clarius in Hispania id confirmat concilium Emeritense: *In sancta Dei ecclesia diebus festis, pro consuetudine & mercede, communicationis tempore a fidelibus pecuniam novimus poni. Pro hoc placuit sancto concilio, hanc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni clero communis labor manet in officio sancto; omnibus juxta meritum ex hoc rependatur vicissitudo.* Si ergo ab apostolis excommunicationem propositam, his qui communionem omitterent in missæ sacrificio, legimus, quod suspicionem darent macula notatos esse aut ipsosmet, aut celebrantes; non immerito illorum munera refutari hic Hispani episcopi præceperunt, quod voluerint ad superandas imminentes ecclesiæ calamitates, ad depellenda præsidum & imperatorum bella, divina sacrosancti illius sacrificii ope & virtute muniendos: vetus enim hoc Hispaniæ institutum quotidie communicandi, refert divus Hieronymus.

Concil. Emeriten. can. 14.

D. Hieron. epist. 28 ad Lucin. Bæticum.

Canon XXIX. Vulgatus.

De energumenis, qualiter habeantur.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum: neque permittendum, ut sua manu in ecclesia ministret.

Canon XXIX. *Emendatus.*

De energumenis, qualiter habeantur in ecclesia.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare cum oblatione recitandum: neque permittendum ut sua manu in ecclesia ministret.

Eos solum qui erratico spiritu actu exagitantur hoc canone comprehendi. Cap. LVI.

VT docerent patres Hispani, eos solum energumenos, ab altaris communione & ministerio rejici, non qui quondam, sed qui adhuc perverso spiritu exagitantur, ideo dixerunt, energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur: cum Græca vox, energumenus, idem prorsus comprehendat, quod Latina, erratico & maligno spiritu exagitatus: ita enim dicti putantur ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν id est ab operationibus dæmonum, quas in ipsis pati videmus Origenes. *Manifeste ex multis indiciis monstratur, quod humana anima dum in hoc est corpore, recipere potest diversas energias, id est operationes spirituum diversorum malorum ac bonorum. Et malorum quidem duplici specie, id est, vel tunc penitus ex integro possederint mentem: ita ut nihil omnino eos quos obsederint, intelligere vel sentire permittant; sicut exemplo sunt hi, quos vulgo energumenos vocant, quos dmentes & insanos videmus, quales erant illi, qui in evangelio a salvatore curati esse referuntur.* Ipsum autem afflatum dæmonum energema vocat Tertullianus; ut intelligeremus etiam non omnes qui molestantur a dæmone, altaris ministerio & communione removeri, sed eos tantum, qui omnimodo exagitantur & perturbantur; alios enim energumenos, nec propter peccata, nec omnino mente privatos, quibus hoc decretum non congruit, recenset Ioannes Cassianus, Dionysius Areopagita, & alii.

Origen. lib. 3. Periarchon. c. 3.

Tertull. lib. de præscriptionib. advers. hæretic. Ioan. Cassian. collatio. 7. a cap. 24. cum sequen. Dionys. Areopag. de eccles. hierarch. c. de communione.

Qui ab erratico spiritu exagitatur.

Dæmones cur spiritus erratici dicantur. Cap. LVII.

ERRANTIVM spirituum nomine dæmones nuncupatos, & sanctorum & philosophorum placitis constat: quia, ut auctor est divus Petrus *tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret.* A Platone aliquando feras agrestes, interdum stygios canes, nonnumquam impiorum domiciliis inhabitantes, vocari legimus. Et ut alia omittamus, Lactantius refert, ipsum dæmonem interrogatum ab Apollinis sacerdotibus, quis esset? quid ageret? quid pateretur? edito responso dixisse, spiritum erraticum se esse, ipsoque erratico discursu torqueri, & veluti irrequieto quodam labore agi: de qua re ea carmina refert.

1. Petri.

Lactan. lib. de falsa religione, cap. 10.

Dæmones errantes per terras & mare semper,
Æternas pendunt divino verbere pœnas.

Eamdem dæmonis vagationem ad circuitionem erraticam (ut auctor est Plutarchus) his carminibus cecinit Empedocles.

Æthereus motus in pontum dejicit illas,
Pontus & in terram pellit, sed terra remittit
Ad solem rapidum, is ubi fit conversio cæli,
Ex alioque alius fugat, execrantur & omnes.

Vagas igitur has, & erraticas peregrinationes dæmonibus pro pœnis datas, theologiæ, & philosophiæ professores consentiunt, & ea ratione erraticos spiritus a concilio in præsenti & ab aliis vocari:

Duobus privat concilium energumenos. Primum est, ut eorum nomen cum oblatione ad altare non recitetur. Alterum vero, ne sua manu in ecclesia ministrent. Agamus de primo. non tam pœnæ energumenis inferendæ, quam honoris ecclesiæ causa, multa interdicta sunt olim dæmoniacis. Canone enim apostolorum cautum est, ne dæmoniacus cum fidelibus preces funderet. *Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor; sed nec cum fidelibus preces fundito: mundatus vero recipitor, & si dignus fuerit, efficitor.* Quare in concilio Ancyrano (sic nuncupandum ab Ancyra civitate Gallaciæ, non Anquiranũ, aut Anquiritanum, vel Ancyritanum) cum de his egisset, qui cum bestiis irrationabiliter congressi sunt, non solum hos, sed & horum complices jubet ea pœna affici, ut non inter fideles, sed inter dæmoniacos preces fundant. *Nos eosdem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed & alios istos suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate jactantur: qui a nobis energumeni intelliguntur.* Horum omnium rationem docuit Dionysius Areopagita. *Catechumenos autem, & energumenos, quippe in pœnitentia sunt, sancta Hierarchia mos patitur quidem audire sacram psalmorum modulationem, divinamque sacrarum scripturarum recitationem: ad sacra autem opera quæ deinceps sequuntur, atque mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos oculos eorum, qui digni sunt. Est enim divina hierarchia sacra justitia plena, ac unicuique pro dignitate salubriter consentaneam tribuit rerum divinarum communionem; sancteque pro modo & captu in tempore concedit. Ac postremus quidem ordo catechumenis, id est iis qui erudiuntur, tributus est. Auditus enim eis ad omne id quod in hierarchia perficit, præclusus est, neque ullis sacris initiati sunt, neque divinum statum, qui in digno partu ortuque consistit, habent, sed etiam patris verbis foventur, vitalibusque figurationibus & lineamentis finguntur, ad beatum illum progressum vitæ lucisque principem, qui a divino ortu proficiscitur. Vt igitur si inchoati ac nondum figurati pueri, qui ex carne constant, cadant ante quam foveantur; casum illum in terra sine ortu, sine vitæ usura, sine lucis aspectu ut abortus, habebunt: nec quisquam, qui sit mentis suæ id quod apparet intuens, in lucẽ eos prolatos esse dixerit, quod sint ab alvi tenebris liberati. Dicit enim medicina, perita corporum præses, lucem vim suam emittere, in ea quæ lucem natura recipere possunt: sic sacrorũ sapiens disciplina & scientia, primum quidem eos divinorum scriptorum, quæ formandi vitæque dandæ vim habent, cibo, qui instituendo & introducendo valet, fovet. Cum autem eorum naturam ad divinum ortum absolvit, tum denique utiliter eis ordine concedit aditum ad ea quæ illustrant, & perficiunt. Nunc vero ab inchoatis ea, quæ perfecta sunt, separat, quod & dignitatis sacrorum rationem habeat, & catechumenorum divino pontificum loco, educationis atque vitæ. Energumenorum autem multitudo a sacris quidem etiam arcetur, sed secundum locum in superiore parte extremitatis catechumenorum obtinet.. Neque enim par est, mea quidem sententia, id quod particeps aliquando sanctissimorum sacramentorum fuit, sed etiam contrariis, aut voluptatibus, aut perturbationibus constrictum tenetur, ei quod penitus sacris initiatum non est, nec ulla ex parte est particeps divinorum mysteriorum. Quin etiam ad eos sacrorum aspectus, & communio contrahitur; idque jure ac merito. Si enim verum est, virum qui omnino divinus sit, qui dignus sit, cui ad res divinas aditus pateat, qui ad summum divinæ similitudinis speciei que, quam quidem consequi possit, gradum, absolutis, ac perficiendi vim habentibus modis, quibus ad divinitatem contendit, elatus sit: ne ea quidem quæ carnis sunt, nisi iis quæ natura necessitatem maximam afferunt, impulsum, quod si usu veniat, quasi aliud agentem perfecturum esse: & templum præterea, assectatoremque fore divini spiritus, in summa illa sua divinitatis imitatione, in simili similem locantem: profecto qui ejusmodi est, numquam a contrariis visis,* aut

Cano apost. [78]

Conc. Ancyran[.] can. 16.

** Galatiæ scribendum.*

Idem can. 7.

Dionys. Areopag. lib. de Ecclesiast. hierar. c. de communione.

aut terroribus vexabitur, sed eos videbit, & si incidant, expugnabit ac persequetur; facietque potius quam vim externam accipiet, & quasi patietur eo animi sui habitu, in quem nulla cadit perturbatio, & qui nulli ipse succumbit, aliisque ejusmodi obsidionum medicus videbitur. Ego vero praeterea existimo, atque adeo certo scio eorum, qui hierarchici ordinis sunt, ab omni admixtione liberam & secretam prudentiam, ante hos scire scelestissima & maxime nefaria impulsione agitari, eos omnes qui deserta divina vita & sententia, ac moribus, cum perniciosis daemonibus consentiunt; quod ea quidem quae vera sunt, & immortaliter possidenda, & semper jucunda voluptatisque plena, per summam ipsisque exitiosam amentiam aversentur; cum materia autem conjunctum plurimisque perturbationibus implicatum, quod alienum est naturae nostrae, peccatum, pereuntesque ac interitum afferentes voluptates, & instabiles in rebus alienis quae non sunt, sed videntur, prosperitates oportet & sequantur. Primi ergo hi, & amplius quam illi, ministri sacramenti hujus prudenti voce secernuntur. Neque enim fas est, eis patere aditum ad ullum aliud sacrum, nisi ad doctrinam scriptorum divinorum, quo ad meliora perveniant. Si enim caeleste divinorum sacrificium eos qui poenitentiae sunt, etiamsi ei aliquando interfuerint, arcet; quod id non admittat, quod non est omni ex parte sacrosanctum: idemque hoc pudice pronunciat, ego nec aliis etiam, qui aliqua ex parte ad divinae similitudinis cacumen evadere non possunt, videor, nec cum iis me communico: arcet enim haec vox omnis admixtionis expers maxime, eos etiam qui una cum eis quibus ad divinas res, ut dignis, patet aditus, precari non possunt, multo magis profana erit multitudo eorum, qui perturbationibus agitantur, carebitque sacrorum & aspectu & communione. Hi ante consecrationem recedere ab ecclesia per diaconum jubebantur, hi communicare in ecclesia non poterant, quare non immerito eorum nomen cum oblatione recitari hic episcopi nostri non permiserunt, cum ut in canone superiori diximus, illi in ecclesia offerrent qui sanctae cōmunionis futuri erant participes.

Hujus nomen nec ad altare cum oblatione esse recitandum.

Antiquum esse in ecclesia, offerentium nomina recitari, & an energumeni sanctae communionis debeant esse participes. Cap. LIIX.

Vetus ecclesiae consuetudo, ut eorum nomina, qui pia munera ecclesiae obtulissent, per diaconum ex sacris tabulis recitarentur, ut docet divus Isidorus ad Ludifredum episcopum Cordubensem. *Ad ipsum*, inquit agens de diacono, *pertinet officium precum & recitatio nominum.* Concilium Emeritense. *Proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque ecclesiis in quibus presbyter jussus fuerit, per sui episcopi ordinationem, praeesse, pro singulis diebus dominicis sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur, tempore missae; quod si ab hac discesserunt, vel discesserint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur, suo in ordine.* Divus Hieronymus. *Publice diaconus in ecclesia recitat offerentium nomina, tantum offert illa, tantum ille pollicitus, placentque sibi ad plausum populi, torquente eos justitia, damnisque materiam miseris, ut gaudeant ad ea quae tribuunt, & non lugeant ad ea quae rapuerint.* De his nominibus recitandis ante Hieronymum morem refert divus Cyprianus: cum conquereretur enim ad clerum de illis qui lapsos absque canonica poenitentia ad sacrorum communionem reciperent; sic ait. *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores poenitentiam, justo tempore; & secundum disciplinae ordinem, ad exomologesim veniant, & per manus impositionem episcopi & cleri jus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta ecclesiae ipsius pace ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum.* Ante Cyprianum, beatus Dionysius Areopagita. *Et cum se*, ait, *omnes mutuo salutaverint, mystica sacrarum tabularum recitatio fiat.* Cum ante preces celebraturi fieret per diaconum; non satis consentaneum videbatur; illius rationem haberi, cujus munus adhuc oblatum non fuisset: qua ratione Innocentius I. statuit ut post preces sacerdotum recitatio nominum offerentium fieret. *De nominibus*, inquit ad Decentium Eugubinum episcopum, *recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendat, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis; ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues: quamvis illi incognitum sit nihil; prius ergo oblationes sunt commendandae, ac tum eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda: ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quae ante praemittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.* Sacras tabulas ideo vocavit beatus Dionysius, quia duae tabulae erant; altera in qua vivorum, episcoporum & offerentium, altera, in qua mortuorum nomina scripta erant;* & ex illis recitabantur, ut indicat citatus canon concilii Emeritensis. Diptycha dicebant, translato vocabulo ab ostreorum diptycho, de quibus alibi uberior tractatio.

Isidor. in epist. ad Ludifredum episcopum Cordubensem. Exstat apud Grat. in c. Perrectis. 26. dist. Conc. Emeritense can. 19.

Hieron. in commentar. super Ezech. c. 18.

D. Cyprian. epist. 10. ad clerum.

Dionys. Areopag. lib. 3. de ecclesiast. hierarc. c. de communione.

Innoc. I. in epist. ad Decentium episc. Eugubinum c. 2. exstat apud Grat. in c. De nominibus, de consecratione dist. 1.

Hinc constare videtur energumenos, non solum non admittendos ad sanctam eucharistiae communionem, sed nec eorum nomina cum oblatione recitanda.

Sed adversatur huic sententiae altera concilii Arausicani primi, quae energumenos a sacra communione percipienda, non solum non repelli, sed expresso decreto admitti jubet his verbis. *Energumeni jam baptizati, si de purgatione sua curent, & se solicitudini clericorum tradant, monitisque obtemperent, omnimodo communicent, sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu daemonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum jam ostenditur vita purgatior.* Idque usitatum fuisse olim in ecclesia ex Prospero" Aquitanico didici, qui refert miraculum, quo daemoniacus sumptione eucharistiae liberatus est. Sic enim inquit. *Quaedam juvencula Araba natione ancilla Dei habitum gestans, cum in balneo lavans, simulachrum quoddam Veneris impudice respiceret, & seipsam eique se consimulans, domicilium se diabolo praebuit. Statim ille leo, qui rugiens circuit, quem quaerebat, invenit. Meatus igitur gutturis ipsius occupans, nullum cibum nullumque potum trajiciens, per septuaginta ferme dies totidemque noctes, jejunium sibi diabolus ex capto possessoque vase exhibuit. Hoc monstrum parentes puellae per tot dierum spatium auferri posse sperantes, dum juge malum ulterius tolerare non possent, simul cum filia sese ingesserunt sacerdoti, quae acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur; avem quamdam noctis medio apparere, quae sibi ore nescio quid infunderet; stupor tunc inerat cunctis, videre puellam nullis indiciis, diuturni jejunii foedatam; nullo pallore seu tabe, vel debilitate confectam; quin potius robustam, succo viscerum, mole membrorum: Cumque incredibilia viderentur, quae dicebantur, habito consilio in monasterio puellarum, in quo reliquiae sancti Stephani sitae sunt, sacerdos puellam simul praeposito commendavit. Illic prima tantum die apparuisse illam avem asserit, sibique increpasse, quod neque fame, neque siti compulsa illum appeteret locum, quo sibi accedere non liceret. Per duas sane hebdomadas, nihil cibi, vel poculi sumens, in monasterio mansit. Accidit autem, ut quintus decimus dominicus illucesceret dies, ascendente nobiscum sacerdote, ut matutinum illic sacrificium solito offerretur, puellam praepositus ad altare perduxit, eo incessu & habitu, quo solent rubore perfusae, ex epulis mulieres advenire: sed ut se illa prostravit altari, clamore fletus sui, cunctis astantibus, gemitus, lacrymasque induxit; quibus tantum malum auferendum praesens plebs dominum exorabat: erat enim indecens murmur in populo. Peracto itaque sacrificio, cum eadem inter caeteras brevem particulam corporis dominici tinctam a sacerdote perciperet, semihora mandens trajicere non valuit; nondum illo fugato, de quo dicit apostolus: Quae consonantia Christi ad Belial? manu igitur faciem ejus sustentante sacerdote, ne sanctum projiceret, a quodam diacono suggestū est, ut calicē salutarē gutturi ejus pōtifex applicaret. Quod ut factū est statim ut locum illū, quem diabolus obsederat, salvatoris imperio reliquit; sacramentū quod ore gestabat, cum laude redemptoris transglutisse puella clamavit. Hinc laetitia, hinc voces in gloriam Dei; quod post octoginta & duos dies diabolo expulso, puella de potestate fuerat erepta inimici: oblatio itaque rursum gratiarum actionis pro ea fit, sacrificiique percipiens certam partem, prisco est reddita usui.*

Verum est olim energumenis sacramentum eucharistiae porrigi & amentibus, ut testatum facit canon concilii Arausicani I. Sed multo clarius Ioannes Cassianus. Cum enim Germanus eamdem quaestionem proposuisset, Serenus respondit. Germanus autem sic interrogat. *Et quomodo eos non solum despici*, egerat paulo antea de energumenis, *ab hominibus vel horreri, sed etiam a communione dominica in nostris provinciis perpetuo vidimus abstinere, secundum illam evangelii sententiam: nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos; cum de illis quemadmodum dicis, ita credendum sit, quod eis purgationis vel utilitatis obtentu, hujus tentationis humiliatio tribuatur.* Serenus. *Si habuerimus hanc sententiam, immo fidem, quam superius comprehendi, ut & omnia per Deum fieri, & pro utilitate animarum dispen-*

Concil. Arausican. can. 14.

Prosper. Aquitanicus lib. 4. praedict. on. c. 6.
" Non est Prosperi opus illud.

Concil. Arausicanum can. 15.
Ioannes Cassianus collat. 7. cap. 29. & 30.

Matth. 17.

sare

ſare univerſa credamus: non ſolum nequaquam deſpiciemus eos, ſed etiam pro ipſis tanquam pro membris noſtris, inceſſanter orabimus, eiſque totis viſceribus ac pleno compatiemur affectu, cum enim patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, ſcientes nos abſque illis, utpote membris noſtris, omnimodis conſummari non poſſe: quemadmodum legimus, ne anteriores quidem noſtros ſine nobis repromiſſionis ſummam conſequi potuiſſe; ita de illis apoſtolo pronunciante: Et hi omnes teſtimonio fidei comprobati non acceperunt repromiſſiones, Deo pro nobis melius aliquid providente, ne ſine nobis conſummarentur. communionem vero eis ſacroſanctam a ſenioribus noſtris nunquam meminimus interdictam; quinimo ſi poſſibile eſſet, etiam quotidie eis impertiri eam debere cenſebant; nec enim ſecundum evangelii ſententiam, quam congrue huic ſenſui coaptatis: Nolite ſanctum dare canibus, ad dæmonis eſcam ſacroſancta communio, & non potius ad purgationem ac tutelam corporis, animæque pervenire credenda eſt: quæ ab homine percepta, eum qui in membris ejus inſidet ſpiritum, ſeu in ipſis latitare conatur, velut exurens fugat incendio. Hoc namque modo curatum & abbatem Andronicum nuper aſpeximus, aliosque quamplures. Magis namque, ac magis inimicus inſultabit obſeſſo, cum eum a cæleſti medicina viderit ſegregatum; tantoque dirius ac frequentius attentabit; quanto eum ab ſpirituali remedio longius ſenſerit abdicatum. Nec id mirum ei videbitur, qui mortuis eucharistiam tradi, ad fugandos dæmones, apud antiquos legerit, quod in occidente concilium Altiſiodorenſe, in oriente autem ſextam ſynodum interdixiſſe ferunt: quod ad eamdem ſynodum a Theodoro Balſamone notatum eſt. Hodie autem hujus Illiberritani canonis decretum (omiſſo Arauſicano) obſervandum eſt: nec licebit communionem corporis domini dæmoniacis (dum eo ſpiritu exagitantur) vel furioſis impartiri; nec eorum nomina ſingulatim & publice in ſacrificio recitare: etſi generali oratione pro energumenis orare ſacerdos poſſit: ut divina ſacrificii & orationis virtute fovente, ceſſet perverſa tentatio: quod edocuit nos D. Clemens, ipſius orationis formulam tradens.

1. Cor. 12.

Hebr. 11.

Concil. Altiſiodorenſe can 12. Sexta ſynodus Conſtantinop. can 83.

B Clemens lib. 8 conſtitut. apoſt. cap. 7. & 8.

Neque permittendum, ut ſua manu in eccleſia miniſtret.

Dæmoniacos a ſacris eccleſiæ functionibus ſemper repulſos. Cap. LIX.

GRATIANUS in decretorum collectione, antiquum eſſe in eccleſia dæmoniacos miniſtrare, nec debere, nec poſſe docuit: quod ut confirmaret, decretum Pii papæ retulit in c. communiter definimus XXXIII. diſtinctione, ubi Pius ſic ait. *Communiter definimus, ut nullus de his, qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant altaribus miniſtrare, vel indiſcuſſe ſe ingerant ſacramentis divinis, exceptis illis qui corporis incommoditatibus dediti, ſine hujuſmodi paſſionibus, in terram probantur eliſi; qui tamen & ipſi tamdiu erunt ab officii ſui ordine & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio, per diſcretionem epiſcopi, inveniantur ab incurſu dæmonum liberati.* Sed Gratianus decretum hoc Pio PP. non recte tribuit, cum Pii non ſit, ſed concilii Toletani XI. can. XIII. multis annis poſt Pium habiti: cui ea inſcriptio etiam in decreto Gregoriano reſtituenda eſt.

Correcta inſcriptio canonis, Communiter definimus 33. diſt.

Si autem pontificum antiquas conſtitutiones quæramus, omiſſo canone apoſtolorum, exſtat epiſtola Pelagii PP. ad univerſos epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, in qua ait. *Uſque adeo ſane comperimus, illicita quæque prorumpere, ut dæmonibus, ſimilibuſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur: quibus ſi in hoc opere poſitis, aliquid propriæ neceſſitatis occurrat, quis fidelium de ſua ſalute confidat, ubi miniſtros ipſos curationis humanæ tanta proſpexit calamitate vexari? Atque ideo neceſſario removendi ſunt, ne quibuſlibet pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore ſauciatum fortaſſis aut debilem, nequaquam ſancta contingere lex divina permiſit; quanto magis domi cæleſtis diſpenſatores eſſe non convenit, quod eſt deterius, mente perculſos?* Nicolaus PP. *Clerici qui in adoleſcentia a dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis gradum aſcendere non poſſunt.* Idem decrevit Gregorius, ut voluit Gratianus, ſive quod verius videtur, auctor libelli de eccleſiaſticis dogmatibus, qui inter opera D. Auguſtini exſtat. Trithemius Alcuinum fuiſſe voluit, alii Iſidorum; at plures & majori auctoritate præſtantes Gennadium, ut dicemus poſtea ſed D. Gregorium ejuſdem ſententiæ fuiſſe, ipſemet his verbis edocuit. *Eodem quoque tempore quidam Aquinenſis eccleſiæ clericus, dæmonio vexabatur, qui a venerabili viro Conſtantio ejuſdem eccleſiæ antiſtite per multa fuerat martyrum loca tranſmiſſus, ut ſanari potuiſſet: ſed ſancti Dei martyres noluerunt ei ſanitatis donum tribuere, ut quanta eſſet in Benedicto gratia demonſtrarent. Ductus itaque eſt ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Ieſu Chriſto domino preces fundens, antiquum hoſtem de obſeſſo homine protinus expulit. Cui ſanato præcipit, dicens: Vade & poſthac, carnem ne comedas, & ad ſacrum ordinem nunquam accedere præſumas. Quacumque autem die ad ſacrum ordinem accedere præſumpſeris, ſtatim juri diaboli iterum mancipaberis. Diſceſſit igitur clericus ſanus, & ſicut terrere ſolet animum pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim cuſtodivit. Cum vero poſt annos plurimos omnes priores illius de hac luce migraſſent, & minores ſuos ſibimet ſuperponi in ſacris ordinibus cerneret, verba viri Dei, quaſi ex longo tempore oblitus poſtpoſuit, atque ad ſacrum ordinem acceſſit, quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eumque vexare, quouſque animam ejus excuteret, non ceſſavit.*

Can 78. apoſt. Pelagius PP. in epiſt. ad univerſos epiſcopos per Lucani. conſtitutos. cap. 11. apud Grat. in ca. uſque adeo, 33 diſt.

Nicolao tribuit decretum hoc Gratianus & Ivo alter in c. clerici 33. diſt. alter. parte 11. decretorum. cap 104 Gratianus in ca. maritum 33. diſt lib. 3. cap. 60.

D. Gregor. lib. dialog. cap.

In eadem cauſa non deſunt etiam concilia, Nicænum I. *Iubemus ut inſanus non fiat clericus, niſi cum ægrotavit, & opus fuit calidam medicinam facere, unde in melancholiam incidit, cujus inſania cum non ſit cauſa in ipſo, neque ſit ex dæmone habitante in eo, non prohibet ingredi in clerum, neque cogit exire; quare jubemus, ut dæmoniacus non poſſit admitti ad clerum.* Arauſicanum autem non ſolum clericum fieri vetat, ſed jam factum deponi, jubet. *Energumeni*, ait, *non ſolum non aſſumendi ſunt ad ullum ordinem clericatus, ſed & illi qui ordinati jam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.* Quem canonem hodie obſervat eccleſia, tempore quo energumenus erratico ſpiritu exagitatur: quod ſi eo malo liberetur, & ad ordines eccleſiæ & communionem admitti poſſe, ex apoſtolis Clemens retulit. *Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed nec cum fidelibus preces fundito, mundatus vero recipitor, & ſi dignus fuerit, efficitor.* Olim autem in eccleſia Africana, & ſi non poſſent miniſtri eſſe rerum ſacrarum, cogebantur pavimenta eccleſiæ verrere, decreto concilii Carthaginenſis IV. in quo & illud additum, ut victus quotidianus illis ab eccleſia per exorciſtas tribueretur.

Conc. Nicæn. can. 1. apud Alfonſum Piſanum lib. 3.

Concil. Arauſicanum, can. 16.

Cano. 78. apoſtolorum.

Concil. Carthag. 4. can 91. Can. 92. ejuſdem.

Canon XXX. Vulgatus.

De his, qui poſt lavacrum mœchati fuerint, ne ſubdiacones fiant.

Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus; eo quod poſtmodum, per ſubreptionem, ad altiorem gradum non ſit promovendus: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

Canon XXX. *Emendatus.*

De his, qui poſt lavacrum mœchati fuerint, ne ſubdiaconi fiant.

Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati; eo quod poſtmodum, per ſubreptionem, ad altiorem gradum promovebantur: ſi autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

RETULIT hunc canonem Rabanus in ſuo pœnitentium libro c. 4.

Mœchiæ crimen in adoleſcentia commiſſum ſubdiaconum impedit ordinari. Cap. LX.

MOECHIAE crimine vel devinctos vel notatos, tanquam damnatos irremiſſibili peccato nec ad pœnitentiam admittendos contendit Tertullianus. Sed eum errorem, in quem nimio zelotypiæ furore lapſus eſt, jam diu catholica eccleſia improbavit, nec probavit unquam Hiſpanicæ eccleſiæ ſenatus, cum poſt pœnitentiam abſolvi & communioni reconciliari ſuperius edixerit. Nunc autem ad criminis deteſtationem & retinendam ſacri ordinis dignitatem, decernit eos, qui ad ſacros ordines eligerentur, ea morū & vitæ integritate præſtare

Tertul. lib. de pudicitia.

Can. 7.

ſtare debere, ut qui in adoleſcentia ſua fuiſſent mœchati, ſubdiaconi non ordinarentur (videant hæretici quam ſit antiquus ordo ſubdiaconatus) quia cum detecto flagitio, pœnitentiam agere debuiſſent, & pœnitentes ad ordines promoveri non poſſent, ut Innocentius ſcribit ad epiſcopos Macedoniæ, ſupervacuum erat, eum ordine ſubdiaconatus inſigniri, cujus functionem non eſſet poſtea habiturus.

Innocen. I. in epiſt. 22. ad epiſcopos Macedoniæ, c. 5.

Sed cur ob crimen ante ordinationem commiſſum, quis ab ordinibus repellatur, etiam poſtea ſuſceptis, Rabanus archiepiſcopus Moguntinus ſcribit ad Heribaldum. *De his vero viſum eſt nobis ſcribendum, qui ſacros ordines habent, & ante, vel poſt ordinationem, contaminatos in capitalibus criminibus ſe eſſe profitentur: in quibus, ut mihi videtur, hæc diſtantia eſſe debet, ut hi qui deprehenſi vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujuſmodi criminibus, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta, a gradu proprio deponantur: quia ſcandalum eſt populo Dei, tales perſonas ſuper ſe poſitas habere, quas ultra modum vitioſas eſſe conſtat. Nempe inde detrahunt homines ſacrificio Dei, & rebelles hinc atque contrarii exiſtentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt, ſicut quondam filiis Heli peccantibus feciſſe leguntur. Qui autem de prædictis peccatis, abſcondite a ſe admiſſis, per occultam confeſſionem, coram oculis Dei, præſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt pœnitentiam, confitentur, & ſemetipſos graviter deliquiſſe queruntur, ſi ſe, per jejunia & eleemoſynas vigiliaſque & ſacras orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam gradu ſervato, ſpes unica de miſericordia Dei promittenda eſt.*

Rabanus Maurus lib. pœnitentium cap. 1.

Refert illud Burc. lib. 19. decret. c. 150. Ivo p. 6. cap. 400. etſi parum recte uterque illud concilio Ilerdenſi can. 10. tribuerit: ut tribuit etiam pœnit. Rom titu. 8. c. 1. Grat citat. in c. de his. 50. diſt.

Eo quod, poſtmodum, per ſubreptionem, ad aliorum gradum non ſit promovendus.

Cur qui in adoleſcentia fuit mœchus, ſubdiaconus ordinari prohibeatur. Cap. LXI.

NON ſatis conſonant verba ſenſuſque hujus canonis in reddenda decreti ratione. Nam ſi mœchum in adoleſcentia, ante ordinem ſubdiaconatus ſuſceptum, vellent patres hujus concilii ſubdiaconum non fieri; quod mœchi ſubdiaconi eſſe non poſſent: quid addi opus eſſet, eo quod per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promovendus? Sat enim erat, ſi dixiſſent: placuit nec ſubdiaconem fieri, nec ad altiores gradus promovendum; ſi autem ſubdiaconum fieri vellent, feciſſent etiam ſatis, ſi dixiſſent: placuit eum diaconem fieri, nec ad altiores gradus provehi: ſæpe enim in inferioribus gradibus vel pœnitentiæ cauſa miniſtrare permiſſos, demonſtrat concilium Arelatenſe II. Difficultatem hanc diluit archiepiſcopus Moguntinus Rabanus in ſuo pœnitentium libro, in quo, diverſis canonem hunc verbis conceptum retulit: *Subdiaconos*, ait, *eos ordinari non debere qui in adoleſcentia ſua fuerint mœchati, eo quod per ſubreptionem, ad altiorem gradum promoveantur.* Rabano conſentiunt CC. MS. in quibus vel præmoveantur, vel promovebantur, ſine negatione editum legitur. Olim enim non tanta ſubdiaconis eligendis, quanta in diaconis & preſbyteris (quod & hodie obſervatur) adhibebatur cura, etſi enim mœchum in adoleſcentia videri poſſet quibuſdam ordinari ſubdiaconum poſſe; ne tamen is gradu ſuſcepto, per ſubreptionem poſtea, tacito vitæ ante actæ crimine ad altiores conſcenderet, qui ſanctiorem poſcebant vitæ integritatem: ideo viſum eſt patribus, aditum etiam ad hunc gradum mœchis præcludere, ut cautius adoleſcentes viverent, & ſanctius.

Concil. Arelaten. II. can. 26.
Rabanus in pœnitentium lib. 2. cap. 4.

Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoveantur.

Mœchiæ crimen impedit clericum ordinari, & ordinatum deponit. Cap. LXII.

VERE in hoc dixit Tertullianus, mœchos cum idololatris ſæpe comparari. Quemadmodum enim ex hæreſi venientes, poſtea ordinatos deponi voluerunt Hiſpani patres, in hoc ipſo concilio, ſic & mœchiæ ſordibus fœdatos hic. Simile in preſbyteris conſtituit concilium Neocæſarienſe: *Qui admiſerit corporale peccatum, & hic poſtea preſbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit, quod ante ordinationem ſuam peccaverit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter ejus ſtudii utilitatem; nam cetera peccata cenſuerunt plurimi etiam ordinatione privari. Quod ſi de his, non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſte convinci, huic ipſi de ſe poteſtas eſt committenda.* Et mox, idem definivit de diaconis. *Similiter & diaconus ſi in eodem culpa genere fuerit involutus, ſe ſe a miniſterio cohibebit.* Hodie autem peccatum

Tertul lib de pudicitia.
Hujus concil. canone 51.
Concil. Neocæſ. can. 9.
Idem can. 10.

mœchiæ ante ordinis ſuſceptionem commiſſum, non video impedire clericum ordine poſtea ſuſcepto perfungi, & ſi poſſet impedire & ſuſcipiendum, obſervatis primitivæ eccleſiæ moribus.

Canon XXXI. Vulgatus.

De adoleſcentibus, qui poſt lavacrum mœchati fuerint.

Adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

Canon XXXI. *Emendatus.*

De adoleſcentibus, qui poſt lavacrum mœchati fuerint.

Adoleſcentes, qui poſt fidem lavacri ſalutaris, fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

EXſtat hic canon apud Rabanum Maurum, in ſuo pœnitentium lib. c. 4. in principio.

Mœchiæ pœnam, caſtitate initi conjugii ſolvi. Cap. XLIII.

ADOLESCENTES, ut calorem ferventis ætatis, conjugali lege prævenirent; recte decernunt Hiſpani patres, ut ſi poſt admiſſum concupiſcentiæ crimen vagandi animum dimiſerint, & certum, ſtabile & caſtum connubium contraxerint, acta legitima pœnitentia, arbitrio epiſcoporum, ad communionem admittantur, remiſſa priorum canonum ſeveritate. Simile eſt quod canone qui præceſſit in virgines mœchantes, ſi poſtea matrimonium cum eiſdem inirent, iidem ſtatuerunt epiſcopi. Nec hanc pudicitiæ curam in viduis adoleſcentibus neglexerunt, inferius; pœnam enim crimini impoſitam, in aliam leniorem commutarunt, ſi peccati commiſſi ſordes, conjugii contracti honeſtate eluerentur. Pari de cauſa ab imperatoribus Chriſtianis poſtea conſtitutum eſt, ut filii antea ex turpi concubitu ſuſcepti, ſi pater cum eorum matre connubium celebraverit, filii efficiantur legitimi; quod ut adoleſcentes ex turpi vita ad caſtitatem conjugii revocarentur, & ut matrimonii dignitas extolleretur, veteres edixiſſe Alexander III. reſcripſit.

Cano. 14.
Canone 72.
Alexander 3. in c. tanta, qui filii ſint legitimi.

Canon XXXII. Vulgatus.

De excommunicatis preſbyteris, ut in neceſſitate communionem dent.

Si quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſine epiſcopi conſultu, ſed potius apud epiſcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non eſt preſbyterorum aut diaconorum communionem talibus præſtari debere, niſi eis juſſerit epiſcopus.

Canon XXXII. *Emendatus.*

De excommunicatis, ut eis preſbyteri in neceſſitate communionem dent.

Apud preſbyterum, ſi quis gravi lapſu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, ſed potius apud epiſcopum. Cogente tamen infirmitate, neceſſe eſt, preſbyterum communionem præſtare debere, & diaconum, ſi ei juſſerit ſacerdos.

Reconciliationem pœnitentium ad epiſcopos ſolos ſpectare. Cap. LXIV.

EX eccleſiæ officiis, multa ſibi ſolis epiſcopi, juſtis de cauſis reſervarunt, quæ temporis tractu, ad preſbyteros poſtea redierunt. Inter illa autem, habita eſt reconciliatio pœnitentium; hanc enim ſolis epiſcopis competere, vel hujus concilii & Carthaginenſis II. canone admonemur. *Fortunatus epiſcopus dixit, ſi jubet ſanctitas veſtra ſuggeri, nam memini præterito concilio fuiſſe ſtatutum, ut chriſma, vel reconciliatio pœnitentium,* nec

Conc. Carthagin. II. can. 3.

nec non & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant: si quis autem emerserit hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: audivit dignatio vestra suggestionem fratris & episcopi nostri Fortunati; quid ad hac dicitis? Ab universis episcopis dictum est: chrismatis confectio, & puellarum consecratio a presbyteris non fiant, vel reconciliare quemquam in publica missa presbyteris non licere: hoc omnibus placet. Ne autem quis reservationi huic reconciliandorum pœnitentium, episcopis factæ, putaret tunc locum non esse, cum pœnitentes gravi lapsu in ruinam mortis incidissent, ut loquuntur patres: ideo Aurelius concilii Carthaginensis præses, alterum canonem adjecit, in quo docet, nec in extremo morbi licere presbyteris, pœnitentem absolvere, episcopo inconsulto. *Aurelius episcopus dixit, si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliare divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum: & sic periclitantem ejus pracepto reconciliare: quam tem debemus salubri concilio corroborare. ab universis episcopis dictum est; placet; quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.* Quod pluribus postea Africani verbis promulgarunt, paucioribus antea in hoc canone Hispani episcopi statuerant; ut si quis videlicet, ex pœnitentibus gravi valetudine premeretur, non reconciliaretur a presbytero, episcopo inconsulto, quod reconciliatio solis episcopis tunc competeret: at pœnitentiam pro absolutione sive reconciliatione veteres usurpasse, observo ex concilio Carthaginensi IV. *Is*, ait, *qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit; dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem; & infundatur ori ejus eucharistia; si supervixerit, admoneatur a supra dictis testibus, petitioni sua satisfactum, & subdatur statutis pœnitentia legibus, quamdiu sacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit.*

Idem can. 4. sequent.

Conc. Carthag. IV. can. 76.

Non est presbyterorum aut diaconorum talibus præstari debere, nisi eis jusserit episcopus.

Ex codice regio Lucensi diximus aliter & rectius legendum. *Cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem præstare, & diaconum, si ei jusserit sacerdos.*

Absolutio pœnitentium an possit deferri diaconis, explicato in eam rem D. Cypriano. Cap. LXV.

Si de dominica communione ministranda Illiberritani patres solum hic agerent, nihil in his verbis esset difficile: sed cum de reconciliatione pœnitentium sive absolutione ab episcopis indulgenda, egerint prius, & eamdem nunc tractationem in presbyteris & diaconis videantur repetere, non est illud facile, cur non presbyteris modo, sed quod magis est, diaconis, ejus impertiendæ non negent facultatem: cum jus ligandi atque solvendi solis sacerdotibus concessum doceant Ambrosius, Hieronymus, Hilarius & alii. Hoc ut intelligi perspicique possit, duplicem in presbyteris & episcopis, cum theologis, observo potestatem: alteram ordinis; alteram jurisdictionis. Quæ ordinis sunt, inferioribus aliis ut vices suas agant, committere non possunt presbyteri; quale est Christi sacrificium peragere, confessionis sacramentalis munus mutuo præbere: quæ jurisdictionis sunt, posse, inter omnes convenit: at pœnitentium reconciliationem magis ad hanc, quam ad illam pertinere quis negaverit? Ideoque olim hæc diaconis in absentia episcoporum & presbyterorum permittebatur. Quemadmodum enim excommunicare diaconis licebat, ut auctor est Clemens, sic & excommunicatum solvere vel reconciliare: cum ejusdem sit solvere (ut dixi) cujus & ligare: pœnitentes autem excommunicatos esse, hoc est privatos communione sacramentorum & orationum fidelium, in ecclesia, omnibus in confesso est.

D. Ambros lib. de pœnit. Hieronym. & Hilarius in illud Matth. Quodcumque ligaveris super terram.

D. Clemens lib. 8. constitut. apo. cap. 34.

Hinc intelligendus D. Cyprianus in epistola ad presbyteros & diaconos; cujus verba ni sano & vero hoc sensu interpretemur, in difficili sunt. *Quoniam tamen video*, ait, *facultatem veniendi ad vos, nondum esse: & jam æstatem cœpisse, quod tempus infirmitatibus assiduis & gravibus infestat; occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos a martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari possunt; si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud presbyterum quemcumque præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentiam imposita veniant ad dominum cum pace, quam dari martyres literis ad nos factis desideraverunt.* Lapsos enim, ut publicos pœnitentes, & excommunicatos reconciliari non potuisse, nisi ab episcopis, antea dixi. Episcopis autem vel impeditis vel absentibus, curam hanc committi posse presbyteris & diaconis Cyprianus docet: quod illa magis esset absolutio a publicæ pœnitentiæ legibus, quam sacramentalis. Sed si quis urgeat verba illa Cypriani. *Exomologesim facere delicti sui possint.* Hoc est, confessionem, actum supponere pœnitentis, non vero reconciliantis, illud non negabo neque admittam, ad confessionem auricularem sacramentalem verba esse referenda, quod ab antiquis patribus didicerim in antiqua pœnitentis & excommunicati reconciliatione solitos fuisse ipsos reos delictum & peccatum, propter quod a communione repulsi fuerant, publice coram episcopo reconciliante, & omni plebe palamque confiteri, illiusque indulgentiam supplices postulare: cujus antiquam formulam ne nimia desuetudine obliterata pereat, sed velut digna posteritatis memoria conservetur, ex concilio Arausicano recitabo.

D. Cyprianus in epist. 13. ad presbyteros & diaconos.

Explicatur D. Cyprian. in epist. 13. ad presbyteros.

Cum aliquis excommunicatus, inquit, *vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniam postulat, & emendationem promittit; episcopus qui eum excommunicavit, ante januam ecclesia venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent, ubi etiam esse debent illi, quibus injuria, vel damnum commissum debet emendari, aut si jam emendatum est, eorum testimonio comprobari. Deinde interroget episcopus, si pœnitentiam juxta quod canones pracipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit: & si ille terra prostratus veniam postulat, CVLPAM CONFITETVR, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu ejus dextra in ecclesiam illum introducat, & ei communionem & societatem Christianam reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet, cum istis precibus*, Kyrie eleison, Pater noster, Et ne nos, Saluum, fac servum tuum, Deus meus sperantem in te. Mitte eis domine auxilium de sancto, & de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto ei domine turris fortitudinis, a facie inimici. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Refert decretum hoc ex concilio Arausicano Franciscus Ioverius ad finem ejusdem concil. extat & apud Gratian. in c. cum aliquis 11. q. 2.

Oratio.

Præsta, quæsumus domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum: ut ecclesiæ tuæ sanctæ, a cujus integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per Christum dominum nostrum, amen.

Alia oratio.

Majestatem tuam, quæsumus domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem, sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, ejus planctum in gaudium tuæ miserationis converte: scinde delictorum saccum, & indue eum lætitia salutari, ut post longam peregrinationis famem, de sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper, amen.

Alia oratio.

Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum, peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas, respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem, deprecatus exaudi: innova in eo, piissime pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & unitati corporis ecclesiæ membris redemptionis annecte, Miserere domine gemituum, miserere lacrymarum ejus, & non habentem fiduciam nisi in tua magna misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum, amen. *Post hac secundum modum culpa pœnitentiam ei injungat & literas per parochiam suam dirigat, ut omnes noverint eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præsumat, sine consensu vel conscientia proprii episcopi.* Non licebat ergo presbyteris, vel diaconis, etiam urgente periculo, pœnitentes reconciliare, sine episcopi consultatione: quod si episcopus absens esset, ut consulere illum temporis angustiæ minime paterentur, posse presbyterum, vel diaconi illum

Cypr. epiſt 13. presbyteros diaconos. [ecc]leſiæ cauſas [gr]aviores jure [eſ]ſe Romanos [po]ntifices ſibi reſervare.

illum reconciliare una cum Hiſpanis patribus D. Cyprianus conſentit.

Ex eiſdem item colligitur, epiſcopos in ſua diœceſi caſus ſibi poſſe reſervare; cur igitur tuæ beatitudini, qui ceteris divinæ poteſtatis amplitudine longe præſtas, epiſcoporum & fidelium graviores caſus & cauſas tuo judicio reſervari hæretici queritantur?

Canon XXXIII. Vulgatus.

De epiſcopis & miniſtris, ut ab uxoribus abſtineant.

Placuit, in totum prohiberi epiſcopis, preſbyteris, diaconibus, & ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare filios: quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

Canon XXXIII. *Emendatus.*

De epiſcopis & miniſtris, ut ab uxoribus ſe abſtineant.

Placuit, in totum prohiberi epiſcopis, preſbyteris, diaconibus & ſubdiaconibus poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

RETULIT & probavit hunc canonem concilium Vvormacienſe can 9.

Continentiæ legem ſemper ordinibus ſacris annexam in eccleſia, explicata concilii Nicæni hiſtoria de Paphnutio: Cap. LXVI.

[S.] Aug. in epiſt. [Jo]an. 2. tractatu in principio.

[T]ertull. de præſcript. adverſus [h]ære. cap. 35.

QUOTIES Auguſtini ſententia illa in mentem venit, qua docet eas ſcripturas maxima eſſe obſervatione, & commendatione dignas, quæ confutandis hæreticorum erroribus prodeſſe poſſunt: quoties altera occurrit Tertulliani monentis eis maxime deferendum, quarum vetuſtate adverſus hæreticos præſcribitur: toties animo commoveor vehementius ad ſummam religioſorum horum patrum venerationem, qui tot armorum præſidia ad labefactandas hæreticorum machinas decretis his tam ſanctiſſimis quam vetuſtiſſimis reliquerunt: non convenit ergo cum illi ad promerendum de eccleſia & religione tam fuerint expediti, fidei & religionis ſtudioſos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Inter reliqua enim quæ ad retundenda hæreticorum tela appoſite ſanxerunt, hoc unum ad pudicitiæ, & continentiæ ſacræ propugnationem adverſus Lutherum, Calvinum, & reliquos antiquos & recentiores ſectarios magni momenti eſt, quo ab initio eccleſiæ decernunt, ſacros homines, ut divino cultui mancipati diligentius invigilent, matrimonio abſtinere. Antea enim, quemadmodum ipſo humani generis initio inter ſorores & fratres conjugia contrahebantur, quia alii non erant, inter quos illa contrahi poſſent, quæ conſuetudo diu permanſit, quouſque fœcunda jam ipſius humani generis propagatione, illa interdicta eſt, ſic & a principio naſcentis eccleſiæ & religionis, quia alii ætate, virtute & prudentia præditi non erant, qui tanto officio fungi poſſent, opus fuit ex maritis diaconos, ſacerdotes & epiſcopos eligere; quorum uxores quamvis nullo ſacro munere fungi poſſent, epiſcopiſſas, presbyteriſſas, diaconiſſas & ſubdiaconiſſas vocatas, quod his ſacerdotibus nuptæ eſſent (exemplo noſtro, quod marchioniſſæ, comitiſſæ & duciſſæ illæ dicuntur, quæ ducibus, comitibus & marchionibus nuptæ ſunt) ex concilio Altiſſiodorenſi, Turonenſi, & aliis didicimus. Maritos autem jam electos a ſuſcipiendis liberis temperantiæ lege, & præclara apoſtolorum imitatione, & traditione ſemper abſtinuiſſe in eccleſia occidentali, Hieron. Epiphanii & aliorum auctoritate non ambigo: eo præſertim tempore, quo miſſæ ſacrificium aut offerre, aut miniſtrare debuiſſent. Sed cum ex aliorum incontinentium, vel non continentium experimento agnoviſſent poſtea, multa redundare incommoda ex mutua illa conjugum caritate, dum recenti carnis voluptate reſoluti, marcidique toti, ad tractandum & conſummandum immaculatum Chriſti corpus accederent, & in medio

[A]ntiquorum flaminum uxores flaminicas vocatas Sextus Pompeius tradit.

[C]onc Altiſſiodorenſe can. 21. [T]uronenſe II. [ca]n. 10 Hieron. [ep]iſt. 50 in fin & [li]b. 1. adverſus [Jo]vinianum. [S]. Epiphan lib. [1.] tom. 1. hære. [59].

A forſan ſacrificio, ſe occaſio offerret cogitandi, quomodo uxoribus placere debuiſſent; & illo finito, ſanctificatas prius manus Chriſti corpore, ſtatim illas ad tractandam fœminarum turpitudinem turpius admoverent, divino ſpiritu afflati decreverunt, in totum prohibere, ut qui jam mariti, vel epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi aut ſubdiaconi ordinati ſint (hoc enim ſignificat poni in miniſterio, vel poſitos eſſe in miniſterio) uxorios poſthac amplexus recuſarent, congruentem ſancto miniſterio quod gerebant; mentis & corporis integritatem ſervantes. Hanc ergo continentiæ legem (ſic enim malo, quam cælibatus illam nuncupare, ut trito magis, quam Latino & proprio ſermone uſurpant noſtri, cum ſciant cælibes eos in jure nuncupari, qui neque ſunt, neque fuerunt unquam mariti, quod ad B hanc cauſam non recte accommodatur, cum mariti, jam defunctis uxoribus & viventibus converſis, & continentes eſſe & ad ſacerdotium poſſint admitti.) Hanc igitur continentiæ legem ab Hiſpania primum edito hoc canone a Gallis poſtea renovatam in concilio Arelatenſi II. legimus. *Aſſumi aliquem ad ſacerdotium non poſſe in vinculo conjugii conſtitutum, niſi fuerit promiſſa converſio, non oportet.* Ab Afris deinde repetitam Carthaginenſes patres demonſtrant, nec noviter a ſe ſtabilitam dixerunt, ſed antiquiſſima apoſtolorum traditione ſanctam. *Ita placuit*, inquiunt, *& condecet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes, nec non & levitas, vel qui ſacramentis divinis inſerviunt, continentes eſſe in omnibus, quo poſſint, ſimpliciter quod a Deo poſtulant, impetrare; ut quod apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet, ut epiſcopi, preſbyteri* C *vel diaconi, & qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes etiam ab uxoribus ſe abſtineant.* Quod graviori pœna propoſita conſtituerunt Hiſpani epiſcopi in concilio Toletano I. ut diaconi videlicet, vel presbyteri liberis operam dantes, ad altiorem gradum non aſcenderent. *Placuit ut diacones, ſi vel integri vel caſti ſint, & continentis vitæ, etiam ſi uxores habeant, in miniſterio conſtituantur: ita tamen, ut ſi qui etiam ante interdictum, quod per priores ante nos epiſcopos conſtitutum eſt, incontinenter cum uxoribus vixerint, preſbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex preſbyteris, ante interdictum, filios ſuſceperit; de preſbytero ad epiſcopatum non admittatur.* Concilio Agathenſi placuit etiam, ut ſi presbyteri vel diaconi conjugati, ad torum uxorum ſuarum redire voluerint, papæ Innocentii ordinatio vel Siricii epiſcopi auctoritas, quæ eſt his canonibus inſerta ſervetur. *Quod ſi ad aliquos formula illa eccleſia-* D *ſtica vitæ, pariter & diſciplina, quæ a Siricio epiſcopo ad provincias commeavit, non probabitur perveniſſe, eis ignorationis venia remittatur: ita ut de cetero penitus incipiant abſtinere, & ita gradus ſuos in quibus inventi fuerint, ſic retineant, ut ad potiora eis non liceat aſcendere. Quibus in beneficio eſſe debet, quod locum ipſum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem ſciſſe formam vivendi miſſam a ſancto Siricio epiſcopo detegantur; neque ſtatim cupiditates libidinis abjeciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmovendi; eo quod poſt admonitionem cognitam, præponendam arbitrati ſunt voluptatem.* Et rurſus. *Sane ſi conjugati juvenes conſenſerint ordinari, etiam uxorum voluntas ita inquirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſtea quam pariter converſi fuerint, ordinentur.* Idem decrevit poſtea, Taurinenſis ſynodus, Arauſicana, Turonenſis I. Aurelianenſis III. Altiſiodorenſis, Matiſ- E conenſis I. Toletana II. III. IV. IIX. IX. & aliæ quibus libenter abſtineo, ſed tandem Lateranenſis generalis ſub Innocentio III. & Tridentina.

Ex pontificibus autem Clemens papa primus in epiſtola ſecunda (ſi illius epiſtola eſt) Lucius, & Stephanus PP. Clarius & ſeverius multo Siricius ad Himerium Tarraconenſem & Innocentius papa I. ad Victricium ſive Victorinum, ut Gratianus legit, aut Vitricum (ut ex Rothomagenſium præſulum catalogo Robertus Cænalis epiſcopus Abrincenſis refert) in altera epiſtola ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem, & in altera ad Ruſticum epiſcopum Narbonenſem, item Pelagius ſive Gelaſius papa ad Cethegum Patricium.

Illud tamen hic prætermitti nec licet, nec expedit; quod concilium Nicænum decreviſſe, Paphnutii ſuaſione, Socrates, Sozomenus & Caſſiodorus tradiderunt, apud Gratianum. *Nicæna Synodus*, ait, *corrigere volens hominum vitam, in eccleſiis commorantium, poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu, videbatur aliquibus, introducere legem, ut epiſcopi*

Cælibes non recte omnes continentes nuncupari.

Conc. Arelat. II. can. 2.

Conc. Carthag. II. can. 2.

Conc. Tolet. I. can. 1.

Conc. Agathenſe can. 9.

Idem can. 16.

Concil. Taurinenſ. can. 5. Arauſica. can. 23 & 24. Turonenſ. I. can. 1 Aurelian. III. can. 2. Altiſiodor. can. 20. Matiſc. I. can. 11. Tolet. II. can. 1. III can. 5. IV. can. 43 IIX. can. 5. & IX. can. 10.

Siricius in epiſt. 1. ad Himerium epiſcopum Tarraconenſem.

Innocentius I. in epiſtola ad Victricium epiſcopum Rothomagenſem Pelagius ſive Gelaſius papa apud Gra. in c. de Syracuſanæ 28. diſt.

Socrates libr. 1. hiſt eccleſ c. 8. Sozomenus lib. 1. c. 22.

Cassiod. in Tripartita lib. 2. cap. 14. exstat apud Gra. in c. Nicæna synodus 31. dist. Franciscus Turrianus lib. de sexta & septima synodo. D. Gregori. lib. 6 epist. indictione 15 epist. 195. ad Eulogium episcopum Alexandrinum.

episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cum conjugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent; surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria conjuge concubitum, suasitque concilio, ne talem poneret legem, gravem esse asserens causam, qua in ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret: & hac quidem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, *exposuit: synodusque laudavit sententiam ejus, nihil ex hac parte sancivit, sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate dimisit.* Grave nimis visum est Francisco Turriano utriusque literaturæ, tum divinæ, tum humanæ laude digno, Nicæni concilii decretum, & Paphnutii monachi & episcopi consilium; indignumque censuit utrumque, & tanto concilio, & tanto confessore; ideoque filum disputationis, non ad interpretandum concilium, sed ad infringendam ecclesiasticorum scriptorum, qui id literis tradiderunt, auctoritatem convertit; illos in tota hac Paphnutii historia impudenter & impie mentitos asseverans. Sozomenum dicit Theodori Mopsuestiæ episcopi & hæretici laudatorem, eaque de causa illius historiam omni fide, auctoritate & probabilitate carere, nec a sede apostolica receptam, ut testatur D. Gregorius ad Eulogium episcopum Alexandrinum. *In historia autem Sozomeni*, inquit, *de quodam Eudoxio qui Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur sed ipsam quoque historiam sedes apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopsuestiæ nimium laudat, atque usque ad diem obitus sui, magnum doctorem ecclesiæ fuisse perhibet. Restat ergo, ut si quis illam historiam recipit, synodo, quæ pia memoria Iustiniani temporibus de tribus capitulis facta est, contradicat; qui vero contradicere non valet, illam historiam necesse est, ut repellat.* Quibus & illud adjicere potuisset Turrianus; minorem fidem & auctoritatem in historia Nicæni concilii Sozomeno tribui posse, quod lapsum illum in tempore ejusdem concilii & confirmatione legamus: refert enim illud habitum fuisse sub Iulio, cum absolutum fuerit tempore Silvestri, prædecessoris non solum Iulii, sed & Marci, cui Iulius successit, ut demonstrat epistola præsidum Osii & Viti, ac Vincentii legatorum ad eumdem Silvestrum. Socratem autem Novatianis fuisse benevolum & Romanæ ecclesiæ parum amicum asserit, aliaque in historia Nicæni concilii fuisse mentitum, ut quod pascha numquam celebraretur, nisi ex vetere consuetudine cujusque regionis, nihilque Nicænam synodum (ut nonnulli, sicut idem ait, vulgo jactarent) de hoc festo pascha immutasse: quod perinde esse videtur, si utrumque comparetur, atque dicere, nullum de pascha canonem sanxisse: cum contra sint gravissimi ecclesiæ scriptores Epiphanius, Theodoretus, Ambrosius, Gregorius Cappadox in encomio CCCXVIII. episcoporum, & alii quos dicit se præterire: idem quoque Socratem ausum fuisse mentiri, aut certe quod ignorabat pro certo affirmare, ecclesiam Romanam in quadragesima tres tantum hebdomadas exceptis sabbato & dominico jejunare: jam quæ fides habeatur in veteri historia, mentienti in præsenti. Hæc Turrianus contra Socratem: in quo etiam & alio adminiculo ille possit juvari. Socratem enim multa ex suis libris, præcipue quæ duobus complexus est, ab scriptis Rufini presbyteri se accepisse, ipsemet narrat, eodem libro: at Rufinum & ejus opera Gelasium PP. D. Hieronymum secutum ut apocrypha damnasse, & rejecisse in concilio Romano comperio. Sicque videtur historia hæc de Paphnutii consilio & Nicæni concilii decreto, his duobus suffulta auctoribus, minus ponderis habitura: cum præsertim, nec Eusebius Cæsariensis, qui interfuit concilio Nicæno, nec post illum Theodoretus, nec Theophanes, nec Georgius Cedrenus, de ea historia mentionem fecerint. Et quia in canone III. ejusdem concilii Nicæni, subintroductas habere episcopis, presbyteris, & diaconis interdictum fuit. Tanti habita est, non solum castitatis & continentiæ, sed honestatis a concilio ratio, cui non congruit de matrimonio permittendo tanta licentia. Hæc Turrianus & qui illius partes susceperunt, ingerunt nobis, ut credamus totam de Paphnutii confessoris consilio, & Nicæni concilii decreto, confictam esse historiam vel fabellam.

Osii, Viti & Vincentii legatorum epist. ad Silvestrum reperitur ad finem concilii Nicæni.
D. Epiph. adversus Audianos.
Theodoretus in vita Marciani.
Ambros. lib 10. epist.
Greg. Cappadox in encomio 318. episcoporum.

Socrat. lib. 1. c. 8.

Concilium Romanum apud Gratian. in ca. sancta Romana. 15. dist.

Sed cum attenta animi cogitatione considero, quæ sanctus confessor episcopusque Paphnutius consuluit, & Nicænum concilium decrevit, non possum non satis mirari, quæ causa fuerit, quæve tanta in canone difficultas, qua Turrianus commotus in tam antiquos & graves ecclesiæ scriptores, tam acres sermonis & disputationis aculeos contorserit. Si ut Calvinum confutaret, qui hujus concilii Nicæni & Paphnutii auctoritate contendit, licere jam ordinatis nuptias contrahere, attentius considerare ille potuisset, quod Paphnutius con-

Lib. de insti. christiana. c. 3. §. 70.

A fessor, non consuluit concilio, ut sacerdotes cælibes matrimonium inirent: ut impie ex eadem historia collegit Calvinus (hoc enim nec in occidentali nec in orientali ecclesia est unquam receptum) sed id tantum, ut juxta Romanæ & Hispanicæ ecclesiæ consuetudinem (proposuerat forsan observandum id Osius) Græci omnes & orientales mariti ad sacerdotium promoti, ab uxoribus antea ductis, tali præcepto non abstraherentur: his enim verbis eam historiam Socrates complectitur. *Verum, de una re a Paphnutio gesta hactenus: alteram etiam narrabo, ejus consilio confectam, quæ & ecclesiæ utilitati, & omnibus qui sacris sunt initiati, ornamento esse possit. Visum erat episcopis, legem novam in ecclesiam introducere; ut qui essent sacris initiati*, sicut episcopi, presbyteri, & diaconi, *cum uxoribus, quas cum erant laici, in matrimonium duxissent, minime dormirent. Et quoniam illis erat propositum, de hac re consilium inire, in medio eorum consessu, surrexit Paphnutius, ac vehementer vociferatus est; non grave* B *jugum cervicibus illorum imponendum esse, qui erant sacris initiati, honorabile esse conjugium inter omnes, & torum immaculatum: videndum, ne nimis exquisita præscriptione, ecclesiam gravi incommodo afficerent. Omnes enim non posse ferre tam austeram disciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam: neque a singulorum uxoribus fortasse eam castimoniæ normam posse servari. Viri autem cum uxore legitima concubitum, castimoniam appellavit; illudque satis esse, ut qui in clerum ante ascripti erant, quam duxissent uxorem, hi secundum veterem ecclesiæ traditionem, deinceps a nuptiis se abstinerent, non tamen quemquam ab illa, quam jam pridem cum laicus erat, uxorem duxisset, sejungi debere. Istam in episcoporum conventu orationem habuit Paphnutius, cum ipse non modo nuptias non expertus esset, sed etiam*, vere dixerim, *mulierem non aliquando attigisset. Nam a puero in monasterio seipsum severo vitæ disciplinæque genere totum dediderat: qui quidem* C *propter singularem castimoniam, præ ceteris plane in magna famæ celebritate vixit. Itaque cum totus episcoporum, presbyterorum & diaconorum conventus verbis Paphnutii assensisset, controversia de hoc exorta penitus sedata est, potestasque permissa cuique pro arbitratu ab uxorum consuetudine abstinendi.* Hæc Socrates; cui in omnibus pene etiam verbis consentit Sozomenus. Nec Socrates & Sozomenus solum historiam hanc literis tradiderunt, sed & Aurelius Cassiodorus, & Nicephorus. At utrumque Cassiodorum & Nicephorum a Socrate & Sozomeno desumpsisse, ille respondebit? desumpsisse non diffiteor; sed in illos, nec Novatianorum hæresis, nec Theodori Mopsuesteni amicitia, nec Romanæ ecclesiæ odium, aut concepta a Gregorio magno suspicio, ut in alios retorquebitur: quinimo cum Gregorius magnus Sozomeni fidem auctoritatemque elevasset, quod a Theodori partibus stetisset, retulisset profecto; quæ errore tanto D (ut voluit Turrianus) de Paphnutio confessore & concilio Nicæno impudenter ille confinxerat; cum tanti videri possit ad eorum causæ confirmationem. Facit tandem ad stabiliendam historiæ fidem, quod ex codice vetusto bibliothecæ Vaticanæ, in quo illa iisdem pene verbis continentur Alfonsus, Pisanus refert. *Has leges scripsit*, inquit, *ipse sanctus eorum confessor in præsentia Deo dilectissimi & laudatissimi regis Constantini de ecclesiastica gubernatione. Statuerant autem & aliam legem episcopis proponere, quam divinus prohibuit Paphnutius, de qua necessarium existimavi narrare admiratione maxima dignam historiam. Placebat quibusdam episcopis in concilio, novam legem in ecclesiam introducere, & ut de aliis ad ecclesiam pertinentibus, ita & eam legem definire, de eo quod non oporteat clericos sacri ordinis suam quamlibet uxorem ejicere. Statuerant igitur de eo, quod non oportet clericos sacri ordinis, sive episcopos, sive hypodiaconos, sive aliquem ex sacro catalogo, dormire cum uxoribus; quas adhuc laici duxerant. His ita dispositis, surgens in medio* E *turba episcoporum divinus Paphnutius, magna voce clamavit, dicens: ne gravetis jugum clericorum sacri ordinis: honorabile enim*, inquit, *connubium in omnibus, & torus immaculatus, ne perfectionis excessu ecclesiam magis lædatis, neque enim omnes ferre posse*, ait, *vacuam affectibus exercitationem. nemo*, ut opinor, *in castitate conservatur si maritorum quilibet uxore privetur; pulchram dico esse castitatem uniuscujusque cum sua uxore conventum; imo separari hac lege dico eam quam Deus conjunxit, & quam semel dum lector esset, aut cantor, aut laicus uxorem duxit. Et hoc quidem dixit Paphnutius, cum esset omnis conjugis expers, propterea, quod in monasteriis a pueritia fuerat educatus, ideoque hujus viri consilio persuasa tota episcoporum concio, de hac quæstione tacuit, judicio volentium relinquens continentiam ex consensu a propriis uxoribus.* Quod si Eusebius, & qui illum sæpe sequuntur Rufinus & Theodoretus, siluerunt; ea causa fuit, quod Nicæni

concilii

Socrates lib. 1. ca. 18.

Sozomenus lib. 1. c. 22.
Cassiodorus in historia tripartita. lib. 2. c. 14.
Nicephorus lib. 8. cap. 19.

Conc. Nicænum apud Alfonsum Pisanum lib. 3. de actis ejusdem ad finem.

concilii historiam, vel ætate, vel negotiis aliis impeditus Eusebius omiserit, vel ut ex Gelasio & Zonara colligitur, quod ejus fides cum ea quæ in Nicæno concilio prodita est, non satis conveniret, satiusque duxit & merito, historiam concilii Nicæni præterire, quam in eam quid grave & reprehensione dignum scribere.

elasius in concilio Romano in ... sancta Romana. 15. dist.

Sed exquiramus a reliquis, quibus est rationibus persuasus sanctissimus episcopus & confessor Paphnutius, ut tam sanctam de continentia sacerdotali legem Nicæno concilio dissuaserit? *Surgens in medio Paphnutius confessor*, aiunt Socrates & Sozomenus, *honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria conjuge concubitum; suasitque concilio ne talem poneret legem, gravemque asserens causam, quæ in ipsis aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret.* Duplex ergo (ni fallor) causa ex his verbis Paphnutii elici potest: altera, quæ matrimonium ipsum, altera quæ conjuges respicit. Quæ matrimonium, gravissima fuit, ne quis putet perfunctorie illum dixisse, honorabiles esse nuptias, & castitatem cum propria conjuge concubitum. Surrexerat paulo ante Eustachius monachus, qui postea Sebasteæ factus est episcopus, qui, ut Socrates refert, nuptias fieri prohibuit, a cibis abstinêdum docuit, unde nonnullos qui nuptias contraxerant a connubio segregavit, tantoque, tam crudeli, tã impio, tam nefario in nuptias irruit odio, ut in ædibus conjugatorum, precationes fieri vetuerit, benedictionemque presbyteri habentis uxorem, quam laicus duxisset, tanquam scelus declinandam præceperit; quem quidem, cum alia plura his similia fecisset, docuissetque, Gangris in Paphlagonia coactum concilium gradu episcopali dimovit, ejusque dogmata anathemate damnavit, ut præter Socratem, ipsa synodus Gangrensis docet ad episcopos Armeniæ. *Nam ex eo*, inquit, *quod illi*, Eustachius videlicet & sui sectatores, *nuptias damnarent, & docerent, quod nullus eorum, qui sunt in conjugio, habet in Deo spem, seductæ mulieres multæ, suis subditæ maritis, ab ipsis maritis discesserunt, & a propriis uxoribus viri; sed hoc interim medio, dum continere non valent, adulterium commiserunt, eaque de causa diffamati sunt, & probris insimulati.* Et post alia. *Et qui nolunt in ædibus conjugatorum*, odio scilicet conjugii, *facere preces, factasque despiciunt, ac sæpe numero, de oblatis in illis conjugatorum domibus non participant; & qui presbyteros conjugatos contemnunt, eorumdemque liturgias non attrectant.* Ut hinc pariter aliqua canoni IV. ejusdem concilii Gangrensis lux præferatur. *Si quis existimat de presbytero conjugato, quod eo sacrificante, non oporteat ipsius oblationi vel sacrificio communicare, anathema esto.* Non enim id definivit concilium (ut hæretici nostri temporis impie contendunt, canonis sententiam vel ignorantia non assequentes, vel quod probabilius est, impietate labefactantes) quod voluerit concilium omnes presbyteros & sacerdotes uxorum vinculis ligari: sed ut damnaret Eustachii errorem, qui odio uxorum vel sacramenti matrimonii, presbyteros in Græcia maritos, ut impios & execrabiles damnabat. Cum hoc autem (ut eo unde egressi sumus revertamur) cognitum haberet & exploratum Paphnutius, superioris Thebaidæ episcopus & confessor, divino potius spiritu afflatus, quam humano aliquo consilio innixus, castas nuptias esse dixit; & castitatem cum propria conjuge concubitum; ne si forsan in tanto concilio, quantum erat Nicænum, nuptiæ clericorum in laico habitu & statu initæ rejicerentur, rudes quidam & imperiti, nuptias ut quid turpe damnari falso existimarent, altioresque radices ageret excitata jam Eustachii monachi hæresis, ad quam confutandam necesse fuit illud concilium Gangrense convocari; cui Osius Cordubensis, paulo post Nicænum, interfuit.

Socrates lib. 2. 33.

Conc. Gangrense præfatione epist. ad episc. Armeniæ.

Explicatur can. ... concilii Gangrensis.

Quæ conjuges ratio respicit, illa fuit. Omnes enim ferre non posse tam austeram disciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam, neque a singulorum uxoribus fortasse eam castimoniæ normam tuto posse servari: propositum enim erat prius in concilio, ut Socrates refert, novam legem in ecclesiam introducere, ut qui essent sacris initiati, cum uxoribus, quas laici jure in matrimonium duxissent, minime dormirent: hoc enim generaliter constitui volebant, præcipue in Oriente, in quo concilium agebatur, & cujus ea consuetudo longius erat progressa; nam in pluribus occidentis partibus ea, vel traditione, vel decreto ablata fuerat, ut antea animadverti. Illud autem grave visum est Paphnutio, cum propter hæresim Eustachii; tum ob uxorum pericula incontinentiæ: ipsæ enim cum nullo voto essent devinctæ, si castitatem cogerentur servare, quam non voverant, cum se continere non possent, maritorum fide & caritate fraudatæ, in periculo erant labendi in deteriora: a quo etiam periculo, effervescen-

Socrates lib. 2. 33.

A tes maritorum juvenum animi ætatis ardore non multum aberant: quos aliquando eligi sacerdotes, exiguus, qui tunc erat catholicorum Christianorum numerus, & ecclesiæ necessitas postulabant. Quæ ratio non solum Paphnutium, ne illum ut parum castitatis amicum repellant nostri, vel suspectum habeant sanctissimi concilii Nicæni decretum; mirificique pastoris & confessoris Paphnutii consilium; sed multo ante Paphnutium, Dionysium Corinthiorum episcopum commovit, ut ad Pinytum Gnossiæ ecclesiæ episcopum scriberet, commonefaciens illum, ne grave servandæ, imo compulsæ castitatis onus, ac necessitatem, fratrum, ac discipulorum animis imponeret, in quo, multorum periclitaretur infirmitas; cujus rationem habere, & suorum imbecillitati se attemperare erat necesse, quod consilium laudavit, amplexusque est Pinytus, ut Eusebius, & Nicephorus tradiderunt.

Euseb. lib. 4. hist. eccles. c. 22 Niceph. lib. 4. c. 8.

B Nec novi quid consuluit Paphnutius, & decrevit concilium, cum semper in oriente ea impunitas & licentia permissa fuerit. Qui volebant enim, altioris vitæ fastigium conscendere, continenter se gerebant; nec post sacerdotium acceptum, sicut in occidente, uxorum amplexibus implicabantur. Hi autem quibus hanc sanctam continentiæ traditionem sequi displicebat, uxores antea ductas, domi retinebant, & liberis tamquam seculares operam dabant, ut idem Socrates asserit & Nicephorus: in quo statu legem continentiæ relinquendam Paphnutius consuluit, & concilium decrevit; cujus sententia, omissio fuit potius, quam decretum, cum nihil novi decreverit.

Socrates lib. 5. c. 22. Niceph. lib. 12. c. 34.

Sed progrediamur, disquiramusque, an Paphnutius, si primus non fuit hujus continentiæ dissuasor, an ultimus fuerit? At non fuisse ultimum, rescriptum indicat catholicorum principum, Honorii & Theodosii ad Palladium P. V. hæc post alia dicentium. *Illos autem non relinqui castitatis hortatur affectio, quæ ante sacerdotium maritorum legitimum meruere conjugium; nec enim clericis in competenti adjuncta sunt, quæ dignos sacerdotio viros sua conversatione fecerunt.* His accedit Ste-

Honor. & Theodos. in l. eum qui C. Theodos. & Iustin. de episcopis & clericis.

C phanus PP. *Aliter*, inquit, *se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter hujus sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi & subdiaconi, matrimonio copulantur; istius autem ecclesiæ, vel occidentalium, nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habet conjugium sortiendi.* Cum autem utriusque ecclesiæ consuetudinem retulisset, neutram, ut evangelicis apostolicisque institutis repugnantem reprobavit, quod facturus non esset pontifex, si orientalium traditionem Christianæ doctrinæ agnovisset adversam. In qua epistola, quia verbum unum, duriusculum quibusdam visum est, ex illo sinistre admodum elicientibus, sacerdotes orientis, jam sacratos ordinibus, matrimonia posse contrahere; oportet ut interpretatione molliatur. Matrimonio enim sacerdotes copulari, idem est prorsus, quod matrimonii usum sive concubitum exercere; ut præter alia Beda demonstrat. *In tribus*, ait, *quadragesimis anni, & in die dominico, & in quarta feria, & in sexta feria, conjugales continere se de-*

Stephanus PP. apud Grat. in c. aliter 31. dist.

Explicatur Stephani PP. decretum de matrimoniis orientalium.

Beda in li. de remedio peccatorum.

D *bent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, usque adpartum, a partu post XXXIII. dies, si filius est, si autem filia, post LVI.* Eodem sensu verbum copulari usurpavit vetus translatio canonum sextæ synodi. *Quamvis in Romani*, inquit, *canonis ordine traditum novimus, eos qui ordinati sunt, diaconi vel presbyteri profiteri: quod non suis jam copulentur uxoribus.* Copulari igitur verbum, pro maris & fœminæ corporum conjunctione intelligendum est, nam jam semel sacratos in oriente, ut in occidente celebrare connubia non potuisse, iidem qui historiam Paphnutii retulerunt, literis comprobarunt, Socrates, Sozomenus & Nicephorus; & præter hos concilii Neocæsariensis patres.

Sexta synodus, can. 3.

Socrates, Sozomenus & Nicephorus locis superius citatis. Conc. Neocæsar. can. 1.

E Sed ad historiam Paphnutii redeamus, videamusque an illius consilium reliqui post Stephanum pontifices improbaverint. Gregorius magnus (cum paulo ante Pelagius secundus, qui illum in ea dignitate præcessit, subdiaconos Siciliæ uxoribus suis permisceri Romanæ ecclesiæ legibus prohibuisset) duram ejus constitutionem existimans sustulit, decernens, ut qui jam matrimonio conjuncti erant, ab eo minime separarentur; sed permitterentur copulari. *Ante triennium*, inquit, *omnium ecclesiarum subdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ ecclesiæ, suis uxoribus nullatenus miscerentur, quod mihi durum atque incompetens videtur, ut qui usum continentiæ non invenit, neque castitatem promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc, quod absit, in deterius cadat.* Estne aliud quod Paphnutius consuluit, ab eo, quod Gregorius in Sicilia præcepit? nisi quod ille generaliter in Græcia in omnibus ordinibus sacris, quia de omnibus oblata fuerat disceptatio, Gregorius au-

Grego. magn. in epist. ad Petrum subdiaconum Siciliæ lib. 1. epist. 42. Exstat apud Grat. in c. ante triennium 31. dist.

tẽ peculiariter de subdiaconis Siciliæ, quia de his solũ institutus sermo & quæstio orta in Sicilia erat? illud solum Gregorio, quod subdiaconi in posterum in Sicilia non ordinarentur, ni prius castitatis legibus se disertis verbis addixissent. *Unde videtur mihi*, inquit, *ut a præsenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere subdiaconum præsumant, nisi qui se victurum caste promiserit; quatenus & præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura mala caute caveantur.* Nec Gregorius solum consuetudinem Græcorum non improbavit, sed nec Innocentius III. Cum enim ab eo quæreretur, per Achierontinum archiepiscopum; an filius sacerdotis Græci, ad episcopatum Anglorienſem posset promoveri (filios enim sacerdotum, ad ecclesiasticas dignitates ecclesia vix unquam admisit) elegerant enim illum canonici Anglorienses: respondit archiepiscopo Innocentius, ut ad confirmationem illius, & consecrationem, sine dubio, procedat. *Nos igitur attendentes*, scribit, *quod orientalis ecclesia votum continentiæ, non admisit: quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus utuntur matrimonio jam contracto: mandamus, quatenus nisi pro eo quod inter Latinos Græci hujusmodi conversantur, regionis consuetudo repugnet, & si aliud canonicum non obsistat, ad confirmationem & consecrationem sine dubitatione procedas.* Quod & Clemens III. papa docuit, dum ait: *Quæsitum est utrum sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, pœnitentia publica sit imponenda, si eam postulent sibi pro filiis oppressis injungi, &c.* Si illis enim in Græcia matrimonio uti non liceret, non utique id pontifex affirmasset, oppressionemque infantis majori severitate damnasset, nec in concilio Lateranensi generali sub Innocentio III. ea consuetudo improbata est: nam cum Latinis clericis, omnium fœminarum commercium pœnis gravissimis interdiceretur, de Græcis hæc patres decernunt. *Cum autem secundum regionis suæ morem, non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio uti possint.* Hæc longius ad defensionem Paphnutii, magis quam Græcorum, deducere adducereque placuit, ne tanta patri tanto, episcopo, & confessori impudicitiæ, vel incontinentiæ nota imponatur, neve concilio Nicæno hæretici falso putent leges omnes, quas ipsi impudentiæ sanciunt, confirmari, cum illud non decernat, nec approbet Græcorum consuetudinem, sed ne ob hæresim Eustachii, tunc recenter exortam, impingerent, ad eumdem scopulum,

Idem in eadem epistola.

Innoc. III. in c. cum olim de clericis conjugat.

Clemens 3. PP. in c. quæsitum de pœnitent. & remiss.

A erroris ansam ex concilio sinistre sumentes, ideo supersederunt continentiæ legi in Græcia solum & oriente; nam de ejus sacerdotibus solum nata fuerat disceptatio, & in eis solum, opus erat novæ illius legis constitutione, cum in reliquis occidentis provinciis, sive traditione, sive lata constitutione id jam observaretur: quod & consuluisset ipse Turrianus, si in conc. Græco & Græcorũ episcoporũ majori ex parte coacto interfuisset, vidissetque concilii taciturnitate & conniventia, hæreseos & errorũ periculis (quæ ex prohibitione redundabant) aditum intercludi. Illa autem si abfuissent, non Latini modo, sed & ipsi Græci continentiæ legem peculiari decreto procul dubio indixissent: nam in eam sententiam sat fuisse propensos episcopos omnes, Socrates & Sozomenus scripserunt: at prudentes legislatores temporum vicissitudini cedere & posse & debere, philosophorum placitis, experimentisque multis edocti sumus.

Quod autem de subintroductis ad refellendam Paphnutii historiam alii referunt, levissimum est; quia subintroductas habere illis solum interdictum fuit, qui uxores numquam duxerant, vel ductis carebant, ut testantur
B concilii Troslejani patres. *Quique*, aiunt, *clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur, matrum, sororum, aut filiarum sibi solatia intra domum suam noverint tantum esse concessa: sed quia sub occasione istarum personarum, aliæ mulieres subintroduci cœperunt, sancti Africani canones decreverunt: ut nec ipsi episcopi, aut presbyteri soli habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel quascumque fœminas; sed ubi aut clerici præsentes sint, aut graves aliqui Christiani, &c.* Hinc Iustinianus imperator, ejusdem concilii Nicæni probans decretum *presbyteris*, ait, *diaconis & subdiaconis & aliis in clero scriptis non habentibus uxores, secundum regulas divinas, interdicimus & nos, mulierem habere in sua domo, &c.*

Illud autem postremo loco reservavi, incertum esse, an hic Paphnutius idem sit cum eo, quem tandem in hæresim Meletianorum lapsum admonuit D. Epiphanius: eumdem enim indicant Paphnutii nomen, Ægypti locus,
C Constantini imperium; alium vero, maturitas ætatis hujus quiete, pure, pie, & sapienter peractæ, spectata prudentia, singularis morum integritas, clara literarum cognitio, insignis præteritæ confessionis gloria, ac tandem divina illa edendi miracula virtus: in re dubia pietatis & religionis consideratio, æquiorem tueri partem suadet.

Concil. Troslejan. can. 9.

Iustin. in authen. de sanctiss. epis. § Presbyteris collat. 9.

D. Epiphanius adversus hæreses 68. hæresi.

DE CONFIRMANDO
CONCILIO ILLIBERRITANO.
LIBER III.

Canon XXXIV. Vulgatus.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

Cereos per diem placuit, in cœmeterio non incendi: inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione.

Canon XXXIV. Emendatus.

Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

Cereos per diem placuit, in cœmeteriis non incendi: inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione.

Cereos in cœmeteriis incendi prohibitum ad inquietandos sanctorum spiritus: & quid sit spiritus inquietare. Cap. I.

Citati superius lib. 1. cap. 4.

Si catholici scriptores, beatissime pater, ingenii & doctrinæ laude præstantes, tam audacter, & acerbe carpunt, quam plene non capiunt concilii sententiam; & propriam erroris culpam in sanctissimos ecclesiæ patres conciliorum auctores rejiciunt: non adeo mirum, si hæretici, pietatis & religionis Christianæ, vel ignari, vel hostes, in eadem ignorantiæ, vel temeritatis vestigia incurrant. Asseverant nonnulli, canonis sententiam a
D Christianæ doctrinæ, & antiquæ ecclesiæ moribus alienam, quod cereos in defunctorum, vel sanctorum monumentis accendi, prohibitos judicarint; sed si paulo altius, patrum mentem plenissimam religionis perpendissent, reperissent profecto, non hoc pietatis documentum; sed antiquæ superstitionis radices convellere voluisse. Pertinet enim ad episcopos, non minus in superstitione ex hominum animis evellenda, curam, ac diligentiam impendere, ac in religione stabilienda, & augenda industria laboreque invigilare. Quocirca præsenti constitutione non prohibent generaliter, cereos in cœmeteriis accendi; id enim cum ex natura sua (ut philosophi docent) indifferens sit, si justo & pio religionis zelo accendantur, pium & religiosum erit; sin minus, profanum & impium: quod hujus canonis sanctione prohibuisse partes, ratio constitutionis reddita perspicuis verbis demonstrat. *Inquietandi enim* ait, *sanctorum spiritus non sunt.* Cum enim hæc sit præ-
E cipua ferendæ & latæ legis ratio, perinde ac si dixissent patres: Cereos placuit in cœmeteriis non incendi, ad inquietandos sanctorum spiritus; non quod vere inquietari posse animas crediderint Hispani patres quinimo ut plenum superstitionis crimen illud interdixerunt, & anathemate damnarunt, sed quod inquietari posse putarent, & vellent hi, qui animas evocare cereis contendebant: quorum errorem episcopi conantur evellere, decernentes ne cerei incenderentur ad eam evocationis superstitionem, quæ vere ad magiam, seu necromantiam spectabat. Inquietare enim, seu inquietare velle sanctorum spiritus, idem est prorsus, quod velle e quiete, in qua morantur, educere, & ad præsentis usuram lucis revocare: quod alii solicitare, elicere, educere, evocare, evellere, inclamare, ciere manes dicunt. Olim enim evocare,

evocare, & inquietare piorum manes, ad consulendum eos de futurarum rerum eventu & veritate se velle & posse; magi quidam, seu necromantici jactabant pernicioso dæmonum astu, ut dum hanc sibi rerum futurarum divinationem usurparent, supernam Dei potentiam & divinitatem æmulari viderentur; quo & facilius possent primos Christianæ religionis sectatores a vero Dei cultu, ad inanes & falsas illorum superstitiones falsis præstigiis traducere. Qua ratione eorum artem secundam idololatriam recte Tertullianus nuncupavit. Qui eam exercebant, manes inclamabo, inquietare spiritus vel animas dicebantur: idque non probabili modo conjectura, sed gravissimo omnium testimonio, sancti videlicet spiritus doctrina confirmabo. Cum enim mortuo Samuele viro sancto, & propheta, Saul in expeditione esset belli adversus Philistæos, venissetque in Gelboe, & vidisset castra Philistæorum, gravi illum terrore fuisse commotum sacri codices ferunt; eaque de causa consuluisse dominum: & cum ab eo responsum non accepisset, nec per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas, servis suis sic præcepisse. *Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam: & dixerunt servi ejus ad eum, est mulier Pythonem habens in Endor. Mutavit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo; veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi; divina mihi in Pythone, & suscita mihi, quem dixero tibi: & ait mulier ad eum: ecce tu nosti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & hariolos de terra; quare ergo insidiaris animæ, ut occidar: juravitei Saul in domino dicens: vivit dominus, quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier: quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem. Exclamavit voce magna, & dixit ad Saul. Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. Dixitque ei rex: noli timere. Quid vidisti? & ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendentes de terra. Dixitque ei: qualis est forma ejus? Quæ ait: vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. Dixit autem Samuel ad Saul. Quare inquietasti me, ut suscitarer? & ait Saul: coarctor nimis: si quidem Philistiim pugnant adversum me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per somnia. Vocavi ergo te, ut ostenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel: quid interrogas me, cum dominus recesserit a te, & transierit ad æmulum tuum? faciet enim tibi dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David; quia non obedisti voci domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalech. Idcirco quod pateris, fecit tibi dominus hodie.* Ecce quomodo verbum, inquietare, pro educere e quiete, vel suscitare, usurpat scriptura. Quæ evocandi manes professio, & ars, quam necromantiam vocabant, apud Romanos, Hispanos & alias nationes erat frequentissima: ejusque error tanto altius illorum animis inhæserat, quanto major de admirabili ejusdem auctoris sapientia concepta erat opinio & existimatio. Mercurium enim Trismegistum fuisse, Prudentius his verbis cecinit.

ertull lib. de anima c. 57.

Reg. 28.

Reg. 28.

Prudentius lib. 1. contra Symmachum.

Successit Iovis imperio corruptior ætas:
Quæ docuit rigidos vitiis servire colonos.
Expertes furandi homines hac imbuit arte
Mercurius, Maia genitus: nunc magnus habetur
Ille Deus, cujus dedit experientia fures.
Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ
Traditur extinctas sumpta moderamine virga
In lucem revocasse animas, Cocytia lethi
Iura resignasse sursum revolantibus umbris.
Ast alias damnasse neci, penitusque latenti
Immersisse chao: facit hoc ad utrumque peritus
Vt fuerit, geminoque armarit crimine vitam.
Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque sepulchraleis scite incantare favillas,
Vita itidem spoliare alios ars noxia novit.
Artificem scelerum simplex mirata vetustas
Supra hominem coluit, simulans per nubila ferri,
Aligerisque leves pedibus transcurrere ventos.

Cum enim inter alios hujus superstitionis errores putarent, mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare, ut tradit Lactantius, persuasi etiam erant, verborum quorumdam virtute educi, facile adducique posse. De Appione scribit Plinius manes Homeri evocasse, ut sciret qua patria, quibusve parentibus genitus esset; non tamen ausum fuisse profiteri, quid sibi respondisset. De C. Vatinio Cicero. *Et quoniam omnium rerum magnarum, ait, a diis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi respondeas. Tu qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere; quæ te tanta pravitas mentis*

Lactantius lib. 2. ...arum ca. 1. ... lib. 30. c. 2.

...o oratione ...inium.

A *tenuerit, qui tantus furor, ut cum inaudita, & nefaria sacra susceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos manes mactare soleas; auspicia, quibus hæc urbs condita est, quibus omnis respublica, atque imperium tenentur, contempseris.* De Canidiæ, & Saganæ veneficiis Horatius.

Horatius lib. 1. Satyra. 8.

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana majore ululantem (pallor utrasque
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram
Vnguibus, & pullam divellere mordicus agnam
Cœperunt: cruor in fossam confusus; ut inde
Manes elicerent animas responsa daturas,
Lanea & effigies erat; altera cerea: major
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem:
Cerea suppliciter stabat servilibus, utque
Iam peritura, modis. Hecatem vocat altera sævam;
Altera Tisiphonem, serpenteis, atque videres
Infernas errare canes; lunamque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulchra.

Hæc erat Canidia ven. fica Neapolitana.

B

De Apollonio Tyaneo Philostratus commemorat, *quod cum venisset ad sepulchrum Achillis, obtestatus est illius manes, ut sibi antiquam illius imaginem demonstrarent; tunc autem tumulus leviter intremuit, mox juvenis quidam apparuit, primo statura cubitorum quinque, paulo post duodecim, pulchrior quam dici possit. interrogavit autem quædam frivola. videns autem adolescentem nimium lascivientem, cognovit eum a dæmone occupatum esse, compulitque dæmonem corpus ejus relinquere.* De Nerone autem prodit Suetonius cum matris a se occisæ specie exagitaretur, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus, illius manes educere, & exorare facto per magos sacro tentasse. Quod & ætate posteriori fieri consuevisse, colligi videtur ex Augustino, dum nec certum sibi esse tunc respondit ad Simplicianum, an animæ defunctorum sic evocatæ magicis carminibus suscitari possent, profundioremque & perplexiorem esse inquisitionem, quam a se tunc investigari posset: idque videtur etiam sensisse Lactantius, dum probans animæ immortalitatem contra Gentes. *Falsa est ergo, ait, Democriti, & Epicuri, & Dicæarchi de animæ dissolutione sententia; qui profecto non auderent de interitu animarum, mago aliquo præsente disserere; quod sciret certis carminibus ciere ab inferis animas, & adesse, & præbere se humanis oculis videndas, & loqui, & futura prædicere: & si auderent, re ipsa, & documentis præsentibus vincerentur.* Audacius multo Simon ille, ob excellentiam hujus artis magus nuncupatus, qui evocare manes, suscitare mortuos, & alia mira efficere se posse divina virtute, jactitabat. Cujus hæretici sectatores, adeo se extollebant, ut non simplicium tantum hominum, sed & SS. & prophetarũ animas se educere posse gloriarentur, ut auctor est Tertullian. a quo illi gravissime refutantur. *Sic & in illa, ait, alia specie magiæ, quæ jam quiescentes animas evellere ab inferis creditur, & conspectui exhibere, non alia fallacia vis est operatior plane, quia & phantasma præstatur, quia & corpus adfingitur, nec magnum illi exteriores oculos circũscribere, qui interiorẽ mentis aciem excæcare perfacile est. corpora denique videbantur Pharaoni, & Ægyptiis, magicarũ virgarum dracones; sed Mosei veritas mendacium devoravit. Multa utique & adversus apostolos Simon dedit, & Elymas magis; sed plaga cæcitatis de præstigiis non fuit; quid novi æmulatio veritatis ab spiritu immundo. Ecce hodie ejusdem Simonis hæreticos, tanta præsumptio artis extollit; ut etiam prophetarum animas ab inferis movere se spondeant: & credo, quia mendacio possunt: nec enim Pythonico tunc spiritui minus licuit animam Samuelis effingere, post Deum, mortuos consulente Saule. Absit, alioquin ut animam cujuslibet sancti, ne dum prophetæ, a dæmonio credamus extractam; edocti quod ipse satanas transfiguretur in angelum lucis, ne dum in hominem lucis, etiam Deum se affirmaturus, signaque portentosiora editurus, ad evertendos, si fieri possit, electos dubitavit, si forte tunc prophetam se Dei asseverare, & utique Sauli, in quo jam ipse morabatur, ne putes alium fuisse, qui phantasma administrabat, alium qui commendabat; sed eumdem spiritum, & in pseudopropheti de, & in apostata facile mentiri, quod fecerat credi, per quem Saulis thesaurus illic erat, ubi & cor ipsius, ubi scilicet Deus non erat, & ideo per quem visurum se credidit, vidit; quia per quem vidit & credidit: & si de nocturnis imaginibus opponitur, sæpe non frustrari mortuos vivos: nam & Nasamones propria oracula, apud parentum sepulchra mansitando captare, ut Heraclides scribit, vel Nymphodorus, vel Herodotus: & Celtas, apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctare, ut Nicander adfirmat: non magis mortuos vere patimur in somnis, quam vivos: sed eadem ratione mortuos, quæ & vivos: at somnia quæ videntur, vera sunt. Non enim videntur, quia vera sunt, sed quia adimplentur: fides somniorum de effectu, non de conspectu renunciatur.*

C

D

E

Philostratus in vita Apollonii.

Suetonius in vita Neronis c. 34.

D. August. in resp. ad 2. quæstionem Simpliciani lib. 2.

Lactan lib. 6. divin. institut. c. 13.

Tertull. lib de anima c. 57.

Exod. 7.

Actor. 13.

1. Reg. 28.

2. Cor. 11.

2. Thess. 2.

Matth. 24.

1. Reg. 28.

Matth. 5.

Nulli autem animæ omnino inferos patere satis dominus in argumento illo pauperis requiescentis, & divitis ingemiscentis ex persona Abrahæ sanxit; non posse relegari renuntiatorem dispositionis infernæ; quod vel tunc licere potuisset. Vt Moysi & prophetis crederetur; sed & si quasdam revocavit in corpora Dei virtus in documenta juris sui, non idcirco communicabitur fidei, & audaciæ magorum, & fallaciæ somniorum, & licentiæ poetarum. Atqui in resurrectionis exemplis, cum Dei virtus, sive per prophetas, sive per Christum, sive per apostolos in corpora animas repræsentat, solida, & contrectabili & satiata veritate, præjudicatum est, hanc esse formam veritatis, ut omnem mortuorum exhibitionem incorporalem præstigias judices. Hæc Tertullianus adversus Simonis magi, & ejus sectatorum præstigias: qui non rudioribus tantum, sed omnibus generaliter persuadere contendebant, se animas sanctorum, & prophetarum e quiete, qua fruebantur, educere posse. Quem errorem ab antiqua, & vana Gentium superstitione hauserunt; quas solitas deorum, vel dæmonum potius manes evocare præstigiis multis, Plinius docet.

Plinius lib. 24. c. 17. Idem lib. 37. c. 11. Idem lib. 28 cap. 8.

B Herba enim Aglaophoti illos evocasse manes, Gemma Ananchitide, & aliis multis testatur. Quorum omnium impio errori, ne in Hispania invalesceret, aditum intercludere volentes sanctissimi Hispaniæ patres, prohibuerunt accendi cereos; non in ecclesiis, ut nonnulli parum recte scripserunt: (quia de luminaribus ecclesiæ ad celebranda divina non agunt, nec in ecclesiis tunc sepeliebantur mortui) sed in cœmeteriis, in quibus sanctorum, & defunctorum corpora reposita erant. In his solum incendi cereos ad inquietandos sanctorum spiritus noluerunt: hoc enim, non significant modo, sed explicant, dum rationem constitutionis addentes, ajunt: *Inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt.* Fuit namque usitatum his patribus, quod principaliter constituere volebant, ut breviori contextu canones conciperent, in vim rationis referre: quod disertis hujus & aliorum canonum verbis comprobabo, XXXVI. præsertim, in quo aiunt: *placuit picturas in ecclesia esse non debere; ne quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.* C Non enim generaliter sacras omnes picturas placuit illis prohiberi, sed eas solum, quæ coli & adorari debent, ne pingerentur in parietibus, ut in ejus canonis interpretatione pluribus differemus. Cereos autem in omnibus sacris adhiberi, & in his quæ ad eliciendas mortuorum animas fieri consueverant, notius est, quam ut a nobis fusius debeat comprobari, ne tamen testes desint, Plinium adferam, qui de sanguine hyænæ loquens. *Eodem*, inquit, *tactis postibus ubicumque magorum infestari artes, non elici deos, nec colloqui, sive lucernis, sive pelvi, sive aqua, sive pila, sive quo alio genere tententur.* Et postea loquens de magia. *Vt narravit Osthanes, species ejus plures sunt. Namque & ex aqua, & ex sphæris, & ex aere, & stellis, & lucernis, ac pelvibus, securibusque, & multis aliis modis divina promittit; præterea umbrarū inferorumque colloquia.* Posteriori etiam ætate cereos accendere consuevisse magos, ad exercendam eamdem superstitionis vanitatem, ex lib. Honorii necromantici, qui thesaurus necromantiæ appellabantur, quos ipse legerat, tradit Eymericus: D neque ab eadem hodie superstitione destitisse, sed eosdē accendere solitos, ad evocando dæmones, ex ipsorummet confessione testatum facit Franciscus Penna, ad eumdem Eymericum. Per diem autem ideo adjecerunt, ne cereos ad celebrandas nocturnas vigilias (quæ tunc erant frequentissimæ) sustulisse viderentur, de quibus in canone sequenti. Et quia sacrificia, quibus ad solicitandos sanctorum & defunctorum omnium spiritus abutebantur, ut tradit Suetonius, per diem, non autem per noctem fieri solebant: nam post prandium non licebat sine causa necessaria celebrare, ut Augustinus testatur: per noctem enim vigiliæ tantum, psalmorum cantus, sacrorum librorum lectiones & interpretationes frequentabantur.

Plinius lib. 28. c. 8.

Idem lib. 3. c. 2.

Eymericus 2. p. director. q. 43.

Franciscus Penna ad Eymericum 3 p. directorii commentario. 26. num. 115.

Suetonius in Nerone. c. 34.

D. Aug. in epist. 118. c. 5.

1. Ad Corinth. 1.

Sanctorum autem nuncupatio olim Christianis fidelibus tribuebatur, ut Paulus scribit ad Corinthios. *Paulus*, ait, *apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in universa Achaia.* Et ad Philippenses. E *Paulus & Timotheus servi Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconibus.* Quare sanctorum nomen pro fidelibus patres hujus concilii usurpasse intelligi posset: quasi decernerent, quorumcumque fidelium manes e quiete, qua fruebantur, educi non debere; quia in cœmeteriis juxta sanctos martyres, & confessores solebant quondam fideles sepeliri. Illicitum enim semper putarunt Hispani in profanis Gentium sepulchris recondi: nam ut vivorum, sic & mortuorum Gentilium communicationem, ut nefariam, nostros devitasse memorat D. Cyprianus ad clerum & plebem in Hispania consistentes. De Martiali enim episcopo Asturicensi lapso hæc scribit. *Martialis quoque præter Gentilium turpia, & lutulenta convivia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consepultos, actis etiam publice habitis, apud procuratorem ducenariorum, obtemperasse se idololatriæ, & Christum negasse contestatus sit.* Vt hinc etiam observemus, quanta olim ab Hispanis in electione sepulturæ, pietatis & religionis cura sit habita; adversus gravem illorum hæreticorum errorem & impietatem, qui nullam terræ sacræ, aut profanæ in sepulturis Christianorum habendam rationem impudenter contendunt. Corporis enim quamquam nihil intersit, an humus illud sacra, vel profana contegat, an feræ diripiant, an maria consumant, an flamma subducat, (cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit; si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina) spiritus tamen & æternitatis si ratio habenda est, si pietatis fidelium non negligenda cura, si suffragiorum ecclesiæ jura non despicienda, si totius tandem religionis arcana nō contemnenda & conculcanda; magni interesse non in profanis Gentium, sed in locis Christianorum sacris sepeliri, ad quæ fideles conveniant, orationes, & preces supplices Deo porrecturi, nisi insanus, aut hæreticus, aut hæreticus insanus non negaverit. Quinimo ecclesię & fidelium suffragiis omissis, curam sepulturæ, & funerum a catholicis fidelibus, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera Spiritus sanctus est usus, spernendam non esse, ipsius humanæ naturæ, & gratiæ divinæ consideratio suadet, ut sapienter & pie docuit Aug. *Nec ideo tamen contemnenda & abjicienda sunt corpora defunctorum*, ait, *maximeque justorum atque fidelium, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera sanctus usus est spiritus: si enim paterna vestis, & annulus, ac si quid hujusmodi tanto carius est posteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utique multo familiarius atque conjunctius, quam qualibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adjutorium, quod adhibetur extrinsecus; sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ; & sepultura provisa: ipsique dum viverent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandaverunt: & Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste angelo, commendatur; ipse quoque dominus die tertio resurrecturus religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit: & laudabiliter commemorantur in evangelio, qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter, atque honorifice tegendum, sepeliendumque curarunt. Verum istæ auctoritates, non hoc admoneant, quod insit ullus cadaveribus sensus; sed ad Dei providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia; corpora quoque mortuorum pertinere significant, propter fidem resurrectionis adstruendam: ubi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viventibus & sentientibus exhibemus, si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris, officii diligentiæque persolvitur, &c.* Probabilius tamen est nomen sanctorum hos patres martyribus & confessoribus accommodasse: quorum animas ut beatiores & æterna felicitate gaudentes, se inquietare & educere posse ad futurarum rerum prænotionem gloriabantur ineptissime Simoniani, impio & superstitioso Gentium errore; cui occurrere Hispanos episcopos præsenti hoc decreto voluisse, lubens repeto.

Ad Philip 1.

D. Cyprian epist. 68. ad clerum plebem in Hispania consistentes c. 3.

Semper in Hispania sepulturæ sacræ a fidelibus maximam curam habitam.

D. Aug. lib. 1 de civit. Dei c. 13.

Tob. 4. & 12.

Ioan. 17.

Hodie autem tantum abest, ut hujus decreti sententia erroris censura notari possit; ut nihil pietati, religioni, & communi sancti senatus inquisitorum praxi sit magis consentaneum: a quibus omnes magos, necromanticos, astrologos, vel quovis alio nomine nuncupatos, qui accitis mortuorum, vel dæmonum potius manibus, rerum naturalium occultarum vel supernaturalium causas, curiose, aut superstitiose potius exquirunt, velut hæreticos puniri scimus: quod præter alia recenti Ioannis XXII. constitutione (quam extravagantem vocant) Eymericus comprobat.

Eymericus 2. p. directorii. q. ... & 3. p. num. ...

Cereos in cœmeteriis non incendi.

Cereos rebus ecclesiæ sacris adhibitos, semper in Hispania probatos. Cap. II.

HINC liquet, nusquam in Hispania (ut calumniantur hæretici) ecclesiarum luminaria interdicta: quinimo concilium Tarraconense, graviter in eos

in eos sacerdotes, & diaconos invehitur, qui singulis diebus vesperas & matutinas omittunt: nam ex illorum desidia & negligentia, illud incommodum redundare ait, ut in ecclesiis luminaria non ministrarentur. *Diœcesanis ecclesiis vel clero id placuit definiri, ut presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis septimanas observent, id est ut presbyter unam faciat hebdomadam, qua expleta, succedat ei diaconus similiter, ea scilicet conditione servata, ut omnis clerus die sabbati, ad vesperam sit paratus, quo facilius die domini solemnitas cum omnium præsentia celebretur; ita ut hi omnibus diebus, vesperas & matutinas celebrent, quia desistente clero, quod est pessimum, comperimus in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sane negligentia vitio hæc implere noluerint, noverint secundum statuta canonum, pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos.* Gravem etiam pœnam proponit concilium Toletanum XIII. in eos, qui odio fratrum, ecclesiæ luminaria vel extinguerent, vel subtraherent. Nec cereos solum & luminaria accendi in ecclesiis Hispani episcopi voluerunt, sed redditus ecclesiasticos his sustinendis assignari: tertiam enim partem oblationum luminaribus ecclesiæ præscripserunt in concilio Bracarensi II. in quo etiam decernunt, nullam ecclesiam ab episcopis consecrari, institui que, ni prius a fundatore (ut vocat) luminaribus necessaria ministrarentur. Ad sanctarum etiam reliquiarum venerationem singulis noctibus luminaria accendi, fidem facit concilium Toletanum sub Recaredo. *Id etiam placuit*, ait, *Dei sacerdotibus, ne quisquam antistes infra suam parochiam Dei aulam inquirat; & munificus ille, qui sanctam Dei ædificaverit ecclesiam, quod ibidem, pro suo herede largitus est.* Eodem loco. *Presbyter secundum priorum canonum statuta deserviens habeat. Et si presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus instituatur. Certe si minor est census, ostiarius a sacerdote sit electus, qui nitorem infra sinus sanctæ ecclesiæ faciat; qui & sanctarum reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendat.* Nota est etiam apud eruditos antiqui lucernarii memoria, de qua in concilio Toletano I. Lucernarium vocabant vespertinum officium, quod eo tempore lucernæ accenderentur. Divus Chrysostomus *ad solis occasum*, ait, *quod etiam lucernarium appellamus, orandum, scilicet, quia tum ob Dei transitum Deo gratias agimus.* Isidorus. *Post tertiam, sextam, nonam, in vespertinis officiis, primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsorius unus, & laudes, & hymnus, atque oratio dicenda est.* Hinc horam undecimam & ultimam diei vocat lucernariam Ioannes Cassianus: lucernalem gratiarum actionem D. Basilius, quæ ea hora Deo reddebatur: psalmos lucernales D. Epiphanius: quod sane patres Hispani minime decrevissent sine aliqua saltem antiqui juris revocatione, si concilium Hispanicum Illiberritanum luminaria ecclesiæ interdixisset: a quo non interdicta modo, sed tacito, quinimo expresso consensu approbata, ex canone insequenti conabor adstruere: in quo specialiter energumeni prohibentur accendere in ecclesia publice luminaria: quæ sane peculiaris energumenorum interdictio, contrarium Hispanicæ ecclesiæ usum, & generalem luminariorum facultatem ac pietatem probat. Nec ecclesiæ modo cerei hujus concilii decreto non prohibentur, sed nec cœmeteriorum, si cultus & pietatis ergo accendantur. Vigilantius enim hæreticus, etsi natione Gallus ex provincia Narbonensi, teste Gennadio, presbyter tamen Barcinonensis, cum cereorum usum ad cultum martyrum adeo impugnare vellet, ut referente Hieronymo, idololatras appellaret qui ad cultum martyrum lumina accenderent; incredibile est, cum machinas omnes undecumque conquireret, & hujus canonis telum ad manum esset, illud tamen non avide arripuisse, in quo tam erat firmum suæ causæ præsidium: conscientia tamen dictante & stimulante, non aliam ob causam quam ob consentientem cum orthodoxa fide doctrinam penitus ab eo abstinuit. Non erit igitur pii & Christiani hominis officium, calumniam imponere immerentibus, & de præclara hac patrum nostrorum religione pejus Vigilantio velle mereri.

Concil. Tarra. can. 7.

Concil. Toleta. 13. can. 7.

Conc. Bracaren. 2. can. 2. idem can. 5.

Conc. Toleta. sub Recaredo anno 12. can. 2.

Conc. Toletan. 1. can 9.

Explicatur quid sit lucernarium, de quo in conc. Tolet. 1. can. 9.

D. Chrysost. in psal. 118.

D. Isido. in regula monachor. cap. 6.

Cassian. lib. 3 de Instit. cœnob. c. 3.

D. Basil. de Spiritu sancto ad Amphilo.

Canon. 37.

Gennadius ca. 35.

Hieron. contra Vigilantium.

Inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt.

Inquietari sanctorum spiritus, quo alio sensu possit intelligi. Cap. III.

Si omnia mentis nostræ, & cogitationis sensa liceat exprimere, fateor me aliquando excogitasse, illud solum hic ab Hispanis episcopis prohiberi, ne interdiu cerei in cœmeteriis a piis fidelibus incenderentur; ne lucentibus tot luminibus, Gentes de martyrum sepulchris redderentur certiores, indeque sanctorum corpo-

A ra abducerent, & clericorum spiritus majori custodiæ periculo & sollicitudine urgerentur, & inquietarentur, ut prisco concilii verbo utar. Olim enim ad conservandam martyrum memoriam, & custodiendas beatorum corporum reliquias, prudentia & pietate singulari majores nostri statuerunt, ut clerici, antequam presbyteratus & diaconatus ordine insignirentur, per aliquod tempus cœmeteriis martyrum adhærerent, custodesque efficerentur sanctorum corporum: quæ Gentes illæ idololatræ non immanitate minus, quam religione barbaræ, assidua cura exquirebant, ut perderent, illustremque illorum memoriam (si fieri posset) aut oblivione obruerent, aut flamma extinguerent, aut aquarum inundatione delerent. Quinque annos huic sanctæ curæ & custodiæ præscripsisse Silvestrum papam in concilio Romano refertur. *Hic*, ait, *inter cetera prædicta omnium consultu constituit in synodo, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto, quisquam celebrare præsumeret: sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet*
B *lino procreato atque contexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone munda sepultum fuit; & si quis desideraret in ecclesia militare, aut proficere, ut esset prius ostiarius, deinde lector, & postea exorcista per tempora, quæ episcopus constituerit; deinde acolytus annis quinque, custos martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus, probatus ex omni parte.* Idem adnotavit Damasus loquens de Silvestro. *Constituit*, ait, *nihilominus, ut si quis desideraret in ecclesia militare, aut proficere, ut esset ostiarius annis decem, lector annis 30.* pro quo reponendum puto 3. *exorcista dies XXX. acolytus annis quinque, subdiaconus annis quinque, martyrum custos annis quinque, diaconus annis septem.* Si ergo ostiarii, lectores, exorcistæ, subdiaconi, ut ad diaconatus & presbyteratus ordinem promoveri possent, custodes martyrum in cœmeteriis esse debebant, & piam hanc custodiæ curam quinquennio impendere: merito equidem fidelibus interdiu cereos in cœmeteriis incendere interdictum est, ne pietatis honorem, quem
C martyribus fideles exhibere volebant, in sacrilegii contumeliam Gentes converterent; vel sanctis martyribus, vel sanctis custodibus vim injuriamque inferentes. Hanc autem consuetudinem incendendi cereos noctu, ob metum tyrannorum, ad honorem martyrum, & inibi sacra peragendi, olim observatam Prudentius Hispanus docet in persona præfecti tyranni ad Laurentium loquentis.

Soletis, inquit, *conqueri,*
Sævire nos justo amplius,
Cum Christiana corpora
Plusquam cruente scindimus.
Abest atrocioribus
Censura fervens motibus
Blande, & quiete efflagito,
Quod sponte obire debeas.
Hunc esse vestris orgiis
Moremque, & artem proditum est,
Hanc disciplinam fœderis,
D *Libent ut auro antistites.*
Argenteis scyphis ferunt
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris
Adstare fixos cereos.
Tum summa est cura fratribus,
Ut sermo testatur loquax,
Offerre fundis venditis
Sextertiorum millia.
Addicta avorum prædia
Fœdis sub auctionibus,
Successor atque heres gemit
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis,
Et summa pietas creditur
Nudare dulces liberos.

Non dissimili etiam proposito idola Gentilium in-
E fringere, canone LX. pœna proposita prohibuere; quod tametsi qui ea diruissent, heroicæ fortitudinis documentum darent, quia a Gentibus tamen occasio sumebatur, vel fideles majori crudelitate persequendi, vel irruendi in templa sanctorum, ideo Christianis rem per se laudatissimam exequendi aditus interclusus est.

Absoluto autem jam hoc opere, aliud ad me mittit Garcias Loaysa, & diligentiæ & eruditionis laude magistro regio dignissimum; in quod, cum ad expedienda, quæ in hoc canone, & concilio sunt difficilia, parem doctrinæ pietatem contulerit: visum est operæ pretium, illa nostris lucubrationibus adjungere. Sanctos hic intelligit fideles, multis id probans & veteris, & novæ scri-

Theodoretus id testatur lib. 3. hist. eccles. c. 6.

Conc. Rom. cujus epitome extat 1. tom. conciliorum.

Damasus in pontificali in vita Silvestri pap.

Prudentius in hymno de sancto Laurentio.

pruræ sacræ testimoniis, quos noluisse concilium cereos per diem in cœmeteriis accendere, ne ipsorum spiritus dum orationis causa ad ecclesiam accedunt, inquietentur frequentia & cura immodica cereorum ardentium. Hæc ad rem satis Garcias Loaysa, cui debet Hispania liberalem & piam Philippi principis institutionem, cui debet ecclesia elaboratam, & doctam Hispanorum conciliorum collectionem; cui debent literæ politiores assiduam & acrem in restituendo Isidoro, & vetustis Hispanicæ ecclesiæ scriptoribus curam; & cui denique non hi solum, sed ipsimet etiam veteres, se fere totos debebunt; quos nisi singularis ejus diligentia vetustate sepultos in vitam (ut cœpit) reduxerit, nunquam sane vixerint, qui aliquando sancte, sapienter, & gloriose vixerunt.

Alii sunt præterea, tum ingenio, tum judicio & pietate graves, qui sanctorum nomen hic, nec ad sanctos vita felici defunctos, nec ad fideles laicos referendum putent, sed ad episcopos, sacerdotes, & reliquos ecclesiæ ministros, quorum animos, dum hi ministrant, illi sacra faciunt, nimia cereorum ardentium multitudine impediri & inquietari episcopos nostros noluisse aiunt: quibus canonis verba non repugnant.

In tanta ergo idonearum interpretationum copia, cur redarguendam potius & in pravum usum detorquendam, quam sane intelligendam religiosorum patrum doctrinam, alii contendant, non video. Quanto præclarius, si quod olim Socratem respondisse refert Laertius (quod & me hic non dicere modo, sed aperte & ingenue affirmare lubens profiteor) id ipsum una illi libere faterentur, interrogatus enim quid visum illi esset, de obscuro quodam Heracliti libro, quem legisset. *Quæ intellexi*, respondit, *proba sunt; credo & quæ non intellexi.*

Laertius in Socrate.

Canon XXXV. Vulgatus.

Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod sæpe, sub obtentu orationis, scelera latenter committant.

Canon XXXV. *Emendatus.*

Ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi, ne fœminæ in cœmeteriis pervigilent, eo quod sæpe, sub obtentu orationis, scelera latenter committant.

IVO p. II. c. 60. concilio Meldensi tribuit: quæ citatio, huic nostro restituenda est; nisi dicamus, concilii Meldensis decreto hoc renovatum fuisse. *Placuit*, ait, *prohiberi, ne fœminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis & religionis, latenter scelera committant.* Editorum codicum lectionem vetusta nostra conciliorum collectio retinet, quam probo.

De pervigiliis, & earum antiquitate: cur hic sublatæ: explicata Constantii impp. constitutione in lege V. C. Theodosiani de sacrificiis paganorum. Cap. IV.

QUID non tentarunt olim patres hujus concilii ut verecundia & pudicitia muliebris in tuto esset? sciebant enim illam reliquarum virtutum esse custodem; ideoque tametsi vigilias ad memoriam & venerationem sanctorum celebrandam, ad Dei beneficia mente repetenda, sancte & religiose institutas viderint; quia tamen nonnunquam suspicione turpitudinis non vacabant; ea ratione illas fœminis interdixerunt, ut interdictum viris fuisse olim in Vestalium æde pernoctare, scribit Halicarnasseus. Solebant primi Christiani (quemadmodum hodie in vigilia nativitatis dominicæ) vespera diei festi, in orationibus pernoctare. D. Basilius magnus. *Iam inde ex media nocte venientes ad sacrum martyrum templum, Deum ipsum martyrum per hymnos laudantes, sustinuistis usque ad hanc diem nostrum adventum exspectantes; vobis quidem igitur, & somni & quietis, quæ in honorem martyrum & Dei adorationem impendistis, præsto est merces.* Et ad clericos scribens ecclesiæ Neocæsarianæ, formulam hanc vigilandi & surgendi antelucano tempore, & eundi ad ecclesias & inibi psallendi, communem fuisse Ægyptiis, Libyis, Thæbeis, Palæstinis, Arabibus, Phœnicibus, Syriis &

Halicarnasseus l. 2. Rom. antiquit.
D. Basilius in psalm. 114.
Idem in epist. 63. ad clericos ecclesiæ Neocæsar.

A his qui ad Eufratem habitant, tradit. Ante Basilium Tertullianus hujus consuetudinis meminit. *Quis enim sinat conjugem suam visitandorum fratrum gratia vicatim aliena & quidem pauperiora quæque turguria circuire? quis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, a latere suo libenter feret?* Et post alia. *Latebisne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum flatu expuis, cum etiam per noctem exurgis oratum?* Ab initio nascentis ecclesiæ eumdem quoque morem diserte Plinius junior adnotavit, scribens ad Trajanum imp. *Affirmabant autem*, inquit loquens de Christianis, *hanc fuisse summam vel culpæ suæ vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere, secum invicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere.* Cyrillus Hierosolymitanus. *Nocte*, ait, *ad sapientiam nihil commodius, hac enim persæpe, de Deo cogitamus, lectioni, contemplationi divina-*
B *rum scripturarum vacamus, psallitur, oratur.* Hujus nocturnæ orationis sive vigiliarum fructus nemo doctius & elegantius Ambrosio in Psalmo CXIIX. versiculo media nocte surgebam. *Addidit*, inquit, *media nocte surgebam, docens te, surgendum esse media nocte. Nec ociosum est, quod adjunxit: Ad confitendum tibi, hoc est, ut illo maxime tempore deprecari Deum, & propria debeamus deflere peccata: nec solum præteritis veniam postulare, sed etiam præsentia declinare, futura cavere. Multa enim illo in tempore tentamenta proserpunt. Tunc fervet carnis illecebra, tunc tentator illudit: concoquitur cibus, potusque digeritur, stomachus æger, mens somnolenta, animus occupatus est. Itaque aut quiescenti calor corporis augetur, aut vigilanti nondum plenior refusus est vigor, qui errorem cavere possit in-*
C *cursus. Tunc igitur tentator assistit, tunc retia jacit, quibus turbare possit mentem improvidam. Tunc spirituales nequitiæ tenebras offundunt, tunc omne nefas suadere contendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conscius, nullus potest esse erroris testis. Tunc varias disceptationes pectori dormitantis infundunt, ut primo de statu mentis dejiciant reluctantem, & aliquorum qui sancti habentur, proponatur exemplum, quod illi aliquando deliquerint, sed postea veniam sint adepti, & texerint superiora delicta. Nam etsi omnem emendationem nostri inimicus exosus sit, tamen ad tempus, ut sobriæ mentis virum possit elidere, prætendit futuram indulgentiam: ut præsentia peccata persuadeat: & cum impulerit aliquem ad erroris assensum, si viderit eum jam non amore virtutis a culpa, sed pœna contemplatione revocari, inserit varias disceptationes, ut dicat sibi. Quis me videt? & tenebræ circumdant me, & pa-*
D *rietes: quem vereor? non videt altissimus, non ad eum peccata nostra perveniunt; non dignatur spectare, quæ turpia sunt. Hæc utique usu exemploque cognoscimus. Nemo enim potest esse expers tentationis. Itaque ut tempus habile hoc tentamentis, ita etiam tempus est pœnæ, quod ex lectione divina possumus edoceri. Non enim ociose dominus Deus noster, cum posset quocumque momento primitiva Ægyptiorum extinguere, hoc tamen tempus dolore & luctui peccatoribus oportunius indicavit. Sic enim scriptum est: Quia media nocte primogeniti Ægyptiorum ab exterminatore sint interempti. Ideoque sanctus Moyses propheta, ut hoc præveniret tempus, ac sine Hebræorum fraude transiret, agnum ante immolavit: hoc est vesperi, ut manducantes eum, & pascha domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris insidiis, ne inermes & vacuos spiritalis alimenti nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent.*

Harum originem in novo testamento a Christo repetit concilium Aquisgranense, etsi in veteri testamento, fuisse in usu, his verbis demonstret. *Antiqua est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus sanctis, Esaias denique propheta exclamat ad dominum dicens: De nocte*
E *vigilat spiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua sunt super terram. Item David regio & prophetico sanctificatus unguento, ita canit. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiæ tuæ. Hoc namque tempore vastator angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit: unde & nos vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admisceamur. Iisdem etiam horis venturum se esse in evangelio salvator asserit: unde & ad vigilandum auditores suos exuscitans, dicit: Beati servi, illi quos, cum venerit, & si media nocte, & si in galli cantu, & invenerit eos vigilantes, beati sunt servi illi. Itaque & vos estote parati, quia nescitis, qua hora filius hominis venturus est. Siquidem nec verbis solum docuit vigilias, sed etiam confirmavit exemplo. Nam testatur evangelium, quia erat Iesus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in custodia publica circa medium noctis orantes hymnum, audientibus cunctis, vincti dixisse me-*

Tertull. lib. 2. ad uxorem c. 4.
Plinius junior in epist. ad Trajan. lib. 10. epist.
D. Cyril. Hierosol. Catecheſi. 9.
D. Ambr. in psal. 118. in 8. octon. ver. media nocte surgebam.
Conc. Aquisgr. sub Ludovico. can. 130.
Esai. 26.
Psal. 118.
Exod. 12.
Matth. 12.
Actor. 16.

mo-

morantur: ubi repente terramotu facto, & concussis carceris fundamentis, & januæ sponte aperta, & omnium vincula sunt soluta. Unde oportet his horis psallendi, orandique frequentiam nos in sanctis habere officiis, finemque nostrum, vel si advenerit sub tali actu, expectare securi. Est autem quoddam genus hæreticorum, superfluas existimantium sacras vigilias, & spiritali opere infructuosas, dicentium jura temerare divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco sermone Nyctazontes, hoc est somniculosi vocantur. Quæ accepit concilium a D. Isidoro in libro de officiis ecclesiæ, in quo hæc exstant. Non solum autem apud Christianos, sed apud Gentes hæc nocturna sacra in usu fuisse, posterioribus temporibus ex Macrobio constat.

D. Isidor. lib. 1. de officiis ecclesiæ. cap. 22. Macrob. lib. 1. Saturnaliorum 3.

B Cum vero plenam religionis institutionem ut pleraque alia, hominum audacia, libido & impudicitia contaminasset, ideo patres Hispani definierunt, ne fœminæ una cum viris noctu ad nocturnas preces dicendas convenirent, ne cœmeteria, quæ Dei & sanctorum martyrum domus erant, in turpissima lustra & lupanaria converterentur.

Quos supra retulimus lib. 1. 4.

Quod quia pietatis regulis adversari causantur quidam, illud observabo, defunctorum corpora olim, non modo in ecclesiis, sed nec intra urbem sepeliri licuisse: quod primum a Solone institutum, posteaque in leges XII. tabularum translatum refert Cicero: idque Romæ observatum semper est, his solum exceptis, qui triumphum egissent, ut est auctor Plutarchus: quod ad reliquas civitates & provincias constitutione Adriani extensum scribit Ulpia. similem Antonini Pii constitutionem (forsan quod ab Adriano esset adoptatus) refert Capitolinus: Intra urbes (inquit) sepeliri vetuit. C Cum autem tempore hujus concilij, Hispania Romanorum legibus subderetur, cogebantur Christiani non modo alios Christianos, sed & martyres etiam extra mœnia urbis in cœmeteriis sepelire: illa autem fuisse in locis subterraneis & loci natura subobscuris refert D. Hieronymus. *Dum essem*, inquit, *Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum ceteris ejusdem ætatis & propositi, diebus dominicis sepulchra apostolorum & martyrum circumire; crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profundo defossæ, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum; & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur: Descendant in infernum viventes, & raro desuper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum: ut non tam fenestram, quam foramen demissi luminis putes, rursumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur.*

Cice. lib. 2. de legibus. Plutarch in problemat Roman. quæst. 79. Ulpian. in l. 3. §. divus 2. de sepulchro violato. Capitolinus in vita Antonini.

Hieron. super Ezech cap. 40.

Psal. 50.

Horror ubique, animos simul ipsa silentia terrent.

D Hæc Hieronymus. Similia de cœmeterio Cyriacæ in agro Verano posito, hæc refert Prudentius.

Prudent. hymn.

Haud procul extremo culta ad pomeria vallo,
Mersa latebrosis crypta patet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus, luce latente docet.
Primas namque fores summo tenus intrat hiatu,
Illustratque dies limina vestibuli.
Inde ubi progressu facili nigrescere visa est,
Nox obscura loci per specus ambiguum:
Decurrunt celsis immensa foramina tectis,
Quæ jaciunt claros antra super radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus,
Arta sub umbrosis atria porticibus.
Attamen excisi subter cava viscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur absentis per subterranea solis
Cernere fulgorem, luminibusque frui.

E Si hominum improborum licentia, tempore intempestæ noctis, offusa tenebrarum caligine, loci subterranei natura faventibus ad solicitandos fœminarum animos, ad tentandam pudicitiam, ad vim quandoque inferendam audacior fit, non immerito episcopi nostri diligentes, præclari & severi honestatis, pudicitiæque vindices, his virorum & fœminarum conventibus aditum intercluserunt, volentes mulierum pudicitiam & famam, & multorum oculis & clara solis dieique luce custodiri; quod multo antea prudenter satis a Romulo Romanæ reipublicæ institutore & legislatore cautum est, dum nocturnas has mulierum cum viris, non modo in agris, sed intra urbes ipsas in templis pervigilationes fieri vetuit, auctore Halicarnasseo: quod non displicuit Tullio, dum eamdem Romuli legem inter suas retulit & probavit. In media Græcia Diagonda Thebanum lege perpetua hæc sacra nocturna sustulisse ibidem commemorat, subindicans senatusconsultum, quo anno ab urbe condita IↃ.LXIIX. COSS. SP. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo sacra nocturna

Halicarnass. lib. Roma. antiq. Cicer. lib. 2. de leg.

A nefandaque illa Bacchanalia, quæ in urbe irrepserant referentes, sapientissimo consule SP. Posthumio sublata omnino fuisse; postea autem cum Magnentius tyrannus illa restituisset, indigna visa sunt suo imperio Constantio imperatori a quo illa abolita sunt. *Aboleantur*, ait in edicto ad Cerealem P. V. *sacrificia nocturna Magnentio auctore permissa, & nefaria deinceps licentia repellatur. Dat. IX. Kalend. Decemb. Constantio Augusto, VI. & Constant. Cæs II COSS.* Quam constitutionem etsi plerique ad nocturnas nostras vigilias sacras accommodaverint, verius est (ut indicat titulus codicis, Theodosiani de paganis sacrificiis & templis, in quo exstat) de paganorum sacris intellexisse. Magnentius enim impius ethnicusque tyrannus, qui victus B a Constantii ducibus, primum ejus matrem, deinde fratrem, postea vero seipsum occidit, eodem anno quo data est hæc Constantii lex, Constantio Augusto VI. & Gallo Cæsa. II. COSS. ut traditum est a Nicephoro, illa in gratiam Gentium impie renovavit, sed sustulit religiose Constantius imperator citata superius constitutione.

Constant imperat. in l. 5. C. Theodos. de sacrificiis paganorum.

Niceph. lib. 9. c. 32.

Difficile est tamen, quod Altisiodorensis concilii canon decernit, vigilias enim omnes sustulisse videtur, dum ait. *Omnino & inter supra dictas conditiones, vigilias quas in honore domini observant, omnibus prohibemus.* Cujus canonis sententiam, ut difficultate expediamus, emendati vetusti codices MS. auxilium ferent. In editis Francisci Ioverii & Carranzæ legitur. *In honore domini observant.* Sed in MS. (quod & retulit ex aliis Laurentius Surius in sua collectione) nomen *Martini* additur, hoc autem si reliquis (ut par est) restituamus, C agnoscemus profecto illis non omnes vigilias simpliciter, nec vigilias domini nostri Iesu Christi, sed domini tantum Martini sublatas: quod vespere illius diei festivitatis solennibus insolentius abuterentur, choreis, cantu, ludis & comessationibus turpius, quam religiosius festum celebrantes, in vigiliis præcipue nocturnis, quibus dissoluti juvenes ad ecclesias accedentes honestatem & pudicitiam fœminarum tentarent, vane & turpiter colloquerentur, strepitus excitarent, occasionemque tandem offerrent hi, ut religionis cultus, qui Deo & sancto ejus tribuebatur, in grave scandalum & animarum perniciem converteretur. Cui similem tulit constitutionem Clemens papa V. in concilio Viennensi. *Nonnulli etiam*, inquit, *tam clerici, quam laici, præsertim in festorum certorum vigiliis, dum in ecclesiis deberent orationi insistere, non verentur in ipsis, earumque cœmeteriis choreas facere dissolutas, & interdum canere cantilenas, ac multas insolentias* D *perpetrare, ex quibus ecclesiarum & cœmeteriorum violationes, inhonesta variaque delicta quandoque sequuntur, & ecclesiasticum plerumque perturbatur officium, in divinæ majestatis offensam, & astantium scandalum populorum.* Lectionem autem canonis Altisiodorensis addito verbo Martini, germanam esse, inde etiam conjicio, quod canone XI. sequenti forma exprimatur, quæ in celebrandæ paschæ vigilia observari deberet. *Non licet*, ait, *in vigilia paschæ ante horam secundam noctis vigilias expediri; quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere; nec in natali domini, nec in reliquis solennitatibus.* Quod concilium decernere non potuerat, si jam canone V. qui præcesserat, omnes generaliter vigilias domini sustulisset. At divum Martinum, dominum Martinum vocari in Gallia & Germania, observo ex concilio Turonensi I. in principio, *Severino*, inquit, *viro clarissimo consule sub die XVIII.* E *Kal. Decembris, cum ad sacratissimam festivitatem, qua domini Martini receptio celebratur in civitate Turonorum, &c.* Et in canone XIII post alia. *Et humilitatis nostræ constitutio, ut adjuvante domini misericordia valeat custodiri, sancti ac beatissimi sacerdotis domini Martini, quæ Deo accepta est, obtinebit intercessio.* Et in concilio Turonensi II. *Item*, inquit, *pro reverentia domini Martini, vel cultu ac virtute id statuimus observandum.*

Concil. Altisiod. can. 5.

Explicatur can. 5. conc. Altisiod.

Conc. Viennense in Clementina gravi de celebratione missarum.

Divum Martinum dominum Martinum vocari in Gallia & Germania.

Conc. Turonens. II. can. 19.

Sed adversus hæc urget canon III. ejusdem concilii Altisiodorensis, quo generaliter, si non Christi sanctorum saltem vigiliæ omnes videntur sublatæ. *Non licet*, ait, *compensas in domibus propriis, nec vigilias in festivitatibus sanctorum facere.* Eo tamen decreto, ejus concilii patres alio respexerunt, voluerunt enim non vigilias interdici sanctorum, sed ne in domibus propriis eas fideles celebrarent, ut Galli tunc agere solebant, vetustum Eustachii monachi & episcopi Sebastæ errorem sectantes damnatum in concilio Gangrensi, vel antiquam Gentium vanitatem; quæ sacrificia & sacra apud arbores vel fontes exolvebant: ad auferendam enim eam idololatriæ, hæresos, & superstitionis omnis materiam,

Conc. Gangren. can. 5. & 6.

teriam, voluit ut conventus (ſic enim legi debet, non compenſas) non faciant in domibus propriis. Nec in eiſdem domibus vigilias in ſanctorum celebritatibus agant, neque inter ſentes aut arbores, ac rivos vel ad fontes vota exſolvere. Hanc autem fuiſſe ejus concilii mentem eo magis putarim, quod ſtatim ſubjunxerit, hæc omnia in eccleſia ſolvi, ſeu fieri debere: ſed quicumque, ait, votum habuerit, in eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum aut pauperibus reddat. Antiquam autem hanc Galliæ ſive conſuetudinem ſive corruptelam peragendi ſacra extra eccleſias in hortis vel domibus ſecularium patres concilii Pariſienſis docent, affirmantes miſſam ipſam nedum vigilias ſatius eſſe non audire, quam eam audire ubi non licet, nec oportet.

Conc. Pariſienſe lib. 1. cap. 47.

Antiquam autem hanc, vigilias agendi conſuetudinem, monachi tantum retinent. clerici autem in quibuſdam ſolum eccleſiis cathedralibus, quarum nonnullæ tentarunt aliquando, ut mediæ noctis tempus in matutinum transferretur, ſed major pars capituli, ne id constitueretur impedimento fuit, ut de eccleſia Pariſienſi refert Philippus Probus. Quod ſi totius cleri & capituli conſenſus accederet, nec id jure effici poſſe, gravibus noſtri temporis auctoribus placuit, quod conciliorum decretis ſtatutum ſit, ſingula officia ſuis temporibus peragenda decernentibus: quibus conciliorum decretis minores prælatos & capitula derogare poſſe negant: ni antiqua conſuetudine pontificum conſenſu vel taciturnitate adprobata receptum ſit. Hac enim potiſſimum de cauſa improbandum non videtur, quod vel pontificum gratia, vel inveterata conſuetudine, apud pleraſque eccleſias receptum eſt, ut vigiliæ quarta vigilia dicantur, diluculum eſt: id enim tempus ad orandum commodiſſimum eſſe inter pios omnes convenit, quod neceſſe non ſit, poſt orationem finitam iterum cubitum ire, ut Caſſianus docet. Idem eſto de his horis dicendis, cum adveſperaſcit judicium: quod moniales pleræque facere ſolent. Cum vero hæ cauſæ non ſubſint, tempus præſcriptum, præterire non licebit: quod olim a clericis adeo ſtricte obſervari voluerunt patres, ut ſi infenſa corporis illi valetudine non impedirentur ſeptem dierum excommunicatione feriendos decreverint, ſi his horis abeſſent. *Clericus*, ait concilium Veneticum, *quem intra muros civitatis ſua manere conſtiterit, & matutinis hymnis, ſine probabili excuſatione ægritudinis inventus fuerit deſiiſſe, ſeptem diebus a communione habeatur extraneus; quia miniſtrum ſacrorum, eo tempore quo non poteſt ab officio ſuo ulla honeſta neceſſitas occupare, fas non eſt a ſalubri ceſſare.* Huic aliam pœnam adjecerat antea concilium Carthaginenſe IV. *Clericus*, ait, *qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis privatus excommunicetur: ſtipendia*, ut id obiter notemus ad probandam earum diſtributionum, quæ hodie in eccleſiæ uſu ſunt, antiquitatem, *clericis vel canonicis reſidentibus olim tribui hinc liquet: a laicis autem vigilias has minime celebrari, ſed earum loco jejunium inſtitui, pridie cujuſcumque feſti celebris, antiquis patribus placuit; indeque manavit, ut vigiliarum, id eſt hujus officii nomen ipſi diei & jejunio inderetur; quod perinde ac quadrageſimale obſervatur: ſolam ſanctæ Chriſti nativitatis noctem excipio, in qua fideles omnes ad vigilias celebrandas, in eccleſiam convenire, antiquum eſt; ſed utinam antiqua religione & reverentia.*

Philippus Probus in pragmati. ſanctione. c. 1. de celebratione miſſarum Clementina I. ejuſdem tit.

Caſſianus de inſtit. cœnobiorum lib. 2. c. 12.

Conc Veneticum can. 14.

Conc. Carthag. 4 can. 49. & Gelaſius papa in c. Eleutherius 92. diſtinctione.

Diſtributiones quotidianas quæ canonicis reſidentibus tribui ſolent, antiquas jure probari.

Canon XXXVII. Vulgatus.

Ne picturæ in eccleſia fiant.

Placuit, picturas in eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

Canon XXXVII. *Emendatus.*

Ne picturæ in eccleſia fiant.

Placuit, picturas in eccleſia eſſe non debere, ne, ne quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.

BVRCHARDVS lib. 3. decretorum c. 35. iiſdem verbis canonem retulit, & Ivo p. 3. decretorum c. 40. & in panormia lib. 2. c. 55. quibus conſentiunt vetuſti CC. MS. juxta quos vulgata lectio Surii, & Carranzæ emendanda eſt, quæ pro: Et, Aut, habet.

Imagines ſacras ab apoſtolorum temporibus fuiſſe in eccleſia: & cur eas pingi hoc canone interdictum ſit. Cap V.

CVM multæ res in hoc concilio non ſatis adhuc explicatæ ſunt; tum perdifficilis eſt, Clemens ſanctiſſime, & perobſcura quæſtio de ſanctarum imaginum picturis; quæ & ad pernicioſos hæreticorum errores confutandos, utilis eſt: & ad colendam divinæ religionis ſanctitatem neceſſaria. Has autem cum Hiſpani patres hic e Chriſtianorum templis ſuſtuliſſe videantur, ut contendunt Calvinus, & Balthaſar Hiemayrus: nec Calvinus ſolum & hæretici alii, ſed, quod magis miremur, catholici plures, acres nimis & acerbi hujus concilii cenſores, aſſeverantes canonem ut falſo confictum, & graviſſimi erroris labe contaminatum a concilio expungendum, vel patres canonis auctores, turpiori ignorantiæ, & impietatis crimine damnandos; veniam ſane illi dabunt, ſi quam ipſi ab Hiſpanis patribus, eamdem & nos ab ipſis viciſſim diſſentiendi libertatem aucupantes, concilii auctoritatem, canonis doctrinam, doctrinæ religionem, cum religioſorum epiſcoporum pietate conjunctam non modo ab objecta calumnia vindicemus, ſed eamdem cum ſanctorum patrum ſententiis, cum ſummorum pontificum conſtitutionibus, cum præclaro, & publico totius Chriſtianæ religionis conſenſu mirifice convenire adſtruamus. Ea fuit olim Gentium de divina natura, aut vana religio, aut ſtulta ignoratio, ut Deum ipſum, vel deos, quorum conſilio, mente, atque ratione univerſam mundi machinam regi & adminiſtrari cenſebant, naturalibus humanorum corporum & membrorum lineamentis formarent. Arnobius. *At vero vos Deos parum eſt formarum quod amplectimur menſione, filo etiam atterminatis humano, & quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumciſura finitis. Quod ergo dicemus caput deos geſtare tereti rotunditate collectum, &c.* Nec humanæ tantum formæ ſimilitudine eorum naturam repræſentabant; ſed quod ineptius eſt, leonum, canum, caprarum, arietum, hircorum, ſerpentum etiam nonnumquam, & alitum formam exprimentes. Tertullianus. *Sed illi debebant adorare ſtatim biforme numen, quia & canino, & leonino capite commixtos, & de capro & de ariete cornutos, & a lumbis hircos, & a cruribus ſerpentes, & planta vel tergo alites deos receperunt.* Minutius Felix. *Item boum capita, & capita vervecum & immolatis & colitis. De capra etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultu deos dedicatis. Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis & paſcitis?* Nec deos ſuos hominum & animalium vel alitum figura ſolum depingebant, ſed quo abſurdius nihil vel fingi vel excogitari poteſt, rude palum, & informe lignum, ut deos venerabantur. Ita Tertullianus. *Et tamen quanto diſtinguitur a crucis ſtipite Pallas Attica? & Ceres farrea, quæ ſine effigie, rudi palo, & informi ligno proſtant?* Palladem enim ſive Minervam & Cererem inter duodecim ruſticorum deos numerat Varro, quorum ſimulacra ſolebant ſine effigie in ſude quapiam, aut informi ligno, cum in domorum limitibus, tum in agris erigere, & ut Deos adorare: quod Lucanus ſignificaſſe videtur, dum ſcripſit.

Simulacraque mœſta deorum
Arte carent, cæſiſque exſtant informia truncis.

Ne ergo veſano hoc ethnicorum errore putarent vel ipſæ Gentes, vel catholici ſimpliciores, Deum noſtrum verum, æternum, & inviſibilem, ut quid corporeum, idolorum ſtulta imitatione pingi debere, aut poſſe; ideo imagines inviſibilis Dei in eccleſiis pingi, Hiſpani epiſcopi interdixerunt: de his enim intellexiſſe concilium, qui rationem ab eo redditam legerit peratrente, profecto non inficiabitur. *Ne*, inquit, *quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.* Adorationis enim nomen non diffiteor, pro duliæ cultu (ut Græci vocant) ſæpe in ſcriptura uſurpari. Sic Balaam pronus in terra adoraſſe angelum legitur. Ioſue etiã angelũ: Saul animam Samuelis: Abdias Heliam, & ſic alias; Sed ad latriæ cultum, qui ſoli Deo debetur, illud frequentius referri, ex aliis ſacræ ſcripturæ locis comprobaverim. Primo enim narratur Mardochæum Amano genu flectere noluiſſe: & rurſus, ad Deum idem Mardochæus ait: *Scis, quia non ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman ſuperbiſſimum, libenter enim pro ſalute Iſrael veſtigia pedum ejus deoſculari paratus eſſem, ſed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorem excepto Deo meo.* Cum Cornelius etiam adoraret Petrum: Surge (inquit) & ego ipſe homo ſum. Et poſtea Paulus & Barnabas a Lycaonibus adorari recuſarunt. Angelus domini

Robertus Bellarminus refert ex Calvino tomo 1. de controverſiis Chriſtianæ fidei lib 2.
Et Balthaſaris Hiemayri hæretici ob pertinaciam Viennæ combuſti libro adverſus imagines refert Sixtus Senenſis lib. 5. bibliothæ ſanctæ annotatione CC. XLVIII.

Arnobius lib. 4. adverſ. Gentes.

Tertul. in apolog. cap. 16.

Minutius Felix in Octavio.

Tertul. in apolog. cap. 16.

Varro lib 1. de re ruſtica.

Lucan. lib. 3.

Num. 22.
Ioſue c. 5.
1 Reg. 28.
3. Reg. 18.
Eſther. 3.
Ibid c. 13.

2. Actor. 10.
3. Actor. 19.
4. Apoc. 19.

Domini Ioanni ipsum adoranti dixit : *Vide ne feceris; conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum, Deum adora.* In qua significatione solum Deum esse adorandum docent ecclesiæ doctores, Iustinus martyr, Hieronymus, Augustinus, Fulgentius, Gregorius, Tarasius gravissimus patriarcha Constantinopolitanus. *Si vero sæpius*, ait, *in scriptura & elegantibus nostris patribus adorationem quis dixerit, pro cultu sive latria, qua in spiritu fit, sumi non negamus, &c.* In hac adorationis acceptione docuerunt nec homines, nec angelos esse adorandos, divus Athanasius. Ambrosius, Augustinus, & Leo PP. I. Sic D. Epiphanius beatam virginem non esse adorandam asserit, & B. Ambrosius. *Ac ne quis*, ait loquens de adoratione Spiritus sancti, *derivet ad virginem Mariam, erat templum Dei, non Deus templi; & ideo ille solus adorandus, qui operabatur in templo.* Ionas etiam Aurelianensis cum de cultu ageret imaginum adversus Claudium Taurinensem. *Virginem quæ peperit Christum, non adoramus, sed sanctam Dei genitricem congruo honore veneramur. Nec immerito quippe, quoniam per eam, auctorem vitæ suscipere meruimus, & pro eo quod eadem sancta & intemerata virgo Maria, quæ utique nobis Deum & hominem edidit, dominum, videlicet Iesum a cunctis fidelibus pio colitur amore, & debito veneratur honore.* Quinimo eodem sensu Damascenus humanitatem Christi, si cogitatione a verbo separetur, esse inadorabilem tradit, & concilium Antiochenum in confessione fidei, quæ exstat in concilio Ephesino, ait : *Totum rursus adorabilem etiam cum corpore, sed non secundum corpus adorabilem.* Item Augustinus. *Ego dominicam carnem*, ait, *imo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quod a divinitate suscepta, atque deitati unita est, denique si hominem separaveris a Deo, ut Photinus, vel Paulus Samosatenus; illi ego nunquam credo, nec servio : velut si quis vestrum, aut purpuram, aut diadema regale jacens inveniat, numquam conabitur ea adorare; cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege adorare quis contempserit.* Quare cum Constantinus Constantiæ episcopus hæresim abjuraret, quam contra imagines sequutus fuerat in quadam pseudo-synodo, postea in Nicæna II. actione III. hanc loquendi formulam usurpavit. *Suscipio & complector venerandas imagines; adorationem autem quæ fit secundum latriam, hoc est, Dei culturam, tantummodo trinitati conservo.* Quod etiam docuit divus Gregorius Serenum Massiliensium episcopum. *Et si quis imagines facere voluerit, minime prohibe : adorare vero imagines, omnibus modis devita. Sed hoc sollicite fraterni as tua admoneat, ut ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipiant; & in adoratione omnipotentis sanctæ trinitatis humiliter prosternantur.*

(Margin, partly cut off: ...tin. mart. 2. ...log. Hieron. ...lt. ad Ripa- ... Aug. de vera ...taila religio- ...c. 55. & lib. 20. ...ntra Faustum ...anichæum c. ... Fulgen. l. 4. ...Donat. D. Gre- ...r. epist. ad Se- ... Massilien. ...sc quæ exitat ...9. inst. 4. ...st. 9 Taras ...t a l Constan ...Iren. relata in ...I. synodo. act ... Ambr. lib. 3. de ...iritu sancto c. ... ...nas Aurelia. ...de cultu ima- ...n, contra ...audium Tau- ...ensem. ... Athana. serm. ...contra Aria- ...s ... Ambr. in c. 1. ...st. ad Roman. ... Leo PP. serm. ...de nativitate. ... Epiphan. hæ- ...si 79. ...ncilium An- ...chenum pro- ...tum ab Ephe- ...o. tom. 6. ...p. 1. ... Aug. serm. 68. ... verbis domi- ... ...reg. lib. 9. in- ...ct 4. epist 9.)

Quod si verbum, *adorare*, apud sanctos patres pro cultu latriæ, frequentius accipitur, multo magis eamdem latriæ adorationem verbum, *coli*, quod in hoc canone cum altero, *adorari*, conjungitur, significabit, ut Augustinus docet. *Latria vero*, ait, *secundum consuetudinem, qua locuti sunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, aut semper, aut tam frequenter, aut pene semper dicitur ea servitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli Deo deberi videtur, dicimus enim etiam colere homines, quos honorifica vel recordatione, vel præsentia frequentamus. Nec solum ea, quibus nos religiosa humilitate subjicimur, sed quædam etiam, quæ subjecta sunt nobis, coli perhibentur. Nam ex hoc verbo agricolæ, & coloni, & incolæ vocantur; & ipsos Deos non ob aliud appellant cælicolas, nisi quod cælum colant; non utique venerando, sed inhabitando, tãquam cæli quosdã colonos: non sicut appellantur coloni qui conditionem debent genitali solo propter agriculturam sub dominio possessorum: sed sicut ait quidã Latini eloquii magnus auctor.*

Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Ab incolendo enim colonos vocavit, non ab agricultura. Hinc & civitates a majoribus civitatibus velut populorum examinibus conditæ, coloniæ nuncupantur : ac per hoc cultum quidem non deberi nisi Deo, propria quadam notione verbi hujus omnino verissimum est. Id etiam docet divus Cyprianus : & Tarasius in epistola ad Constantinum & Irenen, interpretans in hunc sensum, locum illum Deuteronomii VI. *Hinc divina*, ait, *scriptura dicens : Deum tuum adorabis, & illi soli cultum exhibebis. Adorabis absolute ponit, neque adjicit soli : ut significetur vox diversæ notionis, & æquivoca : cultum autem exhibebis, sive servies, soli, dixit. Quam ob causam latriam uni Deo tribuimus, atque ad illum referimus.* Hæc Tarasius, Quod si colere verbum seu inservire (idem enim utrumque significat) ut in eadem synodo Nicæna Tarasius explicavit, ad solam divinitatem referri debet, & solet, ut Tarasius approbatus a synodo generali Nicæna asseverat;

(Margin, partly cut off: ...ug. lib. 1. de ci- ...tate Dei, c. 1. ... ...pr. lib quod ...la non sint ...l c. 2. ...rasii epist. ad ...nstant. exitat ... VII synodo ...tione 7 ...uteron. 6. ... ...rasius in ea- ...m epist. ad ...nstantinum, ...q exitat actio.)

A probabile est, concilio nostro imagines, quæ coli & adorari debent, interdicente solas Dei imagines prohiberi : quod liquido videtur ostendere canonis, & verborum ipsius contextus. Cum enim prius materiam constitutionis exprimeret, picturas multitudinis voce, sive pluralis numeri usu prohibuit : cum vero formam constitutionis exposuit, decernens, quorum, aut cujus picturæ vetarentur, brevioribus singularis numeri eam finibus circumscripsit. *Ne*, inquit, *quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur.* Aliter enim si martyrum & confessorũ imagines interdicerentur, quorsum tam generali præcepto, tam brevẽ strictáque rationem addidisset.

Confirmat hanc interpretationem, quod sævissimis his temporibus de sanctorum imaginibus nec cogitarint B episcopi; non quod putarent eum honoris & religionis cultum sanctis & electis Dei deferendum non esse: sciebant quippe se non studiose solum, sed pie, religiose & sancte, eos colere, & auguste venerari debere, ut venerabantur continuo, non interiori tantum, sed exteriori, & publico cultu, dum grassantis persecutionis aberat periculum. De quo præclarum exemplum præbuit Sabinus episcopus Hispalensis, qui huic concilio interfuit, dum paulo post hujus concilii exitum, egregiam navavit operam, ut Iustæ & Ruffinæ martyrum corpora & reliquiæ partim ex puteo; partim ex amphitheatro Hispalensi colligerentur, & honorifice sepelirentur custodirenturque : a quo par non est, ut credamus, eorumdem martyrum & aliorum cœlitum imagines irreverenter tractari, prohiberique: sed abstinebant (ut dixi) ad tempus, ne picturas sanctorum hominum, quos aliquando agnovissent, contemptui Gentes haberent, reputantes religionum esse ludibria : vel C sibi falso persuaderent, illos a nostris, ut veros Deos, latriæ veneratione coli. Eusebius enim recenset, quod cum tempore Diocletiani gravissima in Christianos exerceretur persecutio, pagani martyrum reliquias projiciebant in mare, dicentes. *Ne forte dii efficiantur Christianorum, & illi, qui Deos adorare nolunt, servos nostros incipiant adorare.* Ex quo duo plane consequuntur; alterum, sanctos tunc, & electos Dei a Christianis coli receptum; alterum, ne in sanctas martyrum reliquias impii desævirent, non minori religionis, quam prudentiæ laude, inter eosdem Christianos convenisse, ut in locis publicis (cujusmodi erant ecclesiæ) non solum imagines martyrum & sanctorum non depingerentur; sed neque eorum corpora sepulcris, & monumentis publicis reconderentur. De his autem (ut dixi) episcopi nõstri non meminerunt, quod de his etiam nec Gentes meminissent; sed de Dei nostri imaginibus : quia sermo & D disputatio adversus hæreticos sacras sanctorum imagines impugnantes, ut impugnant hodie, non instituebatur, nec tunc illi extiterunt: sed adversus Gentes, quarum assidua, & impia objurgatione quidam forsan catholici ineptam erant Dei formaturi picturam, si id decreto hujus concilii non prohiberetur, & eorum religiosa vel superstitiosa potius simplicitate forsan Gentes, vel alii catholici simpliciores arbitrati essent Deum nostrum quid corporeũ esse, ideoque lineamentis, vel hominũ, vel animalium, vel alitum, vel aliarum rerum corporalium figurari posse, ut pingebantur, & dolabantur quotidie vanissimæ suorum deorum vel dæmonum imagines & simulacra. Quod aliquando tentasse Gentes in religionis nostræ ludibrium, Tertullianus testatur. *Sed nova jam Dei*, inquit, *num in ista civitate, proxime editio publicata est; ex quo quidem in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum hujusmodi inscriptione. DEVS CHRI-* E *STIANORVM ONONYCHITES: is erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans & togatus.* Cujus picturæ occasionem paulo antea his verbis retulit : *Nam ut quidam somniastis, caput asininum esse Deum nostrum: hanc Cornelius Tacitus suspicionem ejusmodi inseruit. Is enim bellum Iudaicum exorsus ab origine gentis, & etiam de ipsa tam origine, quam de nomine & religione gentis, quæ voluit argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, sive ut putavit, extorres, in vastis Arabiæ locis, aquarum egentissimis, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pastu potum petituri æstimabantur, indicibus fontibus usos, ob eam gratiam consimilis bestiæ superficiem consecrasse. Atq; ita inde opinor præsumptũ, nos quoque ut Iudaicæ religionis propinquos, eidem simulacro initiari.* Eamdem asininæ superstitionis vanitatem nobis falso objectam confutat Minutius. Ne igitur his & aliis vanissimis imaginum Dei nostri superstitionibus (ut jam dixi) locus daretur, neve Gẽtes stolide arbitrarẽtur Deũ nostrũ æternũ & invisibilẽ suorum idolorũ & simulacrorum corporea similitudine æquãdũ, justissime prohibitæ sunt Dei imagines: illo enim errore non Gentes solũ, sed & Christiani doctrina & auctoritate graves, imbutos aliquando reperimus. Tert. enim

(Margin: De Sabino id refert breviarium antiquum Eborense.)
(Margin: Euseb. lib. 8. hist. eccles. c. 6.)
(Margin: Tertul. in apologetico c. 16. ad finem.)
(Margin: Cornel. Tacit. li. 5. histor.)
(Margin: Minutius Felix in Octavio.)
(Margin: Tertull. lib de carne Christi.)

Cum autem sit, habeat necesse est aliquid per quod est; si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus ejus. Quod est corpus, est sui generis, nil est incorporale, nisi quod non est. Alibi. *Nam & dexteram*, inquit, *& oculos, & pedes Dei legimus.* Quem errorem illi tribuunt divus Augustinus, divus Fulgentius, Gennadius, & alii, tametsi ab eodem Augustino extenuari verius multo, quam excusari errorem legamus. Ille autem ne longius serperet, hoc decreto ab Hispanis episcopis provisum est, interdicentibus hic, ne Dei imagines in ecclesia pingerentur: quod sane non ab eo tempore tantum, sed ab ipsa apostolorum ætate Hispanicam, Africanam ecclesiam & catholicam observasse scimus, nullam enim Dei imaginem (ut Deus est) pingi sinebat.

Idem lib. 2. advers. Marcion. D. Aug. lib. 10. de Genes. ad literam c. fin & lib. de hæresib ad Quod vult deum. c 86. D. Fulgentius li. 2. de fide ad Petrum. Gennadius de dogmatibus eccles. & alii.

Quare cum Adrianus imperator (attendant Calvinus, Hiemayrus & reliqui præsentis sæculi Iconomachi) atrocissima post Neronem, Domitianum, & Trajanum persecutione excitata Christianos exagitasset; ad extremum post Quadrati episcopi Atheniensis dicatam ei pro Christianæ religionis defensione apologiam; post ornatam & gravem, quam pro Christianis habuit præsente imperatore orationem Aristides vir singularis eloquentiæ; post Serennii Gratiani legati literas, quibus clamitabat, iniquum videri Christianos nullo objecto crimine indictaque causa, quo insani populi acclamationibus satisfieret, neci dari, solaque Christianæ religionis professione reos fieri, persecutionem remisit, Minutio Fundano Asiæ proconsuli rescribens, Christianorum neminem absque justo crimine intentato, & accusatione rite peracta, morte multandum; solamque Christianismi professionem pœnæ obnoxiam esse noluit, ut Eusebius refert, & Nicephorus. Nec eo solum Christianos beneficio devinxit, sed cum intelligeret eos nihil hostiliter contra rempublicam moliri, & a seditionis Iudaicæ principe Barchocheba immanes potius cruciatus passos, quam ut cum eo seditionem contra Romanos concitarent, cœpit in eos magis propendere, ac cogitare, quibus posset illorum innocentiam & sanctitatem compensare beneficiis: cumque agnovisset demum eos spretis Gentilium diis vel idolis, Soli, Vni, Vero, Optimo, & Maximo honorem habere, templaque ad ejus cultum desiderare; Christianis templa, Christianæ tunc religionis usu & forma, sine simulacris Dei veri, & incorporei, ne simile suis profanæ Gentes arbitrarentur, & sine aliqua etiam deorum suorum effigie & forma, quibus referta & contaminata erant delubra Gentilium, ne Christianis pro gratia exhiberet molestiam, extrui jussit, ut in ejus vita testatur Lampridius. Qua ratione illa, quod numina non haberent, usque ad tempus Constantini magni templa Adriani nuncupata sunt. Nec Romæ tantum & in Italia hoc catholici viri observabant, sed & in reliquis provinciis. Quod ridebant Gentes, objicientes nobis, quod nullam Dei formaremus picturam, occultare quod colebamus. Minutius Felix sic Gentes inducit adversus religionem nostram loquentes. *Multa prætereo consulto, nam & hæc nimis multa sunt, quæ aut omnia, aut pleraque omnium vera declarat ipsius pravæ religionis obscuritas. Cur etenim occultare, & abscondere quidquid illud colunt, magnopere nituntur? cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint? Cur nullas aras habent? templa nulla? nulla nota simulacra? numquam palam loqui? numquam libere congregari? nisi illud quod colunt, & interprimunt, aut puniendum est, aut pudendum? Vnde autem, vel quis ille, aut ubi Deus, unicus, solitarius, destitutus, quem non gens libera, non regna, non saltem Romana superstitio noverat, Iudæorum sola & misera Gentilitas, unum & ipsum Deum, sed palam, sed templis, aris, victimis, ceremoniisque coluerunt: cujus adeo nulla vis, nec potestas est, ut sit Romanis hominibus cum sua sibi natione captivus. At etiam Christiani, quanam monstra, quæ portenta confingunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere.* Et his ipsis respondens. *Putatis autem nos*, ait, *occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? quod enim simulacrum Deo fingam; cum si recte existimes, sit Dei homo ipse simulacrum?* Et mox. *At enim quem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus, imo ex hoc Deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus: in operibus enim ejus & in mundis omnibus virtutem ejus semper præsentem aspicimus; cum tonat, fulgurat, cum serenat. Nec mireris, si Deum non vides, vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur, & sub oculis tamen non venit ventus & flatus. Solem adeo, qui videndi omnibus causa est, videre non possumus, radiis acies submovetur; obtutus intuentis hebetatur; & si diutius inspicias, omnis visus extinguitur. Quid ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere? cum te ab*

Aug. de lib. de hæresib ad Quod vult deum c. 86.

Euseb lib. 4. c. 8. Niceph. lib. 4. c. 5.

Lampridius in vita Adriani.

Minutius Felix in Octavio.

Idem in eodem.

A *ejus fulgoribus avertas? a fulminibus abscondas? Deum oculis carnalibus vis videre? num ipsam animam tuam qua vivificaris, & loqueris, nec aspicere possis, nec tenere? Sed enim Deus, &c.* Arnobius adversus eosdem. *De sexu hactenus, nunc ad speciem veniamus, & formas quibus esse descriptos deos superos creditis, quibus imo formatis, & templorum amplissimis collocatis in sedibus, neque quisquam Iudaicus in hoc loco nobis opponat, & Saducæi generis fabulas tanquam formas tribuamus, & nos Deo; hoc enim putatur in eorum literis dici, & lege certaque auctoritate firmari; quæ aut nihil ad nos attinet, nec ex aliqua portione quidquam habent commune nobiscum; aut si sunt credita socia, quærendi sunt vobis altioris intelligentiæ doctores, per quos possitis addiscere, quibus modis conveniat literarum illarum nubes atque involucra relaxare: nostra de hoc sententia talis est. Naturam omnium divinam, quæ neque cœperit aliquando, nec vitalem ad terminum sit aliquando ventura, lineamentis carere corporeis, neque ullas formarum effigies possidere, quibus extima circumscriptio* B *membrorum solet coagmenta finire: quidquid enim tale est, mortale esse arbitramur & labile, nec obtinere perpetuam credimus ævitatem: quod extremis coercitum finibus, necessaria circumcludit extremitas. At vero vos, deos parum est formarum quod amplectimur mensione, filo etiam atterminatis humano, & quod indignius multo est, terrenorum corporum circumcisura finitis. Quod ergo dicemus caput deos gestare tereti rotunditate collectum, &c.* Quæ late continenti sermone prosequitur agens de reliquis membris, quæ secundum Gentium vanitatem & errorem Deo inesse deberent; nullo tamen modo posse competere probat, ad finem addens. *Si nostri animi motum non recusatis audire, tantum abest, ut nos Deo corporalia lineamenta tribuamus, ut animorum etiam decora, ipsasque virtutes, quibus eminere vix concessum est paucis, tantæ rei vereamur ascribere. Quis Deum enim dixerit fortem, constantem, frugi, sapientem? quis probum? quis sobrium?* C *quis imo aliquid nosse? quis intelligere? quis providere? quis ad fines officiorum certos actionum suarum decreta dirigentem? Humana sunt hæc bona, & ex oppositione vitiorum, existimationem meruerunt habere laudabilem. Quis est autem tam obtusi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis Deum dicat esse magnum? aut ideo nominis majestate præcellere, quod vitiorum careat fœditate? Quidquid de Deo dixeris, quidquid tacita mentis cogitatione conceperis, in humanum transilit, & corrumpitur sensum, nec habet propria significationis notam, quod nostris dicitur verbis, atque ad negotia humana compositis. Vnus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, si scias & sentias nihil de illo posse mortali oratione depromi. Et hæc prima est vestrorum nominum contumelia, quam de formis & sexibus, boni scilicet vindices & religiosi constituistis auctores.* Et alibi. *In hac enim*, inquit, *censuistis parte crimen nobis maximum impietatis affigere, quod neque ædes sacras* (ante Constantini tẽpora scitum est Christianos in Africa tẽpla, aut quod idẽ est, splendidas structas ædes nõ habuisse, sed solũ ora- D toria quædã privatis in locis, in quibus seorsum convenirent, ut & hoc loco Arnobii, & alii Tertulliani constat) *& venerationis ad officia construamus, non deorum alicujus simulacrum constituamus, aut formam; non altaria fabricemus, non aras.* Et postea. *Vos habere sexus deos, aliosque ex his mares; fœminini generis alios esse censetis, nos potentias cœlitus discretas esse sexibus abnegamus; quoniam discrimen hujusmodi terrenis animantibus datum est, quas coire, quas generare auctor voluit rerum, substituendis per libidinem prolibus. Vos hominum similitudinem gerere, & mortalium vultibus existimatis esse formatos: nos effigies remur submotas esse ab his longe: quoniam forma mortalis est corporis, & si forte est ulla, comprehendere neminem posse, indubitabili asseveratione juramus.* Cui etiam objectioni nobis a Gentibus olim propositæ respondens Tertullianus. *O impiæ voces*, ait, *o sacrilega convicia, infrendite, inspumate, iidem estis, qui Senecam aliquem* E *pluribus & majoribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis.* Igitur si statuas & imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milvi, & mures, & araneæ intelligunt, nonne laudem magis quam pœnam merebatur repudium agniti erroris? Possumus enim videri lædere eos, quod certi sumus odio non esse? Quod non est, nihil ab ullo patitur, quia non est. Illudebant nobis Gentes, quod simulacra deorum, vel alicujus Dei (ut ipsi) non haberemus; quibus respondet Tertullianus magis aliena confutando, quam confirmando propria: illud tamen in confesso est, illud tanquam errorem nobis objecisse Gentes. Quem etiam refellit Iustinus martyr. *A quo*, ait, *persuasi nos asseveramus, genios errorum talium auctores, non solum pravos esse, verum etiam scelestos, atque impios; ne viris quidem bonis æquiparandos: & ideo hostes deorum judicamur.*

Arnobius lib. 3. advers. Gentes.

Idem lib. 6. in principio.

Idem lib. 7.

Tertul. in apologet. adversus Gentes c. 12.

Iustin. mart. 2 apologet. pro Christianis.

Fatemur quidem nos hostes deorum istorum fictitiorum, at non illius verissimi Dei patris justitia, prudentiaque & ceterarum virtutum cunctorum expertis vitiorum. Et paulo post. *Ceterum*, inquit, *quod victimis & coronis simulacra in templis consecrata non honoramus, in causa est, quia scimus ea carere sensu, atque anima, ac ne formam quidem habere Deo similem. Negamus enim hanc esse Dei formam, quam quidam aiunt se expressisse, sed ista sunt effigies & nomina dæmonum, quos malos esse ostendimus. Nam quod ad materiam attinet, non ignoratis dedolata conflatave ab opificibus, & interdum recusa e vilibus vasculis, formis tantummodo per artem novatis, & impositis eorum nominibus; quod non solum ab omni ratione alienum; verum etiam cum injuria Dei conjunctum existimamus, illam ineffabilem majestatem formam tribuere istis corruptibilibus, & humana ope indigentibus, & scitis impuros horum opifices omnibus vitiis, ne* B *singula percenseam, obsitos, qui etiam suarum officinarum ministris ancillulis stuprum offerunt. O vos stupidos, qui ab hominibus obscœnis deos quos adoratis, fingi refingique creditis.* Et post alia. *Quod solum crimen nobis objicitis, non eadem vobiscum numina venerantibus, & quod defunctorum manibus nidores ac libamina, eorumque monumentis coronas & inferias non offeramus. Nostis enim easdem animantes alibi pro diis, alibi pro bestiis haberi, alibi pro victimis legitimis. Alterum argumentum est, quod soli mortalium ne mortis quidem formidine adigi potuimus, ut coleremus Liberum Semeles, & Apollinem Latonæ filios, probrosos puerorum amoribus, aut Proserpinam, Veneremque insano amore Adonidis ceu œstro percitas, quarum celebratis mysteria, aut Æsculapium, alium Deum fictitium, sed favente Iesu Christo, hos contempsimus, dicantes nos Deo ingenito & intacto passionibus, quem scimus non ardere Ganymedem, aut Antiopem, similesque* C *fœminas, nec ad Thetidis preces vinculis solvi* Lactantius.

Lactan. lib. 2. divinarum instit. cap. 2.

Quid ipsa simulacra volunt, quæ aut mortuorum, aut absentium sunt monimenta? nam omnium fingendarum similitudinum ratio idcirco ab hominibus inventa est, ut posset eorum memoria retineri, qui vel morte subtracti, vel absentia fuerint separati; deos igitur in quorum numero reponemus? Si in mortuorum, quis tam stultus, ut colat? Si in absentium, colendi ergo non sunt, si nec vident quæ facimus? nec etiam audiunt quæ precamur? Si autem dii absentes esse non possunt, qui quoniam divini sunt, in quacumque parte mundi fuerint, vident, & audiunt universa: supervacua ergo sunt simulacra illis ubique præsentibus; cum satis sit audientium nomina precibus advocare. At enim præsentes non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plane, quemadmodum vulgus existimat, mortuorum animas circa tumulos & corporum suorum reliquias oberrare. D *Sed tamen postquam Deus ille præsto esse cœpit, jam simulacro ejus opus non est. Quaro enim, si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur sæpius, & ex ea solatium capiat absentis; num idem sanus esse videatur, si eo reverso atque præsente in contemplanda imagine perseveret, eaque potius quam ipsius hominis aspectu frui velit? Minime profecto. Etenim hominis imago necessaria tum videtur, cum procul abest, supervacua futura, cum præsto est. Dei autem, cujus spiritus ac numen ubique diffusum abesse nunquam potest, semper utique imago supervacua est. Sed verentur, ne omnis eorum religio inanis sit & vana, si nil in præsenti videant, quod adorent: & ideo simulacra constituunt, quæ quia mortuorum sunt imagines, similia mortuis sunt; omni enim sensu carent. Dei autem in æternum viventis vivum & sensibile debet esse simulacrum: quod si a similitudine id nomen accepit, qui possunt ista simulacra Deo similia judicari, quæ nec sentiunt, nec moventur? Itaque simulacris Dei non illud est, quod digitis hominis ex lapide, aut ære, aliave materea fabricatur, sed ipse homo, quoniam & sentit, & movetur, & multas magnasque actiones habet.* Hac ergo de E causa a Gentibus non solum irrisi, sed utathei, id est sine Deo, criminis postulati & damnati sunt, ut testatur Arnobius, Iustinus martyr, Dion, Nicephorus & alii. Quare cum Donatistarum strages in ecclesias, in cœmeteria, in templa Christianorum, Optatus Milevitanus ideo minutatim exprimeret, ut non solum de incensis libris sacris, de templis destructis, de confractis calicibus, de aris, & altaribus rasis, sed & de parietibus lotis, quod illos aspexissent Christiani, & testes cultus Deo Christo adhibiti, literis proderet contra Parmenianum: numquam tamen mentionem fecit de imaginibus Dei, vel pictis, vel fabrefactis, confractis, deletisve, quas si vidissent Donatistæ, corrumpere in odium Christianorum non erubuissent, neque id omisisset Optatus, qui reliqua retulit minutiora. Sic Ioannes Damascenus, & illi D. Thomas consentiens, Christianos docent, nullam imaginem Dei habere, quod summæ esse dementiæ, &

Arnob lib. 1. adverf. Gentes. Iustin. Apolo 2. pro Christianis. Dion Cass. in Nerva. Niceph lib. 3 hist. ecclef. c. 32. Optatus Milevitanus lib. 6. contra Parmenianum. Ioan. Damasc. lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 17. D. Tho. 3. p. q. 25. artic. 3. in solutione ad 1.

A extremæ impietatis ducant, divinitatem (quam nulla ratio, nullumque ingenium consequi potest) effingere velle, & figurare. Sic D. Augustinus nefas esse ducit in Christiano templo imagines Dei collocare. Alibi autem refert Varronem dicentem, qui primi deorum simulacra induxerunt, eos & timorem dempsisse, & errorem auxisse. Rursus etiā Senecæ querimoniam refert, dolentis inviolabiles deos in materia vilissima, atque ignobili dedicari: quod ad Fortunatianum episcopum Siccensem gravissimo verborum & sententiarum pondere scribit, ipso errore confutato. Idem Eusebius. *Quod enim corpus*, inquit, *intellectui divino similitudinem habebit, cum nec mentis humana imaginem habere posse cognoscatur? humana enim mens incorporea est, atque simplex, corpus omne corruptible, atque compositum. Quare jure rationalis, atque immortalis anima & intellectus ejus imaginem & similitudinem Dei habere dicitur: immaterialis enim & incorporea, intellectualis rationalisque per essentiam est virtutis, atque sapientiæ capax? Quod si humana anima, atque mentis formam, atque effigiem fingere impossibile est, quoniam nec sensu percipitur; quis adeo stultus sit, ut ligneum simulacrum ac effigiem, Dei creatoris omnium similitudinem habere arbitraretur? natura enim divina omnem materiam & omnia quæ percipimus excedit.* Sic Constantinus magnus in oratione ad sanctorum cœtum. *Nam quod potest*, inquit, *intelligentia solum percipi, & comprehendi mente, nec appetit formam qua cognoscatur, nec figuram admittit ut imaginem & effigiem.* D. Leo Papa. *Quamvis autem, dilectissimi*, inquit, *valde fuerit ipsa rei gestæ forma mirabilis, nec dubium sit in illo omnium humanarum vocum exultante conventu majestatem Spiritus sancti fuisse præsentem; nemo tamen existimet in his quæ corporeis visa sunt oculis, divinam ejus apparuisse substantiam. Natura enim invisibilis, & patri, filioque communis, qualitatem muneris, atque operis sui quæ voluit significatione monstravit. Proprietatem vero essentiæ suæ in sua deitate continuit; quia sicut nec Patrem, nec Filium, ita nec Spiritum sanctum humanus potest visus attingere.* Quare cum in VI. & VII. synodo omnium hæreticorum tam antiqui, quam illius sæculi sectæ, opiniones, rationes, & auctoritates proferrentur; nusquam videmus eos hujus canonis antiquissimi decretum in sui confirmationem recitasse; quod ratione cōvicti agnoscerent illud de sola Dei increati & invisibilis imagine intellexisse; quam exprimi, seu depingi non posse, ut in concilio decernitur; ita in eadem synodo VII. iterum sancitum est. Epistola enim Germani sanctissimi patriarchæ Constantinopoleos ad Ioannem episcopum Synadon recitatur & approbatur, in qua sic inquit: *Non enim invisibilis deitatis imaginem, aut similitudinem, aut figuram, aut formam expressam, quin etiam ipsorum sanctorum angelorum præstantes ordines, neque intelligere, neque investigare omnino possumus. Sed quando unigenitus filius, qui in sinu patris existens, suam creaturam a mortis adjectione revocando, Patris & Spiritus sancti beneplacito homo fieri dignatus est, non aliter ac nos carnem & sanguinem assumens; & ut, inquit, magnus apostolus, per omnia nobis similis factus, excepto peccato. Igitur humanitatis illius characteris, & juxta carnem indiscretæ hominis formæ imaginem figurantes, ipsius incomprehensibilem deitatem, atque invisibilem, unde ea quæ nostræ fidei præcipua sunt, nascuntur, ostendere nequimus.* Et in epistola ad Thomam episcopum Claudiopoleos ex D. Athanasio in sermone contra idola hęc promit. *Quemadmodum igitur nulla communio lumini cum tenebris, neque nulla Christo cum Belial concordia: ita nulla Christianis, qui Deum unum inenarrabili gloria & potentia adorantes, colunt, cum his qui Deum, ut Deus est, effingere & formare intendunt.* Post autem recitatur sententia Ioannis episcopi Thessalonicensis, in qua post alia. *Dei autem imaginem dico Iesu Christi servatoris nostri, quemadmodum ipse super terram cum hominibus conversatus est, pingimus; non ut in ipsa natura Deus est, quæ enim posset esse Dei similitudo, aut quæ figura incorporei, noneffigiabilisque verbi Patris? Deus enim, ut scriptum est, spiritus est, quoniam visum est Deo Patri; ut unigenitum suum filium e cælis dimitteret, quo pro nostra salute ex Spiritu sancto & inviolata virgine Deipara incarnaretur, nos ejus humanitatē ea ratione pingimus, non illius incorpoream deitatem.* Epiphanius autem in eadem synodo. *Veri autem Christiani filium unicum Christum & deminum confitentur. Et tum imaginem illius, quemadmodum caro factus est, & habitavit in nobis, perfectus videlicet homo, depingunt, valde recte & pie facere cognoscuntur. Est enim Deus verbum in carne apud nos diversatus, non ipsa deitas consideratur depicta. Deum enim, ut ait, nemo vidit unquam, siquidem, neque depingi neque videri, neque comprehendi potest, sed tantummodo illius humanitas.* Quod sæpe in eadem actione episcopi & sequenti repetierunt. Quare in Hispania concilio Toletano III. idem

D. August. lib. de fide & symbolo, cap. 17. Idem li. 4. de civitate Dei c. 31. Idem lib. 6. c. 10. Idem epist. 111. ad Fortunatianum episcopum Siccensem, & epist. 112. ad Paulinam. Eusebius lib. 3. de præparatione evangelica c. 3.

Constantinus apud Eusebium in oratione ad sanctorum cœtum c. 4. D. Leo PP. ser. 1. de pentecost. c. 3.

Septima synodus act. 4. in qua hujus Germani epistola recitatur.

Heb. 4.

Exstat ea epist. in eadem septima synodo actione 4.

2. Corinth. 6.

In ead. 7. synodo actione 5.

Ioan. 4.

In eadem septima synodo acti. 6. versic. rursus.

Ioan. 1.

Ioan. 4.

idem eorum error, qui putabant divinitatem depingi debere, aut posse, iterum confutatus est. In ea enim fidei confessione & anathematismis adversus errores antiquos ab episcopis catholicis, & præcipuis Gothicæ Gentis viris, in principio concilii factis, hæc aiunt. *Quicumque filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit.* Postremo id recentiori concilii Tridentini decreto cautum est, dum docet divinas personas pingi, & figurari, cum antiquas veteris, aut novi testamenti historias & narrationes exprimi expediens fuerit; & tunc præcipit, ut moneatur doceaturque populus a parocho, non propter ea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis inspici, aut figuris exprimi possit; sed ut præsentem faciant eam speciem & formam, quam Deus aliquando suscipere, & se ante hominum oculos ponere dignatus est. Si autem ab hac veritate aberrantes divinas personas rerum creatarum similitudine depingant alii, impium sit & detestandum sacrilegium.

Action. 6. & 7.

Conc. Trident. sess. 25 in princ.

Nec in lege nova tantum voluit Deus imaginem ad sui similitudinem pingi, cum eam nemo viderit unquam nisi filius; sed & in veteri id prohibuit. Inter præcepta enim quæ Moysi dedit, hoc unum est. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum; nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.* Et paulo post, ut hæc interpretaretur, addidit. *Deos aureos & argenteos non facietis mecum.* Quasi diceret; Non facietis imagines aureas, vel argenteas quæ figuram Dei repræsentent: hoc enim Esaiæ verba docere aperte videntur. *Cui similem*, inquit, *fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Numquid sculptile conflabit faber, aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius?* Postea: *cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & similem fecistis, qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderastis, conducentes aurificem ut faciat Deum?* Et in Levitico. *Non facietis vobis idolum & sculptile, neque titulos erigetis, neque insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum; ego enim sum dominus Deus vester; custodite sabbata mea, & pavete ad sanctuarium meum: Ego dominus.* Voluit ergo dominus prohibere filiis Israel, qui ad idololatriam propensi erant, ne ullum divinæ majestatis simulacrum facerent, sed ante tabernaculum, quod ipsis Dei gloriam repræsentabat, paverent omnes. Quod planius exposuit, cum reddens hujus præcepti rationem, sic ait. *Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi, vel fœminæ.* Sic Deuter. V. refertur dominum de medio caliginis locutum fuisse ad filios Israel: nihilque eos præter ignem, nubem, atque caliginem inspectare unquam potuisse; ut animadverterent, & intelligerent, Deum non esse talem, qui humano ingenio, vel arte pingi posset, vel figurari; nam si aliquam formam vidissent Dei, cum eos alloquebatur, tali eum præditum utique arbitrarentur. Quam ignorantiam, vel insaniam potius, notat, reprehenditque in Romanis D. Paulus, qui mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vel volucrum, & quadrupedum & serpentum: illi enim, ut Iustinus martyr tradit, divinitatis se formam exprimere, talique Deum effigie præditum esse arbitrabantur, qualem spectra ipsa præ se ferebant. Nullam ergo imaginem Dei in veteri testamento effictam, vel formatam fuisse, ut sacris, sic & profanis etiam auctoribus liquet. Iosephus enim contra Apionem ex Hecatæo antiquissimo historico de templi Hierosolymitani descriptione refert; nullum in eo simulacrum, aut aliquod anathema fuisse: postea pluribus, eidem respondet Apioni, objicienti, quod Iudæi imperatoribus statuas non erigerent, eum admirari potius debere ait, magnitudinem modestiamque Romanorum, quod subjectos non cogerent patria jura violare. Cornelius etiam Tacitus Cneium Pompeium refert, cum expugnatis Hierosolymis templum adiisset speculaturus Iudaicæ religionis arcana, nullum illic reperisse simulacrum, & utique si id coleretur, ut Tertullianus animadvertit adversus Gentes, Cornelii auctoritatem illis objiciens, quod aliqua effigie repræsentabatur; nusquam magis atque in sacrario suo exhiberetur; eo magis, quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. Idque affirmat Origenes contra Celsum. Nec id solum positiva constitutione sive nova, sive antiqua cavetur, sed jure ipso naturæ æquissimaque ratione: nam cum corporea figura, non nisi rem corpoream repræsentet, impossibile erat Dei veritatem, prout in se est, exprimi posse; sed necesse erat illam in mendacium (ut divus Paulus ait) commutari.

Exod. 20.

Esai. cap. 40.

Idem c. 46.

Levit. 26.

Deut. 4.

Paul. ad Rom. 1.

Iustinus martyr. 2. apologia.

Ioseph. lib. 1. contra Apionem.

Idem lib. 2.

Tertull. in apologet. c. 16.

Origenes contra Celsum lib. 4.

Actuum 17.

A

Quibus satis constat, imaginem Dei, prout in se est, tam in veteri, quam in novo testamento prohiberi. Cujus majori veneratione & cultu, ipsum adhuc Dei nomen apud patriarchas & prophetas erat ineffabile: existimantes, non sine magno consilio, abstrusissima divinitatis mysteria, se & reliquos silentio revereri debere, potius quam enuntiare: idque comprehendit ipsius Dei vocabulum, quod ut Iustinus martyr interpretatur, non tam Dei nomen est, quam inenarrabilis rei hominibus innata opinio: eaque de causa, illum quandoque seipsum sine nomine nuncupasse, & dixisse Moysi. *Ego sum ens ille.* Idem Iustinus martyr tradit. *Deus autem neque superiorem quemquam habuit a quo nomen acciperet, neque seipse nominare voluit, cum unus & solus esset, sicut de seipso per prophetas testatur: Ego Deus primus, & ego deinceps, nec est præter me Deus alius. Ideo sicut antea dicebam, cum Moysem ad Hebræos mitteret, non nomine usus est, sed participio quodam, quo se unum, solumque Deum esse significat.* Hæc ille.

Iustinus martyr. 2. apolog. pro Christianis.

Idem in serm. exhortatorio ad Gentes.

Eamdem hanc Hebræorum & Christianorum catholicorum veram sententiam ethnicorum plures auctoritate & sapientia præstantiores sectati sunt. De Numa enim Clemens Alexandrinus hæc refert. *Numa rex Romanorum erat quidem Pythagoreus, ex his quæ a Moyse tradita sunt adjutus, prohibuit Romanis, ne animali similem Dei facerent imaginem, docens id quod est optimum, non licere ulli alia ratione, quam sola mente attingere; idque centum & septuaginta annis observatum fuisse, templaque ædificata absque imagine, nec afficta, nec depicta.* Cujus Tertullianus quoque meminit. *Nam etsi a Numa*, inquit, *concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat, frugi religio, pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cælo; sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipse nusquam: nondum enim tunc in Gente Græcorum atque Tuscorum fingendis simulacris urbem inundaverant.* Et alibi. *Idolum aliquando retro non erat, priusquam hujus monstri artifices ebullissent, sola templa & vacua ædes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent.* Nec illud omisit Plutarchus. *In prioribus*, inquit, *centum septuaginta annis, templa quidem ædificabant, sacraque tuguria erigebant; simulacrum vero nullum corporeum dedicabant.* Nec tacuit Dionysius Halicarnasseus, addens Tarquinium Priscum vanitate & stultitia Græcarum religionum Hetruscarumque domi imbutum, Romanos docuisse simulacra diis ponere. Quod ex sententia Varronis pronuntiat & comprobat D. Augustinus ad Marcellinum, his verbis. *Dicit etiam antiquos Romanos, plusquam annos centum & septuagita, deos sine simulacro coluisse, quod si adhuc*, inquit, *mansisset, castius dii observarentur. Cujus sententiæ sua testem adhibet, inter cetera etiam Gentem Iudæam; nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat, qui primi simulacra deorum populis posuerunt, eos civitatibus suis & metum dempsisse, & errorem addidisse; prudenter existimans deos facile posse in simulacrorum stoliditate contemni. Quod vero non ait, errorem tradiderunt, sed addiderunt, jam utique fuisse etiam sine simulacris intelligi vult errorem. Quapropter cum solos dicit animadvertisse, quid esset Deus, qui eum crederent animā mundū gubernantem, castiusque existimat sine simulacris observari religionem, quis non videat, quantum propinquaverit veritati? Si enim aliquid contra vetustatem tanti posset erroris, profecto & unum Deum, a quo mundum crederet gubernari, & sine simulacro colendum esse censeret; atque in tam proximo inventus facile fortasse de anima mutabilitate commoneretur, ut naturam potius incommutabilem, quæ ipsam quoque animam condidisset, Deum verum esse sentiret.* Multis ætatibus antea Græci & Lacedæmonii, a quibus hæc & alia Romani acceperant, ejusdem sententiæ fuerunt. Lycurgus enim Lacedæmoniorum legislator, etiamsi multarum ceremoniarum apud Gentiles institutor esset, nulla tamē apud eum ficta deorū imago fuit; quippe hominum aut animalium species diis tribui nefarium putavit. Persas nec statuas, nec templa, nec aras extruxisse diis, proditum est, putantes deos ex hominibus ortos non esse, ut Græci, Herodoto auctore; & mundum universum templum illius asserunt. Socraticus Xenophon formam Dei veri negat videri posse, & ideo quæri non oportere. Aristo Chius comprehendi omnino non posse, ut refert Minutius. Plato etiam id videtur sensisse in Timæo, dum ait, universi hujus patrem & effectorem invenire, esse difficile, & cum inveneris, fieri non posse ut eum enunties. Si enim lingua exprimi non potest, quomodo penicillo & coloribus, vel alia vili materia exprimetur? Id quoque symbolice docuit idem Plato, dum omnem materiam ad effingendos deos minus aptam dixit: *Nam aurum & argentum*, inquit, *& in*

B

Clemens Alexandrinus lib. 2. stromat.

Tertul. in apolog cap. 25.

C

Idem li. de idololatria cap. 3.

Plutarchus in vita Numæ.

D

D. Aug. lib. 4. de civitate Dei ad Marcellinum c. 31.

E

Herodot. lib. 1. Pluribus Alexan. ab Alexandro lib 2 genialium dierum c. 22. Minutius Felix in Octavio.

Platonis sententiam refert Clemens Alexan lib. 5. stromatum.

& in aliis civitatibus privatim, & in sacris res est invidiosa; ebur autem corporis quod amisit animam, est nefarium donarium; ferrum autem & æs sunt instrumenta bellorum, &c. Quæ refert Clemens Alexandrinus. Hanc autem veritatem ab Hebræis mutuatum Platonem adstruit idem Clemens. Aristoteles item Dei formam nec intelligi, cui censuit auctore Tullio. Assentitur Antisthenes Socratis familiaris, dicens nulli esse similem, sicque neminem eum posse discere ex imagine. Neque discrepat Xenophon Atheniensis. *Qui*, inquit, *omnia movet, & quieta efficit, magnus quidem est, & aperte potens, sed cujusmodinam sit forma, non apparet: sed nec sol qui omni parte videtur esse lucidus, & conspicuus, ipsi seipsum videre permittit; sed si quis ipsum impudenter fuerit contemplatus, visu oculorum privatur.* Hæc Clemens eodem loco, insuper illud addens: *Vndenam igitur eruditur Grylli filius, nuper ab Hebræorum prophetissa, scilicet, quæ hoc modo vaticinatur?* Sybillam intelligit.

…dem in orat. ad …hort. ad Gentes. …ullius ex Arist. …efert lib. 1. de …atura deorum.

Quæ caro cœlestem poterit, verumque tueri
Humana sortis qui expers in vertice cœli
Est Deus: adversos radios neque cernere solis
Mortales possunt homines, lucemque micantem.

Pythagoras hoc dicto, non esse gestandos annulos, symbolice docuit: ne, ut idem Clemens observat, deorum effigies (ut moris tunc erat) in eis insculperent. *Vt Dei*, inquit, *majestas vilis, & contempta reddatur, efficit quæ est in promptu videndi consuetudo, & quæ intelligentia percipitur, essentiam colere per materiam, est eam per sensum vilipendere.* Quocirca Ægyptiorum sapientissimi Minervæ ædem sub dio esse constituerunt. *Zeno autem Stoicorum sectæ princeps & auctor, nec templa, nec deorum imagines haberi voluit, nihil compositum diis dignum ratus.* Orpheus autem Theologus de Deo hęc ait.

…lemens Ale… …id. lib. 5. stro… …at.

…eno in lib. de …publica.

Nullus & ipsum
Mortalis cernit, verum omnes aspicit ipse.

Xenophanis Colophonii de Deo hæc etiam sententia.

Maximus in genere est divum atque hominũ Deus unus.
Qui nec corpore, nec mente est mortalibus ullis
Assimilis.

…dem Clemens …to. lib. 5. Stro…atum, pene ad …nem.

Quæ omnia & alia id genus fuse persequitur Clemens Alexandrinus. Qua de causa Empedocles Homerum & Hesiodum reprehendit, qui speciem hominis diis affinxissent, quæ, ut ipse docet, illis minime congruebat. Pythagoram præterea tradunt, cum ad inferos descendisset, Hesiodi quidem animam æneæ columnæ alligatam stridentem, Homerum vero ex arbore pendentem serpente circundatum vidisse: quod hæc & alia de diis finxissent, ut Suidas refert. Nec Græci, Ægyptii & Romani solum de Deo; sed & Saxones id censuerunt de diis, cum Mercurium ea gens coleret, & alios templis includere deos, & humanæ speciei assimilare pro divinitatis magnitudine, & dignitate, nunquam in animum induxerint: teste Ioanne Bohemo, & Vvitichindo. Idẽ de Persis memoriæ mandavit Herodotus, & Strabo, a quibus divinitatem nulla humana specie repræsentari posse, creditũ semper est.

…an. Bohemus …3. de moti…s Gentium. …vitichindus de …bus gestis Sa…num. Herodo. … 1. Strabo lib. …

Levioris autem ponderis sunt, quam referri debuissent, & confutari, quæ Audius hæreticus attulit teste Epiphanio, ut probaret Deum corporeum esse figura hominis formatum. Ex verbis enim illis, quæ Deus locutus est dicens: faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem (quæ ad intellectus & rectæ voluntatis rationem sunt referenda, ut divus Athanasius docet, Basilius Magnus, Augustinus & alii) & ex his quæ adjecit Moyses. *Et fecit Deus hominem luto accepto de terra*, subintulit, Deum corporeum esse, quod homo ad ejus imaginem & similitudinem formatus corporeus sit. Confirmabat ipse & ejus sectatores errorem ex aliis sacræ scripturæ locis, nimirum. *Oculi domini super pauperem respiciunt, & aures ipsius ad preces illius:* Et *manus domini fecit hæc omnia, vos duræ cervicis:* Et: *cœlum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum,* & quæcumque talia de eo scripta sunt. *Et videbam dominum sabaoth sedentem in throno alto & elato, & erat caput ipsius velut lana alba, & amiculum ipsius sicut nix.* Ex his asserebant esse corpus, id est quod est secundum imaginem Dei. Addebant a prophetis visum esse Deum; quod sine corpore percipi non poterat. Audii sectam secuti sunt multi, a suo principe & auctore Audiani nuncupati, Christianorum nomen spernentes, ut illis objicit divus Epiphanius, & ex eisdem sacræ scripturę locis ejusdem impietatis errori pertinaciter adhęserunt, ut latissime refert divus Augustin. ad Fortunatianum episcopum Siccensem, de videndo Deo, & ad Paulinam. Ad hęc autem & alia, quæ ex sacræ scripturę locis Audiani sive Anthropomorphitæ (iidem enim sunt) repetebant, audiamus Novatianum docta & polita oratione respondentem. *Et licet*, inquit, *scriptura cælestis ad humanam formam faciem divinam sæpe convertat, dum dicit: Oculi domini super*

…Epiph. lib. 3. …vers. hær. 70. …eresi.

…Athan. in ora…one contra ido… D. Basi. in he…emeron homil. … D Aug. lib 1. … Genesi con… …a Manichæos …7.

…Aug. in epist. …ad Fortunatia…m. & altera … ad Paulinã. …rtul. seu No…cianus de tri…tate cap. 6. & …Psal. 33.

A *justos; aut dum: Odoratus est dominus Deus odorem bonæ* Gen. 8.
fragrantiæ: aut dum traduntur Moysi tabulæ scriptæ digito Exod 31.
Dei: aut dum populus filiorum Israël, de terra Ægypti ma- Deut. 31.
nu valida & brachio excelso liberatur: aut dum dicit; os Isai. 6.
enim domini locutum est hæc; aut dum terra scabellum pe- Isai. 66.
dum Dei esse perhibetur: aut dum dicit: inclina aurem 4. Reg. 19.
tuam & audi; sed nos qui dicimus, quia lex spiritalis est, non intra hæc nostri corporis lineamenta modum, aut figuram divinæ majestatis includimus, sed suis illam interminatæ magnitudinis, ut ita dixerim, campis, sine ullo fine
diffundimus. Scriptum est enim: si ascendero in cælum, tu Rom. 7. Psalm. 138.
ibi es: si descendero ad inferos, ades; & si assumpsero alas meas, & abiero trans mare, ibi manus tua apprehendet me, & dextera tua detinebit me. Rationem enim divinæ scripturæ de temperamento dispositionis cognoscimus. Parabolis enim adhuc secundum fidei tempus, de Deo prophetes tunc loquebatur, non quomodo Deus erat, sed quomodo populus
B *capere poterat. Vt igitur hæc sic de Deo dicantur, non Deo, sed* Exod. 26.
populo potius imputetur, sic & tabernaculum erigere populo 3. Reg. 6.
permittitur, nec tamen Deus intra tabernaculũ clausus continetur: sic & templum extruitur, nec tamen Deus intra templi angustias omnino sepitur: non igitur mediocris est Deus, sed populi mediocris est sensus: nec angustus Deus, sed rationis po-
puli angustꝰ est intellectus habitus. Denique in evangelio: Ve- Ioan 4.
niet hora, dominus ajebat; quum neque in monte isto, neque in Hierusalem adorabitis patrẽ, & causas reddidit, dicens: Spiritus est Deus, & eos ergo qui adorant, in spiritu & veritate
adorare oportet. Efficaciæ igitur ibi divinæ per membra mon- Psal. 33. 4. Reg. 19.
strantur, non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cum oculi describuntur, quod omnia videat, exprimitur. Et quando auris, quod omnia audiat, proponitur. Et cum digitus, significantia quadam voluntatis aperitur. Et cum nares precum quasi odorum perceptio ostendi-
tur. Et cum manus, quod creatura sit omnis auctor probatur. Exod 31. Gen. 8.
C *Et quando brachium, quod nulla natura contra robur ipsius* Deut. 5.
repugnare possit, edicitur. Et quando pedes, quod impleat Isai. 66.
omnia, nec sit quidquam ubi non sit Deus, explicatur. Neque enim sunt ei aut membra aut membrorum officia necessaria: ad cujus solum etiam tacitum arbitrium & serviunt, & adsunt omnia. Cur enim requirat oculos, qui lux est? Aut cur
quærat pedes, qui ubique est? Aut cur ingredi velit, cum non Isai. 30.
sit quo extra se progredi possit? Aut cur manus expetat, cujus ad omnia instituenda artifex est; & silens voluntas? Nec auribus eget, qui etiam tacitas novit voluntates. Aut propter quam causam, linguam quærat, cui cogitare jussisse est? Necessaria enim hæc membra hominibus fuerunt, non Deo; quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus implesset: Deo autem necessaria, cujus voluntatem non tantum sine aliqua molitione opera subsequuntur, sed ipsa statim opera cum voluntate procedunt. Ceterum ipse totus oculus, quia totus videt: & totus auris, quia totus audit: & totus manus, quia totus operatur: &
D *totus pes, quia totus ubique est; idem enim, quidquid illud est, totus æqualis est, & totus ubique est: Non enim habet in se diversitatem sui quidquid est simplex. Ea enim demum in diversitatem membrorum recidunt, quæ veniunt ex nativitate in dissolutionem. Sed hæc quæ concreta non sunt, sentire non possunt, quod enim immortale est quidquid est, illud ipsum unum & simplex & semper est, & ideo quia unum est, dissolvi non potest: quoniam quidquid est illud ipsum extra jus dissolutionis positum, legibus est mortis solutum. Sed illud, quod dicit dominus spiritum Deum, puto ego sic locutum Christum de patre, ut adhuc aliquid plus in-*
telligi velit, quam spiritum Deum. Hominibus enim licet Ioan. 4.
in evangelio suo intelligendi incrementa facientibus disputet; sed tamen & ipse sic adhuc de Deo loquitur hominibus, quomodo possunt adhuc audire vel capere; licet ut diximus, in agnitionem Dei religiosa jam facere incrementa nita-
tur. Invenimus enim scriptum esse, quod Deus caritas dictus Ioan. 4.
E *sit: nec ex hoc tamen Dei substantia caritas expressa est, quod* 1. Ioan. 1.
lux dictus est, nec tamen in hoc substantia Dei est, sed totũ hoc Ioan. 4.
de Deo dictum est quantum dici potest, ut merito, & quando spiritus dictus est, non omne id quod est dictus sit, sed ut dum mens hominum intelligendo usque ad ipsum proficit spiritum, conversa jam ipsa in spiritu, aliud quid amplius per spiritum conjicere Deum esse possit. Id enim quod est secundũ id quod est, nec humano sermone edici, nec humanis auri-
bus percipi, nec humanis sensibus colligi potest. Nam si quæ 1. Cor. 2.
præparavit Deus his qui diligunt illum, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis aut mens ipsa percepit, qualis & quantus est ille ipse, qui hæc repromittit, ad quæ intelligenda & mens hominis & natura defecit? Denique si acceperis, spiritum, substantiam Dei, creaturam feceris Deum. Omnis enim spiritus creatura est. Erit ergo jam
factus Deus. Quomodo & si secundum Moysen, ignem ac- Deut. 4.
ceperis Deum, creaturam illum esse dicendo, institutum expresseris, non institutorem docueris; sed hæc figurantur potius,
quam ita sunt. Nam & in veteri testamento, ideo Deus Ioan. 4.

 ignis

Ioan. 4.

ignis dicitur, ut peccatori populo metus incutiatur, dum judex oſtenditur. Et in novo teſtamento ſpiritus eſſe profertur, ut refector & creator in delictis ſuis mortuorum per hanc bonitatem conlata credentibus indulgentia comprobetur. Hæc Tertullianus ſive Novatianus, quibus ſimilia adfert Clemens Alexandrinus, quæ ne longior excurrat oratio, libentius faciemus miſſa; tum & illa, quæ D. Auguſtinus & ex ſe, & ex aliis patribus congerit, illis duabus epiſtolis ad Fortunatianum epiſcopum Siccenſem & ad Paulinam in quarum poſtrema copioſe explicat, quomodo viderint Deum Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, Micheas, Eſaias & ſi qui ſunt alii, qui Deum in ſcriptura vidiſſe dicantur: eos enim dicit Deum vidiſſe, non ſicut iſta natura videtur, ſed voluntate viſus eſt ſpecie, qua voluit apparens, latente natura atque in ſe incommutabiliter permanente. Eadem fere Iſidorus.

Clemens Alex. lib. 7 ſtromat. paulo poſt principium.
D. Aug. epiſt 111. & 112.
D. Iſidorus, lib. 1. de ſummo bono. c. 5. 6. & 7.

Divinarum igitur perſonarum ſive deitatis imagines pingere non licebit, licebit tamen quas Deus ipſe Pater, vel Filius, vel Spiritus ſanctus ſuſcipere aliquando dignatus eſt. Quidquid repugnent impie hujus ſæculi hæretici. Nam ſi verbis eam quam dominus formam induit, narrare poſſumus; cur non & imaginibus aut figuris, quas ipſe voluit ſuſcipere, cum ſacrarum rerum imagines non minus Dei verba ſint, quam voces, quibus illæ explicantur, aut ipſæ quibus conſcriptæ ſunt, literarum notæ, ut docuerunt Auguſtinus, & Theodoſius religioſiſſimus Amorii epiſcopus in ſynodo Nicæna II. imagines vocans compendioſam ſcripturarum narrationem & eruditionem populi, maxime ſimplicioris. D. Gregorius ad Serenum Maſſilienſium epiſcopum. *Quod legentibus ſcriptura*, ait, *hoc idiotis pictura præſtat cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt: unde & præcipue Gentibus pro lectione pictura eſt.* Alias autem ut (dixi) divinarum perſonarum imagines, nulla eccleſiæ traditione vel decreto receptas, publice privatimque proponi ſummopere cavendum eſt. In quo tamen eccleſiæ paſtoribus ea cura demandanda foret, ut diligentiſſime inquirant, ne pictores, qua ſolent licentia ſua, ad res indignas figurandas abuſi, animos rudium a debito cultu & veneratione eorum quæ repræſentantur, ad errores & ſuperſtitiones traducant.

D. Aug lib. 2. de doctrina Chriſtiana. Theod. in Nicæna ſynodo 2. actione 1.
D. Greg. lib. 9. epiſtol. 9. ad Maſſilienſem epiſcopum.

De picturis autem harum imaginum in parietibus expreſſis, ideo hic mentio injecta eſt, quod olim primi Chriſtiani, cum ad evitandum Gentium errorem, quo deos ſuos, ſive idola ſimulacris & ſtatuis repræſentare ſolebant; tum etiam ne oſtiariorum negligentia a Gentilibus ſimulacra extraherentur, vel infringerentur, picturis ipſi frequentius, quam ſtatuis uti ſolebant; cum Chriſti humanitatem, cum Dei patris, vel Spiritus ſancti in hiſtoriis antiquis aſſumptas formas, cum ſanctorum martyrum & confeſſorum actos de tyrannorum immanitate triumphos vellent deſcribere; & cum pictarum imaginum uſus eſſet frequentior (quod hodie Græcorum moribus receptum eſt) ideo de picturis ſolum, non de ſtatuis meminerunt.

Sed ſi decreti verbis, *Ne in parietibus depingatur.* Hæretici vel catholici nos acrius urgeant, volentes, non generaliter Dei, ſive deitatis picturas; ſed ſpecialiter, ne in parietibus ullæ imagines effingerentur, hoc decreto prohiberi, non repugnabo; dum illud mecum conſentientes agnoſcant, imagines ejus, qui coli & adorari debet, ſolum interdictas; quod canon ipſe conſequentibus verbis rationem decreti reddens, aperuit: *Ne*, inquit, *quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur*; id eſt, ne vel Patris, vel Verbi, vel Spiritus ſancti forma ab ipſis aliquando ſuſcepta ad eum repræſentandum hominibus, in parietibus depingatur. Cujus conſtitutionis non una ratio eſſe potuit. In primis enim, quia cum omnes eccleſiæ naſcentis imagines picturis, non ſtatuis frequentius efformarentur, ad conſervandam divini numinis majeſtatem, illud Hiſpani epiſcopi ſatis pie excogitaſſe videntur, ne in parietibus eccleſiæ Chriſti imagines vel divinarum perſonarum pingerentur; ut intelligerent Chriſtiani omnes, tam docti, quam ſimpliciores, & honoratiori loco, & auguſtiori veneratione divinas perſonas; quam humanas ſanctorum diſcerni diſtinguique oportere. Et hinc fit probabile, antiquitatem & originem eorum altarium (quæ Hiſpani Retablos vocant) Hiſpaniæ deberi, cum tabulis potius, quam parietibus epiſcopi noſtri ſacras imagines religionis ergo, pingi voluiſſe, hoc ipſo decreto videantur.

Fuit & alia (quæ Gentes reſpicit) idonea ſatis, & conſentanea ratio: ut vel Chriſti humanitatem, vel Patris & Spiritus ſancti aſſumptam formam in parietibus depingi eo tempore Hiſpani epiſcopi interdixerint: qui tunc nefas putarent, abſtruſiora trinitatis myſteria publicari, ut nunc fit paſſim, in his præſertim provinciis, in quibus A veterum illa religio in premendis myſteriis irreverenter ſublata eſt. Sed ſapienter & religioſe voluerunt, eas in altaribus ex tabulis compactis depingi, ut commode velis obductis, ut hodie, tegi poſſent, & ad cultum ſtatis temporibus a Chriſtianis exhibendum reverenter detegi. Summa enim cura cavebant epiſcopi, ne religionis noſtræ myſteria ludibrio cum auctore haberentur, & irriderentur a Gentibus. Sciebant quippe hujus concilii tempore, quo major populi pars erat ethnicorum, nomen Chriſti averſis auribus Gentes excipere; quinimo memoriam ejus, moleſto & iniquo ferre animo, nefandoque & ſacrilego errore, aut extrema potius dementia irridere & damnare Chriſtianos, quod audirent illos hominem quemdam (ut aiebant) pœnæ cauſa affixum cruci colere & adorare, ut Arnobius & Minutius Felix pluribus teſtantur.

Arnobius lib. 1. adverſus Gentes. Minutius Felix in Octavio.

Ne igitur huic periculo gravi & pernicioſo exponerentur Chriſti imagines parietibus eccleſiæ depictæ, ideo ab Hiſpanis patribus hoc canone interdictæ ſunt. B Nec abſtruſiora ſolum humanitatis Chriſti, & divinitatis myſteria publicæ in eccleſiæ parietibus pingi, diſplicuit olim epiſcopis; verum nec alia Chriſtianæ doctrinæ arcana literis conſignari, vel palam publiceque doceri, fas eſſe cenſebant: ne inſanis ethnicorum ludibriis & riſu illa (ut dixi) exciperentur. Sozomenus cum concilii Nicæni hiſtoriam texeret, & formulam fidei inibi expreſſam continuo addere eſſet neceſſe, illam ſe prætermittere, tam propria, quam communi amicorum pietate & hortatu, his verbis narrat. *Ceterum*, ait, *quamquam neceſſum putavi, quo ſymbolum fidei tum approbata de cetero poſteritati cum ratum maneret; tum explorate cognitum eſſet, ipſam illius formulam ad veritatem planius declarandam hoc loco citare: tamen cum pii viri, iique amici, & rerum ejus generis periti me docerent, res ejuſmodi a ſacerdotibus ſolum & epiſcopis debere, tum dici, tum audiri; eorum ſane approbavi conſilium. Nam veriſimile eſt nonnullos, qui non ſunt initiati myſteriis, hunc librum perlecturos.* B. Dionyſius Areopa- C gita. *Et mihi*, ait, *nemo profanus obſtrepat, nullus qui rudimentis cœleſtibus careat, pergat ad videndum. Nam nec infirmis pupillis, adverſam ſolaribus radiis aciem intendere tutum eſt; ita ne nobis quidem ea, quæ ſupra nos ſunt, tentare velle, innocuum fuerit: ſiquidem vere legalis ſanctaque inſtitutio, Oziam quidem, qui ſibi ſacerdotale munus aſſumeret, Core autem quod celſiora ſe ſe ſacroſancta munera uſurpare præſumeret, Nadab vero & Abiud, quod ſuo munere indigne abuterentur, abjecit, repulit, perdidit.* Præter Gentiles, eis quoque myſteria recondita eſſe volebant, qui baptiſmo recipiendo nomen recens dediſſent. D. Iſidorus eſt auctor catechumenis ſymbolum fidei tradi non ſolitum, niſi in ipſo fere baptiſterii limine conſiſtentibus, eo nimirum tempore quo dicebantur competentes, & tunc ait. *Quaſi communicatorium fidei & ſanctæ confeſſionis indicium, quod inſtructi agnoſcant, quales jam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant.* D. Ambroſius ad Marcellinam ſororem referens quid in cauſa de baſilicis tradendis actum eſſet. *Sequenti die*, ait, *erat autem* D *dominica, poſt lectiones atque tractatum dimiſſis catechumenis, ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſteriis tradebam: baſilicæ, &c.* Quare ſui temporis hæreticis Tertullianus velut pudendum objicit, quod ethnicis & catechumenis catholicæ religionis myſteria quemadmodum & fidelibus communia facerent. *Non omittam*, inquit, *ipſius etiam converſationis hæreticæ deſcriptionem, quam futilis, quam terrena, quam humana ſit, ſine gravitate, ſine auctoritate, ſine diſciplina, ut fidei ſuæ congruens. In primis quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt. Pariter audiunt, pariter orant, etiam ethnici ſi ſupervenerint; ſanctum canibus & porcis margaritas, licet non veras jactabunt, ſimplicitatem volunt eſſe proſtrationem diſciplinæ, cujus penes nos curam lenocinium vocant.* Voluerunt ſemper primi Chriſtiani, catechumenos a penitiori rerum ſacrarum intelligentia ſtudioſe arceri; cum enim recipiebantur ad catecheſim, quædam dumtaxat ſacramentorum ſumma velut per tranſennam illis ſuppeditabatur, exa- E ctiori tractatione provectioribus initiatis reſervata; quod D. Cyrillus Hieroſolymorum epiſcopus ſæpiſſime docet. Initio enim operis adjurat ſanctiſſime ne quis infidelibus & catechumenis ſuas tradat catecheſes. Quod de his catechumenis vellem intelligi, qui primoribus tantum labris rudimenta Chriſtianæ diſciplinæ guſtarant; non autem de adultis jam ætate multa in Chriſto & ejus doctrina progreſſis. Hos tamen poſtea (competentes intelligo) docet, ne audita proferant in vulgus. *Fueras*, inquit, *tu aliquando catechumenus, nec tamen propoſita tibi myſteria enarrabantur.* Poſtea vero baptizatum alloquens. *Conſidera, ait, quantam Deus dederit tibi dignitatem; catechumenus vocabaris, foris ſubſiſtens; audiebas*

Sozomen. lib. 1. hiſtor. eccleſ. cap. 19.
D. Dionyſi. Areopagit. de eccleſiaſt. ca hierar. p. 1. cap. 12.
D. Iſidor. lib. 2. de officiis eccleſiaſt. cap. 21.
D. Amb. epiſt. 33.
Tertull. lib. de præſcript. adverſus hæret. c. 41.

bas ſpem, & neſciebas; audiebas myſteria, & non intelligebas, audiebas ſcripturas, & ignorabas. D. Chryſoſtomus. *Dum enim diaconus dicit*, ait, *pro catechumenis inſtanter oremus, nihil aliud, quam univerſum fidelium populum hortatur, ut pro illis oret, licet tunc adhuc alieni ſint catechumeni; nondum enim pertinent ad corpus Chriſti, nondum myſteriorum participes facti ſunt, ſed adhuc a ſpirituali grege diviſi ſunt; qui ſi pro nobis obſecrandum eſt, longe magis faciendum eſt pro membris noſtris. Ob hoc autem*, ait, *inſtanter oremus, ne velut alienos averſeris; ne velut peregrinos pro ignotis habeas: non enim habent precationem legitimam, atque a Chriſto inductam; nondum orandi fiduciam ſortiti ſunt; ſed egent interventu aliorum qui ſacris initiati ſunt; adhuc ſtant extra atria regalia; procul a ſacris cancellis.* Et paulo poſt ſubjungit: *Poſt hæc prait deprecationis modum, quis autem eſt ille, ut Deus aperiat aures cordium illorum? adhuc enim obturata ſunt & occluſa. Ceterum aures non has dicit externas, ſed animi, ut audire poſſint, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt; nondum audierunt myſteria quæ fas non eſt offerre ſed utcumque procul & eminus ſtanti; jam vero ut audiunt, non percipiunt tamen quæ dicuntur; quod ea multam deſiderant intelligentiam, nec ſatis eſt ut audiantur. at iſti nondum intus habent aures, eoque Deus dat mihi linguam eruditam; ut ſciam quando oporteat proferre ſermonem, quoniam ipſe mihi aperit os, dedit mihi manus, addidit mihi aurem audientem: quemadmodum etiam prophetæ ſecus audiunt, quam vulgus & fideles aliter audiunt, quam catechumeni, &c.* Eadem ratione eos ab eccleſia, abſoluta lectione ſacra, per diaconum dimiſſos, veteres tradiderunt: nec ſacramento euchariſtiæ conficiendo, aut jam confecto inſpiciendo intereſſe poterant, ut teſtantur D. Baſilius, Auguſtinus, & Iſidorus & ante hos Dionyſius Areopagita. *Porro catechumenos & energumenos, & eos qui in pœnitentia ſunt: ſacroſancta ſacerdotalis inſtitutio pſalmodiam quidem piam & divinam ſanctarum ſcripturarum lectionem audire permittit: ad ea vero quæ deinceps in hoſtiæ ſalutaris oblatione geruntur contuenda; non hos plane, ſed perfectos & tantæ rei dignorum admittit obtutus. Eſt enim divinus ſacer ordo, ſanctæ juſtitiæ plenus: & unicuique pro meritis digna ſalubriter dividit, congruam ſingulis divinarum rerum participationem, juxta illorum modum & rationem ſuo tempore ſacratius largiens. Extremus igitur catechumenis ordo tribuitur. Sunt enim nullius perficientis myſterii participes aut eruditi: carentque divinæ formationis pia ſubſtantia, patrumque adhuc ſolis foventur eloquiis: formiſque vivificis ad divinam illam vitæ ac lucis auctorem & beatam, quæ ex divina regeneratione provenit, effinguntur vitam. Quemadmodum igitur carnales infantes prius quam perficiantur, atque formentur, ſi cura ſua deſtituantur, & abque obſtetricum manibus excidant, ut abortivi & emortui caſum illum ingenitum, & vita luceque carentem in terra habituri ſunt. Neque profecto quiſpiam recte ſentiens dixerit, ad id quod videtur intendens, in lucem illos e tenebris ventris emergere. Objiciet enim perita corporum ſervatrix medicina; lucem in iis ſolum operari, quæ lucis capacia ſint, ita & ſanctarum rerum ſapientiſſima diſciplina rudes primo atque informes animos in cunabulis fidei & tenero alimento ſermonum Dei, quibus & illuminandi & vivificandi vis adeſt, curat, fovet, ac nutrit. Ubi vero illorum ſubſtantiam ad id perfectionis adduxerit, ut ad divinam regenerationem idonei ſint: tum demum ſuo ordine ſalubriter illis conſortium ad ea quæ ſunt lucis ac perfectionis indulget.* Nec ſacramento ſolum euchariſtiæ conficiendo intereſſe non poterant, ſed nec orare ſimul cum fidelibus licebat. Concil. Laodicenum. *Quoniam catechumeno orationem ſeparatim & prius proſtratis eis, epiſcopum oportet celebrare, quibus egreſſis, orent etiam hi, qui in pœnitentia ſunt conſtituti, & poſt manus impoſitionem his quoque abſcedentibus, tunc fideles orare debebunt.* D. etiam Chryſoſtomus. *Quid hac igitur*, ait, *ſit oratione potentius, quæ columnam & eccleſiæ turrim adjuvit? Et catechumenis quidem permiſſum hoc nondum eſt, quoniam nondum ad hanc pervenere fiduciam, vobis autem, &c.* Manus impoſitionem ſuper ordinandos fieri illis adſtantibus concilium Laodicenum vetuit; evangelium illis legi in eccleſia; benedictionem cum fidelibus ſimul ſuſcipere noluit, ſed ſeparatim, concilium Arauſicanum. Iuſtis defunctorum exequiis, orationibus & ſepulturæ non intereſſe, Dionyſius Areopagita. Quinimo tanta erat in cœlandis ſacramentis religio, ut in concionibus publicis a quibus catechumeni & Gentiles non arcebantur, nunquam propriis nominibus ſacramenta coram ipſis exprimerentur; ſed eam formulam uſurpabant qui concionabantur, (per hoc aut illud ſacramentum quod norunt fideles) quaſi illis tantum divinitatis & religionis arcana pandenda forent; ethnicis autem & catechumenis occultanda & reticenda: qua forſan ratione hujus concilii patres ab exprimenda imagine Chriſti in hoc canone abſtinuiſſe, inſinuaſſe tamen Chriſtianis latente illorum verborum ſenſu. *Ne quod colitur & adoratur in parietibus depingatur*, veroſimile eſt, ut ſi decreta forſan in ethnicorum manus incidiſſent; quid ob eorumdem errores & ignorantiam de Chriſto, religionis auctore, & ejus imaginibus in parietibus olim depictis, & denuo prohibitis, Chriſtiani & religioſi epiſcopi conſtituiſſent, compertum non haberent. Nec a ſacramentis ſolum, & imaginibus Chriſti ſacris inſpiciendis rejectos ethnicos & catechumenos olim accepimus; ſed & ab aſpectu etiam illius ſpiritualis lavacri, quod votis omnibus exoptare debebant, concilii Arauſicani decreto accepimus, ne forſan cæleſtis luminis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ cognitione deſtituti, Naamani vecordiam imitarentur, & conſueta Gentium balnea eſſe cogitantes, talem illic corporis ablutionem parari ſibi & aliis impiiſſime perſuaderent; quod ſane cum hac parietum pictura concilio noſtro prohibita decreti ſimilitudine conſonare videtur; eas enim in parietibus eccleſiæ pingi noluerunt, ne ethnici vel catechumeni ſimpliciores, vel qui ad intima Chriſtianæ religionis non adhuc penetrarant (omnes enim tam infideles, quam catechumenos eccleſiam ingredi potuiſſe uſque ad miſſam catechumenorum, concilium Carthaginenſe docet) hominem mortuum & cruci affixum, a Dei inviſibilis, & impaſſibilis natura longe alieniſſimum eſſe crederent, auctoremque Chriſtianæ religionis ſpernentes, ipſam etiam religionem contemnerent, quod Arnobii & Minutii teſtimonio diximus ſuperius: non tamen negat concilium imagines Chriſti depingi in altari poſſe, ut ſuo tempore & loco debita adoratione a Chriſtianis colerentur, ut & antea, & poſtea uſurpaſſe Chriſtianos veteres, recentiores pii & eruditi viri copioſe annotarunt. Hanc autem piam & Chriſtianam religionis traditionem pingendi imagines in altari, ab ipſo apoſtolorum tempore deductam decreto confirmare omiſerunt, pari qua diximus ratione, ne videlicet ethnicis & catechumenis exploratum foret, quid a Chriſtianis quoquo loco & tempore fieret, & celebraretur: neve catechumeni Iudaicæ proditionis crimen incurrentes, myſteria fidei, & religionis arcana, maximo fidelium diſpendio & religionis jactura ethnicis aliis profaniſſime evulgarent. Neque ab imagine Chriſti inſpicienda catechumenos olim prohibitos mirabitur, qui legerit, antiquorum conciliorum Arauſicani & Moguntini decretis cautum fuiſſe, catechumenos ab initiatorum baptiſmo inſpiciendo, a communi convictu, ab oſculo & aliis ejus generis civilis ſalutationis officiis non ſecus repulſos fuiſſe, ac ſi adhuc eſſent Gentiles. Nec ethnicis ſolum & catechumenis, ſed Chriſtianis jam perfectis, myſteria diſciplinæ eccleſiaſticæ occultabant veteres, ni epiſcopi eſſent, vel ſacerdotes judicio & auctoritate graves; ut B. Dionyſius Areopagita docuit. *Sed obſerva diligentius: ne ſancta ſanctorum efferas, neu prophanis luminibus violanda permittas, verum revereberis magis: occultique Dei myſteria ſpiritualibus inviſibilibuſq; notionibus honorabis, atque intemerata ſervabis: nequaquã ea paſſim rudibus tradens, ſed ſanctis, ſolis ſanctarum rerum intelligentias ſacratius pandens. Sic enim, ut theologia nobis ſuis ſtudioſis cultoribus tradidit, ipſe quoque IESUS, divina profecto atque omni ſubſtantia ſuperior mens, & hierarchiæ omnis, & expiationis, ac divinæ actionis initium & ſubſtantia, auguſtiſſimaque virtus, beatiſſimis illis ſpiritibus & nobis naturali dignitate longe præſtantibus, manifeſtius ſimul atque ſpiritualius lucet, eoſque pro viribus ad lucis ſuæ ſimilitudinem transfert. Noſtros item vanos & inconſtantes motus honeſtarum amore rerum in eum intento, noſque intendente, conſtringit & complicat, & in unam ac divinam perficit vitam.* Conſtat ergo (ut opinor) Hiſpanos epiſcopos, non ſimplici tantum, ſed gemina pietatis laude decorandos; altera quod imagines ſacras ab initio eccleſiæ venerationis ergo, in parietibus etiam eccleſiæ depinxerint: altera quod pari poſtea animi probitate, ſimul cultu, & eadem religione, ut his quæ diximus & periculis & erroribus occurrerent, eaſdem pingendas recentiori conſtitutione interdixerint: quod ad inſignem Hiſpaniæ commendationem pertinere vel hæreticos ipſos fateri neceſſe eſt.

Hodie vero propagata jam religione; & conſuetudine & conſtitutione eccleſiæ receptum eſt, imagines Chriſti & ſanctorum in parietibus depingi poſſe. Concilium enim Nicænum II. ſic decernit. *His ſic ſe habentibus regiam viam incedentes & ſanctorum noſtrorum & divinorum patrum doctrina inſiſtentes, & catholicæ eccleſiæ, in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſervantes, definimus, cum omni diligentia & cura, venerandas & ſanctas*

D. Chryſoſtom. homil. 2 in epiſt. poſterior. ad Corinth 1.

D. Baſilius de Spiritu ſancto c. 27. D. Aug tractatu 11. & 16. in Ioan. D. Iſidor. lib. 6. etymolog c. 17. Areopagita de eccleſiaſt hierar. p. . c. 3.

Conc. Laodicenum can. 19.

D. Chryſoſtomus homilia 79. de orat. one. Conc. Laod. can. Conc. Arauſi. 1 can. 13. & B. Dionyſ. Areop. de eccleſiaſt. hierar. p 2. 7.

Conc. Arauſican can. 4.

Conc. Carthag. 4. can. 84.

Ex conc. Arauſi. can. 17. refert Burc. lib. 4. decret. c. 18. Et ex conc. Moguntin can. 5. eodem lib. 4. c. 95.

B. Dion de eccleſiaſt. hierar. in principio.

Conc. Nicænum II. actione 7.

ſanctas imagines, ad modum & formam veneranda & vivificantis crucis, & coloribus & teſſellis, aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſque tum in ſacris vaſis & veſtibus; tum in parietibus & tabulis; in ædibus privatis, in viis publicis, maxime autem imaginem domini & Dei ſervatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemerata domina noſtra deipara, venerandorum angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum, &c. Quod & Taraſius etiam ad Conſtantinum & Irenen dilucide expreſſit dum ſcripſit. *Quamobrem modis omnibus recipienda ſunt veneranda imagines domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus ſcilicet perfectus homo fuit, & hæ quoque omnes, quæ hiſtorica & ſacra evangeliorum narratione depinguntur, nempe intemerata domina noſtra deipara, ſanctorum quoque angelorum, nam hominibus ipſi quoque in forma hominis viſi ſunt: item ſanctorum omnium quorum prælia & certamina tabulis & parietibus, ſacris item veſtibus & vaſis inſculpta amari debent, quemadmodum catholica eccleſia multis retro ſæculis in hiſce eſt inſtructa.*

Exſtat in eadem actione VII. concilii Nicæni II.

D. autem Ivo, imaginum picturas in eccleſiis, canone hoc non fuiſſe interdictas cenſuit, ſed pictorum parietum ſive materiæ ipſarum imaginum cultum & adorationem. Illiberritanos enim patres ad prototypa reſpiciendum in cultu imaginum, decreviſſe, non ad materiam ipſarum imaginum interpretatur, his verbis. *Picturas in eccleſia non eſſe adorandas, ſed quod adorandum eſt mentibus fidelium, per eas ad memoriam revocandum ex concilio Eliberitano cap XXXVI.* Id ipſum docuit Serenum Maſſilienſium epiſcopum D. Gregorius. *Atque eis dicendum*, ait, *ſi hanc inſtructionem, ad quam imagines antiquitus facta ſunt, habere vultis in eccleſia, eas modis omnibus & fieri, haberique permitto. Atque indica, quod non tibi ipſa viſio hiſtoria, qua pictura teſte pandebatur, diſplicuerit, ſed illa adoratio quæ picturis fuerat incompetenter exhibita: atque in his verbis eorum mentes demulcens, eos ad concordiam tuam revoca. Et ſi quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines, omnibus modis devita.*

D. Imp p.3. decret.c. 40.

Canone 60.

D. Gregorius lib. 9. indict. 4. epiſt. 9.

Laudo etiam aliorum doctrinam & pietatem, qua canoni huic plurimum lucis attulerunt. Sanctorum enim & martyrum picturas (aiunt) hoc canone ſolum prohiberi, ne parietum decruſtatione, debita ſanctorum imaginibus reverentia detraheretur. Alii vero ut imminente perſecutione Chriſtiani illas ſecum deferre poſſent, ne ludibrio ethnicorum & Iudæorum expoſitę relinquerentur; portatiles voluiſſe epiſcopos Hiſpaniæ, non parietibus pictas contendunt; quibus ſane præclaram (quam merentur) pietatis laudem impertior lubentiſſime.

Cum tot igitur catholicis & commodiſſimis interpretationibus hujus canonis verba locum relinquant commodiſſimum, cur erronea potius & acerba, a qua longiſſime abfuerunt, quam ſana ſententia & benigna, ad quam ſine dubio reſpexerunt epiſcopi noſtri; Calvinus, Hiemayrus & reliqui hæretici non leniunt illa, ſed exaſperant? cur ſanctam epiſcoporum doctrinam non illorum propria religione, ſed veſana ipſorum impietate metiri volunt? cur antiquum Chriſti cultum cum ipſo Chriſto in Hiſpania feliciter naſcentem, hoc canone ſanctiſſimo felicius excultum, impie contendunt antiquari? cur altas fidei radices adeo temere convelli? cur divinum religionis noſtræ ſemen vitiari, corrumpi? cur martyrum & confeſſorum egregia facta, dicta, edicta, & placita perverti? cur Hiſpaniarum ſplendorem tam impudenti mendacio inquinari? O ſi felix ille martyr Valerius, cæleſti ſede ad tempus relicta, redivivus iterum vitales auras carperet, Calvinum & reliquos hæreticos tanquam falſarios, falſæ doctrinæ impoſtores his Tertulliani verbis, cauſæ huic ſatis judicio noſtro conſentaneis alloqueretur (omitto lubentiſſime catholicos, ſi negligentiæ culpa non omnino vacuos, impietatis tamen crimine omnino liberos.) Qui eſtis hæretici? quando, & unde veniſtis? quid in meo agitis non mei? quo denique Calvine jure ſylvam meam cædis? qua licentia Balthaſar Hiemayre fontes meos tranſvertis? qua poteſtate limites meos commoves? mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas, ab ipſis auctoribus, quorum fuit; ego ſum heres Iacobi, Flavius Cecilii, Melanthius Eugenii & Dionyſii Areopagitæ, Felix Torquati, Quintianus Mantii Chriſti diſcipuli: ſicut caverunt Chriſtus & apoſtoli teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt, ita teneo, ita tenemus; vos certe exheredaverunt ſemper & abdicaverunt ut extraneos & inimicos. Vnde autem extranei & inimici apoſtolis hæretici, niſi ex diverſitate doctrinæ, quam unuſquiſque de ſuo arbitrio adverſus apoſtolos aut protulit aut recepit? Illic igitur & ſcripturæ & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, ubi diverſitas invenitur doctrinæ. Si dominus Ieſus Chriſtus apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe reſpiciendos prædicatores, quam quos Chriſtus inſtituit, quia nec alius Patrem novit niſi Filius, & cui Filius revelavit, nec aliis videtur revelaſſe Filius, quam apoſtolis, quos miſit ad prædicandum, utique quod illis Chriſtus revelavit, & hic præſcribam, non aliter probari debere, niſi per eaſdem eccleſias, quas ipſi apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tam viva (quod aiunt) voce, quam per epiſtolas poſtea: ſi hæc ita ſint, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis eccleſiis apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritate deputandam; id ſine dubio tenentem, quod eccleſiæ ab apoſtolis, apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit, reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contra veritatem eccleſiarum, & apoſtolorum & Chriſti, & Dei. Quod ſi doctrinæ, aut verborum potius ambiguitate premantur hæretici, hanc regulam obſervandam tradit idem Tertullianus. *Vbi enim apparuerit*, inquit, *eſſe veritatem diſciplina & fidei Chriſtiana, illic erit veritas, non ſolum ſcripturarum, ſed & expoſitionum, & omnium traditionum Chriſtianarum, quia ſicut apoſtoli non diverſa inter ſe docuiſſent, ita & apoſtolici non contraria edidiſſent apoſtolis, ipſi autem nec apoſtolis, nec Chriſto, nec Deo conſonam, vel doctrinam, vel interpretationem ediderunt; quia nec apoſtolorum conſilium, nec Chriſti doctrinam, nec Dei judicium reverentur, ubi autem Deus non timetur, niſi ubi non eſt? ubi Deus non eſt, nec veritas ulla eſt; ubi veritas nulla eſt, merito & talis diſciplina eſt. at ubi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientia, ubi metus in Deum, ibi gravitas honeſta, & diligentia attonita, & cura ſolicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & ſubjectio religioſa, & apparitio devota, & proceſſio modeſta, & eccleſia unita, & Dei omnia.* Sed omittamus hos teſtes & juſtitiæ cultu, & vitæ integritate, & veritate doctrinæ, & fidei religione ut ſanctiores, ſic abſque dubio meliores: nec ſtrictis ſanctorum patrum regulis, ſed vel paganorum teſtimoniis rem adhuc ipſam attentius expendamus. Nonne Vlpianus docet vel in ethnicorum contractibus & ſtipulationibus, quoties ambigua ſit oratio, id eſt quoties idem ſermo duas exprimat ſententias, commodiſſimum eſſe id accipi, quo res de qua agitur, in tuto ſit? nonne generalius ſcripſit Paulus in dubiis, id ſemper agendum eſſe, ut res bona fide contracta, quam tutiſſimo loco conſtituatur? nonne Vlpianus commodiſſimum eſſe id accipi, quo res de qua agitur magis valeat quam pereat? nonne voluit Metianus in ambiguis orationibus id ſpectari debere quod ſenſerit is, qui orationem protulit? Nonne ſcripſit Paulus in obſcuris illud inſpici debere, quod veriſimilius eſt? *Quæ lex*, ait recte Cicero, *quod ſenatus conſultum, quod magiſtratuum edictum, quod fœdus aut pactio, quod, ut ad privatas res redeam, teſtamentum, quæ judicia, aut ſtipulationes, aut pacti & conventi formula non infirmari aut convelli poteſt, ſi ad verba rem deflectere velimus, conſilium autem eorum qui ſcripſerunt, & rationem & auctoritatem relinquamus? ſermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur.* Recte etiam Seneca monet, ſemper, cum quid dubium eſt, humanitatem in melius inclinandam: ne fraudem innocentiæ dolus faciat; hæreſis religioni; veritati mendacium: quo impudentiſſime ſanctiora hujus concilii decreta hæretici hoc tempore ſingulari impietate debilitare, contaminare & corrumpere conantur. Sed veriſſimum tandem illud eſſe comperio, quod Tertullianus ſcripſit, hoc inter ethnicos & hæreticos intereſſe, quod ethnici non credendo credunt; hæretici vero credendo non credunt: quinimo audiendo non audiunt, intelligendo non intelligunt, dum ſanctam & catholicam epiſcoporum Hiſpaniæ doctrinam, & conciliorum decretis & antiquis patrum inſtitutis, & ſummorum pontificum ſanctionibus conſentaneam pro erronea & impia interpretantur.

Tertull. de præſcriptio adverſus hæreticos c 37.

Tertull. de præſcriptio. c. 20.

Idem in eodem c 32.

Vlpianus l. quoties in ſtipulationibus. de rebus dubiis.

Paulus l. ubi eſt verborum, de rebus dubiis.

Vlpianus l. quoties de rebus dubiis.

Metianus l. in ambiguis 96. de reg. jur.

Paul. l. in obſcuris 114. de reg. jur.

Cicero pro Cecina.

Senec. l. epiſt. 11.

Tertul. lib. de carne Chriſti c. 15.

Nec minus ſtulta eſt, procax, & impia aliorum quorumdam hæreticorum petulantia, qui omnem huic ſacro concilio, alio concilio ſacro auctoritatem contendunt ſublatam: ridiculoſo ſane & impudenti quodam mendacio, indignoque ut in eo detegendo vel leviſſima a nobis opera ponatur: ponenda tamen eſt, ne aut illi ſibi videantur dum profana verba depromunt, magnum aliquid dicere, aut ſi talibus nos continuerimus a litibus, obtinuiſſe ſe cauſam putent, victam ſui vitio, non aſſertorum ſilentio deſtitutam, quod de Gentibus olim dixit Arnobius. Aiunt enim, vel effutiunt potius impudenter; concilium hoc Hiſpanicum paulo ante Francofordienſe peractum, & in eo (ob ſublatum ſcilicet ſacrarum imaginum cultum) hoc noſtrum fuiſſe damnatum; ut ex illis refert Arnaldus Pontacus epiſcopus Vaſatenſis. Sed

Arnobius lib. 1. adverſus Gentes.

tantum

naldus Pon. in iconographia. tantum eximiis his ecclesiæ doctoribus in aperienda hujus concilii & Francfordiensis doctrina fidei nunc tribuendum, quantum maximis iisdem (ut se jactant) ecclesiæ antiquariis in exploranda concilii antiquitate indulgendum antea probavimus. In primis enim in concilio Francfordiensi nihil actum reperio de sacrarum cultu imaginum; nec in epistola Adriani papæ ad episcopos Hispaniæ, nec in libro sacrosyllabo Paulini Aquilejensis, ejusdem concilii auctoritate edito probatoque, nec in actis tandem reliquis ejusdem concilii Francfordiensis; in his enim de errore solum Elipandi archiepiscopi Toletani, & Felicis Vrgellitani de adoptione Christi, & servitute decretum est; quod ea solum causa esset tunc in Hispania inter episcopos controversa. Sed permittamus interim in Francfordiensi actum de imaginum cultu: quibus argumentis aut conjecturis (rogo ab eisdem hisce antiquariis) probare poterunt, hujus concilii decretum sacris imaginibus derogasse, & in illo, hujus auctoritatem fuisse abrogatam? Si Theophilus & Stephanus episcopi, Adriani PP. legati in Francfordiensi præfuerunt, & auctoritate Adriani, Illiberritanum (ut ipsi aiunt) improbarunt: cur Adrianus ipse mox oblata propria causa canones Illiberritani non laudavit modo, sed his ipsis ut sanctissimis rem gravissimam firmari & stabiliri voluit, in eo opere quod ex diversis Græcæ & Latinæ ecclesiæ conciliis collegit, & Ingilramno Mediomatricis urbis episcopo tradidit? At dicent, Felicem Vrgellitanum episcopum in concilio Francfordiensi damnatum, quem sacris imaginibus bellum grave intendisse ferunt Platina, Sabellicus & concilium Senonense. Damnatum Felicem Vrgellitanum assentior, sed ob bellum indictum sacris imaginibus dissentior omnino, quod nec in epistola Adriani, nec in libro sacrosyllabo, nec in actis ejusdem concilii mentio exstet, de eo errore Felicis; quinimo in libro sacrosyllabo a concilio approbato dicitur, quod si ab eo errore adoptionis & servitutis Christi resipiscerent Elipandus & Felix, admitterentur ad ecclesiæ communionem: quod utique concilium non permisisset, si alio gravi iconomachiæ errore essent infecti. *Elipandum namque*, ait, *& Felicem novos hostes ecclesiæ, sed veternosa fece perfidiæ pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant, & per recta fidei satisfactionem, lamentis se abluant pœnitentiæ, indignos & ingratos eos a consortio catholicorum perpetua animadversione eliminare decernimus: & a gremio orthodoxæ ecclesiæ censemus alienos. Optamus tamen, & omni adnisu mentis immensæ pietatis boni pastoris (qui animam suam posuit pro ovibus suis, & neminem vult perire) clementiam imprecamur, ut perfidiæ relicto errore, ad viam veritatis, quæ Christus est, & ipso redeant, perducente: quatenus in sinu matris ecclesiæ dilectionis suscepti amplexu, tranquillæ suaviter fidei pace quiescentes largissima sugant ubera bonitatis Dei, ac per hoc perpetuæ felicitatis gaudia, gratia Dei (qui pro omnibus mortem gustavit) largiente, sine fine valeant adipisci.* Hactenus liber sacrosyllabus, qui Felicem perspicue admitti vult, deposito errore adoptionis & servitutis, & pertinacem in illo damnari: nulla vel absolutionis vel damnationis propter imagines mentione injecta. Qui putarunt itaque in concilio Francfordiensi actum de imaginibus, falso & temere adjicientes (ut Hispaniæ vel ecclesiæ potius catholicæ conflarent invidiam) in eo damnatum esse hoc Illiberritanum, tanquam si in ipso damnatus esset sacrarum imaginum cultus; causam dederunt aliis, ut dicerent Felicem in concilio damnatum, ut ejusdem erroris imaginum auctorem: cum certum sit, nec in concilio Francfordiensi actum de Illiberritano, nec Felicem imaginum cultum sustulisse. Qui primus eo tempore, ejus erroris venenum disseminavit, non Felix Vrgellitanus in Hispania, sed Claudius fuit Taurinensis in Italia & Gallia (in Hispania enim numquam est ausus) Felicis discipulus, cujus impietate effectum est, ut a discipulo in magistrum aliorum errorum auctorem, crimen alterum referretur. Sed utinam qui Claudii impietatem imitantur, sacris imaginibus obsistentes, ingenii saltem in hoc, similitudine, eisdem vestigiis insisterent; efficerent sane, ut sacrosancta haberi semper debuisset, non modo apud catholicos, sed apud hæreticos quoque hujus concilii doctrina; cum ejus religione Claudius impeditus ab ea citanda semper abstinuerit; prudenter scilicet, aut callide potius subolfaciens, sacri concilii sententiam, in ipsum gravioribus aculeis potuisse retorqueri. Quod indicant Ionæ Aurelianensis libri, quos Caroli magni jussu adversus Claudium Taurinensem paulo post concilium Francfordiense, tempore quo ipsa hæresis in Gallia orta est, scripsit; in quibus vel Claudium proposuisse, vel Ionam respondisse objecto hujus concilii decreto, mirum aut necessarium potius silentium.

Left margin notes (partly cut off): p. 1. cap. 2. — ...tianus PP. I. ...o. & 61. ejus ...lectionis, ...am ad suæ ...æ defensio... ...n compilavit; ...jus concilii ...os citans canones, ut postea ...opriis locis ...otabo. — ...tina in Adria... ...bel. Æne. 8. ...oncilium Sen. ...14. in fine. ...icem Vrgel... ...nū non fuisse ...nomachum ...endit etiam ...nus Copus ...l. 5. c. 14. ...er sacrosyl... ...us in conc. ...ncfordiensi ...robatus. — ...vici pii ...aroli calvi.

Postremo tandem, ad eximiam Hispanicæ religionis laudem illud maxime pertinere animadverto, quod summa Dei benignitate evenisse credi par est; nulla videlicet hæreseos vel erroris iconomachiæ macula, a principio nascentis ecclesiæ, ad hanc usque diem ecclesias Hispanicas vel leviter notatas, nedum pollutas & contaminatas fuisse: si antiquiora & recentiora concilia, si traditiones majorum, si vetustos regni annales, attentiori studio consulamus. Quid enim si tam præclaro hoc & singulari religionis cultu & observantia, divina Hispanos elegit sapientia, ut sanctam ejus fidem, ut religionem catholicam, ut sacratū imaginum cultum, quem Galli, Germani & Angli tam pertinaci & obstinato oppugnant animo, adeo felicibus auspiciis ad extremum orientem & occidentem Hispani propagarint? Quis enim ipsos, non ipsos dico, sed æternam erga ipsos Dei optimi & maximi beneficentiam non admiretur, non suspiciat, non colat & sempiternis efferat laudibus, quo ad pio ipsorum studio, quod religiosa solicitudine, quod zelo christiano tot oppida, tot urbes, tot populi, tot gentes, tot nationes, quæ a Christo vel improbitate summa, aut ignorantia aberrabant, depulsis tenebris, errore deposito, abjecta superstitione, confractis idolis, ad veram evangelii lucem adhuc convertantur; & Christum verum Deum & hominem sanctissimæ nostræ religionis auctorem, agnoscant, venerentur, & reverenter adorent; ipsiusque præcepta studiosissime complectantur? Faxit ergo ob æternam & summam ipsius benignitatem Deus, ut conservata pura & puta tam antiqua & orthodoxa religione, retentaque tam Christiana hac sacri erga imagines cultus felicitate, diu possit & semper Hispania in ipso sanctissime gloriari.

Hispaniæ ecclesias de Iconomachiæ errore numquam jure notari potuisse.

Canon XXXVII. Vulgatus.

De energumenis baptizandis.

Eos qui a spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet: si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione.

Canon XXXVII. *Emendatus.*

De energumenis baptizandis.

Eos qui ab spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet: si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione.

Energumenos baptizandos, si extremo urgeantur periculo. Cap. VI.

Adulti catechumeni, suscepturi baptismum, cum omnibus fidei interrogationibus respondere deberent, ut docet Augustinus: dubium erat, an si maligni spiritus possessione correpti, expertes essent rationis, ad suscipiendum baptismum forent admittendi. Augebat & illud dubitandi occasionem, nam cum per baptismum Spiritus sanctus daretur, indecens, & indecorum videbatur, ut in maligni spiritus habitaculo, Spiritus sanctus descendere quodammodo cogeretur. Sed obtinuit apud patres clementiæ & benignitatis ratio, neve religiosa illa & sancta cogitatio, & desiderium quo primum catechumenus voluit esse Christianus, præmio suo fraudaretur, placuit, ut ad fidem suscipiendam catechumeni admitterentur, si extremo vitæ urgerentur periculo. Quod primum hic Hispani patres, Africani postea a concilio Carthaginensi III. definierunt. *Vt ægrotantes*, aiunt, *si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur.* Idem constituit concilium Arausicanum. *Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præterita testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.* Et postea. *Energumenis catechumenis in quantum, vel necessitas exegerit,* vel

D. Aug. lib. de fide & operib. c. 4.

Concilium Carthag. III. can. 34. apud Grat. in c. ægrotantes de consecrat. dist. 4.

Concil. Arauſ. can. 12. Canon 15. ejuſdem concilii.

vel opportunitas permiſerit, de baptiſmate eſt conſulendum. In hoc autem canone duplex concedunt Hiſpani patres privilegium. Alterum eſt, quod qui rationis capaces non ſunt, fiant ſacramentorum participes. Alterum, ut extra tempora canonibus diffinita baptiſmum accipiant: quod inſequentium temporum patres perpetua obſervantia coluerunt. Timotheus ſanctiſſimus Alexandrinus epiſcopus, his verbis reſpondit. *Si catechumenus a dæmone corripiatur, & voluerit ipſe, vel ſui, ut ſanctum baptiſmum accipiat, debetne accipere, an non, & maxime ſi morti propinquus fuerit? Reſpon. Si is qui a dæmone corripitur, non fuerit ab immundo ſpiritu mundatus, non poteſt ſanctum baptiſmum accipere: ſed in exitu a vita, baptizetur.* Tanta enim erat olim in baptiſmo ſuſcipiendo religio, ut non dæmoniaci ſolum, ſed nec mulieres menſtruatæ ad baptiſmum ob ſingularem ejus ſacramenti reverentiam admitterentur, ut idem Timotheus reſpondit. *Si mulier catechumena,* ait, *dedit nomen ſuum, ut illuminaretur, & die baptiſmatis illi accidit, quod ſolet mulieribus, debetne eo die baptizari, an differre, & quantum differre? Reſpond. debet differre, donec purgata fuerit.* Ad quem Theodorus Balſamon hæc adjecit. *Qui divino baptiſmate digni erant habendi, deſcribebantur ab his qui munus eccleſiaſticum exercebant: ſi ergo,* inquit, *deſcripta mulier tanquam baptizanda, in fluxum menſtruorum inciderit, quando debet baptizari? Hic autem divinus pater reſpondit, quod quando purgata fuerit: donec enim præſtituti dies præterierint, impura eſſe judicabitur, & nec baptizabitur, nec divinis myſteriis digna habebitur.*

Timotheus epiſcopus Alexandrinus ad interrogationem ſecundam.

Idem ad interrogationem 6.

Si vero fideles fuerint, dandam eſſe eis communionem.

Lib. 2. cap. 60.

De antiqua eccleſiæ conſuetudine, tribuendi communionem energumenis fidelibus, actum late ſuperius, & de ejus obſervatione.

Prohibendum etiam, ne lucernas publice accendant.

Luminaria accendi conſueviſſe in eccleſia hujus concilii tempore, eaque probata ab his patribus, non prohibita, & cur ea accendere energumeni prohibeantur. Cap. VII.

Primo hujus canonis verſiculo actum eſt de infidelibus, qui extremo vitæ periculo conſtituti, baptizari cupiunt. II. vero de fidelibus, quibus energumenis factis communionem concedit: hoc autem poſtremo, de clericis agitur quos acolytos dicimus; ad hos enim pertinebat olim, eccleſiæ luminaria accendere, ut ex concilio Carthaginenſi IV. accepimus. *Acolytus,* ait, *quum ordinatur ab epiſcopo, doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accendenda eccleſiæ luminaria mancipari.* Quare illos volunt patres, ſi dæmoniaci ſint, ab officio illo eſſe ſuſpenſos. Nec id tantum olim in uſu erat, ſed inter audientes conſtituebantur, ut ex canone VI. concilii Aurelianenſis refert Burchardus & Ivo. *Si quis clericus,* ait, *vexatus fuerit a dæmonio, decem annos pœniteat, & inter audientes ſtet, & ad ſacros ordines non adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, ſit in reliquis officiis eccleſiaſticis.* Simile ex decretis Nicolai retulit Ivo. Idem decrevit concilium Arauſicanum. *Energumeni,* ait, *non ſolum non aſſumendi ſunt ad ullum ordinem clericatus, ſed & illi qui ordinati jam ſunt, ab impoſito officio ſunt repellendi.*

Concilium Carthaginenſe 4. can. 6.

Burchardus lib. 19. decret. c. 93. Ivo p. 15. decret. cap. 105.

Idem p. 11. cap. 104 can. 16.

Conſtat etiam ex hoc canone, Hiſpanos epiſcopos eccleſiæ luminaria, in hoc concilio approbaſſe, non interdixiſſe.

Canon XXXVIII. Vulgatus.

Vt in neceſſitate & fideles baptizent.

Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate, ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.

Canon XXXVIII. *Emendatus.*

Vt in neceſſitate & fideles baptizent.

Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem (qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus) baptizare in neceſſitate, ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit.

In neceſſitate omnes poſſe baptizare obſervata eccleſiæ forma: & qua ſit hæc manus impoſitio, qua fideles perfici dicuntur. Cap. IIX.

Episcopos primum olim baptiſmi dandi jus habuiſſe; preſbyteris vero & diaconis, poſtea id conceſſum, auctor Clemens. *Sed neque laicos,* inquit, *concedimus, aliquod ſacerdotale munus exercere, veluti ſacrificium, baptiſmum, manus impoſitionem, vel benedictionem magnam, ſive parvam. Non enim ſibi quiſquis ſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo. Nam per epiſcopi manus datur hæc dignitas. Qui vero ad eam promotus non eſt, ſed eam ſibi uſurpat, Oziæ pœnam ſuſtinebit.* Ex mox. *Sed neque reliquos baptizare permittimus, veluti lectores, cantores, oſtiarios, miniſtros; ſed ſolos epiſcopos, & preſbyteros, miniſtrantibus illis diaconis, qui hoc auſi fuerint, Coritarum ſupplicium patientur.* Id etiam docuit Tertullianus: *Supereſt,* inquit, *ad concludendam materiolam, de obſervatione quoque dandi, & accipiendi baptiſmum, commonefacere. Dandi quidem habet jus ſummus ſacerdos, qui eſt epiſcopus: dehinc presbyteri, & diaconi; non tamen ſine epiſcopi auctoritate, propter eccleſiæ honorem, quo ſalvo ſalva pax eſt.* Divus etiam Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos, in perſona orthodoxi. *Primum quidem,* dicit, *inde venit, ut ſine epiſcopi juſſione, neque presbyter, neque diaconus, jus habeant baptizandi.* Hæc eadem divus Ambroſius, Iſidorus, & Theodoretus, dum mentionem facit cujuſdam ſtolæ ex aureis filis contextæ, quam imperator Conſtantinus ad eccleſiam Hieroſolymitanam cohoneſtandam, Macario illius urbis epiſcopo donaverat, ut ea amictus ſacroſancti baptiſmatis miniſterium obiret. Id tamen ſic intelligendum eſt, ſi neceſſitas abſit, nam ſi ea adſtringamur, non ſolum preſbyteris, & diaconis, ſed & laicis hominibus competere jus baptizandi, ut in hoc canone decernitur, Tertullianus antea etiam admonuit. *Sufficiat ſcilicet,* inquit loquens cum laico, *in neceſſitatibus, ut utaris, ſicubi, aut loci, aut temporis, aut perſonæ conditio compellit. Tunc enim conſtantia ſuccurrentis excipitur, cum urget circumſtantia periclitantis.* Gelaſius papa in epiſtola ad univerſos epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam, conſtitutos. *Abſque epiſcopo,* ait poſt alia, *vel preſbytero baptizare non præſumat diaconus, niſi prædictis fortaſſe officiis longius conſtitutis, neceſſitas extrema compellat: quod & laicis Chriſtianis facere, plerumque conceditur.* Ex divo Auguſtino ad Fortunatum, retulit ſententiam eamdem Gratianus. Poſt Auguſtinum, Iſidorus: *Vnde conſtat baptiſma ſolis ſacerdotibus eſſe traditum, cujuſque myſterium, nec ipſis diaconibus explere eſt licitum, abſque epiſcopis, vel presbyteris, niſi illis procul abſentibus, ultima languoris cogat neceſſitas: quod & laicis fidelibus plerumque permittitur; ne quiſquam ſine remedio ſalutari de ſæculo evocetur.*

D. Clemens lib. 3. conſtit. apoſt. c. 10. & 11.

Heb. 5.

2. Paralip. 26. Idem in eodem c. 11.

Tertull. lib. de baptiſmo c. 17.

D. Hieron. in dialogo adverſus Luciferianos.

D. Ambr. lib. 3. de ſacramentis c. D. Iſidorus l. b. de offic eccleſ. c. 24. Theodoret. lib. hiſt. eccleſ. c.

Tertull. c. 17 de baptiſmo.

Gelaſius papa in epiſt. ad univerſos epiſcopos c. 9.

D. Aug. ad Fortunatum. Grat. can. in neceſſitate de conſecrat. diſt. 4. D. Iſidorus lib. de off. c. eccl. c. 24.

Sed ſi perfectus eſt baptiſmus a laicis collatus; quid velint hujus concilii patres, dum addunt: ita ut ſi ſupervixerit, ad epiſcopum eum perducat, ut per manus impoſitionem perfici poſſit: in difficili eſt, niſi animadvertamus prius, hic non intelligi de manus impoſitione, quæ fit a preſbytero, dum exorcizat baptizandum: de qua intellexit Vincentius a Thibari in concilio Carthaginenſi ſub Cypriano, dicens: *ergo primo per manus impoſitionem in exorciſmo, ſecundo per baptiſmi regenerationem, tunc poſſunt ad Chriſti regenerationem venire. Imponit etiam manus,* inquit B. Gregorius, *preſbyter in frontibus eorum,* ſcilicet baptizandorum, *dicendo ſignaculum ſalvatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in frontem tuam pono; & ſimiliter in pectus;* Quod & faciebant olim exorciſtæ, ut tradunt concilii Carthaginenſis IV. patres. *Omni die* exorciſtæ, energumenis manus imponant. Quare cum exorciſta ordinatur, hanc formam obſervatam iidem teſtantur. *Exorciſta,* aiunt, *cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo: accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſive baptizatum, ſive catechumenum.* De longe diverſa manus impoſitione intelligendus eſt hic canon, de illa videlicet quæ vocatur confirmatio: ſtatim enim cum ipſo baptiſmo cam

Vincent. a Thibari in concil. Carthagin. ſub Cypriano ſententia 37. B. Gregorius, ſacramentario.

Concil. Carthag. 4. can. 90. Concil. Carthag. 4. can. 7.

eam adminiſtrari, idonei affirmant teſtes. In primis Hieronymus *Quod ſi hoc loco quaris, quare in eccleſia baptizatus, niſi per manus epiſcopi non accipiat Spiritum ſanctum, quem nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui, diſce hanc obſervationem, ex ea auctoritate deſcendere, quod poſt aſcenſum domini Spiritus ſanctus ad apoſtolos deſcendit.* Ambroſius. *Sequitur ſpiritale ſignaculum, quod audiſtis hodie legi, quia poſt fontem ſupereſt, ut perfectio fiat, quando ad invocationem ſacerdotis Spiritus ſanctus infunditur, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii, atque virtutis, ſpiritus cognitionis, atque pietatis. Spiritus ſancti timoris. Septem quaſi virtutes ſpiritus.* Ante utrumque Tertullianus de baptiſmo. *Exinde*, inquit, *egreſſi de lavacro, perunguimur benedicta unctione, de priſtina diſciplina.* Et mox. *Dehinc manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum ſanctum. Sane humano ingenio licebit Spiritum in aquam arceſſere, & concorporationem eorum, accommodatis deſuper manibus, alio ſpiritu tantæ claritatis animare: Deo autem in ſuo organo non licebit per manus ſanctas ſublimitatem modulari ſpiritualem? Sed eſt hoc quoque de veteri ſacramento, quo nepotes ſuos ex Ioſeph, Efrem, & Manaſſem, Iacob capitibus impoſitis, & intermutatis manibus, benedixerit; & quidem ita tranſverſim obliquatis in ſe, ut Chriſtum deformantes, jam tunc portenderent benedictionem in Chriſtum futuram. Tunc ille ſanctiſſimus Spiritus ſuper emundata & benedicta corpora, libens a patre deſcendit, ſuper baptiſmi aquas tanquam priſtinam ſedem recognoſcens, conquieſcit, columbæ figura delapſus in dominum, ut natura Spiritus ſancti declaretur per animal ſimplicitatis & innocentiæ: quod etiam corporaliter ipſo felle careat columba. Ideoque eſtote*, inquit, *ſimplices ſicut columbæ, nec hoc quidem ſine argumento præcedentis figuræ. Quemadmodum enim poſt aquas diluvii, quibus iniquitas antiqua purgata eſt, poſt baptiſmum, ut ita dixerim, mundi, pacem, cæleſtis iræ præco columba terris adnuntiavit dimiſſa ex arca, & cum olea reverſa; quod ſignum etiam apud nationes pacis prætenditur: eadem diſpoſitione ſpiritualis effectus terræ, id eſt carni noſtræ, emergente de lavacro, poſt vetera delicta, columba ſancti Spiritus advolat, pacem Dei adferens, emiſſa de cælis, ubi eccleſia eſt, arca figurata.* Ante Tertullianum, beatus Dionyſius Areopagita. *Sed & ipſi*, ait, *qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio conſecratur, adventum ſancti Spiritus conſummans unctio largitur unguenti: ſubſignificante, quantum arbitror, ſacra deſcriptione ſignorum ab ipſo, qui propter nos in aſſumpta carne divino Spiritu ſanctificatus eſt, immutabili ſubſtantialis deitatis habitu ſanctiſſimum Spiritum dari.* D. Cyprianus ad Iubaianum. *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in eccleſia baptizantur præpoſitis eccleſiæ offerantur & per noſtram orationem, ac manus impoſitionem, Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo dominico conſummentur.* Et in epiſtola ad Ianuarium, Saturninum & alios. *Ungi quoque neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, id eſt unctione, eſſe unctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.* Poſt omnes latius, & clarius D. Iſidorus diſſerens de manus impoſitione, vel confirmatione. *Sed quoniam poſt baptiſmum* (egerat enim antea in eodem capite de baptiſmo, *per epiſcopos, datur Spiritus ſanctus, cum manuum impoſitione, hoc in actibus apoſtolorum feciſſe, meminimus apoſtolos: ſic enim legitur: factum eſt, dum Apollo eſſet Corinthi, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, ibique, cum inveniſſet quoſdam diſcipulos, dixit ad illos: ſi Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum: ſed neque ſi Spiritus ſanctus eſt audivimus. Ille vero ait: in quo ergo baptizati eſtis? qui dixerunt: in Ioannis baptiſmate. Ait autem Paulus: Ioannes baptizavit baptiſmo pœnitentiæ plebem, dicens in eum qui poſt eum venturus erat, ut crederent, hoc eſt in Ieſum Chriſtum. Quod cum audiſſent, baptizati ſunt in nomine domini Ieſu, & cum impoſuiſſet illis manum Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper illos, & loquebantur linguis, & prophetabant.* Etiam in alio loco: *cum audiſſent hi qui erant Hieroſolymis apoſtoli, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad illos, Petrum & Ioannem: qui cum veniſſent, oraverunt pro eis, ut Spiritum ſanctum acciperent; nondum enim in ullum eorum deſcenderat, ſed tantum baptizati erant in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant Spiritum ſanctum: Spiritum autem ſanctum, accipere poſſumus, dare autem non poſſumus: ſed ut detur Deum invocamus. Hoc autem quod poſt baptiſma fiat, quemadmodum papa ſanctus Innocentius ſcribit ſubjiciam: dicit enim, non ab alio, quam ab epiſcopo fieri licere: nam preſbyteri, licet ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem ſolis pontificibus deberi,*

Hieron. ad[versus] Lucife[rianos].
Ambroſ lib. 3. [de S]acrament. ſ, [c]. ult.
[Ter]tull. de bap[tiſ]mo cap. 7. [Ite]m cap. 8.
[Ge]n. 49.
[Ma]tth. 3.
[Ma]tth. 10.
[Ge]n. 8.
Dionyſ. Areo[pa]g. de eccleſ. [hi]erar. p 3 c. 4.
Cyprianus in [ep]iſt. 73. ad Iu[bai]anum cap. 3. [It]em in epiſt. [ad] Ianuarium, [Sa]turninum, & [ali]os cap. 2.
Iſidorus c. 24. [lib]. 2. de eccleſi. [off]i.
[Ac]t. 8.
[Ac]t. 8.
[In]nocentius 1. in [ep]iſt. 1 ad De[cen]tium. c. 7.

A *ut vel conſignent, vel ut paracletum Spiritum ſanctum tradant, non ſolum eccleſiaſtica conſuetudo demonſtrat, verum & illa lectio apoſtolorum, quia aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum ſanctum.* Euſebius etiam Emiſſenus homilia de pentecoſte. *Quod nunc in neophytis, manus impoſitio tribuit ſingulis: hoc tunc Spiritus ſancti deſcenſio in credentium populo donavit univerſis.* Quo loco de manus impoſitione, & confirmatione gratiæ, quam regeneratis per baptiſmum, inde conferri dicit, copioſe tractat B. Pacianus ſermone de baptiſmo. *Hæc*, inquit, *compleri alias nequeunt, niſi lavacri, & chriſmatis, & antiſtitis ſacramento: lavacro enim, peccata purgantur: chriſmate, Spiritus ſanctus ſuperfunditur: utraque vero iſta, manu, & ore antiſtitis, impetramus.* Idem Rabanus Maurus. Ex pontificibus, Miltiades papa ad omnes Hiſpaniæ epiſcopos ſcribit: *De his vero ſuper quibus rogitaſtis vos informari,* B *id eſt, utrum majus eſſet ſacramentum, manus impoſitio epiſcoporum, aut baptiſmus? ſcitote, utrumque magnum eſſe ſacramentum, & ſicut unum a majoribus fit, id eſt, a ſummis pontificibus, quod a minoribus perfici non poteſt, ita & majori veneratione venerandum & tenendum eſt: ſed ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut ab invicem, niſi morte præveniente, nullatenus poſſint ſegregari: & unum ſine altero rite perfici non poteſt.* Id ipſum docuit Fabianus papa ad omnes orientales epiſcopos. *In illa die*, inquit, *dominus Ieſus poſtquam cœnavit cum diſcipulis ſuis, & lavit eorum pedes, ſicut a ſanctis apoſtolis prædeceſſores noſtri acceperunt, nobiſque reliquerunt, chriſma conficere docuit: ipſa enim lavatio pedum noſtrorum, ſignificat baptiſmum, quando ſancti chriſmatis unctione perficitur, atque confirmatur.* Vrbanus papa ad omnes Chriſtianos. C *Omnes enim fideles*, inquit, *per manus impoſitionem epiſcoporum, Spiritum ſanctum, poſt baptiſmum accipere debent, ut plene Chriſtiani inveniantur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur.* Ioannes etiam papa III. epiſtola unica in principio. *Donum*, ait, *ſancti Spiritus per impoſitionem manuum chorepiſcopi non tradant, nec preſbyteri, ſed epiſcopi, quia non LXX. ſed apoſtoli tantum manus imponebant.* His omnibus antiquior divus Clemens. *Tu ergo epiſcope*, inquit, *illa figura unges caput illorum, qui baptizantur, ſive hi viri ſunt, ſive mulieres, oleo ſancto, in figuram ſpiritualis baptiſmi. Deinde vel tu epiſcopus, vel tibi ſubjectus preſbyter, ſacram ſuper ipſos dicens ac nominans invocationem, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, baptizabis eos, in aqua: ac virum ſuſpiciat diaconus, mulierem diaconiſſa, ut decore traditio infrangibilis ſigilli adminiſtretur. Poſtea epiſcopus liniat baptizatos unguento.*

D Ex conciliis, Pariſienſe. *Emerſit quidam reprehenſibilis, & valde jam inolitus uſus, eo quod, quidam chorepiſcopi ultra modum ſuum progredientes, & donum ſancti Spiritus, per impoſitionem manuum tradant, & alia quæque, quæ ſolis pontificibus debentur, contra fas peragant: præſertim cum nullus ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in eccleſia gerunt, legatur donum ſancti Spiritus, per manus impoſitionem tradidiſſe. Quod autem ſolis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, proprii ſit officii, tradere Spiritum ſanctum, liber apoſtolorum docet, in quo legitur: cum Apollos eſſet Corinthi, &c.* Item in eodem. *Cum audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, &c. Ecce aperte demonſtratur, quod non ſeptuaginta diſcipuli, quorum formam tenent chorepiſcopi, ſed apoſtoli quorum ſucceſſores ſunt epiſcopi, tradebant Spiritum ſanctum, &c.* Laodicenum. E *Oportet*, inquit, *baptizatos, poſt baptiſmum, ſacratiſſimum chriſma percipere, & cæleſtis regni participes fieri.* Clarius multo id apparet ex canone LXXVII. hujus concilii; *ſi quis diaconus*, ait, *regens plebem ſine epiſcopo, vel preſbytero aliquos baptizavit, epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit, quod ſi ante de ſæculo receſſerit, ſub fide, qua quis crediderit, poterit eſſe juſtus.* His ſuffragatur Novati hiſtoria, quam ex epiſtola Cornelii papæ recenſet Euſebius. *Non eſt certe*, ait, *ejus generis ille quidem qui ex ſatana, qui ingreſſus in illum, diu eſt intimo pectore commoratus. Primum data fuit credendi occaſio, qui quidem, ubi exorciſtarum præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam gravem morbum, ut jam fere mori putaretur, incidiſſet, in lecto in quo decumbebat, aqua circumfuſus, baptiſmum accepit: ſi modo talem hominem, baptiſmum accepiſſe dicendum ſit: verum, morbo tandem elapſus, neque cetera, quibus poſt baptiſmum ſecundum eccleſiæ canonem imbui*

Euſebius homilia de pentecoſte.
Beatus Pacianus ſermone de baptiſmo.
Rabanus Maurus de inſtitutione clericorũ lib. 1. cap. 31.
Miltiades papa in epiſt. 1. ad omnes Hiſpaniæ epiſcopos cap. 2.
Fabianus papa epiſt. 2. ad omnes orientales epiſcopos.
Vrbanus papa in epiſt. ad omnes Chriſtianos cap. ult.
Refertur à Grat. in cap. omnes de conſecrat. diſt. 5.
D. Clemens lib. 3. cap. 16. conſtitut. apoſtolic.
Conc. Pariſienſe, ſub Ludovico & Lothario. lib. 1. c. 27.
Act. 19.
Act. 8.
Conc. Laod. can. 48.
Euſebius lib. 6. c. 35. hiſt. eccleſ.

rat, acquisivit, neque domini sigillo ab episcopo obsignatus fuit; quo quidem neutiquam potius quomodo quaso Spiritum sanctum adiptus est. Hujus Novati, aut Novatiani sectatores, ut Theodoretus est auctor, sacrosanctum hoc chrisma non tradebant, quare qui ex illa hæresi ad ecclesiæ unitatem revertebantur, hoc illi ungi erat necesse, ut vel hinc concilii Nicæni decretum interpretemur.

Theodor. lib. 3.

Concil. Nicæni can. 8.

Cum commune ergo esset olim, ut baptizatis statim a baptismo, manus impositione episcoporum, confirmatio tribueretur, recte addita sunt ab his patribus ea verba. *Ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit;* non quod putarent, solum baptismum, ad salutem æternam non prodesse: (nam prodesse jam declararunt inferius:) sed quod plenum, & perfectum, in robore, & virtute, adversus diaboli tentationes, Christianum fieri non putarent: & recte, nisi suscepto eo sacramento, quod ad eam præstandam divinitus institutum est, & confirmatio vocatur, olim vero manus impositio. Concilium Aurelianense. *Vt jejuni,* inquit, *ad confirmationem veniant, perfectæ ætatis, ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum sancti Spiritus valeant accipere. Et quia numquam erit Christianus, nisi confirmatione episcopali fuerit chrismatus.* Vrbanus papa. *Omnes fideles,* inquit, *per manus impositionem episcoporum, Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur: quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele, ad prudentiam, & constantiam dilatatur.* Hieronymus adversus Luciferianos. *Non quidem abnuo,* inquit, *hanc esse ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos qui longe in minoribus urbibus, per presbyteros, & diacones baptizati sunt, episcopus ad invocationem Spiritus sancti, manus impositurus excurrat.* Illud igitur Hispani episcopi sanxerunt hoc canone, ut quod catechumeni, simul cum generationis lavacro impetrare debuerant: & ob loci, temporisque necessitatem, & episcopi absentiam, vel mortem, omissum est, quasi posthuma hac, sed secura & certa diligentia compensetur. Hac ipsa de causa, gravi ægritudine periclitantibus, & baptismũ flagitantibus, concedi jussit concilium Laodicenum, ita tamen addit, ut si supervixerint, fide symbolum addiscant, quod catechumenis perdiscere, memoriæ mandare, & sabbatis ante baptismum repetere erat necesse, ut Augustinus docet, & ejusdem concilii Laodiceni patres. De pœnitentibus, quid simile definierunt Africani episcopi, in concilio Carthaginensi: *Si pœnitentes,* aiunt, *in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos, sine manus impositione, si supervixerint.* Adeo stricte, baptismi, confirmationis, & pœnitentiæ leges omnes observari, hisque teneri omnes, prisci patres voluerunt.

Cur in concilio Nicæno per manus impositionem Novatiani reconciliarentur ecclesiæ.

Can. 77. hujus concilii.

Concil. Aurelianen. can. 3.

Vrbanus PP. in epist. 1. ad omnes Christianos c. 7. Refert. Grat. cap. omnes cap. jejuni. de consecrat. dist. 5.

D. Hieron. adversus Luciferianos concil. Laod. can. 47.

D. Augu. hom. 42. de oratione dominica.

Conc. Laod. can. 47. Concil. Carthag. 4. can. 79.

Aut ecclesia in proximo non fuerit.

Extra ecclesiam posse conferri baptismum in necessitate. Cap. IX.

In omnibus vicis, aut oppidis Hispaniæ, ecclesias tempore hujus concilii non fuisse, sed in maximis & nobilioribus urbibus non mirandum: quod illas ad promulgationem evangelii, & propagationem Christianæ doctrinæ, non minori pietatis, quam prudentiæ laude, episcopi nostri elegissent, nec in aliqua orbis provincia, tot gentes conversas, tot extructas ecclesias, tot episcopatus institutos accepimus, quot eo tempore in Hispania legimus extitisse: si urgeret tamen periculum, posse extra ecclesias baptismum conferri hic decernitur.

Qui lavacrum suum integrum habet.

Ab infidelibus posse conferri baptismum, observata ecclesiæ forma. Cap. X.

Qui docet, posse fidelem; qui lavacrum suum integrum habeat, baptizare catechumenos, necessitatis tempore, non negat, infidelem id facere posse, sed cupit esse fidelem. Nam & si de hoc olim controversum fuisse referat D. Augustinus. *Et hac quidem,* inquit, *alia questio est, utrum & ab his, qui nunquam fuerunt Christiani possit baptismus dari. Nec aliquid temere, inde affirmandum est, sine auctoritate tanti concilii, quantum tanta rei sufficit. De iis vero qui ab ecclesia unitate separati sunt, nulla jam quæstio est.* Postea tamen responsione Nicolai ad Bulgaros, res adeo perspicua facta est, ut nullus tergiversandi locus relinquatur, quin verus sit baptismus, si eam formam, quam ecclesia tenet, Iudæus, vel Paganus, in ejus administratione observarit: ad consulta enim Bulgarorum, hæc docet. *A quodam Iudæo, nescitis utrum Christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de his sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ trinitatis, vel tantum in Christi nomine, sicut in actibus apostolorum legimus, baptizati sunt, unum quippe & idem est, ut sanctus Ambrosius exponit, constat eos non esse denuo baptizandos.*

D. Aug. lib. 2. cap. 13. contra epist. Parmeniani.

Nicolaus PP. c. 104. ad consulta Bulgarorum, relatus a Gratiano in c. a quodam de consecr. dist. 4.

Nec sit bigamus.

Baptizare posse bigamos: in ecclesia Romana bigamos non sedisse, nec aliam irregularitatis notam habentes. Cap. XI.

Bigamos a multorum sacramentorum ordine, & administratione repulit semper vetustas: non tamen negavit hic, baptismum administratum a bigamo, vim suam integram obtinuisse: etsi canonis verba indicent, voluisse patres, ut bigami ab illius administratione se temperarent. Illud autem hic, Clemens sanctissime, singulari Dei providentia, (ut credi par est) Romanæ tuæ sedi concessum animadverto; bigamos nimirum, in isto augustissimo throno nunquam sedisse, nec ulla alia irregularitatis nota vera impeditos, cum in aliis ecclesiis plurimis usu venisse videamus, & bigamos, & aliis corporis vitiis deformatos, ad episcopales sedes concessa pro tempore gratia, evectos fuisse.

Canon XXXIX. Vulgatus.

Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur.

Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Christianos.

Canon XXXIX. *Emendatus.*

Vt Gentilibus desiderantibus manus imponatur.

Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Christianos.

Burchardus lib. 4. decretorum c. 30. citat hunc canonem ex concilio Agathensi c. 3. quæ citatio nostro restituenda est.

Gentilibus in extremo periculo cupientibus baptizari, nec baptismum, nec confirmationem negandam. Cap. XII.

Cum plenus, perfectus, & omnibus numeris absolutus Christianus, quis non efficiatur, nisi accepta manus impositione episcopali, quæ cum baptismo conjuncta olim dabatur: (confirmatio nunc dicitur, ut antea dicebam;) merito tradiderunt patres, quod si Gentiles in infirmitate desideraverint sibi manus imponi: hoc est, effici veros, & perfectos Christianos, (retulerunt enim posterioris sacramenti memoriam, quod supponat prioris) si fuerit ex aliqua parte honesta vita, eis manus imponatur, & Christiani efficiantur. Confirmatione enim dici perfectos Christianos, jam supra pontificum & conciliorum decretis confirmavimus: in favorem enim Gentilium editus hic canon est; ut videlicet non expectetur tempus baptismo recipiendo præscriptum, si forte illi morbi necessitate adstringantur: ut si casu ante lucis usura priventur, præteritorum delictorum culpa, & pœna remissa, ad æterna possint conscendere tabernacula. D. Augustinus. *Sed prius,* inquit, *baptizetur; deinde doceatur, quid ad bonam vitam, moresque pertineat. Fit hoc, ubi quemquam forte dies urget extremus, ut adversa paucissima, quibus tamen omnia continentur, credat: sacramentumque percipiat, ut si ex hac vita migravit, liberatus exeat a reatu præteritorum omnium peccatorum. Si autem sanus petit spatium discendi, quæ discenda sunt, quod aliud opportunius tempus reperire potest, quo audiat, quemadmodum fideles fieri, ac vivere debeant, quam illud, cum attentiore animo, atque ipsa religione suspenso saluberrima fidei sacramentum petit?*

In can. præc. c. 4.

D. Aug. de fid. & operib. cap. 6.

Canon

Canon XL. Vulgatus.

Nec de hoc, quod idolis datum est, fideles accipiant.

Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant; si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis a communione esse arcendos.

Canon XL. *Emendatus.*

Ne id quod idolothytum est, fideles accipiant.

Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non ferant; si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis a communione esse arcendos.

Oblatum idolis ab œconomis non esse acceptum ferendum a possessoribus: & qui possessores dicantur. Cap. XIII.

VT hodie primitias & decimas ad ecclesiarum institutionem, ad sacrificiorum sumptus, ad ministrorum alimenta, præcipi percipique videmus: sic & olim in ethnicorum republica ad sacrorum administrationem, ad sacerdotum victum, ad cereorum, & sacrificiorum sumptus, constituta vectigalia tradit Tertullianus. *Credamus*, inquit, *itaque succedere alicui posse, ut in quoquo honore, ut in solo honoris nomine incedat, neque sacrificet, neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non spectacula edat.* Ad sua usque tempora perdurasse testantur Arcadius & Honorius, dum ea hac lege sustulerunt.

Tertull. lib de idololatria cap. 7.

Arcad. & Honor. in lib. 19. cod. Theod. de Pagan. sacrif.

Impp. Arcad. Hono. & The. AA. Curtio PF. P. Post alia. Templorum detrahantur annonæ, & rem annariam juvent expensis devotissimorum militum profuturæ; Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisque consistunt, & quæ alicubi ritu, vel acceperint, vel accipiunt paganorum, suis sedibus evellantur, cum hoc repetita sciamus sæpius sanctione decretum. Ædificia ipsa templorum, quæ in civitatibus, vel oppidis, vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur, aræ locis omnibus destruantur, omniaque templa in possessionibus nostris ad usus accommodos transferantur, domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus, funestioribus locis exercere convivia, vel quidquam solemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum hac ipsa prohibendi ecclesiastica manus tribuimus facultatem: judices autem XX. librarum auri pœna constringimus, & pari forma officia eorum, si hæc eorum fuerint dissimulatione neglecta. Ab his sumptibus præstandis non solum abstinere debuisse fideles, sed & catechumenos etiam docet D. Ambrosius ad Eugenium Augustum. Quod ergo hic prohibent patres illud est, ne videlicet domini (hos possessores vocari alio canone constat) cum accipiunt rationes ab œconomis suis, sive patrimonii administratoribus, (ad quos olim hæc sacrificiorum cura spectabat, ut ex Columella colligitur) illud acceptum habeant, quod illi sine eorum præcepto ad idola dederint, sive ad sacrificia externa, sive domestica, sive ad convivia, & festa Gentilium, sive ad aliud, quod idololatriam redoleat; ne si acceptum illud habeant domini, videantur tacite idololatriæ servorum, sive administratorum consensisse. Tantopere enim ab ea fideles abstinere voluerunt primi ecclesiæ patres, ut si agnoscerent, carnes, quibus ob necessitatem vitæ esset vescendum, idolis oblatas, esse potius moriendum, quam illis vescendum judicaverint, uti D. Augustinus docet ad Publicolam. *Restat ni fallor*, inquit, *ut dicamus aliquid de illo viatore Christiano, quem commemorasti victum famis necessitate, si nihil uspiam invenerit, nisi cibum in idolio positum, ubi nullus alius est hominum, utrum ei satius sit fame emori, quam illud in alimentum sumere? In qua quæstione, quoniam non est consequens, ut cibus ille idolothytum sit; potuit enim vel ab eis, qui ibi ab itinere divertentes corpus refecerant, oblivione, seu voluntate dimitti, vel illi ob aliam causam quamlibet poni, breviter respondeo: aut certum est esse idolothytum, aut certum est non esse; aut ignoratur: Si ergo certum est esse, melius Christiana virtute respuitur; si autem vel non esse scitur, vel ignoratur, sine ullo conscientiæ scrupulo, in usum necessitatis assumitur.*

D. Ambr. In epistol. 88. ad Eugenium August.

Can. 49. hujus concilii.

Columella lib. 1. de re rustica c. 8.

D. Aug. in epist. 154. ad Publicolam ad finem.

Vel intelligi potest canon de his, quæ idolis ab aliis data, vel oblata sunt: carnes enim idolothytæ postea in macello venundabantur, teste Paulo ad Romanos & Augustino in expositione ejusdem epistolæ, a quibus emendis, & vendendis primi Christiani abstinebant, ne viderentur quem honorem diis illorum habere. Si ergo ad familiæ alimenta œconomi has carnes immolatitias emerint (ut delicatiores, & pinguiores, emebant multi, nam tales ad sacrificia offerebant Gentiles) sumptus in his comparandis factos, non esse acceptos ferendos a dominis, hoc canone decernitur; ne quem honorem (ut dixi) diis falsis ut eorum sacrificiis tribuisse viderentur.

Paul. ad Rom. D. Aug. expositione ejusdem epist. c. 78.

Acceptum non inferant.

EX MS. rectius, *Acceptum non ferant.* Asconius Pedianus quid sit acceptum ferre, his verbis explicat. *Moris autem fuit unumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere, in quo appareret, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, fœnore, lucrove seposuisset; quo die, & quid item sumptus, damnive fecisset.* Optimum autem villicum docet Columella a sumptibus sacrificiorum & aliis sine voluntate domini abstinere debuisse. *Sacrificia*, inquit, *nisi ex præcepto domini ne fecerit: Aruspices, sagasque quæ utraque genera vana superstitione rudes animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiserit, &c.*

Asconius Pedianus act. 3. in Verrem.

Columella lib. 1. de re rustica, c. 8.

Canon XLI. Vulgatus.

Vt prohibeant domini idola colere servis.

Admonere placuit fideles, ut quantum possint, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant: si vero vim metuunt servorum, vel se ipsos puros conservent: si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

Canon XLI. *Emendatus.*

Vt prohibeant domini idola colere servis.

Admoneri placuit fideles, ut quantum possint, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant: si vero vim metuunt servorum, vel se ipsos puros conservent: si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

De privatis sacris antiquorum fuse tractatum: explicato Modestino, & Gordiani impp. rescripto. Cap. XIV.

VERVM est quod Tertullianus scripsit. *Ceterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ, sine idolis omnino non sunt: totum sæculum satanas, & angeli ejus repleverunt.* Nec domus tantum, sed & omnes partes domus diis, & eorum simulacris replebantur. De januis, hæc idem Tertullianus. *At enim Christianus nec januam suam laureis infamabit, si norit quantos deos etiam hostiis diabolus affinxerit, Ianum a janua, Limentinum a limine, Forculum, & Cardam a foribus & cardinibus: & apud Græcos, Thyræum Apollinem, & Antelios dæmones.* Et adversus Gnosticos. *Quas mihi*, inquit, *potestates janitrices adfirmas juxta Romanam superstitionem; Cardeam quamdam, & Forculum, & Limentinum, quas a cancellis, ordinas potestates?* Et alibi. *Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ sæcularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam a cardinibus appellatam, & Forculum a foribus, & Limentinum a limine, & ipsum Ianum a janua; & utique scimus, licet nomina inania atque conficta sint, cum tamen in superstitionem deducuntur, rapere ad se dæmonia, & omnem spiritum immundum per consecrationis obligamentum. Alioquin dæmonia nullum habent nomen singulatim, sed ibi nomen inveniunt, ubi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem, θυραῖον & Antelios dæmonas ostiorum præsides legimus. Hæc igitur ab initio prævidens Spiritus sanctus, etiam ostia in superstitionem*

Tertull. lib. de spectaculis c. 8.

Tertul. de corona militis c. 13.

Idem adversus Gnosticos c. 10.

Tertull. lib. de idololatria c. 15.

stitionem ventura praeceinit per antiquissimum prophetam Enoch. Nam & alia ostia in balneis adorari videmus. Eadem fere retulit D. Cyprianus, Augustinus quoque, & Arnobius. Deum Scansum ab ascensibus dictum idem Cyprianus testatur. Hos domesticos deos, & Lares vocasse antiquos, Tertullianus adfirmat. Idem Isidorus. *Penates, inquit, Gentiles dicebant omnes deos, quos domi colebant, & penates dicti quod essent in penetralibus, id est in secretis. Sicut diis omnibus & publicis publica erant sacra.* Sic & his diis privatis sacra privata erant, ut Sextus Pompeius tradit. *Sacra, inquit, omnia, vel publica sunt, vel privata. Publica, quæ publico sumptu, pro populo fierent, quæque pro montibus, pagis, curiis, & sacellis: privata, quæ pro singulis hominibus, & familiis.* De his sensit D. Clemens, dum ait, singulos homines, singulos deos venerari.

D. Cypr. libr. Quod idola non sunt dii. D. August lib. 4. de civit. Dei c 8. Arnobius lib. 2. advers. Gentes. D. Cyprian. lib. Quod idola non sunt dii cap. 2. Tertull. in apologet. Isidorus lib 8. etymologiarum cap ult. Sextus Pompeius. D. Clemens lib 10. recognitionum. Macrobius Saturnal.

B Cum autem hæc festa, seu sacra privata celebrarentur, omnes illius familiæ conveniebant. Macrobius. *Sic* inquit, *præterea feriæ propriæ familiarum, ut Claudiæ familiæ, vel Æmiliæ, seu Iuliæ, sive Corneliæ, & si quas ferias proprias quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observant.* Quod unius essent gentis gentilitia aliquando vocantur. Cicero. *Multi sunt,* ait, *in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia in illo ipso sacello statuto loco anniversaria factitarint.* Livius. *Quam par vestrum factum est, quod in obsidione nuper in egregio adolescente C. Fabio non minore hostium admiratione, quam, vestra conspectum est? cum inter Gallica tela digressus ex arce, solemne Fabiæ Gentis in colle Quirinali obiit. An Gentilitia sacra, ne in bello quidem intermitti, publica sacra & Romanos deos etiam in pace deseri placet, & pontifices flaminesque negligentiores publicarum religionum esse, quam privatus in solenni gentis fuerit.* Hos deos aliquando extra domum in privato sacello, aliquando domi in focis, in penu (unde penates) in larario reconditos habebant. Cicero. *Nihil sanctius, nihil omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium, hic aræ sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacra religiones ceremonia continentur.* Vnde Columella optimum patrem familias domo egressum, cum regrederetur, deos penates visitare jubet. Hinc veteres cum ad bellum proficiscerentur, hoc sibi primum proponere solebant, esse pro aris & focis pugnandum, ut eos ad arma impellere, non tam amor patriæ, patrimonii, possessionumque conservatio, quam quædam erga Deos, & publicos, & privatos, religio concepta videretur. Sic Alexandrum Severum domi suæ, in larario, Apollonium, Abraham, & Orpheum habuisse, testis est Lampridius. Nec solum hos, sed & Christum Iesum, Deum, in larario suo coluisse refert his verbis. *Primum, inquit, ut si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in larario suo, in quo & divos principes, sed optimos electos & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham, & Orpheum, & hujuscemodi deos habebat, ac majorum effigies, rem divinam faciebat.* Plura autem lararia veteres habuisse, inde elici potest, quod idem Lampridius paulo post referat, eundem Alexandrum Severum inter divos & optimos in lario majori Alexandrum magnum consecrasse. Huc pertinent quæ Tertullianus refert. Cum enim de diis Gentium, tam publicis quam privatis ageret, ut illorum vanitatem, superstitionemque refelleret, sic inquit. *Sed nobis Dei sunt, inquitis, & quomodo vos e contrario impii & sacrilegi, & irreligiosi erga Deos vestros deprehendimini? qui quos præsumitis esse, negligitis: quos timetis, destruitis: quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoscite si mentiar. Primo, quia cum alii alios colitis, utique quos non colitis, offenditis: prælatio alterius sine alterius contumelia non potest procedere, quia nec electio sine reprobatione. Iam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando, offendere non timetis. Nam ut supra præstruximus, status Dei cujusque in senatus æstimatione pendebat. Deus non erat, quem homo consultus noluisset, & nolendo damnasset. Domesticos deos, quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis, pignorando, venditando, demutando, aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur, ut quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatem. Publicos æque publico jure fœdatis, quos in hastario vectigales habetis: si Capitolium, si olitorium forum petitur, sub eadem voce præconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione quæstoris, divinitas addicta conditur.* Irridet hic Gentilium Deos, tam publicos, quam privatos, eo quod eos in supellectilis ratione computarent: nam perinde ab illis oppignorabantur, & vendebantur, ac reliqua instrumenta domestica, instante necessitate.

Cicero de Aruspicum respõsis. Livius lib. 5. Cicero pro domo sua. Columella de re rustica lib 1. c. 8. Lampridius in Alexan Severo. Tertull in apologet. cap. 13.

A Quod si illa numina essent divina, potius exorand essent, ut urgentem inopiam defenderent, quam commutanda pro re vili, & pecuniaria. Nec commutabantur solum, sed frangebantur, & conterebantur, adeo ut quod prius domi Saturnus erat (verbi gratia) vel Minerva, vas postea conflatum deserviret culinæ. Nec de privatis diis hoc tantum efficiebatur, sed & de publicis: vectigales enim, & tributariæ gentes, cum præsentem pecuniam non haberent, publicanis, aut quæstoribus, argenteos, aureosque deos addicebant, ut sæpenumero hastario, venditionique auctionariæ, a præcone vænirent. Habebant ergo patres familias domi suæ, sacra privata, quæ perpetua voluit Cicero in ea, quam ipse formavit, republica. *Sacra, inquit, privata perpetua manento.* Et adeo perpetua, ut morte patris familias sacrorum memoriam perire noluerit, sed pontificum auctoritate effici, ut illis ea essent adjuncta, ad quos ejusdem morte pecunia pervenisset. Quod si mortui essent heredes, sacra cum conservare voluit, qui de bonis mortui, legati causa accepisset plurimum, si vero nemo esset, qui ullam rem testamento cepisset, de creditoribus ejus, qui plurimum servasset: ac tandem personam illam, quæ ei qui mortuus sit, pecuniam debuerit, neminique eam persolverit, ut extremam ponit, ad hoc ut teneatur sacra ejus conservare; quasi eam pecuniam ceperit; ne videlicet interiret privatorum sacrorum memoria. Quod pluribus Cicero eleganter prosecutus est.

Cicero lib. 2. de legibus.

Hæc autem privata sacra, etsi a privatis, ad quos pertinebant, eodem honore & reverentia, quo & publica colerentur, a reliquis vero non sic. Qua ratione illorum stultitiam coarguit Tertullianus, quod ex cujusque voluntate penderet, an hic vel ille ut deus consecrari, & coli debuisset. Ex quo petendus est intellectus ad Paulum dum ait: *Sacrilegi capite puniuntur.* C *Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilaverint. At qui privata sacra, vel ædiculas incustoditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur.* Hoc autem ideo Paulus scripsit, quia cum sacrilegii crimen publicum esset, & de re sacra publica latum, non poterat ad privatas res sacras extendi: etsi fateatur magis quam rerum solum privatarum fures, esse puniendos. In cujus expositione mirum est quantopere laborarit Accursius, ut intelligeret quæ sacra privata Paulus dixerit. Nunc ea esse putat, quæ per principem consecrata sunt: nunc sepulcra, quæ per illationem mortuorum fiunt religiosa: postremo res sacerdotum, quas pro se, & ecclesiæ habent. Quasi Paulus homo ethnicus, de rebus sacerdotum Christi, & ecclesiæ nostræ meminisset; in libro de publicis Romani imperii judiciis.

Tertul. in apologetico cap. 13. Explicatur Pauli lus in l. sacrilegi ad l. Iuliam peccul.

Nec minus laborat, in expositione illius versiculi. *Vel ædiculas incustoditas tentaverint.* Putat enim ædiculas illas esse domunculas, non sacras, sed sacerdotibus relictas, & propter vilitatem incustoditas, ut domunculas D quæ sunt extra ecclesiam, in quibus sacerdotes morantur, quas vocamus canonicas (sic ait Accursius) vel illas, in quibus sacra vasa reponuntur. Semper cum ex antiquitate, Accursio, & suis sectatoribus quid petendum est, illud ex sui temporis moribus & institutis interpretantur, quasi de illis veteres jurisconsulti cogitaverint: de rebus præcipue ecclesiæ, quarum illos ut Gentiles, & idololatras minus curæ habuisse, nullus nisi antiquitatis ignarus inficiabitur. Sacra ergo privata, ea sunt quæ diximus, sacra propria alicujus domus, vel gentis vel familiæ. Ædiculæ incustoditæ, templa erant privata, seu domus privatæ in quibus sacra hæc privata celebrari solebant; non enim solum in proprio habitationis domicilio, sacra hæc celebrabant, sed extra domum in alio sacello ejus familiæ proprio, cui honor sacrorum publicorum tribueretur, non sacellum, vel templum, sed ædes vel ædiculas vocabant, ut constat ex Tertulliano. *Non enim solum,* E ait, *idololatria committitur, cum immolat, incendit, quæ sacris aliquibus vel sacerdotiis obligatur, nec cum ædiculas aut signa fabricat, sed & cum templum exornatur.* Et postea. *Sunt complurium artium species, quæ etsi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea sine quibus idola nihil possunt, eodem crimine expediunt, nec enim interest, an extruas vel exornes, si templum, si aram, si ædiculam ejus instruxeris: si bracteam expresseris, aut insignia, aut etiam demum fabricaveris.* Has ergo ædiculas qui tentaverint, magis quam fures, minus vero quam sacrilegos esse puniendos, Paulus docuit.

Tertull. de idolat. c. 4. Et c. 8.

Cum ergo pater familias sacra haberet privata, qui illius familiæ, & potestati subditi erant, tam filii quam servi, sacra illa venerari, & colere tenebantur. Quo pertinent frequentes illæ jurisconsultorum, & imperatorum loquendi formulæ: In sacris paternis esse, in sacris

L. ult. C. de inofficioso. L. ult. de curato re furiosi l. ult. C. ad senatusc. Tertull. l. 2. C. de suis, & legitim. hered. l. 3. C. de bon. mate. L. 1. §. ult. de annal. except. l. 31. de fideicommiss. l. 12. de collat.

Valerius Max. lib. 7. cap. 7.

Plaut. in trinum.

Gordianus imp. ad Bassum in L. 3. C. de crimine expilat. heredit.

A sacris paternis constitui: hoc est, manere in sacris patris vel patria potestate. Cum ab hac vero per emancipationem liberabantur, sacris paternis dicebantur absolvi, quia jam egressi ex familia patris, sacra privata patris colere non tenebantur: quasi jam alterius familiæ essent, & propria sacra arbitratu suo constituere & colere potuissent. Vnde qui adoptantur, cum in adoptantis patris transirent potestatem, in familiam, & sacra illius transire dicebantur. Valerius Maximus cum de filio Marci Anci Carseolani adoptato a Suffenate avunculo loqueretur, sic ait. *Et si aliquantulum adjuvabat heredes, quod Marci Anci filius in Suffenatis familiam, ac sacra transierat.* Grave erat hoc sacrorum venerandorum onus, unde recte apud Plautum testatur ille, se hereditatem adeptum esse sine sacris opulentissimam.

Modestinus in L. 1. de ritu nuptiar.

Ex his pendet vera interpretatio rescripti impp. Gordiani ad Bassum: dum mulierem nuptam refert esse divinæ & humanæ domus sociam cum marito: & alterius, Modestini, dum matrimonium definit esse consor- B tium omnis vitæ, divini & humani juris communicationem; ad cujus expositionem, Accursius & illius sectatores offendunt. Nam virum & uxorem, divini & humani juris participes, interpretantur, esse ejusdem sectæ, sive religionis, ut Iudæa nubat Iudæo, Christiana, Christiano: juxta l. ne quis C. de Iudæis: quasi Gordianus, & Modestinus, de constitutione Valentiniani, Theodosii, & Arcadii, quæ in ea lege refertur, & quæ maximo temporis intervallo, postea lata est, cogitare potuerint, vel cogitantes potuerint divinare. Sed verius est, uxorem fieri sociam divinæ & humanæ domus: & matrimonium, divini & humani juris communicationem vocari: quia uxor per matrimonium, in potestatem & in familiam mariti transibat: sicque efficiebatur particeps omnium sacrorum mariti: & ideo socia divinæ & humanæ domus nuncupatur. Eadem causa Plutarchus jubet, ut uxor, in religione sit mariti, neve aliam peregrinam admittat. *Nam ulli Deo*, inquit, *sacra occulta & abscondita grata sunt.* Quare uxor nove nupta postridie nuptiarum libertatem auspicans uxoriam, rem divinam sacris mariti faciebat, ut a Macro- C bio proditum est. Origo autem, & antiquitas hujus sacræ societatis inter virum & uxorem, & communis utriusque juris ab ipso Romulo est: ipsum enim constituisse, ut mulieres participes essent jurium maritorum, tradit Halicarnasseus. *Mulierem nuptam*, inquit, cum de legibus Romuli ageret, *quæ extra sacratas leges convenisset cum viro, ei participem esse possessionum, & sacrorum omnium.* Et post alia. *Si pater filio concesserit, uxorem ducere, futuram sacrorum ac bonorum juxta leges participem, patri posthac nullum jus esto vendendi filium.* Et quia diximus uxorem esse sociam divinæ & humanæ domus exposita communicatione domus divinæ, quid sit sociã esse domus humanæ, aperiendum est. Fœmina per coemptionem, in jus, potestatem, & familiam viri transibat, adeo ut filiæ loco haberetur, ut ait Boethius. *Coemptio autem*, inquit, *fiebat hoc modo. Rogabat vir, an sibi mulier materfamilias esse vellet. Illa respondebat, velle. Itaque mulier conveniebat in manum, &* D *vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mater familias viro, loco filiæ.* Idem tradit Gellius, matrem familias appellatam eam esse solam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed & in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venisset. Suum heredem dicit matrifamilias esse, quod filiifamilias loco sit, qui & suus heres dicitur. Vnde quemadmodum filii nomina, & quæ nunc cognomina patris, sive gentilia vocamus, assumebant, sic & uxores: filiabus enim patres cognomina non imponebant antequam nuberent, ut ex Quinto Scævola, Titus Probus refert. Nuptæ vero non patris, sed mariti cognomen, & ejus familiæ sumebant: quod hodie in nonnullis provinciis usitatum est.

Plutarch. in præceptis connubialibus.

Macrob. lib. 1. Saturnal. ca. 15.

Dionysius Halicarnasseus lib. 2. Romanarum antiquitatum.

Boethius in Topic. Cicer.

Gellius noctium Atticarum lib. 18. cap. 6.

Titus Probus lib. 10. epitom. Valerii Max. in princ.

Columella in præfatione libri de re rust.

Plutarchus in problemat. c. 18.

Erat ergo uxor olim particeps non solum divinorum, sed & familiæ cognominis, tum etiam & bonorum. E Columella. *Nil enim*, inquit, *in domo conjugali apud priscos dividuum conspiciebatur, nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium sui juris esse diceret, sed & in commune conspirabatur ab utroque.* Vnde hæc verba erant nuptæ, cum viri domum primum ingrederetur. *Vbi tu Caius, ego Caia.* Quibus quasi paciscebatur, commune sibi cum viro rerum omnium dominium, & æquale domi imperium: ut scripsit Plutarchus: ac si diceret: Vbi tu dominus & familiæ princeps, ego sum hera, & familiæ etiam domina: nam in omnibus nuptiis his nominibus utebantur: ut jurisconsulti, Sempronii, Caii, Lucii, Titii & philosophi, Dionis, & Theonis, ad omnia exempla, quæ docendi causa pro- A ponerent. Qua ratione Cicero ridet jurisconsultos. *Quia in alicujus*, inquit, *libris, exempli causa, id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari.* Sed vera nominis ratio est, ut bono auspicio inciperet matrimonium. Cum Tanaquil (hæc enim sic vocabatur, antequam Romam ingrederetur, Romam vero ingressa, Caia Cæcilia, uxor Tarquini Prisci, Romanorum regis) tantæ fuisset industriæ, tantæ probitatis & virtutis, ut illi statuam æream in templo Marci Anci constituerint, auctore Plinio, cum lana colo & fuso, pudicitiæ suæ, & industriæ monumento: Inde boni ominis causa, Caiæ nomen acceperunt fœminæ nubentes; ut Titus Probus refert, addens, ideo institutum fuisse, ut nova nupta ante januam mariti interrogata quænam vocaretur, Caiam se esse diceret. Ex quo intelligitur in his matrimoniis quæ coemptione fiebant, nomina hæc Caii, & Caiæ, usurpari: veramque esse Plutarchi conjecturam, eo verborum usu parem utriusque dominationem significari: B quod a Romulo tam in sacris, quam in bonis, & possessionibus fuisse constitutum scribit Halicarnasseus. Si maritus præterea vir clarissimus est, fœmina nomen clarissimæ, & auctoritatem consequitur. Quod si diversa habeant domicilia, propter conditionem matrimonii, domicilii mariti illa efficitur. Vxor adeo in potestate erat mariti, & communione bonorum, ut illi tanquam suus heres succederet, æque instituenda esset, vel exheredanda, ut Vlpianus tradit. *Sui heredes*, inquit, *instituendi sunt, vel exheredandi. Sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tum naturales, quam adoptivi: item uxor, quæ in manu est, & nurus, quæ in manu est filii, quem in potestate habemus.* A. Gellius. *Matremfamilias*, ait, *appellant eam esse solam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed & in familiam quoque mariti & in sui heredis locum venisset.* Idem retulit Boethius. Ex quibus sane dilucide constat, quid indicarit Modestinus, cum dixit, matrimonium esse consortium omnis vitæ, divi- C ni & humani juris communicationem; quidve Gordianus imperator, cum scripsit, uxorem esse rei humanæ & divinæ sociam; privata enim sacra fuisse, quorum participes erant uxores.

Cicero in oratione pro Muræna.

Plinius lib. 8. ca. 48.

Titus Probus in epitome lib. 10. Valerii Maximi.

Halicarnasseus lib. 2 antiquitatum Romanor.

L. fœminæ de senatoribus.

L. exigere de judiciis l. ultima. § scripserint ad municipal.

Vlpian. in fragmentis tit. 22. qui heredes instituendi sunt.

Aulus Gellius lib. 18. noct. Atticarum, cap. 6.

Boethius in topi. Ciceron.

L. 1. de pagan. sacrific. in C. Theodosiano.

Ceterum quando hæc privatorum sacrorum ratio in desuetudinem abierit, vel contraria lege fuerit sublata, queri audio, & affirmare nonnullos, eam primum hac imperatoris Constantini lege interdictam.

Imp. Constantinus A. ad Maximum.

Si quid de palatio nostro, aut ceteris operibus publicis, degustatum fulgore esse constiterit; retento more veteris observantiæ, quid portendat ab aruspicibus requiratur, & diligentissime scriptura collecta, ad nostram scientiam referatur: ceteris etiam usurpandæ hujus consuetudinis licentia tribuenda, dummodo sacrificiis domesticis abstineant, quæ specialiter prohibita sunt. Sed magis puto antea multo Hispanos patres hoc genus idololatriæ præsentis canonis decreto sustulisse: probabileque est, Osio D episcopo Cordubensi suggerente (quem singulari amore & reverentia, Constantinus magnus, semper prosecutus) imperatoriam hanc constitutionem stabilisse. Cum autem sola excommunicationis pœna ab episcopis lata, nec simplex Constantini imperatoris constitutio, errorem hunc, in omnium animis radicitus insidentem, evellere potuisset; graviori, acriorique remedio, improbis opus fuit: eaque ratione, Theodosius & Arcadius impp. sub pœna domus privatæ confiscationis, hæc privata sacra interdixerunt in rescripto ad Ruffinum præf. præt.

L. 12. de pagan. sacrifi. C. Theodos.

Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla urbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo, larem, ignem erogenium, penates, nidore veneratus, accendat lumina; imponat tura; serta suspendat. E Et post alia. *Si quis vero mortali opere facta, & ævum passura simulacra imposito ture venerabitur, ac ridiculo exemplo metuens, subitoque ipse vel redimita vittis arbore; vel erecta effossis ara cespitibus; vanas imagines, humiliore licet muneris præmio, tamen plena religionis injuria, honorare temptaverint, is utpote violatæ religionis reus, ea domo seu possessione multabitur, in qua eum gentilitia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia loca, quæ turis constiterit vapore fumasse, si tamen ea in jure fuisse turificantium probabuntur, fisco nostro adsocianda censemus. Sin vero in templis fanisve publicis aut in ædibus, agrisve alienis, tale quispiam sacrificandi genus exercere temptaverit, si ignorante domino usurpata constiterit,*

constiterit, XXV. libras auri mulcta nomine cogetur inferre: conniventem vero huic sceleri par ac sacrificantem, pœna retinebit. Sed nec his pœnis Hispanos omnes fuisse coactos, ut antiquæ idololatriæ obliviscerentur, (tam pertinaces in deserenda semel suscepta antiquæ superstitionis secta fuere, ut constantes adhuc in vera religione retinenda) constat ex concilio Toletano III. in quo hæc episcopi decreverunt.

Conc. Tolet. 3. can. 16.

Quoniam pene per omnem Hispaniam, sive Galliam, idololatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu gloriosissimi principis, sancta synodus ordinavit, ut omnis sacerdos in loco suo, una cum judice territorii, sacrilegium memoratum studiose perquirat, & exterminare inventum non differat: omnes vero qui ad talem errorem concurrunt, salvo discrimine animæ, qua potuerint animadversione, coerceant. Quod si neglexerint, sciant se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum a possessione sua neglexerint, vel familia sua prohibere noluerint, ab episcopo & ipsi a communione pellantur. Sed multo post adhuc eumdem errorem perdurasse intelligitur ex concilio Toletano XVI. in quo, gravissimis pœnis præceptum est episcopis, presbyteris, & omnibus causarum civilium præfectis, ut idololatriæ & superstitionis radices evellerent, renovato antiquo hujus concilii decreto.

Conc. Tol. 16. cau. 2.

Si vero vim metuunt servorum, vel seipsos puros conservent.

Quando servorum idola domini habeant diruere. Cap. XV.

Athenæus lib. 6. can. 7.

Qui legerit olim Romanorum nonnullos, decem, alios vero, viginti millia servorum possedisse, non in compedibus (ut solebant Græci) metallisve effodiendis damnatos, sed ex illis plurimos secum degentes, & qui, quo proficiscebantur domini, assidue subsequerentur: non mirabitur, quod in hoc canone definiunt patres, dominos videlicet, qui cogentes servos, ut ab idololatriæ erroribus ad Christianæ religionis disciplinam revocarentur, si vim eorum extimescant, saltem ipsi se puros ab idololatria cõservent. Severius multo, & erga servos, & erga dominos se gessit concilium Toletanum XII. postquam enim idololatriæ crimen gravissimis verbis exaggerasset, hęc addidit. *Ac proinde omnes sacrilegiũ idololatriæ, vel quidquid illud est, contra sanctam fidem, in quo insipientes homines captivati, diabolicis culturis inserviunt, sacerdotis, vel judicis instantia inventum, ut sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero qui ad talem errorem occurrunt, & verberibus coerceant, onustos ferro dominis suis tradant. Si tamen domini eorum, per jurisjurandi attestationem promittant, se eos tam solicite custodire, ut ultra eis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolint hujusmodi reos, in fide sua suscipere, tunc ab eis coerciti sunt, regis aspectibus præsententur, ut principalis auctoritas, liberam de talibus donandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nunciatos sibi talium servorum errores ulcisci noluerint, & excommunicationis sententiam perferant, & jura servi illius quem coercere noluerint, se amisisse cognoscant. Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis sententia feriantur; & arctiori exilio ulciscantur.* Hæc de dominis sæcularibus, ut vocant. De ecclesiasticis aliam legem non dispari pietate tulit Africa: decrevit enim, ut episcopi, presbyteri, & diaconi, non ordinarentur, priusquam omnes qui in domo eorum erant, Christianos catholicos facerent: in quo assequendo cum omnes nervos contenderent, ecclesiasticis muneribus adscripti, nec spe frustrarentur; gravi, & iniquo animo tulisse, Iulianum imp. apostatam, Sozomenus refert. *Maxime, autem,* inquit, *omnium eum angebat, quod audiret uxores etiam, liberos, & servos multorum sacerdotum, fidem Christi profiteri.* Sed quanto præstantius, & melius, qui illi successit in imperio Iovianus. Cum enim in Perside, ad imperium raperetur, clamabat nolle se infidelibus imperare, cum ipse esset Christianus. Cui responsum a militibus omnibus est, sese quoque Christi fidei esse obnoxios.

Conc. Tolet. 12. can. 11.

Conc. Carthag. 3. can. 17.

Sozom. lib. 5. hist. ecclesi. cap. 15.

Nicephor c. 38. Eutropius lib. 2. Socr. lib. 3. ca 22.

Si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

Si tot servos domini non habent, ut vim illorum merito perhorrescant, ab idololatriæ cultu illos revocare debent; quod si non fecerint, diris vovendos decernitur. Hinc observare licet, quanto studio & diligentia patresfamilias in domesticos, vel servos, vel famulos invigilare debeant: quanta cura eniti, ut ab erroribus illi resipiscant religionis & morum. Est enim magnificum, quemquam se ab omni contagione vitiorum reprimi & revocari: sed magnificentius & suos. Quanto enim magis arduum est, alios præstare quam se, tanto & laudabilius, cum ipse sit optimus, sui similes & suos quoque reddidisse. Aliter vero, eximia quæque propriæ virtutis laus, nimia familiæ vitiorum patientia læditur; & nimia servorum communio dominicæ communionis interdictione coercetur.

Canon XLII. Vulgatus.

De his, qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, (si bonæ fuerint conversationis) intra biennium temporis placuit ad baptismi gratiam admitti debere; nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

Canon XLII. *Emendatus.*

De his, qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, (si bonæ fuerint conversationis) intra biennii tempus placuit ad baptismi gratiam admitti debere: nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

Quando catechumeni baptizandi, & quibus informandi. Cap. XVI.

Varia tempora catechumenis adultis baptizandis præscripta in hoc concilio legimus: flaminibus triennii tempus: fœminis peccantibus quinquennii: omnibus autem communiter biennii hic. Quod & confirmavit postea Iustinianus. Iudæis vero octo menses præscripsit concilium Agathense, nisi valetudinis necessitas brevius exegerit temporis spatium. Hodie autem judicio episcoporum, & eorum presbyterorum, in cujus regione aut parochia sunt, reservatur: an doctrinæ Christianæ mysteriis adeo imbuti sint, & informati, ut merito possint sancto regenerari lavacro. *Sed intelligant Dei sacerdotes,* monuit pie satis & prudenter concilium Limense, *nisi in fide ut oportet instructos baptizent, vel a peccatis absolvant: se & grandi sacrilegio commaculare, & animarum reos, apud districtum Dei judicium reddere, &c.* Maxime enim Christi ecclesiam dedecet infideles multis idololatriæ, & morum corruptelis contaminatos, antequam semicatechumenos, plenos fieri Christianos.

Can. 3. hujus concilii. Can. 11. hujus concilii. Iustin. imp. nov. 144. Conc. Agath. can. 25.

Conc. Limense. act. 2. can. 4.

Quæ autem vel Mauros, vel Turcas, vel Indos, aut reliquos infideles, ecclesiarum præpositi docere nunc debeant, expressit olim B. Clemens & latissime D. Augustinus. Sed illa brevi retulit compendio concilium Limense his verbis. *Cum divino præcepto omnes Christiani adulti teneantur pro suo captu scire, quæ ad religionis Christianæ, quam profitentur, substantiam pertinent; qualia sunt mysteria fidei præcipua, quæ continentur in symbolo, mandata decalogi omnibus servanda, sacramenta quoque ea, quæ necessario cuique suscipienda sunt, tum demum; quo a Deo petere, & expectare debemus, juxta dominicæ orationis institutionem, sedulo in iis erudiendi sunt a pastoribus, & ministris omnes, maxime rudiores, Indi, Æthiopes, pueri, pro cujusque ingenio, & opportunitate; ne gravissimo morbo ignorantiæ, ut fit passim, periclitentur. Omnino autem curandum est, ut quicumque neque ætate, neque valetudine impediuntur, memoriter discant elementa Christiana, maxime symbolum fidei, orationem dominicam, præcepta decalogi, sacramenta ecclesiæ. Id ut fiat, antiquorum canonum statuta sequens, præcipit stricte sancta synodus, ut nullus adultus ad sacramentum baptismi admittatur, qui non prius saltem symbolum, & orationem dominicam, memoriter reddiderit. Idemque in sacramentis pœnitentiæ, & confirmationis conferendis omnino servetur; excepto vel necessitatis articulo, vel nimia senectutis, aut ægritudinis, sive etiam profundæ alicujus hebetudinis*

B. Clem. lib. 7. apost. constit. c. 39. D. Aug. lib de catechizandis rudibus. Conc. Lim. can. 4. act. 2. Matth. 18. Marci 16. 1. Pet. 3.

De consecr. c. 4. baptizandos. Et c. non liceat. Aug. lib 50. homil. 42. Conc. Fer. Iulian. in præf. ad fin. Conc. Moguntia. can 45.

Aug. in enchir. c. 7. Concil. Lim. 2. sess. 2. can. 16. Conc. Lim. 2. sess. 3. can. 33. & 54.

hebetudinis impedimento; quod parochorum, seu confessariorum judicio & conscientiæ relinquatur. Qui vero iis tantis impedimentis gravati fuerint; ut copiosiorem catechesim non admittant, doceantur demum pro suo modo præcipua fidei capita, scilicet unum esse Deum, omnium rerum auctorem, qui accedentes ad se vita æterna remuneret, improbos & rebelles æternis suppliciis in alio sæculo puniat. Deinde hunc ipsum Deum, esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, tres quidem personas, sed unum Deum, verum, præter quem nullus alius sit verus Deus. Nam quæ adorant aliæ Gentes, præter Christianam non esse Deos, sed dæmones potius, aut figmenta hominum. Præterea filium Dei, propter reparandam salutem hominum, factum hominem ex virgine Maria, pro nobis passum, & mortuum, ac tandem resurrexisse, & regnare in æternum. Hunc esse Iesum Christum, dominum, & salvatorem nostrum. Postremo, neminem posse esse salvum, nisi credat in Iesum Christum, & pœnitens de peccatis commissis, sacramenta ipsius suscipiat: Baptismatis quidem, si infidelis est; confessionis autem, si lapsus post baptismum: ac denique statuat ea servare, quæ Deus, & ecclesia sancta præcipiunt. Quorum summa est, ut Deum diligat super omnia, & proximum, sicut seipsum. Intelligant igitur Dei sacerdotes, nisi in fide, ut oportet, instructos baptizent, vel a peccatis absolvant, se & grandi sacrilegio commaculare. Lingua catechizari propria & vulgari informandos catechumenos, ad intelligendam & retinendam tenacius doctrinam, satis apposite cavit idem concilium Limense.

Idem Conc. Lim. can. 6.

Canon XLIII. Vulgatus.

De celebratione pentecostes.

Levit. 23. Deuter. 16. & Act. 11.

Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem pentecostes celebremus: quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.

Canon XLIII. *Emendatus.*

De celebratione pentecostes.

Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem pentecostes post pascha celebremus, non quadragesimam: quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisset, notetur.

Festum pentecostes ab ipsis fuisse apostolorum temporibus. Cap. XVII.

...c. act. apost. ...p. 29.

FACESSANT jam qui festum hoc celebre inter Christianos, se nescire aiunt, an apostolorum tempore, Gentium auribus notum fuisset: cum præter expressum hoc sanctorum patrum Hispaniæ testimonium, ex Luca constet, cum refert maxime contendisse Paulum se ab Asia expedire, ut si fieri posset, diem pentecostes celebraret Hierosolymis. Quorsum enim tanta in Paulo sollicitudo, si diei celebritate non urgeretur? Eamdem ipse insinuat ad Corinthios, dum ait, se Ephesi moraturum usque ad pentecosten, quam Hierosolymis destinarat. Sed confirmat Cassianus. *Cujus festivitatis traditio*, inquit, *per apostolicos viros ad nos usque transmissa, eodem tenore servanda est.* D. Ambrosius adeo celebrem prædicavit, ut a die Christi passionis, jubilæum Christianorum esse scripserit. *Et in lege habes*, inquit, *quia jubilæus dicitur numerus quinquaginta annorum recursus, celebrabilis admodum, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, possessionum refusiones. Hunc numerum læti celebramus post domini passionem, remisso culpæ totius debito, chirographo quoque vacuato, ab omni nexu liberi, & suscipimus advenientem in nos gratiam Spiritus sancti, die pentecostes, vacante jejunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur.* Id pluribus probavit D. Augustinus: ea in breve compendium redegit D. Isidorus, quæ quia hujus festi initium originemque repetunt consentaneum censui, hic adversus contra prave opinantes recitare. *Initium sane*, inquit, *& causa festivitatis pentecostes, paulo latius repetenda est. Pentecostes enim dies, hinc cœpit exordium, quando Dei vox, in Sina monte, desuper intonantis audita est, & lex data Moysi. In novo autem testamento pentecoste cœpit,*

...pist. 1. ad Cor. ...p. 16. Cassian. coll. 21. ...p. 20. D. Ambr. in præ... t. in psal. 50. ...vit. 25. ...oloss. 2. D. Aug. in epist. ...9. ad Ianuar. c. ... & 17. Isid. lib. 1. de ...fic. eccles. c. ... ...od. 20.

quando adventum sancti Spiritus, quem Christus promisit, exhibuit: quem ait non esse venturum, nisi ipse ascenderet in cœlum: denique dum portam cœli Christus intrasset, decem diebus interpositis intremuit subito orantibus apostolis locus, & descendente Spiritu sancto super eos, inflammati sunt, itaut linguis omnium Gentium, Dei magnalia loquerentur. Adventus itaque sancti Spiritus de cælo, supra apostolos, in varietate diffusus linguarum, solennitatem transmisit in posteros, eaque de causa pentecoste celebratur, & dies ipse proinde insignis habetur. Concordat autem hæc festivitas evangelii, cum festivitate legis. Illic enim, postea quam agnus immolatus est, interpositis quinquaginta diebus, data est lex Moysi, scripta digito Dei: hic postquam occisus est Christus, qui sicut ovis ad immolandum ductus est, celebratur verum pascha: & interpositis quinquaginta diebus, datur Spiritus sanctus, qui est digitus Dei, super CXX. discipulos, Mosaicæ ætatis numero, constitutos. Siquidem & hæc festivitas, aliud obtinet sacramentum. Constat enim ex septimana septimanarum. Sed dierum quidem septimanæ generant eamdem pentecosten, in qua fit peccati remissio per Spiritum sanctum. Annorum vero septimanæ, quinquagesimum annum faciunt: qui apud Hebræos jubilæus dicitur; in quo similiter terræ fit remissio, & servorum libertas, & possessionum restitutio, quæ pretio erant comparata. Septies etenim septem multiplicati, quinquagenarium ex se generant numerum, assumpta monade, quam ex futuri sæculi figura, præsumptam esse, majorum auctoritas tradidit. Fit enim ipsa & octava semper, & prima, imo ipsa est semper una; quæ est dominica dies. Necesse est enim sabbatismum animarum, populi Dei illuc occurrere, atque ibi compleri, ubi datur pars his qui octo: sicut quidam differens, Salomonis dicta sapienter exposuit: idcirco autem totus quinquagesimæ dies, post domini resurrectionem resoluta abstinentia, in sola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ resurrectionis: ubi jam non labor, sed requies erit lætitiæ. Ideoque his diebus, nec genua in oratione flectuntur: quia sicut quidam sapiens ait, inflexio genuum, pœnitentiæ & luctus indicium est: unde etiam per omnia eamdem in illis solennitatem, quam die dominico custodimus, in qua majores nostri, nec jejunium agendum, nec genua esse flectenda, ob reverentiam dominicæ resurrectionis tradiderunt. Nec eum diem solum festivum, & celebrem olim fuisse, in ecclesia constat: in præcipuis enim ecclesiæ festivitatibus venerandam, & toto terrarum orbe venerabilem dixit Leo papa. Sed totos illos quinquaginta dies, fuisse feriatos, testis est Tertullianus, omnes illos pentecostes nomine, comprehendens: prius enim his verbis, celebrem dixit. *O melior fides nationum in suam sectam; quæ nullam solennitatem Christianorum sibi vindicat, non dominicum diem, non pentecosten. Etiam si nossent, nobiscum non communicassent: timerent enim, ne Christiani viderentur: nos ne ethnici pronuntiemur, non veremur. Si quid & carni indulgendum est, habes, non dicam tuos dies tantum, sed & plures. Nam ethnicis semel annuus dies quisque festus est: tibi octavo quoque die. Excerpe singulas solennitates nationum, & in ordinem texe, pentecosten implere non poterunt.* Quare quemadmodum diebus dominicis stantes orabant fideles, in signum lætitiæ resurrectionis, sic etiam in his diebus, qui a paschate sunt, usque ad pentecosten. Tertullianus. *Die dominico*, inquit, *jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die pascha in pentecosten usque gaudemus.* Id ipsum confirmat Iustinus Martyr, sive quicumque ille sit auctor responsionum ad orthodoxos. *Quoniam easdem vires*, inquit, *habet pentecoste, quas dominica, secundum causam de ea dictam.* Idem prorsus concilium Nicænum, & Augustinus: sicque die pentecostes, ut in diebus paschæ, baptismum olim solum dari, constat ex concilio Gerundensi. Et in pentecoste, ut in paschate, solitum Antonium vestem Pauli primi eremitæ ferre, D. Hieronymus commemorat. Qui autem tantum festum celebrare omitterent, de adventu sancti Spiritus dubitare insinuant episcopi: eaque ratione, tanquam hæresis novæ auctores, notari. En quam solerti cura Hispani patres hæresum novitatibus inducendis obstiterint: quantumque ecclesia catholica in conservanda pura & integra sinceræ fidei doctrina, Hispaniæ olim debuerit, debeat & hodie.

Act. 2. Esal. 53. Eccles. 11. *Sapiens hic, ut Isidorus vocat, Ioannes Cassian. est collat. 21. cap. 20.* Leo papa in ser. 1. & 3. pentecost. Tertull. lib. de idololatria c. 14. Tertull. lib. de corona militis c. 3. Iustin. Mar. lib. respons. ad orthodoxos, q. 115. Conc. Nicænum can. 20. D. Aug. in epist. ad Ianuar. 119. cap. 17. Conc. Gerund. can. 4. Can. de catechumenis de consec. dist. 4. D. Hieron. in vita Pauli eremitæ.

In codicibus manuscriptis, non ut celebretur festum pentecostes, sed ut intra quinquagesimum diem a paschate ab omnibus celebretur, decernitur, iisdem, quæ in textu nostro retulimus, verbis. *Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem pentecostes post pascha celebremus; non quadragesimam, sed quinquagesimam: qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisset, notetur.* Grave enim, & merito, existimarunt, cum omnes unum

corpus simus in Christo, una omnium fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, non uno eodemque tempore anniversarium adventus. Sancti spiritus festum celebrari, sed per eosdem dies, alios stantes, alios flexis genibus orare, alios feriari & conquiescere, & vacare conviviis, alios jejuniis & corporis aliis afflictionibus macerari. Recte enim a Damaso PP. scriptum primum, & a Leone magno repetitum postea est, aliter unus grex unusque pastor non sumus, nisi, quemadmodum apostolus docet, id ipsum dicamus omnes, & perfecti simus in eodem sensu & eadem sententia: & nisi tandem uno eodemque tempore præcipua religionis nostræ mysteria celebremus. Quinquagesimo autem die post pascha pentecostes festum agendum docet Ambrosius. *In dominica*, inquit, *resurgens salvator, reversus ad homines est: & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus commoratus est.* Et paulo inferius. *Non igitur jejunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum dominus commoratur.* Divus Hilarius loquens de numero quinquagenario, qui ex septem conficitur septimanis. *Et hac quidem*, ait, *sabbata sabbatorum, ea ab apostolis religione celebrata sunt, ut his quinquagesimæ diebus, nullus neque in terram strato corpore adoraret, neque jejunio, festivitatem spiritualis hujus beatitudinis impediret: quod id ipsum extrinsecus etiam in diebus dominicis est constitutum.* Cassianus. *Hoc quoque*, inquit, *nosse debemus, a vespera sabbati, qua lucescit in diem dominicum, usque in vesperam sequentem, apud Ægyptios genua non curvari, sed nec totis quidem quinquagesimæ diebus, nec custodiri in eis jejuniorum regulam.*

Damas. epist. 4. Leo papa epist. 4. c. 2. 1. Cor. 1. D. Ambr. ser. 61. D. Hilarius in præfatione in psalmos. Cassian. de inst. cœnob. orum lib. 2. cap. ult.

Sed quæ fuerit illa ratio, quare quadragesimo die festum celebrandum quibusdam visum fuerit (quod improbat concilium) & quinquagesimo, ut decernit, docte his verbis expressit Ioannes Cassianus. *Quare igitur tota quinquagesima, abstinentiæ rigorem, prandiis relaxamus, cum utique Christus quadraginta tantum diebus, post resurrectionem eum discipulis fuerit commoratus. Theonas. Non incongrua interrogatio vestra rationem integerrimæ veritatis meretur agnoscere. Post ascensionem salvatoris nostri, quæ quadragesimo resurrectionis ejus acta est die, apostoli reversi de monte Oliveti, in quo se ad patrem pergens præbuit intuendum: sicut etiam actuum apostolorum lectio contestatur, ingressi Hierosolymam, decem diebus adventum Spiritus sancti expectasse feruntur: quibus expletis, quinquagesima eum die cum gaudio susceperunt; & ita est per hac, festivitatis hujus numerus evidenter impletus. Quem in veteri quoque testamento legimus figuraliter adumbratum: in quo consummatus hebdomadibus septem, primitiarum panis per sacerdotes domino jubebatur offerri: qui verissime per apostolorum prædicationem, qua in illo die concionati leguntur ad populum, oblatus domino comprobatur; verus scilicet primitiarum panis, qui nova doctrinæ institutione prolatus, quinque millibus virorum esca sua munere satiatis, primitivum de Iudæis Christianorum populum, domino consecravit. Et idcirco hi quoque decem dies, cum superioribus quadraginta, pari solennitate sunt, ac lætitia celebrandi. Cujus festivitatis traditio per apostolicos viros ad nos usque transmissa, eodem tenore servanda est. Ideo namque in ipsis diebus, nec genua in oratione curvantur, quia inflexio genuum, velut pœnitentiæ ac luctus indicium est: unde etiam per omnia eamdem in illis solennitatem, quam die dominica custodimus, in qua majores nostri, nec jejunium agendum, nec genu esse flectendum, ob reverentiam resurrectionis dominicæ tradiderunt.*

Cassian. collat. 21. cap. 20. Act. 1. Act. 2. Exod. 23. & 34. Act. 2.

Quare autem necessario, die præscripta, esset festum celebrandum, concilium Toletanum X. exposuit. *Cum nihil*, ait, *fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat, & unitatem catholicæ regulæ, varietas nulla discerpat: est tamen, quod nisi temporum unitate servetur, & dissidium indiscissæ unitati parturiat, & sacramentorum unitate constare non valeat. Hinc est, quod paschale festum, nisi uno die celebremus & tempore, in Iudaicum decidamus errorem. Hinc adventum sancti Spiritus, post resurrectionem Dei, nisi expectemus: tempore definito dierum, simul & numero, non possumus impleri, ejusdem Spiritus dono, quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterii sacramento.*

Concil. Tolet. 10. can. 1.

Canon XLIV. Vulgatus.

De meretricibus paganis, si convertantur.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

Canon XLIV. *Emendatus.*

De meretricibus paganis, si convertantur.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

Quæ proprie dicatur meretrix: quæ olim ei pœnæ proposita: quando baptizari debeat.
Cap. XIIX.

A MERENDO meretricem dictam, eo quod pretium libidinis mereatur; docuit D. Isidorus. Illa autem mereri dicitur, quæ publice corpore quæstum facit. Quæ autem dicantur publice quæstum facere, nemo melius Vlpiano id expressit. *Palam*, inquit, *quæstum facere dicemus, non tantum eam, quæ in lupanario se prostituit: verum etiam, si qua, ut assolet, in taberna, vel caupona, vel aliâs pudori suo non parcit. Palam autem sic accipimus, passim, hoc est sine delectu, non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit, sed quæ vicem prostitutæ sustinet.* Ne autem quis intelligeret, eam, quæ cum uno, aut altero pecunia accepta se commiscuit, esse meretricem, addidit. *Item quæ, cum uno, aut altero se pecunia accepta commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere.* Requiritur ergo ad hoc, ut quæ fœmina meretrix dicatur, vel quæstum corpore faciat, ut multorum pateat libidini: sic enim definit D. Hieronymus, apud Gratianum. *Meretrix*, inquit, *est, quæ multorum libidini patet.* In cujus expositione, verbo, quæ multorum, mirum est, quam turpia, & a vero eorum jurium quæ citat, sensu abhorrentia retulerit glossa; volens ut meretrix, quæ multos admittit, juxta sententiam Hieronymi, plures quam XXIII. millia hominum admiserit: argumento, ut ait, cap. disciplina XLV. distinctione, vel saltem sexaginta: juxta cap. Latores, de clerico excommunicato: quorum jurium rationes, quam sint alienæ ab ea D. Hieronymi, dubitabit nemo, qui alicujus sit in re literaria judicii. Multorum enim appellatione, pluralis numerus continetur: quod ad animi, & voluntatis rationem referri debet, ut excludatur singularis: quod est de propria ratione concubinæ, seu pellicis; non autem meretricis; cujus turpitudo venalis est; ut divus Augustinus docet. Si ergo fœmina unum, vel duos receperit ob quæstum, cum hoc parata ad alios quoscumque recipiendos, meretrix dici potest, & debet; ut commodis, vel incommodis, meretricibus a lege propositis frui, vel affici possit. Quod si de animo hoc, in futurum recipiendi quemcumque, non constiterit: eam quæ duos tresve, ob quæstum admisisse fuerit comprobatum, meretricem judicasse par erit: quod eos, multorum appellatione in eo actu comprehendi censuerim. Cuique suum esto judicium. Meretricum initium & originem a Venere, repetit Lactantius, eam enim, quam ex spuma maris procreatam poetæ testantur, omni lascivia, impudentia, & turpitudine fuisse insignem notius est quam a nobis explicari debeat: nam ex famoso Martis stupro, genuit Harmoniam, de qua Plutarchus ex Mercurio Hermaphroditum: ex Iove Cupidinem: ex Anchisa Æneam: & ex Bute Erycem: eaque de causa amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatum, & omnis libidinis, illa dea habita est. Hæc autem, ne sola impudica videretur, omnium prima, teste Lactantio, meretriciam artem instituit: auctorque mulieribus, in Cypro insula fuit, uti vulgo quæstum corpore facerent. Miserum, turpem, sordidum & infamem, harum meretricum statum, ut illæ desererent; multa adversus eas, in diversis provinciis constituta prudenter, legimus. Apud Romanos mos fuit, auctore Tacito, ut quæ corpore vellent quæstum facere, stupri licentiam apud ædiles nuntiarent, ut eo pudore suffusæ, ab impudico meretricandi officio retraherentur. *Eodem anno*, inquit, *gravibus senatus decretis, libido fœminarum coercita: cautumque, ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuisset. Nam Vestilia, prætoria familia genita, licentiam stupri, apud ædiles vulgaverat: more inter veteres recepto, qui satis pœnarum, adversus impudicos, in ipsa professione flagitii credebant.* Ad quem locum facit Tranquillus in Tiberio. *Famosæ fœminæ*, inquit, *ut ad evitandas legum pœnas, jure, ac dignitate matronali exolverentur, lenocinium profiteri cœperant, & ex juventute utriusque ordinis, profligatissimus quisque, quo minus in opera scenæ, arenæque edenda senatusconsulto ferirentur, famosam judicii notam sponte subibant: eos easque omnes, ne refugium in tali fraude cuiquam*

D. Isidor lib. 10 etymol. Vlpian in l. palam 43. de ritu nuptiar. D. Hieron. in epist. ad Fabiolam. Extat apud Grat. in cap. vidua 34. distinct. Gloss. in ejusdem cap. expositione verbo, quæ multorum. D. Aug. in quæst. Deuter. 73. ad c. 23. can. meretrices 32. q. 4. Lactantius lib. 1. divinar. instit. Plutarch. in vita Pelopidæ. Lactant. lib. 1. divinar. institut. cap. 17. Tacitus lib. 2. annalium. Tranquillus in Tiber. Marcellus in l. stuprum de ritu nuptiar. Suetonius in vita Domitiani. Constant. imp. in l. 1. c. de naturali. liber.

cuiquam esset, exilio affecit. Quod si pudicitiam apud A ædiles non vulgarent, stupri pœna afficiebantur. Vt hinc intellectam observemus antiquam Marcelli jurisconsulti sententiam. *Stuprum,* inquit, *intelligitur, etiam in his mulieribus esse, quæ turpiter viverent, vulgoque quæstum facerent: etiamsi non palam.* Acceptandi legata, & hereditates, facultatem illis ademit Domitianus Cæsar lege perpetua, ut a Suetonio traditur. Donationes in eas collatas, irritas fecit Constantinus imperator: facta revocationis potestate legitimæ soboli donantis, aut fratri, sorori, vel aliis ejus proximis. Vt legitima, jure naturæ debita, a patre privari possent; a Diocletiano, a Maximiano decretum est in rescripto ad Apollinarem, probatum postea a Iustiniano, receptumque tandem apud Vvisigothos, lege antiqua. Vestibus matronarum seu honestarum fœminarum uti, illis interdictum indicant Tertullianus, & Vlpianus: sed confirmavit graviori pœna proposita Iulius III. papa, deinde Paulus IIII. ac tandem severissima constitutione B Pius IV. Trecentis fustium ictibus afficiebantur lege Vvisigothorum primo, & exulabat ab urbe: quod si iterum eam ingrederetur, & in turpi officio perseveraret, in servitutem redigebatur alicujus pauperis, cui rex illam dono dedisset, lege Reccaredi. Quod & Longobardorum consuetudine receptum erat: si parens meretricis illam ab officio non retraheret, vel aliqua pœna puniret: ac tandem (ut alia omittamus) turpitudinis, & infamiæ nota, apud omnes fere nationes aspersæ sunt. Qua ratione apud Romanos lege Constantini, & antea, senatori non licuit, non solum cum his quæ sunt in lupanari, sed nec cum eis quæ quocumque modo corpore quæstum facerent, fecissentve, in matrimonii fœdus transire. Apud Germanos non solum senatoribus, sed & plebeiis hominibus, meretrices uxores ducendi jus denegabatur: cum virgines solum duci posse, sit auctor Tacitus. Hæc eadem honestatis lex imposita est Vtopiensibus Insulanis: mulieribus enim perpetuo nuptiæ interdicuntur, quæ ante connubium convictæ fuissent furtivæ libidinis, teste Thoma Moro. Quod & a Constan- C tino Palæologo orientis imperatore, ne matrimonia ullam malam haberent causam, decretum fuit. Idem nuptiarum jus meretrici multo antea negatum in sua republica a Moyse, testis est Iosephus, ut cujus propter injuriam suo corpori factam nuptiale sacrum Deus non admittat. *Idque observari valde interest,* inquit, *ut proles nascatur ingenua, & ad studium veritatis erecta, si non e turpi, aut illiberali matrimonio nascatur.* Deut. *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.* Ne autem in hominum cogitationem veniret, expiari & redimi posse hoc peccatum, si quid in templo offerretur; ea de causa subsequitur. *Non offeres mercedem prostibuli, quidquid voverit; quia abominatio est apud Deum.* Quod si rationem investigare conemur, quare necesse fuit prohibere pretium illicito corporis usu quæsitum, vel Deo, vel templo sacro inferre, cum nec esse, nec vivere meretrices, Moysis leges permitterent: ut agnoscit etiam Clemens Alexandrinus: illud D occurrit, legem hanc, ideo a Moyse latam; cum ut debitum officium & reverentiam locis sacris præstandam exprimeret; tum etiam ut fœminæ hac ignominiosa pœna deterritæ, minori bono ducerent, lucrosæ & voluptuosæ huic fœditati operam dare. Nisi quis dicat (quod & mihi magis placet) non publici, sed privati & secreti quæstus oblationem etiam prohibere voluisse: ut aditus redimendi hoc carnis peccatum intercluderetur. Hanc pœnam in meretrices, ante Moysis legem, vel usu, vel conventione, apud Hebræos fuisse receptam, erui posse videtur ex his quæ Philo doctus Hebraicæ antiquitatis scriptor, de Iosepho loquens retulit: illum enim solicitatum ab hera, fortius resistentem, ac respondentem libere sic inducit. *Bonis moribus & legibus utimur, nos Hebræorum posteri. Aliæ gentes pubertatis decimumquartum annum egressis, permittunt usum scortorum, & fœminarum corpore quæstum facientium: apud nostrates nulla est meretrix: capitali supplicio proposito,* E *talem quæstum exercentibus: ante legitimam copulam, alios congressus cum muliere nescimus: casti castis virginibus conjungimur.* Nisi quis dicat, attenta recentiori Philonis consuetudine, illum finxisse orationem, ut effictæ sunt a Livio multæ, & finguntur quotidie ab historicis. Hoc etiam hodie Iudæorum praxi receptum audio: apud quos meretrices non permittuntur. Quod in novo orbe, in regione Palmaria usitatum est: quid sit coire nemo intelligit, donec nubat, nefasque, & morte piandum est, aliter accedere; ut Petrus Martyr refert. Apud Persas non solum meretrices uxores ducere turpe, sed illas humeris publice deferre per urbem, summa ignominia fuit. Scribit enim Plutarchus, Artaxerxem jussisse, Arbacem desertorem, & apud se transfugam delatum, pro pœna capitali, qua erat puniendus, humeris meretriculam in via publice tota die deferre: quam fuisse apud illos gravissimam ignominiam testatur. Pœnæ etiam loco adulteræ fœminæ, in angustas quasdam meretricum ædiculas, & prostibula (quæ sistra vocabant) detrudebantur olim, & explendæ omnium libidini exponebantur: tintinnabulo etiam, sub obscœni operis tempus adhibito, ut illo commoto, quando flagitium committeretur, prætereuntes non laterent; sed potius illius sonitu pœna illa cum ignominia conjuncta indicaretur: ut refert Nicephorus, Socrates, & Diaconus. Tanta igitur ignominia notabantur olim fœminæ, quæ extra matrimonii jura turpiter vivebant, ut ante Constantini tempora, cum illis matrimonii fœdus inire, viris non permitteretur: ut refert Zeno imperator. Nec post ipsius Zenonis tempora, si quis illam turpiter agnoverat, poterat deinde cum ea matrimonium contrahere. Quod constitutum est ob luxuriosæ vitæ fœditatem. Si hæc Gentes, quasdam natione, quasdam lingua, quasdam religione, quasdam natura & moribus barbaras, adversus turpem, & miserabilem meretricum statum sanxisse legimus: quid mirum si Hispanicæ ecclesiæ patres singulari morum probitate præstantes, ab ipsarum sordibus maxime abhorrentes, decreverint, ne illæ ad primum divinum, ac venerabile fidei sacramentum, ad remissionem delictorum, ad absolutionem mortis, ad consecrationem Spiritus sancti accederent, ni prius eam vitæ turpitudinem abjurarent: hoc enim in primitivæ ecclesiæ cunabulis usitatum testatur D. Augustinus. *Hoc si ita est,* inquit, *fateamur, istos laudabili caritate conari, ut omnes indiscrete admittantur ad baptismum, non solum adulteri, & adultera, contra sententiam domini falsas nuptias prætendentes: verum etiam publicæ meretrices, in turpissima professione perseverantes: quas certe nulla etiam negligentissima ecclesia consuevit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista ratione, cur non omni modo admittantur, omnino non video.* Et in libro de fide & operibus. *Quis enim dubitet, ad hujus sæculi pravitatem adulteria pertinere, & illos, qui elegerunt in eadem iniquitate persistere? Similiter autem dici potest, publicas meretrices, quas utique ad baptismum, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit ecclesia, potuisse invenire.*

Notam ergo turpitudinis & labem, quam fœminæ meretrices ante baptismum contraxerant, pœnitentia postea, & fœdæ voluptatis renuntiatione eluere debebant: nec antea poterunt ad baptismum admitti. Quod si postea, ante actæ vitæ turpitudinem cum honestate & pudicitia conjugali commutassent, putarunt patres, sordes ante matrimonium contractas, sancto matrimonii sacramento elui potuisse: sicque aliam ab eis non debere præteritæ vitæ severiorem exigi rationem.

Non dissimili causa decreverunt superius, ut si adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris mœchati fuerint, postea uxorem duxerint, acta legitima pœnitentia, ad communionem admitterentur. Cum enim peccatum mœchiæ, longiori excommunicatione puniretur; voluerunt hanc severitatem singulari clementia temperare; ut ex turpi vita, ad pudicam & honestam matrimonii allicerentur.

Nec in meretricibus tantum, ab antiquo hæc ducta consuetudo observabatur; sed in omnibus publice peccantibus: numquam enim eis ad baptismum patebat aditus, ni vitæ, quam agebant, turpitudini renunciassent: præteritaque peccata lacrymis & pœnitentia delessent: ut inferius dicemus.

Diocl. & Maximian. in l. si fi- ... m. C de inoffi. ... itam. ... stinian. in au- ... ent. ut cum de ... pell. cognoscit. ... si vero collat. ... In legib. Vvi- ... gothorum lib. ... tit. 4.

...ertull. lib. de ... llio, & altero ... cultu fœmi- ... arum. ... item apud La- ... onem. §. si quis ... rgines de inju- ... is.

...ecca. lex exstat. ... 3. legum Vvi- ... got. tit. 4. l. 17. ... ex Longobar- ... r. tit. 17. ... onstan l 1. C. ... naturalibus ... ber. ... acitus de moti- ... us Germano- ... um.

...homas Morus ... 2 Vtopiæ. ... alæolog con- ... tur. Refertur ... 1. juris orien- ... lis, novella ... usdem 2. ... sephus lib. 4. ... tiquit. c. ult.

...eut. cap. 23.

...lemens Alexan- ... rinus lib. 3. ... romat.

...hilo Iudæus.

...Gen. 34.

...etrus Martyr. ... b. novi orbis de ... opulis nuper re- ... ertis. ... lutarchus in vi- ... a Artaxerxis.

Nicephor. lib. 11. cap. 22. Socrat. lib. 5. c. 18 Cass. in tripartita lib. 9. cap. 24. Diaconus rerum Roman lib. 15. Zeno imperator in l. D. Constantini 5. C. de natural. liber. D. l. 45. §. ult.

D. Aug. de octo Dulcitii quæst. fere in principio.

D. Aug. lib. de fide & operib. cap 11.

Can. 31. hujus concilii.

Cap. 60.

Canon XLV. Vulgatus.

De catechumenis, qui ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & numquam ecclesiam accesserit: si eum de clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui exstiterint fideles; placuit, ei baptismum non negari; eo quod in veteri homine deliquisse videatur.

Canon XLV. *Emendatus.*

De catechumenis, qui ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & numquam ad ecclesiam accesserit: si eum de clero quisquam agnoverit voluisse

voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles; placuit, ei baptiſmum non negari; eo quod in veteri homine deliquiſſe videatur.

Catechumenos gravi aliquo morbo obmuteſcentes baptizari poſſe: & quid de pœnitentibus. Cap. XIX.

QVOS Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, & alii ejus ætatis Latini ſcriptores, audientes, ab audiendo verbo Chriſtiano: illos catechumenos Græci appellarunt. A Græcis enim, in exprimendis etiam fidei noſtræ myſteriis, ob verborum inopiam nomina multa Græca mutuamur. Catechumeni autem dicebantur adulti, qui dum baptiſmum expectabant, Chriſtianæ fidei myſteris erudiebantur. Non enim mox ac quis ſe Chriſtianæ religionis ſtudio teneri oſtentarat, baptiſmi gratiam recepiſſe docet Auguſtinus, & antea ſæpius patres noſtri Illiberritani, in decretis præcedentibus. Cum autem paſchatis tempus inſtaret (eo enim ſolebant ablui ſancto hoc regenerationis lavacro) competentes vocabantur, quaſi ſimul petentes. Hi ergo catechumeni ad eccleſiam tenebantur accedere, quemadmodum & fideles: ſed non omnibus ſacrificii myſteriis intereſſe, multoque minus participare; ut teſtatur D. Auguſtinus. *Ad ſacramentum*, inquit, *ſancta menſa, rite nemo niſi baptizatus accedit. Ipſa denique eccleſia ſic traditum tenet, ut hominem ſine baptiſmo, ad altare prorſus non poſſit admittere.* Arnobius. *Quid enim tam ſanctum, quam communionem Chriſti percipere? & quid tam iniquum, quam ſi non baptizatus eamdem ſumat?* Id ipſum docent Iuſtinus martyr, Cyrillus, Beda & alii. Nec a ſumptione tantum euchariſtiæ, ſed & a conſpectu prohibiti ſunt: auctore Baſilio & Auguſtino. Quin ea erat in cœlando hoc ſacramento veterum patrum religio, ut in publicis concionibus, a quibus nec pagani arcebantur, nec catechumeni, non niſi parciſſime tectiſſimeque de eo loquerentur. Hinc frequenter occurrit apud Auguſtinum & alios, ſacramentum quod norunt fideles. Accedebant ergo catechumeni ad eccleſiam, ut audirent evangelium & ejus interpretationem, ut conſtat ex concilio Valentino: poſtea vero diaconus exclamabat. *Ite catechumeni.* Egrediebantur tunc catechumeni eccleſiam, & ea pars ſacrificii ante oblationem, vocabatur miſſa catechumenorum: de qua concilium Carthaginenſe IV. & pleraque alia. Cumque ob delicta aliqui fideles pœnitentia afficerentur, illis injungebatur, ut ſacrificiis eccleſiæ non intereſſent, niſi uſque ad miſſam catechumenorum, vel ut orarent cum ipſis. Quam inceſtuoſis, lapſis, & rebaptizatis impoſuit concilium Ilerdenſe & Agathenſe. In eccleſia enim prius orationes catechumenorum dicebantur: poſtea his egreſſis, pœnitentium: his autem finitis, & illis abeuntibus, fidelium, & integra ſacrificia peragebantur. Concilium Laodicenum. *Quoniam catechumeni*, inquit, *orationem ſeparatim, & prius proſtratis eis, epiſcopum oportet celebrare; quibus egreſſis, orent etiam hi qui in pœnitentia ſunt conſtituti: & poſt manus impoſitionem, his quoque abſcedentibus, tunc fideles orare debebant. Quorum tres orationes fiant: una quidem, id eſt prima, per ſilentium: ſecunda vero, & tertia, per vocis pronunciationem: & tunc demum oſculum pacis dari debere: & poſteaquam presbyteri epiſcopo pacem dederint, tunc etiam laicis dare, & tunc oblatio offeratur.* Si catechumeni, qui ad eruditionem & doctrinam Chriſti ſuſcipiendam, ad eccleſiam tenebantur accedere, & ad legendum in eccleſia (miniſterio lectorum fuiſſe præpoſitos in eccleſia Alexandrina, cum in reliquis omnibus contra obſervaretur, auctor eſt Socrates) per infinita tempora, hoc eſt, per longi temporis ſpatium, ad illam non acceſſerint, & morbo graviori correpti, vel phreneſi obmuteſcentes, loqui non poſſint, nec ſacroſancti baptiſmatis remedium, ab eccleſia expreſſe vel tacite depoſcere: ſi clericus unus, vel fideles aliqui teſtes extiterint, aſſerentes illum antequam ad eccleſiam acceſſum omitteret, & in morbum incideret, Chriſtianum eſſe voluiſſe, non denegandum fore illi baptiſmum; quod in veteri homine deliquiſſe videatur. De phreneſi enim, vel alio gravi morbo impeditis, & obmuteſcentibus, tractaſſe hos patres mihi probabile eſt: nam quid opus erat teſtimonio clerici, vel aliorum fidelium, quod ille aliquando voluerit eſſe Chriſtianus, ſi ipſe voce clara, pium religionis Chriſtianæ deſiderium poſſet exprimere? aut quæ eſſe poſſet ambigendi ratio an conferendus eſſet baptiſmus ſano catechumeno pœnitenti, & baptiſmum petenti? Cum autem catechumenus ad eccleſiam accedere ſæpe omiſiſſet, & morbi neceſſitate impeditus animi ſui ſenſa non poſſet jam exprimere; dubium probabile oriebatur, an baptiſmo eſſet tinguendus? nam eccleſiæ frequentatio omiſſa, & petendi tunc baptiſmatis prætermiſſum officium ſilentio, epiſcoporum animos in contrariam poſſet inclinare ſententiam. Sed obtinuit apud illos pietatis magis, quam ſtricti & ſummi juris conſideratio, placuitque ut ad conferendum baptiſmum non tam præſentis, quam præteriti temporis ratio haberetur: quod in hoc nulla, in illo autem aliqua fidei & religionis ſuſcipiendæ, non adumbrata, ſed expreſſa documenta dediſſent. Quod & Afros docuit Auguſtinus Hiſpanorum conſilium ſequutus. *Catechumenis ergo*, ait, *in hujus vita ultimo conſtitutis, ſi morbo ſeu caſu aliquo ſic oppreſſi ſint, ut quamvis adhuc vivant, petere tamen ſibi baptiſmum vel ad interrogata reſpondere non poſſint: proſit eis, quod eorum in fide Chriſtiana jam nota voluntas eſt, ut eo modo baptizentur, quo modo baptizantur infantes, quorũ voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos qui timidius agunt, quã nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conſervo credita, improbius quam cautius judicare voluiſſe judicemur: ſatis quippe in talibus reſpiciendum eſt illud apoſtoli, ubi dicit: Vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, ſunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis obſervandum putant, quod dixiſſe dominum legimus: Nolite ſanctum dare canibus, neque projeceritis margaritas veſtras ante porcos. Et iſta ſalvatoris verba referentes, baptizare non audent eos, qui pro ſe reſpondere nequiverint, ne forte gerant contrarium voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non poteſt, in quibus rationis adhuc nullus eſt uſus. Sed non ſolum incredibile eſt, nec in fine vita hujus, baptizari catechumenum velle, verum etiam ſi voluntas ejus incerta eſt, multo ſatius eſt nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit an nolit ſic non apparet, & tamen credibilius ſit eum, ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe dicturum eſſe ſacramenta percipere, ſine quibus jam credidit, non ſe oportere de corpore exire.* Quod non ſolum ad impetrandum aquę baptiſmum ſufficere, ſed ad conſequendam æternam felicitatem prodeſſe: (quia flaminis baptiſmus erat) dicemus poſtea. Quod autem patres hic in baptiſmo, hoc idem in baptiſmo & pœnitentia, ſeu abſolutione pœnitentis edixerunt concilii Arauſicani epiſcopi. *Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt*, forſan hujus concilii decretum intellexerunt: nam aliud tunc fuiſſe mihi non occurrit, *baptizari, aut pœnitentiam accipere, ſi voluntatis praterita teſtimonium, aliorum verbis habet, aut praſentis in ſuo nutu.* In pœnitentia, ſeu abſolutione & euchariſtia obmuteſcenti danda, concilii Carthaginenſis IV. eſt conſtitutio. *Is qui pœnitentiam*, ait, *in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia. Si ſupervixerit, admoneatur a ſupradictis teſtibus, petitioni ſua ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentia legibus, quandiu ſacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Hoc ipſum docuit Pollentium D. Auguſtinus: poſtquam enim catechumenos obmuteſcentes morbi gravitate, baptizari poſſe & debere ſcripſerat, addit. *Qua autem baptiſmatis, eadem reconciliationis eſt cauſa, ſi forte pœnitentem finienda vita periculum praoccupaverit. Nec ipſos tamen ex hac vita ſine arrha ſua pacis exire debet velle mater eccleſia.* Quod ſi lenitatis & pietatis Chriſtianæ officia hæc concilia & patres pœnitentibus publicis, ob graviora delicta a Chriſti & eccleſiæ communione repulſis & gravi ægritudine obmuteſcentibus impertiunt, utramque illis in extremo vitæ ſpiritu reſtituentes; cur reliquis peccatoribus privatis eadem morbi & linguæ gravitate loqui impeditis, ſi aliqua vel ſignis, vel nutu, vel verbis paulo ante pœnitentiæ ſigna expreſſerunt, illa denegabitur? retinendam enim firmiter cenſeo, quam paulo ſuperius ex Auguſtino ſententiam citavimus. *Etiam cum agrotantis voluntas incerta ſit, multo ſatius eſſe nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit an nolit ſic non apparet, & tamen credibilius ſit eum, ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe dicturum eſſe ſacramenta percipere, ſine quibus jam credidit non ſe oportere de corpore exire.*

Si eum de clero quiſquam agnoverit, voluiſſe eſſe Chriſtianum, aut teſtes aliqui extiterint fideles.

TANTA fuit jam inde a priſcis temporibus ſacerdotum apud graves viros auctoritas, tanta teſtimonii ipſorum fides, tantum aſſertæ ab his & confir-

D. Aug. lib. de fide & oper. & in alio. de catech. rudibus.
Can. 4. 11. & 42. hujus concilii
D. Aug lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap 20.
Idem Aug. lib. 2. de baptiſ. contra Donat. c. 14.
Arn. in pſal. 139.
Iuſt. mar. 2. apolog. pro Chriſtia.
Cyril. lib. 12. in Ioan. Beda lib. 2. cap. 5. hiſt. eccleſ.
Baſil. de Spiritu ſancto cap. 27.
D. Aug. tract. 11. & 96. in Ioann.
D. Aug lib. 10. de civit. Dei cap. 6. & in pſal. 22. 34. & 109.
Conc. Valent. Hiſpaniæ can. 1.
Conc. Carthag. IV. can. 4.
Conc. Ilerdenſe cap. 4. & 9.
Can. 9. & Agat. 51. & 60.
Conc. Laodicenum can. 19.
Socrat. lib. 5. cap. 21.
D. Aug. lib 1. de adult. conjug.
Rom. 14.
Matth. 7.
Cap. 60.
Conc. Arauſican. can. 12.
Conc. Carthag. 4. can. 75.
D. Aug. lib. 1. de adulter. conjug. ad Pollentium c. fin.
Aug. ubi ſup.

confirmatæ veritatis pondus; ut unius sententia (quod ex hoc canone apparet) multorum fidelium interpositam fidem adæquaverit.

Quod in veteri homine deliquisse videantur.

Peccata ante baptismum, cur lenius castiganda, quam quæ post baptismum commissa. *Cap. XX.*

PECCATA ante baptismum, facilius remiti debere censent episcopi, quod ipsa humanæ naturæ imbecillitas gratia sacramentorum destituta, & primi parentis peccato debilitata, ut labendi habet facilitatem, sic & veniæ promerendæ, & impetrandæ difficultate affici, premique non debeat. Veterem hominem vocant patres primum parentem: & delinquere in veteri homine, idem est prorsus, quod peccato originis imbecillem labi: quod referunt ad crimen extenuandum. Ideo Augustinus recenter natos, ante baptismum membra primi hominis: vocat post baptismum vero, membra Christi.

D. Aug. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 4.

In codicibus manuscriptis legitur; Quod veterem hominem dereliquisse videantur: quæ lectio minus placet, quia quod patres contendunt illud est, ut ad susceptionem baptismi, catechumenis non obsit negligentia illa & delictum, quod ad ecclesiam per infinita tempora non accesserint: quod elevant, ad primi parentis peccatum: & naturæ debilitatem, culpæ rationem referentes. Cui non consonat ratio verborum reddita in manuscriptis, quod veterem hominem dereliquisse videantur.

Canon XLVI. Vulgatus.

De fidelibus, si apostataverint, quamdiu pœniteant.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit, eum communionem accipere.

Canon XLVI. *Emendatus.*

De fidelibus, si apostataverint, quamdiu pœniteant.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit, eum communionem accipere.

Qui apostatarum nomine hic contineantur. *Cap. XXI.*

QUI deserta, aut violata Christianæ religionis professione, quam semel emiserant, ad errores Gentium, vel profana sacrificia reverterentur, apostatas olim nuncupatos, Theodosius & Valentinianus AA. testes: Cum enim de eorum crimine puniendo agerent, qui apostatarum nomine comprehendi deberent: sic explicarunt. *Sed ne hujus interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore, eos præsentibus insectamur oraculis, qui nomine Christianitatis imbuti, sacrificia sacrilega, vel fecerint, vel facienda mandaverint.* Id antea probasse, & docuisse videtur Siricius papa. *Additum est etiam*, inquit, *quosdam Christianos, ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione esse profanatos, quos a Christi corpore, & sanguine, quo dudum redempti fuerant renascendo, jubemus abscindi.* De his tamen hujus concilii patres non meminisse, illa verba indicant. *Nec fuerit idololatra.* Quod jam prioribus canonibus de eisdem sub idololatrarum, & sacrificatorum nomine latius egissent. Volunt tamen eos, qui velut athei Christianam religionem deseruerint, quam semel susceperint, & ad ecclesiam accedere recusaverint, nec idolorum vanitatibus sacrilegis se contaminaverint, post decennii tempora, communionem suscipere, pœna (ut ita dixerim) omissioni potius, quam cōmissioni imposita, hoc est, desertioni fidei potius, quā Gentilis erroris admixtioni addita. Nisi apostatas hic pro hæreticis usurpari quis dicat: quod facile non improbarim, quod sciam apostatas, hæreticos esse, & hæreticorum pœnis coercendos Bonifacii IIX. constitutione. Quare Tertullianus. *Persecutio*, ait, *martyres facit: hæresis apostatas tantum.* Unde Anacletus, sive quicumque illius epistolæ sit auctor. *Accusandi*, inquit, *vel testificandi licentia denegetur his, qui Christiana religionis, & nominis dignitatem, & sua legis, vel propositi normam; aut regulariter prohibita neglexerunt. Transgressores enim sponte legis sua, ejusque violatores, apostata nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reversionem suam: non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus, sive adversus hos, sive adversus illos.* Gravius se gessit concilium Arelatense. *De his, qui apostatant*, ait, *& antequam ad ecclesiam se repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea in infirmitate arrepti, petunt communionem; placuit, eis non dandam esse communionem, nisi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.*

Theod. & Valen. in rescripto ad Bass. PP. in l. 4. C. de apost.

Siricius papa epistol. 1, ad Himerium Tarraconensem episc. cap. 3.

Bonifacius IIX. in c. contra Christianos de hæretic. in 6.

Tertull. de præscript. adversus hæreticos

Anacletus epist. 1. ad omnes episcopos cap. 1.

Conc. Arelatens. I. can. ultimo.

Hodie autem apostatas omnes, sive unius fidei dogmatis, sive totius Christianæ religionis desertores, inquisitoribus hæreticæ pravitatis subjici, & pœnis hæreticorum coerceri scitum est: resipiscentes tamen admitti posse & debere ad ecclesiæ unitatem, omissa damnationis sententia (quam traditionem ad curiam vocant) Eymericus docet: cujus sententiam pleniori (quod aiunt) scriptorum ore laudatam assiduoque & frequenti inquisitorum usu receptam Franciscus Penna erudite refert, docte probat, pie confirmat. Si enim clementiæ & benignitati aditus ab ecclesia erga apostatas resipiscentes præcluderetur, aut raro, aut nunquam ad sese Christianosque mores redirent: cum tamen intersit ecclesiæ maxime, illos ad pacem mansuetudine & lenitate invitari, non rigore & severitate terreri.

Eymericus 2. parte directorii quæst. 49.

Franciscus Penna in commentariis ad Eymericum eadem 2. parte & quæst.

Possemus etiam, apostatas hic eos interpretari, qui longissimi solum temporis spatio ab ecclesia abfuissent & a frequenti sacramentorum susceptione.

Si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra: post decem annos, eum communionem suscipere.

Expresso Hispaniæ decreto errorem Novatiani improbari. *Cap. XXII.*

SEMEL lapsos non esse ad communionem & pœnitentiam admittendos; antiqua fuit Novatiani hæresis, quam nonnullos episcopos Afros probasse, testis est D. Cyprianus. Hanc tacite, quinimo expresse reprobant episcopi Hispani in hoc canone, dum illis reversis, post decennem annorum pœnitentiam, communionem indulgent: si idololatriæ crimine non se polluissent: nam his communionem dominicam, etiam in ultimo vitæ spiritu, non pœnitentiam negaverunt, in canone primo & aliis hujus concilii.

D. Cyprianus lib. de lapsis.

Hinc etiam apparet, falso huic concilio errorem objici Novatiani veniam lapsis denegantis, cum apostatis hic resipiscentibus non solum veniam, post decennii cursum, sed & eucharistiæ communionem concesserit, quam solum aliis criminibus denegatam, non absolutionem, observavi superius.

Lib. 1. cap. 9.

Canon XLVII. Vulgatus.

De eo qui uxorem habet, si sæpius mœchatur.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus: quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio: si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit, ulterius non edere eum de communione pacis.

Canon XLVII. *Emendatus.*

De eo qui uxorem habet, si sæpius mœchatur.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus: quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio: si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit, ulterius eum non ludere de communione pacis.

SIC exstat apud Rabanum Maurum in pœnitentium lib. cap. 4. etsi ex can. 42. hujus concilii citet, cum sit 47. sæpe etiam variat in adsignando canonum numero, quod indicat diverso olim, ac hodie ordine, canones fuisse exscriptos. Ivo p. 8. cap. 203. perperam ex canone hujus concilii 7. omissis verbis postremis. Si quis fidelis habens uxorem, non semel sed sæpius fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Burchard. lib. 9 decr. ca. 67.

ex canone etiam 42. & verbis paulo diversis. Si quis fidelis habens uxorem, non semel sed sæpius fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus; placuit, ulterius non illudere alios de communione pacis.

De varia pœna adulterii. Cap. XXIII.

SIMPLEX adulterium, quinquennii pœna castigandum, patres hujus concilii constituerunt canone LXIX. Quod si semel purgatum, acta legitima pœnitentia, denuo repeterent, nec in fine communionem accipere eos debere, in canone LXXV. Illud autem hic ab eisdem decernitur: quod si non semel aut bis, sed sæpe fuerit fidelis uxorem habens mœchatus, in fine mortis conveniatur, & si se promiserit cessaturum, communionem, indulgentia facta, posse suscipere: quod si postea fidem hanc datam temere violasset, in perpetuū communione privandum. Verba autem illa. *Placuit ulterius non edere eū de communione pacis,* aliter in C. MS. sancti Æmiliani. *Vlterius eum non ludere de communione pacis.* Quam formulam iidem patres usurparūt superius can. III. *Item,* aiunt, *ipsi si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de dominica communione videantur.* In CC. aliis, non communio pacis, sed panis legitur. Quæ lectio non est improbabilis: nam sacramentum eucharistiæ, communionem panis, veteres nuncupasse, testis est Ignatius: ad Romanos enim scribens ait: *Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ, panem Dei volo, panem cælestem, qui est caro Christi filii Dei.* Quod ortum habuisse videri potest ex eo, quod Ioannes refert dominum dixisse: *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum, panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.* Cujus religione, & olim & hodie communem panem decuti in terram, aut pedibus calcari, moleste ferimus; quod Tertullianus testatur: *calicis aut panis,* ait, *etiam nostri aliquid decuti in terram, anxie patimur.* Pari etiam ratione sacramentum hoc, quod Christi corpus contineat, corpus Christi, & corpus domini antiqui patres nuncuparunt, eodem Tertulliano teste.

Ignatius epi. 11.

Ioan. c. 6.

Tertull. lib. de coron. milit. c. 3.

Tertull. in lib. de pudicitia, & altero de oratione cap. ultimo.

Canon XLIIX. Vulgatus.

De baptizandis, ut nihil accipiant clerici.

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, numos in concham non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus, vel clericis.

Canon XLIIX. *Emendatus.*

De baptizandis, ut nihil accipiant clerici.

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, numos in concham non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus, vel clericis.

Refert hunc canonem Gratianus in c. emendari. 1. quæst. 1.

Pro baptismo nihil a sacerdotibus exigendum. Cap. XXIV.

QVONIAM non solum malum cavere, verum etiam omnem mali suspicionem fugere oportet, eos præsertim, qui divino cultui dicati sunt, & ministrandis sacramentis præfecti: ideo Hispani patres decreverunt, ut qui baptizantur (ut antea fieri solebat) non mitterent nummos in concham, (concham vocant vas aquæ baptismatis, sic nuncupatum, quod conchæ speciem præ se ferret) ne ex hac fidelium pietate sacerdotes Spiritum sanctum, quem gratis acceperant, pretio distrahere viderentur. Cum hujus canonis decretum ad fideles tantum retulerit concilium, non ad episcopos, & presbyteros; evenerat forsan, fideles pietate magis, quam necessitate adactos, solitos aliquid in baptismo semper offerre: audierant enim, ad conspectum domini vacuos accedere non oportere: cum vero postea propagata religione, non integræ ætatis tantum viri, sed infantes etiam recenter nati ex Christianis parentibus ad baptismum adducerentur, solebant patres eorum aliquid religionis & pietatis Christianæ causa, sacerdotibus largiri. Quod principium natum ex religione primum, in præceptum & necessitatem cum nonnulli sacerdotes ecclesiæ avare nimis convertissent: adeo ut si pecuniis carerent miseri & pauperes parentes, pignus ab illis exigerent: ex quo eveniebat, ut multi eorum a petendo baptismo retraherentur, commodius tempus expectantes: ideo sacerdotibus eum aditum Bracarense concilium secundum interdixit, quem solis fidelibus, nostrum Illiberritanum antea præcluserat. *Placuit,* ait, *ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat: ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis: si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habeant quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios a baptismo retrahunt: qui, si forte dum differuntur, sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, a baptismi gratia se retraxerunt.* Eamdem legem constituerat antea Gelasius PP. I. *Baptizandis,* inquit, *consignandisque fidelibus pretia nulla præfigant: nec illationibus quibuslibet impositis, exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur, & ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causam adire despiciant: certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.* Illud præterea, cum prava & detestabili consuetudine receptum esset, baptizatos infantes in altari collocare, ut muneribus compatrum inde redimerentur, ab illustrissimo cardinali Borromæo, antiquæ probitatis & ecclesiasticæ disciplinæ acerrimo assertore, in concilio Mediolanensi sublatum est.

Conc. Brac. 2. canone 7.

Gelasius PP. I in ep st. ad universos episcopos, per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos c. 7.

Conc. Mediol. 1. p. 2.

Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus, vel clericis.

IN aliis C. MS. aliter. *Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus, sed clericis.* Sed editorum lectio non temere immutanda, cui consentiunt CC. nostri & sancti Æmiliani.

De antiqua pedum lotione. Cap. XXV.

MIRVM est, quantopere ecclesiæ Romanæ ritus, Hispanicæ semper placuerint. Lavandi pedes baptizandorum, sive catechumenorum, Mediolanensis ecclesiæ mos erat, non vero Romanæ, teste B. Ambrosio. *Succinctus,* inquit, *summus sacerdos, pedes tibi lavit. Non ignoramus, quod ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cujus typum in omnibus sequimur & formam: vide ergo ne forte propter multitudinem declinaverit.* Ejusdem consuetudinis iterum meminit. Cum antea, hæc Mediolanensis ecclesiæ observatio Hispanicarum usu esset recepta: tandem re perspecta melius, illam aboleri hoc decreto imperarunt, Romanæ consuetudinem amplectentes. Quod si Romanæ contesseratione, quod caput ea sit & matrix totius ecclesiæ catholicæ, tanquam certissimo quodam rectæ fidei & sinceræ religionis signo, reliquæ ecclesiæ catholicæ ab hæreticis discerni solent, ut Irenæus & Tertullianus docent & Hieronymus; indignum sane imperii tui majestate, te æstimaturum spero, gravissima hæc Hispanorum episcoporum comitia tam prosperis, augustis & sanctis auspiciis cœpta (contesserationem intelligo catholicæ tuæ ecclesiæ) adeo facile contemni, & felicissimum Christianæ fidei progressum quorumdam solum hæreticorum impietate, & catholicorum negligentiæ vel licentiæ culpa retardari. Lotio autem illa, quo tempore, quo die, quo ritu esset peragenda, quæ ejus origo, quæ vis, quæ auctoritas, nemo Augustino melius. *Si autem quæris,* inquit, *cur etiam lavandi mos ortus sit, nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizandorum corpora, per observationem quadragesimæ sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lavarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum, quo cœna dominica, anniversarie celebratur* (erat ergo quinta feria, ultima hebdomadis, quam sanctam dicimus) *& quia concessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his latere voluerunt, jejuniumque relaxare:* hoc autem cum fieret post evangelium lectum, quo apostolis pedes lavisse Christus narratur, & per pontificem succinctum, ut a D. Ambrosio traditur, in mentem venit, inde eam consuetudinem manasse, qua in omnibus ecclesiæ catholicæ provinciis receptum videmus, ut die cœnæ domini, ad Christi imitationem

D. Amb. lib. 3 de sacrament. cap. 1.

Idem Amb. li. de his qui mysteriis initiantur c. 4.

Irenæus lib. 3. adversus hæres. c. 3. Tertul. de præsc. advers. hær. c. 36. Hieronym. in apol. 1. lib. 1.

D. Aug. in epist. 118. ad Ianua. ad finem.

tationem Romanus pontifex & ceteri utriusque ordinis principes ad duodecim pauperum pedes lavandos se dimittant, lotosque linteo extergant.

fido.li. 6 etym. .17.& lib. 1. de ffi.eccl.c.26.

Pro antiqua pedum catechumenorum lotione, successisse aliam capitis baptizandorum in Hispania, conjecturam facio ex D. Isidoro, qui hanc fieri dominica palmarum, & ob id eam diem, vulgo capitilavium vocatam, ne observatione quadragesimæ capita sordidata, ad unctionem accederent, ait his verbis: *Dies palmarum ideo dicitur, quia in eo dominus, & salvator noster, sicut propheta cecinit, Hierusalem tendens, asello sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum, multitudo plebium obviam ei clamaverunt: Osanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Vulgus autem ideo diem hunc capitilavium vocant, quia tunc moris est, lavandi capita infantium, qui ungendi sunt: ne observatione quadragesima sordidata, ad unctionem accederent.* In Galliis quoque usitatam refert Alcuinus, qui id etiam fieri solitum scribit in dominica palmarum.

lcui. lib de eclef. offic.

Canon XLIX. Vulgatus.

De frugibus fidelium, ne a Iudæis benedicantur.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt cum gratiarum actione, a Iudæis benedici; ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurparit, penitus ab ecclesia abjiciatur.

Canon XLIX. *Emendatus.*

De frugibus fidelium, ne a Iudæis benedicantur.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt cum gratiarum actione, a Iudæis benedici; ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurparit, penitus ab ecclesia abjiciatur.

Fruges fidelium a Iudæis vel Gentilibus benedici non debere. Cap. XXVI.

VANAS & impias Gentium & Iudæorum, superstitiones tollendi, & Christianæ religionis doctrinam in dies propagandi, episcoporum nostrorum summa cura fuit. Qua ratione decreverunt, ut cum fundorum domini (hos vocant possessores, ut superius etiam indicarunt) fructus suos vellet benedictione perfundi, non paterentur eam præstari a Iudæis, ne sancta nostrarum benedictionum virtus inanis & vacua redderetur. Iam enim diu, non consuetudine tantum, sed constitutione Eutychiani PP. ad Ioannem, & ad omnes Bæticæ provinciæ episcopos, receptum fuerat, ut omnes res quæ ad usum humanum pertinerent, sacerdotum nostrorum orationibus benedicerentur; nec antea sumi a populo licebat. *Idcirco fratres,* inquit Eutychianus, *ista prætulimus, ut hæ species, quas non licet offerri super altare extra constitutionem apostolorum eorumque successorum, ad domum sacerdotum deferantur, & a sacerdotibus benedicantur, & per simplicem benedictionem benedicta demum a populis sumantur: faba tamen & uva, & cetera quæ apostoli constituerunt, super altare offerantur.* Nec collectos fructus benedici solum commune fuit delatos ad sacerdotum domus: sed si cives, agros, vel domos, vel familiam ad fugandos dæmones, vel ob aliam causam vellent sacerdotum benedictionibus expiari, utique eas præstare sacerdotes debebant præcepto concilii, apud Regiam relato a Burchardo. *Vt presbyteri,* inquit, *privatim fidelibus desiderantibus benedicant & inter minutas has discussiones, visum est omni presbytero per familias, per agros, per privatas domus pro desiderio fidelium habere facultatem benedictiones aperire.* Non solum autem Iudæorum benedictiones, sed Christianorum hæreticorum sustulit concilium Laodicenum. *Non oportet,* inquit, *hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt, quam benedictiones.* Ethnicorum etiam benedictiones tanquam genus idololatriæ Christianos effugere docuit Tertullianus. *Æque,* ait, *benedici per deos nationum Christo initiatus non sustinebit, ut semper rejiciat immundam benedictionem, & eam sibi in Deum convertens emundet. Benedici per deos nationum, maledici est per Deum. Si dedero eleemosynam, vel aliquid præstitero beneficii, & ille mihi deos suos vel coloniæ genium propitios imprecetur, jam oblatio mea vel operatio, idolorum honor erit, per quæ benedictionis gratiam compensant. Cur autem non sciat me Dei causa fecisse; ut & Deus potius glorificetur, & dæmonia non honorentur in eo quod propter Deum feci. Deus videt quoniam propter ipsum feci: pariter videt, quoniam propter ipsum fecisse, me nolui ostendere, & præceptum ejus idolothytum quodammodo feci.*

an. 40. hujus nc.

tychian. PP. fin. epist. 1.

rchard. lib. 2. cret. cap. 89.

onc. Laod. can.

rtull. lib. de ololatr. cap. 22.

Canon L. Vulgatus.

De Christianis, qui cum Iudæis vescuntur.

Si vero aliquis clericus, sive fidelis fuerit, qui cum Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum a communione abstinere, ut debeat emendari.

Canon L. *Emendatus.*

De Christianis, qui cum Iudæis vescuntur.

Si vero quis clericus fuerit, sive fidelis, qui cum Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum a communione abstineri, ut debeat emendari.

SIC Burchardus lib. 19. decret. c. 132. Ivo. p. 13. c. 119. & p. 15. c. 142. Rabanus autem in pœnitentium libro c. 26. sic: *Si vero quis clericus, vel fidelis, cum Iudæis cibum sumpserit, placuit, eum a communione abstinere, ut debeat emundari.* Ex can. 55. hujus concilii citat, cum sit nunc 50.

A mensa Iudæorum & alio commercio civili fideles debere abstinere. Cap. XXVII.

PROHIBVERVNT episcopi Christianis in canone præcedenti, ne fructus suos paterentur a Iudæis benedici; in hoc vero decernunt, ne illis una vescantur, neve mensæ eorum convivæ discumbant. Eorum autem hic præcipuus scopus fuit, ne ex diuturna Iudaicæ mensæ communione graves & turpes ipsorum errores & superstitiones fideles imbiberent. Eo etiam respexerunt concilii Nicæni patres, dum Osii forsan præsidis consilium sequuti decreverunt. *Nullus sacerdos det fœnori, neque quæstum iniquum faciat, neque societatem cum Iudæis habeat, neque fraternitatem, neque cum eis cibum aut potum sumat. Siquidem sancti apostoli hoc statuerunt, & hoc fideles facere oportet, & quicumque non paruerit, synodus eum excommunicat.* Post Nicænum, concilium Epaunense. *A Iudæorum,* inquit, *conviviis etiam laicos constitutio nostra prohibuit, & ne cum illo clericus panem comedat, quisquis in Iudæorum fuerit convivio inquinatus.* Concilium Aurelianense III. *Christianis,* inquit, *convivia interdicimus Iudæorum; in quibus si forte fuisse probantur, annuali excommunicatione pro hujusmodi contumacia subjacebunt.* Concilium Agathense: *Omnes clerici sive laici,* inquit, *Iudæorum convivia vitent; nec eos ad convivium quisquam accipiat: quia cum apud Christianos cibis communibus non utantur, indignum est atque sacrilegum, eorum cibos a Christianis sumi: cum ea quæ apostolo permittente nos sumimus, ab illis judicentur immunda, ac sic inferiores incipiant esse Christiani, quam Iudæi, si nos quæ ab illis ponuntur, utamur; illi vero a nobis oblata contemnant.* Idem decrevit concilium Veneticum, Metense, Meldense, Matisconense. D. Ambrosius. *Observant diem & mensem,* inquit, *qui Kalendis Ianuarii, aut jejunant, aut non procedunt ad ecclesiam procedunt ad campum. Ergo fratres omni studio Gentilium festivitates & ferias declinemus, ut quando illi epulantur & læti sunt, tunc nos simus sobrii atque jejuni: quo intelligant lætitiam suam nostra abstinentia condemnari. Non solum autem Gentilium, sed & Iudæorum consortia vitare debemus; quorum etiam confabulatio est magna pollutio.* Hoc ipsum decrevisse in Hispania Gothos majores nostros, ex lege Reccaredi regis constat. *Cum B.* ait; *Paulus apostolus dicat: omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, merito Iudæorum detestabilis vita & discussionis horrenda immunditia, omnium sordium horrore immundior, & refelli oportet & abjici debet. Ne quis ergo ex his primæ ritu traditionis & usuati consuetudine moris, mundas ab immundis dijudicet escas: nemo sumenda inhoneste rejiciat, quæ valde bona esse sui conditio probat. Nemo ex his aliquid privet, aliud usurpet, nisi tantum illa discretione servata, quæ ab omnibus Christianis tenetur salutaris & congrua: alioquin in transgressione quique detectus constitutis erit suppliciis addicendus.* Quod postea renovavit Flavius Ervigius majori sententiarum, & verborum ambitu,

Conc. Nicæ. can 52. apud Alfonsum Pisan. lib. 3.

Conc. Epaun. sub Gelas. editum can. 15.

Conc. Aurel. 3. can. 13.

Apud Ivo. p. 13. c. 99.

Conc. Agathen. can. 40.

Apud Grat. in c. omnes deinceps, 28 q. 1.

Conc. Metens. can. 4. Concil. Melden. can. 73. Conc. Matiscon. can. 15.

D. Amb. in serm. 19. de Kalendis Ianuarii.

Lex Recca. quæ exstat lib. 12. legum Vvisigotho. tit. 2. l. 8.

Flav. Ervi. lib. 12. t. 13. l. 7.
VI. synodi canon ut perhibetur 11. Exstat apud Gra. in c. nullus 28. q. 1.
Theod. Balsa. ad can. 1. concil. Trullani.
Conc. Laod. can. 37. & can. 38.
Can. 37.

bitu. Inter eos canones qui VI. synodi nomine feruntur XI. non solum id prohibuit, sed ne Iudæorum azyma comedant, vel familiaritatem cum eis ineant, vel in morbis accersant, vel medicinas suscipiant, vel una cum eis laventur. In cujus interpretatione adjecit Theodorus Balsamon, & eum secutus Carranza, patres in eo canone non prohibuisse azymum panem comedere, sed per azyma more Iudaico festa celebrare. Quod parum recte a Theodoro Balsamone notatum est: nam primum etiam interdicitur, ut aditus secundo intercludatur: quod concilii Laodiceni duobus canonibus illustrabo. *Non oportet, inquit, a Iudæis azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum, nec festa celebrare, vel munera quæcumque accipere.* Et alibi. *Quoniam non oportet a Iudæis vel hæreticis feriatica quæ mittuntur accipere, nec cum eis dies agere feriatos.* Cujus decreti de muneribus non accipiendis singularem reddidit rationem Flavius Ervigius Gothorum rex propria lege lata, quam quia concilii Laodiceni canonem scite interpretatur, reddita ejus decreti ratione, recitabo. *Quam sit extraneum a Christianæ fidei regula, qui defensorem severitatis insimulat, & veritatem ipsam munerum acceptione commaculat, audiat contra se prophetam dicentem: pro eo quod vendidistis argento justum, & pauperem pro calceamento: ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno, & peribit fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non salvabit animam suam, & tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non salvabitur, & ascensor equi non salvabit animam suam, & robustus corde inter fortes nudus effugiet. Quis enim hic venditus argento justus accipitur, vel pauper pro calceamento, ni si unigenitus Filius Dei Patris, cujus innoxius sanguis XXX. olim a Iudæis taxatus argenteis, quotidie venundatur ab illusoribus veritatis? Et ideo sunt quidam ex fidelium numero, qui quasi zelo fidei Iudæorum culpas se detegere vel plectere valida intentione promittant, quos tamen depravat solita cupiditatis illecebra. Nam si talibus quodcumque forsan fuerit a perfidis in munerum collatione oblatum, ilico reticescunt, & errores talium, quos vindicare & detegere ante promissum sibi beneficium nitebantur, percepto miserabili quæstu impunitos transire permittunt. Unde nulli Christiano licebit, cujuscumque sit generis, aut dignitatis, ordinis, sive persona, sive ex religiosis, sive etiam ex laicis, quodcumque beneficium contra fidem Christi a quolibet Iudæo, vel Iudæa, sive etiam per eorum internuntios, quodcumque sibi illatum accipere, neque se ob talium vindicationem contra regulas fidei Christianæ oblatis sibi præmiis implicare. Si quis autem qualibet beneficiorum exhibitione corruptus, aut agnitos errores Iudæorum celaverit, aut ne pravitas talium feriatur, quolibet modo obstiterit; & antiquis patrum regulis erit obnoxius, & tantum in duplo fisci erit partibus illaturus, quantum a Iudæo quisque ille accepisse fuerit comprobatus.*

Flav. Ervig. rex Gotho. l. 10. quæ exstat lib. 12. legum Wisigot. tit. 3. l. 10.

Nec munerum solum vel mensæ tantum & ciborum una cum Iudæis Christianos fieri participes majores nostri noluerunt, sed nec gustare de cibo, quem sibi illi præparassent: ut constat ex Burchardo. *Comedisti, ait, de cibo Iudæorum vel aliorum paganorum, quem ipsi sibi præparaverunt? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pæniteas.* Alexander tertius etiam in concilio Lateranensi generali præcipit, ne Christiani pro quacumque mercede Iudæorum servitio insisterent; & obstetricibus atque nutricibus Christianis, ne infantes Iudæorum in domibus earum nutrire præsumerent. *Quia Iudæorum mores, ait, & nostri in nullo concordant. Et ipsi de facili ob frequentem conversationem, & assiduam familiaritatem, instigante humani generis inimico, ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinarent.* Non dissimili proposito cum idolothytis Gentium vesci Christianis fuerit interdictum, ut omnis occasio tolleretur eorum erroris, prohibitum, ne animalia, quæ Gentiles, vel percusserint, vel occiderint, a Christianis edantur, ut ex Nicolao ad consulta Bulgarorum retulit Ivo. *Neque, inquit, quod Christianus persequitur, & a pagano percutitur, & occiditur animal: neque quod paganus persequitur, & Christianus occidit, comedendum est.* Omnes enim D. Clementis exemplum consectati sunt, quem hæc docuisse legimus. *Præterea oportet fidelem fugere impiorum cœtus, Græcorum & Iudæorum, reliquorumque hæreticorum; ne ubi una cum eis degimus, animis nostris laqueos paremus.* Nec mirari potuisset Carranza Christianis azyma edere cum Iudæis prohiberi, si animadvertisset, non solum cum Iudæis & Gentilibus, sed cum catechumenis etiam antiquos Christianos cibum capere impediri, ut ex concilio Moguntino retulit Ivo. *Catechumeni, inquit, manducare non debent cum baptizatis, neque eis osculum dare; quanto magis Gentiles.*

Burchar. lib. 19. decret. ca 5. ad finem. Alex. III. in conc. Later. Gen. p. 20. cap. 1.
Ivo p. 11. decret. c. 87.
D. Clem. lib. 3. constit. apostol. Can. 69. apostol.
Ivo ex conc. Mogunt. p 1. decret. cap. 289.
Conc. Basi. can.

Strictius multo concilium Basiliense: antiquorum enim conciliorum decretis renovatis, multa ad detestandam & avertendam Iudæorum familiaritatem Christianos edocuit. *Sacros insuper, ait, canones renovantes præcipimus, tam diœcesanis, quam potestatibus, ut modis omnibus prohibeant, ne Iudæi, aut alii infideles, aut Christianos aut Christianas in familiares seu servientes, aut filiorum suorum nutrices habeant, ac ne Christiani cum ipsis in eorum festivitatibus, nuptiis & conviviis, aut balneis, seu nimia conversatione communicent, aut medicos vel matrimoniorum proxenetas, seu aliorum contractuum mediatores de publico constitutos assumant; nec aliis publicis præponant officiis, aut ad gradus quoscumque scholasticos admittant, nec eis locentur prædia vel alii redditus ecclesiastici: prohibeantur etiam libros ecclesiasticos, calices, cruces, & alia ecclesiarum ornamenta sub pœna perditionis rei, emere, aut pignori, sub pœna amissionis pecuniæ mutuatæ, accipere: sub gravibus quoque pœnis cogantur aliquem deferre habitum, per quem a Christianis evidenter discerni possint: quorum ut evitetur nimia conversatio, in aliquibus civitatum & oppidorum locis a Christianorum cohabitatione separatis habitare compellantur, & ab ecclesiis longius quantum fieri potest: nec diebus dominicis & aliis solennibus festivitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præsumant.*

Canon LI. Vulgatus.

De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.

Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promovendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.

Canon LI. *Emendatus.*

De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.

Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promovendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

Hæreticos non esse ordinandos, & ordinatos deponendos. Cap. XXIIX.

PRAECIPUA fuit semper Hispanorum episcoporum cura, ut de his qui clero essent adscribendi, nulla, vel hæreseos, vel turpitudinis infamia aut suspicio haberi posset, & merito: cum sacra clericatus dignitas sanctos & beatos exposcat mores, non vitam fidei aut religioni suspectam. Idcirco decreverunt, ut ex hæreticorum provinciis adventantes (non erant igitur tunc in Hispania hæretici) ad clerum minime promoverentur. *Quod si cum grandi*, ait Leo PP. *examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis: non enim levem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus, ad sacros promovendos ordines judicaverit.*

D. Leo PP. in epist. 3 ad episc. Aquileiensem.

Forsan alius, ex hæresi venientes, lapsos resipiscentes interpretabitur, quos ad sacros ordines promoveri vetus ecclesiæ lex impediebat. Nec promoveri solum sed susceptis jam gradibus fungi. Quod olim a Cornelio PP. toto orbe Christiano consentiente, decretum fuisse refert D. Cyprianus, dum respondit, Martialem & Basilidem Hispaniæ episcopos in persecutione lapsos, ad pristinum honorem admittendos non esse: quemadmodum & antea idem Cornelius PP. episcopum Novatianum a schismate revertentem, ut laicum in ecclesia receperat: ut ex ejus ad Fabianum Antiochenum epistola Eusebius tradit. Cujus tamen decreti non fuit auctor Cornelius, sed quod primum ecclesiæ specialiter observabant, generali constitutione renovavit. Nam Tertullianus refert, Marcionem nec ad ecclesiæ pacem admissum, ni prius quos suo errore deceperat, & ab ecclesiæ unitate alienaverat, reduxisset: quod Innocentius PP. ut veteri jure receptum docet. *Nostra vero lex est*, ait, *ecclesia, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sint, laicam tantum tribuere communionem; nec ex his aliquem in clericatu honorem vel exiguum subrogare.* Eamdem ecclesiæ consuetudinem refert D. Augustinus. Quod cum non observasset aliquando Acatius Constantinopolitanus episcopus, gravibus verbis notatus reprehensusque est a Felice PP. III. Quod si aliquando hujus disciplinæ severitas minus esset percommoda, nonnihil detrahebant de illa veteres episcopi, indulgentiam quamdam tempori deservientem impertientes: ut idem Augustinus scribit: idque observarunt olim cum Novatianis Nicæni patres.

D. Cyprian. epist. 68.
Euseb. lib. 6. hist. ecclef. cap. 35.
Tertul. lib de præscrip. hæret.
Innocent. PP. I. in epist. 22. ad episc. Maced. cap. 4.
D. Aug. epist. ad Bonif. & lib. de unico bapt. c. 12.
Felix PP. III. in epist. ad Acatium episc. Constant.
D. Aug. dicta epist. 50. ad Bonif. & epist. 162.

tres. *Si qui voluerint*, aiunt, *venire ad ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit sancto concilio, ut ordinentur, & sic maneant in clero.* Eodem exemplo Macedoniani quidam resipiscentes, a Liberio pontifice; & ex ejus sententia a catholicis in oriente in synodo Tyanensi, ecclesiæ reconciliati, & in cathedras suas restituti sunt, auctoribus Basilio, Socrate, & Sozomeno. Quare cum dolis & fraudibus Arianorum ingens episcoporum numerus Ariminensi concilio, vel conciliabulo subscripsisset: mortuo Constantio imperatore, & revocatis ab exilio Athanasio, Hilario, Eusebio Vercellensi, ceterisque confessoribus, visum est ecclesiæ ad sarciendam concordiam & pacem catholicæ fidei, ut episcopi resipiscentes ex Arianis, servato episcopi gradu, ad pristinos honores & dignitatem restituerentur: quod consensu Romani pontificis in Alexandrina synodo constitutum fuit. Cui gratiæ & ordinationi, cum Lucifer Caralitanus in Sardinia episcopus, vel stulta, vel insana superbia assentiri recusasset, & factum ecclesiæ pertinaciter damnare auderet, ipse ut schismaticus damnari meruit, teste Rufino, & Athanasio, & ex Liberio, Hieronymo, & Augustino. Massalianorum etiam seu Euchitarum hæresis perniciosa cum per orientis partes desæviret, clericos tamen ab illis redeuntes incolumi gradu recipiendos jussit synodus III. Ephesina. Coacta ea erat adversus Nestorianos, quos in errore pertinaces gravi anathemate affecerat, & sacerdotii dignitate privaverat: illos tamen, si resipiscerent, in honoribus suis recepit Cyrillus Alexandrinus, ut fatetur ipse. Idem fecisse affirmat Proclum Constantinopolitanum. Eadem indulgentia recepit quosdam Iconomachos eadem septima synodus; quod inibi, & multis doctorum testimoniis, & ecclesiasticis exemplis defenditur. Cum Theodoretus in concilio Calchedonensi, Nestorii, quem prius defenderat, errorem abjuraret, omnes episcopi clamaverunt: Theodoretus dignus est sede ecclesiæ; Theodoreto catholico doctori reddatur ecclesia. Ante hos omnes Miltiades papa in concilio Romano, quod ad causam Cæciliani & Donati, ante Nicænum & Arelatense convocatum est, Donatistas salvo episcopatus honore in gratiam se recepturum professus est, si deposito schismate ad ecclesiæ unitatem redire vellent: ut Augustinus testatur. Quod exemplum Africani postea patres sequuti semper sunt, in concilio præsertim Carthaginensi, in quo legatio decernitur ad papam Anastasium, ut id ratum habere vellet, non obstante transmarino decreto, quo de gradu suo rejici præceptum est. Hanc gratiam hæresiarchis non solet ecclesia concedere: quos ut tanti mali auctores majori affici pœna consentaneum censet. Tertullianus (ut antea dixi) refert Marcionem, ne ad ecclesiæ quidem pacem admissum, nisi reductis his quos deceptos ab ea segregasset. Sed illud est præsertim observandum, quod & si mansuetudinis & pietatis ecclesiasticæ ratione hæretici vel schismatici resipiscentes, ad pristinos honoris gradus soleant restitui; ad majores tamen admittendos promovendosque non esse, epistola D. Leonis papæ edocti sumus.

[Margin notes: ...onc. Nicæ. can. — ...Basi. epist. 74. ...occid. & ad ...eren comitem. ...æ citatur act. ...eptimæ syno... — ...cra. lib. 4. c. 11. ...zom. lib. 6. c. ...11. & 12 ...ufin. lib. 10. c. ...29. & 30. ...Atha. in epist. ...Rufi. relata in ...synod act. 1. ...ber. in epist. ad ...entales, relata ...oc. lib. 4. c. 11. ...erony. contra ...ciferianos. — ...Aug. de agone ...ristiano in fi... — ...m epist. 50. ad ...ifac. — ...ril. Alexand. ...epist. ad Maxi. ...ata act. 1. syn. ...I. — ...eadem epist. — ...nc. Calchedon... actione 8. — ...Aug. epist. 50. ...62. ...nc. Carthag. ...at in eo ...d vulgo vo... ...e Africanum, — ...tull. de præ... ...ptionibus ...eticorum. — ...eo papa epi. ...d episcopum ...ileiensem.]

Vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur,

Hæresi notatos deponendos. Cap. XXIX.

CRIMEN hæreseos, ut omnium gravissimum Hispani patres merito semper judicarunt: eaque de causa eo ante ordinationem contaminatos, vel vehementer suspectos, a sacerdotum conventu removerunt. Præclara enim D. Bernardi sententia est *auferatur malus, ne malos generet. Melius est ut pereat unus, quam unitas.* Concilium Nicænum. *Quique ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt: hoc non præjudicat regulæ ecclesiasticæ, cum enim compertum fuerit, deponantur.* Idem in mœchis Hispani patres superius edixerunt. *Subdiaconum*, aiunt, *eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promovendus: si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.* De Arianis conversis eamdem promulgavit sententiam Innocentius papa I. Alia etiam hujus decreti ratio fuit, quia ex hæresi revertentes pœnitentiam publicam agere debebant: qui autem semel fuerant in ea pœnitentia, a clero removebantur. Vtrumque Innocentius I. docet rescribens ad episcopos Macedoniæ.

[Margin notes: ...ernard. in ep. — ...c. Nicænum ...10. — ...30. hujus ...ilii. — ...oc. papa I. in ...18. ad Alex. ...cap 3. — ...Inno. in ...22. ad epist. ...edoniæ.]

Canon LII. Vulgatus.

De his, qui in ecclesia libellos famosos ponant.

Si qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

Canon LII. *Emendatus.*

De his, qui in ecclesia libellos famosos ponunt.

Si qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

ADRIANVS papa I. in collectione decretorum, quam ex diversis conciliis Græcis & Latinis compilavit, ad judicium litis quam ei Tarasius archiepiscopus Constantinopolitanus intenderat, hunc canonem retulit. Sed diversis paulo verbis & sententia conceptum: sic enim, ait. *Si qui inventi fuerint libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.* In hoc concilio qui posuerunt, ab Adriano qui cantarunt, aut legerunt, communione privantur. Burchardus lib. 3. decret. cap. 199. & Ivo par. 3. cap. 125. aliter. *Si qui*, aiunt, *inventi fuerint libros famosos, & ignotos in ecclesia legere vel cantare, excommunicentur.* Gratianus in cap. si qui 5. quæstione 1. communem hujus concilii lectionem retinet & cod. noster MS. conciliorum, quam probo. *Si qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.*

Qua pœna libelli famosi auctores coercendi. Cap. XXX.

QVI ingenio & virtute carent, cum illatam injuriam propulsare non possunt, putant, sed falso, quod ingenii vel virium imbecillitate perdiderunt, sparsa libellorum infamia posse resarcire: quod levissimi & pusilli animi indicium est, gravique pœna dignum: si enim injuria voce privatim illata (convitium vocamus) quod honori detrahat, pœna vindicanda est; tametsi vocis facile obliviscamur, quanto magis quæ literis publicis & scriptura consulto facta, quæ cum per plurimorum manus longe lateque vagetur, tam diu subsistit dedecus & infamia; quamdiu illius memoria infixa hominum animis duraverit. Ideoque in omni bene instituta republica acerbius & atrocius hanc, quam verborum injuriam prudentes vindicarunt. Græcos, & a Græcis Romanos mutuantes, etsi lenes & molles potius, atque indulgentes in coercendis aliis injuriis & delictis fuerint, acerbos, vehementes & acres in puniendis famosorum libellorum auctoribus fuisse, lex ipsa duodecim tabularum indicat; cujus hæc verba sunt. *SI QVIS ACTITAVERIT. SIVE CARMEN CONDIDERIT. QVOD INFAMIAM FLAGITIVMVE ALTERI PRECATVR. CAPITE PVNITOR.* Legis testes sunt Cicero, Arnobius, Augustinus & alii. Ejus severitatem placuisse Augusto Cæsari, inde conjectari licet, quod judicium de libellis famosis, non minus vehemens, quam majestatis esse voluerit: sic enim scribit Tacitus, *eum legem majestatis reduxisse, ut non solum facta arguerentur, sed & dicta: primumque cognitionem de famosis libellis specie legis ejus tractasse: commotum Cassii Severi libidine, qua viros fœminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat.* Intestabilem factum, sive lege, sive senatusconsulto, refert Vlpianus. *Si quis*, inquit, *librum ad infamiã alicujus pertinentem scripsit, composuit, edidit, dolove malo fecit, quo quid eorum fieret, etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti ea de re agere liceat: & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis ex lege esse jubetur.* Idem etiam Vlpianus. *Si quis*, inquit, *ob carmen famosum damnetur, senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit.* Quid autem esset intestabilis, Caius docuit. *Cum lege quis*, ait, *intestabilis jubetur esse, eo pertinet, ut nec ejus testimonium recipiatur, & eo amplius, ut putant quidam, ne ipsi dicatur testimonium.* Ergo, nec testis esse poterat, nec testamentum facere, nec quidquam capere ex aliorum testamentis. Sicque intelligendus est Arcadius imperator: dum ob carmen famosum damnatum; intestabilem fieri respondit. Dignissimus certe est, qui aliorum famam lædere curat, ut tanta infamia ipse afficiatur, ut nec ei testimonium vel dicere, vel dicilliceat Quod moribus recipi oporteret: ne (qua solet) sceleris impunitate repetendi criminis crescat audacia: impunitatem intelligo leviorem coercionem. At Vlpianus eadem pœna ex senatusconsulto teneri etiam eum docet, qui ἐπιγράμματα, aliudve quid, sine scriptura in notam aliquorum produxerit. Quo autem tempore, aut quo auctore factum sit illud senatusconsultum, non constat, & ambigunt recentiores, an Augusto, anve Tiberio tribui debeat: sed ego Augusto magis, quam Tiberio tribui posse, ex Suetonio elicio. *Sed adversus convitia*, ait, *malosque rumores, & famosa de se ac suis carmina*

[Margin notes: Tullius lib. 4. Tusculana. Arn. lib. 4. adversus gentes. — D. Aug. lib. 2. de civit. Dei c. 9. — Tacit. lib. 10 Annalium. — Vlpian in l. 5. §. ult. de injur. — Idem Vlpian. in l. 15. §. si quis de injur. — Caius in l. cum legem de injur. — Arcad. imperat. in l. ob carmen, c. de t. stib. — Vlpian. in l. 5. §. ult. de injur. — Suetonius in vita Tiberii.]

mina firmus ac patiens subinde jactabat, in civitate libera, linguam mentesque liberas esse debere. Et quondam senatu cognitionem de ejusmodi criminibus ac reis flagitante: non tantum, inquit, *otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiæ hoc prætextu ad vos deferentur. Exstat & sermo ejus in senatu percivilis: Si quidem loquutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum, dictorumque reddam: si perseveraverit, invicem eum odero.* Cujus sententiam Theodosius, Arcadius & Honorius probarunt in edicto ad Rufinum P.P. probe intelligentes non omnia ad eam severitatis normam semper esse revocanda, quinimo oportere nonnunquam regum prudentiam, quod in subditis ex levitate processit, contemnere: quod ex insania, misereri: quod ab injuria, remittere: ut dignum imperio, quod susceperunt, probitatis exemplum, modestiæ & patientiæ reliquis imitandum proponant. Quod si temporum, locorum & rerum status naturaque vel coertionem leviorem, vel impunitatem & indulgentiam non permiserint; cum vindicandum fuerit, severe vindicandum: ut decemvirorum olim sanxit prudentia. Nec olim solum libellis famosis, vel quacumque alia publica injuria, turpitudinis notam principibus inurere impune licebat, sed nec illorum sæculum quoquomodo criminari. Putabant enim principes, nec immerito, ad maximas ipsorum pertinere laudes, sæculi justitiam, morum probitatem, legum vim, auctoritatem judiciorum, integritatem magistratuum, & omnis tandem & publicæ & privatæ felicitatis prædicationem, ut testes sunt Iustinianus & Theodoricus, de his crebro in suis constitutionibus gloriantes. Qua ratione Græcus scholiastes Basilicon, eum qui principis sæculum criminatur, principi ipsi docet videri maledicere.

Theod. Arcad. & Honorius in l. unica c. si quis imper. maled.

Iustinia. l. fin. de pactis (secta nostrorum temporum non patitur.) Et in l. unica si quis imperatori maledixerit, (obtrectatori nostrorum temporum) Theodoricus rex, apud Cassiodorum lib. 2. epist. 13. nostri temporis justitia: & alibi sæpe. Græcus scholiastes Basilicon. lib 60.

Antiquam autem hujus criminis pœnæ severitatem, non modo renovarunt, sed auxerunt Valentinianus & Valent. impp edicto generali proposito decernentes, ut si quis famosum libellum, non solum dictaverit, sed ignarus ejus, sive domi, sive in publico, vel alio, quocumque loco repererit, nec corruperit prius, quam alter inveniat, sed vim illius manifestaverit, quasi auctorem delicti capitali pœna puniendum. Illud præterea prudenter adjicientes, ne qui libello famoso fuissent notati, quod aut famæ, aut vitæ periculum paterentur. Quod pluribus constitutionibus comprobavit antea Constantinus imperator. Innocens enim recte creditur, cui cum defuerit accusator, non defuerit inimicus, ut a Constantio imperatore ad populum rescriptum est. Ex quibus illud observari licebit, famosum libellum (nisi speciatim id cautum & expressum sit) impedimento non esse futurum, his qui ad ecclesiasticarum dignitatum vel ordinum militarium, aut regularium honorem aspirant: a quibus recipiendis infames, aut aliqua nota turpi aspersi repelluntur. *Quod enim*, ut Ciceronis verbis utar, *crimen esse potest sine accusatore? Quæ sententia sine consilio? Quæ damnatio sine defensione? nisi immanis quadam barbaries.*

Valentinianus, & Valens in l. unica c. de famosis libell. Constantinus imp. in l. 1. 2. 3. 4. 5. cod Theodos. de famos. libell. Idem Constantinus imp. in l. 6. cod. Theodos. de famos. libell.

Quod si eorum audacia acri pœnitentia reprimenda est, qui libellos probrosis verbis & sententiis conceptos, ad aliorum infamiam ediderint, & publicaverint; multo sane magis eorum nefaria temeritas refrænanda, accusanda, & punienda, qui sacræ scripturæ verbis, vel sententiis ad eamdem contumeliam & infamiam abutuntur, ut Tridentini concilii decreto cautum est.

Concilium Triden. sessione 5.

Canon LIII. Vulgatus.

De episcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis episcopus præsumpserit eum admittere, illo adhuc minime sciente, vel consentiente, a quo fuerat communione privatus, sciat se huiusmodi causas inter fratres cum status sui periculo præstaturum.

Canon LIII. *Emendatus.*

De episcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si alius episcopus præsumpserit eum admittere, illo adhuc minime sciente, vel consentiente, a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres cum status sui periculo præstiturum.

Ab uno episcopo excommunicatos, ab aliis non esse reconciliandos. Cap. XXXI.

CVM in canonum præcedentium & subsequentium decretis edendis, verbo solo PLACET, episcopos usos legamus: in hoc autem nomen, cunctis, adjecisse; indicium sane est communis omnium patrum consensus, nec in eo condendo discordes animos habuisse, quos longa debuisset placare disputatio. Recte enim docuit Aristoteles, ægre ferre quemquam suo honore privari. Idcirco patres hujus concilii communi consensu decernunt, ad conservandam singulorum & omnium auctoritatem, ut ab eo percipiat is communionem, a quo antea abstentus fuerat. Transtulit hunc canonem Osius Sardicensis concilii præses, in illud, ubi sic præfatur. *Osius episcopus dixit: hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus, sive presbyter, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus, & ad alterum perrexerit episcopum: & scierit ille ad quem confugit, eum ab episcopo suo fuisse abjectum; non oportere ut ei communionem indulgeat: quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas esse dicturum. Vniversi dixerunt: hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.* Nec in Sardicense tantum transtulit Osius, sed paulo antea transtulerat in Nicænum. *Servetur & ista sententia*, ait, *ut hi qui ab aliis excommunicantur, ad communionem non recipiantur. Requiratur sane, ne forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione episcopi sui excommunicati sunt. Vt ergo digna hac possint examinatione perquiri, recte visum est, & per singulos annos in singulis quibusque provinciis, bis in anno episcoporum concilium fieri, ut simul in unum convenientes ex communi provincia hujusmodi examinent quæstiones; ut ita demum, hi qui ob culpas suas episcoporum suorum offensas merito contraxerunt, digni etiam a ceteris, excommunicati similiter habeantur: quousque in communi, vel ipso episcopo suo visũ fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam.* Placuit mire hoc ipsum decretum concilii Antiocheni patribus, Carthaginensis, Taurinatensis, Cæsaraugustani, Epaunensis: Siricio etiam papæ, & Innocentio. Omnes autem mutuo recepisse potuerunt a canone apostolorum. *Si quis presbyter*, ait, *aut diaconus ab episcopo suo segregetur, hũc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequestraverat: nisi forsitan obierit episcopus ipse, qui eum segregare cognoscitur.* Quos omnes canones in viridi hodie esse observantia, ignorat nemo.

Aristotel. lib. [...] œconomico[...]rum.

Concil. Sardi[...]cen. can. 16.

Concil. Nicæn[...] can. 5.

Concil. Carth[...] 2. can. 6. Concil. Taurin[...] can. 7. Cæsaraugusta[...]ni, can. 5. Epaunensis ca[...] 28. Siricius papa i[...] epist. ad episcopos per Africa[...] constitutos c. [...] Innocent. in e[...] 2. c. 7. Canon aposto[...]rum 33.

Ideo autem concilium dicit, non esse admittendum ad communionem ab alio episcopo excommunicatum, & admittenti gravem severitatis sententiam comminatur, nullo discrimine constituto, an scienter, an ignoranter ille admissus sit: quia olim excommunicatorum nomina, non ad presbyteros solum ejusdem diœcesis, sed ad episcopos aliarum provinciarum remitti solebant, ut notum esset omnibus qui ad ecclesiæ communionem essent admittendi. Divus Augustinus. *De Splendonio vero*, inquit, *quem diaconum in catholica damnatum, & a se rebaptizatum presbyterum fecit, cujus in Gallia damnationem a fratribus missam, collega noster Fortunatus ibidem, apud Constantinam publice legendam proposuit.* Si ex Gallia ad Africam, nec Africam solum, sed Africæ interiora excommunicatorum nomina remittebant olim episcopi, ne peccato excommunicatorum quoquo modo perverti, aut contaminari possent fideles, maximam fuisse apparet & caritatis & Christianæ religionis in antiquis episcopis curam.

D. August. lib[...] contra literas Petiliani cap. [...]

Canon LIV. Vulgatus.

De parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineant se a communione: si tamen iidem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia servatur.

Canon LIV. *Emendatus.*

De parentibus, qui fidem sponsaliorum fregerint.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii

triennii tempore abſtineant ſe a communione : ſi tamen iidem ſponſus vel ſponſa in illo gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervatur.

IVO p.8.c.46. *Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore a communione ſe abſtineant : ſi tamen idem ſponſus vel ſponſa in gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes.* Gratianus autem in cap. is qui 31. q.3. negationem adjecit non recte & quædam alia. *Si qui parentes*, ait, *fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant ſe a communione : ſi tamen iidem ſponſus vel ſponſa, in illo gravi crimine non fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes : ſi vero in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervetur.*

Voluntate parentum contrahi olim & diſſolvi ſponſalia. Cap. XXXII.

[Florentinus in l. de ſponſalib. Vlpianus in l. 2. de ſponſalib. Idem Florent. in l. 5. de ſponſalib. Servius Sulpitius in lib. de dotibus, teſte Aulo Gellio lib. 4. noct. Atticarum c. 4. Varro l. 5. de lingua Latina. D. Auguſt. lib. 8. Confeſſionum c.]

SPONSALIA ab ſpondendo dici, Florentinus ſcripſit; nam more inſtitutoque majorum receptum fuit, ſtipulari ſibi ſpondereque uxores futuras, Vlpiano auctore : & inde ſponſi & ſponſę inditum nomen, natamque appellationem, prodit idem Florentinus. Sic Servius Sulpitius. *Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat in Latio, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri : qui ducturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque dicebatur ſponſalia : tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, ſponſus.* Formulam ſtipulationis ſive ſponſionis Varro refert. *Spondesne tuam natam uxorem iri? Spondeo.* De futuro ergo matrimonio contrahendo facta promiſſio, vel ſponſio, ſponſalia vocantur : hęc enim præcedebant matrimonium. *Ne*, ut Auguſtinus docet, *viles habeant ſtatim uxores mariti datas, quas ſponſi ſuſpirabunt dilatas*, mirum enim auget caritatis & amoris deſiderium, ejus rei quam ames dilatio : idque receptum eſt etiam apud nos, ut interim ante nuptias proponi poſſit in eccleſia a parochis matrimonium futurum, cum interpoſita temporis intercapedine, ut ſi quod ſit impedimentum, vel conſanguinitatis, vel affinitatis; aut alia his ſimilia, opponantur interim, & probentur ad impediendum futurum matrimonium. Hęc autem ſponſalia olim ſine parentum conſenſu non celebrabantur, ut Paulus docet. *In ſponſalibus*, ait, *etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur.* At in nuptiis parentum conſenſum deſiderari, idem Paulus affirmat. *Nuptiæ*, ait, *conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes qui coeunt, quorumque in poteſtate ſunt.* Neque ejus ſolum qui in poteſtate habet, ſed eorum etiam in quorum ſunt poſtea recaſuri, conſenſus requiritur, ut nepos qui in poteſtate avi eſt, etiam de patris voluntate uxorem debet ducere: quamvis non ſit in ejus poteſtate : ſat enim eſt, quod ſpes ſit, fore illum aliquando cum omnibus ſuis liberis : quod ea ratione eſt conſtitutum, quia maxime noſtra intereſt ex qua uxore nobis generentur, qui nominis noſtri, ſanguinis & familiæ heredes futuri ſunt & ſucceſſores. Quare Paulus. *Nepoti uxorem ducenti, & filius conſentire debet : neptis vero ſi nubat, voluntas & auctoritas avi ſufficit.* Quod Accurſius & reliqui ſui ſectatores omnis Romanæ antiquitatis periti ideo inſtitutum putant, quia oportet mulierum accelerari nuptias, ne quid interim turpitudinis admittant. Quæ ratio non ſatis idonea eſt : congruentior multo, quæ ex antiquis Romanorum moribus erui poteſt: liberi enim qui ex nepote deſcendunt, non avi tantum, ſed & patris nomen, familiam & agnationem; & ſequi & conſervare debebant : quod latius diximus ad canonem XLI. præcedentem. Non ergo immerito & avi & patris conſenſum, auctoritatemque leges deſiderarunt : quod maxime utriuſque intereſſet, qui eorum familiæ inſeri debuiſſent. At filii deſcendenteſque ex nepte, non patris aut avi nomen retinebant, ſed in mariti nomen, familiam & gentilitatem abibant. Prænomen enim virgini non imponebatur, antequam nuberet : nubens vero quod mariti erat induebat. Quare patris materni nihil intererat, ad agnationis & familiæ auctoritatem, ex quo patre filia liberos eſſet ſuſceptura : ad conſervandam autem patriam poteſtatem ſat erat, ſi avi conſilio, conſenſuve maritum elegiſſet. Quod ſi abſque parentum voluntate filius filiave matrimonium iniret (de filiis in poteſtate intelligo : nam emancipati tanquam extranei hac lege ſolvebantur) irritum erat & nullum, natique ex illo liberi prorſus illegitimi habebantur. Apuleius. *Impares*, inquit, *nuptiæ, & præterea in villa, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri; ac per hoc ſpurius iſte naſcetur.* Paulus etiam. *Eum*, inquit, *qui vivente patre, & ignorante de conjunctione filiæ, conceptus eſt, licet poſt mortem avi natus ſit, juſtum filium ejus ex quo conceptus eſt, non videri. Illis enim nuptiis non conſenſit pater.* Quod ſi contractum matrimonium tacite ſaltem ratum habuiſſet, naſceretur iſte patri ſuo legitimus, ut Alexander imperator reſcripſit ad Maximam. *Si ut proponis, pater quondam mariti tui, in cujus fuit poteſtate, cognitis nuptiis veſtris non contradixit, vereri non debet, ne nepotem ſuum non agnoſcat.* Sed quia dubium videri poſſet, cur cum matrimonium ab initio nullum, defuncto jam avo, legibus confirmetur; filius ex eo ſuſceptus illegitimus habeatur : ea ratio eſt; quia matrimonii confirmatio id ſolum tempus reſpicit, quo & avus defunctus eſt, & jam filius conceptus : at filium injuſte conceptum pro juſto haberi, æquum Romanis non fuit, quod tamen in filiis concubinæ a Iuſtiniano emendatum eſt : decrevit enim, filios injuſte ſuſceptos matrimonio ſequenti reddi legitimos, & hereditatis rerumque omnium, cum his qui in ipſo matrimonio naſcuntur, fore participes. *Cum gratias agere*, ait, *fratribus ſuis poſteriores debeant, quorum beneficio ipſi ſunt juſti filii, & nomen & ordinem ſubſecuti.* Amor enim ſuſceptorum antea filiorum jungendi poſtea matrimonii deſiderium voluntatemque videtur conciliaſſe. Sed cur non idem decretum fuerit in eo quod Paulus reſpondit, in promptu ratio eſt : nam ſi filii ex eo matrimonio ſuſcepti, quod ſine patris conſenſu celebratum eſt, ejus morte confirmato matrimonio efficerentur legitimi, nullus eſſet, qui ſpreto patris conſenſu uxorem ducere & filios procreare non mallet; quod certam haberet ſpem, defuncto patre, juſtum matrimonium futurum, liberoſque antea injuſte conceptos, juſtos habendos & legitimos. Quod ut patriæ poteſtatis & pudicitiæ etiam legibus contrarium repudiavit Romanorum prudentia : at hoc in filiis concubinæ, contrariam habuit æquitatis rationem, ut videlicet quam turpi concubitu quiſque tenebat, eam ut juſtam & legitimam uxorem ſibi vellet poſtea ſociare. Sine parentum ergo conſenſu filius filiave, neque nuptias, neque ſponſalia contrahere poterant. Sed an contracta jam diſſolvere poſſent, audiamus Vlpianum. *In poteſtate*, inquit, *manente filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt, & ſponſalia diſſolvere.* Id tamen jure veteri Latinorum nec patres, nec ſponſi facere poterant ſine cauſa : quod ſi facerent, ex ſponſu actio dabatur. Quod poſtea lege civili Romanorum ſublatum eſt, ut major eſſet matrimoniorum libertas: Quod A. Gellius retulit ex Sulpitio & Neratio. *Sponſalia*, inquit, *in ea parte Italiæ quæ Latium appellatur, hoc more atque jure ſolita fieri ſcripſit Servius Sulpitius in libro quem ſcripſit de dotibus. Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat, ab eo unde deducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri; qui daturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque, dicebatur ſponſalia : tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur; qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes, uxor non dabatur, aut non ducebatur; qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat : judices cognoſcebant, quamobrem data acceptave non eſſet uxor, judex quærebat : ſi nihil juſta cauſa videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat : hocque ſponſaliorum jus dicit obſervatum fuiſſe uſque ad id tempus, quo civitas univerſa Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcripſit in libro quem de nuptiis compoſuit.* Hæc Gellius. Eo autem tempore ut majus ſponſalia habitura forent momentum, pœnam illi certam ſolebant addere, quam poſtea, quod matrimonii libertatem impediret, irritam declararunt Iuriſconſulti, Paulo referente. Honeſtius enim putarunt, cum conjugium non ſit aliud, quam duorum voluntates undequaque conſentientes, illud amore potius, quam pœnæ metu, aut conciliari, aut retineri. eaque de cauſa minus firmum pactum eſſe voluerunt, quod liberam impediret vel divortii licentiam, ut Pomponius ſcripſit. Si autem illud juramento firmaretur, relaxatione & indulgentia principis opus fuiſſe indicat Suetonius, dum refert Tiberium equiti cuidam Romano jurisjurandi gratiam feciſſe, ut uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum juraverat.

Cum ergo tempore hujus concilii de ſponſaliorum vi & auctoritate levius judicaretur, adeoque ſimplices haberentur futurarum nuptiarum repromiſſiones, ut libere infringi poſſent & diſſolvi; indignum viſum eſt patribus ætate ſua & religione, fidem ad tantum ſacramentum datam, tanta facilitate violari : cum nihil ſit æquitati naturali magis conſentaneum, quam illam in rebus omnibus, ſed in ſponſalibus præcipue obſervari : ideoque decreverunt,

[Margin notes: Paulus lib. 35. ad edictum in l. 7. de ſponſal. Idem Paul. eodem lib. ad edictum l. de rit. nupt. Paul. in l. oratione de rit. nupt. L. Filius emancipatus 15. de rit. nuptiar. Apuleius lib. 6. Paul. in l. 11. de ſtatu hominum. Alexan. imper. ad Maximam in l. 5. de nupt. Iuſtin. in l. cum quis c. de natur. lib. Vlpian. in l. in poteſtate 10. de ſponſalib. Aulus Gel. lib. 4. noct. Attic. c. 4. Paul. in l. Titia 134. de verb. oblig. Pompon. in l 19. de verb oblig. Sueton. in Tiber. cap. 34.]

decreverunt, ut si patres ad quos pertinebat sponsalia sui & filiorum nomine contrahere, & contracta dissolvere, ea irrita facerent, triennii tempore a communione abstinerent.

Constat hinc etiam, antiquum a Romanis jus parentibus ad sponsalia filiorum delatum, ab ecclesia non improbari: quinimo sic probatum legimus, ut minus legitimum haberetur matrimonium, quod sine eorum consensu celebraretur. Evaristus papa hanc non novam institutionem a se, sed antiquam a sanctis patribus & apostolis traditam scribit ad episcopos Africæ. *Aliter*, inquit, *legitimum, sicut a patribus accepimus & a sanctis apostolis, eorumque successoribus traditum invenimus, non sit conjugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a parentibus & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur.* *Aliter*, addit post alia, *præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitatur: etiamsi voluntas propria suffragaverit.* Eadem quæ Evaristus, dixerat antea Tertullianus Afer & ipse, quod ad epistolæ auctoritatem contra Magdeburgenses additum velim. *Unde*, inquit, *sufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renuntiant, pater rato habet? nam nec in terris filii sine consensu parentum rite & jure nubent.* Sic etiam Evaristi decretum citato proprio Evaristi nomine (ne quis temere illius epistolæ elevet auctoritatem) renovandum placuit recentioris concilii Coloniensis patribus. Idem fere Hormisda PP. ad Eusebium episcopum. *Tua sanctitas*, inquit, *requisivit a nobis, frater venerande, filio adulto quem pater* (in aliis legitur mater parum recte) *matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest: ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse; potest tamen de filio nunquam adulto, voluntas cujus nondum discerni potest, pater eum cui vult in matrimonium tradere, & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino observare & adimplere debet. Hæc omnibus orthodoxæ fidei sancimus, & vobis tenenda mandamus.* In cujus interpretatione, glossa verbo, *consentit* & verbo, *debet*, antiquum jus, ut solet, miscens cum recentiori, ad debitum illud refert honestatis, non autem necessitatis: quod postrema decreti verba, quæ in originali exstant, non admittunt. *Hæc*, ait, *omnibus orthodoxæ fidei sancimus, & vobis tenenda mandamus*, & illa etiam quæ in ipso contextu sunt. *Omnino debet hæc adimplere*: quæ neutiquam dicturus esset pontifex, si consilium solum, non autem præceptum ea constitutione vellet contineri. Confirmant hæc, quæ D. Basilius scribit ad Amphilochium Iconii episcopum: *Puellis*, inquit, *quæ præter patris sententiam fornicatores secutæ sunt, reconciliatis parentibus videtur res remedium accipere; sed non protinus ad communionem restituuntur, sed triennio punientur.* In cujus interpretatione, quia Evaristi decretum confirmant, quę Theodorus Balsamon docuit, paucis recitavero. *Puellas*, inquit, *hic sanctus, eas quæ sunt in potestate parentum, appellat. Dicit ergo, quod si alicujus puellæ tradent seipsas suis amatoribus, præter suorum parentum sententiam, & ab illis vitium illis allatum sit, etiam si matrimonio sibi esse conjunctæ videantur, matrimonium ejus quæ est in parentis potestate, non possit consistere sine paterna voluntate. Sin autem parentes ipsarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remedium afferri. Quod enim ab initio malefactum est, parentum postea consensus reparare videtur, ut fornicatio in matrimonium deducatur. Sed ea non est statim ad communionem recipienda, sed post tres annos. Ne facti autem speciem hoc in loco sic posueris; raptam fuisse puellam. Ex tricesimo enim canone, & ex aliis didicisti, quod si raptus factus fuerit, sive cum puellæ voluntate, sive ea nolente, non consistit matrimonium, etiamsi qui habent in potestate, consentiant. Sed pone, eam quæ est in potestate, non raptam, eum qui illi stuprum intulit, sequi; propterea enim sequens consensus facit, ut a culpa remotum sit conjugium. Hæc autem ut mihi videtur, locum habebant, quando solo consensu consistebat matrimonium. Hodie autem quoniam fit cum sacra benedictione, etiamsi parentes consentiant, non fiet matrimonium cum sacra benedictione nisi tres pœnitentiæ anni expleti fuerint, vel ab episcopo pro suo arbitratu ad tempus brevius redacti sint.* Quæ autem Basilius adjecit postea, priorem hanc suam sententiam apertius explicabunt. *Quæ sine iis*, ait, *qui habent potestatem, fiunt matrimonia sunt fornicationes. Nec ergo vivente patre, nec domino, ii qui conveniunt, sunt ab accusatione liberi, donec conjugio domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem conjugium.* Ob parentum igitur potestatem & religionem, ob filiorum pudorem & observantiam, ob matrimoniorum fidem & honestatem, ob communemque bene institutę reipublicę rationem, talem consensum non solum desiderasse, sed exegisse primæ ecclesię patres non immerito videntur ad tam diuturnam & inseparabilem vitę conjunctionem: tametsi sacris posterioris ecclesię constitutionibus cautum sit, ob religionem sacramenti solum conjugum sive jungendorum consensum sufficere, ut Nicolaus PP. ad consulta Bulgarorum respondit. *Sufficiat*, inquit, *secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptiis solus forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.* Sic etiam Innocentius III. matrimonium contrahi per legitimum viri & mulieris consensum, Brixiensi episcopo rescripsit.

Evarist. PP epist. 1. ad episc. Afri.

Etiam si voluntas propria suffragaverit. Legit ex vetusto codice Antonius Contius ad marginem. Quæ lectio verior est; nam si ut in communibus legitur: Nisi voluntas propria: quid opus erat tot verbis exaggerasse voluntatem parentum in nuptiis filiarum desiderari, si earum sola tandem sufficeret, ut refertur a Gratiano.

Gra in can. aliter 36. quæst. 5.

Evarist. in epist. ad episc. Africæ.

Tertull. lib. 2. ad uxorem cap 9.

Conc. Colon. par. 7. can. 43.

Hormisda PP. in ep. ad Euseb. episc.

Refertur in c. 1. de desponf. impu.

D. Basil. in epi 1. ad Amphilochi. Iconii episc. c. 38.

Theod Balsam. in explicatione ejusdem epist. Basilii.

Idem Basi. c 42. ejusd. epist.

Nicol. PP. ad consulta Bulgar. c. 5.

Grat. in ca. sufficiat 37. quæst. 2.

Innoc III. in ca. tuæ frater. de sponsalib.

Sed quia hęc recentiorum multi sinistre interpretantur, asserentes matrimoniū etiam jure ipso canonico, sine parentū consensu contrahi valide non posse; testimoniis aliis rem ipsam confirmabo. Lucius III. in epistola ad Burgensem episcopum matrimonium inter raptorem & raptam, non solum non consentientibus, sed invitis & contradicentibus parentibus, ratum & firmum esse ait. *Respondemus*, inquit, *quod cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur, iste raptor dici non debet: cum habuerit mulieris adsensum, & prius eam desponsaverit, quam cogitaverit: licet parentes reclamaverint, a quibus eam dicitur rapuisse.* Clarius multo concilium Tridentinum. *Tametsi*, inquit, *dubitandum non est, clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse matrimonia, quamdiu ecclesia ea irrita non fecit, & proinde jure damnandi sint illi, ut eos sancta synodus anathemate damnat, qui ea vera & rata esse negant, quique falso affirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, vel irrita facere posse, &c.* Et hoc jure utimur, tametsi concedere necesse sit, ad debitam officii & matrimonii honestatem, congruentius decentiusque filios facturos, si parentum consensum exposcant, ut illis commode quadret, quo Christi ore prolatum Matthęus retulit. *Quos Deus conjunxit.* Aliter enim quomodo conjunxisse illos Deum credendum est, quos non honestas conjugii, non obsequium & reverentia parentum, sed intemperans libido effręnataque animi cupiditas conciliavit? Hac enim de causa D. Ignatius, non cum consensu modo parentum, sed & episcopi consilio & arbitratu ineunda conjugia ad Polycarpum scripsit. *Decet*, inquit, *ut & ducentes uxores & nubentes cum episcopi arbitrio conjungantur, ut nuptiæ juxta præceptum domini, non autem ob concupiscentiam coiisse videantur.*

Lucius III. in ep. ad Burgen. episc. in ca. cum causa. de raptorib.

Conc. Trid. sess. de reform. matri. can. 1.

Matth. c. 19.

D. Ignat. epist. ad Polycarpum.

Triennii tempore abstineant se a communione.

Sponsalia infringentes, mortali culpa obnoxios. Cap. XXXIII.

DOCENT præclare concilii Meldensis patres, excommunicationem pro peccato mortali solum imponi. Quare fateri necessario tenemur, sponsaliorum fidem frangentes, vel impedientes (cum non solum simplici excommunicatione, sed excommunicatione triennii puniantur) crimen admittere capitale: hoc enim significasse patres, quinimo disertis verbis docuisse videntur; dum statim subjungunt, loquentes de ipsis sponsis. *Si tamen idem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine fuerint deprehensi.* Grave crimen vocant, tanquam capitale, & mortale: alioquin si leve esset, aut veniale, a gravis quidem nomine omnino abstinuissent. Quod si grave est illorum parentum crimen, & excommunicationis pœnam meretur, qui fidem filiorum humanam in sponsalibus datam impediunt; qua pœna illos censebis dignos, qui fidem natorum Deo ęterno optimo & prępotenti datam, etiam si non solenni, sed simplici voto confirmatam labefactare, aut quoquo modo impedire conantur? Si prius crimen est excommunicationis censura puniendum, posterius profecto velut sacrilegium Christiano viro indignissimum, acriori pœna vindicandum.

Conc. Meldens. can. 53.

Nec ecclesię minus decreta & juris naturalis divinique rationem offendunt illi, qui ad sponsalia vel matrimonium contrahendum adigunt invitos; sponsis enim cum adempta propria contractus libertate durissimum servitutis jugum imponunt gravioribus se ęternę legis vinculis devinciunt. Quod concilii Parisiensis patres apertius declararunt: dum & illos damnarunt anathemate, qui principis alicujus gratia & favore fulti, sine propria vel parentum voluntate aliquam duxissent in matrimonium, vel rapuissent potius uxorem. Quorum judicium

Conc. Parisien. 1. can. 6.

judicium ratum habentes sanctissimi Tridentini patres ipsos etiam principes, vel magistratus diris devovent, qui terreno (ut aiunt) affectu, & cupiditate obcæcati, vel viros, vel mulieres sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hereditatis habentes, minis vel pœnis adigunt cum his matrimonium invitos contrahere, quos ipsi principes, vel domini temporales, vel magistratus præscripserint.

Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione c. 9.

Si tamen iidem sponsus, vel sponsa, in illo gravi crimine fuerint deprehensi.

Contractum sponsaliorum ab ecclesia irritandum, ni certa solennitate celebretur, consentaneum videri. Cap. XXXIV.

Cum datam igitur in sponsaliorum contractu fidem fallere; grave crimen esse Hispani patres, hoc canone admoneant, idque consentaneum fit antiquis, & recentioribus sanctorum patrum institutis: rem sane feceris B. pater, prudentia & auctoritate tua dignissimam, si ad effugiendam & fugandam turpem illorum impudentiam, qui futuri matrimonii prætextu, puellas incautas in fraudem illiciunt, sponsalia sine certa solennitate notarii saltem, & testium, aut alia simili forma contracta, irrita fore & nulla decreveris, ut publicæ justitiæ auctoritas privatis dolis, & fraudibus aditum intercludat, exemplo sanctissimi illius decreti, quod uberrimo, & ecclesiæ & fidelium fructu, in matrimoniis clandestinis concilium Tridentinum constituit.

Concil. Trident. sess. 24. de reformatione c. 1.

Excusati erunt parentes.

Parentes, si filiis sponsalia infringentibus consentiant, peccare; secus si non consentiant. Cap. XXXV.

Si dissolvendi sponsalia, filii, non parentes, causam præstiterint (poterant id facere, non emancipati, sed & filii familias, quos ad nuptias cogendos non esse Terentius Clemens scripsit) excusandos parentes a pœna decernit concilium; illo addito: Quod consensum tali dissidio non præstiterint: Præstito enim, ut consentientes & participes criminis puniendos pœnitentia superiori triennii declarat. Sed mirum est de filiorum pœnitentia, episcoporum silentium: eos tamen eadem pœna puniendos sensu magis, quam verbis decreti alius crediderit; quos ideo patres hujus concilii omiserunt, quod frequentius a parentibus, quam a filiis sponsalia & contraherentur & dissolverentur. At in lege ferenda, frequentiora referri debere, & omitti infrequentia, philosophorum placitis, & jurisconsultorum imperatorumque constitutionibus cavetur.

Terentius Clemens lib. 3. ad legem Juliam, & Papiam in l. non cogitur 21. de ritu nuptiar.

Canon LV. Vulgatus.

De sacerdotibus Gentilium, qui non sacrificant.

Sacerdotes, qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid idolis præstant, placuit, post biennium accipere communionem.

Canon LV. *Emendatus.*

De sacerdotibus Gentilium, qui jam non sacrificant.

Sacerdotes, qui tantum sacrificantium coronas portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid ad idola præstant, placuit, post biennium accipere communionem.

Cur coronis uti sacerdotibus interdictum sit: & quæ fuerint istæ coronæ. Cap. XXXVI.

Coronis ornari sacerdotes ethnicorum, cum diis sacra facerent, Tertullianus est auctor. *Ipsa denique fores*, inquit, *ipsa hostia & ara, ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum*

Tertull. de corona militis c. 10.

A *sacerdotalium coronas apud Claudium.* Cyprianus. *Ab impio*, ait, *sceleratoque velamine quo illic velabantur, sacrificantium capita captiva, caput vestrum liberum mansit. Frons cum signo Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronæ se domini reservavit. Quam vos læto sinu excipit mater ecclesia de prælio revertentes?* Ante hos Plinius. *Antiquitus quidem*, ait, *nulla corona, nisi Deo dabatur: ob id Homerus cælo tantum eas & prælio universo tribuit: viritim vero, nec in certamine quidem ulli. Feruntque primum omnium liberum patrem imposuisse capiti suo ex hedera. Postea deorum honori sacrificantes sumpsere, victimis simul coronatis.* Nec sacerdotes tantum coronabantur, sed & omnes qui eâ deorum ethnicorum festa celebrabant, vel solenni precatione supplicationes faciebant: positis enim per omnia fana & delubra pulvinaribus, senatores, patricii, nonnunquam omnes tribus & ordines cum conjugibus, & liberis, præeunte pontifice maximo, aliquando duumviris, B pueris, ingenuis, libertinis, virginibusque patrimis ac matrimis coronati incedebant, lauream manu tenentes, ut docet Tertullianus, & aliis congestis auctoribus probant recentiores. Coronas autem sacerdotum provincialium fuisse aureas, scribit idem Tertullianus, & Suetonius. Aliquando contextas ex floribus idem Tertullianus, Clemens Alexandrinus, & Minutius Felix. Tametsi enim sacerdotes, nec sacrificarent, nec præstarent aliquid ad sacra diis facienda de suis sumptibus, voluit concilium, nec coronas ferre posse; quod in ipsis Christianæ religionis initiis, congruum videretur, ut qui Christo nomen darent, non solum a profanis Gentilium ceremoniis caverent, & ab his quæ manifestam præ se ferebant impietatem, sed se ab his etiam temperarent, quæ indifferentia (ut vocant) videri possent. Coronam enim, vel auream vel frondeam in capite ferre, vel non ferre, parum sane retulerat; verum quia Gentiles in deorum sacrificiis, vel C sacris, illam usurpabant, merito Christianis illis uti, interdictum fuit: ne profanis illorum idololatriæ ritibus subscribere viderentur; nec aliqua intercederet fidelibus conventio cum Belial. Quare non a sacerdotibus tantum ethnicorum ad fidem conversis, sed & ab omni Christiano catholico, & a catechumeno, id summe cavendum monet Tertullianus. *Neminem dico*, ait, *fidelium coronam capite nosse, alias extra tempus tentationis ejusmodi. Omnes ita observant a catechumenis usque ad confessores, & martyres, vel negatores.* Minutius Felix. *Quis autem ille qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cum capiamus & rosam veris, & lilium, & quidquid aliud in floribus blandi coloris, & odoris est? his enim & sparsis utimur, mollibus, ac solutis, & sertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio, capillisve solemus haurire.* D Coronas autem has sacerdotes ideo circumtulisse, ut honorem diis, vel eorum sacrificiis adhiberent, verosimile erat, & ut honoribus præterea sacerdotum ethnicorum & privilegiis fruerentur. Constat enim illis multa fuisse concessa, quæ propagata religione Christiana, sublata fuisse constitutione Arcadii, & Honorii compertum est, in rescripto ad Cæsarium præf. præt.

D. Cypr. libro de lapsis in principio.

Plinius lib. 16. histor. naturalis cap 4.

Tertul. de corona milit. cap. 7.

Alexander ab Alexandro lib. 5. genialium dierum cap. 27.

Idem Tertullianus de idololatria, & de corona militis.

Suetonius in Domitiano, cap. 4.

Tertull. de corona militis, & apologet. adversus Gentes.

Clem. Alexand. lib. 2. pædagog.

Minutius Felix in Octavio.

Tertull. lib. de corona militis cap. 2. & lib. de præscript. advers. hæreticos.

Minutius Felix in Octavio.

Arcadius & Honorius in l. 14 de pagan. sacrificiis lib. 16. tit. 1. in C. Theodosiano.

Nec sacrificant.

Non solum in sacrificiis idololatriæ crimen contrahitur, sed in omnibus his quæ ad cultum deorum quoquomodo spectant: quare in concilio additum est: *Nec*, &c.

Nec de suis sumptibus aliquid ad idola præstant.

Idololatriæ crimen in quibus contrahatur. Cap. XXXVII.

E In idololatriæ crimen incurrere, qui sumptum aliquem præstiterit ad sacrificia, Tertullianus docet. *Plane ad sacerdotium*, inquit, *& sacrificium vocatus, non ibo; proprium enim idoli officium est, sed neque consilio, neque sumptu, aliave opera in ejusmodi fungar.* Et post alia. *Sed si merum quis sacrificanti tradiderit, imo, si verbo quoque, alioque sacrificii necessario adjuverit, minister habebitur idololatriæ.* Ante Tertullianum, apostoli. *Si quis*, inquiunt, *Christianus oleum ad sacra Gentilium, aut ad synagogam Judæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.*

Tertull. lib. de idololatria cap. 16.

Idem Tertull. ibid. c. 17.

Can. 70. apostolorum.

Canon LVI. Vulgatus.

De magistratibus, & dominantibus.

Magiſtratum vero, anno quo agit duumviratum, prohibere placet, ut ſe ab eccleſia cohibeat.

Canon LVI. *Emendatus.*

De magiſtratibus, & duumviris.

Magiſtratum vero, anno uno quo agit duumviratum, prohiberi placet, ut ſe ab eccleſia cohibeat.

Magiſtratus gerere, cur Chriſtiani ſub excommunicationis pœna prohibeantur.
Cap. XXXIIX.

VARIAS ethnicorum principum conſtitutiones, quæ a Nerone primum, deinde a Domitiano, a Trajano poſtea, ab Antonino, a Severo, Maximino, Decio, & Valeriano, adverſus catholicæ fidei auctorem, & Chriſtiani nominis profeſſores editæ ſunt: recenſent latiſſime, eccleſiaſtici ſcriptores, Tertullianus, Cyprianus, Iuſtinus Martyr, Arnobius, Oroſius, Hegeſippus, Euſebius, Nicephorus & alii: eos enim non patrimoniis privare ſolum, non honoribus & dignitatibus interdicere, & ſpoliare, ſed in arctiſſimum carcerem includere, exilio multare, & ad necem uſque variis tormentorum generibus afficere & conficere conſtituerunt; ut vel his pœnis, illos a glorioſa fidei & Chriſtiani nominis profeſſione deterrerent. *Quiſquis Chriſtianum*, ait imperator Nero in ſuo edicto, *ſe eſſe confitetur, is tanquam generis humani convictus hoſtis, ſine ulteriori ſui defenſione capite plectitor.* Non tamen hi & reliqui eos perſecuti ſunt ſemper, & eorum auctorem, ſed velut furioſi dilucidis intervallis acquieſcentes, Chriſtianis & Chriſto honorem adhibuerunt. Conſulenti Auguſto oraculum, Pythius Apollo reſpondiſſe fertur, puerum Hebræum, ſibi ſilentium imperare, & in Tartara regreſſum: quo reſponſo motus Auguſtus aram Chriſto poſuit, ut tradit Nicephorus: Tiberius recipi Chriſtum inter ſuos deos voluit, ut refert Tertullianus: potentiam ejus auditis miraculis ille & Veſpaſianus reveriti ſunt. Eum in larario coluit Alexander, toties abſtinens ab uxore, eique templum dicare voluit; tritum illud Chriſtianorum ore proverbium, ſemper in ore habens. *Quod tibi fieri non vis, id alteri ne feceris.* Quin Robertus Cœnalis epiſcopus Abrincenſis, ejus matris Mammææ favore & opibus adjutum Origenem, quotquot exſtant opera ſcripſiſſe memorat. Nec id mirum, nam fœminam religioſam vocat Hieronymus, & Origenis diſcipulam Euſebius. Poſt " Alexandrum, Antoninus Heliogabalus imaginem Chriſti in proprium templum induxit, ut teſtatur Lampridius. Ei ſtatuerat templa abſque ſimulacris Adrianus, ut prodit Iulius Capitolinus; ſed non ſucceſſit, interceſſerunt enim aliqui, cauſantes, hoc pacto brevi futuros omnes Chriſtianos. Marcus Aurelius Antoninus, cum in expeditione Germanica ipſe & ejus exercitus graviſſima ſiti laboraret, & Chriſtianorum militum precationibus, imber de cælo deſcenderet, ut eos recrearet, grando vero maxima mixta fulminibus in hoſtes, ut tradunt Iuſtinus, Tertullianus, Nicephorus & Oroſius, Chriſtianos benevolentia & amore ſingulari proſecutus eſt. Dion enim hiſtoricus, ſeu potius Xiphilinus, copioſe & pluribus teſtatur, & cum eo Apollinaris epiſcopus, legionem ipſam Chriſtianorum, in rei memoriam nomine mutato ab imperatore, appellatam fuiſſe κεραυνοβόλον, hoc eſt, fulminatricem. Nec eo contentus, Chriſtianos honorum & dignitatum omnium, a quibus anteceſſorum imperatorum tyrannide excluſi fuerant, participes eſſe voluit, conſtitutione in rei memoriam gratitudinis cauſa promulgata; quam refert Vlpianus. *Eis*, inquit, *qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur, divi Verus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitatem eis impoſuerunt, qui ſuperſtitionem eorum non læderent.* Non loquitur autem Vlpianus de Iudæis & eorum ſuperſtitione (ut cum Accurſio putant nonnulli) ſed de Chriſtianis, ut jam viri eruditi notarunt; etſi ante victoriam hanc, privilegium illud Chriſtianis conceſſum alii contendant. Superſtitionem Iudaicam ideo Chriſtiani ſequi dicebantur, quia a Iudæis doctrinæ ſuæ primordia hauſiſſent. Suetonius in Claudio. *Iudæos*, inquit, *impulſore Chriſto, aſſidue tumultuantes Roma expulit,* Tacitus de Nerone loquens. *Ergo abolendo*, inquit, *rumori Nero ſubdidit reos, & exquiſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos vulgus*

Niceph. lib. 1. c. 17.
Tertul. in apologet c. 5.
Lamprid in vita Alexand. Severi.
Robertus Cœnalis epiſc. Abrincenſis in panegyrico ad Franciſcum Galliarum regem.
" errat.
Euſeb. lib. 6. c. 15.
Lampridius in vita Heliogabal.
Iulius Capitolinus in Adriano.
Iuſtin. 2. apolo.
Tertull. in apologetico adverſ. Gent.
Niceph. lib. 4. c. 12. Oroſius lib. 7. cap. 15.
Vlpian. in l. generaliter §. ulti. de decurionib.
Suetonius in Claudio cap. 24.
Tacit. lib. 5. annalium.

A *Chriſtianos appellabat. Auctor nominis ejus Chriſtus, qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat: repreſſaque in præſens exitialis ſuperſtitio, rurſus erumpebat, non modo per Iudæam originem ejus mali, ſed per urbem etiam, &c.* Galilæos etiam aliquando vocabant teſte Theodoreto, & Chriſtum Galilæum continuo Iulianus apoſtata, ut de illo recenſet " Euſebius: Aſinarios etiam ut Iudæos, reddita ejus rei ratione, Tertullianus. Poſt Verum & Antoninum, Valerianus imperator magna Chriſtianos benevolentia initio imperii ſui complexus eſt; eos quam familiariſſime & amiciſſime (ſic teſtatus loquitur Euſebius) idque in oculis omnium excepit, adeoque ſuam domum his piis hominibus complevit, ut eam Dei eccleſiam plane judicares, auctore eodem Euſebio. Verum paulo poſt, doctor quidam & princeps magorum Ægypti, illum tandem perdito conſilio depravavit, & non impulit ſolum, ut omnes culpa vacuos, & ſanctos Dei, utpote ſceleſtorum ac execrabilium incantamentorum adverſarios & oppu- B gnatores acerbe perſequeretur, necique traderet, verum etiam ut impuras ceremonias obiret, profanas exerceret præſtigias, execranda myſteria exequeretur, & reliqua faceret; quæ commemorat idem Euſebius. Anno ergo IV. imperii ſui, octavam in Chriſtianos perſecutionem ille aggreſſus eſt. Inter alias autem pœnas, quibus Chriſtianos exercuit, una fuit dignitatum omnium abdicatio, ut ex epiſtola Dionyſii epiſcopi Alexandrini refert Euſebius. *Poſt iſta*, inquit, *de aliis rebus adverſis quæ ſibi acciderant, ita ſcribit: At multis fidei confeſſionibus gloriatur Germanus, ac multa mala contra ſe patrata habet dicere ille quidem: ſed quot, quæſo, judicum ſententias contra nos pronuntiatas poteſt enumerare? quot publicationes proſcriptioneſque bonorum? quot fortunarum direptiones? quot abdicationes dignitatum.* Quare mortuo Valeriano, cum Galienus illius filius ſucceſſiſſet, hæc C de Marino, & genere illuſtri, & divitiis locuplete, & uno ex his qui in exercitu Romano magnum decus & honorem fuerant conſecuti, Euſebius recenſet. *Eſt quidam honos*, inquit, *apud Romanos, qui κλῆμα appellatur, quem qui adipiſcuntur, eos centuriones fieri aiunt.* Spartianus in Adriano κλῆμα vitem interpretatur, & vitem pro centurionatu accipit, quod centurionibus creandis vitis deferri ſolita eſſet, qua illi milites coercebant. *Cum locus vacaret, ordo poſtulabat, ut Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Marinum igitur ad hunc honorem elatum alius pro tribunali comparens, in crimen vocat, tum quod erat Chriſtianus; tum quod imperatoribus non immolaſſet. At propterea*, inquit, *ex veterum legum inſtitutis illi non licet eum dignitatis gradum apud Romanos adipiſci; ſed illud quidquid eſt muneris, mihi jure impartiri debet.* Quod varie obſervatum eſt uſque ad tempora Conſtantini imperatoris: nam ut varia imperatorum conditio ferebat, ſic varie Chriſtiani ad dignitates civiles admiſſi vel repulſi ſunt. De Conſtantino autem hæc D prodidit Euſebius. *Ex his vero rebus imperator abiens, alias res illuſtres, & magni momenti cœpit aggredi; ac primum Gentibus per varias provincias diſperſis, præfectos qui maximam partem ſalutari Chriſti fidei ſe addixiſſent, miſit. Qui vero Gentilium conſuetudinem ac ritus imitari viſi ſunt, his ne ſacrificia idolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit, de illis dignitatis gradibus, qui præfectorum honoribus ſuo ſplendore ſuperabant; aut enim ſi Chriſtiani erant, ita ſe gerere præcepit, uti appellationis ipſorum dignitas poſtulabat; aut ſi aliter animo affecti, mandavit, ne idolis hoſtias offerrent.* Poſt Conſtantinum autem, Iulianus imperator apoſtata Chriſtianis aditus ad præfecturas, ſub ſpecie religionis interdixit; de illo enim hæc memorat Socrates. *Porro ab imperatore Iuliano mandatum eſt, ut qui nollent Chriſtianam religionem deſerere; in palatio militum prætorianorum munere minime fungerentur. Itemque ut omnes ſimulacris ſacrificare properarent. Chriſtiani in provinciis nullos magiſtratus gererent. Nam lex illorum*, inquit, *vetat gladio* E *utendum, contra eos, qui ſcelera digna morte admiſerint: & propterea non ſunt ad regendum idonei.* Sozomenus. *Hoc animo fuit, etiam adverſus omnes Chriſtianos imperator: ſi quidem cum nihil haberet criminis, quod illis poſſet objicere, arrepta tamen ex eo occaſione, quod idolis immolare recuſarent, jus reipublicæ eis denegavit: & neque in communes hominum congreſſus, neque in forum venire, neque judicium exercere, neque gerere magiſtratum, neque ullum dignitatis gradum obtinere permiſit.* Cum ergo ad dignitates civiles admitterentur interdum, interdum repellerentur; viſum eſt Hiſpanis patribus cavere, non ut Chriſtiani illis non uterentur; hoc enim eo tempore, quo duriſſimo ſervitutis jugo premebantur ethnicis principibus ſubditi, commode noſtri decernere non poterant, ne illorum imperium viderentur contemnere; ſed id

Theodor lib. 9. de Græcar. affectionum curatio. in principio.
Euſeb. li. 7. hiſt. cap. 9.
" errat.
Tertull. in apologet cap. 16.
Euſeb. lib. 7. hiſt. eccleſ. cap. 9.
Idem Euſebius dicto cap. 9.
Euſeb. lib. 7. c. 10.
Idem Euſeb. dicto lib. 7. c. 14.
Spartianus in Adriano.
Macer. in l. miles agrum §. is autem verſic. ſi vitem, de re milit.
Euſeb. lib. 2. de vita Conſtantini c. 43.
Socrat. lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 11.
Sozom. lib. 5. hiſt. eccleſ. c. 17.

id tantum, ut eo anno quo duumviratum gererent, ab ecclesiæ ingressu & communione Christiani arcerentur, ut quod pro pœna a Gentilibus impp. datum est: id Christiani pro gratia, consilioque reciperent: fecitque sic præmium religio, quod perfidia putabat esse supplicium, ut non dissimili proposito dixit Ambrosius, ad Valentinianum imperatorem.

D.Amb.in epist. ad Valentinian. imperatorem.

Sed quæ aliæ præterea causæ fuerint, quibus Christiani adeo gravi pœna ab administratione civilium dignitatũ retraherentur, diligẽtius inquiramus. Pluresenim fuisse, antiquorum me scriptorum monumenta docent, quæ partim dignitatem concedentis, partim quæ subditorũ, & partim tandem quæ ipsius dignitatis concessæ incõmoda periculaque spectant. Ante hujus concilii indictionem, & eo tempore quo indictũ & habitum est, jam ostendi superius imperatores ethnicos fuisse: incommodum sane & merito visum est, servos Dei a servis dæmonum dignitatem accipere, & illis ea ratione fore devinctos. Si enim ethnico & publicano nec Ave dicere licebat fideli & servo Dei, secundum præceptum apostoli; multo minus licere credebatur, ab eo dignitatem expetere, expetitam deprecari, deprecatam adipisci, adeptaque tandem frui. Quam rationem observantes apostoli sanxerunt, ut publicis administrationibus episcopi & presbyteri minime uterentur. *Dicimus*, aiunt, *quod non oporteat episcopum, aut presbyterum, publicis se administrationibus immittere; sed vacare & commodum se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor: nemo enim potest duobus dominis servire, juxta præceptum dominicum.*

lib.1.c.2.& 3.

Can.80 apostolorum. Explicatur can. 80.apostolorum. Catth. 6. Conc.Tolet. 3. can. 14. Tolet.4.can.64. Tolet. 8.can.12. Conc.Arvernen. can. 5. Concil. Melden. can. 73. Concil.Matisconense 1. Concil. Lateran. sub Innocentio can.69. Greg.9.in cap.ex speciali. de judiciis. Platina in vita Zachariæ papæ Conc. Carthag. can.87. Refertur cap. catholicus 2. q. 6. D.Paul.1.ad Corinth.cap.6.

Ad subditos quod attinet, quia cum omnes illi essent Gentiles, periculum erat, ne caput ob assiduam & frequentem communicationem, simile fieret reliquis membris minoribus: nam ex sententia Menandri Paulus refert: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Hac etiam ratione præceptum est concilio Toletano III. & aliis, ne Iudæi Christianis populis judices præponerentur. Zacharias etiam papa I. Venetis præcepisse dicitur, ne captivos Christianos Sarracenis, aut Gentilibus venderent, ut mercatores antea consueverant. Eadem etiam de causa excommunicationis pœnam adjecit concilium Carthaginense IV. his qui causas ad judices Gentilium deferrent. *Catholicus*, inquit, *qui causam suam, sive justam, sive injustam ad judicium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur.* Quod antiquum fuit ecclesiæ institutum, ipsorum apostolorum usu & auctoritate comprobatum. Divus enim Paulus Corinthios monet, ut si causa sit inter Christianos, eligatur sapiens aliquis ex eis, spretis Gentilium judicibus. *Si qui*, inquit, *ex fratribus negocia habent inter se, ne apud cognitores sæculi judicentur.* Verbo enim illo, *sæculi*, distinxit Gentiles a Christianis: nam sæculum olim pro Gentilitate, & judices sæculares pro Gentilibus usurpari, ostendit Caius papa ad Felicem episcopum, dum docet, episcopos & clericos apud judices sæculares non esse accusandos, tempore quo præfecturæ civiles non deferebantur Christianis: quo circa qui ad Gentium errorem revertebantur, ad sæculum dicebantur redire concilio Arelatensi II. & dominum Gentilem, sæcularem dominum nuncupat D. Cyprianus. Quare D. Paulus eosdem Corinthios, qui fratres coram Gentibus conveniebant, reprehendit. *Non est inter vos*, inquit, *sapiens quisquam, qui posset judicare inter fratrem; sed frater cum fratre contendit. & hoc apud infideles.* Sic enim interpretatur D. Paulum Ambrosius contra Auxentium, illum increpans, quod in causa fidei Gentiles judices poposcisset. *Hæc ergo, fratres*, ait, *coram ipso apud vos plenius disputarem: sed certus Auxentius, non ignaros vos esse rectæ fidei, vestrum refugit examen, & Gentiles quosdam quatuor aut quinque ferme homines elegit cognitores sibi; si tamen aliquos elegit, quos vellem adesse in cœtu omnium, non ut de Christo judicent, sed ut majestatem audiant Christi: tamen illi jam & Auxentio pronuntiaverunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quæ major ejus condemnatio, quam quod sine adversario apud judices suos victus est? ergo & ipsorum sententiam contra Auxentium jam tenemus, & quod Gentes elegit jure damnandus est, quia apostoli præcepta dimisit, cum apostolus dicat: Audet aliquis vestrum adversus alterum habens negocium, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* Eodem sensu Pauli sententiam intellexisse Augustinum, Possidius in illius vita refert. *Secundum apostoli quoque sententiam*, inquit, *dicentis: Audet quisquam vestrum adversus alterum negocium habens, judicari ab iniquis, & non apud sanctos? An nescitis, quia sancti mundum judicabunt? Et si in vobis judicatur mundus, indigni estis judiciorum minimorum. Nescitis, quia angelos judicabimus, nedum sæcularia? Sæcularia igitur judicia si habueritis inter vos,*

Caius papa in epist. ad Felicem episcopum.

Conc. Arelaten. 2.can. 25. D. Cypr. in lib. de laps. cap.11. D. Paul. epist. 1. ad Corinth.

D.Ambr. oratione in Auxentium.

1. Cor. 6.

Possidius episcopus Calamensis in vita D. August. cap. 19.

A *eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos collocate ad judicandum. Ad reverentiam vobis loquor. Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum judicare, sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles. Interpellatus ergo beatus Augustinus a Christianis, vel a cujuscumque secta hominibus, causas audiebat diligenter ac pie: cujusdam sententiam ante oculos habens, dicentis se malle inter incognitos, quam inter amicos causas audire; eo quod de incognitis, pro quo arbitrata æquitate judicaretur, amicum posset adquirere; de amicis vero unum esset, contra quem sententia proferretur, perditurus. Et eas aliquando usque ad horam refectionis, aliquando autem tota die jejunans, semper tamen noscebat, & dirimebat, intendens in eis Christianorum momenta animorum, quantum quisque, vel in fide, vel bonis operibus proficeret, vel ab his deficeret. Atque compertis rerum opportunitatibus, divinæ legis veritatem partes docebat, eamque illis inculcabat, & eos quo adipiscerentur vitam æternam, edocebat & admonebat.* B Id clarius divus Clemens. *Præclara*, inquit, *Christiani laus est, cum nullo habere negocium. Quod si ex aliqua vexatione, vel tentatione lis alicui oriatur, curet ut ea transigatur, etiam si detrimentum pati debeat; nec ad ethnicum judicium accedat. Sed neque patiatur mundanos magistratus de nostris jus dicere: nam per illos diabolus servos Dei vexat, & nobis notam inurit; quasi non habeamus nos unum sapientem, qui possit inter partes jus administrare & controversias componere.* Et mox. *Non cognoscant ergo*, inquit, *Gentes controversias, quæ inter vos oriuntur, neque contra vos infidelium testimonia recipiatis, neque ab his vos judicari velitis, neque his aliquid tribuatis, commodi metusve causa.* Anacletus ad omnes episcopos. *Si vero fuerit sæculare negocium apud ejusdem ordinis viros judicio tamen episcoporum: cum apostolus privatorum Christianorum causas magis ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali judicio terminari voluit.* Idem constituit Alexander I. *Relatum*, inquit, *est ad hujus sanctæ & apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum, &* C *omnium negocia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt: quasi ad caput, ipso dicente principi apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: quod quidam æmuli Christi ejusque ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad judices publicos accusare præsumant; cum magis apostolus Christianorum causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat, taliter prævaricantes sunt in Deum suum, & non obediunt præceptis ejus.* Exstat hæc apud Gratianum. Sed in ejus interpretatione (ut hoc obiter admoneam) glossa; cum judices sæculares non animadverteret Gentiles intelligendos, dixit, secundum primitivum statum ecclesiæ intelligendum, nimirum, ut causæ sæculares ad judices ecclesiasticos referrentur: cum hoc nec Alexander, nec Anacletus, nec Clemens, nec Paulus præceperint? sed id tantum, ut civiles causæ a civilibus præfectis in ecclesia præsente episcopo, vel eo qui ejus vicem gereret, judicarentur, non a Gentilibus, ob ea quæ superius diximus pericula: & ne ut Clemens re- D tulit, putarent Gentes in ecclesia judices deesse sapientes, qui eo munere fungi possent. Et si fortasse præfectorum civilium sententiis rei acquiescere recusarent, excommunicationis mucrone assentiri cogerentur, tunc enim nulla alia pœna frequentior inter Christianos erat, nec alio gladio commode uti poterant: cum omnes fere judices sæculi, seu sæculares, ethnici essent usque ad tempus catholicorum imperatorum Arcadii, & Honorii: hos enim in fidei gratiam neglectam Constantini legem recentiori constitutione scimus renovasse, decernentes, ut ethnici judices esse non possent, quorum consortium & communionem vitare Christianos, apostolorum & reliquorum pontificum sanctiones prohibebant. Quam anathematis sententiam, ut juste episcopi proferre possent, judiciis ipsis interesse debebant, ut statim ad exitum judicium ipsum perduceretur, & ea ratione dixisse potuit Anacletus judicium sæculare, judicio sacerdota- E li terminari; eo præcipue tempore, quo lites & controversiæ inter Christianos, tam brevibus erant terminis circumscriptæ, ut a secunda feria ad sabbatum usque diffiniri deberent: ut die dominico omnes in pace interesse sacrificio & oblationem facere possent, auctore eodem Clemente. Quinimo divus Paulus adeo Gentilium judicia fugienda censuit, ut docuerit spretis peritioribus eorum judicibus (si docti Christianis deessent) adeundos fore ex ipsis Christianis literis & auctoritate inferiores. *An nescitis*, inquit, *quoniam sancti de mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam angelos judicabimus, quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sint in ecclesia, illos*

D.Clemens lib. 2.const. apostol. cap. 49. & 50. 1. Cor. 6.

Idem Clem. c. 50.

Anaclet. epist. 2. ad omnes episcopos.

1. Cor. 6. Alexand. 1. in epist ad omnes orthodoxos cap. 1. Refertur in c. relatum 11. q. 1. Math. 16. 1. Cor. 6. Alexand. in c. relatum 11. q. 1.

Arcad. & Honorius in l. 21. de pagan. in C. Theodosiano.

Clemens lib. 2. apostolicar. constitut. cap. 51. Paulus in eadem epist. ad Cor.

constituite

constituite ad judicandum. Sic enim interpretatur Paulum Chrysostomus. *Cum hyperbole ait, & exuperatione nos volens docere, quod quidquid sit, non oporteat externis dare, mota qua videbatur esse objectione ante eam solvit. Nam quod dicit est hujusmodi: Fortasse dicet quispiam, nullum esse inter vos sapientem, neque qui ad discernendum & judicandum sit idoneus. Et quid tum? nam etsi nullus, inquit, sit sapiens, vos minimis permittite.*

D.Chrys. hom. 19.

Ex parte ipsius dignitatis, multa erant incommoda: nam cum Christiani illius temporis, pallio ut & moribus differrent ab ethnicis, teste Tertulliano, res minus apta videbatur, fidelem Christianum purpura, vel prætexta, vel trabea insigniri ut ethnicum; fasces & virgas ante se præferre, juramentis Gentilium irretiri, curam habere spectaculorum: sacrificiis idolorum auctoritatem præstare: de sumptibus ad idololatriam spectantibus, de colligendis eo nomine vectigalibus solicitum esse; ac tandem de re, de honore, de vita Christianorum agere: quod tunc necesse erat, ut imperatoribus a quibus dignitatem acceperant, obsequium præstaretur: hæc autem cum ad dignitatem sæcularem spectarent, eam tamquam veram idololatriam fugiendam homini Christiano: etiam si se vel gratia vel astutia, putaret liberum fore ab omni idololatriæ specie, scite docuit Terrullianus. *Hujus regulæ memores*, inquit, *etiam magistratibus & potestatibus officium possumus reddere secundum patriarchas & ceteros majores, qui regibus idololatris usque ad finem idololatriæ apparuerunt. Hinc proxime disputatio oborta est, an servus Dei, alicujus dignitatis, aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idololatriæ intactum se, aut gratia aliqua, aut astutia etiam præstare possit; secundum quod & Ioseph & Daniel mundi ab idololatria, & dignitatem, & potestatem administraverunt, in ornamento & purpura extitere totius Ægypti seu Babyloniæ. Credamus itaque succedere alitui posse, ut in quoquo honore, ut in solo honoris nomine incedat, neque sacrificet, neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet; nec hostias locet, non curas templorum deleget: non vectigalia eorum procuret, non spectacula edat de suo, aut de publico, aut edendis præsit; nihil solenne pronuntiet vel edicat; ne juret quidem. Iam vero, quæ sunt potestatis, neque judicet de capite alicujus, vel pudore, feras enim de pecunia, neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem recludat, aut torqueat; si hoc credibile est fieri posse. Iam vero de solo suggestu & apparatu honoris retractandum: proprius habitus uniuscujusque est, tam ad usum quotidianum, quam ad honorem & dignitatem. Igitur purpura illa & aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios insignia erant dignitatis; quo more nunc prætexta vel trabea, vel dalmata, & corona aurea sacerdotum provincialium; sed non eadem conditione. Tantum enim honoris minime conferebatur his qui familiaritatem regum merebantur. Vnde & purpurati regum vocabantur, a purpura, sicut apud nos a toga candida, canditati: sed non ut suggestus ille sacerdotiis quoque, aut aliquibus idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, utique tantæ sanctitatis & constantiæ viri statim habitus inquinatos recusassent; statimque apparuisset, Danielem idolis non deservisse, nec Belem, nec draconem colere, quod multo postea apparuit. Simplex igitur purpura illa, nec jam dignitatis erat, sed ingenuitatis apud barbaros insigne: quemadmodum enim & Ioseph, qui servus fuerat, & Daniel qui per captivitatem statum verterat, civitatem Babyloniam & Ægyptum sunt consecuti per habitum barbaricæ ingenuitatis: sic penes nos quoque fideles, si necesse fuerit, poterit & pueris prætexta concedi, & puellis stola, nativitatis insignia, non potestatis: generis, non honoris, ordinis, non superstitionis. Ceterum purpura, vel ceteræ insignia dignitatum, & potestatum, inserta dignitati & potestatibus idololatriæ, ab initio dicata, habent profanationis suæ maculam; cum præterea ipsis etiam idolis, in quantum prætexta & trabeæ & laticlavi, fasces quoque & virgæ præferantur, & merito. Nam dæmonia magistratus sunt sæculi hujus, unius collegii insignia, fasces, & purpuras gestant. Quid ergo proficies, si suggestu quidem utaris, opera vero ejus non administres; nemo immundis mundus videri potest. Tunicam si induas inquinatam per se, poteris forsitan illam non inquinare per te, sed tu per illam mundus esse non poteris: jam nunquid de Ioseph & Daniele argumentaris, scito non semper comparanda esse vetera & nova, rudia & polita, cœpta & explicita, servilia, & liberalia. Nam illi etiam servi conditione erant; tu vero nullius servus, inquantum solius Christi, qui te etiam captivitate sæculi liberavit, & forma dominica agere debebis? Ille dominus in humilitate & ignobilitate incessit; domicilio incertus; nam filius, inquit, hominis non habet, ubi caput conlocet: vestitu incultus, neque enim dixisset: Ecce qui teneris vestiuntur, in domibus regum sunt. Vultu denique & aspectu inglorius, sicut & Esaias pronunciaverat, si potestatem quoque nullam, ne in suos quidem exercuit, quibus sordido ministerio functus est: si regem se denique fieri, conscius sui regni, refugit, plenissime dedit formam suis dirigendo omni fastigio & suggestu tam dignitatis, quam potestatis. Quis enim his magis usus fuisset, quam Dei filius, quales & quanti eum fasces producerent, qualis purpura de humeris ejus floreret, quale [illegible]rum de capite radiaret, nisi gloriam sæculi alienam, & sibi & suis judicasset? Igitur quæ noluit, rejecit; quæ rejecit, damnavit: quæ damnavit, in pompa diaboli deputavit. Non enim damnasset, nisi non sua: alterius autem esse non possent, nisi diaboli, quæ Dei non sunt. Tu si diaboli pompam ejerasti, quidquid ex ea attigeris, id scias esse idololatriam, vel hoc te commonefaciat, omnes hujus sæculi potestates & dignitates, non solum alienas, verum & inimicas Dei esse; quod per illas adversus Dei servos supplicia consulta sunt; per illas & pœnæ ad impios paratæ ignoranter, sed & nativitas & substantia tua molesta tibi sunt adversus idololatriam; ad evitandum remedia, deesse non possunt; cum & si defuerint, superest unicum illud, quo felicior factus, non in terris magistratus, sed in cælis.* His igitur de causis concilium decrevit, magistratum, dum gerit duumviratum, ab ecclesia cohibendum, quod gravissimis periculis se exponeret agendi, vel adversus Dei veri cultum, vel ecclesiæ libertatem, vel probitatem morum, vel sanctiorem religionis nascentis disciplinam. Quare veteres Christiani non solum eas dignitates non expetivisse, sed oblatas recusasse leguntur. Minutius Felix. *Nec ultima*, inquit, *statim plebe consistimus, si honores vestros & purpuras recusamus; nec fastidiosi sumus, si omnes unum bonum sapimus, eadem congregati quiete, qua singuli.* Tertullianus in defensione pallii (vestis erat Christianorum, aut noviter conversorum) hæc inducit verba, quasi pallii interloquentis. *Ego*, inquit pallium, *nihil foro, nihil curiæ debeo, nihil officio advigilo, nulla rostra præoccupo, nulla prætoria observo, cancellos non adoro, subsellia non contundo, jura non conturbo, causas non elatro, non judico, non milito, non regno, secessi de populo, imo unicum negotium mihi est, nec aliud me curo quam me.* Lenius paulo erga præsides se gessit concilium Arelatense primum, dum decrevit, illis, cum promoti essent, dandas esse literas communicatorias; sic tamen ut curam eorum non spernerent episcopi; nec omitterent severitate ecclesiastica punire, quoties a præclaris discederent ecclesiæ institutionibus. *De præsidibus*, inquit, *qui fideles ad præsidatum impetu prosiliunt: ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopis ejusdem loci cura de illis agatur: ut cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter, & de his fiat, qui rempublicam agere volunt.* Nec sæculares dignitates tantum ab ethnicis impp. recipere initio primitivæ ecclesiæ non licebat, sed nec exercere militiam sub eisdem, tanquam genus quoddam idololatriæ rejecit idem Tertullianus. *Posset in isto capite*, inquit, *etiam de militia definitum videri, quæ inter dignitatem, & potestatem est. At nunc de isto quæritur, an fidelis ad militiam converti possit, & an militia ad fidem admitti etiam caligata, vel inferior quæque, cum non sit necessitas immolationum, vel capitalium judiciorum. Non convenit sacramento divino & humano, signo Christi, & signo diaboli: castris lucis, & castris tenebrarum; non potest una anima duobus deberi, Deo & Cæsari. Et virgam portavit Moyses, fibulam & Aaron: cingitur loro & Ioannes: agmen agit & Iesus Nave: bellavit & populus, si placet ludere. Quomodo autem bellabit, imo, quomodo etiam in pace militabit sine gladio, quem dominus abstulit? nam & si adierant milites ad Ioannem, & formam observationis acceperant, si etiam centurio crediderat: omnem postea militem dominus in Petro exarmando discinxit, nullus habitus licitus est, apud nos illicito actui adscriptus.* Quod pluribus ille disseruit. Post Tertullianum, quod turpe, & illicitum haberetur, se quemquam militiæ dare, tanquam actui profanissimo, & a modestia, & religione quam tunc Christiani primitivæ ecclesiæ observare debebant, alieno, si bellum gerendum esset adversus fideles, prohibitum est in concilio Toletano I. nec etiam ad diaconatum admitterentur, qui se militiæ dedisset, *Si quis*, inquit, *post baptismum militaverit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si gravia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem.*

Videamus, num hujus canonis decretum hodie observandum

Marginal notes: Tertull. lib. de pallio. — Idem in lib. de idololatria cap. 17. cum seq. — Gen. 41. Daniel. 2. & 7. — Daniel. 12. — Gen. 41. Daniel. 7. — Gen. 41. Daniel. 7. — Luc. 9. Matth. 11 — Esai. 53. Ioan. 13. Ioan. 6. — Minutius Felix in Octavio. — Tertull. lib. de pallio. cap. 5. — Conc. Arelatense 1. can. 7. Explicatur can. 7. Conc. Arela. 1. — Tertull. lib. de idololatria. — Matth. 22. — Exod. 3. Exod. 28. — Matth. 3. Exod. 17. — Conc. Toletanum 1. can. 8.

servandum sit. Cum respublica non ethnicis tyrannis, sed regibus catholicis, & Christianis regatur, nec subditi infideles sint; cessant pericula quæ ex eo munere suscepto redundabant: quare ab ecclesiæ communione non est cohibendus, qui duumviratum, vel aliam sæcularem administrationem a regibus, vel dominis sæcularibus receperint; cum exercentes juste, prudenter & pie, præmio multo magis quam pœna sint digni. Simul tamen fateri oportet, quod si reges, principes, vel respublicæ infideles essent (ut hodie sunt multæ in orientalibus, occidentalibus, & septemtrionalibus provinciis) non liceret Christiano, magistratus sæculares ab ipsis demandatos gerere; ne idololatriæ eorum incurrat periculum: quod & ad hæreticos non pari modo, sed præstantiori ratione referendum censeo. Si enim princeps hæreticus est, & respublica, vel communitas hæresum erroribus infecta, tametsi hujus decreti constitutione non prohibeatur, consultius tamen catholicum virum facturum putarem, si spretis muniis illorum, integram & sinceram fidem privatim coleret; ne frequenti illorum convictu, & contagione, vel honorum illecebris, errorum suorum tenebris obcæcaretur; ut obcæcatos hodie in illorum provinciis plures, non sine magno Christianæ reipublicæ malo cernimus. Olim autem ab hæreticis adeo abstinendum docuit divus Antonius, authore magno Athanasio, ut nec juxta eos quidem accedendum consuleret; cujus præclarum consilium, prudentiæ, & religionis plenum catholicos viros vellem capessere.

[margin: ...Athanasius ...vita D. Anto...]

Anno quo agit duumviratum.

De munere antiquo duumviratus.

Cap. XXXIX.

ERAT olim in Hispania duumviratus municipalis annale munus. His duumviris similes hodie mihi videntur hi judices, quos Arabum voce Alcales, sive Alcaldes nostrates dicunt, eorumdem enim lingua judices significantur: apud quos cujuscumque privati oppidi summa est. In præcipuis & magnis urbibus respublica duorum arbitrio non regitur, sed unius, quem a corrigenda republ. correctorem vocant. Vt hujus autem annui magistratus honorem adipiscerentur antiqui; quibus fatigarentur & cruciarentur laboribus, belle Tertullianus descripsit. *Sedenim*, ait, *illos qui ambitu obeunt capessendi magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantum, verum & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas non ignobilitates vestium affectant? quæ non atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant? ad omnem occursum majoris cujusque personæ decrescentes, nullis conviviis celebres, nullis comessationibus congreges, sed exules a libertatis, & lætitiæ felicitate; idque totum propter unius anni volaticum gaudium.* D. Cyprianus. *Quippe illum vides* (de magistratibus loquitur) *qui amictu clariore conspicuus, fulgere sibi videtur in purpura, quibus hoc sordidus emit, ut fulgeat? quos arrogantium fastus prius pertulit? quas superbas fores matutinus salutator obsedit? quot tumentium contumeliosa vestigia in clientium cuneis ante præcessit? ut ipsum etiam salutatum comes postmodum pompa præcederet, obnoxia non homini, sed potestati? neque enim coli moribus meruit ille, sed fascibus.* Mammertinus etiam. ... *Quis ignorat*, inquit, *tum quoque cum honores, populi Romani, suffragiis mandabant, multos fuisse candidatorum labores? edíscenda omnium nomina tribuum; homines, atque etiam singuli salutandi, prehensanda obviorum manus, omnibus arridendum, non solum cum infimis, sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda, multaque alia propter honorem agenda, quæ aliâs virum honore dignum, facere non deceret. Vnde illud Crassi celebre dictum, cum peteret consulatum, & forte cum Scævola socero per vias urbis incederet, nec præsente gravissimo & severissimo viro blandiri populo, palpare obvios, & artes pettorias auderet exercere. Quæso, inquit, Muti paulisper abscedas, nec comitatu tuo honestari putes; impedis honorem meum, te spectante ineptus esse non possum: At vero ego nullius amorem turpi assentatione promerui; nihil feci ineptum, nihil egi, quod spectare Mutium nollem, non modo nullum popularium deprecatus sum, sed te quidem imp. quem orare præclarum, cui preces adhibere plenissimum dignitatis est, verbo saltim adii: sponte in familiam divinum istud munus infusum est.*

[margin: ...tullianus li... de pœnit. ... c. 11.]

[margin: Cypr. epist. 1. ad Donatum, c. 8.]

[margin: ...mertinus, in ...egyrico ad ...ianum impe...orem.]

Canon LVII. Vulgatus.

De his, qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.

Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent: & si fecerint, triennii tempore abstineant.

Canon LVII. *Emendatus.*

De his, qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.

Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent: & si fecerint, triennii tempore abstineantur.

Quæ pompa olim diceretur: & cur ad pompam offerre vestimenta sub excommunicatione prohibeantur Christiani. Cap. XL.

LVDOS circenses præcipuo nomine pompam fuisse nuncupatos indicat Suetonius: sed apertissime testatur Tertullianus. *Communis igitur*, inquit, *origo ludorum utriusque generis, communes & tituli, ut de communibus causis, proinde apparatus communes habeant, necesse est, de reatu generali idololatriæ conditricis suæ. Sed circensium paulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit.* Circenses autem ludos pompam nuncupatos crediderim, quia die ipso muneris edendi, vel gladiatores ordine deduci in arenam, vel reliquos circi spectaculorumque ministros, mos fuit; & inibi solenni quadam pompa circunduci. Quintilianus. *Iam dies aderat, jam ad spectaculum supplicii nostri populus convenerat, jam ostentata per arenam peritorum corpora mortis suæ pompam duxerant.* Inde Varro unam rationem reddidit, cur circus dicatur, quod ibi circum metas pompa feratur. Quo pertinet illud quod Cicero scripsit. *Cavendum, ne tarditatibus utamur ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur.* Et illud Ovidii. *Circus erit pompa celebris.* D. Augustinus. *Amator est quispiam circi? quid delectat in circo? aurigas videre certantes? populos insana furia anhelantes, quemlibet celebrem præcedentem, adversarii sui equum frangentem, ista est omnis delectatio, clamare quia vicit, quem diabolus vicit: exultare & insultare, quod adversa pars perdiderit equum, cum is qui tali spectaculo delectatur, jam perdiderit animum.* Et mox. *Sed si te pompa illa & figura, equorum compositio, curruum ornatus, & aurigæ superstantis, equos regentis, vincere cupientis: si te hæc, ut dixi, pompa delectat.* Quare cum in baptismo renuntiamus diabolo, pompæ, & angelis ejus, idololatriæ etiam quæ in spectaculis, & ludis admittitur, nos renuntiare, idem Tertullianus probat. Circenses autem ludos a loco in quo celebrabantur, circo dicto, nuncupari quis ambigat? In hoc autem circo quæ ludorum pompa, quæ solennia, quæ turpia adhiberentur, Tertullianus vivis depinxit coloribus, a quo ista repetenda sunt: *Sed Circensium*, inquit, *paulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc nomen pompa, præcedit, quorum sit in semetipsa probans, de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de turribus, de thensis, de armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuviis: quanta præterea sacra, quanta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moveantur, sciunt homines illius urbis in qua dæmoniorum conventus consedit. Ea si minoritura per provincias pro minoribus viribus administrantur, tamen omnes ubique circenses illuc deputandi, unde & petuntur: inde inquinantur, vel sumuntur. Nam & rivulus tenuis ex suo fonte, & surculus modicus, ex sua fronde, qualitatem originis continet. Viderit ambitio sive frugalitas ejus, quo Deum offendit, qualiscumque pompa circi, & si pauca simulacra circumferat, in uno idololatria est; & si unam thensam trahat, Iovis tamen plaustrum est: quævis idololatria sordide instructa, vel modice locuples, splendida est censu criminis sui.* Et paulo post, hæc ad circi, & circensium ludorum turpitudinem exprimendam addidit. *Vt & de locis secundum propositum exequar, circus soli principaliter consecratur: cujus ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat; quod non putaverint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Quod spectaculum primum a Circe habent. Soli patri suo (ut volunt) editum adfirmant, ab ea & circi appellationem argumentantur. Plane venefica eis*

Sueton. in Claudio c. 7.
Tertull. lib. de spectaculis c. 7.
Lictorum comitatum, pompam lictorum vocat, Cicero in epistola ad Cœlium lib. 2. epistola 16.

Quintilianus.
Varro libr. 4. de lingua Latina.
Cicero lib. 1. officiorum.
Fercula erant thensæ, quibus imagines deorum & hostium spolia ferebantur, ut a populo spectarentur.
Ovidius lib. 7. fastorum.
D. Aug. lib. de symbolo, cap. 2.

Tertull. lib. de spectacul. c. 4 & 7. & cap. 8.

 utique

utique negocium gessit hoc nomine quorum sacerdos erat, dæmoniis & angelis scilicet. Quod igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscis; singula ornamenta circi, singula templa sunt. Ova honori Castorum adscribunt, qui illos ovo editos credendo, de cygno Iove non erubescunt. Delphinos Neptuno vovent, columnas sessias a sementationibus, messias a messibus, tutelinas a tutelis fructuum sustinent. Ante has tres aræ trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus. Eosdem Samotrachas existimant. Obelisci enormitas, ut Hermateles adsirmat, Soli prostituta: scriptura ejus, unde & census de Ægypto superstitio est. Frigebat dæmonum concilium sine sua matre magna: ea itaque illic præsidet Euripo. Consus, ut diximus, apud metas sub terra delitescit. Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vovere. Animadverte, Christiane, quot nomina immunda possederint circum. Aliena est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupaverunt. De locis quidem locus est retractandi, ad præveniendam quorumdam interrogationem. Quid enim, inquis, si alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla est præscriptio de locis, nam non solum ista conciliabula spectaculorum, sed etiam templa ipsa sine periculo disciplinæ adire servus Dei potest, urgente causa, simplici dumtaxat, quæ non pertineat ad proprium ejus loci negocium vel officium. Ceterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsa domus nostra sine idolis omnino non sunt: totum sæculum satanas & angeli ejus repleverunt. Non tamen quod in sæculo sumus, a Deo excidimus, sed si quid de sæculi criminibus attigerimus. Proinde si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator intravero, a Deo excidam: quemadmodum circum vel theatrum spectator. Loca nos non contaminant per se, sed quæ in locis fiunt, a quibus & ipsa loca contaminari, altercati sumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus, quibus ejusmodi loca dicentur, ut eorum demonstremus esse, quæ in his locis fiunt, quibus ipsa loca dicantur. Quæ omnia ex Tertulliano accepit D. Isidorus. Vt nihil autem quod ad pompam & hos ludos pertinebat, omitteret Tertullianus, hæc inferius adjecit. *Nunc de artificio quo Circenses exhibeantur. Res equestris retro simplex de dorso agebatur, & utique communis usus reus non erat. Sed cum ad ludos coactus est, transiit a Dei munere ad dæmoniorum officia. Itaque Castori & Polluci deputatur hæc species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet. Sed & Neptunus equestris est, quem Græci ἵππιον appellant. De jugo vero quadrigas soli, bigas lunæ sanxerunt, sed &*

D. Isid. lib. 18. etymolo. c. 24. & 25.
Tertul. de spectaculis cap. 9.

> *Primus Ericthonius currus & quatuor ausus*
> *Iungere equos, rapidusque rotis insistere victor.*

Ericthonius Minervæ & Vulcani filius & quidem de caduca in terram libidine portentum est dæmonicum, imo diabolus ipse, non coluber. Si vero Trochilus Argivus auctor est currus, primo Iunoni id opus suum dedicavit. Si Romæ Romulus quadrigam primus ostendit, puto & ipse inter idola conscriptus, si idem est Quirinus. Talibus auctoribus quadriga producta, merito & aurigis coloribus idololatriam vestierunt, & ab initio duo soli fuerunt albus & russeus. Albus hyemi, ob nives candidas: russeus æstati, ob solis ruborem, voti erant. Sed postea tam voluptate quam superstitione provecta; russeum alii Marti, alii album Zephyris consecraverunt. Prasinum vero terræ matri vel verno: Venetum cælo & mari vel autumno. Cum autem omnis species idololatriæ damnata sit a Deo, utique etiam illa damnatur, quæ elementis mundialibus profanatur. Hæc Tertullianus, ut ostenderet, qua vanitate, qua turpitudine, quot periculis idololatriæ plena essent spectacula, non editione solum, sed aspectu. Quod si periculum erat idololatriæ interesse pompæ illi, seu circo; quanto magis damnandum in his qui non solum aspectu cernere, sed vestibus ornare eorum pompam curarent. Volunt ergo patres hujus concilii, ut matronæ, & earum mariti vestes suas non accommodent ad pompam ludorum circensium, ne participes fiant erroris idololatriæ, quam in illis spectaculis contrahi erat necesse. Non enim solum (docet recte Tertullianus) idololatria committitur, cum quis immolat, incendit, aut sacris aliquibus vel sacerdotiis obligatur; nec cum ædiculas aut signa fabricat, sed etiam cum templum exornat, vel quo alio pacto ad celebritatem sacrorum vel ludorum vel spectaculorum adjumento est. *Sunt &*, inquit, *complurium artium species, quæ etsi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea sine quibus idola nil possunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt, an extruas vel exornes, si templum, si aram, si ædiculam ejus instruxeris, si bracteam expresseris, aut insignia, aut etiam domum fabricaveris. Major est ejusmodi opera, quæ non effigiem confert, sed auctoritatem.* Et paulo post. *Hoc quoque cavere debemus, ne quid scientibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem idolorum postulemur. Quod si concesserimus, & non remediis tam usitatis egerimus, non puto nos a contagio idololatriæ vacare, quorum manus non ignorantium in officio vel in honore & usu dæmoniorum deprehenduntur.* Si vestibus enim ethnicorum Christianos uti, genus esse idololatriæ, idem Tertullianus affirmat, quod Christiani, non vita tantum, sed moribus, veste & verbis ab ethnicis differre debeant; merito idololatriæ loco habendum censent Hispani patres, quod matronæ & earum mariti ad ornandam sæculariter pompam idolorum, vestes suas accommodent. Quod si fœminæ vel viro Christiano vestes ludis circensibus & eorum apparatui dare non licet, non licebit sane ad festa Gentilium vel hæreticorum propria, quidquam Christiano, aut dono, aut mutuo, aut commodato dare: ne eorum vanitati & erroribus assensum præstitisse videatur.

Ordinem autem pompæ qui agnoscendi & legendi studio tenentur, adeant Volfangum lib. 10. hist. Rom. c. 5. Ioan. Bohe. de morib. Gent. lib. 3. de Europa ca. 13. ad finem.

Tertul. c. 8. de idololat.

Veterem autem hanc consuetudinem commodandi vestes ad scenam vel ludos, & ceteras publicas apparitiones, Vlpianus refert: *Interdum*, inquit, *dolum solum in re commodata qui rogavit præstabit: ut puta; si quis ita convenit: vel si sua dumtaxat causa commodavit sponsæ forte suæ, vel uxori quo honestius culta ad se deduceretur, vel si quis ludos edens prætor scenicis commodavit, vel ipsi prætori quis ultro commodavit.* Meminit autem prætoris Vlpianus (quia sunt qui pro prætore, principem parum recte interpretentur) quod ad prætores Romanos spectaculorum pertinerent editiones, ut Tertullianus docet, utrumque Asconius Pœdianus. *Nam ædili*, inquit, *atque prætori Hortensio, & item Metellis rapta ex provinciis signa ad ornandum forum & comitium commodaverat Verres. Olim enim cum in foro ludi populo darentur, signis ac tabulis pictis, partim ab amicis, partim a Græcia commodatis utebantur ad scenæ speciem, quia adhuc theatra non fuerant.* Alfenus Varus non vestes solum, sed & argentum & supellectilem commodari consuevisse scribit. *Cum in testamento*, ait, *alicui argentum quod usus sui causa paratum esset, legaretur, itemque vestis aut supellex, quæsitum est, quid cujusque usus causa videretur paratum esse? Vtrumne id argentum, quod victus sui causa paratum paterfamilias ad quotidianum usum parasset? an & si quas mensas argenteas, & ejus generis argentum haberet, quo ipse non temere uteretur, sed commodare ad ludos & ad ceteras apparitiones soleret? Et magis placet, quod victus sui causa paratum esset, tantum contineri.* Nec commodari solum, sed & locari etiam accepta mercede vestes, & reliqua ad eum usum parata, solebant, ut Caius & Vlpianus referunt. Sed an id turpe sit, ut ejus canonis sanctione prohibitum dicamus? quod verius puto: Est enim indignum Christiano viro, lucrum velle facere religionis jactura.

Vlpian. l. §. interdum commodari.

Budeus in annot. de Pandect.

Tertull. lib. de spectaculis.
Asconius Pœdianus act. 3. in Verrem, versi. Dices tua quoque signa.

Alfenus Varus in l. cum in testamento. 30. de aur. & argent. legat.

Caius & Vlpian. l. 19. §. 1. de usufr. & in l sed & si quid. 18. de usufruct.

Canon LIIX. Vulgatus.

De his, qui communicatorias literas portant.

Placuit, ubicumque, & maxime in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, ut interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt; an omnia recte habeant, & suo testimonio comprobent.

Canon LIIX. *Emendatus.*

De his, qui communicatorias literas portant, ut de fide interrogentur.

Placuit, ut ubique, & maxime in eo loco, in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt; an omnia recte habeant, & suo testimonio comprobent.

De literis communicatoriis: & vario illarum usu. Cap. XLI.

QVI scripserunt in concilio Nicæno primum, ob Arianorum hæresim, literarum canonicarum usum inventum, vel hoc canone refelli possunt: quo satis apparet ante Arii ortum, & concilii Nicæni indictionem, fuisse in Hispania communem.

Osium

A Osium enim concilii Nicæni præsidem, ex hoc concilio in illud usum literarum, ut pleraque alia, transtulisse si dicamus, quid vetat? Nec in Hispania tunc primum excogitari, sed jam diu excogitatam earum formulam conservari, adjecta nova lege insinuatur. A principio enim ecclesiæ usum earum cœpisse significat Paulus ad Corinthios. *Incipimus*, ait, *iterum nosmetipsos commendare, aut nunquid egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris; quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus.* Quas communicatorias hic & alibi, aliquando formatas dici D. Augustinus docet ad Eleusium, quod una in omnibus forma observaretur. Ecclesiasticas & canonicas etiam vocabant, quod conciliorum & pontificum canonibus approbarentur. Sine illis autem in principiis ecclesiæ noluerunt episcopi Hispani, ullos clericos vel laicos fideles proficisci, ad occurrendum multorum fraudibus: ne videlicet hæretici aut apostatæ se veros catholicos fingentes, ab episcopis & Christianis, ut digni sua communione reciperentur: postea vero illa pollui contingeret: neve profani homines se ministerio sacro initiatos apud exteros mentirentur. Erantque hæ literæ velut argumenta & tesseræ sinceræ fidei, quibus catholici apud catholicos commendari solebant a catholicis, ut Optatus docuit. Illis autem peregrini carentes, tanquam gravi suspicione hæreseos notati, a communione repellebantur. Quas laici impetrabant & clerici, ad signum orthodoxæ fidei, pacificas & communicatorias in genere: quas clerici ut ministerio ecclesiastico fungerentur in aliis provinciis, dimissorias peculiari nomine vocatas observo. Quod si suspicione fidei aliquando notati, vel anathematis censura devincti, de absolutione & pœnitentia publicum peterent testimonium, literas commendatitias etiam impetrabant, ut ex concilio Calchedonensi Theodorus Balsamon & alii antiqui recentioresque multi adnotarunt, ex translatione Herveti apud Surium. Sed magis probo antiquam translationem ab Ivone retentam, docentem, commendatitias majori in ecclesia honore præditis dari solitas. Si enim verbi proprietatem spectemus, quam patres antiquos observasse æquum est judicare, suspectos purgare magis quam commendare solemus: quos enim commendamus, ut dignitate, virtute, vel religione magis præstantes commendamus: quod constat etiam ex Paulo in eadem epistola ad Corinthios.

[D. Paulus epist. 2. ad Corinth. cap. 3.] [D. Aug. epist. 163. ad Eleusium.] [Optatus lib. 2. de schism. Donatist.] [Theod. Balsam. in conc. Calchedon. can. 11.] [Ivo de caus. clericor. ca. 116. in 6. par. decret.] [D. Paul. dicta epi. 2. ad Corin. c. 3.]

De harum literarum formatarum seu canonicarum formula Hispanis olim communi quod dicam certo, nihil habeo, quod in re tam antiqua sine testibus non liceat divinare: probabili tamen conjectura duci possumus eamdem fuisse, vel similem illi, quam ex concilio Nicæno referunt Ivo, Burchardus & Gratianus. Texendæ autem ejus rationem ex postremis verbis concilii Calchedonensis repetemus. *Græca*, inquit Atticus episcopus, *elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet,* D *ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur; hoc a patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis saluberrime inventum est, & constitutum; ut formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis rationem habeant, id est, ut assumantur in supputationem prima Græca elementa, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, hoc π, υ, α: quæ elementa octogenarium & quadringentesimum, & primum significant numerum. Petri quoque apostoli prima litera, id est, π, quæ numerum LXXX. significat; ejus quoque qui scripsit epistolam prima litera; cui scribitur, secunda litera; accipientis, tertia litera; civitatis quoque de qua scribitur, quarta; & indictionis, quæcumque est illius temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quæcumque fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit omni cum cautela requirat expresse, addat præterea separatim in epistola nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat. Amen.* Exemplum autem epistolæ formatæ hoc Ivo refert.

[Ivo. 6. par. decr. cap. 434. & 435. Burchard. lib. 2. cap. 227. Grat. in cap. 1. & 2. 73. dist. Extat deprompta ex concil. Calched. apud Grat. in principio 73. dist.] [Ivo. cap. 434. 6. par. decret.]

In nomine π, Patris, & υ, Filii, & α, Spiritus sancti. Rathbodus sanctæ Treverensis ecclesiæ ac plebis ipsius humilis famulus, Rotberto, reverendæ sanctæ Metensis ecclesiæ antistiti, in Christo principe pastorum, mansuram cum gaudio prosperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonice aggredimur, & sub nomine formatæ epistolæ reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando, quia præsens presbytero nostro, nomine Gislemaro, has dimissorias dedimus literas, quem in nostra diœcesi ecclesiastice educatum, de ordine clericatus ad presbyteratus proveximus gradum; ut his canonicis munitus apicibus, cum nostra licentia ei in vestra parœcia sub defensione ac regimine vestræ caræ dilectionis degere liceat, illumque in sinu sanctæ matris ecclesiæ canonice fovendum ac regendum vobis committimus.

Hanc ergo epistolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo ecclesiæ nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps, interventu beati Petri, cui specialiter ovile dominicum commissum est, fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diu nobis conservet incolumem, Ἀμήν. Summa horum, Mille CD. XXXIX. π, υ, α. "

[" Vide hanc auctiorem & correctiorem a Sirmondo nostro cum aliis decem editam sub finem Tom. II. conciliorum Galliæ.]

Quod autem primum in concilio Nicæno constitutum fuisse censeo, illud est, ut persona scilicet Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in epistolarum exordio exprimeretur, ad docendam divinarum personarum æqualitatem, damnandamque Arii hæresim, inter Patrem & Filium inæqualitatem constituentis: a quo ut dis- B cernerentur catholici, ea exordii formula inventa est.

Has autem epistolas non nisi episcopi tantum dare poterant, vel chorepiscopi. Cum enim episcopi docere publice & curare omnia, quæ erant sui instituti, non possent; ethnicorum potentia & itinerum difficultatibus impediti: necesse fuit deligi ab illis viros ætate graves, doctrina nobiles, probitate religioneque spectatos, qui eorum loco in civitatibus minoribus seu vicis publice & privatim populum docerent, & (ut commodissimum erat) episcopos in toto hoc regendæ Christianæ reipublicæ munere juvarent, quos Græca voce, chorepiscopos nuncuparunt, quasi episcoporum vicarios: sed titulo & functione vicaria tantum, ut hodie titulares episcopi. Ad vicinos autem episcopos presbyteris parochianis has literas dare licebat, ut constat ex C concilio Antiocheno. Sed si longius esset progrediendum, chorepiscopi vel episcopi formatis erat utendum, ut in eodem concilio decernitur. Quod autem hic episcopi nostri constituunt, illud est: ut in omni loco, in eo præsertim, in quo primam suam cathedram constitutam habet episcopus, interrogentur omnes, qui communicatorias literas portant (ab actu traditionis, quo illas episcoporum manibus offerrunt, tradere dicuntur) an omnia in illis contenta recte intelligant. Cum enim compendiariis quibusdam notis contexerentur ordine quem superius retulimus, oportebat sane, illorum omnium eum reddere rationem, qui communicatorias literas deferret, ut earum fructu liceret frui. Hoc autem ubique & in omni loco fieri oportebat, ne subdoli & fraudulenti homines illas possent ex capite confingere. Sed quamvis in omni loco eas examinari oporteret, in eo præsertim, in quo prima cathedra constituta esset episcopatus: quia cum in majoribus civitatibus cathedra episcopalis constitueretur, acriorem diligentiam in his adhiberi erat necesse, ne turpi forsan portantium falsas literas communione civitas tota sensim ac latenter eodem errore notaretur, vel caperetur. Nec ab his examinari tantum concilio placuit, sed & testimonio episcoporum comprobari, ut certior de his populus redderetur, qui ad ecclesiasticam communionem, qui ad humanum convictum secure possent admitti.

[Conc. Antioch. can. 8.]

Maxime in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus.

An archiepiscopi & primates, ut hodie, fuerint olim in Hispania tempore hujus concilii. Cap. XLII.

Ex his verbis sunt qui intelligant olim in Hispania, tempore hujus concilii, & archiepiscopos & E primates extitisse; quos primæ cathedræ episcopos nuncupabant. Quod certe verum esse voluissem, & firmioribus vel argumentis vel conjecturis innixum, ut laudem hanc hierarchici ordinis jam in Hispania constituti fundatique (ut opto) deferre possem; sed cum videam in subscriptionibus episcoporum, sive testimonio notarii, ordinem hunc primatus observatum non fuisse (quod inter reliqua privilegia primatus referunt divus Gregorius & Augustinus, concilium Bracarense & Milevitanum) non possum sane in eam sententiam induci. Subscripsisse enim primo loco, sedisse & confirmasse concilium, Felicem episcopum Accitanum, consentiunt codices omnes, & editi, & MS. quem primum locum & sedem inter episcopos Hispanos obtinuisse, nullis vetustæ antiquitatis

[D Greg. lib. 7. epist. epi. 112. ad Syagrium episc. Augustodunen. indict. 2.] [D Aug epi. 217. ad Victorium.] [Conc. Bracar. I. can. 24.] [Conc. Milevitanum can. 13.]

conſtat monumentis. At ſi poſtremo loco ſediſſe & ſubſcripſiſſe, honorificentius olim quiſpiam dixerit, poſtremo loco ſubſcripſit Eutychianus epiſcopus Baſtitanus. Quos autem olim primam ſedem habuiſſe dici poſſet probabilius, Toletanos nimirum, vel Hiſpalenſes, ſecundo & ſeptimo loco ſediſſe vel confirmaſſe concilium, fide notarii publica conſignatum reperimus. Quare hujus canonis aliam eſſe ſententiam placet. Cum enim verba patres canonis auctores, non ad epiſcopos, ſed ad loca & ſedes epiſcoporum retulerint (voluerunt enim in omni loco, ſed in eo maxime, in quo primæ cathedræ conſtitutus eſt epiſcopus, qui deferrent literas communicatorias, examinari, probarique) perinde eſt, ac ſi dixiſſent, in omni loco oportere literas communicatorias deferentes examinari, & comprobari: ſed in eo præſertim, in quo primam cathedram ſuam epiſcopi conſtituiſſent, hoc eſt in cathedralis ſive matricis eccleſiæ urbe: aliter enim qui fieri poteſt, ut credamus, concilium primatum ſedes ſolas exprimere, & epiſcoporum ſedes reticere voluiſſe? cum multo magis ſedes epiſcoporum, quam primatum debuiſſet recenſere, quod ex majori illarum numero plura & graviora redundare poſſent pericula. Quam ſane ſententiam confirmant vetuſti & emendatiores CC. MS. in quibus exſtat: *In qua prima cathedra conſtituta eſt epiſcopatus.* Hoc autem ideo dixerunt hujus concilii patres, quia poterant in omni loco literas communicatorias dare comprobareque preſbyteri, in villis videlicet, ſi ad epiſcopos vicinos iter eſſet agendum, vel ſi eſſet progrediendum longius, chorepiſcopi (qui vicarii erant epiſcoporum in villulis & oppidis) ſicque decreverunt patres, ut in loco quo eſſent preſbyteri & chorepiſcopi, literæ & earum delatores examinarentur, & teſtimonio ſuo illæ canonicæ probarentur, ſed in eo præſertim, quem ad primam cathedram ſuam conſtituendam elegerant epiſcopi; ne catholicæ fidei radices, quas gravi illi ſtudio & pia ſolicitudine in præcipuis urbibus affixerant, hæreticorum verſutia & calliditate evellerentur. De cathedra mentio fit, nam receptum fuiſſe olim a primis fere apoſtolorum temporibus cathedras conſtitui epiſcopis in eccleſia in loco excelſiori, ad demonſtrandam juriſdictionis & throni poteſtatem, Vrbanus primus PP. ad omnes Chriſtianos docet. *Quod autem,* inquit, *ſedes in epiſcoporum eccleſiis excelſa conſtituta & præparata inveniuntur, ut thronus ſpeculationem & poteſtatem judicandi & ſolvendi atque ligandi a domino ſibi datam materiam docent. Vnde ipſe ſalvator in evangelio: & quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Et alibi: accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Romano pontifici ſubſcribunt Africani in concilio Carthaginenſi. *Vt epiſcopus,* inquiunt, *in eccleſia in conſeſſu preſbyterorum ſublimior ſedeat: intra domum vero collegam ſe preſbyterorum eſſe cognoſcat.* D. etiam Hieronymus adſtipulatur eiſdem, dum ait. *Nam & Alexandriæ a Marco evangeliſta uſque ad Heraclam & Dionyſium epiſcopos, preſbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiori gradu collocatum epiſcopum nominant, quomodo ſi exercitus imperatorem faciat.* D. Auguſtinus. *In futuro,* ait, *judicio nec abſides gradatæ, nec cathedræ velatæ adhibebuntur ad defenſionem:* abſides enim gradatas, ſedes epiſcoporum intelligit, altiore ſublatas faſtigio, cathedras autem velatas, quod velis olim ſacræ dignitatis cauſa illæ tegi conſueviſſent. Quod ergo in ea urbe, prima, hoc eſt præcipua cathedra epiſcopi conſtituta ſit, quam ſequebatur preſbyterorum conventus, ideo de prima cathedra, hoc eſt, de urbe in qua ea cathedra ab epiſcopo ſita & tranſlata ſit, hujus concilii patres meminerunt: cogebantur enim interdum epiſcopi ſæviente perſecutorum tyrannide, propria loca deſerere, & in alia pacis Chriſtianæ & ſalutis ac vitæ cuſtodiendæ cauſa commigrare, tranſlato inibi dignitatis & poteſtatis throno, quam cathedram vocabant. Voluerunt igitur in omni loco, ſed in his præſertim quæ ad propriam habitationem elegerant epiſcopi, religionis & diſciplinæ eccleſiaſticæ maximam haberi curam, & rationem ab adventantibus omnibus ſtrictiſſime exigi, & de fide illorum ſæpiſſime interrogari; ne urbes quas epiſcopi elegerant ad conſtituendum habitationis & religionis domicilium, vafra hæreticorum verſutia aliquam fidei jacturam facerent. Quod & antea apoſtolorum conſtitutione cautum reperio. *Nullus,* ait, *epiſcoporum peregrinorum, aut preſbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis: & cum ſcripta detulerint, diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur, & quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiantur; ſin minus, ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaveritis, ad communionem & ulteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote; multa enim per ſubreptionem proveniunt.*

Conc. Antioch. can. 8.

Vrban. I. in epi. ad omnes Chriſt. cap. 4

Matth. 18. Ioann. 20.

Conc. Carthag. IV. can. 35.

D. Hier. in epiſt. 85. ad Evagrium.

D. Aug. in epiſt. 203. ad Maximi. epiſc. Donatiſt.

Can. apoſt. 34.

A Non ergo conſtat ex hoc canone, archiepiſcopos & primates fuiſſe tunc in Hiſpania, aſſignatis metropolitanorum ſuffraganeis, & conſtituta ea urbium differentia, & privilegiis, quæ illi retinent hodie. Nam ſi is ordo hierarchicus erat in Hiſpania, quare oborta cauſa criminum Baſilidis & Martialis epiſcoporum, non ad metropolitanum ejuſdem provinciæ, ſed ad Africam recurrerunt, ad Carthaginenſem videlicet epiſcopum Cyprianum? cum epiſcoporum cauſas ad primatem eſſe deferendas ſciamus. *Quiſquis epiſcoporum accuſatur,* dicitur in concilio Carthaginenſi, *ad primates provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator; & ſi evocatus ad cauſam dicendam non venerit, communione ad tempus ei interdicatur. Per ſingulas regiones epiſcopos convenit noſſe metropolitanum epiſcopum, ſolicitudinem totius provinciæ gerere; propter quod ad metropolim omnes undique qui negocia videntur habere, concurrant: unde placuit eum & honore* B *præcellere, & nihil amplius, præter eum, ceteros epiſcopos agere, ſecundum antiquam a patribus noſtris regulam conſtitutam: niſi ea tantum, quæ ad ſuam diœceſim pertinent, poſſeſſioneſque ſubjectas.* Satius enim erat & commodius, omiſſa tanti itineris navigationiſque difficultate & periculis, in ſua provincia, quam aliena obortam cauſam ſopiri & terminari. Hanc autem formam hierarchici ordinis antea in Hiſpania, nec epiſcopi obſervare, nec denuo inducere potuerunt, quia ad illam generali decreto in omnibus Hiſpaniarum regnis ſtabiliendam, conſilio omnium epiſcoporum communi maturaque deliberatione opus erat. At convenire in unum locum, tum imperatorum ethnicorum metu; tum maximis itinerum difficultatibus non poterant: nam imperatores conventus hos quaſi collegia illicita peragi non facile patiebantur; ut Plinius ſecundus proconſul Ponti, & Bithyniæ ſe non pati ſcripſit ad Trajanum: & Maximinũ ne ad cœmeteria convenirent, prohibuiſſe, Euſebius tradit. At in conci- C lio hoc, ideo eam cauſam primatum, & patriarcharum omittere potuerunt, quia ipſi tanta animi moderatione, virtute & ſanctitate pollebant, ut abſque primatum legibus & judiciis, non ſolum in eccleſiaſtica diſciplina, & inſtitutione, ſed in omni caritatis officio continerentur. Nec ſine hierarchici ordinis legibus eos vixiſſe putemus, cum antiquioribus ordinatione eam ipſam curam demandaſſe, dixerim ſuperius.

Cypri. epiſt. 68

Conc. Carthag. III. can. 7.

Plinius ſecundus lib. 10. epiſt.

Euſebius lib. 9. hiſt. eccleſiaſt. c. 2.

Lib. 1. cap. 3.

Non ignoro epiſtolam Lucii papæ, multo ante hoc concilium ad epiſcopos Hiſpaniæ, & Galliæ perhiberi: in qua fit mentio de metropolitanis, inhibenturque Hiſpani & Galli metropolitani, niſi quod ad ſuam pertineret parochiam, ſine conſilio, & conſenſu omnium comprovincialium epiſcoporum, quidquam agere: ſed jam ſuperius animadverſum eſt, epiſtolam illam Lucii ſuſpicione non vacare, reddita ſententiæ ratione: quam eſſet moleſtum repetere. Illud tamen addo, non videri probabile in Hiſpania tantam tempore Lucii papæ inter D epiſcopatus, archiepiſcopatus, & primatias inductam diſtinctionem, cum multo poſt ancipiti dubitatione laborantem viderimus Severum epiſcopum Cordubenſem, Dionyſium papam expoſtulaſſe, & exquiſiviſſe, quem ordinem in diviſione parochiarum tenere debuiſſet: cui pontifex non reſpondet, ut antiquum teneat receptum in ejus eccleſia, vel in eccleſiis Hiſpaniæ: ſed a ſe noviter Romæ inductum; eamque formam, ut generalem per omnes provincias faceret divulgari. Illius hæc verba ſunt. *De eccleſiis ergo parochianis, unde apoſtolicam ſedem conſulere voluiſti, qualiter ſint cuſtodiendæ per Cordubenſem provinciam, ac dividendæ ſacerdotibus, nihil tuæ caritati melius nobis videtur intimare, quam ut ſequaris, quod nos in Romana eccleſia nuper egiſſe cognoſcitur; eccleſias vero ſingulas ſingulis preſbyteris dedimus, parochias, & cœmeteria eis diviſimus; & unicuique jus proprium habere ſtatuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ* E *terras, terminos, aut jus invadat; ſed unuſquiſque terminis ſuis ſit contentus; & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, ut ante tribunal æterni judicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat; & non judicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat. Hanc quoque normam, cariſſime, te & omnes epiſcopos ſequi convenit; & quod tibi ſcribitur, omnibus quibuſcumque potueris, notum facias; ut non ſpecialis, ſed generalis fiat iſta præceptio.* Nec ignoro etiam quod ſcripſit Ioannes epiſcopus Gerundenſis, & poſt illum Vaſſæus, hoc concilium, videlicet Illiberritanum, habitum fuiſſe anno domini CCC XXXIIX. in ea Illiberi, quæ eſt ad radices montis Pyrenæi, interfuiſſeque Conſtantinum magnum cum matre Helena, tuncque diviſam Hiſpaniam in quinque provincias, Tarraconenſem, Carthaginenſem, Bæticam, Luſitaniam, & Gallœciam, & ſingulis provinciis aſſignatos fuiſſe epiſcopos metropolitanos. Hæc enim illi honorifice obſervaſſe videri poſſunt, ſed plene probaſſe

Lucius papa, epiſt. ad epiſcopos Hiſpan. & Galliæ c. 3. & 4.

Lib. 1. c. 3.

Dionyſius PP. in epiſt. ad Severum epiſ. Cordubenſ.

Ioannes epiſc. Gerundenſis in Paralipomenon Hiſpaniæ.

Vaſſæus in chronico Hiſp. Lib. 1. c. 3.

videri

videri non possunt, ut pluribus antea demonstravi.

Canon LIX. Vulgatus.

De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus, aut Gentilis ad idolum Capitolii, sacrificandi causa ascendat, aut videat: quod si fecerit, pari crimine teneatur: si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

Canon LIX. *Emendatus.*

De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus, ut Gentilis ad idolum Capitolii, sacrificandi causa ascendat, & videat: quod si fecerit, pari crimine teneatur: si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

Capitolia fuisse in Hispania, & aliis provinciis ad exemplum Romani. Cap. XLIII.

CAPITOLIUM a capite Toli hominis Vulcentani dictum Arnobius refert. Cum enim templum ædificare, & Iovi dicare vellet Roma, fundamentaque illius jaceret, in fundaminum sedibus sepulchrum Toli inventum est, & in eo caput illius integrum. *Nec erubuit civitas maxima*, ait Arnobius, *& numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Iovio nuncupare.* Ad similitudinem Romani Capitolii, alia in reliquis provinciis Gentes ædificaverunt, & formam, & nomen, sicut & alterum palatii a Romano mutuantes. Fuisse capitolia in Hispania hinc liquet, (nec audiendi qui de Romano Capitolio Hispanos episcopos intellexisse sinistre interpretantur.) Aliud fuisse Carthagini memorat D. Cyprianus. De Capitolio Narbonensi, Ravennati, & Tolosano, mentionẽ facit Sidonius. De alio Capuæ Capitolio Suetonius. In illis deorum erant idola, in illis sacrificia omnia solennia peragebantur, ad illa conveniebant omnes, vel sacra facturi, vel visuri; qua ratione Capitolium omnium dæmonum templum vocat Tertullianus, additque: *Tot illic immundi spiritus considunt, quot homines capit.* Ne ergo Christiani recenter conversi, antiquam sacrorum consuetudinem jam intermissam, aspectu renovarent; neve ethnici inveterato confirmarentur errore, si Christianorum conniventia profana sacrificia tacite probari conspicerent, justissimo hoc episcoporum consilio, succursum est periculo tanto; præceptumque, ne quis Christianus fide, aut proposito, hoc est fidelis, aut catechumenus ad idolum Capitolii sacrificandi causa ascendat & videat: quod si fecerit, pari crimine teneatur. Tertullianus. *Si invocatu, nec in sacrificiis sit titulus officii, & opera mea expunctio, quid tum? si libet. Vtinam quidem nec videre possimus, quæ facere nobis nefas est. Sed quoniam ita malis circumdedit sæculum idololatria, licebit adesse in quibusdam, quæ nos homini non idolo officiosos habent. Plane ad sacerdotium, & sacrificium vocatus non ibo (proprium enim idoli officium est,) sed neque consilio, neque sumptu, aliave opera in ejusmodi fungar. Si propter sacrificium vocatus assistam, ero particeps idololatriæ, si me alia causa conjungit sacrificanti, ero tantum spectator sacrificii.* Et alibi. *Ceterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsa domus nostra, sine idolis omnino non sunt, totum sæculum satanas, & angeli ejus repleverunt, non tamen quod in sæculo sumus, a Deo excidimus: sed si quid de sæculi criminibus attigerimus. Proinde si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator intravero, a Deo excidam: quemadmodum circum, vel theatrum spectator.* Quod si non sacrificii faciendi, vel inspiciendi causa, tempore quo offendiculum catholicis, vel infidelibus injiciatur, sed alio exquirendæ rei studio, nullam culpam sustinere idem Tertullianus fatetur. *Quid enim inquis, ait, si alio in tempore circum adiero, periclitabor de inquinamento? nulla est præscriptio de locis. Nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiam templa ipsa sine periculo disciplinæ adire servus Dei potest; urgente causa, simplici dumtaxat, quæ non pertineat ad proprium ejus loci negocium, vel officium.* Et post alia. *Loca nos non contaminant per se, sed quæ in locis fiunt, a quibus & ipsa loca contaminari, altercati sumus; de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quibus ejusmodi loca dicentur, ut eorum demonstremus esse; quæ in his locis fiant, quibus ipsa loca dicantur.*

Arnobius lib. 6. adversus Gentes.

D. Cyprianus epist. 55. & lib. de lapsis.

Sidonius in vita Sanctorũ Apollinaris, & Saturnini. Suetonius in Tiberio cap. 3. Tertullianus lib. de spectac. c. 12.

Tertull. de idololatria c. 16.

Idem lib. de spectaculis c. 8.

Ne quis Christianus, aut Gentilis.

PROHIBERI Christianum a sacrificando, sub excommunicationis pœna, facile est; sed Gentilem, in quem excommunicatio non cadit (de his qui foris sunt quid ad nos?) diu visum est difficile, ob depravatos Surii, & Carranzæ codices: sed emendatiores MS. rem fecerunt manifestam, in quibus pro disjunctione, (aut,) (ut) legitur: quasi clarius dicerent patres. *Ne quis Christianus catechumenus, vel fidelis, ut Gentilis ad Capitolium sacrificandi causa ascendat.* Qua ratione ad finem dicitur. *Quod si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur,* id est, Christianus, qui tanquam Gentilis ad Capitolium sacrificandi diis causa ascenderit, pari crimine idololatriæ, ut Gentilis teneatur: sed fidelis, acta pœnitentia, post decennium admittatur: nam catechumeni alia ratio erat.

Ad idolum Capitolii, sacrificandi causa ascendat.

Ad exemplum Romani Capitolii, reliqua in editis locis construi solita. Cap. XLIV.

CAPITOLIA exterarum provinciarum, ut nomen a Romano, sic situm & locum imitatione expresserunt. Romanum autem fuisse in loco præexcelso constat: erat enim extructum in Saturnio monte, sicque sacrificaturi, aut precaturi, ascendere cogebantur. Tacitus *Exin læti Capitolium scandunt, deosque tandem venerantur.* Et alibi. *Nec sisti poterant scandentes per conjuncta ædificia, quæ ut in multa pace in altum edita solum Capitolii æquabant.* Suetonius de Iulio. *Ascendit Capitolium, ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.* Plinius ad Trajanum. *Tibi ascendenti de more Capitolium, civium clamor, ut jam principi occurrit.* Et post alia. *Vbi vero cœpisti Capitolium ascendere; quam læta omnibus adoptionis tuæ recordatio.* Lampridius in Alexandro. *Capitolium septimo die cum in urbe esset, ascendit.* Hinc frequens est jurisconsultorum nostrorum de ea conditione memoria. *Si Titius, vel Mævius in Capitolium ascenderit.* Commodissima sunt ad sacrificandum, vel orandum, ut hominum tumultibus liberiora, quæ in alto sunt loca, sicque in montibus olim Gentes Deum adorasse, sine aliis templis, superius dixi, eaque ratione nascentis religionis ecclesias nostras in editis locis constructas Tertullianus docet, & reliquiis earum quas ipsa delevit vetustas, edocti sumus, idque observare debent, qui denuo eas construunt, vel constructuri sunt.

Tacitus lib. 4. annalium. Idem Tacitus lib. 2. histor. Suetonius in Iulio.

Plinius in panegerico ad Trajanum.

Lampridius in Alexandro. Vlpianus lege 1. & 3. cum aliis de legat. 2. Lib. 2. c. 3.

Tertull. adversus Valentinianos cap. 3.

Canon LX. Vulgatus.

De his qui destruentes idola occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in evangelio non est scriptum, nec invenitur ab apostolis unquam factum, placuit, eum in numerum non recipi martyrum.

Canon LX. *Emendatus.*

De his, qui destruentes idola occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in evangeliis non est scriptum, nec invenitur ab apostolis unquam factum, placuit, eum in numerum non recipi martyrum.

BURCH. lib. 6. decretorum c. 45. ex canone 70. hujus citat, cum sit 60. & verbis paulo diversis. *Si quis idola fregerit, & ibidem occisus fuerit, quia in evangeliis scriptum non est, neque invenitur sub apostolis unquam factum, placuit eum in numerum non recipi martyrum*, sic etiam Ivo par. 10. cap. 172.

Idola ethnicorum diruentes, cur in numerum recipi martyrum Hispani patres interdixerint. Cap. XLV.

A

Ioan. 15.

Citati scriptores lib. 1. c. 4.

Cum docuerit Christus, beatissime pater, amicum pro amico, nihil fide præclarius, vel amore excellentius, vel pietate illustrius, vel beneficentia præstantius, vel majori denique laude dignius efficere posse, quam ut se in capitis periculum, & vitæ discrimen inferat; qui non subiit tantum vitæ periculum, sed vitam ipsam admirabili & summa animi constantia, ad ardentem fidei confessionem exprimendam, ad gloriam Christiani nominis amplificandam, ad evertendam idolorum servitutem constantissime fudit, plures mirantur scriptores, qua causa impulsi episcopi nostri, hunc debito gloriosi martyrii fructu, emerita heroicæ fortitudinis laude, condignoque futuræ laureolæ præmio, minori forsan (quam par esset) pietate privaverint. Eoque perduxit illos, vel canonis difficultas, vel Christianæ pietatis amor, vel catholicæ religionis zelus, vel propensum in martyres studium, ut certo affirmaverint, canonem hunc suppositum esse, & indignum, ut inter sanctissima alia patrum nostrorum decreta referretur. Sed absit, ut tam sanctæ doctrinæ, tam prudenti consilio, tam pio & religioso præcepto, adeo gravem & acerbam erroris maculam aspergamus. Olim enim ob sævitiam tyrannidemque imperatorum (omnes fere ante Constantinum, Christianam religionem jam feliciter nascentem, variis modis conatos fuisse opprimere, nullum persecutionis genus omittentes, quis nesciat?) multi fideles, cum vincula, verbera, fustes, equuleum, scorpiones, ungulas, bestias, flammas, exilium, latumias, metalla, aliaque tormentorum genera, ad necem usque paterentur: alii item non solum mortem oblatam ferrent libenter, sed se ipsos offerrent constantissime: eveniebat plerumque, constanti illa & gloriosa martyrum confessione adeo præsidum animos exacerbari, ut exuentes quam prius induerant barbarorum sævitiam & immanitatem, atrocem postea belluarum feritatem imitantes, non in hos modo, sed in reliquos Christi fideles & ministros atrocissime grassarentur: quod sane periculum multo ante a Christianis cavendum monuerat Clemens Alexandrinus. *Is est*, ait, *qui quantum in se est, adjuvat improbitatem ejus, qui persequitur; quod si etiam ipse causam præbens; feram plane irritet; similiter etiam si præbeat aliquam pugnæ causam, vel damni, vel judicii, vel inimicitiarum, is occasionem peperit persecutionis: & ideo jussi sumus nihil retinere ex his, quæ ad hanc vitam pertinent: sed ei qui tollit pallium, præterea etiam dare tunicam, non solum ut permaneamus obnoxii nullis animi perturbationibus; sed ne ea vindicantes, eos, qui in judicio contendunt, in nos reddamus efferatos: & per nos commoveamus eos, ut nomen maledictis appetant.* Quæ sane causa Hispanos episcopos in eam induxit sententiam, ut nomine, honore & dignitate martyrum eos privandos decreverint, qui nullo fidei aut superioris præcepto coacti, qui nulla catholicæ confessionis necessitate constricti, idola Gentium frangerent. Occasio autem ea forsan fuit. Nam cum Hispali duæ fuissent sorores Christianæ (D. Isidoro auctore) distrahendis vasis fictilibus quærentes victum, quo se & alios Christianos egenos miserationis ergo sustentarent, (tam parce enim, & pie vixisse semper, testatur idem Isidorus) evenit, ut cum ipsæ in foro ei operi essent intentæ, quam plures ethnicæ mulieres per forum more suo circulatorio idolum Salambonæ deæ circumferrent (Salambonam autem Hispalenses sicut & Assyrii eam deam vocabant, quam Romani & alii Venerem, ut Lampridius tradit) cumque maximo cinctæ comitatu, choreis & saltationibus luctuosis (ut ferebat mos) festum celebrarent, poscentes a singulis vel stipem, vel res alias quascumque, ut eas vel templo, vel sacrificiis deæ sacrarent, accesserunt ad Iustam & Rufinam, vas quoddam fictile ex his quæ venundabant, postulantes. At illæ ne quem simulacris falsæ deæ haberent honorem, profano idololatriæ se crimine polluentes, munus offerre recusarunt: illud asseverantes, se soli Deo vero; non autem falsis idolis ex ligno vel lapide confictis, cultum præstituras. Indignatæ Gentiles, vasa omnia fictilia projecto in ea idolo confregerunt, ipso quasi honoris abnegati expetente vindictam. At illæ non tam jactura indignatæ vasorum, quam justo æterni Dei zelo & pietate commotæ, accesserunt ad idolum, & illud inde abjicientes confregerunt. De Iusta enim id refert D. Isidorus. Hoc autem cum ad Diogenianum tunc Hispalis & totius Bæticæ præsidem deferretur, illas equuleo distorsit. *Et*, ut Usuardus refert, *ungularum laniatione vexavit; post, carcere, inedia, & torsionibus afflixit: tandem Iusta in carcere spiritum exhalavit: Rufinæ vero cervix confracta est in confessione domini.* Quæ ad annum domini CCXXCVII. principio imperii Diocletiani annales nostri referunt. Cum autem martyrum professio, ad indignationem commovisset Diogenianum: qui tunc in Christianos Hispaniæ imperatorum præcepto omne persecutionis genus exercebat: ne alii simili exemplo vel illius vel futurorum præsidum & successorum animos ad majorem sævitiam & crudelitatem incitarent (de Eulalia taceo Emeritensi, quod multo ante illius martyrium canon hic editus sit) idcirco decretum est concilio hoc Illiberritano (adfuit enim in eo Sabinus episcopus Hispalensis, a quo forsan condendi hujus canonis ratio profecta est) ne quisquam idola Gentilium disturbaret, ne hac occasione illi, vel in templa nostra, vel in personas liberius grassarentur: ut atrocissime etiam Augustini temporibus, in Christianos grassatus est Gororanes Persarum rex, quod Abdas episcopus sanctissimus disturbasset Ignis maximi apud Persas Dei templa, ut scribit Cassiodorus: quod & Alexandriæ evenisse, Theodosii imperio auctor est Socrates. Cum enim Theophili episcopi consilio, imperator edicto sanxisset, Gentium everti delubra, illudque opera effici ejusdem Theophili, & cum Serapidis & Mithræ templa diruisset, acerbissimum Gentes dolorem concepisse ait, nec conceptum ferre potuisse, quin communi consensu in Christianos gravissimo impetu irruerent, nec antea a cædibus voluisse abstinere, quam conceptam doloris acerbitatem, majori Christianorum pernicie & sanguinis effusione lenissent. De Arabibus, Aëropolitis, Phœnicibus, Syris & aliis hæc mandavit literis Sozomenus. *Adhuc autem in quibusdam civitatibus pro templis suis alacriter Pagani dimicabant: velut in Arabia Petræi, & Aëropolitæ: in Palæstina Raphiotæ & Gazæi; in Phœnicia ii qui Heliopolim incolunt: in Syria potissimum vindices templi Apamiæ, quæ colitur ad Axium fluvium: quos quidem ego intellexi, ad protectionem templorum suorum frequentes auxiliis usos hominum Galilæorum, & collectorum ex pagis Libano vicinis; demum ad tantam prorupisse audaciam, ut etiam Marcellum, qui ejus provinciæ episcopus erat, interficerent. Hic enim cum judicaret illos non alia ratione facilius a priori superstitione posse converti, templa quæ in urbe & in pagis habebat, evertit, & certior factus in Aulone* (is est tractus Apameorum provinciæ) *templum esse amplissimum, militibus aliquot ac gladiatoribus assumptis adversus istud contendebat. Cui cum appropinquasset, extra telorum jactum ipse restitit: erat enim pedibus debilis, & neque pugnare, neque hostem fugere, vel fugare poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in destruendo templo occupatis, ex paganis quidam, intellecto, quod ille ibi relictus esset solus, ea ex parte qua locus pugnæ vacabat, egrediuntur, & ex improviso adorti eum corripiunt, & rogo injectum interimunt, ac in præsentia quidem clam id habuerunt.* Huic damno occurrunt prudenter hoc decreto Hispani episcopi, & occurrerunt etiam (ut audio) alio simili pontifices maximi, dum præceperunt jam diu sacerdotibus & monachis Hierosolymitanis sub gravi censura anathematis, ne verbum domini publice prædicarent; quia tametsi Christianæ doctrinæ propagatio res sit sanctissima; ne tamen excitati Turcarum animi sævirent in Christianos crudelius, justissime eis illud interdictum est.

B

Clemens Alex. lib. 4. Stromat.

C

D.Isidor. in breviario Gothico, Muzarabe vocant.

D

Lampridius in Heliogabalo. *Erant Salambonæ sacra luctuosa, quod deplorarent in eis Adonidis interitum. Idirco Lampridius de Heliogabalo hæc festa celebrante ait: Salambonam etiam omni planctu & jactatione Syriaci cultus exhibuit, omen sibi faciens imminentis exitii.*

E

D. Isidorus in breviario Gothico.

Usuardus in martyr. 19. Iulii.

Ambrof. Moral. lib. 10 hist. Hispanicæ ca. 16.

Cassiodor. li. 10. hist. Triparti.æ; Socra. lib 5. c. 16.

Sozomenus lib. 7. c. 15.

Fuit etiam alia satis solers & provida in edendo hoc decreto patrum nostrorum ratio, qua huic se martyrio offerentes, privari martyrii dignitate consentaneum judicaverunt; quia erant inter Christianos olim pauperes, & mendici multi, qui non tam Christianæ religionis zelo, quam temporalium bonorum jactura se martyrio exponebant, ut detenti videlicet in carcere, alerentur ab ecclesia, & debitis quibus urgebantur, plene ab ea satisfieret, ut auctor est Augustinus. *Quidam etiam*, (ait in eadem epistola, quæ est Mensurii Carthaginensis episcopi ad Secundum Tisigitanum) *facinorosi arguebantur & fisci debitores, qui occasione persecutionis, vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent, & quasi abluere facinora sua, vel certe acquirere pecuniam, & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum.* Eamdem consuetudinem suppeditandi necessaria confessoribus indicat Tertullianus, dum librum ad martyres sic exorditur. *Inter carnis alimenta*, ait, *benedicti martyres designati, quæ vobis & domina mater ecclesia de uberibus suis, & singula fratres de operibus suis propriis in carcerem subministrant, capite aliquid & a nobis, quod faciat ad spiritum quoque educandum.* Cyprianus etiam, hoc pietatis officium confessoribus exhibendum consulit clero; post alia enim quæ ad hanc rem scripsit in principio, ad finem addit. *Pauperibus quoque, ut sæpe jam scripsi, cura ac diligentia vestra non desit: iis tamen qui in*

Aug. in breviculo collationum 3. diei c. 13.

Tertull. lib. ad martyres in principio.

Cyprian. ep. 37.

fide

fide stantes & nobiscum fortiter militantes, Christi castra non reliquerunt, quibus quidem nunc major a nobis, & dilectio & cura præstanda est, quod nec paupertate adacti, nec persecutionis tempestate prostrati, dum domino fideliter serviunt, ceteris quoque pauperibus exemplum fidei præbuerunt. Et hoc tandem præcepto sanxerunt episcopi Africani in concilio Carthaginensi IV. *Christianum catholicum*, aiunt, *qui pro catholica fide & pro ecclesiastica re & Christiana religione tribulationem patitur, honore omni a sacerdotibus honorandum: etiam per diaconum ei victus administretur.* Vt his ergo commodis fruerentur, solebant se quidam temere martyrio exponere, quos non honorandos ut martyres, idem Mensurius rescripsit, ut paulo post dicemus.

c. Carthag. canone 43.

His præterea accedebat, quod nascentis ecclesiæ patres maxime optarint, ut in perferendis idolorum sacrificiis tunc profanis & impiis superstitionibus, patientiæ, modestiæ, mansuetudinis & humilitatis virtutibus refulgerent Christiani, neque vi & armis ethnicorũ delubra, sed pietate & religione deturbari volebant: quo sic admirabilior Christi potestas, & catholicæ ecclesiæ progressus humanis non tribueretur auxiliis: quod facile eveniret, si templa, vel idola Gentium viribus potius, quam ecclesiastica disciplina perfringerent, & eadem severitate Christianæ religionis semina latius propagare adniterentur. Quemadmodum enim philosophos, & oratores, mundique hujus sapientes primum non elegit Christus, per quos cælesti doctrina hominum genus erudiretur; sed illiteratos piscatores; quorum opera & philosophi, & oratores in ecclesiæ retia pertraherentur, ne videlicet humanæ sapientiæ viribus conversio Gentium adscriberetur: in qua suæ gratiæ vim Deus illustrem videri volebat: ita ad propagationem evangelii, & idolorum eversionem, noluerunt humanarum viriũ fieri periculum; sed utriusque rationem divinæ providentiæ reservari: ut palam fieret non humana aliqua præsumptione, aut virtute, sed divina prorsus sapientia, & potestate novam tunc nomine Christi religionem introduci & stabiliri inter Gentes. Qua ratione non vi, non armorum strepitu fidem nostram propagari, sed omni & religionis & pietatis officio monuit Tertullianus. *Non est religionis*, inquit, *cogere religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi.* Ita Nicolaus papa ad consulta Bulgatorum. *De his*, inquit, *qui Christianitatis bonum suscipere renuunt & idolis immolant, & genua curvant, nihil aliud possumus scribere vobis, nisi ut eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus & ratione potius, quam vi, quod vane sapiunt, convincatis.* Et postea. *Nulla cum his*, inquit, *qui non credunt, idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illis violentia ut credant, nullatenus inferenda est. nam omne quod ex voto non est, bonum esse non potest.* Id in subditos suos nondum conversos usurpasse Edilbertum Anglorum regem refert, & laudat Beda. *Quorum fidei*, inquit, *ita congratulatus esse rex perhibetur, ut nullum tamen cogeret ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiori dilectione quasi concives sibi regni cælestis amplecteretur. Didicerat enim a doctoribus auctoribusque salutis, servitium Christi voluntarium non coactitium debere esse.* Quod & antea magnum Constantinum fecisse, sæpe prædicat Eusebius: & Nicephorus. *Maximus*, inquit, *ille Constantinus qui ingentem quidem, minorem tamen virtute & gloria sua, consequutus est laudem, & primus vera pietate imperium exornavit: quum omnem, (ut ita dicam) terrarum orbem in idolorum cultu insanientem, sacrificare quidem dæmonibus prorsus prohibuit, aras autem eorum non sustulit, mandato illo promulgato, ut deorum templa clausa, quo a nemine adiri possent, servarentur. Idem filii ejus fecere: crudelitatis enim esse putarunt, repente prorsus tantam instituere mutationem: satius esse existimantes, quietis consiliis paulatim homines ad veram pertrahere religionem.* Id erga Iudæos observandum decrevit concilium Toletanum IV. & Gregor.

Conc. Rothom. c. 5. apud Burchard. lib. 1. de... c. 71. Ivon. 2. ... decretorum ... 1121.

Tertull. ad Scapulam.

Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum.

Beda lib. 1. eccles. hist. Gentis Anglorum c. 26.

Eusebius lib. 2 de vita Constantini c. 45. Niceph. lib. 12. c. 25.

Conc. Toleta. 4. can. 55. relato in cap. de Iudæis 45. dist. Et Greg. Magnus in epist. ad Petrum episc. Terracinensem lib. 1. regist. epist. 34. & in Paschasium, in registro lib. 11. indictione 6. epist. 5. Gratian. in c. qui sincera 45. dist.

Quia in evangeliis non est scriptum.

Non teneri quemquam privata auctoritate idola Gentium infringere, posse tamen suo tempore & loco. Cap. XLVI.

Non esse scriptum in evangeliis, ut quis privata auctoritate se offerat martyrio, dando illi ansam tractis idolis, certum est, & Hispani patres hic affirmant: quinimo consilium exstat apud Matthæum, ut cum nos persecuti fuerint in una civitate, fugiamus in aliam. Huic autem fugiendi licentiæ non modo non est locus, cum heroicæ virtutis documentum est dandum, quin potius ad percipiendam oblatam martyrii coronam animo alacri currendum est, ut insigni pietate & eruditione probavit latissime divus Eulogius Cordubensis episcopus, & electus postea archiepiscopus Toletanus, in toto eo libro, cui titulum dedit, Memoriale sanctorum. In hoc tamen, non pietatis modo, & religionis, sed prudentiæ etiam ratio observanda est: cum sapienter doceat D. Bern. *Fortitudinis matrem esse prudentiam; nec fortitudinem, sed temeritatem quemlibet ausum quē non parturivit prudentia.* Quod & ab his observari impensius vellem, qui orientis & occidentis Indiæ Gentes ex errorum tenebris ad veritatis Christianæ lucem student revocare: scio enim nonnullos in propagando evangelio, & in affigendis publice crucibus, nervos omnes contendisse: imprudentia tamen religionem & pietatem nonnunquam frustrante.

Matth. 10.

D. Eulog. Cordubensis episc. tom. 1. lib. memoriale sanctorum.

D. Bernar. lib. 10. de consideat. ad Eugeni. cap. 8.

Neque invenitur ab apostolis unquam factum.

An apostoli fregerint unquam Gentium idola: & quanti traditiones apostolicas ab initio ecclesiæ Hispani patres fecerint. Cap. XLVII.

In codice Lucensi. *Neque invenitur sub apostolis unquam factum.* Vtraque lectio vera est. Sed cum de dominico evangelio supra meminerunt, probabilius est, de factis apostolicis nunc etiam patres agere voluisse: sicque primam lectionem retinendam esse. Cui consonant quæ de D. Paulo, Petro & aliis D. Cyprianus & Athanasius referunt: quæ tametsi hujus loci sint propria, compendii causa omittam. Sed sive sub apostolis, vel ab apostolis nunquam factum legamus, utraque lectio difficultate non caret, cum D. Ioannem evangelistam Apollinis templum diruisse in insula Pathmo, in qua fuerat relegatus, Prochorus referat ejus discipulus; in Asia vero Ephesinæ Dianæ templum etiam evertisse, Abdias narrat; & aliud Matthæum in Æthiopia. Sed hi diruerunt, non fregerunt; labefactarunt oratione, non manibus; disturbarunt cælesti, non humana virtute: ut iidem Prochorus & Abdias testantur, quos sequi & imitari fideles voluerunt Hispani patres. Scripturæ præterea sacræ & apostolicarum constitutionum dignitatem quanta veneratione coluerint doctrina hic sancta & exemplo demonstrarunt, dum Gentium idola humanis viribus prosterni ideo noluerunt, quod nec divinis literis, nec apostolicis exemplis fulciretur. In quo præclaris divi Pauli vestigiis institerunt, dum ad Thessalonicenses scribens, ait. *Itaque fratres, state & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam.* A Paulo eamdem se hausisse doctrinam testatur beatus Dionysius Areopagita D. Eugenii magister, a quo accepit pietatis & dignitatis heres Melanthius. *Nostra* inquit, *hierarchia vis omnis in verbis, quæ a Deo tradita sunt, cernitur. Sanctissima autem venerationeque dignissima verba ea esse dicimus, quæ nobis a sacrosanctis nostris præceptoribus, in sanctis atque Theologicis scripturæ libris sunt prodita, quæque ab iisdem sanctis viris institutione, quæ magis a materia abhorreret, proximaque jam quodammodo esset, ac similis cælesti hierarchiæ, ex mente in mentem verbo corporeo illo quidem, sed quod minus est materiæ particeps, sine scripto studiorum nostrorum duces principesque didicerunt.* Et paulo post. *Quocirca, primi illi hierarchiæ nostræ duces ac principes, cum ipsi a divina bonitate plene cumulateque sanctum hoc munus accepissent, & a divina benignitate ejus apud posteros propagandi prorogandique causa missi essent: iidemque valde ut divini posteros ad cælestia; & divinitatis similitudinem traducere cuperent: signis, quæ sub sensum cadunt cœlestia, varietateque ac multitudine id quod conjunctum connexumque erat, & humanis divinas res, quæque materia carent, iis quæ ex materia constant, ac nostris eas quæ essentia superiores sunt, partim scriptis, partim non scriptis suis institutionibus, ex sacrosanctis legibus nobis tradiderunt.* Eadem Irenæus scripsit, edoctus a Polycarpo Ioannis discipulo. *Quid enim & si quibus de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certum & re liquidum est? Quid autem, si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multæ Gentes, barbarorum eorum, qui in Christum credunt, sine charactere, vel atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes, in unum Deum credentes fabricatorem cæli & terræ, & omnium quæ in eis sunt, per Christum Iesum Dei filium. Hanc fidem qui sine*

D. Cypri. epist. 56. ad Thibaritanos.

D. Athan. in sua de fuga apolog. Prochorus hist. apostol. cap. 25. Abdias lib. 5. & 7. hist. apostol.

2. Thess. 2.

Dionys. Areopag. lib. 1. de eccles. hierarc. c. 1.

Irenæus lib. 3. c. 4. adversus hæreses.

literæ

literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum, barbari sunt: quantum autem ad sententiam, & consuetudinem, & conversationem, propter fidem, per quam sapientissimi sunt, & placent Deo, conversantes in omni justitia, & castitate, & sapientia? Quibus si aliquis annunciaverit ea qua ab hereticis adinventa sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludens aures, longe longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquiũ: Sic per illam veterem apostolorũ traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portentiloquium est: neque enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina instituta. Traditione igitur qua est ab apostolis, sic se habente in ecclesia, & permanente apud nos, revertamur ad eam, qua est ex scripturis ostensionem, eorũ qui & evangeliũ conscripserunt apostolorum. Sed cur non omnia scriptis tradiderint apostoli, sed sermone multa retineri, & conservari voluerint, hæc docet Basilius. *Nonne*, inquit, *ex doctrina quam patres nostri in silentio, quod curiosos &* B *ociosos submovet, servarunt: pulchre quidem illi, nimirum docti, arcanorum venerationem silentio conservare? Nam, qua nec intueri fas est non initiatis; qui conveniebat horum doctrinam publicitus circunferri scripto? Deinde Moysis exemplo probans, qui non omnes ad penitiora sacramenta admisit: probe, inquit, sciens pro sua sapientia, res usu tritas, & undecumque parabiles, expositas esse contemptui: ceterum id, quod depositum est, quodque rarum est, huic natura conjunctum esse, summam admirationem & studium. Ad eumdem profecto modum, & qui in primordiis ecclesia certos ritus perscripserunt apostoli, & patres, in occulto silentioque mysteriis suam servaverunt dignitatem: neque enim omnino mysterium est, quod ad populares & vulgares aures effertur. Est autem etiam silentii species ipsa obscuritas, qua utitur scriptura mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque ad utilitatem in scripturis versantium.* Inde illa contra doctrinæ, atque sacramentorum profanatores Gregorii Nazianzeni gravis querela. *Illud saltem*, ait, *inter nos conveniat, ut mystica mystyce, & sancta sancte proloquamur, nec in profanas aures, qua in vulgus efferri nefas est, projiciamus, ne alioqui constet eos, qui dæmones adorant, & turpium fabularum, non verum cultum profitentur, nobis gravitate superiores esse: quippe, qui his, qui non iisdem sacris initiati sunt, cruorem potius suum, quam sermones quosdam impertirent.* Antiquissimo igitur hoc Hispanorum episcoporum decreto, hæreticos recentiores qui apostolicis traditionibus derogant, convinci posse satis manifestum fit: dum mille & trecentis abhinc annis tam gravis & sancta fuerit earum apud ipsos & omnes auctoritas. Nec Hispanorum etiam episcoporum doctrinam & pietatem minus licebit hic vel a rigidis eorum censoribus commendari, quod non solum evangelicis & apostolicis institutis repugnantes sententias tradere noluerint, sed nec latum quidem unguem ab eorum scriptis & non scriptis traditionibus vel discedere, tam sancta, quam aperta sententia declaraverint. Sed bene jam habet acerba ista & mala tractatio: auget enim pretium virtutis audire male, cum bene feceris.

Basilius in lib. de Spiritu sancto cap. 17.

Gregor. Nazianzeni in oratione 1. de theologia.

Placuit, eum in numerum non recipi martyrũ.

Non decerni ab Hispanis patribus in hoc canone, martyrem non esse, qui idola fregerit: sed in numerum martyrum ab ecclesia non referri: & cur. Cap. XLIIX.

NON decreverunt patres Hispani (ut falso illis objici solet) martyrem verum non esse, omnem qui Gentium idola confregerit: cum omnis, qui pio & prudenti animo sanguinem vel vitam profuderit pro Christo, certus & verus sit martyr. Si enim martyrem (ut Augustinus docuit) non facit pœna, sed causa: qui cum causa pœnam conjunxit, quare apud Deum martyris nomine & honore non decorabitur? Quod decernunt igitur, id solum est, eum qui prosternens idola Gentium interfectus fuerit, in numerum martyrum non recipi, hoc est in catalogum ecclesiasticum martyrũ non esse referendum. Similem constitutionem tulit in Africa, eodem fere tempore, Mensurius episcopus Carthaginensis; eos enim qui ultro martyrio se offerrent, non honorandos ut martyres Christianis præcepit: ut testis est Augustinus: *Lectum est*, ait, *eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, & ultra dicerent se habere scripturas, quas non traderent (conquirebant tunc Donatista heretici scripturas sanctas, ut eas igni traderent) a quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mensurio; & ab eis honorandis eum prohibuisse Christianos.* Quemadmodum ergo veri sunt martyres, qui ultro se martyrio offerunt, & illud perferunt constantissime, quorum exemplis pleni

D. August. epist. 167. ad Festũ, & sermo. 17. de verbis domini. Refertur ab Innoc. 3. in c. cum Marthæ de celebratio. missarũ.

D. Aug. in breviculo collationum cum Donatistis in 3. die c. 15.

A sunt ecclesiastici annales: tametsi illa oblatio prohibita fuerit a D. Clemente, Iulio PP. Cypriano, Athanasio & aliis: sic & illi veri martyres sunt, qui flagrantes pietatis & religionis zelo idola opportuno tempore fregerint, tametsi ob exempla & rationes a nobis citatas superius, idola frangere inhibitum fuerit a concilio; ne videlicet occasionem darent Gentilibus liberius & inhumanius reliquos Christi filios noviter tunc ad ecclesiam conversos persequendi. Eaque de causa non definit concilium martyres non esse: quia si vere natura sua martyres sunt (ut dixi) concilium efficere non potuit, ut in hierarchia cælesti, martyrum illi ordini a Deo non abscriberentur: sed illud tantum decernit, ut in ecclesiastica, honore martyrum non decorentur. Consuevit enim ecclesia viventes & mortuos confessores & martyres multis ornare privilegiis. Et ut omittamus literas confessorias, quibus peccatorum indulgentiam episcoporum consensu lapsis dabant, de quibus abunde superius: B eos inter tentationes (sic enim vocabant olim episcopi persecutionum calamitates) officio suo incumbentes gradibus sublimandos decreverunt Africani patres, in concilio Carthaginensi IV. quinimo omni honore afficiendos, & detentos in carcere, victu per diaconos sustentandos, adjecerunt, *Christianum catholicum* aiunt, *qui pro catholica fide, & pro ecclesiastica re & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni a sacerdotibus honorandum: etiam & per diaconum ei victus administretur.* Cum autem e vita excessissent, memoriam illorum inter alios sanctos spiritus celebrabant. Nec id semel tantum, sed singulis quibusque annis cum is dies recurrisset, quo illi se martyrio consecrarant, ut auctor est Cyprianus. *Sacrificia pro eis*, inquit, *semper, ut ministris offerimus; quoties martyrum passiones & dies anniversaria commemoratione celebramus. Denique & dies eorum quibus recedunt adnotate, ut commemorationes eorum* C *inter memorias martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus & devotissimus frater noster, inter cetera solicitudinem & curam suam cum fratribus in omni obsequio operationis impartit; qui nec illic circa curam corporum deest, scribat, ac significet mihi, dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosa mortis exitu transeunt, ut & celebrentur hic a nobis oblationes, & sacrificia, ob commemorationes eorum, qua cito vobis cum domino prosperante celebrabimus.* Neque id ætate solum Cypriani, commune fuisse in ecclesia constat; nam Origenes ait. *Bene & secundum voluntatem Dei, innocentium memoriam sancti patres celebrari mandarunt sempiternam in ecclesiis, velut pro domino morientium, velut pro Iudæis & Gentibus crediturus, velut etiam pro ipsis parentibus.* Hoc idem sensit Origene & Cypriano vetustior Tertullianus. *Oblationes*, inquit, *pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.* Quod sinistre admodum quidam accommodarunt ad dies natalitios ethnicorum, D cum res sit indubitata, apud antiquos, natalitia martyrum, pro die passionis usurpari, uti videre est (ut omittamus alia) ex concilio Laodiceno vetante natalitia martyrum in quadragesima celebrari: quod tempori luctus festiva illa solennia eo die peragenda, non satis congruerent. Smyrnensis ecclesia diem passionis divi Polycarpi, discipuli divi Ioannis Baptistæ celebrat; de qua faciens mentionem Eusebius ait: *Quo in loco etiam nunc præstante domino solennes agimus celebresque conventus, maxime quidem in die passionis ejus, sed & cum eorum memorias qui prius passi fuerant, celebramus: ut sequentium animi ad præcessoris viam exemplis insignibus suscitentur.* Quare recte concilium Gangrense ante annos amplius mille ducentos, anathemate ferit Eustachium, & illius sectatores, qui collectas, quæ per basilicas martyrum fiebant, vel etiam quæ ibidem celebrabantur oblationes, memoriasque ipsorum reprehendebant, E Quod si altius originem hujus consuetudinis repetamus, ab ipso tempore apostolorum ortum habuisse reperiemus. D. enim Clemens, cum constitutionem Iacobi fratris Ioannis recenseret, loquens de oblatione. *Adhuc* inquit, *offerimus tibi pro omnibus sanctis, qui a sæculo placuerunt, patriarchis, prophetis, justis, apostolis, martyribus, confessoribus.* Atque ut id obiter notemus; ne quid ad Clementis hunc, & alterum Cypriani locum, paulo ante citatum offendat: animadvertendum, nihil obstare his, quæ de amplitudine dignitatis martyrum Augustinus prædicat his verbis. *Injuriam facit martyri, qui orat pro martyre.* Nam non oratur pro martyre, ad delictorum expiationem, sed partim, ad gratiarum actionem, quas Deo reddere decet, ob constantiam & animi firmitatem martyribus concessam; partim ut eorum precibus adjuventur fideles ipsi qui orant. Augustin. cum locum illum Ioannis interpretaretur: majorem hac dilectionem. *Ideo quippe ad ipsam*, inquit, *mensam, non sic eos connumeramus,*

D. Clemens lib. 5. constit. apost. c. 7.
Iulius PP. in epist. ad orientales.
Cypr. epist. 15. & 82.
Athanas. in apologia de fuga.

Lib. 2. cap. 51.

Conc. Carthag. 4. can. 42.
Idem can. 43.

D. Cyprian. epist. 34. & 37.

Origenes in homilia quadam in illud Matth. vox in Rama.

Tertull. lib. de corona militis. Laurent. de la Barre in Tert.

Conc. Laodicenum can. 51. & 52.

Eusebius lib. 4. histor. eccles. cap. 15.

Conc. Gangrense can. 20.

D. Clemens lib. 8. apostolicar. constit. cap. 12.

D. August. sermone 17. de verbis apostoli.

D. Aug. tractatu 84. in evangelio Ioannis 15. cap.

connumeramus, quemadmodũ alios, qui in pace requiescũnt, ut etiã pro eis oremus, sed magis ut orent ipsi pro nobis, ut eorum vestigiis adhæreamus, quia impleverunt ipsi caritatem, qua dominus dixit, non posse esse majorem. Cyrillus etiam Hierosolymitanus, verba illa missæ Græcorum exponens. *Etiam offerimus tibi pro omnibus qui a sæculo tibi placuerunt, sanctis.* Eodem modo exponit. *Atque hoc sacrificium,* inquit, *tibi offerimus, ut memores simus primum eorum, qui dormierunt, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, ut Deus orationibus & intercessionibus eorum nostram deprecationem suscipiat: deinde ut memoria habeamus sanctos patres, qui dormierunt, atque episcopos, & deinde omnes qui nos præcesserunt, magnam utilitatem credentes accessuram eorum animabus, pro quibus offertur, ex oratione sancti, ac tremendi sacrificii.* Hoc ipsum docuit divus Clemens. *Memoremus,* inquit, *martyres sanctos, ut mereamur certaminis eorum participes fieri.* Et hoc est, quod B. Cyprianus dixit, sacrificia pro eis offerri, idest in honorem, & commemorationem eorum: ut sicut ait beatus Dionysius, hujuscemodi commemoratione nos ad beatam virtutem hortemur, & ad divinam sortem eorum obtinendam per imitationem. Quæ res inde nata videtur, quod in sacrificiis, juxta ritum veteris ecclesiæ, post symbolum decantatum, & mutuam consalutationem, nomina pie defunctorum scripta in libello, quem in altari ponebant, recitabantur, non sine laude & præconio virtutum, quæ in illis viventibus illuxerant. Ita divus Augustinus. *Perhibet enim,* inquit, *præclarissimum testimonium ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur.* Illis diebus passiones eorum legendas in ecclesia, concilio Africano cautum reperio: quod & suo tempore vigere scripsit D. Gregorius. *Nos,* ait, *pene omnium martyrum distincta per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotannis diebus in eorum veneratione missarum solennia agimus.* Hinc nata martyrologia, quæ inter libros sacerdotibus necessarios annumerat Burchardus. Hinc celebres de eorum laudibus conciones, quarum rationem, in eorum piam memoriam institutam reddit Basilius. *Qui vitas eorum,* inquit, *qui in pietate honeste perseverarunt, recensemus; glorificamus primum dominum per servos; laudamus autem justos per testimonium eorum, quæ novimus, populum vero per honestorum factorum narrationem exhilaramus. Nam exhortatio ad temperantiam est vita Ioseph, & ad fortitudinem vita ipsius Sampsonis.* Hinc dies festi, quibus hodie etiam Christiani feriantur, qui olim tanta agebantur celebritate, ut illis diebus convivia & spectacula fierent, choreæ ducerentur, & saltationes, ut prodit D. Basilius. *Antea,* inquit, *flebant sanctorum mortes, ut Ioseph mortem, ut Samuel; nunc non amplius lacrymis sanctorum mortes prosequimur, sed tripudiis divinitus inspiratis, super sepulchra ejus choreas ducimus.* Gregorius Nyssenus hæc de populari lætitia in honorem martyrum ait. *Descendit,* inquit, *rursus in urbem, & omni circa regione undique peragrata, ac perlustrata, additamentum, & quasi corollarium studii sui erga numen divinum instituebat, apud omnes ubique populos sanciens, ut nomine eorum qui pro fide certassent, dies festi, atque solennes conventus celebrarentur, cumque alius in alium locum corpora martyrum duxissent, per anniversarii circuli ambitum congregati lætabantur in honorem martyrum ferias agentes* Et paulo post singularem hujus communis lætitiæ rationem reddens. *Cum animadvertisset,* inquit, *quod propter corporis voluptates, simplex & imperitum vulgus in errore simulacrorum cultus permaneret, quo maxime id quod perspicuum est, interim in eis assequeretur, nempe ut vanis superstitionibus relictis, ad Deum converterentur: permisit, ut in memoriam sanctorum sese exhilararent, & oblectarent, atque in lætitiam effunderentur.* Verum cùm nihil tam pium sit, tam religiosum, tam sanctum, quod humana pravitate non possit perverti: temporum decursu effectum est, ut illa festa, choreæ & solennitates aliquando turpiter fierent, sic ut matronalis honor, & innumerabilium fœminarum pudor devote venientium ad sacratissimos illos dies, injuriis lascivientium appeteretur: qua de causa decreverunt Africani patres ab imperatoribus postulare; ut illa spectacula, & convivia imposita pœna gravi prohiberent.

Cyrill. Hierosol. suis catechesibus.
Clem. lib. 8. Apost. const. c. 13.
Cypr. epi. 34.
Dionys. de eccl. hier. 1. part.
Aug. lib. de ... (?)
Conc. African. c. 13.
Gregor. in registro lib. 7. epi. indict. 1.
Burchar. lib. 10. Decret. c. 8.
Basil. in concione quam habuit pro Gordio martyre.
Basil. in serm. Barlaam.
Greg. Nyssenus vita magni Gregorii.
Conc. Afric. can.

Sed redeamus ad martyres, persequamurq; reliqua privilegia, quæ relatis in numerum eorum, veteres ecclesiæ mores impertiebant, & quibus idola frangentes privari in hoc canone decernitur. Postquam enim e vivis excessissent, non solum eorum corpora fideles, ut SS. venerabantur, & exosculabantur, sed vulnera ipsa, sanguinem, ossa, vel reliquas partes (quas idcirco reliquias vocamus) prosequebantur eximio cultu. D. Basilius ostendens, quam

Basil. in expositione psal. 115.

A pretiosa sit eorum mors, qui pro Christo mortem occubuissent. *Quando Iudæus,* ait, *moriebatur, abominabilia erãt morticinia; cũ pro Christo vero contingit mors, pretiosæ sunt reliquiæ SS.* Et inferius. *Dicebatur,* inquit, *de sacerdotibus, & Deo dicatis: Non contaminabitur ex aliquo mortuo; nunc autem qui contingit ossa martyris quamdam sanctificationis societatẽ assumit, ex gratia corpori insidente.* Hinc liquet quantum sanctorũ reliquiis tribuendum sit, cum eorum contactu quamdam sanctificationis societatem contrahi dicat Basilius. Nec solum ossa & corporum cineres, quæ templa Spiritus sancti quondam fuerant, sanctarumq; operationum organa, sed etiam baculos, sudariola, vestes, lectulos, sedes, & reliqua, quæ illi corpore gestaverant, vel manibus contrectaverant, & etiam vincula religiosissime observabant. ut testatur Tertullianus. Vul-
B garc, & tritum est, quo honore, qua reverentia, quo cultu & religione, magnus Athanasius susceperit pallium, & melotem, quæ illi in testamento legaverat insignis ille & magnus Antonius: cujus legati meminit honorifice Athanasius. Antonium etiam vestem Pauli primi eremitæ gestare solitum diebus solennibus pascħe & pentecostes. D. Hieronymus refert. Iacobi apostoli (qui domini frater cognominatus, & ecclesiæ Hierosolymitanæ primus episcopatum gessit) cathedram seu sedem episcopalem ab ejus successoribus, honorifice custoditam, ostentatamque advenis cultus causa, Eusebii adhuc annis, annalium memoria proditum est.

Tertull. lib. ad uxore
Athanas. in vita D. Antonii.
D. Hieronym. in vita Pauli eremitæ.

Ad sepulturam efferebantur maximo honore, & pompa, ut significat B. Cyprianus. *Corporibus etiam omnium,* inquit, *qui etsi secti sunt in carcere, tamen glorioso exitu mortis excedant, impartiatur, & vigilantia & cura propensior: neque enim virtus eorum, aut honor minor est, quominus ipsi quoque inter martyres numerentur.* Sic legitur de S. Stephano. *Sepelierunt eum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.* Planctus enim nomine, funeris ho-
C norem & pompam Lucam significasse tradit Hieronymus. *Quod Stephano,* inquit, *fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum: & utique planctus magnus non in plangentium exanimatione, ut tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum frequentia intelligendus sit.* Et hoc sane non in martyrum solum, sed & in piorum funeribus sæpe evenire, singulari potius Dei providentia, quam humano consilio cernimus. Efferuntur enim nonnunquam Dei gratia privati homines innocentes, & virtutis laude præstantes, majori pompa, majori dico religiosorum, nobilium, & popularium comitatu, piis oblationibus & suffragiis, quam soleant multis impendiis factis, qui dignitatis honore, vel qui nobilitatis præstant dignitate, si Christiana nobilitate careant: quorum utrumque nec consilio caret, nec fructu, ut vitio ac virtuti justa merces, diversa funeris æstimatione accedat, neo elevent præmia virtutis, qui probos viros & justos felicius aspexerint sepeliri, quam vivere flagitiosos & impios.

D. Cypr. epist. 37. ad presbyt. & diaconos.
Actu. c. 7.
D. Hierony. epi. 25. ad Paul in, & 53. ad Riparium. Euseb. lib. 4. hist. eccles. c. 15.

D Cum ad sepulturam olim martyres deferebantur, dalmatica, aut colobio purpurato insigniebantur, constitutione Eutychiani PP. ut Damasus refert. *Hic temporibus suis,* inquit, *per loca diversa CCCXLII. martyres manibus suis sepelivit, qui hoc constituit, ut quicumque fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut colobio purpurato, nullatenus sepeliret: dum tamen hujus constitutionis ad illum pervenisset notitia.* Ut vel hinc interpretemur decretum concilii Romani secundi, sub Gregorio magno. Dalmaticam enim hanc postea fideles pariebantur, & ut sanctas martyrum reliquias venerabantur; sed cum in funerandis Romanorum pontificum corporibus eam adhiberent nonnulli, moleste tulit Gregorius I. idq; fieri omnino prohibuit, in concilio II. Romano. *Sicut indignos,* inquit, *B. apostoli Petri reverentia, mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatem decet, semetipsam semper agnoscere; & impensæ sibi venerationis honorem declinare; ex amore*
E *quippe fidelium hujus sedis rectoribus mos ultra meritum erupit, ut cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc dalmaticis contegant, easdemque dalmaticas pro sanctitatis reverentia, sibimet partiendas populus scindat: & cum adsint multa a sacris corporibus apostolorum martyrumque velamina, a peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reverentia reservetur: de qua re præsenti decreto constituto, feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis hujus presbyteros ac diaconos censeo. Si quis vero ex eorum ordine, hoc curare neglexerit, anathema sit.*

Damasus in vita Eutichiani.
Conc. Roman. sub Gregor. PP. I. can. 4.

Sepeliebantur hi solum in ecclesiis, non autem alii catholici, ut quemadmodum singularibus ipsi præstitissent virtutibus, ita præcipuo & singulari sepulturæ honore decorarentur. De Hispaniæ consuetudine testes sunt concilii Bracarensis patres: de Græciæ, Chrysostomus,

Conc. Bracar. I. can. 36.

D.Chryſo. hom. Quod Chriſtus ſit Deus.
Impp. Grat Valent. Theod. in l 2 c, de ſacroſanct. eccleſ.
Auctor vitæ Fulgentii c.30.
* Deportatus.

Roma, inquit, *quæ urbs eſt regaliſſima, relictis omnibus ad ſepulchra piſcatoris & pellionis currunt, & reges, & præſides, & milites, & in Conſtantinopoli reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi prope apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula, corpora ſua ſepeliantur, fiantque piſcatorum oſtiarii reges.* Hinc intelligendi ſunt Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius, dum aiunt. *Nemo apoſtolorum vel martyrum ſedem humanis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam.* In eccleſia ſepeliri primum B. Fulgentio confeſſori in Africa indultū refert illius diſcipulus. *Mane vero*, ait, *poſtquam multitudo maxima populorū de locis finitimis ad exequias venit, ſacerdotum manibus ad eccleſiam civitatis quæ ſecunda dicitur, ubi etiam reliquias apoſtolorum conſtituerat, * deputatus, ſortitus eſt honorabile monumentum. Primus plane in eadem baſilica pontifex poni meruit, ubi nullum mortuum, neque ſacerdotem, neque* [B] *laicum ſepeliri conſuetudo ſinebat antiqua, ſed magna vis dilectionis removebat impedimentum conſuetudinis, ambientibus univerſis civibus, & cum ſumma devotione quærentibus, ut ubi vir ſanctus & Deo amabilis fuerat conſecratus, ibi orationibus ſingulorum ſemper etiam localiter videretur adjunctus.* Qua ratione honorificum fuit poſtea fidelibus, juxta martyrum ſepulturas & monumenta ſepeliri, at docuit D. Chryſoſtomus. Cujus pii deſiderii ſingularem rationem reddidit D. Ambroſius vel Maximus Taurinenſis. *Ideo*, inquit, *a majoribus proviſum eſt, ut ſanctorum oſſibus noſtra corpora ſociemus: ut dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat, dum illos Chriſtus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat: cum ſanctis ergo martyribus quieſcentes, evadimus inferi tenebras eorum propriis meritis, aut tamen conſocii ſanctitate.* Nec in eccleſia ſolum, ſed in loco ſublimiori, in altari ſcilicet, reponebantur, non ut is honos eis tanquam Deo deferretur, ut olim calumniabatur hæretici. D. Auguſtinus. *Populus autem Chriſtianus memorias martyrum religioſa* [C] *ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur. Ita tamen ut nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrū conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis SS corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit: offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane: ſed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, &c.* In altaribus etiam recondebantur corpora, in vaſculis nonnunquam aureis, ut Hieronymus refert adverſus Vigilantium de reliquiis D. Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſlatis a Conſtantino Conſtantinopolim, & beati Samuelis in Thraciam per Arcadium. Quod ſi aliquando non in urnis collocandas, ſed humi condendas voluit D. Athanaſius, ut teſtatum ex illo facit Damaſcenus, hoc ideo illum conſuluiſſe eſt intelligendum, ut Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos ſuos non ſub terra condebant, ſed in lectulis & ſympodiis collocabant, ut auctor eſt idem Damaſcenus. [D] Sepulchris eorum epitaphia plena honoris & laudis affigebantur, ut cecinit Prudentius.

Idem Chryſoſt. dicta homi. quod Chriſtus ſit Deus.
D. Ambroſ. vel Maximus Taurinenſis hom. 77.
D. Aug. lib. 21. contra Fauſtum Manich. 20.
D. Hieronym. contra Vigil.
Damaſcen. orat. 1. de imaginib.
Prudentius in vita ſancti Hippo. epiſc. & martyr.

Innumeros cineres ſanctorum Romula in urbe
Vidimus, o Chriſti Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quæris
Nomina, difficile eſt ut replicare queam.
Tantos juſtorum populos furor impius hauſit,
Cum coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulchra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquot.

Felix PP. in epiſt. ad epiſc. Galliæ.
Damaſus in vita Felicis PP. 1.
Euſeb. lib. 8. hiſt. eccleſ.
D. Aug epiſt. 110. ad Honoratum.
Gennadius lib. de dogmatib. eccleſ. ca. 71.
Theodor. lib. 8 Græcarum affe.
Anacletus in epi. ad omnes epiſc. & ſacerd.

Super hæc ſepulchra martyrum ſeu altaria miſſas celebrari conſtituit Felix PP. I. in epiſtola ad epiſcopos Galliæ, ex qua ratio petenda eſt, qua ille permotus eam legem tulerit. *Vobis*, inquit, *& omnibus eccleſiis tenendum & agendum mandamus, ut ſuper memorias martyrum miſſæ celebrentur: ne memoria eorum aut veneratio poſſet prohiberi.* Tyranni enim, ut ſuperius dicebam, memorias delere martyrum pro viribus contendebant. [E] Vnde Euſebius refert, quod cum tempore Diocletiani graviſſima in Chriſtianos eſſet perſecutio, pagani idololatræ effodiebant corpora martyrum, & projiciebant in mare, dicentes. *Ne forte dii efficiantur Chriſtianorum: & illi qui deos adorare nolunt, ſervos noſtros incipiant adorare.* Hac igitur de cauſa motus Felix decrevit, ut ſuper ſepulchra martyrum (ut diuturnior & celebrior eſſet eorum memoria) miſſæ dicerentur. Nec miſſas ſolum, ſed eccleſias ipſas in eorumdem nomine & honore conſecrari Auguſtinus, Gennadius, & Theodoretus teſtantur: & ante hos Anacletus, cum ordinem patriarchalium ſedum aſſignaret, eccleſiam divo Petro erectam a ſancto Marco evangeliſta diſcipulo ejus commemorat. *Secunda*, inquit, *ſedes apud Alexandriam eſt beati Petri nomine, a ſancto Marco diſcipulo ejus, & evangeliſta conſecrata.* Cum vero aliquando eccleſiæ & altaria nomine martyrum conſtruerentur, per vias & agros, in

Conc. Carth. V can. 14.

[A] quibus nullæ erant martyrum reliquiæ, ſed ſolum ad corradendas ex fidelium devotione pecunias: id fieri omnino prohibuit concilium Carthaginenſe V. decernens, ut nulla memoria martyrum acceptaretur, (ſic ait) niſi aut corpus aut aliquæ certæ reliquiæ eſſent, vel origo eſſet alicujus habitationis, poſſeſſionis, aut paſſionis: ut hinc etiam eruant hæretici, non ſolum eccleſias erigi in piam & ſanctam martyrum memoriam, ſed locum martyrii & habitationis, & poſſeſſionem ipſam ſanctorum martyrum, in maximo fuiſſe & honore & reverentia.

D. Baſil. in fine orationis in ſanctum Barlaam.
Evod. lib. 2. de miracul ſancti Stephani.
Prudent. in hymno de ſanct. Caſſiano.

In illis martyrum eccleſiis, hiſtoriæ ſuppliciorum eorumdem depingebantur. D. Baſilius narrat imaginem ſancti Barlaam in templo depictam, ſeque gaudere ait, quod melius pictores expreſſerint manum ejus pro Chriſto combuſtam, quam ipſe oratione deſcripſerit. Evodius ſcribit, in eccleſia ſancti Stephani, in qua ejuſdem reliquiæ ſervarentur, fuiſſe imaginem ejus martyris figuratam, ad quam viſendam homines concurrere ſoliti erant. Prudentius de ſancto Caſſiano ſic cecinit.

Erexi ad cœlum faciem, ſtetit obvia contra
Fucis colorum picta imago martyris.
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem.

Item de ſancto Hippolyto.

Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget umbris,
Effigies fracti membra cruenta viri.

D. Baſil homi. de 40. martyr.
Lib. hoc 3. cap.
Conc. Epaunenſ. ſub Gela. can. 2

Imagines autem & paſſiones martyrum ideo in eccleſia depingebantur, ut frequenti eorum recordatione fideles ad cultum pietatis inflammarentur, & eorum precibus Deo commendari ardentius frequentiuſque poſtularent. In hunc ſenſum D. Baſilius. *Res*, inquit, *in bello fortiter geſtas, tum eloquentes homines ſæpenumero, tum pictores exprimunt; illi ſermone ornantes, hi tabulis delineantes; & utrique multos ad fortitudinem excitant. Quæ enim ſermo hiſtoria per auditum exhibet, ea pictura tacens per imitationem oſtendit. Martyrum enim encomium, & adhortatio eſt congregatorum ad virtutem. Recte dixit quiſquis ille eſt, picturam eſſe mutam poeſim.* In eccleſiis vel cœmeteriis martyrum cuſtodes aſſignabantur, qui reliquias ſanctas a Gentibus profanari non ſinerent: nec diaconatus vel preſbyteratus ordinem ſuſcipere antea ſubdiaconi, vel minores clerici poterant, quam triennium huic cuſtodiæ impendiſſent, ut ex Damaſo & concilio Romano ſub Silveſtro dicebam. Quinimo Epaunenſe concilium ſub Gelaſio, ſanctorum reliquias in oratoriis villaribus recondi vetuit. *Ni forſan*, ait, *clericos cujuſcumque parochiæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famulentur.*

Onufrius Panvinius de cœmeteriis cap. 11.
Conc. Meldenſ. can. 39.
D Aug. epi. 137.
D. Chryſ ſer. 35. de virtutibus, & vitiis & in ſerm. de ſancto Barlaam: & homil. 66 ad populum Antioc.
D. Aug lib. 1. retractationum c. 131. & lib. 22. de civitate Dei.
Theodoret lib. 8. de Græcarum affectionum curat. ad finem.
Aug. lib. 22. de civitate Dei c. 8.
Theodoret. lib. 6. de Græcarum affect. curatione.

In his martyrum cœmeteriis, ſeu eccleſiis Romani pontifices ſtationes, & omnes actus publicos pontificales celebrabant; epiſcopi peragebant divina myſteria, vigilias decantabant; baptiſmum, ordines & omnia ſacramenta adminiſtrabant, verbum Dei concionabantur, late & docte probat Onufrius Panvinius. Ad hæc ſepulchra martyrum energumenos, ſeu dæmoniacos afferri, ut eorum interceſſione liberarentur, teſtantur concilii Meldenſis patres, & Auguſtinus: Chryſoſtomus vero affirmat, quod ſicut virtus erat in veſte Pauli, & umbra Petri ad ſanandum ægrotos; ita in ſanctorum cineribus, ad expellendos dæmones. De aliis valetudinariis id ipſum refert divus Auguſtinus. Cœcum enim quemdam illuminatum fuiſſe contactu corporum ſanctorum martyrum ſcribit, & Lucillum præterea quemdam dolore & apoſtemate fiſtulæ, cujus deſperata curatio erat, ſanatum fuiſſe contactu reliquiarum ſancti Stephani protomartyris. Theodoretus. *Pie vero*, ait, *fideliterque precatos ea maxime conſequi quæ deſiderant, teſtantur illa quæ votorum rei dona perſolvunt, manifeſta nimirum adepta ſanitatis indicia. Nam alii quidem oculorum, alii vero pedum, alii porro manuum ſimulacra ſuſpendunt, ex argento aurove confecta. Gratiſſime namque accipit eorum dominus qualiacumque ſunt dona, nec exigua, nec vilia dedignatur, quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hæc itaque omnium ſpectacula exporrecta, teſtantur morborum depulſionem, cujus ipſa certiſſima ſigna ſunt, a ſanitatem conſequutis allata: hæc inquam ſepultorum ibi martyrum, quæ ſit virtus oſtendunt, & ipſorum martyrum virtus, quem ipſi coluerant Deum, verum eſſe Deum declarat, &c.* Hæc autem miracula ut digna poſteritatis memoria literis conſignare ſolebant, & deinde in eccleſia populo recitare, ad colendam gratam & ſanctam Dei beneficiorum & ſervorum ejus memoriam, Auguſtino teſte. Nec leve illud martyrum privilegium erat, quod Theodoretus refert: Nomina videlicet eorum, qui pro Chriſto glorioſam mortem capeſſerent, etiamſi humiles, abjecti & ex media fæce plebis deſumpti eſſent, nobiliora, illuſtriora & celebratiora effici, quam principum, Regum & imperatorum,

imperatorum; illorumque nominibus multo magis quam horum sibi impositis delectari Christianos, velut certis pusque argumentis persuasos, una cum nominibus, virtutibus etiam martyrum & divina illorum intercessione protegi, defendi, & a multis periculis liberari. Nec ea pietas, ecclesiæ approbatione & conciliorum decretis destituta est, cum concilium Nicænum stricte præceperit martyrum & sanctorum nomina, non ethnicorum Christianis indi debere. Quare qui Herculis, Hectoris, Achillis, & similibus ethnicorum nominibus Christianos nuncupari debere scripserunt, videant an concilii Nicæni decretis adversentur. D. Chrysostomus, angelos circumcursitare martyrum templa, tradit; & ideo etiam supplicationes fieri sua ætate a toto populo Constantinopolitano, ad templum sanctorum martyrum scribit. Extra civitatem juramenta solennia super eorum reliquias fieri testantur D. Augustinus, & Gregorius. Ac tandem ut perpetua esset eorum memoria, vita illorum literis mandabatur a notariis, qui huic studio diligentem navabant operam. Septem diaconos constituisse per septem regiones, ut septem notariis imminerent, & res gestas martyrum in integrum colligerent, Fabiano papæ tribuit Damasus; sed ante Fabianum gesta martyrum a notariis exquisivisse & in ecclesia recondidisse Anterum, idem Damasus notavit: & hunc fuisse auctorem primum scribendi res gestas martyrum Platina affirmat; dicens id factum esse propter quemdam Maximum, qui martyrio coronatus est, ne una cum vita bene agentium memoria aboleretur. Sed minori videtur id diligentia Platina adnotasse, cum Damasus non pronuntiet illum primum fuisse, sed a notariis solum gesta martyrum exquisivisse, & recondidisse in ecclesia; ex quo consequi videtur, eam curam notarios ante illud tempus habuisse: & quia Anterum PP. ob id martyrem effectum a quodam Maximo præfecto idem Damasus perhibet: non factus ergo martyr Maximus, sed martyrem Maximus fecit Anterum; quod facta martyrum perpetua vellet memoria conservari. Tyranni enim impp. invidentes gloriæ martyrum, ut eorum memoria aboleretur, inhibuerunt sæpe, ne res ab illis gestæ literis mandarentur. Ante Fabianum & Anterum notarios huic negotio septem præposuisse Clementem Romanum, idem Damasus est auctor. *Hic*, inquit, *fecit VII. regiones dividi fidelibus ecclesiæ, qui gesta martyrum, solicite & curiose unusquisque per regionem suam perquireret.* Tametsi enim civitatem Romanam in quatuordecim fuisse regiones distributam tradant Sextus Rufus, Publius Victor, & Cornelius Tacitus: compendii tamen causa in septem regiones a pontificibus illa dispertita est, & harum singulis singulos diaconos (quos ob id regionarios vocabant) præfecerunt. Quot vero diaconi: tot subdiaconi; & quot subdiaconi, tot notarii, designabantur. Hos autem illis fuisse subjectos, scribit Damasus. *Hic regiones*, ait, *divisit diaconibus, & fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, qui gesta martyrum in integrum colligerent.* Paulinus etiam D. Ambrosii notarius & qui vitam ejus conscripsit, ait se fuisse sub cura Taciti diaconi, ad quem cuncta acta referret. Neque Romanam tantum ecclesiam eam curam sustinuisse constat, sed & omnes reliquarum provinciarum, quod ab omnibus eam suscipiendam Fabianus PP. mandarit. Quare eum morem percrebuisse in Hispania Prudentius & D. Isidorus significant, dum in martyrio sancti Emeterii & Celedonii præceptum fuisse aiunt a Maximo & Asterio, ne Christiani scriptis suos martyres celebrarent, conquisitaque fuisse omnia, ut igni traderentur: nec potuit aliter ipse Prudentius tot sanctorum martyrum qui eum multis annis ætate præcesserant, acta conscribere, nisi vetusta illi horum notariorum exemplaria opem suppeditassent. In Africa eamdem operam his colligendis dedisse Afros patres indicat divus Cyprianus, monens presbyteros & diaconos, ut dies quibus martyres tormentis fuissent affecti, adnotarent. Quod & ante Cyprianum in usu Africanæ ecclesiæ fuisse Pontius scribit illius diaconus. *Majores nostri*, inquit, *plebeis & catechumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederunt, ut de passionibus eorum multa aut prope dixerim pene cuncta conscripserint: Ut ad nostram quoque notitiam qui nondum nati fuimus, pervenirent.* His ergo honoribus non afficiendũ eũ qui in idolis frangendis occupatus fuerit occisus concilio placuit, ne nimia primum audacia projecti, neve inanis gloriæ cupidi (ut de Circumcellionibus ait Augustinus) ornamenta horum bonorũ martyrum aucupantes, se martyrio confidenter offerrent: postea vero tormentis cederent levissime: neve tandem forti & intrepido animo ad idola confringenda prosilirent reliqui nimis imprudenter; eaq; ratione a Gentilibus eos furentibus necarentur.

[Margin: ...onc. Nicænum ...n. 29. apud Alfonsum Pisanum ... 3. de actis ...onc. Nicæni. ... Chrys. homil. ... de sermo. as...nsion. domini.]

[Margin: ... Aug. d. epist. 7. ... Greg. in epist. Castorium ...tarium lib. 7. ...dict. 2.]

[Margin: ...atina in An...o.]

[Margin: ...amasus in vita ...lementis.]

[Margin: ...amasus in vita ...abiani. ...aulinus in vita ... Ambrosii.]

[Margin: ...abianus PP. in ...ist. decret. ...rudentius in ...ta S. Emeterii ... D. Isidorus in ...o missali Mo...arabum.]

[Margin: ... Cypr. in episc. ...7. ad presbyt. & ...aconos Carth.]

[Margin: ...ontius diacon. ... vita Cypriani.]

A Si autem suo tempore & loco pie & fructuose evertendis idolis operam collocarent, nemo sanæ mentis negaverit eos & eximiam laudem & martyrii titulum mereri, qui vitam pro religione & religionis auctore Christo profudissent. Quod & multis sanctorum exemplis possumus demonstrare. In primis enim concil. Nicænum II ex Leontio episcopo Neapoleos Cypri, libro quinto apologiæ pro Christianis contra Iudæos hæc refert. *Me vero*, inquit, *cum videris Christi, aut ejus inculpatæ matris, aut alterius justi imaginem salutantem, confestim indignaris, blasphemias fundis, resilis, & idololatras non vocas. Mirum te extra verecundiam, neque horrere, neque tremere, neque erubescere, cum videas me per orbem terrarum idolorum fana destruentem, martyrum vero templa ædificantem. Iam si constat me idola adorare, quid causæ est,*
B *quamobrem martyres qui idola destruxerunt, veneror ut deos, & glorifico? quo pacto ipsos martyres, qui statuas ligneas confregerunt, honore prosequor? si ligna, ut deos glorifico, quomodo veneror & adoro martyres, & apostolos, qui lapideas effigies perdiderunt?* De Circumcellionibus D. Augustinus prodit, & Philastrius: quod cum vanissimi essent, & furore pleni, affectarentque gloriam martyrum, ut illam assequerentur, solebant ipsi festa paganorum cum illis celebrare, templa ingredi, & ibi idola frangere, non quidem ut frangerent idola, sed ut idola frangentes occiderentur a paganis, & sic inter martyres referrentur: quod facere non tentassent, si vidissent eversores idolorum a numero martyrum excludi. Et fortasse hac etiam ratione qui idola confringebant, hic a concilio in numerum martyrum non esse adscribendos decernitur; quia inter Hispanos & Afros multa tunc erant communia. *Illa autem*, inquit Augustinus, *retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad æternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre:*
C *sic amantes homicidia, ut in seipsis ea perficiant, quando in aliis perpetrare non possunt. Sicut enim caritas laborat ecclesiæ eos ab illa perditione liberare; sic eorum laborat furor, aut nos occidere, ut suæ crudelitatis pascant libidinem, aut etiam seipsos, ne perdidisse videantur occidendorum hominum potestatem. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putant eos modo seipsos occidere, quando ab eorum insanissima dominatione per occasionem legum istarum, quæ pro unitate sunt constitutæ tanti populi liberantur; qui autem sciunt, & ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores: maxime quando adhuc cultus fuerat idolorum ad paganorum celeberrimas solennitates, ingentia turbarum agmina veniebant, non ut idola frangerent, sed ut interficerentur a cultoribus idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere vellent, si quid eis accidisset, possent habere qualemcumque umbram nominis martyrum; sed ad hoc*
D *solum veniebant, ut integris idolis ipsi perimerentur. Nam singuli quique valentissimi juvenes cultores idolorum, quis quod occideret, ipsis idolis vovere consueverant: quidam etiam se trucidandos armatis viatoribus ingerebant, percussuros eos se nisi ab eis perimerentur, terribiliter comminantes: nonnumquam & a judicibus transeuntibus extorquebant violenter, ut a carnificibus, vel ab officio ferirentur. Unde quidam illos sic illusisse perhibetur, ut eos tanquam percutiendos ligari, & dimitti juberet, atque ita eorum impetum incruentus & illæsus evaderet: jam vero per abrupta & præcipitia, per aquas, & flammas occidere seipsos, quotidianus illis lusus fuit.* Huc facit historia, quam de beato Cyrillo & diacono & martyre conscripsit Theodoretus. *Scelus autem*, inquit, *ab illis in Phœnicia patratum, quis est, quæso, qui sine lacrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est urbs Libano finitima, execrabiles isti Gentiles recordati facinoris Cyrilli diaconi, qui repugnante Constantino, divino quodam zelo accen-*
E *sus, multa simulacra, quæ in ea urbe celebrantur, confregerat; non modo eum interfecerunt, verum etiam dissecto ventre jecur ejus degustare non sunt veriti. Verum, Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant: sed debitas sui maleficii pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad unum excidebant: deinde linguas perdiderunt, quæ putredine tabefactæ ex ore effluebant: postremo oculis orbati sunt: quorum calamitatibus veræ pietatis vis clare prædicata est.* Favet his martyrium venerandi senis & episcopi Marci Arethusii, de quo Sozomenus scribit. *Porro autem Arethusii Marcum suum episcopum, jam admodum senem, canicie & vita peracta venerandum miserabiliter occiderunt. quippe contra eum jam pridem odium conceperant: tum quod Gentiles ejus impulsu multo alacrius, quam suasu imperatoris Constantii se ad fidem Christi transtulerant: tum quod delubrum apud ipsos longe augustissimum magnificentissimeque structum, ab illo detur-*

[Margin: Nicæni conc. 2. actio. 4.]

[Margin: D. Aug. ep. 50. & Philast. de Circumcel.]

[Margin: D. Aug. in epist. 50. ad Bonifac. comitem.]

[Margin: Theodoret. lib. 3 cap. 6.]

[Margin: Sozomenus lib. 5 eccles. hist. c. 9.]

batum fuerat. Vbi vero imperium Iuliano delatum est, videns populum in se concitatum, simulque imperatoris edicto vel ut pecuniæ summam, quæ satis æstimaretur ad delubrum de integro extruendum persolveret, vel ipse idem denuo ædificaret, condemnatum, animoque complexus neutrum a se posse fieri, atque præsertim posterius; quod ne Christiano quidem fas erat, nedum episcopo, primo tempore fuga suæ vitæ consuluit. Verum ut intellexit multos propter se in discrimen venire, tum distractionem membrorum, tum judicia, tum tormenta cum his conjuncta subeundi, rediit Arethusam, & sua sponte se populo tradidit, ut quod libitum erat in ipsum ederent. Illi autem ob idem ipsum factum, quod ut homine vere pio & sapiente dignum laudare debuerant, ab eo se contemni arbitrati; omnes gregatim in eum irruere, raptare par plateas, trudere, vellere, singuli denique membra promiscue ferire cœperunt; in hoc facinus non viri solum, sed mulieres etiam, & alii omnes cujuscumque essent ætatis studio alacri, & ira quoque incensi, acriter incumbebant, adeo ut etiam aures ejus tenuibus quibusdam funiculis avellerent. Pueri præterea, qui scholas frequentabant, factum hoc pro ludo habere. Quin etiam cum in sublime elatum, instar globi inter se volvere, ultro citroque tum ab se projicere, tum denuo excipere stylis, quibus eum acerbe & crudeliter pupugerunt. Vbi vero corpus vulneribus ubique deformatum erat, & ipse nihilominus adhuc spiritum ducebat, illum melle & liquamine ungunt, imponunt in sportulam, quæ tota ex juncis contexta erat, in sublimi denique suspendunt. Quo quidem tempore etiam vespæ & apes ad eum advolarent, carnemque ejus exederent, ferunt eum Arethusiis dixisse, se in sublime positum esse, videreque eos infra humi repentes: quare ea quæ tum sibi, tum eis post eventura essent, præsignificasse dicunt. Traditum est præterea, eum qui tum illius loci præfectus erat virum, licet superstitioni Gentilium in primis deditum, moribus tamen alioqui adeo præstabilem, ut etiam adhuc celebris fama de eo percrebresceret, Marci constantiam & patientiam admiratum, libere imperatorem, tum admonuisse, tum incusasse, propterea quod ipsis ab uno sene qui tot & tam gravibus tormentis adeo magno ac forti animo se opposuerat devictis, turpis merito nota inureretur dedecoris, & tum ipsi omnibus ridiculi, tum illi contra quos ejusmodi facinora ediderant, illustres & gloriosi viderentur. Itaque beatus ille Marcus, tam generosa mente Arethusiorum furori & multiplicibus tormentis, ab illis sibi inflictis restitit, ut etiam sit ab ipsis Gentilibus magnam laudem consecutus. His accedit martyrium sanctæ Eulaliæ Emeritensis, de qua Prudentius hæc in ejus laudem canit, post alia.

Prudentius in Peristepha. hymno in laudem sanctæ Eulaliæ.

Martyr ad ista nihil, sed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa jacit, simulacra dehinc
Dissipat, impositamque molam
Turibulis pede prosubigit,
Nec mora carnificis gemini
Iuncea pectora dilacerant
Et latus ungula virgineum
Pulsat utrinque, & ad ossa secat,
Eulalia numerante notas.

Sozomen. lib. 5. cap. 10.
D. Gregor. lib. 2. dial. & hist. Cas. lib. 1. c. 1.
Bonfin. lib. 5. decad. 1.
Egnat. li. 3. cap. 7.
Krant. lib 4. Metrop. c. 8.
Helmol. in chro. Sclavonum.
D. Isidorus in Breviario Goth.
Sozomenus lib. 5. historiæ ecclesiast. cap. 10.

Et ut plura alia breviori compendio repetamus, his sunt adjungenda quæ de Macedonio, Theodulo & Tatiano refert Sozomenus: de beato Benedicto Gregorius magnus: de sancto Martyrio Bonfinius: de beato Vigilio Tridentino Egnatius: de Vvolfredo Anglo Krantius: de beato Geroldo Aldeburgensi episcopo Helmoldus: de Vnvuamo Hamburgensi antistite Krantius: de Iusta & Ruffina confringentibus idolum Veneris & ob id martyrio affectis, D. Isidorus. Quibus consonat quod de Eupsychio ex Patriciis Cæsareæ Cappadociæ oriundo Sozomenus adfert: præ fidei enim studio, cum Fortunæ templum evertisset, in carcerem detrusus, præclaro dato & virtutis & pietatis testimonio, securi percussus coronatus est.

Hac autem diruendorum idolorum licentia, & principes, & subditi uti debent, non abuti: quorum potestatem tribus his pietatis, & prudentiæ regulis vellem circumscribi. Prima, ut in provinciis catholica fide, & religione jam imbutis, nulla patiantur antiquæ idololatriæ, vel superstitionis vestigia. Quod, ut omittamus veteris legis præcepta, recentioribus conciliorum decretis graviter & severe id interdicentibus confirmabo. *Admonere placuit fideles*, docet concilium nostrum, *ut quantum possint, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant.* Toletanum XII. eamdem regulam præscripsit principibus. Sed iterata graviori sanctione repetitum est in concilio Toletano XVI. his verbis. *Manifestissime liquet, quod hostis humani generis, ut apostolus narrat, per mundum rugiens currat, quærens quem devoret: nam di-*

Conc. Illiberitanum can. 40.
Conc. Toletanum 12. can. 11.
Conc. Tolet. 16. can. 2.
1. Pet. 5.

verso tergiversationis suæ astu, quam plurimos insipientium decipiens, suis eos decipulis irretire non cessat: & cum dominus præcipiat: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum; & reliqua. Et iterum. *Non facietis vobis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum. Rursumque: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies: illi diversis suadelis decepti, cultores idolorum efficiuntur, veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium, vel arborum, auguratores quoque, seu præcantores, multaque alia, quæ longum est narrare. Et quia ille nec conditor eorum est, nec dominus, ac redemptor; summopere rectoribus ecclesiarum Dei convenit studere, ut quos maligna persuasione per diversa sacrilegia sibi hostis idem subjecerat, de ejus jure tollentes, suo eos restituant creatori. De quibus videlicet sacrilegiis extirpandis, quoniam multimoda sanctorum patrum in diversis conciliis clarent edicta, vigilanti sensuum indagatione perlustravimus, ac discreto gravitatis pondere, horum instituta perpendimus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum consensu, ac ferventissimo jussu religiosissimi domini nostri Egicani regis, instituentes decernimus, ut omnes episcopi, seu presbyteri, vel hi qui judicandis causarum negociis præsunt, solerti cura invigilent, & in cujuscumque loco præmissa sacrilegia, vel qualibet alia, quæ divina lege prohibentur, vel sanctorum patrum cohibent instituta, venerantes quoque, aut facientes repererint, cujuscunque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum sententiarum seriem, emendare, & extirpare non differant: & insuper ea, quæ in eodem loco sacrilegio oblata fuerint, in convicinis ecclesiis coram ipsis, qui hoc voto sacrilego dedicanda crediderant, habenda perpetim auferantur. Quod si forsitan episcopus, aut presbyter, seu etiam judex, ad quem locus ille pertinuerit, manifestissimum, ac probatissimum cujuspiam sacrilegii facinus præ noscens, hoc ardenti voto emendare neglexerit, loci sui dignitate privatus, anni unius spatio erit sub pœnitentia constitutus, loco suo in postmodum rediturus: scilicet, ut in eodem tempore, quo ille a loci sui propulsus fuerit officio, specialiter a principe eligatur, qui timore domini plenus & ut Phinees, speciali zelo accensus, cum judicibus sibimet, ut diximus, injunctis, & sacrilegium, quod invenerint, omnimode extirpent, & ab omni populo iram Dei arceant. Si qui vero pro talium defensione obstiterint sacerdotibus, aut judicibus, ut ea nec emendent, ut debent, nec extirpent, ut condecet; & non potius cum eis exquisitores, ultores, seu extirpatores tanti criminis extiterint, sint anathema in conspectu individuæ trinitatis: & insuper, si nobilis persona fuerit, auri libras tres sacratissimo fisco exsolvat: si inferior, centenis verberibus flagellabitur, ac turpiter decalvabitur, & medietas rerum suarum fisci viribus applicabitur.* Et his satis consentanea sunt quæ Nannetensis concilii patres ediderunt. *Summo*, aiunt, *decertare debent studio episcopi, & eorum ministri, ut arbores dæmonibus consecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet; ut nec ramum, vel surculum inde audeat amputare, radicitus excindantur, atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinosis locis, & silvestribus, dæmonum ludificationibus decepti, venerantur, ubi & vota fovent, & deferunt, funditus effodiantur, atque in tali loco projiciantur, ubi nunquam a cultoribus suis venerari possint. Et omnibus adnuntietur, quantum scelus sit idololatria, & qui hæc veneratur, & colit, quasi Deum suum negat, & Christianitati abrenuntiat, & talem pœnitentiam inde debet suscipere, quasi idola adorasset, omnibusque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro salute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad ecclesiam domino Deo suo. Scriptum est enim: vovete & reddite domino Deo vestro. Novimus siquidem, quanta dominus antiquo populo per prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacrificabant, & in excelsis immolabant. Si quis hoc transgressus fuerit, fidem perdidit, & est infideli deterior: & idcirco omnimodo a sanctæ ecclesiæ consortio abscindatur, & non, nisi digne pœnituerit, recipiatur.*

Exod. 20.
Levit. 26.
Deut. 6.
Iosue 22.
Conc. Nannetense can. ultimo.
Vovent.
Psalm. 75.

Hæc in his provinciis observanda, quæ religionis Christianæ semina semel susceperint.

In Paganorum autem provinciis regulam alteram, & nostra, & posteritatis observatione dignam, Augustinus docet, illorum videlicet, idola prosternenda non esse, antequam illi ditioni nostræ subdantur. *Verbis*, inquit, *ipsorum ne credatis, nec timeatis, hostes nos dicunt idolorum suorum. Sic præstet Deus, & det omnia in potestate, quomodo dedit quod fractum est. Hoc enim dicimus caritati vestræ, ne faciatis ista, quando in potestate vestra non est, ut faciatis illud. Pravorum hominum est, furiosorum Circumcellionum, & ubi potentiam non habent,*

August. serm. 6. de verbis domini.

sævire

sævire, & velle mori. Properant sine causa. Audistis quæ vobis legimus; omnes qui nuper in mapalibus affusi sunt: cum data vobis fuerit terra in potestatem (prius ait, in potestatem, & sic dixit, quæ facienda sunt) Aras, inquit, *eorum destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis potestatem, hoc facite. Ubi nobis non est data potestas, non facimus; ubi data est, non prætermittimus.* [Deut. 7. & 12.]

Sed nec continuo cum paganorum provinciæ nostræ potestati subduntur, statim idola illorum confringere licebit, sed maturo prius pietatis, & prudentiæ consilio adhibito. Quod idem Augustinus observavit, dum post illa subjunxit. *Multi pagani habent istas abominationes in fundis suis; nunquid accedimus, & confringimus? Prius enim agimus, ut idola in eorum cordibus confringamus. Quando Christiani, & ipsi facti fuerint, aut invitant nos ad tam bonum opus, aut præveniunt nos. Modo orandum est pro illis, non irascendum illis.* Et post alia. *Quia ergo terrere eos voluit Deus, putant nos ubicumque quærere idola: quæ cum invenerimus, in omnibus locis frangere. Quare? non ante nos sunt loca, in quibus sunt? Aut vero ignoramus ubi sint ista? & tamen non facimus, quia non dedit in potestatem? quando Christianus erit, cujus res est modo, factum voluit cujus res est. Si nollet ipsum locum dare ecclesiæ, & tamen juberet in re sua non esse idola: puto quia debuit summa devotione fieri a Christianis, ut adjuvaretur absens Christiana anima quæ in terra vult Deo gratias agere: non vult ibi aliquid esse in contumelia Dei. Huc accedit, quia ecclesia dedit ipsa loca. Et in re ecclesiæ idola futura erant? Fratres, ecce quid displicet paganis. Parum est illis, quia de villis ipsorum non illa tollimus, non illa frangimus, & in nostris volunt ea servari. Contra idola prædicamus, de cordibus illa tollimus, sumus persecutores idolorum. Profitemur. Nunquid servatores? non facio, ubi non possum: non facio, ubi conqueritur dominus rei. Ubi autem vult fieri, & gratias agit: reus ero, si non fecero.* Hæc Augustinus. Quæ similia aut eadem fere sunt cum his quæ episcopi nostri hoc concilio ante decreverunt, dum idola ex ædibus privatorum, & tolli, & everti voluerunt, ni vim servorum extimescerent, hoc est ni probabiliter conjicerent, commodam legis nostræ propagationem impediri, vel servorum ethnicorum animos, hac acerbitate ad majorem in nostros crudelitatem excitari. *Admonere,* ait, *placuit fideles, ut quantum possint prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt servorum, vel se ipsos puros conservent.* Hoc enim casu abstinendum ab eversione idolorum voluerunt. Quod Constantino magno semper placuisse, retuli paulo superius, consilio (ut opinor) magni Osii episcopi Cordubensis, a cujus sententia, nec in minimis solebat Constantinus discedere. [Conc. 40. hujus conc.]

Posterior præscriptio, & regula est: ut quoties ad sacrificandum idolis, nos metu pagani, vel vi adigant, quoties fraude, vel quo alio malo consilio impellant, ea constanti & heroica virtute disturbemus, prosternamus, conculcemus: cum nefariam vim, vi sancta liceat propulsare: etiam in ipsis eorum territoriis, in media populi luce, etiam si in nostra potestate provinciæ illorum non sint; etiam si corda illorum ad credendum dura, & ferrea sint; etiam si patrimonii, si honoris, si sanguinis, si vitæ periculum præsens sit. Gloriosum & felix mortis genus, quo æternæ vitæ præmium tanta securitate comparatur. His enim de causis, vel una illarum commoti fuere, quotquot idolorum simulacra disturbantes; honore & corona martyrum decorati sunt. In quorum numerum potiori jure sunt referendi, qui afflante divino spiritu eadem labefactantes occiduntur: sed caute pervidendum, num spiritus ex Deo sit.

Illud autem Christianos veteres in demoliendis Gentium idolis mire observasse, animadverto; ut eruta, vel sublata, non usui privato, sed publico deputarent; ne potius avaritiæ, quam zelo Christiano, ea direptio agentibus tribueretur. D. Augustinus ad Publicolam. *Et cum templa,* inquit, *idola, luci, & si quid hujusmodi, data potestate evertuntur, quamvis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari, ideo tamen in usus nostros privatos dumtaxat, & proprios non debemus aliquid usurpare: ut appareat nos pietate ista destruere, non avaritia. Cum vero in usus communes, non proprios ac privatos, vel in honorem Dei veri convertuntur, hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis, vel impiis in veram religionem mutantur.* Theodosium imperatorem Alexandriæ Gentium delubra Theophili episcopi consilio disturbantem, ornamenta omnia templorum in usum pauperum convertisse, a Socrate memoriæ proditum est. [August. epist. ad Publicolam.] [Socrates lib. 5. histor. eccles. cap. 16.]

A Placet in numerum non recipi martyrum.

Olim episcopi adscribebant martyres cælestium numero: quod justis de causis, soli Romano pontifici reservatum est. Cap. XLIIX.

EPISCOPI ergo olim, & concilia provincialia declarandi martyres, & cælestium numero adscribendi habebant potestatem. Quod significat etiam D. Cyprianus, monens presbyteros & diaconos, ut eum certiorem faciant, cum quis e vita discederet tormentis affectus, ut ejus memoriam inter martyres celebrare posset. *Denique & dies eorum,* inquit, *quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus, & devotissimus frater noster, pro cetera sollicitudine, & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis impertit: qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit, & scribat, ac significet mihi, dies quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt, & celebrentur hic a nobis oblationes, & sacrificia, & commemorationes eorum, quæ cito vobiscum, domino protegente, celebrabimus.* Optatus quoque Milevitanus adversus Parmenianum, cum de Lucilla potenti, & factiosa fœmina loqueretur, sic ait. *Cum correptionem archidiaconi Cæciliani ferre non posset, quæ ante spiritalem cibum, & potum os nescio cujus martyris, si tamen martyris, libare dicebatur, & cum præponeret calici salutari os nescio cujus hominis mortui, & si martyris; sed necdum vindicati, correpta, cum confusione, irata discessit.* Quibus videtur Optatus ostendere, nefas fuisse venerari ejus martyris reliquias, qui vel sacri senatus consulto, vel alicujus saltim episcopi judicio & auctoritate nondum esset vindicatus, hoc est, probatus & receptus: vindicare enim verbum in hoc sensu veteres usurpasse, testis mihi est Tertullianus. *Sed nobis Dei sunt, inquitis, & quomodo vos e contrario impii, sacrilegi, & irreligiosi erga deos deprehendimini, qui quos præsumitis esse, negligitis; quos timetis, destruitis; quos etiam vindicatis, illuditis.* Et alibi, loquens de his qui pretio idololatrandi periculum redemerant. *Potes itaque te martyrem vindicare, constanter ostendisse Christum. Redimens, non ostendis? Apud unum si forte confessus es, ergo & apud plures nolendo confiteri, negasti.* Episcopos igitur hanc olim facultatem habuisse, Augustinus Cypriano consentit, dicens: quod Secundus Tigisitanus episcopus in Numidia scripsit ad Mensurium episcopum Carthaginensem, de his qui in ea provincia tunc felici fuissent affecti martyrio, eo quod sacros codices, juxta Diocletiani edictum tradere noluissent; quos omnes martyrum honore dignos, & ille rescripsit. Alios vero indignos censuisse eumdem Mensurium, ipsemet Augustinus narrat. Ex concilio Agrippinensi simile quid citat D. Ivo. *De ecclesiis,* ait, *seu sanctu noviter inventis, sine auctoritate inventoris, nisi episcopo probante, in eius territorio minime venerentur; salva etiam de hoc & de omnibus ecclesiis canonica auctoritate.* Postea vero ad tuendam rei dignitatem, & devitanda incommoda & pericula multa, quæ ex communi hac licentia redundabant, Romano pontifici merito reservatam esse constitutione Alexandri, & Innocentii III. receptum jam videmus.

[D. Cypr. epist. 37.] [Optatus Milevitanus lib. 1. adversus Parmenianum.] [*Quid sit vindicare martyres apud Tertullianum, & Optatum.*] [Tertullianus in apologetico adversus Gentes. c. 13.] [Et in libro de fuga ad Fabiū c. 14.] [Augustinus in breviculo collat. 3. diei c. 13. Idem August. loco prædicto c. eodem.] [Ivo ex concilio Agrippinensi 3. parte decretor. cap. 54.] [Alexander, & Innocentius in c. 1. & 2. de reliq. & venera. sanct.]

Canon LXI. Vulgatus.

De his, qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit; & ipsa sit fidelis, quinquennio a communione placuit abstinere: nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

Canon LXI. *Emendatus.*

De his, qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit; & ipsa fuerit fidelis, quinquennio a communione placuit abstineri: nisi forte dari pacem velocius necessitas coegerit infirmitatis.

HUNC canonem retulit Rabanus in libro pœnitentium cap. 2.

Vxore mortua, non licere cum ejus sorore matrimonium contrahere. Cap. XLIX.

A

PRIMVM (ut opinor) ecclesiæ decretum literis consignatum, quo constitutum est, matrimonium affinitate impediri, hoc Hispanorum episcoporum editur, antiquo Romanorum jure abrogato, quo licebat cum defunctæ uxoris sorore matrimoniũ contrahere. Cæcilius Metellus uxore defuncta, illius sororem desponsam tulit. Crassum defuncti fratris uxorem duxisse prodit Plutarchus: Pudentillam tabulas nuptiales fecisse cum viri mortui fratre, Apuleius. Congruit autem cum antiquo legis Mosaicæ, in quo hæc matrimonia cum fratre, vel sorore præmortui interdicta sunt. Hoc autem lex illa a nostra differebat, quod uxor præmortui fratris sine filiis, necessario tenebatur, cum fratre prioris mariti, & ipse cum illa matrimonio conjungi, ni pœnam illa lege præscriptam subire vellet. Hoc autem in lege nostra non licet hujus concilii decreto & Altisiodorensis. *Non licet*, ait, *duas sorores, si una mortua fuerit, alteram in conjugium accipere.* Quod autem hic, & in concilio Altisiodorensi de viro statutum est, ne cum sorore uxoris etiam præmortuæ quis nuptias celebret, id a fœmina observandum, ne duobus fratribus nubat, concilium cavit Neocæsariense. *Mulier si duobus nupserit fratribus, abjiciatur usque in diem mortis, sed propter humanitatem in extremis suis, sacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto ad pœnitentiam admittatur.* Quem canonem sive prior frater vivat, sive jam e vivis excesserit (ut de uxoris sorore hic dicitur) intelligendum generalia ejus verba manifeste demonstrant. Quinimo de fratre præmortui eo magis intelligendum est, quod de vivi mariti fratre minor, aut nulla esse posset dubitatio. Vtrumque vetuit concilium Moguntinum I. *Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus nupserit, seu duabus sororibus nupserit; aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizare, & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed magna districtione feriri.* Concilium Aurelianense I. *Nec superstes frater torum defuncti fratris ascendat, nec se quisquam amissæ uxoris sorori audeat sociare: quod qui fecerint ecclesiastica districtione feriantur.* In eadem sunt sententia concilium Turonense II & Parisiense I. Quare cum Diodorus Tarsensis episcopus aliquando interrogatus, an liceret cum sorore uxoris præmortuæ matrimonio conjungi? & licere respondisset: severe & graviter reprehensus est a divo Basilio, illud adversus receptam, & antiquam ecclesiæ consuetudinem testante. Conciliorum decretis, & sanctorum patrum sententiis matrimonia hæc interdicentibus consentiunt catholicorum principum constitutiones. impp. enim Constantinus, & Constans Augusti, & Iulianus Cæsar ad Volusianum vicarium urbis sic rescripserunt. *Et si licitum veteres crediderint, nuptiis fratris solutis, ducere fratris uxorem: licitum etiam post mortem mulieris, aut divortium, contrahere cum ejusdem sorore conjugium; abstineant hujusmodi nuptiis universi, nec æstiment, posse legitimos liberos ex hoc consortio procreari, nam spurios esse convenit qui nascentur.* Vt incestuosos tali contubernio copulatos Honorius, & Theodosius AA. postea decreverunt. *Tanquam incestum*, aiunt, *commiserit, habeatur, qui post prioris conjugis amissionem, sororem ejus in matrimonium proprium crediderit sortiendam: pari ac simili ratione etiam si qua post interitum mariti in germani ejus nuptias crediderit aspirandum: illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc contubernio, nec filii legitimi habebuntur, nec in sacris patris erunt, nec paternam ut sui suscipient hæreditatem.* Cum autem hæc affinitatis impedimenta, non natura, sed positiva lege constent, ut ea stabilita sunt, eadem etiam, causa necessaria oborta, tolli poterunt. Quid enim est tam naturale? Rationem hujus impedimenti reddidit concilium Cabilonense, sub Carolo magno. *Sane*, inquit, *quæ in proprio viro, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum, regula custodienda est. Quia ergo constat eos duos esse in carne una, communis illis utrimque parentela esse credenda est; sicut scriptum est: Erunt duo in carne una.* Aliam docuit D. Ivo ad Lisiardum Suessionensium episcopum. *Quia per hanc*, inquit post alia, *licentiam fallente diabolo possent multa inhonesta, & incestuosa provenire conjugia, quæ cessant servata prohibitione legitima.* Idque non indissimili causa docuit D. Ambrosius. *Quid tam solenne*, ait, *quam osculum inter avunculum, & neptem, quod iste quasi filiæ debet, hæc quasi parenti? Hoc igitur inoffensæ pietatis osculum suspectum facies de talibus cogitando nuptiis, & religiosissimum sacramentum caris pignoribus eripies.* Contendebat enim Paternus, cui

Apuleius apolog. 2
Levit. 18. c.
Pœna exstat Deuter. cap. 25.
Conc. Altisiod. can. 30.
Conc. Neocæsariens. can. 2.
Conc. Moguntinum 1. can. 56.
Conc. Aurelian. 1. can. 10.
Conc. Turonense 2. can. 22.
Conc. Parisiense 1. can. 4.
D Basil. in epist. ad Diodorum.
Impp. Constantinus, & Const. in l. 2. C. Theodos. de incest. nuptiis.
Honorius, & Theodosius in edicto ad Antelianum pręf. prætorio in l. 2. & ultima de incest. nupt. in C. Theodosiano lib. 3. titulo. 12.
Conc. Cabilonense sub Carolo magno can. 29. [illegible] consanguinitate [illegible] 2.
D Ivo in epist. 248. ad Lisiardum, Suessionensium episcopum.
D. Ambr. epistola 66. ad Paternum.

B

C

D

E

rescribit Ambrosius, filio neptem ex filia copulare: quarum nuptiarum sterilitatem his verbis minatur. *Vnde oportet ab ea discedas intentione, quæ etiam si liceret tamen tuam familiam non propagaret, debet enim tibi filius noster nepotes, debet etiam neptis carissima pronepotes.*

Canon LXII. Vulgatus.

De auguribus, & pantomimis si convertantur.

Si augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab ecclesia.

Canon LXII. Emendatus.

De aurigis, & pantomimis si convertantur.

Si auriga, aut pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius ad eas non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab ecclesia.

De aurigis agi in hoc canone, non auguribus: & cur tam acri pœna aurigæ feriantur. Cap. L.

QVIS augures unquam cum pantomimis conjunxit? quis sacerdotum collegia, cum circo, vel theatro? quis divinandi, cum agitandi, vel repræsentandi peritis, nisi depravata editorum codicum exemplaria? Pro augure, auriga legendum est. Quod præter emendatiores codices MSS. ex conciliis Arelatensibus I. & II. liquet, in quibus omnes fere canones hujus concilii translati sunt. In primo Arelatensi. *De agitatoribus qui fideles sunt, placuit, eos quamdiu agitant, a communione separari.* In secundo. *Hæc de agitatoribus sive theatricis, qui fideles sunt, placuit, eos, quamdiu agunt, a communione separari.* Agitatores autem, & aurigas eosdem esse constat ex rescripto Valentiniani, Theodosii, & Arcadii impp. ad Albinum PP. *Quod si quisquam*, aiunt, *ex agitatoribus, id est, aurigis, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum.* Id etiam Isidorus probat, utriusque originem tradens. *Ars circi*, inquit, *auriga & currus, equites vel pedites. Auriga proprie dictus, quod currum agat, sive quod feriat junctos equos. Nam haurit, ferit dicimus, ut; Latus haurit apertum. Ipse est & agitator, id est, verberator, ab agendo dictus.* De aurigis præterea patres Hispanos hic una & pantomimis cogitasse, multo est probabilius, quam de auguribus: nam ars aurigarum, etsi in reliquis provinciis frequens, in Hispania fuit semper frequentissima, ob equorum Hispanicorum alacritatem, & celeritatem: quorum usus ad ludos circenses, non Hispania tantum, sed Roma sæpe requisivit. Aurelius enim Symmachus urbis Romæ præfectus in prætura filii, cum spectacula esset exhibiturus, ab Hispania, equos educi Romam curavit; & de ea cura plures illius epistolæ ad Messalam. *Instruenda*, inquit, *mihi, atque adornanda prætura est, ad cujus nos editionem magnitudinis tuæ processus animavit. Inceptum enim meum viribus fratris utetur. Quæso igitur, ut mecum religiose votiva officia partiaris, & familiaribus meis ad Hispaniæ longinqua pergentibus, ob equorum curulium coemptionem, suffragia promovendi conferre digneris.* Et alibi. *Amor mutuus*, inquit, *facit, ut tibi ex usu meo agenda delegem. Cum igitur filii mei prætoriæ instet editio, quam vir illustris comes, omnium virtutum genere sublimissimus, suis evectionibus juvare dignatus est, coemptioni equorum ex Hispania celeritas admovenda est. Quare quæso te, ut familiares meos ad Hispanias missos nulla tarditas demoretur, quos juvari tuis literis volo, ut illis merita tua Hispanorum mentibus impressa suffragio sint. Vale.* Aliæ etiam sunt ejusdem Symmachi, in quibus fit mentio curulium quadrigarum, sive equorum circensium Hispani sanguinis: de quibus etiam vendendis denegata, vel concessa licentia meminerunt impp. Valentinianus, Valens & Gratianus. Mirifice enim placebat in circo equorum Hispanorum alacritas & celeritas, adeo ut Capitolinus recenseat, Verum imperatorem, volucri equo prasino aureum simulacrum fecisse. Quare

Conc. Arelatens. 1. can. 5. & 6.
Conc. Arelatens. 2. can. 2.
Valent. Theodos. & Arcadius, imperat. ad Albinum PP. in l. 9. C. de malefic. & mathemat.
Isidorus lib. 18. etymol. cap. 30.
Symmachus epist. 81. lib. 7. & epist. 106.
Idem Symmachus lib. 9. epist. 12. 18. 19. 20. 21. 22. 23.
Imperatores, Valentinian. Valens & Gratianus, in l. 1. C. Theodosian. de equis curulib. libro 15.

Quare cum tanta esset de Hispanicorum celeritate concepta, vel opinio, vel existimatio, ut vento conceptos arbitrarentur, Plinio teste; eos ad circenses ludos & aurigarum certamina, & Roma, & provinciæ desiderarunt. Aurigarum autem officium ut a doctrina religionis nostræ alienum & plenum idololatriæ improbarunt vetustissimi ecclesiæ scriptores, Tertullianus, Augustinus & alii quos superius retulimus: sed hoc loco non omittendus Salvianus qui circensium horum ludorum acerrime est insectatus insaniam. *Fingamus enim quod respicere nos dominus noster velit etiam non merentes: videamus si potest. Ecce innumera Christianorum millia in spectaculis rerum turpium quotidie commorantur: potest ergo illos Deus respicere, qui tales sunt? potest ad eos respicere qui bacchantur in circis? qui mœchantur in theatris? an forte hoc volumus, & hoc dignum putamus, ut cum in circis nos & in theatris Deus videat, ea quæ nos aspicimus, aspiciat quoque ipse nobiscum; & turpitudines quas nos cernimus, cernat & ipse nobiscum? alterutrum enim fieri necesse est: quod si nos videre dignatur, consequens est, ut etiam illa ubi nos sumus, videat: aut si ab illis, quod non dubium est, avertit oculos, etiam a nobis qui illic sumus, pariter avertat. Et cum hæc ita sint; facimus hæc tamen, ac sine cessatione, quæ dixi. An forte in morem veterum paganorum; theatrorum & circorum Deum nos habere arbitramur? Faciebant enim hæc illi, quia has idolorum suorum delicias esse credebant: nos quomodo hæc facimus, qui odisse Deum nostrum hæc certi sumus.* Et cum aliquanto post Christiani qui hæc exercebant circensia, accurata se excusatione defenderent, non in deorum ethnicorum, sed Christi honorem, se illa exhibere affirmantes, quid visum eidem Salviano spectemus. *Christo*, ait, *o amentia monstruosa: Christo circenses offerimus & mimos: & tunc hoc maxime, cum ab eo aliquid boni capimus, cum prosperitatis aliquid ab eo attribuitur, aut victoria de hostibus a divinitate præstatur. Et quid aliud hac re facere videmur, quam si quis homini beneficium largienti injuriosus sit, aut blandientem convitiis cædat: aut osculantis vultum mucrone transfigat? Interrogo enim omnes potentes ac divites mundi hujus, cujus piaculi reus sit servus ille, qui probo ac bono domino malum cogitet, qui benemerenti convitium faciat, & pro libertate quam accipit, contumeliam reddat? absque dubio maximi criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non liceret. Hoc ergo etiam nos qui Christiani dicimur, facimus: irritamus in nos misericordem Deum impuritatibus nostris; propitiantem sordibus lædimus, blandientem injuriis verberamus. Christo; ergo, o amentia monstruosa! Christo circenses offerimus & mimos, Christo pro beneficiis suis, theatrorum obscœna reddimus; Christo ludicrorum turpissimorum hostias immolamus? &c.* Attendant hæc hi qui Christo & sanctis martyribus taurorum agitationem voventes maximum se obsequium & pietatis officium eisdem præstitisse putant. Sed quid Augustinus in pari causa doceat, audiamus. *Tunc*, inquit, *dignantur pro nobis sancti domino supplicare, cum aliquid in nobis de suis virtutibus recognoscunt.* Chrysostomus. *Habent enim & quidem maximam vim orationes sanctorum, sed tunc profecto, cum nos id ipsum per pœnitentiam postulamus.*

linio lib. 8. c. 2.

oc lib. 3. c.).

alvianus lib. 5. [providentia ei.

Aug. serm. 2. martyrib. Chrys in 1. ar. c. 16. homil. 42.

Aut pantomimi.

Qui fuerint pantomimi, & cur tam acris illis pœnitentia imponatur. Cap. LI.

PANTOMIMI dicebantur, qui molli & impudica saltatione, qui fracto corporis motu, indecentique gesticulatione ita res gestas repræsentabant, ut loqui manibus magis, quam agere viderentur. Cassiodorus. *Constituatur a vobis prasini pantomimus, quatenus sumptum quem pro spectaculo civitatis impendimus, electis contulisse videamur. Hanc partem musicæ disciplinæ mutam nominavere majores: scilicet quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua aut scripturæ textura possit agnosci.* Et idem alibi *Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, cum primum in scenam plausibus invitatus advenerit, assistunt consoni chori diversis organis eruditi: tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit, & per signa composita, quasi quibusdam literis edocet intuentis aspectum: in illaque leguntur apices rerum: & non scribendo facit quod scriptura declaravit: idem corpus Herculem designat & Venerem, fœminam præsentat & marem, regem facit & militem, senem reddit & juvenem: ut in uno credas esse multos tam varia imitatione discretos.* Hanc Tiberio imperatori suo tempore natam Suidas scribit, & eam adeo illi displicuisse refert Dio, ut Roma omnes pantomimos exegerit: quod & iterum Trajano factum commendat Plinius. Hi autem actus suos edebant in theatro: qua ratione theatrum vocat Tertullianus, privatum impudicitiæ consistorium, ubi mimorum & pantomimorum turpitudinem ad vivum expressit. *Similiter*, inquit, *impudicitiam omnem amoliri jubemur. Hoc igitur modo etiam a theatro separamur, quod est privatum consistorium impudicitiæ, ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia ejus de spurcitia plurimum concinnata est, quam Attellanus gesticulator, quam mimus etiam per mulieres repræsentat, sexum pudoris exterminans, ut facilius domi quam in scena erubescant: quam denique pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex esse possit. Ipsa etiam prostibula publicæ libidinis hostia in scena proferuntur plus miseræ, in præsentia fœminarum, quibus solis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, stipes, elogium; etiam quibus opus non est, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubescat senatus, erubescant ordines omnes. Ipsæ illæ pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem & populum expavescentibus semel anno erubescunt. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire, quæ loqui non licet? cum etiam scurrilitatem & omne vanum verbum judicatum a Deo sciamus? cur æque liceat videre, quæ facere flagitium est? Cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videntur hominem communicare? cum spiritui apparent aures & oculi, nec possit mundus præstari, cujus apparitores inquinantur. Habes igitur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitiæ.* Multo clarius aurigarum, & pantomimorum turpitudines reprehendit idem Tertullianus. *Quum igitur humana recordatio*, inquit, *etiam obstrepente gratia voluptatis, damnandos eos censeat, ademptis bonis dignitatum in quemdam scopulum famositatis: quanto magis divina justitia in ejusmodi artifices animadvertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot statuum, ut sacerdos coronatus, vel coloratus ut leno, quem curru rapiendum diabolus adversus Heliam exornavit? Placebit & ille, qui vultus suos novacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno & Isidi & Libero proximam facere, insuper contumeliis alaparum sic objicit, quasi de præcepto domini ludat? Docet scilicet diabolus verberandam maxillam patienter offerre. Sic & tragœdos cothurnis extulit; quia nemo potest adjicere cubitum unum ad staturam suam, mendacem facere vult Christum. Idem vero ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri; quanto magis imaginis suæ. Non amat falsum auctor veritatis; adulterium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem, sexus, ætates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adseverantem non probabit, qui omnem hypocrisim damnat. Ceterum cum in lege præscribit, maledictum esse qui muliebribus curatur: sane & ille artifex pugnorum impunitus.* Salvianus. *Talia*, inquit, *sunt, quæ fiunt in theatro, ut ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit: alia quippe crimina, singulas sibi ferme in nobis vindicant portiones, ut cogitationes sordida animos, ut impudici aspectus oculos, ut auditus improbi aures: ita ut cum ex his unum aliquid erraverit, reliqua possint carere peccatis: in theatris vero nihil eorum reatu vacat, quia & concupiscentiis animus, & auditu aures, & aspectu oculi polluuntur. Quæ quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare ea quispiam atque eloqui salvo pudore non valeat. Quis enim integro verecundiæ statu dicere queat, illas rerum turpium imitationes; illas vocum ac probrorum obscœnitates; illas motuum turpitudines; illas gestuum fœditates? quæ quanti sint criminis, vel hinc intelligi potest, quod religionem sui interdicunt.* Post subdens. *Alia quoque omnia mala agentes, polluunt videntes vel audientes, siquidem etsi blasphemum quemdam audias, sacrilegio non pollueris, quia mente dissentis: & si intervenias latrocinio, non inquinaris actu, quia abhorres animo; sola spectaculorum impuritates sunt, quæ unum admodum faciunt, & agentium, & aspicientium crimen. Nam dum spectantes hæc comprobant, ac libenter vident; omnes ea visu audituque agunt, ut vere in eos apostolicum illud peculiariter cadat, quia digni sunt morte, non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Itaque in illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs animo fornicatur: & qui forte ad spectaculum puri venerant, de theatro adulteri revertuntur. Non enim tunc tantummodo*

ssiodorus lib. ariar. epis 20.

m lib. 4. t. ultima.

Suidas verbo Athenodorus.
Dio lib. 57.
Plinius in panægyrico ad Trajan.
Tertul. in lib. de spectacul. ca. 17.
Idem Tertull. cap. 23. & 24. libro de spectac.
Matth. 6. Lucæ 12.
Exod. 20.
Salvianus lib. 5. de providentia.
Rom. 1.

tummodo quando redeunt, sed etiam quando veniunt, fornicantur: nam hoc ipso quod aliquis rem obscœnam cupit, dum ad immunda properat, immundus est: & cum hæc ita sint, qui talia agimus, negligi nos a divinitate causamur, relinqui nos a domino nostro dicimus, cum ipsi dominum relinquamus. Lactantius. *Quid de mimis loquar, corruptelarum præferentibus disciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt; & simulatis erudiunt ad vera? Quid juvenes aut virgines faciant, cum hæc & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique quid facere possint, & inflammantur libidine, quæ aspectu maxime concitatur, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfigurat; probantque illa dum rident; & adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula revertuntur: nec pueri modo quos præmaturis vitiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare jam non decet, in talem vitiorum semitam dilabuntur.* Et mox. *Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cujus nos voluptatis consuetudo deliniat, & a Deo & bonis operibus avertat: nam ludorum celebrationes deorum festa sunt; si quidem ob natales eorum vel templorum novorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributa sunt; ludi autem scenici Libero, circenses Neptuno: paulatim vero & ceteris diis idem honos tribui cœpit, singulique ludi numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sisinius Capito in libris spectaculorum docet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quæ religionis gratia convenitur, discessit a Dei cultu, & ad deos se contulit, quorum natales & festa celebravit.* Minutius Felix. *In scenis etiam non minor furor, turpitudo prolixior: nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monstrat: nunc enervis histrio, amorem dum fingit, infligit. Idem deos vestros induendo, stupra, suspiria, odia dedecorat.*

Lactant. lib. 6. divinar. instit. c.

Minutius Felix in Octavio ad finem.

Qua ratione beatus Chrysostomus, theatralem chorum malorum omnium fontem, scaturiginem ac fomitem appellat, theatra, pestilentiæ cathedram, incontinentiæ gymnasium, luxuriæ officinam, impudicitiæ orchestram, Babylonicam fornacem: & ideo theatrorum ingressum Christianis interdixit. Sic Epiphanius, Augustinus, Isidorus, Arnobius & alii. A quorum sententia non dissensit vetus ethnicorum providentia, cum prisci Massilienses, quorum disciplinam & gravitatem Græciæ, & cunctis Gentibus anteponere Cicero non dubitavit, antequam ad eorum aures Christi doctrina & religio pervenisset, mimis, quorum argumenta majori ex parte stuprorum continebant actus, nullum in scenam aditum dabant, ne ut eleganter a Valerio Maximo traditum est, talia spectandi consuetudo, etiam imitandi licentiam sumeret. Ob eam turpitudinem & genus idololatriæ quod in omnibus circi & theatri actibus solebat admitti: non solum fideles ab eis peragendis sub excommunicatione arcebantur, sed antequam fidem susciperent, eis se non adfuturos in baptismo promittebant, ut docet D. Clemens, & post illum Tertullianus. *Ne quis,* ait, *argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem convertar, ipsius signaculi nostri. Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profitemur, renunciasse nos diabolo & pompæ & angelis ejus ore nostro contestamur. Quid erit summum ac præcipuum, in quo diabolus & pompa, & angeli ejus censeantur, quam idololatria? Ex qua omnis immundus & nequam spiritus, ut ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur si ex idololatria universam spectaculorum paraturam constare constiterit, indubitate præjudicatum erit, etiam ad spectacula pertinere renunciationis nostræ testimonium in lavacro, quæ diabolo & pompæ & angelis ejus sint mancipata, scilicet per idololatriam. Commemorabimus origines singulorum, quibus incunabulis in sæculo adoleverint; exinde titulos quorumdam, quibus nominibus nuncupentur; exinde apparatus, quibus superstitionibus instruantur; tum loca, quibus præsidibus dicentur, tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque ad idololatriam neque ad nostram ejerationem pertinebit.* Et post. *Quod adhuc modis perorabimus, nihil ex his quæ spectaculis deputantur, placitum Deo esse aut congruens Dei servis, quod domino placitum non sit, si omnia propter diabolum instituta, & ex diaboli rebus instructa monstravimus; nihil enim non diaboli est, quidquid Dei non est, vel Deo displicet: hoc erit pompa diaboli, adversus quam in signacula fidei ejeramus, quod autem ejeramus, neque facto, neque dicto, neque visu, neque prospectu participare debemus. Ceterum nonne ejeramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem ejus? Numquid ergo superest, ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi jam nobis renuntient, an liceat Christianis spectaculo uti. At quin hinc vel maxime intelligunt factum Christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifeste, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei superest in ejusmodi homine? nemo in castra hostium transit, nisi projectis armis suis, nisi destitutis signis & sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire.*

D. Chrys. hom. 69. in cap. 21. Matthæi & homilia 62. ad populum Antioch. & hom in psal. 50.
D. Epiph. ad finem librorum quos contra hæreses scripsit.
D. Aug. lib. 1. de consens evang. cap 33. & lib. 2. de symbol c. 2.
D. Isidorus li. 18. etymolog. c. 31.
Cicero in oratione pro Flacco.
Valer. Maximus lib. 2. cap. 1.
D. Clem. lib. 8. const. apost. cap. 38.
Tertull. lib. de spectacul. cap. 4.
Idem in eodem cap. 24.

D. Cyprianus eidem sententiæ subscribit. *Omnia,* inquit, *ista spectaculorum genera damnavit, quando idololatriam substulit, ludorum omnium matrem: unde hæc vanitatis & levitatis monstra venerunt. Quod enim spectaculum sine idolo? Quid ludus sine sacrificio? Quod certamen non consecratum mortuo? Quid inter hæc Christianus fidelis facit, si idololatriam fugit, quid loquitur? Qui tam sanctus sit, de rebus criminosis voluptatem capit; Quid contra Deum superstitiones probat: quas amat dum spectat? Ceterum sciat hæc omnia inventa dæmoniorum non Dei. Impudenter in ecclesia dæmonia exorcizat, quorum voluptates in spectaculis laudat: & cum semel illi renuntians, rescissa sit res omnis in baptismate: dum post Christum ad diaboli spectaculum vadit, Christo tanquam diabolo renuntiat,* Salvianus. *In spectaculis enim quædam apostatatio fidei est: & a symbolis ipsius & cælestibus sacramentis letalis prævaricatio. Quæ est enim baptismo salutari Christianorum prima confessio? quæ scilicet: nisi ut renunciare se diabolo ac pompis ejus atque spectaculis & operibus protestentur? Nam spectacula & pompæ, etiam juxta nostram professionem opera sunt diaboli. Quomodo igitur, o Christiane, spectacula post baptismum sequeris, quæ opus esse diaboli confiteris? Renuntiasti semel diabolo & spectaculis ejus; ac per hoc necesse est, prudens, & sciens, dum ad spectacula remeas, ad diabolum redire te cognoscas. Vtrique enim rei semel simul renuntiasti, & unum utrumque esse dixesti. Si ad unum reverteris, ad utrumque remeasti: Abrenuntio enim,* inquis, *diabolo, pompis, spectaculis & operibus ejus: & quid postea? Credo,* inquis, *in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium ejus. Ergo primum renuntiatur diabolo, ut credatur Deo; quia qui non renuntiat diabolo, non credit Deo: & ideo qui revertitur ad diabolum, relinquit Deum. Diabolus autem est in spectaculis, pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad spectaculum, relinquimus fidem Christi. Hoc itaque modo omnia symboli sacramenta solvuntur, & quod in symbolo sequitur labefactatur, & inquinatur. Nihil enim sequens stat, si principale non steterit. Dic mihi tu Christiane: quomodo te tenere sequentia symboli putas, cujus principia perdidisti? membra sine capite nihil prosunt; & ad exordia sua, cuncta respiciunt: quæ utique si perierint, omnia pessum trahunt. Siquidem stirpe sublata, aut non sunt reliqua: aut si sunt; sine emolumento sunt, quia sine capite nihil constat.* Divus Isidorus. *Deum,* inquit, *negat, qui talia præsumit, fidei Christianæ prævaricator effectus est, qui id denuo appetit, cui in lavacro jam pridem renuntiavit, id est diabolo, pompis & operibus ejus.* Hoc est ergo quod episcopi Hispani in hoc canone decreverunt, eos nimirum qui credere voluerint, id est qui baptismum suscepturi sunt, in ejus susceptione circi & theatri artibus, quibus antea dediti erant, renunciaturos. Nec solum exercitationem & usum earum deserere debent, sed & aspectum. Antiqua enim fuit ecclesiæ consuetudo, non recipiendi ad baptismum indifferenter quoscumque, sed eos tantum quos vitæ honestas commendabiles ecclesiæ reddidisset. Quare non solum his studiis dediti quæ idololatriam redolerent, quibus nullum gravius exstare posse certum est, arcebantur a baptismo, ut D. Augustinus testatur, sed & aliis minoribus irretiti, ni prius profiterentur eam vitæ turpitudinem deserturos. *Hoc si ita est,* inquit divus Augustinus, *fateamur istos laudabili caritate conari, ut omnes indiscrete admittantur ad baptismum, non solum adulteri, & adulteræ contra sententiam domini falsas nuptias prætendentes, verum etiam publicæ meretrices in turpissima professione perseverantes, quas certe etiam nulla negligentissima ecclesia consuevit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas.* Tanti enim sacramenti participes noluit ecclesia eos fieri, quorum vitæ turpitudo Spiritui sancto accipiendo impedimento esset. Sicut enim indigne corpus domini assumentem, judicium sibi manducare & bibere apostolus docuit; sic & ad baptismum accedentem D. Augustinus. *Sicut enim,* inquit, *qui manducat & bibit sanguinem domini indigne, judicium sibi manducat; sic & qui accipit indigne baptisma, judicium accipit, non salutem. Nam & Iudas proditor bonum corpus, & Simon magus bonum baptisma Christi percepit, sed quia bono non bene usi sunt, mali male utendo deleti sunt. Bonum est baptisma, bonum est Christi sanguis & corpus, bona est lex; sed si quis ea legitime utatur.*

D. Cypr. epist. 2. ad Rogatianum, & lib. de spectacul. cap. 3.
Salvianus lib. 5. de providentia Dei.
D. Isidor. lib. 18. etymolog c. 92.
D. Aug. lib. unico de fide & operib. cap. 12.
Idem August. de octo Dulcitii quæst. quæst.
1. Cor. 11.
D Aug. lib. unic. contra Fulgent. Donatistam. cap. 6.
1. Cor. 11.
1. Timoth. 1.

Ita ut ulterius non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab ecclesia.

NON licet eis, qui ludicram artem exercuerunt, & illi ad suscipiendum baptismum renuntiarunt, ad eam postea reverti: quod si facere contra interdictum tentassent, projiciendos ab ecclesia concilium sanxit. Sed si exquiratur, quæ causa fuerit quare dixerit concilium, quod si contra interdictum facere tentaverint: non vero, quod si contra interdictum fecerint? occurrit id factum, quod olim qui semel ludicras artes exercuissent, ad easdem compelli poterant: quare ut renuntiationi in baptismo factæ fraudem facerent, poterant ipsi non propria voluntate expresse, sed tacite eniti, ut cogerentur a judicibus ethnicis ad easdem reverti. Quod prohibere volens concilium, dixit, quod sive fecerint, vel facere simulata ea diligentia tentaverint, projiciantur ab ecclesia, ob turpitudinem, quam animo saltem concepisse certum erat: hanc in mulieribus severa lege Gratianus, Valentinianus, & Theodosius vindicarunt.

at. Valent. & eodos. l. 8. C. eodos. de scenis.

Iidem AAA. ad Valerianum. P. V.

Scena m lier, si vacationem religionis nomine postularit, obtentu quidem petitionis venia non desit; verum si post turpibus volutata complexibus; & religionem, quam expetierit; prodidisse, & gerere quod officio desierat; animo tamen scenica detegetur, extracta in pulpitum, sine spe absolutionis ullius, ibi eo usque permaneat, donec anus ridicula senectute deformis. Nec tunc quidem absolutione potiatur, cum aliudquam casta esse non p ssit. Dat. VIII. Id. Mai. Aquila, Syagrio & Eucherio Coss. Qua ratione in eo concilio, quod Africani titulo citari solet, inter alia quæ ab imperatoribus postulanda proponuntur illud est: ne quisquam Christianus qui ad Christianitatis gratiam venire voluerit ex qualibet ludicra arte, cogatur ad eam reverti. *Et de his etiam petendum,* ait, *ut si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere; non eum liceat à quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi.* Quam gratiam ab impp. Gratiano, Valentiniano; & Theodosio impetrasse, liquet ex hac lege.

nc. Africanum can. 30.

atian. Valent. Theod. in l. 9. scenicis C. eodos.

Iidem AAA. Herasio Proc. Afric.

Quacumque ex hujusmodi face progenita, scenica officia declinare ludicris ministeriis deputentur: quas necdum tamen sanctissima religioni, & in perenni servanda Christiana legis secretorum reverentia sua fidei vindicarit. Illas etiam faminas liberatas contubernio scenici prajudicii durare pracipimus, qua mansuetudinis nostra beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt.

Hanc summi privilegii loco habuerunt Christiani, quod antea cogerentur a Gentilibus pœnæ & supplicii causa, vel gladiatorum, vel venatorum, vel comœdorum, tragœdorum, & scenicorum munus obire, ut auctor est Clemens.

Clemens lib 5. stolic. const. . 1.

Quod si Gentiles olim, ut gratiam assequerentur, & communionem ecclesiæ in percipiendo baptismo, omne genus turpitudinis in cantu, vel saltatione spernere cogebantur, quid facturi sint jam Christiani sancto regenerati lavacro, ut æternam consequantur beatitudinem, hinc rogo, ut eruant. Cujus studii cura quanta & a fidelibus & a magistratibus habenda sit, vel Platonis ethnici, Christiani jam doctrinam exaudiamus. Negat enim musicas leges mutari posse sine mutatione legum publicarum, ideoque valde fore timendum, ne novis turpissimi cantus vel saltationis inventis antiquæ & salutares leges mutentur, & nova deinde pernicies sensim illapsa civium animos malis studiis & doctrinis malis totas repente civitates evertat. *Assentior enim Platoni*, ait, *nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos, quorum dici vix potest, quanta sit vis in utramque partem: namque & incitat languentes, & languefacit excitatos; & tum remittit animos, tum contrahit, civitatumque hoc multarum in Gracia interfuit antiquum vocum servare modum: quarum mores lapsi, ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus, ut hac dulcedine corruptelaque depravati, ut quidam putant, aut cum severitas eorum ob alia vitia cecidisset, tum fuit in auribus animisque mutatis, etiam huic mutationi locus. Quam obrem ille quidem sapientissimus Gracia vir, longeque doctissimus, valde hanc labem veretur: negat enim mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum. Gratuito olim ista vendicabat vetus illa Gracia, longe providens, quam sensim pernicies, illapsa civium animos malis studiis malisque doctrinis repente totas civitates everteret: si quidem severa illa Lacedamon nervos jussit, quod*

sententia Dantonis philosophi refert & pro-.

ro lib. 4. de publica
cero lib. 2. de b.

va cantus & tationis innta reip. mutionem minan- ex sententia atoni: ideo me illa canda, si turpia.

A *plures quam septem haberet, in Timothei fidibus indè demi.*

Canon LXIII. Vulgatus.

De uxoribus, qua filios ex adulteris necant.

Si qua mulier per adulterium absente marito conceperit; idque post facinus occiderit; placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.

Canon LXIII. *Emendatus.*

De uxoribus, qua filios ex adulterio necant.

B Si qua mulier per adulterium absente suo marito conceperit; idque post facinus occiderit; placuit, ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.

BURCHARDUS libro 17. decretorum cap. 51. Ivo lib. 9. cap. 102. aliter. *Si qua mulier*, inquiunt, *per adulterium absente marito conceperit: idque post facinus occiderit, placuit vix in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.* Sic etiam cum adverbio (vix) ex concilio Arelatensi can. 15. Refert idem Burchardus cap. 35. ex Eliberitano Rabanus Maurus in pœnitentium lib. cap. 11. & pœnitentiale Romanum, apud Antonium Augustinum tit. 1. & cap. 27. Sed communem concilii lectionem magis probo; quod frequentius soleat concilium cum gravia sunt crimina, etiam in extremo constitutis communionem negare. C Quod si simplici adulterio sine crimine homicidii, eamdem pœnam constituerunt patres, canone 64. quanto magis adulterio cum homicidio conjuncto? Sic etiam concilium Ancyranum, quod post Illiberritanum, habitum antea ostendi, cum ejusdem criminis meminisset, antequam refert diffinitionem fuisse, ut usque ad obitum contaminati non communicarent. *De mulieribus*, inquit, can. 21. *qua fornicantur, & partus suos necant, sed & de his qua agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem diffinitio est, usque ad exitum vita ab ecclesia removeri*, antiquam diffinitionem, hujus concilii decretum vocat, *humanius autem diffinimus, ut eis decem annorum tribuatur.* Id ipsum indicare videtur divus Basilius scribens ad Amphilochium Iconii episcopum can. 2. referens ejusdem criminis pœnam; ait. *Oportet autem non usque ad obitum eorum confessionem extendere; sed decem quidem annorum mensuram admittere, definire autem non tempore; sed modo pœnitentia medicinam.* D Sic etiam Martinus (ut vocatur) papa, sive episcopus Bracarensis in collectione decretorum, cum hujus concilii canonem referret, negantem etiam partem retinuit. *Si qua mulier*, ait, *fornicaverit, & infantem, qui exinde fuerit natus, occiderit, & que studuerit abortum facere, & quod conceptum est necare, aut certe, ut non concipiat, elaborat, sive ex adulterio, sive ex legitimo conjugio, has tales mulieres; nec in morte recipere communionem priores canones decreverunt; nos tamen pro misericordia, sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsorum, decem annis agere pœnitentiam judicamus.* Exstat in collectione conciliorum Martini cap. 72. Concilium etiam Moguntinum sub Rabano archiepiscopo c. 21. hujus concilii meminit, & canonem refert, sed in contextu & ad marginem utraque lectio, nec in fine; &, vix in fine, refertur: negantem magis probo. E

Lib. 1. c. 2. & 3.

De pœna parentum proprios fœtus interimentium. Cap. LII.

NEFARIUM scelus & execrandam impietatem earum parentum (si parentes nuncupandæ sunt) quæ vel immaturos fœtus intra propria viscera latentes, vel recenter natos, & ut (inquit ille) a partu adhuc rubentes ad libidinis turpitudinem & infamiam tegendam interimunt (solent enim materna adulteria in lucem editi liberi parentum similitudine & forma prodere) multis & his gravissimis legibus repressit semper. coercuit & vindicavit recens & antiqua ecclesiæ disciplina. Patres Hispani communionem ad exitum usque denegarunt in hoc canone: nec immerito, quod parentes

parentes istæ triplicis sint criminis reæ: homicidæ sui, maritorum adulteræ, & filii nondum nati atroces parricidæ. Concilii Ancyrani episcopi decem annorum pœnitentiam: humanius postea Ilerdensis concilii patres septennem tantum præscripserunt. *Hi vero*, aiunt, *qui malè conceptos ex adulterio fœtus, vel editos, necare studuerint, vel in ventre matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteru, post septem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ fletibus, & humilitati insistant.* Post hæc, concilium Arelatense decem annorum pœnitentiam adjecit, superioribus Ancyrani, Illiberritani, & Ilerdensis constitutionibus renovatis, ut Burchardus refert, & pœnitentiale Romanum. *Mulieres quadam*, ait, *ut audivimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus, quod occulte perpetraverunt, manifestum fieret; infantes quos pepererunt occiderunt, & terra congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, Hiberitani,* pro quo reponendum est Illiberritani, *atque Ilerdensis concilii testes sunt: his itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt: sed humanius tractantes, post decennem pœnitentiam, tales placuit ad communionem recipi.* Idem Burchardus alterum canonem ex innominato concilio refert: est autem concilium Ancyranum *De mulieribus*, inquit, *quæ fornicantur & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio, usque ad exitum vitæ, eas ab ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus, secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiatur.* Ut homicidas puniendas decrevit concilium Vvormaciense. *Mulieres igitur*, inquit, *quæ ante temporis plenitudinem, conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut homicidæ proculdubio judicandæ sunt; illæ vero quæ dormiendo filios suffocare videntur, leniter de his judicari oportet; quia nolentes & non consentiendo, ad hunc devolutæ sunt casum.* Impietatis maximæ eas coarguit divus Augustinus. *Aliquando*, ait, *eo usque pervenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret, & si nihil valuerit, conceptos fœtus aliquomodo intra viscera extinguat, ac fundat, volendo prius interire, quam vivere: aut si in utero jam vivebat, occidi, antequam nasci prorsus.* Ante Augustinum Lactantius. *Ad vitam enim*, inquit, *Deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines ne quod sit facinus, quo manus suas non polluant; rudibus adhuc & simplicibus animis abnegant lucem non a se datam. Expectet vero aliquis, ut alieno sanguini parcant, qui non parcunt suo? sed hi sine ulla controversia scelerati & injusti.* Ante Lactantium Minutius Felix. *Sunt*, ait, *quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, & parricidium faciunt, antequam pariant.* Ante Minutium Tertullianus. *Nobis*, inquit, *homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci, nec refert nato quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est & qui est futurus, & fructus omnis jam in semine est.* Apud medicos enim, & si in quæstione fuerit aliquando, an partus in utero animal sit & homo; obtinuit tamen hominem esse, ut docet Hippocrates, & Galenus: quod & apud jurisconsultos receptum est, a quibus pœna homicidii sancita est, in eum eamve, qui quæve partum animatum ab utero abegerit, vel abortum procuraverit: nec enim levius esse putant natales impedire, quam interimere natos, quod si fœtus abigatur non animatus, in exilium mittitur qui abegit. Nec lege Cornelia tenetur uxor adultera vel adulter qui partum abigi facit, sed lege Pompeia de parricidiis. Quod crimen adeo grave tempore Iustiniani imperatoris & Leonis Cæsaris habitum est, ut constitutio edita sit, permissa licentia marito dirimendi matrimonii, si mulier sponte abortum fecisset, Iustiniano teste & Harmenopulo. Quod tamen juris canonici decretis abrogatum est. Vvisigothi etiam majores nostri hanc adversus abortum procurantes legem sanxerunt. *Qui mulieri prægnanti poculum dederit ad necandum infantem, vel ad faciendum aborsum, occidatur. Mulier quæ aborsum facere requisivit, si ancilla est, ducenta flagella suscipiat; si ingenua, careat dignitate personæ, & cui jusserimus servitura tradatur.* Pœnam auxit Flavius Cindasvindus rex, quam ut pietatis laude plenissimam placuit referre. *Nihil est*, inquit, *eorum pravitate deterius, qui pietatis immemores, filiorum suorum necatores existunt. Quorum quia vitium per provincias regni nostri sic inoluisse narratur; ut tam viri, quam fœminæ sceleris hujus auctores esse reperiantur; ideo hanc licentiam prohibentes, decernimus, ut seu libera, seu ancilla natum filium filiamve necaverit; sive adhuc in utero habens aut potionem ad abortum acceperit, aut aliquo quocumque modo extinguere partum suum præsumpserit, mox provinciæ judex, aut territorii, ut tale factum repererit, non solum operatricem criminis hujus, publica morte condemnet; aut si vita reservare voluerit, omnem visionem oculorum ejus non moretur extinguere: sed etiam si maritum ejus talia jussisse vel permisisse patuerit, eumdem etiam vindictæ simili subdere non recusset.* Graviorem multo sanxit hac ætate Sixtus papa hujus nominis quintus, anno sui pontificatus quarto, decernens, ut qui, quæve abortum facere fierive jussisset, vel curasset, ea excommunicatione puniretur, qua solvi a nemine posset, præter Romanæ sedis episcopum. Sed antiquo juri restituit Gregorius XIV.

Conc. Ancyran. can. 21. Conc. Ilerdense can. 2. Conc. Arelatense can. 6. Burchar. lib. 17. cap 53. In pœnitentiali Rom. tit. 1. c. 27. Idem Burchard. cap. 54. Conc. Ancyra. can. 21. Conc Vvormac. can. 35. D. Aug. lib. 1. de nupt. & concupiscent. cap. 15. Lactant lib. 6. divinarum instit. cap. 20. Minutius Felix in Octavio. Tertull. in apolog. cap. 9. Hipocra. lib. de puer. natura. Galen. proprio libello. l. si quis aliquid §. abortion. l. Cicero de pœnis l. si mulier. ad leg. Cornel. de sicar. l. divus de extraord crimin. L. 15. ad leg. Pomp. de parricid. Iustinian. in authen de nupt §. has itaque causas collatione 4. Harmenopul. lib 4. titul. 12. Vvisigothorum leges li. 5 tit. 3 l. 1. Cindasvindus rex in l. 7. tit. 3. li. 6. Vvisigothorum. Sixtus papa 5. in constitutione, de facientibus aut procurantibus abortum.

Olim autem ad evitandam tanti criminis gravitatem, aut crudelitatem potius, illud remedium excogitarunt episcopi, vel ut minus malum elegerunt, ut singuli presbyteri in suis parochiis publice fœminas præmonerent, ut si qua furtivo & injusto concubitu concepisset, ne partum enecaret, sed clam illum deferri faceret ante januas ecclesiæ, ut fidelibus aliis & piis fœminis nutriendum vel episcopi, vel presbyteri traderent. *Hoc sancto concilio*, Matisconense fuisse refert Burchardus, *decretum est, ut unusquisque presbyter in sua plebe publice annunciet, ut si aliqua fœmina clancule corrupta conceperit, & pepererit, nequaquam diabolo coarctante filium aut filiam suam interficiat, sed quocumque pravalet ingenio; ante januas ecclesiæ partum deportari, ibique poni faciat; ut coram sacerdote in crastinum delatus, ab aliquo fideli suscipiatur, & nutriatur: & tali ex causa homicidii reatum, & quod majus est, parricidium evadat: nam qui filium aut filiam interficit parricida omnimodis tenetur.* Hoc tamen nisi ad evitandum majus illud malum turpe esse docuerunt Augustinus, Lactantius, Tertullianus & alii.

Conc. Matisc. can. 7. relatum a Burchardo lib. 3. decret, c. 200.

Hinc fit, Platonis sententiam ut erroneam iniquamque justissime refelli & accusari a Theodoreto. Aiebat enim Plato, viros ac mulieres, dum præscriptum a se gignendi tempus excederent, libere posse conversari, hoc tamen excepto, ne quem amplius conceptum fœtum in lucem ederent: si quis autem institutum hoc violasset; ut fœtum ad partum perduceret, ita eum exponi, ut omni alimento careret: quid vero unquam tale vel Echetus, vel Phalaris (ait Theodoretus) legibus suis instituit? quis tale parricidi genus est unquam ausus? Nam qui prohibet fœtus in lucem edi, abortitiis profecto pharmacis infantes corrumpi jubet.

Theod. lib. 9. de Græcarum affection. curat.

Canon LXIV. Vulgatus.

De fœminis, quæ usque ad mortem, cum alienis viris adulterant.

Si qua mulier, usque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos recipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

Canon LXIV. *Emendatus.*

De fœminis, quæ usque ad mortem, cum alienis viris adulterant.

Si qua mulier, usque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos accipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

De pœna ejus mulieris, quæ vel semel in vita, vel ad mortem usque cum alieno viro mœchatur. Cap. LIII.

Si qua mulier sive matrimonii vinculis adstricta, sive soluta, in perpetuo cum marito alieno vixerit adulterio, placuit patribus, ut etiam in extremo vitæ spiritu communio illi denegaretur: quod si ante a turpi ejus consortio discessisset, decem annorum illi injungi pœnitentiam; quibus elapsis, illi præstari posse

posse communionem. Notandum hic, quam acri & severa lege earum fœminarum libidinem, quæ viro alieno turpiter adhærerent, episcopi nostri coercuerint. Si adulterii enim crimen morte vindicandum committunt uxores, cum ad solutos accedunt, cum ad uxoratos, duplicis sane adulterii reæ censeri debent, ut censebantur & puniebantur olim, Beda teste: quod violata duplici sacramenti religione, duplicem faciant injuriam, suo marito, & alieno: & hanc tanto graviorem, quanto altera illius uxor gravius ferat sua dignitate & honore pudicitiæ privari: quod illis esse molestissimum, & plenam jurgiorum diffidiique occasionem, prudenter monuit Aristoteles. Id diligentius ab his qui confessionibus præsunt, animadverti vellem, & acriori pœnitentia ab his reos castigari, abjecta prorsus a sacerdotali vigore, communi illa patientia, quæ sibimet peccatis aliorum parcendo, non parcit.

Beda de remed. peccator. cap. 2.

Arist. lib. 2. œconomicorum. Conc. Parisiense lib. 1. c. 32.

Canon LXV. Vulgatus.

De adulteris uxoribus clericorum.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & faciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his qui exemplum bonæ conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

Canon LXV. *Emendatus.*

De adulteris uxoribus clericorum.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his qui exemplum bonæ conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

Cur vir uxorem adulteram retinens puniatur. Cap. LIV.

Lenitatem mariti, uxorem adulteram retinentis ut nimiam reprobarunt olim viri prudentes: censueruntque eam non esse ferendam, sed tanquam veri lenocinii crimen damnandam. Paulus. *Eum*, inquit, *qui deprehensam in adulterio uxorem non statim dimisit, reum lenocinii postulari placuit.* Id caput inter reliqua legis Iuliæ comprehensum scribit Marcellus. Claudium Gergum virum clarissimum lenocinio sine accusatore damnatum tradit Vlpianus, quod uxorem in adulterio deprehensam retinuerit. Hoc ipsum antiquis ecclesiæ patribus non displicuisse, vel ex hoc canone & LXX. inferius apparet: sed multo clarius ex concilio Nannetensi, a quo pœna septem annorum retinenti adulteram constituitur. *Si cujus*, inquit, *uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehensum fuerit, & publicatum; dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem; illa vero septem annis publice pœniteat: vir vero ejus illa vivente nullatenus aliam accipiat. Quod si voluerit adulteram reconciliari, licentiam habeat: ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exacta pœnitentia, post septem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma, & in muliere servabitur, si eam vir ejus adulterabit.* Concilium Aurelianense, sive Arelatense, sive Hermes doctor in pastoris libro (omnibus his tribuitur canon ille) apud Gregorium IX. *Si vir*, ait, *sciverit uxorem deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & vivit cum illa, vir reus erit, & ejus peccati particeps: quod si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reverti, debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit: sed non sæpe.* D. Hieronymus. *Sola fornicatio*, inquit, *est quæ uxoris vincit affectum, imo cum illa unam carnem in alia diviserit, & se fornicatione a marito separaverit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: Qui tenet adulteram, stultus est, impius est.* Idem Hieronymus eamdem sententiam iterato defendit. *In conjugio*, inquit, *quis positus, quæcumque peccata fecerit, non propriam infuscant conjugem, sed fornicatio uxorem coinquinat, ut jam non sit viro suo licita, sed adultera.* Eadem confirmat D. Isidorus: postquam enim præcedentem Hieronymi sententiam retulit, addidit ipse. *Vbicumque est igitur fornicatio, & fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur.*

Marcel. in l. 29. de adulter. Vlpian. in l. 2. §. unde de adult.

Conc. Nanneten. can. 12.

Greg. 9. in cap. 3. de adulter.

D. Hier. ad ca. Matth. 9.

D. Hier. in epist. Pauli ad Corin. Gra. in can. dixit dominus, & can. in conjugio 32. quæst. 1. D. Isidorus lib. 2. de offic. ecclesia. cap. 19.

Theodorus. *Si quis uxorem suam scit adulteram, & non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat, & quamdiu pœnitet, abstineat se ab illa.* Cujus ea ratio fuit, ne videlicet mariti uxorum turpitudinem mutua cohabitatione, vel expresse, vel tacite approbantes, crudele nimis & injustum lenonum officium exercuisse viderentur. Lenonem enim esse, aut plane ferreum necesse est, cui scienti prudentique sine dolore tanta inferatur injuria. Quod a D. Chrysostomo didicimus. *Sicut crudelis & iniquus est*, inquit, *qui castam dimittit uxorem: sic fatuus est, & injustus, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen uxoris.* Quod Innocentium III. in rescripto ad Genuensem archiepiscopum approbasse legimus. Idque adeo placuit Alfonso X. Hispaniæ regi sapientissimo, ut dixerit sub pœna capitalis culpæ quemquam teneri eam uxorem dimittere, quam certo scit adulterari, & in adulterio absque emendationis spe eam fore pertinacem. *E todo home*, ait, *que sopiere, que su muger le faze adulterio, tenudo es de la acusar, si entendiere que se no quiere partir del pecado, que quiere usar del, & si non lo faze, peca mortalmente.* Quare lectores & ostiarios, qui uxoribus adulteris adhærebant, removendos a clero decrevit concilium Tarraconense. Vxor autem adultera illa dicebatur, ad hoc ut retineri non posset, non qualibet suspicione nota, sed adulterii turpitudine deprehensa, vel convicta: ut ab imperatoribus Severo & Antonino rescriptum est. *Crimen*, aiunt, *lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt; non qui suspectam adulteram habuerint.* Sicque intellexisse antiquos ecclesiæ patres, constat ex D. Basilio ad Amphilochium Iconii episcopum. *Adulteratas mulieres*, inquit, *& confitentes, vel quomodocumque convictas publicare quidem, patres nostri prohibuerunt, ne convictis mortis causam præbeamus; eas autem stare sine communione jusserunt, donec impleretur tempus pœnitentiæ.* Quam acri enim & sagaci cura, fœminarum adulteria olim patres non publicanda, sed secreto castiganda censuerint, quæ ad Basilium adjecit Theodorus Balsamon, perspicue probant. *Adulteri, secundum LIIX. can. stant in quatuor annis cum deflentibus; quinque cum audientibus; quatuor cum supplicibus; & duobus cum iis, qui consistunt absque communione. Dicit ergo sanctus: Si qua adulterata mulier peccatum confessa fuerit, vel quomodocumque convicta sit, non oportet eam publicare, id est, eam in dictarum pœnarum locis statuere. Qui enim eam viderit extra divinos ecclesiæ ambitus stantem, vel etiam cum catechumenis exeuntem, primo aspectu omnino intelliget, propter adulterii crimen, eam illi esse pœnam injunctam, & fiet punitio causa mortis, post futurum forte viri reditum, qui id animadverterit. Permittitur ergo consistere, & cum fidelibus comprecari, a sacramentorum autem communione abstinere, donec pœnitentiæ tempus completum fuerit. Hac autem humanitate in mulieres uti oportere, sanctus diffinivit, propter eam quam diximus rationem. Viri enim adulterium confitentes immisericorditer dictis pœnis subjiciuntur: quia non est timor in eis, qui de mulieribus dictus est: qui præsumuntur esse etiam aliis fortasse criminibus obnoxii, & jure puniri. Quomodocumque autem convinci mulieres, non debes accipere de omnibus nota probatione, sed de mulieris conscientia & probatione: hoc est, sive mulier sua sponte confessa sit, vel ut etiam a partendi periculo coacta, vel aliquo alio modo clanculum, & non publice seipsam condemnans enuntiaverit. Si enim dixeris, publice factam esse probationem, & veluti in triumphum esse ductum adulterium, recte omnes pœnæ in eam congerentur. Neque enim canon in ea locum habet, quoniam semel publicata est, & ex viri reditu nulla cadit suspicio tenetur, propter pœnarum denuntiationem. Ex eo autem quod dicit sanctus: Ne demus convictu causam mortis, convictis scilicet & publicatis per pœnas: ne dixeris concedi maritis adulteras suas mulieres interficere: in sola enim propria domo in facto ipso deprehensam potest maritus adulterum occidere, & eum scenicum, vel alium qui sit infamis. Et lege XXV. cap. XXXVII. tit. LX. lib. XXVII. XXIX. & alia capita. Sed accipe etiam verbum sancti: ne fiant pœnæ causa magni scandali inter maritum & uxorem, & forte etiam ut procedat ad injustam illius cædem.*

Theod. in suo pœnitentiali.

D. Chrys. hom. 26. super Matth. c. 19.

Innoc. III. in rescript. ad Genuensem archiep. relato in ca. quemadmodum §. illud, versi. quod si expresse. de jurejur.

Alfons. X. Hispaniarum rex in l. 2. tit. 9. par. 4.

Conc. Tarracon. can. 9.

Severus, & Antoninus imperatores in l. 2. C. de adulter.

D. Basilius epist. 1 ad Amphil. Iconii episc. c. 34.

Theod. Balsam. ad Basi. d. cap. 34.

Et eam statim non projecerit, nec in fine accipiat communionem.

Nulli licere sine judicio ecclesiæ uxorem repudiare. Cap. LX.

Non debet quis sæcularis, ne dum clericus, adulteram privato suo consilio dimittere, sed publica judicis ecclesiastici auctoritate & judicio. Olim enim

in primitiva ecclesia omnia delicta ad sacerdotes deferebantur, ut eorum auctores ecclesiastica disciplina coercerent, solennesque & statæ censuræ erant, ac pœnæ libris pœnitentialibus inscriptæ, quibus illi affici deberent. De adulterio habetur mentio ab Innocentio PP. I. ad Exuperium episcopum rescribente. *Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus prodito crimine earum, communio denegatur. Virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.* Quod si vir non pœnitentiam uxoris solùm, sed divortium desideraret, ad eosdem ecclesiæ judices confugiebat. Concil. Agathense. *Si vero sæculares, ait, qui conjugale consortium nulla culpa graviori dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidii probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita aut aliena præsumant: si antequam ad episcopos comprovinciales dissidii causas dixerint, & priusquam in judicio damnentur, uxores suas abjecerint, a communione sanctæ ecclesiæ, & sancto populi cœtu, pro eo quod fidem & conjugia maculant, excludantur.* Ad episcopos ergo causæ matrimonii, non ad judices sæculares spectant; ut hodie recenti concilii Tridentini decreto confirmatum est; quidquid Marloratus Calvinianus antiqui juris ecclesiæ ignarus repugnet. Quod si causam ecclesiæ imperator ethnicus Aurelianus, & Christianæ fidei hostis acerrimus, ad episcopos detulit, causam videlicet Pauli Samosateni, ut ab Eusebio & Nicephoro traditum est; causam non ecclesiasticam modo, sed spiritualem, & ad unum & magnum ecclesiæ sacramentum spectantem, quid causæ est, quare Marloratus ad judices sæculi deferri velit? cum non apud Christianos modo, sed & apud Gentes causas matrimonii pontificibus delatas olim, ex his Taciti verbis intelligamus? *Nec domesticis abstinebatur, abducta Neroni uxor, & consulti per ludibrium pontifices, an concepto, nedum edito partu rite nuberet.*

Innocent. I. in epist. 3. ad Exuperium episcopum Tolos.

Conc. Agathen. can. 17.

Grat. in can. sæculares 3. quæst. 2. Conc. Trident. sess. 24. can. 12.

Euseb. lib. 7. c. 26. Nicephorus lib. 6. cap. 29.

Tacitus lib. 10. historiar. August.

Quæ in hoc canone decreverunt patres, etsi de uxoribus clericorum expressa sint, in viris sæcularibus etiam locum habere posse, religione sacramenti, & rationis similitudine colligitur ex canone LXX. inferius, & his quæ nuper dixi, quæ ad sæculares etiam spectant; ad nobiles præsertim, quorum exemplum & mores reliqua populi pars solet imitari. Quod si clericus uxorem a se rejicere voluisset, quid facere posset, consulamus concilii Toletani I. patres. *Placuit, aiunt, ut quorumcumque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi, ac ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria, non mortifera, eas cogentes; ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia forte non habeant. Cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, nec cibos sumant; nisi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, revertantur.* Hoc autem in uxore adultera clerici observandum est. Si autem illa adulterium commiserit, antequam maritus ecclesiæ ordinibus initietur, ad eam accedentem ordinari postea non posse, concilio Neocæsariensi edocemur. *Si cujus uxorem, ait, adulterium commisisse, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest; quod si in clericatu jam constituto eo, adulteravit, dato repudio dimittere eam debet: si vero retinere ejus consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.*

Conc. Toletanum 3. can. 7.

Conc. Neocæsariense can. 8.

Ne ab his, qui exemplum bonæ conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

Quod innocentiæ & integritatis specimen clerici præbere debeant. Cap. LVI.

QUANTO homines officio, & dignitate Deo propinquiores, tanto magis divinæ bonitatis imitatores esse debent; ut sapienter Nicæni concilii patres considerarunt. *Clerici, aiunt, sacri ordinis esse debent typus, & imago cælestium. Episcopus debet esse typus Dei, tanquam caput post illum ecclesiæ, quam recepit. Presbyter tenere debet sedem, & locum seraphicum. Diaconus vero cherub cum* Quanto ergo episcopi a Dei bonitate, presbyteri a seraphinorum caritate, diaconi a cherubinorum sanctiori divinæ naturæ contemplatione imitationeque deflexerint, tanto a recta & debita sui muneris functione discrepabunt. Videant ergo omnes sacris ordinibus initiati, quam insigne, & illustre integritatis, & omnium virtutum specimen, non Christo solum, non clero, non ecclesiis suæ fidei commissis, sed populo & plebi intenta, & religiosa animi solicitudine præbere debeant; ne quod præceptis ipsi, & hortatu ædificant, vita, moribus, & exemplo destruant; sibi enim habere debent persuasum, culpa carere non posse, si aliqua virtute careant.

Lib. 3 de actis concilii Nicæni, apud Alfonsum Pisanum, quod desumptum videtur a B. Dionysio Areopagita in princ. lib. de eccles. hierar.

Prosper lib. 1 de vita Contempla. c. 10. Con. Aquisgran. c. 26.

Canon LXVI. Vulgatus.

De his, qui privignas suas ducunt.

Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

Canon LXVI. *Emendatus.*

De his, qui privignas suas ducunt.

Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

De matrimonio interdicto cum privigna. Cap. LVII.

PRIVIGNA quæ sit, Modestinus explicat. *Uxor, inquit, liberis ex alia uxore natis, noverca dicitur: matris vir ex alio viro natis, vitricus appellatur: eorum utrorque natos aliunde, privignos, privignasque vocant.* Et mox. *Privignus est uxoris meæ filius, ex alio viro natus, ego illi vitricus.* Dictus autem privignus, quod antequam mater secundo nuberet, est progenitus: pri, enim antiquos dixisse pro, præ, Festus est auctor. *Privigna quoque non solum ea mihi intelligitur, quæ uxoris meæ filia est, sed & neptis & proneptis.* Matrimonium ergo contrahere prohibent hic patres, cum filia, vel nepte primæ uxoris, quod ad affinitatem pertinet: & hoc est secundum affinitatis impedimentum, ab episcopis Hispanis in hoc concilio præscriptum. Quod renovarunt primi concilii Moguntini patres, irritum si sic contrahatur matrimonium declarantes. *Si quis uxorem, ait, viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit: aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari, & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed magna districtione feriri, &c.* Quod affinitatis impedimentum ad contrahendum matrimonium moribus etiam Romanis receptum fuisse, auctor Pomponius.

Modestinus in l. 4. §. 4. de gradib. affinit.

L. adoptivus 14. §. ultimo de ritu nuptiar.

Conc. Mogunt. 1. can. 55.

Pomponius lib. 3. ex Plautio in l. Aristo. 40. de rit. nupt.

Canon LXVII. Vulgatus.

De conjugio catechumenæ fœminæ.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat: quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur.

Canon. LXVII. *Emendatus.*

De conjugio catechumenæ fœminæ.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat: quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur.

IN codice Lucensi regio legitur. *Aut comatos, aut viros cinerarios.* quam lectionem non probarim, quod cum vulgata congruant non solum reliqui CC. MS. sed & decreti rationes, & episcoporum consilium, ut mox ostendemus.

Qui comici, qui scenici, & cur matrimonium cum his interdictum. Cap. LIIX.

COMICI, qui & comœdi, a comœdia nuncupati. Comœdia, auctore Cassiodoro, a pagis dicta est. Comus

Cassiod. lib. 4. variar. epist. ult.

Comus "enim pagus vocatur, ubi rustici gestientes humanos actus lætissimis carminibus irridebant. Hæc prima ejus origo: sed ut idem Cassiodorus addidit, *ætas subsequens miscens lubrica priscorum inventa traxit ad vitia, & quod honesta causa delectationis repertum est, ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt.* Unde comœdi Isidoro teste, sunt, qui privatorum hominum acta, dictis aut gestu canebant, atque stupra virginum, & amores meretricum in suis fabulis exprimebant. Par ratio est de scenicis, qui a scena nomen sunt mutuati. *Scena autem*, (eodem Cassiodoro interprete) *frons erat theatri ab umbra luci densissima, ubi a pastoribus inchoante verno, diversis sonis carmina cantabantur; ibi actus musici, & prudentissimi sæculi dicta floruerunt. Sed paulatim factum est, ut honestissima disciplina improborum consortia fugientes, verecunda se exinde consideratione subtraherent.* Qui ergo artis ludicræ pronuntiandive causa in scenam prodiissent, scenicos appellatos Iulianus docet. *Scena autem*, (ut ex Labeone refert Ulpianus,) *est quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco ubi quis consistat, moveaturque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, privatove, vel in vico; quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur.* Solebat autem scena, ut Isidorus tradit, fieri in theatro, in modum domus instructo, cum pulpito, qui pulpitus orchistra vocabatur, ubi cantabant comici, tragici, atque saltabant histriones, & mimi. Dicta autem scena Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa. Unde & apud Hebræos tabernaculorum dedicatio, a similitudine domiciliorum σκηνοπηγία appellabatur, idest scenopegia. Scenarum autem tria genera tradit Vitruvius, unum tragicum, secundum comicum, tertium satyricum, quorum ornatus dissimili erant disparique ratione. Scenæ tragicæ deformatæ columnis erant, & fastigiis, & signis reliquisque regalibus rebus: comicæ vero ædificiorum privatorum, & mœniorum habebant speciem, prospectusque fenestris dispositos, imitatione, & communium ædificiorum ratione; satyricæ scenæ ornabantur arboribus, speluncis, montibus, & reliquis agrestibus rebus, in topiarii speciem deformatæ, ut Vitruvius ait. Omnes eos qui in his scenis spectaculum sui facturi quæstus gratia prodibant infames fuisse, ex Pegaso & Nerva, idem Ulpianus docet his verbis. *Eos enim qui quæstus causa in certamina descendunt, & omnes ob præmium in scenam prodeuntes famosos esse Pegasus, & Nerva filius responderunt.* Tertullianus. *Etenim*, ait, *ipsi auctores, & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xysticos, harenarios, illos amantissimos, quibus viles animas fœmina, aut illi etiam corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte, quam magni faciunt, deponunt, & diminuunt, imo manifeste damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes curia, rostris, senatu, equite, ceterisque honoribus omnibus simul ac ornamentis.* Quæ vitæ turpitudo, & infamia adeo viles, & abjectas reddebat personas, ludicram hanc artem exercentes, ut lege Iulia lata, senatores, & eorum filii & nepotes a contrahendo matrimonio cum scenicis mulieribus impedirentur, ut Paulus refert, vel cum earum filiabus, juxta constitutionem Valentis & Martiani. Nec filii, & nepotes per virilem sexum descendentes, sed & filia, neptis, & proneptis, a matrimonio eorum hominum qui in scenam prodiissent, arcerentur, uti Modestinus scribit. Quod si ethnicis hominibus eam artem professi tantopere displicuerunt, mirandum non est, quod sapientissimi ecclesiæ patres, ob eamdem vitæ turpitudinem, & aliam longe deteriorem, matrimonium fidelibus fœminis, cum his scenicis prohibuerint. Nam in comœdiis, & scenis gravissimo idololatriæ crimine implicabantur, diis falsis honorem cultumque adhibentes, ut supra diximus, a quorum consortio Christianas, & catechumenas fœminas voluerunt abstinere, ne ejusdem criminis sordibus fœdarentur. Addebant huic crimini scenici, & comœdi aliud sacrilegium gravissimum: irridebant enim in spectaculis Christianorum mores, & catholicæ religionis mysteria. Quare cum Genesius mimus in theatro imperatore spectante, causam religionis nostræ illuderet, repente Dei virtute, & spiritu afflatus, quod jocose antea jactabat, serio agere cœpit, Christum invocans, & se Christianum aperta confessione proclamans: quod causam dedit, ut fictum simulatumque martyrium, in verum converteretur. Quod etiam de Ardalione, Græcorum & Latinorum tabulæ testantur, natalem ejus diem XVIII. Kal. Maii celebrantes. Simile de Dioscoro Architheatro, ad Alypium retulit Augustinus, qui in deridendis Christianorum rebus esse soleret effusus; effectus & ipse licet sæpe frustra renitens, Christianus: sicque plene accidit quod scriptum est, Dominus illusores deludet.

Margin notes: "χώμη. — Isidorus lib. 8. etymolog. c. 31. — Iulianus lib. 1. ad edictum in l. 1. de his qui notantur infam. — Ulpianus lib. 6. ad edictum, l. 2. §. ait prætor. de his qui notantur infam. — Isidorus lib. 18. etymolog. ca. 31. — D. l. 2. de his qui notant. infam. — Tertull. de spectaculis c. 22. — Paulus lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam in l. 44. de rit. nupt. Valens, & Martianus in l. 7. c. de incest. nupt. Modestinus lib. singulari de ritu nuptiar. in l. 42. ejusdem tituli. — Supra hoc lib. 3. c. 51. — D. August. epist. 67.

A Theodoretus. *Audio ego*, inquit, *nonnullos scenico genere hominum repente immutatos, in athletarum nostrorum ordinem transiisse, factosque tormentorum victores, ac jam coronam martyrii consequutos, post celebratam victoriam, magno eos dæmonas concussisse terrore, quibus subditi olim ipsi fuerant.* Idem Porphyrio mimo coram Iuliano apostata evenit. Cum per jocum enim coram imp. Iuliano baptismum susciperet, mutata Dei virtute repente voluntate, Christianum se esse professus est: quem mox securi percuti idem Iulianus præcepit, a quo martyrii corona Porphyrius ornatus est, & ab ecclesia Romana in martyrum numerum relatus. Ne ergo, vel fœmina fidelis recenter conversa, vel catechumena talium maritorum consortio a professione semel susceptæ fidei, vel suscipiendæ retraherentur, interdicta merito matrimonii societas est; ne æternam pro temporali turpissime commutarent.

Nec a matrimonio contrahendo solum cum scenicis tanquam cum turpissimis personis, & idololatris abstinere voluerunt Christianas, & catechumenas fœminas Hispani episcopi: sed & jam contractum, & consummatum dissolvi, si non quoad vinculum, quoad torum saltem constituerunt: hoc enim videntur sanxisse, cum eas viros scenicos habere prohibuerunt. Quod non dissimili proposito explicavit, & docuit Tertullianus. *Igitur cum quadam*, inquit, *istis diebus nuptias suas de ecclesia tolleret, id est, Gentili conjungeretur, idque ab aliis retro factum recordarer, miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum prævaricationem, quod nulla scriptura ejus facti licentiam proferrent. Numquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur primæ ad Corinthios, ubi scriptum est: Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio consensit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis*
C *infideli nupta si consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir a fideli uxore, & infidelis uxor a fideli marito, ceterum immundi essent filii vestri. Hanc monitionem fors fidelibus injunctis simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Absit, ut sciens se circumscribat. Ceterum manifestum est, scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio Gentili inventi a Dei gratia fuerunt; secundum verba ipsa. Si quis*, inquit, *fidelis uxorem habet infidelem, non dicit, uxorem ducit infidelem: ostendit jam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conversum perseverare, cum uxore debere: scilicet propterea, ne qui fidem consecutus putaret sibi divertendum esse ab aliena jam & extranea quodammodo fœmina.*

Olim autem non a matrimonio solum, sed a baptismo etiam repellebantur, ni prius harum artium vanitati, & turpitudini renuntiarent, ut traditum est a Clemente. *Scenicus si accedat*, inquit, *sive mulier* (ad baptismum intelligit) *Auriga, Gladiator, Cursor stadii, Ludius, Olympius, Choraules, Citharœdus, Lyristes, Saltator, Caupo, desistat, vel rejiciatur.* Id etiam constat ex canone præce-
D denti: sicque in baptismo abjurabant, non solum horum spectaculorum editionem, celebrationemve, sed & aspectum, ut testantur Tertullianus, Cyprianus, Minutius Felix in Octavio, & concilium Carthaginense. Quod si post baptismum vinculis ejusdem criminis implicarentur, ab aliorum etiam sacramentorum susceptione repellebantur. Ab ordinibus repulsos liquet ex Innocentio I. Ab eucharistiæ communione, ex concilio Carthaginensi III. Nec sacramentorum susceptione solum indignos eos judicarunt olim Africani episcopi, sed & testimonii ferendi fide, concilii Carthaginensis auctoritate. Mulieres etiam scenicas gemmis, vestibus sericis, & auratis interdixerunt Theodosius, Arcadius, & Honorius impp. in rescripto ad Rufinum PF. P. a quo leve quoddam mendum tolli necesse est. *Nulla*, aiunt,
E *mima gemmis, nulla sigillatis, sericis aut textis utatur auratis. His quoque vestibus noverint abstinendum, quas Græco nomine a Latino crustras vocant: in quibus alio admixtus colori puri robur muricis inardescit. Uti sane hisdem sculatis* (pro quo reponendum scutulatis) *& variis coloribus sericis, auroque sine gemmis collo, brachiis, cingulo, non vetamus, &c.* Cum enim hac constitutione mimarū in vestibus luxus coerceatur, & in his præsertim eas quæ purpura tingebantur: pro (rubor) *robur*, vicaria (o) in (v) commutatione perperam a librariis substituitur.

Margin notes: Theodoret. lib. 8. de Græca. affect. curat. ad finem. — Martyrologium Roman. 15. Septemb. — Tertull. lib. 2. ad uxorem c. 2. — 1. Cor. 7. — Ibidem. — D. Clem. lib. 8. c. 38. apost. constit. Can. 62. hujus concilii. — Tertull. D. Cypr. Minutius Felix in Octavio, Concil. Carth. 3. can. 11. — Innoc. I. epi 24 ad patres in Tolet. synodo ca. 2. Conc. Cartha. 3. can 35. Concil. Cartha. 7. can. 2. Theodos. Arcadi. & Honor. in l. 11 c. Theod. de scenicis.

Vel catechumena.

Quare catechumena ante lavacrum, pœnitentia velut Christiana afficiatur. Cap. LIX.

De catechumena autem ideo mentio facta est, quia etsi de his qui foris sint, nihil ad nos, dixerit Paulus;

lus;catechumeni non omnino erant extra eccleſiam, cum A de illis ratione finis propoſiti maxima ſemper cura habita fuerit ab epiſcopis. Quare concubinas habere, ab Auguſtino illi non permittebantur, quarumdam orationum quæ in miſſa fiebant erant participes, uſque ad eam partem, quæ miſſa catechumenorum dicebatur, de qua Auguſtinus, Gregorius, Iſidorus, & alii. Quare ad eccleſiam accedere ſæpe tenebantur, ut hujus concilii decreto cautum ſuperius retuli, in quo nonnulla alia diximus. Hac ipſa ratione catechumenis lapſis pœnitentiam adſcripſit concilium Nicænum. *Placuit*, inquit, *huic ſancto, & magno concilio de catechumenis, ut tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo; poſt hac vero orent cum catechumenis.* Delatoris catechumeni pœnitentia exſtat inferius, ut ante quinquennii tempus admitti non poſſet ad baptiſmum. Sed latius catechumenorum pœnitentiam, ut utilem, & neceſſariam, frequentem fuiſſe in eccleſia ſcripſit Tertullianus. Ab hoc ergo eccleſiæ ingreſſu, & orationum communione repellendas catechumenas hic decernunt Hiſpani patres, ſi comicos viros, & ſcenicos non dimiſerint. Quod ſi adulteram peccantem dimittere mariti jubebantur canone ſuperiori, cur non & ipſæ viros idololatras, aliiſq; gravibus criminibus contaminatos? Reliqua de catechumenis dicemus capite ſequenti.

D. Auguſt. lib. 5. Homil. homilia 42. cap. 2.

D. Greg. Iſidorus & Aug.

Can. 45. hujus conc.

Conc. Nicænum can. 15.

Can. 73. hujus concilii.

Tertull. lib. de pœnitentia c. 6.

Can. 65. hujus concilii.

Canon LXVIII. Vulgatus.

De catechumena adultera, quæ filium necat.

Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari.

Canon LXVIII. *Emendatus.*

De catechumena adultera, quæ filium necat.

Catechumena ſi per adulterium conceperit, & conceptum præfocaverit, placuit eam in fine baptizari.

De priſco more admittendi infideles ab baptiſmum: & de pœna, ut non niſi in fine quis poſſet baptizari: & an catechumenus, ſine baptiſmo decedens æterna frui poſſit beatitudine: explicatis in eam rem, concilii Bracarenſis 1. can. 35. & B. Chryſoſtomo: diſſeritur præterea de cap. catechumenum, de conſecratione, diſtinctione, 4. Cap. LX.

GRAVISSIMA fuit olim hinc inde petitis rationibus agitata contentio, an eccleſia de vita eorum, qui ante baptiſmum peccaſſent, aliquam rationem habere debuiſſet. *Quibuſdam enim videbatur*, ait Auguſtinus, *indiſcrete omnes admittendos eſſe ad lavacrum regenerationis, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro: non ſolum ſi malam turpemque vitam facinoribus & flagitiis evidentiſſimis notam mutare noluiſſent, ſed in ea etiam ſe perſeveraturos, aperta confeſſione declaraſſent. v. g. Si quis meretrici adhæret, non ei prius præcipiatur, ut ab ea diſcedat, & tunc veniat ad baptiſmum, ſed etiam cum ea manens manſurumque ſe confitens, admittatur, & baptizetur; ne impediatur fieri membrum Chriſti, etiam ſi membrum meretricis eſſe perſtiterit: ſed poſtea doceatur, quam ſit hoc malum, jamque baptizatus de mutandis in melius moribus inſtruatur. Perverſum enim putant, atque præpoſterum, prius docere, quemadmodum debeat vivere Chriſtianus, & deinde baptizari. Sed cenſent præcedere debere baptiſmi ſacramentum, ut deinde ſequatur vita morumque doctrina: quam ſi tenere & cuſtodire voluerit, utiliter fecerit; ſi autem noluerit, & retenta fide Chriſtiana, ſine qua in æternum periret, in quolibet ſcelere immunditiaque permanſerit, ſalvum eum futurum, tanquam per ignem, velut qui ædificaverit ſuper fundamentum, quod eſt Chriſtus, non aurum, argentum, lapides pretioſos, ſed ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, non juſtos caſtoſque mores, ſed iniquos & impudicos.* Hæc Auguſtinus, quæ privato conſilio adverſus eos ſcripſit, qui omnes ad baptiſmum citra diſcrimen admittebant. Origo autem, & principium ejus diſputationis ab eodẽ refertur his verbis. *Ad hanc autem videntur diſputationem impulſi, quod eos moverit, non admitti ad baptiſmum illos qui dimiſſis uxoribus, alias duxerint; vel fœminas quæ dimiſſis viris, aliis nupſerint: quia hæc non conjugia, ſed adulteria eſſe dominus Chriſtus ſine*

D. Aug. de fide, & operibus in principio.

1. Cor. 6.

1. Cor. 3.

A *ulla dubitatione teſtatur.* Sed contrarium, ut melius multo & congruentius prudentiæ Chriſtianæ, elegit eccleſia, non Africana ſolum, quod teſtatur Auguſtinus, nec Hiſpanica tantum, ut ex hoc canone conſtat, & ex canone præcedenti, in quo aurigas, & pantomimos ad baptiſmum non antea admittendos, quam artibus ſuis renuntient, decernitur, ſed catholica etiam, & Romana, ut poſtea oſtendemus: quod multis & graviſſimis teſtimoniis probavit D. Auguſtinus. *Quod aliud*, inquit, *opportunius tempus reperiri poteſt, quo audiat, quemadmodum fidelis fieri, ac vivere debeat, quam illud; cum attentiore animo atque ipſa religione ſuſpenſo, ſaluberrimæ fidei ſacramentum petit? An uſque adeo diſſimulamus a ſenſibus noſtris, ut vel nos ipſos non recordemur, quam fuerimus attenti, atque ſoliciti, quid nobis præciperent, a quibus catechizabamur, cum fontis illius ſacramenta peteremus; atque ab hoc competentes etiam vocaremur? vel non intueamur alios, qui per annos ſingulos, ad lavacrum re-* B *generationis accurrunt, quales ſint ipſis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur, quanta vigilantia conveniant, quo ſtudio ferveant, qua cura pendeant? ſi tunc tempus non eſt diſcendi, quæ vita congrua tanto, quod accipere deſiderant, ſacramento, quando erit? An vero cum acceperint, in tantis criminibus permanentes; etiam poſt baptiſmum, non novi homines, ſed rei veteres; ut videlicet perverſitate mirabili prius eis dicatur: Induite hominem novum; & cum induti fuerint, poſtea dicatur: Exuite veterem; cum apoſtolus ſanum ordinem tenens dicat: Exuite veterem hominem, & induite novum: & ipſe dominus clamet: nemo aſſuit pannum novum veſtimento veteri, & nemo mittit vinum novum in utres veteres? Quid autem aliud agit totum tempus quo catechumenorum locum, & nomen tenent, niſi ut audiant, quæ fides, & qualis vita debeat eſſe Chriſtiani, ut cum ſeipſos probaverint, tunc de menſa domini manducent, & de calice bibant. Quoniam qui manducat indigne, judicium ſibi manducat & bibit.* C *Quod autem fit per omne tempus quod in eccleſia ſalubriter conſtitutum eſt, ut ad nomen Chriſti accedentes, catechumenorum gradus accipiant; hoc fit multo diligentius, & inſtantius his diebus, quibus competentes vocantur, cum ad percipiendum baptiſmum ſua nomina jam dederunt.* Quo autem ordine hæc omnia olim fierent in eccleſia, conſentaneum eſt, ut ex vetuſtis patribus repetamus. Cum primum epiſcopi curam haberent catechumenorum, poſtea creſcente in dies fidelium multitudine, & ipſis aliis eccleſiarum negotiis diſtentis, cura uni preſbytero demandata eſt, quem catechumenorum ſive audientium doctorem nuncupabant. Eo officio poſt apoſtolos, apud Alexandriam Pantænus primus functus eſt, ſecundus per ordinem Clemens Alexandrinus: tertius Origenes Clementis diſcipulus, a Demetrio epiſcopo electus, ut teſtatur Euſebius, & ſi poſtea a diacono officium id exercuiſſe tradiderit Auguſtinus. Qualis autem is magiſter, D vel doctor eſſe deberet, ex B. Petro Clemens papa refert. *Qui catechizant*, inquit, *id eſt, qui verbo inſtruunt incipientes, primo oportet, ut ipſi inſtructi ſint; de anima enim agitur hominum; & oportet, eum qui docet & inſtruit animas rudes, eſſe talem, ut pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare; & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipſe præcipue apprime eſſe eruditus & doctus, irreprehenſibilis, maturus, impavidus, ſicut ipſi probabitis fore Clementem hunc poſt me.* Eorum autem locum obtinere eos cathedralium eccleſiarum canonicos, quos doctorales nunc[illegible]t, jam diu mihi perſuaſi. Quem autem ordinem in hac inſtitutione is doctor ſcholaſticus, ſeu catechiſta obſervare debuiſſet, & ille quem ipſe novus Chriſtianæ diſciplinæ ſectator, tanquam fidei ſuæ ſponſorem adhibuerat, (non enim temere omnes ad catecheſim admittebantur, ſed illi ſolum quos antiqui Chriſtiani probatæ vitæ, fidei & religionis pontificibus inſtituendos obtuliſſent, ſincerum ipſo- E rum ſtudium & voluntatem ſpondentes) Clemens PP. * docuit. *Qui primo*, inquit, *ad myſterium pietatis accedunt, per diaconos adducantur ad epiſcopum vel preſbyteros, & cauſa exquirantur, cur ad dominicum ſermonem acceſſerint: & ii, qui eos adduxerunt, teſtificentur, ſingula diligenter exponentes. Exquirantur etiam eorum mores ac vita, & an ſervi ſint vel liberi. Quod ſi quis ſervus reperiatur, interrogetur cujus domini ſit: at ſi hominis fidelis ſervus fuerit, interrogetur dominus, an illum ſuo teſtimonio commendare velit; ſi nolit, rejiciatur, quouſque ſe dignum apud dominum exhibeat. Si commendatur domini teſtimonio, recipiatur. Si ſit ethnici ſervus, inſtruatur quemadmodum placeat domino, ne blaſphemetur verbum. Si habet uxorem, vel mulier ſi virum, doceatur contentus eſſe uterque ſuo connubio. Si ſint ſoluti, diſcant non fornicari, ſed juſtis nuptiis copulari. Si dominus fidelis, ſciens ſervum vel ancillam fornicari, tamen non dat ſervo uxorem vel an-*

cilla

Canone hujus conc. 62.

D. Aug. libro de fide. & operib. cap. 6.

Col. 3.

Matth. 9.

Euſebius lib. 7. c. 3. hiſt. eccleſ.

D. Aug in princip. lib. de catechizandis rud.

D Clem. papa in epiſt. 1.

* Clem. papa 8. conſt. apoſt. c. 38. In editione Turriani, quam ſecuti ſumus, cap. illud numeratur 32. Vide ſupra p. 496. C. atque hanc Bovii verſionem cum Turrianica compara.

cilla virum, excommunicetur. Si quis dæmonem habet, erudiatur in pietate, sed non recipiatur in communionem, priusquam purgetur. Si mors instet, recipiatur. Si quis sit leno; vel lenocinium desinat, vel rejiciatur. Meretrix si accedat; vel desistat, vel rejiciatur. Artifex idolorum, si accedat, vel desinat, vel rejiciatur. Scenicus si accedat, sive vir sit, sive mulier. Auriga, gladiator, cursor stadii, ludius, olympius, choraules, citharædus, cyristes, saltator, caupo; desistat vel rejiciatur. Miles si accedat, erudiatur, nemini injuriam facere, non calumniari, contentum esse suis stipendiis: si pareat, recipiatur: repugnans, rejiciatur. Pædico, cinædus, mollis, incantator, astrologus, vates, venenatoriis carminibus dans operam, nepos circumforaneus, amuleta faciens, lustrator, augur, conjector, palmorum interpres, observans in occursu offensiones oculorum, pedum, avium, felium, carminum, auditionum symbolitarum, tempore probetur: nisi pareat, rejiciatur. Pellex, infidelis ancilla, soli domino obsequens, recipiatur. Si cum aliis intemperans fuerit, rejiciatur. Græcos mores qui sequitur, vel Iudaicas fabulas; vel mutet se, vel rejiciatur. Theatralibus ludis qui dat operam, venationibus, equorum cursibus, certaminibus, vel desistat, vel rejiciatur. Fere omnia hæc docuit B. Dionysius Areopagita. Alia autem multa quibus imbui oportebat catechumenos, idem Clemens recensuit. Sed ea latius multo Augustinus opere integro de catechizandis rudibus quæ a catechistis & assidue legi & continuo observari impense cupio, ut susceptum magisterii institutum uberrimo auditorum fructu feliciter exequantur. Tempore autem quod catechumeni in hac fidei (ut ita dicam) probatione conterebant, non solum quæ ad peccati & prioris vitæ odium, quæ ad infidelitatis, ignorantiæ & cæcitatis detestationem pertinent, illi edocebantur, sed & omnia quæ ad bene beateque vivendum, ad morum integritatem, cælestemque in suscipienda religione deinceps secuturam vitam spectant: eaque non ore solum psyttacorum more, sed diurna nocturnaque manu exercere versareque tanquam veri Christiani interdum monebantur, interdum cogebantur. D. Ambrosius. *Cum vel patriarcharum*, ait, *gesta vel proverbiorum præcepta leguntur, quid putas aliud expediatur, quam ut his informati atque instituti assuescant majorum ingredi vias, ac divinis oraculis obedire, quo renovati per baptismum ejus vitæ cursum teneant, quæ deceat ablutos.* Vnde si quid humanitus accidisset, lapsuque peccarent, pœnitentia ut fideles, sed nonnumquam leviori, puniebantur. Concilium Neocæsariense, catechumenis peccantibus pœnitentiam præscripsit, ut genibus flexis verbum audiant: audiebant enim communiter stantes, ut colligitur ex D. Augustino. *Catechumenus*, inquit concilium, *id est audiens, qui ingreditur in ecclesiam, & stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus; figens genua audiet verbum, ut se abstineat ab illo peccato; quod fecit: quod si in eo perdurat, abjici omnino debere.* In concilio etiam Nicæno, lapsi catechumeni hæc pœnitentia legitur. *Placuit huic sancto & magno concilio, de catechumenis qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo; post hæc vero orent cum catechumenis.* Catechumenæ habentis virum comicum vel scenicum, pœnitentia exstat canone præcedenti; crimen alterius deferentis sancita alia pœna est inferius. Hoc autem, ut quondam illi calumniabantur, non esse novum in ecclesia abunde probat D. Augustinus, *Illud sane mirabile est*, ait, *quod fratres qui aliter sapiunt, cum debeant ab ista vel nova vel vetere, perniciosa tamen opinione discedere, ipsi insuper dicant novam esse doctrinam, quæ nequissimi homines, in suis flagitiis se perseveraturos in propatulo profitentes, non admittuntur ad baptismum: quasi nescio ubi peregrinentur, quando meretrices & histriones & quilibet alii publicæ turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis talibus vinculis, ad Christi sacramenta non permittuntur accedere: qui utique secundum istorum sententiam omnes admitterentur, nisi antiquum & robustum morem sancta ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima veritate venientem, quæ certum habet, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Et nisi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam accedere ad baptismum non sinuntur. Si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint pœnitentiam salvi esse non possunt. Sed ebriosi, avari, maledici, & si quæ alia vitia damnabilia apertis factis convinci, redarguique non possunt: præceptis tamen & catechismis validissime flagellant, atque omnes tales mutata in melius voluntate, ad baptismum videntur accedere. Sed si forte adulteros, quos non lex humana, sed divina condemnat, id est, qui alienas uxores tanquam suas habent, vel fœmina alienos maritos alicubi negligentius admitti solere adverserunt, ex illis rectis debent conari ista corrigere, hoc est, ut etiam isti non admittantur, non ex his pravis illa recta de-*

Dionys. Areopag. lib. de eccles. hier. pa. 3. cap. 3.
Clem. PP. lib. 7. cap. 39.
D. Aug toto lib. de catechizandis rudibus.
D. Ambr. lib. de myster. init. ca. 1.
Conc. Neocæsarien. can. 5.
D. Aug. de catech. rudib. cap. 13 Conc. Neocæsarian. can. 5.
Conc Nicænum can. 5.
Can. 73. hujus concil.
D. Aug. de fide & operib. cap. 17.

A *pravare, ut neque de morum correctione catechizandos esse censeant, competentes: & consequenter omnes etiam illarum publicarum turpitudinum & scelerum professores, hoc est meretrices, lenones, gladiatores, ac si quid hujusmodi est, etiam in illis malis permanentes, admitti oportere arbitrentur. Omnia quippe illa quæ apostolus enumerat, concludens, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt: qui vehementius agunt, manifesta ta sibi congruenter increpant, & resistentes atque in eis se permansuros profitentes, ad accipiendum baptismum non admittunt.* Aliam præterea difficultatem, quam iidem ipsi objecerant, huc etiam spectantem his verbis expedivit idem Augustinus. *Sed in tribus millibus, inquiunt, quos uno die apostoli baptizarunt, & in tot millibus credentium, in quibus apostolus ab Hierusalem usque in Illyricum evangelium replevit, erant utique aliqui alienis uxoribus copulati, vel fœminæ alienis maritis: in quibus regulam apostoli constituere debuerunt, quæ deinceps in ecclesiis servaretur, utrum non*
B *admitterentur ad baptismum, nisi illa adulteria correxissent. Quasi non similiter adversus eos dici possit, quod non inveniunt aliquem commemoratum, qui cum talis esset, admissus est. Aut vero possint singulorum hominum crimina (quod infinitum erat) commemorari, cum generalis illa regula satis superque sufficiat, ubi Petrus pluribus verbis testificans, baptizandis ait: eripite vos ab hoc sæculo pravo. Quis enim dubitet ad hujus sæculi pravitatem adulteria pertinere, & illos qui elegerunt in eadem iniquitate persistere? Similiter autem dici potest, publicas meretrices, quas utique ad baptismum, nisi ad illa turpitudine liberatas nulla admittit ecclesia, potuisse inveniri in tot millibus tunc credentium per tot Gentes, & de his suscipiendis vel prohibendis constituere apostolos exempla debuisse. Veruntamen de quibusdam minoribus possumus conjectare majora. Si enim ad baptismum Ioannis venientes publicani prohibiti sunt aliquid amplius exigere, quam quod eis fuerat constitutum, miror si venientibus ad baptismum Christi, posset permitti*
C *adulterium. Commemoraverunt etiam Israelitas, multa mala & gravia perpetrasse, & effudisse multum sanguinem prophetarum; nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, quia in Christum credere noluerunt, non intuentes, quia peccatum eorum non hoc solum fuit, quia in Christum non crediderunt; verum etiam quia Christum occiderunt: quorum unum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. Illud ergo est contra fidem rectam, istud contra bonam vitam. Vtroque autem vitio caret, qui fidem Christi habet: non sine operibus mortuam, quæ etiam in dæmonibus invenitur, sed fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur.* Nec eas peccatorum labes quas jam adhuc catechumenus, sed & omnes quas antea infideles turpiter contraxerant, pœnitentia injecta eluebant; non pœnitentia, ut sanctissimum est ecclesiæ sacramentum, & secundum, post intinctionis dominicæ monumenta, salutare subsidium (ut
D vocat Tertullianus) vel secunda (ut Hieronymus) post naufragium tabula: sed ut est peccatorum & anteactæ vitæ detestatio, ut quidquid error vetus inquinasset, quidquid in corde hominis ignorantia contaminasset, id pœnitentia verrens & radens superventuro Spiritu sancto pararet; quo se ille cum cælestibus bonis libens inferret. Quare carnibus & vino eos semper abstinere (ut abstinent hodie qui rigidius religionum institutum profitentur) concilio Carthaginensi IV. cautum est. Qui hæc a sanctissimis ecclesiæ patribus instituta legerit, non mirabitur, quod hic Hispani constituunt; nam crimen adulterii gravissimum olim habitum, etiam illi qui ad baptismum omnes indifferenter admittebant, confessi sunt, teste Augustino. Si autem huic aliud non minori pœna dignum, homicidium nimirum, nec homicidium tantum, sed parricidium adjecerunt, (de cujus gravitate actum est supra) non immerito hæc pœna
E constituta est, ut usque ad obitum non baptizentur. Quemadmodum enim pro gravissima pœna impositum est fidelibus, ut sacrosancti corporis & sanguinis domini non fierent participes, sic & catechumenis infidelibus ne baptismi, ut si fortasse non ficte ad illũ suscipiendum accessissent, sed ea quam ostentarant religione, dilato regenerationis beneficio majora certioraque veræ conversionis argumenta prodentes, digniores ut reciperent, efficerentur: interimque tali pœna deterriti, ab aliis etiã peccatis retraherẽtur. Quod si delictum non adeo grave esset, ad brevioris temporis spatium baptismus differebatur: catechumenos enim fidelium delatores quinquennio non esse baptizandos, pro pœna decretum est ab eisdem inferius De his quæ partus enecant, & earum pœna actum superius. De ea autem quæ hic constituitur, ut scilicet non nisi in fine baptizentur, agendum. Gravissima hæc pœna est, ut quis non nisi in mortis discrimine baptizari possit: quod turpe adeo olim habitum est, si

Idem Aug. c. 21. de fide, & operibus Roman. 15.
Act. 2.
Luc. 3.
Lucæ. 1.
Galat. 5.
Lucæ 17.
Tertull. lib. de pœnit. cap. 11.
Hieron. in epist. ad Demetriadem & c. 3. Isaiæ.
Idem Tertul. eodem lib. cap. 2.
Conc. Carthag. 4. can. 85.
D. Aug. de fide & operi. cap. 19.
Can. 73. hujus conc.
Hoc lib. 3. ad c. 51.

sponte quis differret baptismum usque ad id tempus, ut si postea longiori perfrueretur lucis usura, ordinari presbyter non posset, quod antiqua ecclesię consuetudine receptum tradit Eusebius, & decreto concilii Neocæsariensis sancitum est.

Euseb. l. 2. hist. eccles. cap. 35. Conc. Neocæsar. can. 12.

Sed quid si eo temporis intervallo, catechumenus infensa & gravi valetudine absumeretur, moreretúrque sine baptismo, an æterna ille felicitate privaretur, quæri potest? Et audio ex sententia & decreto concilii Bracarensis I. multos notasse, ea catechumenos privandos: sic enim canon ait. *Item placuit, ut catechumenis sine redemptione baptismi defunctis, simili modo, neque oblationis sanctæ commemoratio, neque psallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiam usurpatum est.* Hujus tamen canonis sententiam longe esse diversam censeo: nam cum baptismus flaminis, eamdem quam aquæ habeat virtutem, ut docuit concilium Arausicanum sub Leone I. D. Ambrosius, Augustinus, Bernardus, & Hugo: qui inquam fieri potest, ut peccatorum indulgentiam & sancti Spiritus gratiam, quam catechumenis exantlati in audiendo & stando triennii labores, quam severa & rigida jejunii, abstinentiæ, & pœnitentiæ observatio, quam ardentissimum fidei, spei & caritatis studium, apud Deum harum rerum omnium non spontaneum solum, sed studiosissimum acceptatorem conciliarunt & pepererunt, eam postea perexiguo temporis intervallo, quædam solū morbi non spiritualis, sed corporalis necessitas eripiat, evertat, labefactet, expugnet? Deum enim tam immitem & ferreum esse, ut his sanctis muneribus non lenia-tur, tam obliviosum ut nullam retineat divinæ suæ pollicitationis memoriam; tam ingratum, ut singularem cordis & animi (quam ipse requirit) observantiam & obsequium fere Christianum despiciat, spernat, nec cogitari, nedum scribi, aut affirmari fas est. De suo enim Valentiniano sic locutum Ambrosium accepimus. *Non habet gratiam quam desideravit? non habet quam poposcit? & quia poposcit, accepit.* Nec ab hac benigna Christianæ pietatis sententia discrepasse catholicam & sanctam Hispanicæ ecclesiæ mansuetudinem & lenitatem, facilius probaverim, si observaverim prius, olim primitivæ ecclesiæ patres tam severam & strictam vitæ Christianæ institutionem a primis exegisse Christianis, qualem utinam hodie, non dicam vulgares Christiani, sed & omnes qui ad excelsum vitæ institutum aspirant, adeo præclaram redderent: erat enim inter eos quasi summa religio, vel leviter post baptismum peccasse. Qua ratione multi catechumenorum, ut licentius interim viverent, suscipiendi baptismi occasionem omittebant, sibi persuasum habentes, cum voluissent, ab his sordibus quas longiori vita contraxerant, baptismi susceptione posse mundari. Quod refert notatque D. Augustinus. *Non omnes,* inquit, *sciunt donum Dei, quia non omnes desiderant aquam vivam, si enim desiderarent, nunquam circa se baptismi sacramenta differrent. Igitur de se pronuntiant, & vita sua testimonium perdunt, qui adeo volunt tardius baptizari, ut flagitia & scelera multa committant. Noli differre o homo, remedia salutis, &c.* Id ipsum testatur divus Chrysostomus. Eo malo laborasse Marcionistas auctor est Tertullianus. Baptismum enim iterabant, vel ad extremum ætatis protendebant. Ne ergo occasionem suscíperent liberius peccandi, tempore quo in statu essent catechumenorum, recte concilium decrevit: non quod catechumeni mortui, sine baptismo, spirituali vita priventur; nam & hoc adversatur maxime virtuti & animo suscipiendi baptismum, quem catechumenos habuisse & præ se tulisse certum est: sed quod illis oblationis sanctæ commemoratio non impendatur, neque psallendi officium; hoc est, ne pro illis sacrificium fiat, neve psalmorum recitatio. Solebant enim olim memorias defunctorum anniversariis orationibus, vigiliis, psalmorum laude & missis celebrare, ut auctor est Beda, referens, ad crucem quam Osuvaldus in Anglia erexerat, fratres Hagustaldensis ecclesiæ, quotannis pridie ante illum diem, quo is occisus fuerat, vigilias cum plurima psalmorum laude continuasse; & victimam sacræ oblationis pro salute animæ ejus offerre solitos fuisse. Gesta enim (ut alia trita omittamus) episcoporum Metensium referunt de Clodulfo episcopo, quod ipsi sepulto, clerici ejus per dies triginta missarum solennibus, orationibus continuis, vigiliis & psalmodiis pietatis intuitu justa persolverunt. In Hispania autem religiosorum hominum tantum & in pace ecclesiæ decedentium corpora deferri ad sepulturam psalmorum cantu, apparet ex concilio Toletano III. Impiis vero neque loco solito juxta ceteros Christianos tumulus datus est, neque preces eis exhibitæ, neque missæ dictæ, neque psalmi cantati, ut idem Beda refert. Quare cum de catechumenis, qui baptismi susceptionem ad obitum usque distulerant, suspicio esset injecta, quod animo ficto potius, quam vere Christiano catechumenorum statum fuissent professi, ut in concilio Neocæsariensi dicitur: vel si vero, eo consilio distulisse; ut interim licentius peccarent: quod multis experimentis cognoverant: justissime in pœnam decretum est, pro eis sine baptismo aquæ defunctis, neque sacrificium offerri; neque psalmos cantari: quod non solum in catechumenos sine baptismo defunctos statuit concilium Bracarense, sed & in omnes qui ob gravia scelera, pœnam & supplicium mortis judicis sententia paterentur, tametsi de æterna eorum felicitate non esset desperandum, quod pœnitentia ducti extremum illud supplicium pati potuissent. Concilii Bracarensis verba hæc sunt. *Item placuit, ut hi qui sibi ipsis, aut per ferrum, aut per præcipitium, aut suspendium, vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpaverunt. Similiter & de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur.* Quod & in Gallia aliquando observatum, & sublatum postea concilio Vvormaciensi satis constat. Nec acerba & dura videri debet concilii constitutio, qua decrevit, differentes baptismum, oblatione & psalmis privari; cum durior multo fuerit D. Cyprianus erga eos, qui pœnitentiam ad mortis periculum distulerant; & in eo pacem & pœnitentiam petebant: censuit enim illis pœnitentiam denegandam. Sic enim scribit ad Antonianum. *Et idcirco, frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis & pacis; si infirmitate atque periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* Quod in usu fuisse ad tempora Cœlestini papæ I. & Leonis etiam I. argumento est, quod contrarium definierint observandum. Pœna enim hæc pro levioribus delictis (etsi graviora tunc viderentur) etiam illis qui baptismum susceperant, imponi solebat. Divus enim Cyprianus pro Geminio Victore monet non offerri: neque pro illius dormitione sacrificium celebrari; pro eo solum quod de sæculo excedens Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominasset. *Quod jam pridem,* inquit, *in concilio episcoporum statutum fuerit, ne quis, de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constitueret.* Et hæc erat excommunicatio seu anathema defunctorum, de qua intelligendum est concilium Carthaginense, apud Balsamonem & Gregorium IX. dum episcopo, qui extraneos, vel consanguineos hæreticos heredes instituerit, anathema post mortem dici jubet, hoc est, pro illis, nec sacrificium offerri, nec preces, & reliqua ecclesiæ suffragia.

D. Ambros. in ora funebr. de obitu Valent. imper. D. Aug. lib. 4. de baptismo contra Donatist c. 22. D. Bernard. in epist. 22. ad Hugo. Hugo de sancto Victore lib. de sacrament p. 6. c. 7. Conc. Arausic. sub Leone I. can. 12. Ioan. 4. D. Aug. serm de non differendo baptismo & lib. de catechizand. R-d-6. D. Chrysost. homil. 1. in acta apost. Tertull. adversus Marcionem. *Explicatur concilium Bracarense, can. 35.* Beda lib. 3 c. 2. Conc. Tolet 3. can. 22. Idem Beda lib. 5. cap. 15. Conc. Neocæsar. can. 12. Conc. Bracar. can. 16. Conc. Vvormac. can 80. D. Cypr. epi. 52. ad Antonianum, ca. 6. Cœlestin. papa I. in epi. ad Galliarum episc. Leo papa I. epist. 89. ad Theodor. Forojuliensem episc. Grat. in can. agnovimus & can. is qui 26. quæst. 6. D. Cypr. in epist. ad presbyteros, & diaconos, ac plebem Furnis consistentem lib. I. epist. 66. Conc. Carthag. can 84. apud Theodor. Balsamon. Exstat apud Greg. 9. in c. Si quis episc. de hæret.

Constat ergo ex hoc concilio, pro catechumenis sine baptismo defunctis sacrificium & laudes dici non posse: pro illis intelligo, qui in culpa fuerunt, ut fine baptismo decederent: vel quia ficto animo aspirabant ad baptismum: vel si vero, quia recusabant illum suscipere, ut liberius interim vitam agerent. Si autem non ea ratione, sed implendæ injunctæ pœnitentiæ causa, ut in hoc concilio; vel præparandi sui gratia baptismum differrent, putarem illis æternæ vitæ aditum minime intercludi, quia tunc in merito sunt magis, quam in culpa; idque fecerunt olim viri pietate & religione clarissimi. Constantinus enim magnus, ut scribit divus Ambrosius, & Theodosius ipse, tota sua vita ea ratione distulerunt baptismum; quos nemo sani judicii reprehendet. Pro illis ergo catechumenis, qui sine culpa sua sine baptismo discesserint, & in sacrificio secretam offerri orationem, & in funere educendo psalmos cantari posse censeo; quod non minor sit baptismi flaminis, quam aquæ virtus, dignosque illos censeo ecclesiastica sepultura: de qua siluit concilium, quod eo tempore perfecti adhuc catholici in ea non sepelirentur, ejusdem concilii Bracarensis decreto.

D. Ambros. orat. in obitum Theodos.

Nec æquiori animo tulerim D. Chrysostomum in contrariam adhuc sententiam citari, quod dixerit, pro catechumenis, nec sacrificium offerendum, nec orationem habendam. *Catechumeni vero,* inquit, *nec hac digni consolatione censentur, sed omni sunt tali suffragio privati.* Alio enim respexit Chrysostomus: agebat enim de suffragiis & orationibus publicis ecclesiæ ab apostolis institutis, ut in missæ sacrificio defuncti fideles commendarentur: in his autem ait actum non esse de catechumenis defunctis; ideoque non licere in publico missæ sacrificio pro illis offerre, ne institutionibus apostolicis aliquid adderetur. Non tamen voluit Chrysostomus, illos æternis (ut ei objicitur) tormentis cruciari, tanquam infideles: cum

Conc. Bracar. I. can 36. D. Chrysost. homil. 69. *Explicatur D. Chrysost. homil. 69.*

A in eodem capite docuerit, piis oblationibus & eleemosynis eorum animas juvari: quod de ethnicis, nec cogitasset Chrysostomus. Hanc autem fuisse Chrysostomi mentem, illa sane comprobare videntur: *Non temere*, ait, *ab apostolis hac sancita fuere, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cum enim totus constiterit populus extensis manibus, sacerdotis plenitudo & tremendum proponat sacrificium, quorum Deum non exoravimus pro iis deprecantes? Sed hoc quidem de his qui cum fide migrarunt. Catechumeni vero, nec hac digni consolatione censentur, sed omni sunt tali suffragio privati; prater unum solum. Quod autem illud? dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis prastare refrigerationis, vult namque Deus nos alterum alteri prodesse; nam quare pro pace mundi, & tranquillitate nos jussit orare? Quare cum hic ubique sint latrones & fures ac sacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamen pro omnibus precamur, forsitan aliqua fiet eorum mutatio? Sicut itaque pro viventibus precamur, qui nihil a mortuis differunt, ita pro illis quoque* B *licet orare*. Hæc Chrysostomus, quibus sane pios omnes in contrariam quam antea Chrysostomo imponebatur, sententiam ituros non ambigo, catechumenos videlicet nulla propria culpa, sed mortis necessitate sine baptismo aquæ defunctos, hereditatis cælestis ut filios jam regeneratos fore participes.

[D]. August lib. de ecclesiastic. dogmatib cap. 73. [G]rat in can. catechumenum de consecrat. dist. 4.

Quod si adversus doctrinam hanc objiciatur tandem Augustini sententia, apud Gratianum, dicentis. *Nullum catechumenum quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio*. Respondebo, librum illum Augustini non esse, sed Gennadii: quod si illam opinionem tenuisset aliquando Augustinus (*quod in ejus libris me legisse non memini*) revocavit eam postea, dum aperte docet contra Donatistas, catechumenum, si forte baptismi sacramentum non contempsit, sed repente absque illo, necessitate naturæ cedens interiit, gloria non carere: *Quam in re*, ait, *nec ego dubito, catechumenum catholicum, divina caritate flagran-* C *tem, hæretico baptizato anteponere: sed etiam in ipsa intus catholica bonum catechumenum malo baptizato anteponimus: nec ideo tamen sacramento baptismatis, quo iste nondum, ille jam imbutus est, facimus injuriam; aut catechumeno: catechumenum sacramento baptismi præferendum putamus, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem melioremque cognoscimus. Melior enim centurio Cornelius nondum baptizatus Simone baptizato. Iste enim & ante baptismum sancto Spiritu repletus est, ille & post baptismum immundo spiritu inflatus est. Verumtamen Cornelius, si etiam Spiritu sancto accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret*. Consequenter postea hæc adjiciens. *Baptismi sane vicem, aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso: non leve documentum, idem Beatus Cyprianus assumit. Quod etiam atque etiam considerans, invenio non tantum passionem pro nomine* D *Christi, id quod ex baptismo deerat, posse supplere; sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum; nec quia credidit, passus est, sed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam sine visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus: Corde creditur ad justitiam, ore confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est: sed tunc impletur invisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit*. Ex mox. *Quid autem valeat*, inquit, *& quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio sacramenti, sine qua tamen ille latro non fuit, quia non ejus accipienda voluntas defuit; sed non accipienda necessitas affuit, difficile est dicere. Nisi tamen plurimum valeret, non servi baptismum dominus accepisset: verum quia per se ipsa consideranda est, excepta salute hominis, cui perficienda adhibetur, satis indicat, quod & in* E *malis, & in eis qui in sæculo, verbis non factis renuntiant, ipsa integra est; cum illi nisi corrigantur salutem habere non possint. Sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, perfecta salus est, quia per pietatem spiritualiter affuit, sic & cum ipsa præsto est; si per necessitatem desit quod latroni affuit, perficitur salus: Quod traditum tenet universitas ecclesia, cum parvuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad justitiam & ore confiteri ad salutem*. Et rursus: *Et sicut in illo latrone*, inquit, *quod ex baptismi sacramento defuerat, complevit omnipotentis benignitas; quia non superbia vel contemptu, sed necessitate defuerat; sic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia vo-*

[D]. August. lib. 4. [d]e baptismo con[tr]a Donatistas. [c]ap. 21.

[A]ct. 10. & 8.

[I]dem cap. 22. [L]uc. 23.

[L]uc. 28.

[R]om. 10.

[I]dem cap. 23.

[M]atth. 3.

[I]dem cap. 24.

A *luntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad justitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem*. Item postea, *Quibus rebus*, ait, *omnibus ostenderit, aliud esse sacramentum baptismi, aliud conversionem cordis; sed salutem hominis ex utroque compleri: nec si unum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse, ut & alterum desit; quia & illud sine isto potest esse in infante, & hoc sine illo potuit esse in latrone: complente Deo, sive in illo, sive in isto, quod non ex voluntate defuisset; cum vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem involvi. Et baptismus quidem potest inesse, ubi conversio cordis defuerit: conversio autem cordis potest quidem inesse, non percepto baptismo; sed contempto, non potest. Neque enim ullo modo dicenda est conversio cordis ad Deum, cum Dei Sacramentum contemnitur*. Multo clarius id ipsum docet Augustinus reddens omnium rationem, contendensque; his satis fieri, qui contrariæ adhæserant opinioni. *Catechumenis ergo* (inquit) *in hujus vitæ ultimo constitutis, si morbo,* B *seu casu aliquo sic oppressi sint, ut, quamvis adhuc vivant, petere sibi tamen baptismum, vel ad interrogata respondere non possint; prosit eis, quod eorum in fide Christiana, jam nota voluntas est; ut eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnare debemus eos, qui timidius agunt, quam nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conservo credita improbius, quam cautius judicare voluisse judicemur. Satis quippe in talibus respiciendum est illud apostoli, ubi dicit: Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus. Sunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis observandum putant, quod dixisse dominum legimus: Nolite sanctum dare canibus, neque projeceritis margaritas vestras ante porcos. Et ista salvatoris verba referentes, baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequiverint: ne forte contrarium gerant voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non potest, in quibus adhuc* C *rationis nullus est usus. Sed non solum incredibile est, ne in fine vitæ hujus baptizari catechumenum velle, verum etiamsi voluntas ejus incerta est, multo satius nolenti dare, quam volenti negare; ubi velit, an nolit, sic non apparet, & tamen credibilius sit eum, si posset, velle se potius fuisse dicturum esse, sacramenta percipere, sine quibus jam credidit, non se oportere de corpore exire. Si autem dominus, ubi ait: Nolite dare sanctum canibus, hoc quod isti cavendum putant, vellet intelligi, non ipse suo traditori dedisset, quod in suam ille perniciem, sine culpa dantis, cum dignis indignus accepit. Unde cum hoc diceret Dominus, credendum est significare voluisse, quod lucem intelligentiæ spiritalis immunda corda non portant. Etsi portanda doctor ingesserit, quæ non recte accipiunt, quia non capiunt, vel reprehensionis morsibus lacerant, vel contemnendo conculcant. Si enim beatus apostolus, quamvis in Christo jam renatis, tamen adhuc parvulis, lac dicit se dedisse, non escam. Necdum enim poteratis,* D (inquit) *sed nec adhuc quidem potestis. Si denique ipse Dominus electis apostolis dixit: Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis illa portare modo: quanto minus possunt ferre, quæcumque de incorporea luce dicuntur, immundæ mentes impiorum?* Quæ omnia non levibus conjecturis, sed clarissimis rerum notis comprobant divum Augustinum ejus semper sententiæ fuisse, ut crederet doceretque, catechumenum, dum baptismi Sacramentum non contempsit, si sine illo, necessitate naturæ, decederet, ad æterna conscendere tabernacula. Sicque illum intellexit & interpretatus est Innocentius II. ad episcopum Cremonensem *Apostolicam* (inquit) *sedem consulere decrevisti; & infra Inquisitioni tuæ taliter respondemus, presbyterum, quem sine unda baptismatis, extremum diem clausisse significasti; quia in sanctæ matris ecclesiæ fide & Christi nominis confessione perseveraverit, ab originali peccato solutum, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum,* E *adserimus incunctanter. Lege super VIII. librum Augustini de civitate Dei, ubi inter cetera legitur: Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam Beati Ambrosii de obitu Valentiniani, idem asserentis revolve. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, Patrum sententiam teneas, & in ecclesia tua juges preces, hostiasque Deo offerri jubeas pro presbytero memorato*. In citatione tamen Augustini, memoria lapsus est pontifex, cum integro libro VIII. de civitate Dei, nihil de catechumeno mortuo sine baptismo differat Augustinus, nec in omnibus XXII. in decimo tertio tantum cap. VII. de eo qui moritur sine baptismo aquæ cum baptismo sanguinis, id

Q est

Idem cap. 25.

D. August. lib. 1. de adulterinis conjugiis capi. 20. & 27.

Rom. 14.

Matth. 7.

1. Cor. 3.

Ioan. 16.

Innoc 2. in epist. ad episcopum Cremonensem, apud Gregor. 9. in cap ad apostolicam de presbyt. nō baptizat.

est martyrii, tractat. Sententiam autem Augustini, quam retulit & probavit pontifex, exstare eisdem verbis conscriptam in dicto libro de baptismo contra Donatistas, nemo jure inficiabitur, qui legerit quæ paulo superius retulimus: citatio enim locorum unius pro altero, vel sanctorum, referendo unum pro alio, ad materiam fidei non spectat; quare sæpe minori diligentia, commutata a pontificibus, vel eorum potius notariis nomina sunt, ut Cœlestinum papam III. citasse Gregorium pro Ambrosio in secunda compilatione, notavimus superius.

Gregorius in c. laudabilem. de convers. infidel. Can. 10. huius Conc.

Quare caput illud, catechumenum, quod a Gratiano in sua discordantium canonum concordia insertum est, omni prorsus auctoritate carere mihi persuadeo: tum quia illud Augustini non est, non Tertulliani, non Fulgentii, non Isidori, non Gregorii (omnibus enim his tribui solet) non tandem alicujus probati doctoris, sed Gennadii Massiliensis in Gallia presbyteri, qui supplevit catalogum, quem scripserat divus Hieronymus de viris illustribus. Sic Vvalafridus Strabo: *Gennadius* (inquit) *Massiliensis presbyter in dogmate ecclesiastico.* Eidem Gennadio tribuit Algerus, & Petrus Lombardus, in editione Lovaniensi, etsi in aliis recentioribus nimis audacter quidam, Augustini nomen falso adscripserint. Ejusdem Gennadii, non Augustini nomine citavit Beatus Thomas. Item Platina Gennadio tribuit Massiliensi, etsi non recte illum episcopum nominet, cum presbyter tantum fuerit, de ea factione Gallorum, contra quam scribunt Prosper & Hilarius Augustino, & contra quam habitum fuit Concilium Arausicanum secundum. In hoc autem libro nonnulla a piis lectoribus cavenda scripsisse Gennadium, ut scripserat antea multa erroribus conspersa gravissimis, in catalogo virorum illustrium, jam diu pie satis & docte notarunt Canonici Lovanienses in principio & censura ejusdem libri, monentes, librum non esse catholici scriptoris, sed Gennadii: sicque diversis conscriptum characteribus, ut reliqua falso Augustino imposita, a catalogo suorum librorum scite rejecerunt. Tum etiam, quia non solum ejusdem Augustini, sed Ambrosii & aliorum sanctorum sententiæ ab ecclesia communi consensu receptæ clarissime illum canonem adversari videmus: & (quod pluris facio) Innocentio papæ III. qui apertissime definivit, fine baptismo aquæ, sed per fidem sacramenti, quam habent catechumeni, posse salvari: sic enim inquit: *Nam cum quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti efficiatur proculdubio membrum Christi: & qui Christum habet per fidem, etiamsi baptismum non habeat, habeat utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus; superædificari posse videtur.* Idque tandem diffinitum exstat recentioris concilii Tridentini decreto.

De consec. dist. 4. c. catechumenum.

Vvalafridus Strabo lib. de rebus ecclesiastic. cap. 20. Algerus lib. de corpore & sanguine domini. capit 11. in priori editione. Petrus Lombardus lib. 2. sententiar. distinct. 8. in editione Lovaniensi. D.Tho. quodlibet 11. art. 11. & in catena. ad. 1. caput Matthæi. Platina in Symmacho.

Innoc. 3. in c. veniens. de pres y. tero non bapti.

Concil. Tridenti. sess. 6. can. 4.

Canon LXIX. Vulgatus.

De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis.

Si quis forte habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam, & sic reconciliari; nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fæminas observandum.

Canon LXIX. *Emendatus.*

De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis.

Si quis forte habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam, & sic reconciliari; nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fæminas observandum.

IVO, part. 8. cap. 281. *Si quis habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam. Hoc & circa fœminas observandum est.* Pœnitentiale Romanum antiquum apud Antonium Augustinum tit. 3. cap. 4. sic: *Si quis forte habens uxorem, semel lapsus fuerit, placuit, eum quinquennium agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fæminas observandum est.*

A *De pœna mariti adulterium committentis.*

Cap. LXI.

DEFERRI olim ad episcopos vel presbyteros fidelium delicta, ut deferuntur hodie ad abbatem vel rectorem monachorum peccata, observavi superius: De crimine adulterii testis est Innocentius I. rescribens ad Exuperium episcopum Tolosanum. In hoc ergo Christi & ecclesiæ foro, imposita pœnitentia marito adulteranti quinquennium est. Severiori delictum multarunt concilium Ancyranum & Vvormaciense: septennis enim fuit. *Si quis adulterium* (inquit Ancyranum) *commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur, secundum pristinos gradus.* Vvormaciense autem. *Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis pœnitentiam agat.* Severissima tamen Concilium Gerundense, dum voluit, ut qui uxorem alterius agnovisset, si illi uxor esset, ad clerum non admitteretur: *Si quis de laicis*, inquit, *post uxorem, aliam cujuscumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur. Quod si quinquenii tempore adversa valetudine utatur, si mortis instet periculum, communionem accipere posse, gratia facta, decernitur.* Si vero convaluerit, & post id tempus in pœnitentia transactum & impetratam reconciliationem, iterum lapsus fuerit, in morte tantum esse conveniendum docemur canone XLVII. superiori. Quod si promiserit cessaturum, dandam ei communionem. Si autem a morbo liberatus, iterum mœchatus fuerit, ne detur ei communio pacis vel panis, ne de dominica communione lusisse videatur.

Innoc. 1. in epist. 3. ad Exuperium episcopum Tolosanum cap. 4. Concil. Ancyr. can. 20. Côcil. Vuormat. can. 10.

Concil. Gerundem. can. 8.

Hoc & circa fæminas observandum.

Vter adulterio commisso magis peccet vir an uxor. Cap. LXII.

DECRETO huic multa repugnare videntur, dum parem fæminæ & viri adulterio pœnam præscribit: sic enim videtur parem utriusque culpam docere. Primum repugnat D. Augustinus, qui maritos adulteros, majori pœna quam uxores afficiendos censet. *Indignantur*, inquit, *mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis pœnas; cum tanto gravius eos puniri oportuerit, quo magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere faminas.* Et alibi: *Non mœchaberis*, ait, *id est, non ibis ad aliquam aliam, præter uxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore, & non vis hoc reddere uxori. Et cum debeas in virtute præcedere uxorem: quoniam castitas virtus est: tu sub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam victricem esse; tu victus jaces. Et cum caput uxoris sis, præcedit te ad Deum, cujus caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere? caput enim mulieris vir est; ubi autem melius vivit mulier, quam vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debes vivere quam mulier, & præcedere in omnibus bonis factis uxorem.* Repugnant etiam lex Iulia, Severusque & Antoninus Impp. docentes, maritos accusare posse uxores adulteras, uxores vero non sic maritos.

D.Augu. lib. 2. de adulter. coniug. c. 8.

Idem lib. de decem chordis. c. 3.

Ephes. 5.

Sed Augustinus non obstat, quod ille non contendat probare, magis peccare violatæ castitatis crimine virum adulterum, quam fœminam (castitas enim pudicitiaque fœminas decet magis multo quam viros) ideoque fæminæ; tum ob hanc caussam; tum ob partus periculum, magis peccat quam viri; confunduntur enim earum adulterio incerta stirpe familiæ, & parentibus non suis illegitimæ proles adscribuntur, ut cum justis liberis eandem partem ferant. Quod sane gravissimum est, nec Augustinus negavit, sed solum ait, magis peccasse virum, ob scandalum & exemplum, quod imperii ratione ille subditis præbere tenebatur: tum etiam ne maritus uxori indignaretur adulteræ, cum talibus irritata moribus, aut imitari se putet, aut vindicare, ut recte post Quintilianum dixit Lactantius. Lex autem Iulia, imperatoresque Severus & Antoninus de gravitate criminis non disputant; sed de accusatione civili & publica: hanc enim noluerunt uxoribus adversus maritos, sicut maritis adversus uxores concedi; cum ob decoris, honestatis, reverentiæque conjugalis rationem, ad quam observandam arctius uxores ut fæminæ tenentur adstrictæ: tum propterea ob periculum zelotypiæ, ad quam procliviores esse fæminas agnoverant illi; sicque ad accusandum facilius commoveri: quibus intercludere aditum lex Iulia & imperatores voluerunt: ne si forsan his nimium essent indulgentes, uxorum molestiis & litibus, omnia judicum tribunalia non implerentur solum, sed impedirentur.

Imperator Antoninus. in l. 1. C. ad l. Iul. maiest. Refert Grat. in eam apud misericordem. §. quod si i adulterio. versi hoc in mulieribus 32. q. 1.

Lactant. lib. 6 divinar. institu. cap. 23.

Papinianus in l. viro, solut matri.

Quod autem Papinianus scripsit. *Viro atque uxore mores invicem accusantibus, causam divortii utrumque dedisse pronuntiatum est; id ita accipi debet, ut ea lege quam ambo contempserunt, vindicetur: paria enim delicta, mutua compensatione dissolvuntur.* His non repugnat, si advertamus, diversam esse accusationem de adulterio, a morum accusatione: de adulterio enim, constante matrimonio, accusatio instituebatur, morum vero accusatio, matrimonio soluto. Quæ ideo instituebantur, ut pronuntiaretur alterutrius culpa divortium factum esset; intererat enim multum ad dotis repetitionem, an bona gratia, an culpa alterius conjugum matrimonium dissolveretur, idque in actione rei uxoriæ vocari solitum in quæstionem, Quintilianus refert. Si enim bona gratia matrimonium esset dissolutum, utrique conjugi salvum & imminutum jus manebat. Si vero culpa conjugum, & illa mariti esset, præsentem dotem & integram reddere cogebatur; ut testantur Cicero & Vlpianus. Et si alioquin, in die tantum reddere debuisset Si vero culpa uxoris divortium fieret; dotis parte uxor multabatur: morum enim graviorum actione (ut a Boethio & Vlpiano scriptum exstat) sextam in singulos liberos dotis partem maritus retinebat: leviorum autem, octavam. Mores graviores, adulteria censebant: leviores autem reliquos: & hæ sunt retentiones, quas fieri olim ob mores Iustinianus refert. Hinc fit, mulierem quæ ob suos mores causam dedit divortio, integræ dotis damnum non subiisse: hoc enim quinque tantum legibus sancitum scribit Vlpianus, Iuliæ majestatis, vis publicæ, parricidii, veneficii, & de sicariis. Cui juri antiquo Theodosii constitutione derogatum arbitror, is enim decrevit, mulierem quæ culpas in ea lege diffinitas contraxerit, totius dotis & donationis propter nuptias amissione puniri. Quibus alias tres causas adjecit Iustinianus: illud non omittens, quod si sine dote uxor ducta fuerit, quartæ partis reliquorum bonorum (si qua habeat) damnum sustineat. Ex quo consequitur, responsa prudentum, & imperatorum constitutiones, quæ ante Theodosium factæ referuntur, ex quibus constat, culpa mulieris soluto matrimonio, dotem apud virum remanere, Tribonianum immutasse, & invertisse; ut cum recentioribus constitutionibus congruerent: cum antiqui & certi juris fuerit, dotis tantum partem mulieri etiam adulteræ periisse; retinebat enim eam partem maritus, vel judicio de moribus repetebat; nisi ipse quoque turpiter & impudice vivens, ad peccandum mulierem induxisset, vel eam ob quæstum adulterari passus esset: eo enim casu uxoris mores accusare ad retinendam partem dotis non permittebatur. Quod Scævola docuit. *Cum mulier,* inquit, *viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur: cur enim maritus improbet mores, quos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit? Si tamen ex mente legis fumat quis, ut nec accusare possit qui lenocinium uxori præbuerit, audiendus est.* Differebat ergo in hoc accusatio de adulterio ab accusatione morum; differebat etiam quia illud publicum erat delictum, hoc tantum privatum; & adeo privatum, ut heredi ea actio olim non competeret: & si postea ea sublata fuerit a Iustiniano.

L. 5 §. 1. de pact. dotal.

Quintilian. lib. 7 cap 4. L. uxoris in fine de divortiis. Cicero in topicis Vlpian. in institut. de dotib. Boethius in topi Cicer. Vlpian. in instit. tit. de dotib.

Iustin in l. unic. § taceat. c. de rei uxor act.

Vlpian. in l. 3. de bon. damnat. Theodos. in l. consensu. de repud. Iusti. in l. ultim. de repud.

L. 39. solu. matri.

Scævola in l. cum mulier solut. matrim.

L. rei judicatæ §. ulti. solut. matri. l. 1. cod. Theod. lib 3 tit. 13. de dotib. Iustin. in l. ulti. de repud. l. unic. § taceat. de rei. uxor. act.

Quod vero canon hujus concilii, & D. Chrysostomus docent, ad paria judicari debere maritum & uxorem: de pœnitentia ecclesiastica intelligendum est, quam maritus sic agere debet ob violatum torum uxoris, sicut & uxor ob violatum torum mariti, utrisque enim (ne alter conqueri posset de alio) parem pœnam constituerunt leges canonicæ, ut constat ex concilio Ancyrano, & Vvormaciensi, & ex Innocentio PP. quorum decreta superius recitavimus,

Conc. Ancyran. can 20. Conc. Vvormac. can 10. Innocen PP. I. in epislo ad Exuperium episc. Tolos. c. 4.

Sed quid si vir eadem turpitudine vivat, cum aliaque adulteretur, an mulier ejusdem criminis causam marito objicere possit, Vlpianus consulendus est. *Iudex adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit: periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quã ipse non exhibeat: quæ res potest & virũ damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utrosque communicare.* Quod ex rescripto Antonini imp. sumptum etiam videtur, cujus partem ex codice Gregoriano D. Augustinus refert ad Pollentium. *Sane mea litera nulla ex parte causæ præjudicabunt. Neque enim, si penes te culpa fuit, ut matrimonium solveretur, & secundum legem Iuliam uxor tua Eupasia nuberet, propter hoc rescriptum meum adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum. Habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an cum tu pudice viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. Periniquum mihi videtur esse, ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat: quæ res potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter utrumque componere, vel causam facti tollere.* Quo de-

Vlpian in l. si uxor 13. §. judex, ad l. Iul. de adult.

D. Aug lib. 1. de adult. conjug. ad Pollentium. c. 8.

creto summa juris naturalis æquitas & religio continetur, dum quis ea jubetur aliis facere, quæ sibi juste fieri velit, idemque jus maritis præscribit (quod Lactantius docuit) uxores videlicet ut se caste gerant, exemplo continentiæ esse docendas: iniquum enim est, ut id exigas quod ipse præstare vel nolis vel non possis: quod & Seneca scripsit. *Improbus est,* inquit, *qui ab uxore pudicitiam exigit ipse alienarum corruptor uxorum.* Et Augustinus. *Nihil iniquius est,* inquit, *quam causa fornicationis dimittere uxorem, si & ipse convincitur fornicari. Occurrit in illud: in quo alterum judicas, temetipsum condemnas, eadem enim agis quæ tu judicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abjicere uxorem, prior debet a fornicatione purgatus, & immunis.* Et rursus alio in loco. *Si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris, quales vultis eas invenire, tales & ipsæ inveniant vos. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? etsi accepturus est virginem, quis non intactam desideret? intactam quæris? intactus esto: puram quæris? noli esse impurus. Num enim illa potest, & tu non potes.* Poterit ergo crimen adulterii adultera mulier viro adultero objicere, non ut ipsa excusetur, sed ut vir tanquam occasio suæ turpitudinis puniatur; quia constitutionibus cautum fuit, ne relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.

Lactant. lib 6. divinarum inst.

Seneca in epist. ad Lucilium 94. D. Augu lib. 1. de serm. domini in monte. Roman. 2.

Idem in serm. 46. de verbis domini.

L. 5. de publi. jud.

Canon LXX. Vulgatus.

De fœminis, quæ consciis maritis adulterant.

Si conscio marito, fuerit mœchata uxor, placuit, nec in fine dandam ei esse communionem: si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam cum scierit adulteram aliquo tempore in domo sua retinuit.

Canon LXX. *Emendatus.*

De fœminis, quæ consciis maritis adulterantur.

Si conscio marito, & ipso consentiente fuerit uxor mœchata, placuit nec in fine eis dandam esse communionem: si vero eam reliquerit, & separati fuerint, & digne pœnituerint, post decem annos accipiant communionem.

POENITENTIALE antiquum Romanum apud Antonium Augustinum tit. 3. cap. 2. retulit hunc canonem; etsi non recte concilio Moguntino tribuat, in cujus notis idem Antonius Augustinus se non reperisse in conciliis hunc canonem ait: sed exstat in hoc Illiberritano. Burchardus lib. 9. cap. 69. & Ivo part. 8. cap. 206, concilio Moguntino tribuunt etiam: sed huic nostro ille restitui debet.

De pœna uxoris adulterantis & mariti consentientis. Cap. LXIII.

NOLVERVNT hujus concilii patres, in hoc canone, de pœna solum fœminarum, quæ scientia & consensu mariti adulterantur tractare, ut epigraphe habet; sed de pœna etiam ipsorum maritorum, qui sciunt & consentiunt ipsorum uxores esse adulteras: quod ostendit postremus versiculus qui præcedenti connectitur. *Si vero eam reliquerit,* inquit, *post decem annos accipiat communionem.* Sed confirmat magis ejusdem canonis contextus, quem superius ex pœnitentiali Romano, retulimus. *Si vero,* aiunt, *eam reliquerit & separati fuerint, & digne pœnituerint, post decem annos accipiant pœnitentiam.* Olim enim nonnullæ uxores, audientes quod ipsæ non habent potestatem sui corporis, sed vir; licere sibi putabant ad torum alterius viri accedere connivente suo, vel licentiam dante: in quo historiam antiquam tempore Constantii imp. ad propositum satis accommodatam refert D. Augustinus. *Sed tamen,* inquit, *utrum quod ait apostolus: mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. Similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, possit in tantum valere; ut permittente uxore, quæ maritalis corporis potestatem habet, possit vir, cum altera, quæ nec aliena uxor sit, nec a viro disjuncta, concumbere. Sed non ita est existimandum: ne hoc etiam fœmina viro permittente facere posse videatur, quod omnium sensus excludit. Quamquam nonnulla causa possint existere, ubi & uxor mariti consensu, pro ipso* marito

Pœni. Rom. apud. Ant. Aug. tit. 3. cap 2.

D. Aug. lib. 1. de serm. domini in monte paulo post medium.

marito hoc facere debere videatur, sicut Antiochiæ factum esse perhibetur. Nam Acindynus tunc præfectus, qui etiam consul fuit, cum quemdam libra auri debitorem fisci exigeret, nescio unde commotus, quod plerumque in istis potestatibus perniciosum est, quibus quod libet, licet, aut potius putatur licere; comminatus est jurans, & vehementer affirmans, quod si certo die quem constituerat, memoratum aurum non exsolveret, occideretur. Itaque cum ille teneretur immani custodia, nec se posset debito illo expedire, dies metuendus imminere, & propinquare cœpit; & forte habebat uxorem pulcherrimam, sed nullius pecunia qua subvenire posset viro. Cujus mulieris pulchritudine, cum quidam dives esset accensus, & cognovisset maritum ejus in illo discrimine constitutum, misit ad eam, pollicens pro una nocte, si ei misceri vellet, se auri libram daturum. Tum illa, quæ se sciret, non habere sui corporis potestatem, sed virum suum, pertulit ad eum, dicens paratam se esse pro marito id facere, si tamen ipse conjugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquam de re sua, pro vita sua vellet id fieri: egit ille gratias, & ut fieret, imperavit; nullo modo judicans adulterinum esse concubitum; quod & libido nulla, & magna mariti caritas se jubente, & volente flagitaret. Venit mulier ad villam illius divitis, fecit quod voluit impudicus: sed illa corpus, non nisi marito dedit, non concumbere, ut solet, sed vivere cupienti. Accepit aurum, sed ille qui dedit, fraude subtraxit quod dederat, & supposuit simile ligamentum cum terra: quod ubi mulier jam domi sua posita invenit, prosiluit in publicum, eadem mariti caritate clamatura, quod fecerat, qua facere coacta est. Interpellat præfectum: fatetur omnia, quam fraudem passa esset, ostendit. Tum vero præfectus, primo se reum quod suis minis ad id ventum esset, pronuntiat, tanquam in alium sententiam diceret, de Acindyni bonis auri libram fisco inferendam: illam vero mulierem, dominam in eam terram, unde pro auro terram accepisset, induci. Nihil hic in alteram partem disputo, liceat cuique æstimare quod velit: non enim de divinis auctoritatibus deprompta historia est, sed tamen narrato hoc facto, non ita respuit hoc sensus humanus, quod in illa muliere viro vivente commissum est: quemadmodum antea, cum sine ullo exemplo res ipsa poneretur, horruimus. Hoc etiam licere, non doctrina solum, sed exemplo, viri olim sapientia, & auctoritate præstantes docuerunt. Gravissimum enim Romanorum Catonem uxorem suam Martiam alterius domum, Hortensii scilicet, filiis impleturam tradidisse D. Augustinus refert, Socratem præterea, quem Apollinis oraculo, ut sapientissimum omnium scimus judicatum, tanquam armenti matricem amico suo ad propagandam sobolem, uxorem tradidisse scribit, irridetque utriusque sapientiam Tertullianus: certo enim certius est, neutrum conjugum, etiam alterius permissu, posse alienæ indulgere libidini, sine crimine adulterii: idque adeo grave censuerunt patres Hispani, ut admittentibus & consentientibus communionem etiam in ultimo vitæ spiritu negaverint; quod non nisi in peccatis gravissimis facere consueverunt.

D Aug de bon. conjug. c. 18. & de fide, & operib. cap. 7. Tertull in apologet. c. 39.

Constat ex hoc canone, quam antiqua sit in Hispania lenonum maritorum nota & infamia. Quod si tanta essent animi turpitudine, ut uxores pudorem prostituere cogerent, severe lenocinium olim Gothi vindicarunt, facultate uxori concessa, ut dimisso illo turpi mariti contubernio, honestas alterius nuptias juste posset contrahere: quod permissum lego in pœnitentiali Romano antiquo. *Contigit tibi*, inquit, *ut uxor tua, te conscio & hortante, cum alio viro, illa autem nolente, adulterium perpetraret: si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas, & septem annos unum ex his in pane & aqua, & nunquam sis sine pœnitentia. Si autem uxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa & tuo jussu, se renuente & luctante, adulterata sit, si se continere non potest, nubat cui voluerit tantum in domino. Tu autem sine uxoria spe in perpetuum maneas. Illa autem si consentiens fuerat, eadem jejunet, quæ tibi proposita sunt, & sine spe conjugii maneat.* Quæ leges quamquam non probaverint divortium, sed impunitatem in foro permiserint, contrariis tamen ecclesiæ moribus, & constitutionibus abrogatæ sunt.

Libro 4. legum Vuisigothorum tit. 3. ad finem. Liber pœnitentialis Romanus apud Antonium Augustinum tit. 3 c. 20.

Canon LXXI. Vulgatus.

De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem.

Canon LXXI. *Emendatus.*

De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem.

De pœna stupri nefandi. Cap. LXV.

MULTA, & ea gravissima crimina incolumi honestate referri possunt & argui; homicidium enim, latrocinium, sacrilegium, & alia quis non accuset? At hoc, cujus mentionem facere Illiberritani patres nos cogunt; ipsos vero fœdissima quorumdam turpitudo, vel execrabilis potius, & summa insania, adeo grave est, adeo putidum, ut etiam si honestus sit qui illa accusare velit, honestate tamen integra, nec accusando possit enuntiare: vicit enim linguæ officium, sceleris magnitudo. Quam apte, quam scite, quam prudenter Constantius & Constans impp. AA. dum volentes gladii pœna scelus tantum vindicare, sic ad populum scripserunt. *Cum vir nubit, in fœmina viros paritura quid cupiatur? ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur nec videtur? jubemus insurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur infames; qui sunt, vel qui futuri sunt rei.* Sodomæ, & Gomorrhæ incolas hujus criminis turpitudine fœdatos, divina justitia ultrice, incendii pœna conflagrasse sacris literis proditum est: & id merito, ut quam æstuanti turpis libidinis ardore culpam contraxerant, non dissimili alterius incendii flamma parem pœnam persolverent. Divinum hoc exemplum Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. sequuti sunt, dum ad Orontium vicarium urbis scripserunt. *Omnes quibus flagitii usus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihil enim discretum habere videntur cum fœminis, hujusmodi scelus, spectante populo flammis vindicibus expiabunt.* Hoc ipsum apud Hispanos, lege & moribus receptum est, adjecta bonorum confiscatione. In regno autem Aragoniæ ob criminis immanitatem, sacro inquisitorum senatui ejus punitio reservata est: quod & in regno Valentiæ observari audio.

Constantius, & Constans in l. cum vir ad leg. Iuliam de adulteriis.

Genes. c. 18.

Valent Theod. & Arca. l. 6. tit. 7. li. 9. cod. Theod.

Hispanica lex prima tit. 21. lib. 8 novi ord. Vt testatur Iacobus Simancas lib. de catholicis institut. c. 50.

Clericos autem hujus criminis reos, degradandos, & judici sæculari tradendos, justissima & sancta Pii V. constitutio decrevit. Quam non solum in eos exerceri, qui delictum consummassent, sed & eos qui tentassent, censuerim æquissimum, ne atrox illud & grave in rempublicam Christianam redundet periculum, quod ex perniciosa tanti peccati contagione imminere jam diu Gallicani patres in concilio Parisiensi sanctissime prædixerunt. *Hoc namque peccatum*, aiunt, *sancti patres divino spiritu afflati, merito in sacris canonibus acrius ceteris judicandum decreverunt: quoniam eo regnante, & statum Christi ecclesiæ infirmari, & regnum periclitati aperte cognoverunt.* Sed de his satis: prudentius hæc enim tacentur, & doctius multo nesciuntur.

Conc. Parisiens lib. 1. cap. 34.

Canon LXXII. Vulgatus.

De viduis mœchis, si eumdem postea maritum duxerint.

Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari: si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem: vel si fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

Canon LXXII. *Emendatus.*

De viduis mœchis, si eumdem postea maritum duxerint.

Si qua vidua fuerit mœchata, & eumdem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari: si alium duxerit relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem: vel si fuerit ille

ille fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia; nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem. A

PRIMA hujus canonis pars exstat apud Gratianum c. si qua fuerit 31. quæst. 1. *Si qua fuerit*, ait, *vidua mœchata, & postea eumdem habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placuit, eam communioni reconciliari.* Integrum canonem referunt vetusti CC. MS.

Virgines, & viduas mœchantes minori pœna afficiendas si cum eisdem viris nuptias celebrent. *Cap. LXV.*

Can. 14.

QUOD de virginibus statuerunt patres superius, hoc de viduis observandum hic decernunt, ut si illæ videlicet, cum iis, quos ad concubitum antea admiserant, nuptias postea contraxerint, minori pœna afficiantur. In eo tamen canon ille ab hoc discrepat, quod in illo virgines peccantes, unius tantum anni pœnitentia, hic autem quinquennii afficiuntur. Cum enim virginitatis magisterium, viduarum continentia & exemplis valescere debeat, ut docuit D. Ambrosius, jure magis illæ puniuntur, quæ cum præclarius honestatis, & morum de se præbere debeant exemplum, turpius, deformius, & detestabilius præbeant. B

D. Ambr. In principio libri de viduis.

Et eumdem postea habuerit maritum.

Secundas nuptias licere viduis. Cap. LXVI.

Idem Ambrosius in eodem libr. de viduis in principio.

ET si clariores eas viduas doceat D. Ambrosius, quæ adolescentiæ calorem, & effervescentem junioris ætatis edomant ardorem, nec maritorum gratiam, nec uberiora liberorum delectamenta desiderant, cum tamen ætas lubrica, & experta etiam matrimonii voluptas, impudicitiæ postea usu repetita & confirmata, exiguam spem præbeant stabilis, & perpetuæ continentiæ, nubere posse placuit episcopis nostris, Pauli apostoli doctrinam sectantibus, nubere præstantius esse, quam uri docentis, præstat enim his magis connubium, quod Christi membra, conjugali honestate servata, lenonis membra esse non sinat, neque sacrum, & purum Dei templum, prophanum libidinis, aut impurum fieri permittat. C

1. Cor. 7.

Hinc etiam fit, licere cuicumque Christiano absque peccato secundas inire nuptias, adversus antiquum Montani errorem, quem postea hæretici ejus sectatores Montanistæ, seu Cataphryges, & Pepusiani cum Novato, & Tertullianus nimia amoris erga conjugem intemperantia lapsus, omnibus ingenii & doctrinæ nervis defenderunt? sed confutarunt illum, non multo post, ut ab orthodoxa veritate alienum, & cum apostolorum doctrina pugnantem Nicæni patres. *Si qui voluerint*, aiunt, *venire ad ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit sancto concilio, ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se cum omni consensu ecclesiæ catholicæ statuta observaturos: id est, communicaturos se & his, qui forte secundas nuptias experti sunt.* Concilium Carthaginense IV. inter ea quæ ab episcopo consecrando exquirenda decernit, illud unum est, num secunda matrimonia damnet. Simile quid in concilio Toletano III. legitur, & in Florentino, quod sub Eugenio IV. pro unione Græcorum habitum est. *Quoniam nonnullos asseritur*, inquit, *quartas nuptias tanquam condemnatas respuere, ne peccatum ubi non est, esse putetur, cum secundum apostolum, mortuo viro, mulier sit ab ejus lege soluta; ut nubendi cui vult in domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo secundo, vel tertio: declaramus, non solum secundas, aut tertias, aut quartas, atque ulteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstet, licite contrahi posse: commendatiores tamen dicimus, si ulterius conjugio abstinentes, in castitate permanserint.* Confutarunt etiam eumdem errorem gravi orationum, sententiarum, & locorum utriusque testamenti pondere, D. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Epiphanius, & alii. Sicut ergo nuptias secundas damnare, & stupro vel fornicationi comparare, Christianorum catholicorum non est, sed Montani, Tertulliani, aut Novati: sic illas sacræ coæquare virginitati, Ioviniani, Helvidii, aut Basilidis est, non catholici Christiani; ut adversus eosdem Hieronymus probavit, & illo anterior Siricius papa, ac tandem D. Thomas, & alii. D E

Tertull. lib. de monogamia, & alio de exhortatione ad castitatem, & alio de pudicitia.
Conc Nicænum. can. 8.
Conc. Carthag. 4. can. 1.
Conc. Toletan. 3. can. 10.
Conc. Florentinum, sub Eugenio 4.
D. Ambr. libro de viduis.
D. Hieron. epist. de monogamia, & in alia ad Geruntiam de viduitate
D. Aug. lib. 16. de civit. Dei cap. 34. & lib. de hæresib. 26. hæresi, & alio de bono viduitatis, & lib. 2. contra advers legis, & prophetarum, & contra Faustum Manichæum lib. 32 c. 17.
D. Epiph. advers. Montanum hæresi 59. & advers. Catharos. Guido contra Græcos. Siricius papa in epist. ad episc. Africæ. D. Thomas contra detrahentes religioni cap. 6.

Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem.

Gravior pœna viduæ imponenda, quæ alii nubit, relicto eo, a quo semel cognita est. *Cap. LXVII.*

NOLVERVNT majores nostri tot esse turpitudinis viduarum testes & conscios; eaque de causa decernunt, quod si nuptias contrahant cum alio, relicto eo, cujus turpe consortium antea agnoverant, nec in fine communionem accipiant: inhonestæ enim conjunctionis pœna aliquo futuri matrimonii prætextu, si non excusari, relevari tamen potest; sed tunc præsertim, cum matrimonium cum eodem postea celebratur. At cum eo spreto ante connubium initum, alter ad matrimonium eligitur, accusari multo magis, quam defendi excusarive potest: quod præter turpitudinem; insigne sit animi levis & inconstantis indicium. Ex quo consequitur, multo minus excusari eas, quæ plurium, quam quæ unius tantum impudica abutuntur consuetudine: unum enim admittere, intemperantis animi est: at duos vel plures, servilis turpitudinis & libidinis meretriciæ nota perspicua; ideoque patres majorem severitatem in has, quam in illas exercent.

Vel si fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, nisi post, decem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

NON solum pœnitentia afficitur vidua, cum alii nupsit diverso ab eo, a quo antea cognita est infideli, sed etiam si fideli; eo tamen discrimine, quod si infideli, perpetuo; si fideli, decem tantum annorum spatio communione privetur.

Canon LXXIII. Vulgatus.

De delatoribus.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, nec in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

Canon LXXIII. *Emendatus.*

De delatoribus.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, eum nec in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

BVRCHARDVS lib. 6. decretorum c. 27. ex cap. 1. hujus concilii canonem citat, cum sit 73. verba ejus paulo diversa. *Delator si quis exstiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fidelium fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, eum non nisi in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.* Ivo part. 10. c. 156. *Delator si quis exstiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fidelium fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit, eum non nisi in fine, accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora, admittatur ad baptismum.* Sic & Gratianus in canone, si quis fidelis 5. quæst. 6. Vulgatam concilii lectionem, cum negatione: *Nec in fine*: magis probo, quod sæpissime eadem pœna pro similibus delictis in hoc concilio sanciatur.

De pœna delatorum, & qui dicerentur proscripti. Cap. LXIX.

GRAVITER tulisse antiquos ecclesiæ patres, ut ira aut odio magis, quam pietate, Christi fideles aliorum crimina ad judices punienda deferrent, Lactantius his verbis ostendit. *Non enim*, ait, *cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum prohibet, quod ne per leges quidem publicas licet: sed ea quoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro licitu habentur. Ita neque militare justo licebit, cujus militia est, in ipsa justitia; neque vero accusare quemquam crimine capitali, quia nihil distat, utrumne ferro, an verbo potius occidas: quoniam occisio ipsa prohibetur. Itaque in hoc Dei præcepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet; quin occidere hominem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse voluit.* Qui ergo aliorum crimina deferrent, ut interficerentur, vel proscriberentur, in perpetuum communione privantur ab Hispanis episcopis. Burchardus perperam legit præscriptus, pro, proscriptus. Vocabantur olim proscripti, quorum nomina in foro, libellis publice fixis scripta exstabant; ut quærerentur ad necem, & præmio percussori, & supplicio occultatori proposito. ab Appiano traditum est Lucium Syllam harum proscriptionum principem, ac inventorum fuisse: lege autem Papia Poppæa certa criminum delatoribus præmia proposita, ne perditi & facinorosi homines, clandestina facinora admittentes, impuniti relinquerentur, Suetonius refert. Ea autem cum dimidium multæ illatæ antea fuissent, Nero imperator delatorum licentiam volens comprimere, ad quartas revocavit, ut in illius vita scribit Suetonius: unde quadruplatores dicti, quod quartam partem de proscriptorum bonis (quos detulerant) assequerentur, ut a Pœdiano proditum est. Cum autem multi eo quæstu turpiter vitam tolerarent, temporumque licentia ad calumnias sæpe abuterentur, de illorum præmiis abogandis prudenter cœperunt senatores Romani cogitare: sed Tiberius Cæsar obstitit, dictitans jura subverti, si custodes legum amoverentur, ut scripsit Tacitus & Suetonius: sicque in immensum hoc modo auctas fuisse opes sub Tiberio, Dion Cassius, refert. Vitellius quoque tantam delatoribus fecit fidem, ut mathematicos delatos, & inauditos capite punierit, ut in illius vita prodit Suetonius. Domitianus operum & munerum impensis exhaustus, nihil pensi habuit, quin prædaretur omni modo: bona vivorum ac mortuorum, usquequaque, quolibet & accusatore & crimine corripiebantur: satis erat objici qualecumque factum, dictumque, adversus majestatem principis, ut idem Suetonius est auctor. Ne ergo fideles, vel præmio, vel gratia imperatorum, aut præfectorum allecti, aliorum crimina detegerent; pœna ab his patribus constituta est. Nec pie solum & christiane rempublicam suam gerunt Hispani patres, sed prudenter; ablatis enim his delationibus, odium & invidia civium cessat, contentio tollitur, studium maledicendi minuitur, & quod pluris est æstimandum, eradicatur male adquirendi cupiditas: quibus pax & concordia proborũ civium turbari & perturbari solet, ut docte magistratus omnes admonuit Aristoteles. *Quare oportet eos*, ait, *qui curam salutis habent reipublicæ, contra moliri, leges ponendo: ut damnatorum bona sacra sint, & non in publicum, sed in sacrum referantur: hac enim lex nihilominus injurias compescet, nam pœna eadem erit: Populus autem minus cupide damnabit, cum nihil sit utilitatis ex damnatione suscepturus. Insuper publicas accusationes, quam rarissimas facere, magna pœna constituta, adversus eos, qui falso accusarint. Non enim populares in judicium vocari consueverunt, sed nobiles. Oportet autem erga statum respublicæ, quantum fieri potest, omnes reddere benevolos; quod si id fieri nequeat, saltem conari, ne hostes existiment eos, qui gubernant.* Intellexerunt id olim Vespasianus, & Titus impp. quos tanto prosecutos odio fuisse delatores Dion commemorat, ut flagellis cæsos, per amphiteatri arenam spectandos traducerent: ut pœnis coerciti, a noxis deferendis abstinerent. Pius vero Antoninus, eos qui crimina deferebant, si non probassent, capitali pœna affecit; si probassent, oblato præmio privatos, dimisit infames. Quinimo ab illo extinctos omnes Capitolinus refert. De Opilio Macrino, idem recenset Herodianus: de Trajano Plinius: de Pertinace & Gordiano, Herodianus: de Tiberio Dion Cassius: tametsi enim illis favisset prius, comperiens tamen postea perniciosum esse hominum genus, sæpeque concessa hac abusum fuisse potestate; & ob leve, vel simulatum, & confictum crimen, ira, odio, & pretio, optimorum civium mores, fortunas, salutem, & vitam, in discrimen adduxisse; omnes qui inter delatores præcipui erant, una die occidi jussit, ut a Dione memoriæ traditum est. Prudenter autem Constantinus magnus cavit, ne quisquam privatus delator esset, sed delationes ab advocato fisci esse proponendas.

Lactant. divinarum instit. lib. 6. c. 20.

Burchard. lib. 6. cap. 17.

Suetonius c. 10. in vita Neronis.

Asconius Pœdianus actione 3. in Verrem.

Tacitus lib. 4. annal. Suetonius in vita Tiberii cap. 60. Dion Cassius lib. 57. hist. Rom. Suetonius in vita Vitellii c. 14.

Suetonius in vita Domit. c. 12.

Aristot. lib. 6. politic. c. 5.

Capitolinus in vita Pii Antonini. Herodianus lib. 5. Plinius in panegirico de Trajano. Herodianus lib. 2. & 7. Dion Cassius l. b. 58. Dion Cassius eodem lib. 58.

Constantinus magnus in edicto ad provinciales relato in l. penult. de delatorib. lib. 10.

Vel interfectus fuerit.

De pœna ejus qui aliquem interficiendum detulit. Cap. LXX.

ADEO singulari pietate & modestia instituendos Christianos prisci patres voluerunt, ut ab spectaculis in quibus homines interficerentur, abstinere præceperint, ut tradidi superius. Visu enim, dictu, auditu nihil esse volebant Christiano cum insania circi, cum atrocitate arenæ, cum sævitia spectaculi, quanto ergo magis nec cum ipsius editione: edit enim spectaculum qui fratrem publice defert, ut publice interficiatur: nec defert solum, sed interficit. Quid enim interest ferro, an verbo occidas, ut scripsit Lactantius? Isidorus autem: *Beatus, cujus testimonio innocens ab scelere objecto purgatur: impius, cujus proditione etiam iniquus perimitur. Neque enim decet Christianum morti obnoxium subdere, & ad effundendum sanguinem infelicium, voce testificationis prabere sermonem. Sermo enim justi, tantum ad ministerium debet esse salutis; ira vero indignationis, & tribulationis & immissionis per angelos malos.* Alio præterea animum intendere in hoc canone potuerunt patres, ne videlicet cum edicta imperatorum aut præsidum ethnicorum adversus Christianæ fidei professores proponerentur, auderent fideles, vel catechumeni, alios Christianos vel fratres odio deferre, ut aliena præsidum manu proprias injurias vindicarent: ut vindicasse multos olim antiquorum monumentis testatum est: vel saltem edictorum & præfectorum metu. In actu enim passionis beati Cypriani Paternus proconsul. *Volo scire ex te, qui sint presbyteri, qui in hac civitate consistunt. Cyprianus episcopus respondit: Legibus vestris bene ac utiliter censuistis, delatores nos non esse. Itaque detegi & deferri a me non possunt: in civitatibus suis invenientur. Paternus proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cum disciplina prohibeat, ut quis se ultro non offerat, & tua quoque hoc censura displiceat, nec offerre seipsi possunt, sed a te exquisiti invenientur.* Quare in eos qui fideles ethnicis magistratibus deferrent, vel indicarent, pœnam statuit concilium Ancyranum, & paulo ante, concilium Arelatense I. *De his*, inquit, *qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur.* Noluerunt enim Hispani & Gallicani episcopi, Christianos ira fratrum & odio, in religionis & vitæ discrimen inferri; tametsi ipsi fideles judicari, castigari, puniri, interfici sæpissime optarent pro Christo. Tertullianus. *Christianus vero quid simile? egerat prius de delinquentibus ethnicis, neminem pudet, neminem pœnitet, nisi plane retro non fuisse; si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus, ultro confitetur; damnatus gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiversationem, pœnitentiam, deplorationem. Quid hoc mali est, cujus reus gaudet? cujus accusatio votum est, & pœna felicitas.*

Hoc lib. 3. cap. 50.

Lactant. lib. 6. divin. inst. c. 20. Isidorus lib. 3. de summo bono c. 59.

Exstat in vita D. Cypriani.

Conc. Ancyran. can. 9. Conc. Arelat. I. can. 13.

Tertul. in apologet. cap. 1.

Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem.

QUAM severi & acres fuerint Hispani patres in vindicanda delatorum audacia, hinc constat: dum non solum graviora crimina, ex quibus proscriptio bonorum, aut interfectio redundet, sed & leviora, acriori multent pœnitentia, quam soleat hodie adulterium, incestus, vel homicidium, dum quinque annorum pœnitentiam injungant.

Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

NON fidelium jam & Christianorum tantum curam gessit olim ecclesia, ut superius est animadversum, sed & catechumenorum. Cum enim illi Christianæ reipublicæ cives fieri cupiant, non injuria Christianorum legibus subduntur. Qui alicujus enim reipublicæ honores & commoda sentire vult, incommoda & onera (si hæc onera sunt) ut sentiat, necesse est, in his præsertim quæ ad eamdem causam spectant. Quare cum catechumenis

Can. 42. hujus concil. menis ad baptismum recipiendum biennium præscripsissent antea patres: si postea crimen aliquod admiserint, ut illius sordes purgare valeant; triennium additum est Hoc lib. 3. cap. 56. & 60. in præsenti. De aliis pœnis catechumenorum actum late superius.

Canon LXXIV. Vulgatus.

De falsis testibus.

Falsus testis, prout crimen est, abstinebit: si tamen non fuerit mortis, quod objecit. Et si probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebit. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abstinere.

Canon. LXXIV. *Emendatus.*

De falsis testibus.

Falsus testis, prout crimen est, abstinebitur. Si tamen non fuerit mortis quod objecit: & probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebitur. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abstineri.

BVRCHARDVS lib. 16. cap. 18. ex canone 10. hujus concilii citat decretum, cum sit 74. *Falsus testis*, ait, *prout crimen est, abstinebitur: si tamen non fuerit mortis, quod objecit, & probaverit quod diu tacuit, biennii tempore abstinebitur. Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abstineri.* Bernardus autem Papiensis præpositus in prima epistolarum decretalium collectione lib. 5. titu. 6. de crimine falsi c. 1. aliter. *Falsus testis*, ait, *prout crimen est, punietur, si tamen non fuerit mortis quod objecit; & probaverit quod diu tacuit, biennii tempore pænitebit: si autem non probaverit in conventu clericorum; placuit per quinquennium abstinere.* In C. MS. Lucensi & S. Æmiliani. *Falsus testis prout crimen est abstinebit, si tamen non fuerit mortis quod objecit, etsi probaverit, quod non tacuerit, biennii tempore abstinebit.* Sed magis placet lectio editorum codicum: quod diu tacuerit; quibus alii etiam CC. nostri MS. consentiunt.

De pœna falsi testis. Cap. LXXI.

D. Isidor. lib. 3. de summo bono cap. 59. SCRIBIT Isidorus falsum testem triplicem injuriam irrogare: primam Deo, cujus præsentiam contempsit: secundam judici, quem mentiendo fefellit: postremam innocenti, quem suo testimonio seu mendacio læsit. Ideo tam severa ab Hispanis episcopis excommunicatione multatur. Si crimen in quo deposuit, mortis esset, perpetua excommunicatione puniri voluisse crediderim, ut delatores canone præcedenti; etsi expressum hic non sit. Si vero illud non esset mortis, & probaverit testis accusatus se non sponte ad testimonium ferendum prosiliisse, sed diu tacuisse, & velut adactum delatoris impulsu, biennio communione privandum: si vero hoc non probasset, quinquennio, quod majori esset culpæ obnoxius. Aristoteles cum Charondam Catinensium legislatorem summis efferret laudibus, illud unicum illius inventum commemorat, quod primus omnium falsis testibus legem multamque posuerit. Apud Romanos Tarpeio monte dejici, Gellius est auctor. Lege divina a Moyse promulgata ea pœna afficiendos, quam essent passuri hi, quibus imposuerunt calumniam, si verum fuisset testimonium, tradit Iosephus; quod legibus nostris receptum est.

Arist. lib. 2. polit. c. 10. Aul. Gell lib. 20. noct. Attic. c. 1. Ioseph. lib. 4. Iudaic. antiq. c. 6. Lege 80. Tauri.

Quod si clericus sit, qui falso testimonio alterius vitam, fortunas, aut famam lædit, capitalis criminis reum censendum docuit concilium Veneticum; & ab officii honore depositum in monasterium detrudendum, Agathense.

Conc Venetic. can. 13. Conc. Agathen. can. 59. Exstat. apud Grat. in c. si episcop. 50. dist.

De his autem, qui testem ad falso jurandum induxerunt, nulla hic pœna exstat, ni mavis, ut falsum testem illum puniendum: quid enim interest, sua, an aliorum lingua ipse noceat? exstat tamen expressa in concilio Matisconensi. *Qui convictus fuerit, alios ad falsum testimonium vel perjurium attraxisse, aut quacumque corruptione solicitasse, ipsi quidem usque ad exitum non communicent: eis vero qui ei in perjurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & se-*

Conc. Matisc.

A *cundum legem, infamia notabuntur, sed & his qui mendacio veritatem, quam sacrosanctam venerari debebant, violasse comperti sunt.*

Si autem non probaverit in conventu clericorum, placuit per quinquennium abstineri.

A tempore apostolorum ecclesiam habuisse jurisdictionem forensem, & hoc canone comprobari. Cap. LXXII.

EX his etiam patrum verbis observare licebit, audientiam olim, sive jurisdictionem forensem episcopos & clericos habuisse in Christianos; nec de foro pœnitentiali tantum, sed de exteriori judiciali decretum hoc intelligi oportere; ne hæretici externam hanc ecclesiæ jurisdictionem & potestatem, vel stulte negent, B vel impie calumnientur, ut nimis recentem & novam jactitantes. Nec a Constantini magni ætate ejus initium repetendum est, sed ab ipsis apostolorum temporibus apostolica auctoritate firmatum, ut præter hoc Hispanorum episcoporum decretum, Augustinus probat: & de molestia litium & litigantium pertinacia his verbis conquestus. *Suis vitiosis & negotiosis cupiditatibus adjuvandis ut occupemur, & eis nostra tempora impendamus, ut efflagitant, aut certe infirmos premunt, ut causas suas ad nos deferre compellant, quibus dicere non audemus. Dic homo, quis me constituit judicem aut divisorem inter vos? constituit enim in talibus causis apostolus ecclesiasticos cognitores, in foro prohibens jurgare Christianos. Nec illis quidem qui non aliena rapiunt, sed sua cupide repetunt, dicimus: Cavete ab omni cupiditate, constituentes eis ante oculos hominem, cui dictum est: Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua, quæ C præparasti cujus erunt? quia & quando dicimus, non recedunt, nec declinant a nobis, sed instant, urgent, precantur, tumultuantur, extorquent, ut ipsis potius ad ista quæ diligunt, quam servandis Dei mandatis quæ diligimus, occupemur. O quanto tædio turbarum turbulentarum, & quanto desiderio, divinorum eloquiorum dictum est: Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Ignoscant obedientes fideles, qui pro suis secularibus causis raro nos quærunt, & judiciis nostris facillime acquiescunt, nec nos conterunt litigando, sed obtemperando potius consolantur. Certe propter eos qui & inter se pertinaciter agunt, & quando bonos premunt, nostra judicata contemnunt, faciuntque nobis perire tempora rebus erogandis divinis; certe inquam propter istos, & nobis liceat exclamare in hac voce corporis Christi: Declinate a me, maligni, & scrutabor mandata Dei mei.* Et rursus. *Dominum Iesum*, inquit, *in cujus nomine securus hæc dico, testem invoco super animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo D mallem per singulos dies certis horis, quantum bene in moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, horas certas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de divinis literis agendum liberas; quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negociis secularibus, vel judicando dirimendis, vel interveniendo præscindendis: quibus nos molestiis affixit apostolus, non utique suo, sed ejus qui in eo loquebatur, arbitrio.* Idem docet D. Clemens, Ambrosius, Chrysostomus & Possidius episcopus Calamensis, quorum sententias, quia superius alio tulimus, non est sane visum operæpretium easdem iterum hic repetere.

D. Aug. in comm. ad psal. 118. 1. Cor. 6. Psalm. 118. D. Aug. in lib. de opere monachor. cap. 29. 1. Cor. 6. D. Clemens lib. 2. apost. const. c. 49. & 50. D. Chrys. hom. 16. D. Ambr. in oratione contra Auxentium. Possidius episcopus Calamensis in vita D. Aug. cap. 19.

De conventu autem clericorum ideo meminerunt, quod episcopi olim nihil inconsulto clero agere solerent, ut testantur iidem Clemens, & Chrysostomus. Vnde divus Ignatius ad Trallianos, presbyteros, consiliarios & consessores episcoporum appellat, quod illorum consilio publicas res capesserent: hæc enim erat E antiquorum episcoporum consuetudo, hæc sanctitas & prudentia. *Vt si forte aliquando quispiam eorum vellet aliquatenus deviare*, quod de pontifice & ejus consiliariis scripsit divus Bernardus, *ipsi non sinerent, frænarent præcipitem, dormitantem excitarent; quorum reverentia & libertas ipsum extollentem reprimeret, cedentem corrigeret; quorum substantia & fortitudo nutantem firmaret, diffidentem erigeret; quorum fides & sanctitas ad quæque sancta, ad quæque honesta, ad quæque pudica, ad quæque amabilia & bona, ama provocaret.* Quod adeo probarunt patres Africani in concilio Carthaginensi IV. ut irritam decreverint eorum episcoporum sententiam, quam illi sine præsentia clericorum tulissent. *Vt episcopus*, aiunt, *nullius causam audiat, absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi præsentia*

D. Clemens lib. 2. constit. apost. cap. 51. D. Chrys. in lib. de sacerdotio. D. Ignatius in epist. ad Trallianos. D. Bernard. lib. 4. de considerat. ad Eugenium, cap. 5. Conc. Carthag. 4. can. 23.

tia

Exstat apud Gratia in cap. nullus 15. q. 7.

tia clericorum confirmetur. Nec forenses causas tantum civiles, aut criminales, sed nec spirituales tractabant, nec ad sacerdotium fideles admittebant sine clericorum præsentia, ut una illi prospicerent cum episcopis, an qui sacro senatui forent adscribendi, digni essent tantæ dignitatis honore; ne illis inconsultis, respublica Christiana quid detrimenti caperet, ut eodem concilio Carthaginensi IV. decernitur. Quam antiquam ecclesiæ inter episcopos & clerum pacem, vel unitatem potius, hæc, utinam, ætas nostra fidelius observasset: non enim tot inter episcopos & capitula (ut vocant) discordiæ, lites, & contentiones orirentur.

Conc. Carthag. 4. can. 22.

Canon LXXV. Vulgatus.

De his qui sacerdotes accusant, nec probant.

Si quis autem episcopum, presbyterum, vel diaconem falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Canon LXXV. *Emendatus.*

De his qui sacerdotes, vel ministros accusant, nec probant.

Si quis autem episcopum, presbyterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

ADRIANVS papa in ea collectione canonum, quam superius dixi ad causæ suæ tuitionem fecisse, hunc canonem 60. illorum numero retulit. *Si quis*, ait, *episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Exstat etiam canon confirmatus in actis concilii apud sanctum Medardum in suburbio Suessionensi, tempore Caroli regis Francorum anno domini 853. & apud Ivonem 6. part. decretor. c. 188. etsi concilio Carthaginensi tribuerit, sicut & Laurentius Surius primo tomo conciliorum ad finem Carthaginensis III. Exstat & apud Gratianum in cap. si quis episcopum 8. quæst. 3. & Anselmum lib. 3. cap. 92. Ivo & Surius: Nisi in fine: non recte.

De falsa episcoporum, & clericorum accusatione punienda. Cap. LXXIII.

VT ex loco & tempore, sic ex dignitatis gradu vitæque merito atrocitas injuriæ crescit. Qua de causa, falsa episcoporum, presbyterorum & diaconorum, quam sæcularium accusatio acrius sane est punienda. Vna, quinquennii; altera, perpetua excommunicatione multatur. Accessit huic & alia ratio, ne videlicet temere laici ad clericorum accusationem prosilirent; diffidebant enim olim ab eis odio capitali: ideo acriori pœna cohiberi debebant. Nec laici quicumque clericos accusare poterant, sed omni crimine vacui, & tales, ut ab ordinibus suscipiendis repelli non possent: ut refert & comprobat Adrianus papa I. *Placuit*, ait, *ut nullus servus, nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset: omnes vero infames esse dicimus quos leges sæculi infames appellant; & omnes qui culpis exigentibus, ad sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt. Quoniam sicut majores a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt.* In accusatione autem succumbentes damnari anathemate concilium Bracarense constituit: accusationem autem hanc coram episcopis & præpositis ecclesiæ proponendam, vel ex canone præcedenti intelligi potest.

Adrianus PP. I. in collectione decret. cap. 20.

Conc. Bracarense can. 8.

Canon LXXVI. Vulgatus.

De diaconibus, si ante honorem peccasse probentur.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem; quod si alius detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

Canon LXXVI. *Emendatus.*

De diaconis, si ante honorem peccasse probentur.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem: quod si alius eum detexerit, post quinquenium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

Diaconus in crimine mortis detectus, etiam ante ordinationem admisso, deponitur: & quod esset crimen mortis. Cap. LXXIV.

Phavorinus apud Gellium noctium Atticar. lib. 1. cap 10.

VETVS est Phavorini philosophi sententia, loquendum esse sermone recenti, vivendum autem antiquis moribus; quod si prius ut observant multi, observarent posterius, vel pauciores vel meliores certe essent in ecclesia ministri. Olim enim, ut ex hoc canone apparet, ea morum integritate & innocentia præditos eligi oportebat, non episcopos tantum & presbyteros, sed etiam diaconos, ut ob antiquum crimen, ante ordinem admissum, illo postea fungi impedirentur: si vel propria confessione, vel probationibus legitimis, illud ecclesiæ postea constitisset. Simile est quod de hæreticis ordinatis edixerunt, superius: quod & placuit concilii Nicæni patribus. *Si qui*, aiunt, *sine examinatione promoti presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent contra regulam venientes homines manus eis temere imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est, defendit ecclesia catholica.* Concilium Bracarense II. *Si quis presbyter, aut diaconus sine aliqua examinatione promoti sunt, aut certe cum discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt, & post ordinationem ab aliis sunt detecti, abjiciantur a clero; similiter & de universo ordine cleri servetur: nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta & catholica defendit ecclesia.*

Superius can. 51. Conc. Nicænum can. 9.

Conc. Bracaren. 2. can. 24.

In crimine detectus mortis.

Theodorus Balsamon, in epist. 1. ad Amphilochium Iconii episcopum cap. 32.

Cyril. lib. 4. in Levit. D. Chrys. in psal. 49. Origines hom. 10. in Genes. Clemens Alexand. lib. 2. stromat. D. Ambr. lib. de pœnit cap. 9. & lib. 2. cap. 30. Hieron. contra Iovinianum. Bernard. de triplici misericordia.

QVID mortis crimen sit, indicat sane etymon ipsius nominis, docetque Theodorus Balsamon. *Peccatum ad mortem*, inquit, *mihi videtur esse omne peccatum, quod capitale inducit supplicium, mortem scilicet peccatori.* Ante Theodorum Cyrillus, D. Chrysostomus, Origenes, Clemens Alexandrinus. Nec a Græcis dissentiunt Latini, Pacianus parænesi ad pœnitentiam, ubi legit, id est, peccatum quod ducit ad mortem. Ejusdem sententiæ fuere beatus Ambrosius, Hieronymus, & Bernardus. quod autem levius est, hoc veniale dicitur, quod ex se, hoc veniam ob levitatem materiæ & ipsius humanæ naturæ imbecillitatem; illud autem mortem ob gravitatem mereatur. Ex his edocemur quam antiqua certaque fuerit semper in ecclesia peccati mortalis (ut vocant) venialisque differentia, nec omnia esse æqualia, ut cum veteri Stoicorum paradoxo, impie censuit Iovinianus, auctore Augustino. Nec omnia esse mortalia, ut nove asseruit Calvinus; nam non ex omni peccato, etiam levissimo, deponebantur olim a suscepto ordine diaconi: nam sic qui possent eo munere fungi? Deponebatur ergo ex gravibus, illis videlicet, quorum reatus mortalis erat, hoc est, pœnam merebatur æternam.

Si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, post triennium, accipere communionem: quod si alius detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere cõmunionem laicam debere.

Levius, qui se deferunt, quam convictos puniendos. Cap. LXXV.

VT modesti & Christiani animi est, ingenuique pudoris, peccata propria, lapsusque sponte fateri; sic

sic duri obstinati & pertinacis, probationes judicii, sententiamque expectare forensem. Recte enim Tertullianus. *Tantum*, inquit, *relevat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat: confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia. Confessione praterea satisfactio disponitur, confessione pœnitentia nascitur, & ut pœnitentia Deus, sic & judex pœnitentia mitigatur. Est enim apud eos spontanea accusatio, justa excusatio; spontanea damnatio, vera absolutio.* Ideoque decrevit concilium, ut si diaconus crimen quod admisit, vel ante ordinem susceptum, vel post, sponte ecclesiæ detulisset, velletque maculas illius ecclesiasticæ disciplinæ medicina purgare; non nisi duorum annorum spatio pœnitentia illi injungeretur: quod si invito illo & repugnante, alius detulisset; legitimeque probasset, quinquennii supplicium indiceretur. Eodem exemplo, pœnam longe diversam constituerunt hi patres fideli habenti uxorem, si cum Judæa vel Gentili mœchatus, se ipsum detulisset, vel invito illo alius detexisset. Simile est quod decrevit concilium Neocæsariense. *Qui admiserit corporale peccatum*, ait, *& hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis, propter ejus studii utilitatem: nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari.* Et mox. *Similiter & diaconus si eodem culpa genere fuerit involutus, se se a ministerio cohibebit.* Concilium Bracarense.II. *Si quis presbyter ante ordinationem peccaverit, & post ordinationem confessus fuerit, quia antea erravit, non offerat, sed tantum pro religione, nomen presbyteri portet: similiter & de diaconibus servandum est, ut si ipse confessus fuerit, ordinem subdiaconatus accipiat: hoc est, illo fungatur.*

Tertull. de pœnitentia c. 8.

Can. 78. hujus concilii.
Conc. Neocæs. can. 9. & 10.

Conc Bracarense 1. can. 25.

Accipere communionem laicam debere.

Quæ fuerit laica communio. Cap. LXXVI.

Quae fuerit laica communio, adhuc inter doctiores non convenit: quibusdam a materia, aliis a loco, nomen laicæ inditum interpretantibus; sed magis placet a materia & loco simul laicæ nomen, communionem laicam accepisse; sed a loco præsertim. Olim enim in ecclesia ad audiendam rem sacram, percipiendamque sacri corporis communionem, diversa loca fidelibus a clericis præscripta erant: intra cancellos enim ecclesiæ (hodie chorum vocamus, & in ecclesiis minoribus, capellam majorem) non intrabant laici, nec ibi orare, aut communicare poterant; quod præclarum D. Ambrosii factum, omnium episcoporum imitatione dignissimum, perspicue probat. Theodosium enim imperatorem, post oblatum munus ad altare, intra ad cancellos hærentem, per diaconum interrogari jussit, nunquid vellet, quod isthic hæreret: dicenti se nihil aliud velle, quam ut divina mysteria peragi videret. *Ea*, inquit ille, *isthinc videre tibi non licet; habent in Dei templo sacerdotes, habent & laici locum suum.* In cōcilio etiam Laodiceno id decretum est. *Solis*, ait, *ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.* Quod in Hispania cavit concilium Bracarense I. *Item placuit, ut ingredi sacrarium, ad communicandum, non liceat laicis, viris, vel mulieribus; nisi tantum clericis: sicut & antiquis canonibus institutum est.* Et in sexta (ut perhibetur) synodo. *Nulli*, ait, *qui sit in laicorum numero, liceat, intra sacrum altare ingredi: ab eo tamen nequaquam prohibita potestate & auctoritate regia, quandoquidem voluerit creatori dona offerre, ex antiquissima consuetudine.* Clarius, concilium Toletanum. *Nonnulli*, ait, *sacerdotes post dictam orationem dominicam, statim communicant, & postea benedictionem in populo dant: quod deinceps interdicimus, sed data benedictione ad populum, tunc corporis & sanguinis domini sacramentum sumatur: eo videlicet ordine, ut sacerdotes & levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.* Laici autem, ut refert Micrologus, consistebant ad meridiem, fæminæ ad aquilonem. Monachi autem (auctore Dionysio Areopagita) cancellis proximi erant, tanquam clero viciniores. Introitus virorum custodiebant ostiarii: fæminarum vero diaconissæ, ut refert Clemens papa. Quare cum episcopi vel presbyteri, vel diaconi, vel alii quicumque ex clero (his enim solis pœna communionis laicæ imponebatur, non laicis) aliquod crimen grave admisissent, e loco suo detrudebantur, jubebanturque cum laicis esse, & cum illis extra cancellos per ministerium archidiaconi, post ecclesiasticos communicare. De episcopis exstat exemplum in concilio Sardicensi. *Osius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de civitate ad aliam transire*

Niceph. lib. 12. hist. eccles. c. 41.

Conc. Laodicenum can. 19.
Conc. Bracar. 1. can. 31.

In 6. Synodo can. 69.

Conc. Tolet. 4. can. 18.

Dionys. Areopa.
Clemens papa libro 2. cap. 61. constit. apost.

Conc. Sardicen. can. 1.

A *civitatem: manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant; cum nullus in hac re inventus sit episcopus, qui de majori civitate, ad minorem transiret: unde apparet, avaritia ardore, eos inflammari; & ambitioni servire: & ut dominationem agant. Si omnibus placet, hujusmodi pernicies, sævius & austerius vindicetur; ut nec laicam communionem habeat; qui talis est. Responderunt universi: Placet.* Et mox, eamdem pœnam laicæ communionis episcopis translationem quocumque prætextu affectantibus decernit. De episcopo, presbytero, & diacono falsariis canon est in concilio Agathensi, ut communionem laicam suscipiant. Aliquando autem non laicam communionem sumere, sed inter laicos communicare jubebantur. Concilium Toletanum I. agens de subdiacono tertiam uxorem accipiente. *Qui vero tertiam*, inquit, *quod nec dicendum est, acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus, per pœnitentiam communicet.* Cornelius papa loquens de episcopis qui Novatianum ordinaverant. B *Unum eorum*, inquit, *ad laicam cōmunionem recepimus.* D. Cyprianus eamdem loquendi formulam usurpavit, Innocentius, Gregorius, Nicolaus, & alii. Nec loco tantum, sed & materia laicam communionem a sacerdotali discretam inde colligitur, quod Felix papa jubeat episcopos, presbyteros, vel diaconos rebaptizationes in se admittentes, usque ad obitum communione privandos, in obitu vero communionem laicam illam illis reddendam; non enim est probabile illos morientes ad ecclesiam esse deducendos, vel si in ecclesia morarentur, lectulis jacentes ad eam ecclesiæ partem, quæ laicis præscripta erat; sed probabilius multo, illos gradu & ministerii functione dejectos, in ordinem populi fuisse redactos; ut cum laicis ad communionem venirent; sive unius speciei, in his provinciis, in quibus una species laicis concedebatur: sive utriusque in aliis, quæ utriusque speciei usum recepissent: sicque legimus in concilio Sardicensi; in fine C vitæ communionem laicam episcopis ampliorem episcopatum ambientibus denegari.

Conc. Agathen. can. 50
Grat. in can. 51. episc. 50 dist.
Conc. Toleta 1.

Cornel. papa in cap. 4. epistolæ ad Fabium Antiochenum, citatæ ab Euseb. li. 6. hist. ecclesiast. cap. 35.
D. Cypr epist 2, ad Stephanum papam, & epist. 52. ad Antonianum, & alia 68. ad clerum, & plebem in Hispania consistentes.
Innoc. in epist. 22. ad episcopos Macedoniæ c. 4.
D. Greg. lib. 4. indict. 13. epist. 17. cap. 61.
Nicolaus 1. in can. Theugaldum 2. quæst. 3.
Felix papa 3 In epist. 1. ad episc. Africæ cap. 2.
Conc. Sardicens. can. 2.

Quod autem, inter laicos communicare; & laicam communionem accipere ecclesiæ ministri supplicii & pœnitentiæ causa juberentur: ideo aliquando inter laicos pœnitentiam agere dicebantur. Non quod pœnitentiam publicam agerent sicut laici; nam ab ea arcebantur ecclesiæ ministri, ut cautum est in concilio Carthaginensi V. & a Siricio PP. & Leone I. Sed ea (ut dixi) ratione, quod pœnitentiam communionis laicę impositam agerent, communicando cum laicis: ut hic apertior fiat sententia concilii Neocæsariensis, dum ait. *Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abjici, & ad pœnitentiam inter laicos redigi.* Quæ verba postrema, tam grave doctis facesserunt negotium, ut tollenda illa ex contextu, ut falso addita, juxta versionem Dionysii Exigui contendant, ut notatum est in decreti D Gregoriani notis ad Gratianum. Sed cum commodam ea interpretationem admittant, ut exstant in reliquis exemplaribus, non video sane, cur illa sint expungenda. Quid enim interest, si cum concilio dicamus, pœnitentiam agere inter laicos, vel pœnitentiæ causa inter laicos communicare, ut usurpasse D. Cyprianum, Gregorium, Innocentium, Nicolaum, & alios, supra est animadversum? Quanquam inficias non ierim, sacerdotes olim & clericos gravibus irretitos criminibus, publica potuisse aliquando pœnitentia multari, suis tamen prius ordinibus degradatos, ut hodie fieri solet cum his, qui ob atrociora delicta carceri perpetuo, vel triremibus addicuntur: quod miror, ut novum & insolens doctissimos Gregoriani decreti censores rejecisse, cum id compertissimum habeatur antiquorum conciliorum decretis. Toletanum IV *Si quis clericus*, inquit, *in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus; quia facinus hoc pro sacrilegio, legibus publicis sanguine vindicatur oportet canonibus in tali scelere proditum E clericatus ordine submoveri, & pœnitentia triennio deputari.* Quod si de his degradatis pœnitentiam publicam agentibus intelligamus decretum a Martino papa, sive episcopo Bracarensi relatum in sua collectione a Gratiano, dum ait. *Si quis presbyter propter publicam pœnitentiam a sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate diem dominicam pro quadam religione jejunaverit, sicut Manichæi, anathema sit.* Et locos præterea Cypriani, Gregorii & Nicolai jam citatos: nihil oberit, quod recenti huic & antiquo ecclesiæ usui sit consentaneum.

Conc. Carthag. 5 can. 11.
Siric. papa epist. ad Himerium Tarraconensem episcopum.
Leo 1. in epist. 90. ad Rusticum episc Narbonensem cap. 2.
Conc Neocæs. can 1
Can presbyter, 28. distin.

C. si quis presbyter. 50. dist.
Conc. Tolet. 4. can. 46.

Martinus papa in sua collectio. num 57
Gratian in can. si quis presbyter. 50. dist.

Canon LXXVII. Vulgatus.

De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.

Si quis diaconus regens plebem, sine episcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit,

A episcopus eos per benedictionem perficere debebit: quod si ante de sæculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse justus.

Canon LXXVII. *Emendatus.*

De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.

Si quis diaconus regens plebem, sine episcopo vel presbytero, aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit: quod si ante de sæculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse justus.

B MARTINUS Perezius Ayala episcopus Guidixensis, in libro de traditionibus apostolicis 3. par. consideratione 2. asser. 6. & ab illo mutuatus Alfonsus Pisanus lib. 3. de actis concilii Nicæni ad canonem 55. Arabicum, decepti videntur, dum canonem hunc septuagesimum septimum concilii Nicæni esse affirmant, cum germanum & proprium hujus concilii Illiberritani & postliminio illi restituendum ex hoc manifestum sit; nisi dicamus, ab hoc in Nicænum, Osium ejus concilii præsidem, ut plerosque alios transtulisse. Burchardus præterea libro 4. decretorum cap. 92. hunc canonem concilio Turonico can. 3. tribuit: sed ea citatio huic etiam restituenda est.

Si quis diaconus regens plebem, sine episcopo, vel presbytero aliquos baptizaverit.

C HINC observandum, jurisdictionis ecclesiasticæ diaconum fieri posse participem. Ideoque excommunicare posse, beatus Clemens & Cyprianus docent, ut superius ostendi. Hic regere posse plebem, diaconum, hoc est, curam parochiæ habere, Hispani episcopi docent; & baptizare posse.

Supra hoc lib. 3. c. 7.

Episcopus eos per benedictionem perficere debebit.

Benedictionem hic sacramentum confirmationis intelligi, & cur Christiani ea perfici dicantur. Cap. LXXIIX.

CONFIRMATIONIS sacramentum fuisse semper in ecclesia, ex hoc canone discimus, non ad catechesim quamdam, qua adolescentiæ proximi fidei suæ rationem coram ecclesia exponebant, ut perverse effutiunt hæretici; sed ad constantiam Christianam, prudentiamque accipiendam, per impositionem manus episcopi, ut diserte loquitur Fabianus pontifex, divinitus institutam. Edocemur præterea hoc canone confirmationis sacramentum ad solos episcopos spectare, contra Lutherum, qui presbyteris id muneris deferri impudenter asseverat: quod adversus eumdem sancto Spiritu afflati patres concilii Tridentini, pari judicio & consensu statuerunt. Illud præterea observandum, confirmationem olim variis nominibus; consignationem scilicet, manus impositionem, obsignaculum, benedictionem, operationem Spiritus sancti, chrisma, chrismatis sacramentum appellari. Primus, ut opinor, qui ex re sacramento apte nomen indidit, & confirmationem vocavit, beatus Ambrosius fuit, quem patres recentiores, sequuti sunt. Voluerunt ergo Illiberritani episcopi, si diaconi absente episcopo vel presbytero baptismum ministrassent: quod nondum perfectus Christianus esset sine confirmatione, id est, virtute & fortitudine esset destitutus, qua omnes fideles sacramento confirmationis ad decertandum cum hoste, minori cum discrimine corroborantur, ut illum baptizatum deducant ad episcopum, ut eum per benedictionem sive manus impositionem confirmet. Idem sentiendum, si presbyter absente episcopo baptismum contulisset, ad episcopum enim baptizatus erat deducendus, ejusdem confirmationis impetrandæ gratia.

Fabianus PP. in epist. 2 ad omnes orient. episc.

Conc. Trident. sess. 7. de confirmat can. 3.

Ambr. lib. de his qui mysteriis initiantur cap. 8.

Quod si ante de sæculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse justus.

Solo baptismo in necessitate, quemquam salvum fieri. Cap. LXXIX.

HIS verbis satis manifestum fit, patres hujus concilii non ideo antea dixisse, perfici Christianum confirmatione, quod solo baptismo quis non efficeretur Christianus, & particeps æternæ beatitudinis: nam ea fide qua quis credidit in baptismo, eum salvum fieri posse, modo, nullo scelere obstrictus sit, declarant: perfici autem Christianum ideo dixerunt, quoad plenum robur sancti Spiritus, quod per confirmationem confertur. Id etiam docuit Miltiades PP. ad omnes Hispaniæ episcopos. *De his vero*, inquit, *super quibus rogitastis vos informari, id est, utrum majus esset sacramentum, manus impositio episcoporum, aut baptismus? scitote utrumque magnum esse sacramentum, & sicut unum a majoribus fit, id est a summis pontificibus, quod a minoribus perfici non potest: ita & majori veneratione venerandum, & tenendum est; sed ita conjuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ad invicem, nisi morte præveniente nullatenus possint segregari: & unum sine altero potest, aliud autem non potest.*

Miltiades PP. in epist. ad omnes episcopos Hispaniæ cap. 2.

Canon LXXIIX. Vulgatus.

De fidelibus conjugatis, si cum Iudæa vel Gentili mœchati sint.

Si quis fidelis habens uxorem, cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquenium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

Canon LXXIIX. *Emendatus.*

Si quis fidelis habens uxorem, cum Iudæa vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

IISDEM verbis retulit Ivo hunc canonem p. 8. cap. 282.

GRAVI censura interdixerunt patres superius, solutum fidelem jungi cum Iudæa vel infideli matrimonii nexu: nunc vero in maritos se cum eisdem adulterio polluentes, quinquennii pœnitentia merito animadvertunt. Gravius enim vir fidelis delinquit, si D ad Iudæam vel infidelem accesserit, quam fœmina fidelis, si ad virum Iudæum vel infidelem. Cum enim proles matrem, non patrem sequi debeat, si juris civilis spectemus præcepta, quæ in filiis educandis observari solent; periculum erat grave, si fœmina Iudæa vel ethnica ex viro fideli liberos susciperet; nam Iudaismi vanis superstitionibus, vel gentilitatis vesanis erroribus illi imbui poterant & contaminari.

Can. 15. & 16.

Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

E *Diversa in eum qui se defert, vel qui convincitur, pœna statuenda. Cap. XXCI.*

SI ipse crimen palam confitetur, ut majorem pudoris & modestiæ fructum perciperet, nullum excommunicationi tempus præscribitur: si alter detexerit, quinquennii: quo elapso reconciliari communioni posse decernitur. Deesse duo verba in prima parte hujus puto, ut congruat cum canone LXXVI. præcedenti, in quo diacono lapso, si crimen confiteatur, ipsi triennii tempus ad pœnitentiam præscribitur: sin autem alius detexerit, quinquennii, sicque si ipse confiteatur, triennio abstinere debere; sin aliter, quinquennio intelligendum arbitror.

Canon LXXIX. Vulgatus.

De his qui tabula ludunt.

Si quis fidelis alea, id est tabula, luserit, placuit

cuit, eum abstinere; etsi emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari.

Canon LXXIX. *Emendatus.*

De his qui alea ludunt.

Si quis fidelis alea, id est tabula, luserit, placuit, eum abstinere; & si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari.

De pœnitentia alea ludentis. Cap. XXCII.

LUDUM aleæ a Græcis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine inventum, & ab illo eo nomine nuncupatum, D. Isidorus tradit: quod in tabula fieret, ludum tabulæ etiam appellarunt. *Tabula autem*, ut idem Isidorus refert, *ludebatur pyrgo, calculis, tesserisque. Pyrgus dicebatur, quod per eum tessera pergerent, quod turris speciem habebat, nam Graci turrim* πύργον *vocant. Calculi vocati quod leves sint & rotundi, unde & calculus dicitur lapis brevis, qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales quasi per calles eant. Tessera autem vocata, quia quadra sunt ex partibus omnibus. Has alii lepusculos vocant, eo quod exiliendo discurrunt. Olim autem tessera jacula appellabantur, a jaciendo.* Hoc autem ludi genus quare prohibuerint patres, idem Isidorus recenset. *Ab hac arte*, inquit, *fraus & mendacium atque perjurium nunquam abest, postremo & odium & damna rerum: unde & aliquando propter hac scelera interdicta legibus fuit.*

D. Isidor. lib. 18. etymolog. cap. 31.

Ob hæc & alia multa, quæ ex tali ludo redundant, Plato sensit, aleam & reliquas perniciosas artes a dæmone (quem nominat Theuth) inventas esse, & ad Thamum Ægypti regem delatas. Aristoteles etiam aleatores fures atque latrones illiberales dicit esse, quia in turpi lucro versantur, & omnia quæstus causa sustinent probra. Adeo autem frequens erat hic ludus olim, ut imperator Caligula ex usu illius compendium non spreverit; tributo illius nomine his qui lucrum fecerant, imposito, ut in illius vita tradit Suetonius. Cum autem pecuniæ deessent, libertatem ipsam (quam rebus omnibus pretiosiorem sacri judicii negabit nemo) periculo aleæ exponebant, ut Tacitus refert. *Inter seria*, inquit, *sobrii Germani aleam exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo jactu de libertate, ac de corpore contendant.* Qua ratione Iustinianus imperator providere volens his malis, nulli licere voluit, aut in privatis domibus, vel alea ludere, vel inspicere. Alia præterea in ludo hoc nefaria admitti solita testantur veteres. Zabulo quippe illius primo inventori ante erat sacrificandum, quam quis manum in tabula porrigeret, ut D. Cyprianus testatur. *Quam magna*, inquit, *& larga pietas Dei filii, quod in futurum prascius nobis consulat: ne quis frater incautus denuo laqueis diaboli capiatur, solicitos esse jussit, & providos atque eruditos; quoniam hostis ille antiquus circuit, pulsans Dei servos, non uno genere tentans. Multa enim sunt tentationes ejus, quorum primordia sunt; idololatria, mœchia, furta, rapina, avaritia, fraus, ebrietas, impatientia, adulterium, homicidium, zelus, perfidia, falsa testimonia, eloquium falsum, invidia, extollentia, maledictum, error, & si qua sunt similia, qua his congruunt; ex quibus est alea tabula. Prasto est diaboli laqueus manifestus, venenum portans letale serpentis, & inductio corrumpens; qua cum videtur nihil esse, magna amplexi operitur delecto. Quid illud est, quaso fideles, ut manus qua jam ab injuriis humanis expiata est, & ad sacrificium dominicum admissa, & quod ad salutem totius hominis pertinet, dignatione suscipit; qua ad laudem domini in oraculo exsurgit, qua signum crucis, per quod tuemur, frontibus imprimit, ipsaque divina sacramenta consummat; quid est, inquam, ut iterum laqueis diaboli, unde exuta est, implicetur, & per ipsa damnetur? Aleatrices manus libidinoso studio consueverunt, id est, alea tabula; quod est diaboli venabulum, & delicti vulnus insanabile. Alea tabulam dico, ubi diabolus prasto est, ad capiendum summissus, & cum ceperit de captivo triumphum, perfidia, falsa testimonia. Tabulam alea dico, ubi dementia, & furia, & venale perjurium, imperium, & colloquium serpentinum. Illic rabiosa amicitia, illic atrocissimi sceleris fraternitas discordans, illic convitia, & audacia seva, & mens in-*

Arist. lib. 4. eth. ad Nicomac. c. 1.

Sueton. in vita Caligulæ, cap. 41.

Tacit. de antiq. moribus Germanorum.

Iustin. imp. in l. ult. de religios. & sumpt. funer.

D. Cyprian. lib. de aleatoribus cap. 2.

1. Pet. 5.

A *sana, & fera impatientia. Alea tabulam dico, ubi possessionum amissio, & pecuniarum ingentium perditio, monstrum & demonstrans litigiosum, furax dementia. O aleatorum noxia, sedentaria, & pigra nequitia. O manus crudeles, & ad periculum sui armata, qua bona paterna & opes avorum sudore quasitas ignominioso studio dilapidant: manus trux, noxia & insomnis, nocte dieque continuis instrumentorum suorum armigera: qua peccando seipsum damnavit, & post peccata non desinit ire. O nequam manus in perniciem domini sui armata, qua sordidissimi aris totam substantiam perdis; & cum tot essent augenda rei familiaris & multarum abundantia opum, modo inops & pauper est. Alea est, quam lex odit: alea est quam sequitur crimen ignobile: ubi manifesta tentatio & pœna occulta. Alea est, alveus mali & supplantatio amici, qua nec lucrum confert, sed totum consumit. Hinc deinde pauperes fiunt,* B *hinc opes suas perdunt: hinc jam consumptis omnibus rebus suis, mutuis pecuniis se obruunt: hinc patrimonium sine ulla fori calumnia amittunt. Qualis est lis, ut quos nemo persequitur, se ipsos per invidiam persequantur? ut paternas suas hereditates sub hostium suorum multiformi numero dispergant? Est & quando ipsi aleatores cum prostitutis mulieribus, penes auctorem suum nocturnas vigilias clausis foribus celebrant: armantur adversus se miseri, spiritu diaboli repleti, & illic duplex aut geminum crimen admittunt. Hinc concrepat alea sonus, illic silentio operatur incestus: hic sine ullo dignitatis sua respectu, sine ulla excusatione, pestifero studio cedere bonis suis cogitur: illic secreto mortale venenum bibitur. Vnde hac sacrilega meditatio, unde hoc crimen, auctorum testimonio comprobamus? Cum enim quidam studio literarum bene eruditus, multum meditando, hoc malum & tam perniciosum studium adinvenit, instinctu solius zabuli, qui eum artibus suis repleverat: hanc ergo artem ostendit, quam & colendam sculpturis cum sua imagine fabricavit.* C *Statuit itaque imaginem suam cum nominis sui subscriptione, suggerente sibi amico, qui ut hanc artem excogitaret, in peccatorem subvenit. Sic ergo se in imagine speciosa demonstrans, alto quodam loco condidit, & in sinus suos hanc alea tabulam gestans, ut quasi ipse lusor, & adinventor hujus malitia appareret, cujus nomen a Dei servis nominari non deberet: sic enim in nomine turpis est, quomodo in factis iniquus, & quisque Dei servus alea tabulam amplectitur, auctoris nomine vocaretur. Ille enim cum se in statunculis, & simulacris formaret, aliud crimen adinvenit, quo se ab imitatoribus suis colendum, & sibi sacrificandum instituit, ita ut qui vellet studio ejus adharere, non ante manum in tabulam porrigeret, nisi auctori hujus prius sacrificasset. Inde factum est, ut olim qui homo fuerat, & facinoris admissionis adulter, post mortem a pronis, & errantibus subfictitio nomine Dei, talis coli meruerit. Alea tabula, qui ludit, & maleficia nosse debet, quod a Dei servis longe sit; sciens quoniam foris maleficus, & venenarius, & iterum in judicii diem in igne torrente torquebitur. Alea tabula* D *qui ludit, prius auctori ejus sacrificare debet; quod Christianis non licet, dicente domino: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Deo soli. Et iterum: Nolite sacrificare diis alienis, ne incitetis me in operibus manuum vestrarum, ad disperdendum vos. Christianus qui es, & alea tabula ludis: licet non sacrifices, lege hujus facinoris particeps es. Et utique dominus occurrit, & dicit: Exi de ea populus meus, ne sis particeps delictorum ejus. Et iterum: Discedite, discedite inde, exite de medio ejus, qui portatis vasa domini, & immundum ne tetigeritis. Christianus quicumque es, & alea ludis, hoc primum in loco credere debes, quia non Christianum, sed ethnicum tibi nomen est, & illud quod ad sacrificium dominicum pertinet, in vacuum sumis, sic enim dicit: Omnis immundus non tanget sacrificium sancti. Dicit enim scriptura: Omnis vir manducans carnem sacrificii, & immunditia ejus super ipsum, pereat anima illa de populo meo. Aleator quicumque es, Christianum te dicis; quod non es, eo quod saculi particeps* E *es, nec amicus Christi potes esse, qui cum inimico Christi tenes amicitiam.*

Exod. 22.
Hierem. 25.
Apoc. 18.
Esai. 52.
Levit. 7.

Non dissensit a Cypriano D. Isidorus. *Quidam autem*, inquit, *aleatores sibi videntur physiologice per allegoriam hanc artem exercere, & sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent, propter tria saculi tempora, praterita, prasentia, & futura; quia non stant, sed decurrunt. Sed & ipsas vias senariis locis distinctas, propter atates hominum, trinariis lineis propter tempora argumentantur. Inde tabulam ternis descriptam dicunt lineis.* Hæc sunt quæ moverunt Hispanos patres, ut ludum aleæ seu tabulæ pœna excommunicationis proposita prohibuerint: quorum sententiam sequuti sunt, qui Constantinopolitanæ synodo canones adjecerunt. *Nullum*, inquiunt, *omnino, sive clericum, sive laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere, qui secus fecerit excommunicetur.*

D. Isidor. d. lib. 18. cap. ult.

Conc. Constantinopolitanum 6. can. 50.

Constat etiam ex hoc canone, posse episcopos, & concilia provincialia, ludis sæcularium leges imponere, & eas violantes ecclesiastica coercere disciplina.

Canon XXC. Vulgatus.

De libertis.

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non provehantur.

Canon XXC. *Emendatus.*

De libertis

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

GRATIANVS retulit hunc canonem in cap. prohibendum 54. distinctione.

Liberti qui, & cur ab ordinibus suscipiendis repellantur. Cap. XXCIII.

Vlpian. l. 4. de iustit. & jur. Caius in l. 6. de sta. homin. Modestinus in l. 1. de excusat. tut. Suetonius in vita Claudii c. 23. Laurentius Valla lib. 4. elegantia. cap. 1. Impp. Valent. Valens, & Gratian. l. 1. de ingrat. libert. Imp. Constantius, in l. 2. de libert. & eor. liber. Conc. Tolet. 4. c. 18.

EOS dici libertos tradit Vlpianus, qui servi esse desierunt. Eosdem vocat libertinos Caius. *Libertini,* inquit, *sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt* Olim autem, id est, Appii Cæci temporibus, & deinceps aliquandiu, libertini dicebantur, non ipsi qui manumittebantur, sed ingenui ex his procreati: quod Modestinus observasse videtur: sed clarius Suetonius in Claudio. Post vero, alterum usurpari pro altero a jurisconsultis perspicuum est. Quare illorum sententiæ non est locus, qui libertini nomen, statum ipsum, liberti, personam designare scripserunt. Libertini autem, sive liberti, ideo ad clerum promoveri vetantur, quia si forte quam ingratitudinis causam adversus patronum committerent, licentiam habebat patronus, revocandi illos iterum in servitutem. Servos autem clericos fieri non debere, jam ab ipso fere apostolorum tempore receptum fuerat. Erant & alia patroni viventis in libertum jura, quæ dignitatem cleri non decebant. Tenebantur enim liberti operas præstare patronis: sunt autem operæ (auctoribus Paulo & Pomponio) officium diurnum: officii vero præstatio, ad nutum esse debebat patroni, ut docet Caius. Tenebantur patronum inopem alere, ut impp. Severus, & Antoninus rescripserunt, & liberto locupleti mortuo, ei scilicet qui plusquam centum aureos haberet in facultatibus, succedebat patronus; adhibita etiam actione Calvisiana, qua revocabantur alienata, in fraudem hujus successionis. Sublato autem e vivis patrono, jura simul hæc tollebantur, etsi alia superessent in eorum filiis, & successoribus: quæ ut minoris momenti ad impediendum sacerdotium, parvi fecerunt hujus concilii patres.

Paul. & Pompon. l. 1. & 3. de oper. libertor. Caius l. cum patronus 22. de oper. libertor. impp. Sever. & Antoninus eod. tit. Vlpian. l. si libertus de jur. patronat. & Iustinianus in titulo instit. de success. libert.

Potuit & alia ratio ad hoc decretum ferendum eosdem incitare; ne videlicet ethnicorum servi, etiam servitute per manumissionem vindicati, clero adscriberentur; nam occasione oblata, dum patroni viverent, eorum domus ventitandi, & infidelium actibus se plerumque immiscendi, quod solebant sæpissime, ut susceptæ libertatis beneficium, fide, benevolentia, obsequiis, & omni gratitudinis genere compensarent: periculum erat, vel apostasiæ in libertis, vel proditionis librorum sacrorum, & rituum ecclesiasticorum, quos inepto & profano risu legere solebant Gentes: neve personæ jam ecclesiasticæ infidelium molestis oneribus & gravibus premerentur. Quam rationem observasse videntur concilii Nicæni patres, sancientes, ut Christiani infidelium servi, non prius ordinarentur, quam manumissi, & maturo superiorum judicio examinati. *Servi,* inquit, *infidelium, quamvis ab eis diligantur, quia res eorum fideliter custodiant, & quamvis sint bonæ famæ & vitæ: tamen quia difficili ac dura servitute servos fideles premunt, non prius fieri debent clerici, quam sint manumissi, ac liberi, satisque probati, an digni sint gradu.*

Alfonsus Pisanus lib. de act. concil. Nicæni, ca. 2.

Canon XXCI. Vulgatus.

De fæminarum epistolis.

Ne fæminæ suo potius, quam maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicujus pacificas ad suum nomen scriptas accipiant.

Canon XXCI. *Emendatus.*

De fæminarum epistolis.

Ne fæminæ suo potius, quam maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicujus pacificas ad suum nomen scriptas accipiant.

Cur fæminis scribere sine maritorum nominibus, aut eis rescribi non liceat. Cap. XXC.

QVID causæ est, patres religiosi ac sancti, ut literas ad nomen solum fæminarum a laicis scriptas accipi, vel ab eis suo nomine rescribi laicis non patiamini? consuluerunt ne vobis, experti uxorum naturam, conditionem, statum? Audistis ex frequenti literarum scriptione fæminas solicitari? Providerene voluistis maritorum honori, & auctoritati, ut omnia, tam domestica, quam externa sua manu gubernentur? An audaciæ solicitatorum! an fæminarum, ut vulgo jactatur, levitati? Habuistisne persuasum, interdictis his mutis intercessoribus, aditum ad turpitudinem intercludi? Putastis literarum jacturam, industria & solicitudine, non virorum tantum (quod referre dolet) sed aliarum fæminarum non posse compensari? Credidistisne, hoc solo decreto uxorum cum maritis solicitari concordiam; vel tanto obsequio matrimonii leges reliquas indicari? Placuit ne vobis, ut quemadmodum postea sacerdotes & clericos, ab his literulis fæminarum scribendis, vel recipiendis abstinere voluit Hieronymus, id & facerent nunc uxores? Visumne vobis est, generali hac vestra constitutione, laicorum uxores expresse, tacite tamen clericorum quas habebant, vel diaconorum, sacerdotum, & episcoporum, quas habuerunt, & domi ut sorores alebant, fore subventum? Aliquisne zelotypiæ stimulus presbyteros, & diaconos vestro cœtui adstantes ad hanc constitutionem ferendam solicitavit? vel adeo progressa est religio vestra, sanctitas, piusque Christi zelus, ut nitamini, fœminas Christianas, in primitivæ ecclesiæ initiis, religiosis, non præsentis, sed antiqui sæculi fore persimiles; quibus deinceps harum epistolarum scriptionem vetusti & sanctissimi patres, Augustinus & Benedictus interdixerunt? Cum hæc beatissime pater, ab episcopis Hispanis quæsivissem, mihi responderunt omnes: PLACET. Nec desunt his temporibus, quibus non displiceat, in quibusdam provinciis hujus canonis decretum renovari, easque literulas, quarum usus est frequentissimus, non ad uxores, vel virgines, quibus sæpe illæ solicitantur, & quandoque solicitant, sed ad maritos, vel propinquiores parentes, quibus earum cura mandata est, inscribi, rescribique, ut aditus tentandæ fæminarum pudicitiæ (quam tam late patere dolent multi) aliqua ex parte intercludatur. Quod si uxoris domum ingredi quemquam, sine expresso viri præcepto, ad eam visendam, vel rem domesticam tractandam, non debere permittere, Aristoteli placuit homini ethnico. *Veritam,* inquit, *maxime verba, quæ de mulierum corruptela circumferuntur. E. si quid intus accidat, ut sibi notum sit soli, & si quod malum ab ingredientibus committatur, ut penes virum sit culpa.* Neque homines urbanos tantum, quod Aristotelem dixisse legimus, sed neque medicos mulierem ingenuam infirmam, Gothi majores nostri permiserunt curare posse, sine præsentia, patris, matris, fratris, filii, aut avunculi, vel alterius propinqui, excepto si necessitas emersisset ægritudinis (eorum verbis loquor) quod si tunc eas personas abesse contigisset, tunc aut coram vicinis honestis, aut coram servis aut ancillis idoneis, medicum accessurum. *Quod si aliter præsumpserit,* inquit Rex, *decem solidos propinquis aut marito coactus exsolvat, quia difficillimum non est, ut sub tali occasione, ludibrium interdum adhærescat.* Quid mirum si Christiani, & religiosi patres, literas, quæ tacite sermonis expressi officio funguntur, minori forsan prohibuerint severitate?

D. Hieron. in epist. ad Nepotianum.

D. Aug. in regula monachorum, quæ exstat epistola 109. Benedictus in sua regula. c. 54.

Aristoteles lib. 2. œconomicor. cap. 1.

Exstat hæc lex lib. 11. legum Vvisigothorum l. 1. tit. 1.

Liquet igitur ex hoc canone, Hispanis patribus justius multo ejus laudis præconium tribui posse, quod Socrati olim honorifice impertitus est Cicero, eos nimirum, philosophiam morum non e cœlo tantum devocasse, collocasse in urbibus, & in domos etiam introduxisse, sed in ipsis etiam fidelium animis, summa cura inserere studuisse, dum non libidinem tantum, sed libidinis indicia coerceri voluerunt. Grave enim delicti, & turpitudinis genus est, in fœminis præsertim nobilibus, turpes videri, etiamsi non sint. Vtinam omnes antiquæ pudicitiæ, honestatis, & omnium virtutum, non vero

(ut

(ut quædam solent) turpitudinis, & vitiorum hypocritæ esse, & videri cuperent; nam hæc tanto pestilentior hypocrisis, quanto exempla vitiorum magis quam virtutum nocere possunt, & solent. Iulius Cæsar Pompeiam uxorem, magni Pompei filiam, Clodianæ turpitudinis suspicione notatam repudiavit, dictitans ejus torum non tantum crimine, sed & criminis suspicione carere oportere. Maxime enim interest reipublicæ, ob communem parentum, & consanguineorum pacem, ob maritorum concordiam, ob familiarum honorem, ob certitudinem liberorum, ob hereditatum, & successionum securitatem, dimidiam populi partem, quæ (ut Aristoteles prudenter consideravit) fæminarum est, sanctis continentię & honestatis legibus institui & informari. At illarum pudicitiam qui, quæve, solo Venereæ libidinis contemptu; non etiam decenti vestium, & ornatus cultu; gravi oculorum aspectu; temperato linguæ usu; casta aurium attentione, ac tandem modesto totius corporis habitu conservari, aut violari putant, falluntur; ea enim de causa olim Cæcina Severus gravem in senatu orationem habuit adversus matronam in publico prodeuntem sine stola: Lentulique auguris consultis, quæ ita se exauctorasset, pro stupro pœna fuit, ut refert Tertullianus. *Quoniam quidem*, ait, *indices custodesque dignitatis habitus, & lenocinii factitandi impedimenta.* Quare Caius Sulpitius Gallus uxorem repudiasse dicitur, quod aperto capite foris fuisset. P. Sempronius Sophus eadem nota conjugem affecit, quod se ignorante ludos spectasset. Quintus Antistius Vetus non aliter sensit, uxorem enim repudiavit, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari, secreto loquentem vidisset. Quod si hunc decorem quæ non observarunt, errasse dicuntur, errabunt sane & illæ, quæ sibi persuadent, honestarum matrumfamilias nomen, auctoritatemque retinere posse, & conservare, etiam si suspectarum amicitiam ineant, si suspectis literulas scribant, vel recipiant: si suspectos aut suspectas grato, & hilari vultu excipiant: si a suspectis non solum munera, sed neque honorem deferri placeat. Sequantur uxores, vel earum mariti, Alexandri Severi exemplum, quem tradit Lampridius, ab impudicis mulieribus matrem suam, & uxorem salutari vetuisse: omnia enim quæ honestissima non sunt in fæminis, inhonesta sunt, fœda sunt, turpia sunt, dignissimaque tandem, ut a matronis nobilibus, tanquam capitalis, & funesta pestis honoris, & auctoritatis fugiantur, ut a patribus Hispanis in literis recipiendis, vel scribendis, in hoc canone honestissime sapientissimeque admonentur.

Aristoteles lib. 1 polit. c. 8.

Tertull. lib. de pallio. c. 8.

Valerius Max. lib. 6. cap 3.

Lampridius in Alexand. Severo.

Hæc sunt beatissime pater, quæ in religionis adolescentis, aut nascentis potius incunabulis, Hispani episcopi, ad retinendam & propagandam ecclesiasticæ disciplinæ integritatem, quam apostolis Petro, Paulo, & Iacobo divinitus acceperant, non singulari modo humanæ sapientiæ, & prudentiæ laude scripserunt: sed divina morum, & vitæ sanctitate stabilierunt, & gloriosa proprii sanguinis subscriptione consignarunt. Quæ licet sedi tuæ sacrosanctæ difficillimis ecclesiæ temporibus, non sine maxima obsequii laude retulerint, & piissima religionis fide consecrarint: denuo tamen, sapientissimo & maximo beatitudinis tuæ judicio renovari cupiunt, & renovata confirmari impensius optant: ne temporis diuturnitate suffulta & corroborata (ut solet) quorumdam audacia, quas concilio cœpit adimere, sibi vires conciliet: paremque faciat jacturam Hispanorum dignitas & religio, quam suscepit adhuc concilii vetustas. Quod si id labores nostri, lucubrationes, studia, & preces a te non impetraverint; hoc impetrare ipsa causa debet, hoc ecclesiæ auctoritas, hoc Christiana pietas, hoc divina religio, quæ dolet sane, nec dolet tantum, sed conqueritur, hujus concilii dignitatem, cum in eadem, quæ cetera, causa sit, non in eadem esse existimationis publicæ, & auctoritatis conditione. quam demum si tu concesseris, vel olim a Christo, & sede tua concessam, sed invidia temporum, & quorumdam licentia contemptam, ac pene collapsam refeceris, erexeris, & in pristinum antiquæ majestatis statum reduxeris; efficies profecto, ut te non restitutorem solum, sed auctorem nostræ dignitatis, defensorem fidei, propugnatorem avitæ religionis, & tanquam piissimum patriæ parentem agnoscat, veneretur, & colat Hispania tota, quod non minorem intelligat tibi, virtutis, pietatis, & beneficentiæ gloriam deferendam, in erigenda labascente jam concilii auctoritate, ac ipsis episcopis concilii auctoribus in condenda. Quinimo superiorem longe hanc illa nec inviti fatebuntur omnes, qui agnoscant sincerius, tanto esse præstantius, gratiusque futurum, restitui injuria sublatum, quam tribui recenter, quanto etiam miserabilius, acceptum perdidisse, quam omnino non accepisse beneficium. Præsta igitur illud, præsta, sanctissime Clemens, aut redde potius catholicæ Hispaniæ, catholicæ ecclesiæ, catholicę religioni, quæ una a te habere omnes impense cupiunt, & a te solo habere possunt; redde illud libenter, redde benigne, ut verissime de te prædicare possit posteritas, quod de sanctissimo PP. Stephano gloriose retulit, & laudavit antiquitas. Cum ad novitatem enim erroris Agrippini Carthaginensis episcopi cuncti reclamarent; atque omnes undique orthodoxi sacerdotes, pro suo quisque studio retinerentur, tunc beatæ memoriæ Stephanus apostolicæ tuæ sedis antistes (ut autor est Vincentius Lirinensis) cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen præ ceteris restitit, dignum (ut opinor) existimans, si reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Quod & in epistola ad Africam missa, his verbis sanxit. *Nihil innovandum, nihil pervertendum eorum quæ tradita sunt a majoribus*, satis intelligens vir sanctus ac prudens, pietatis rationem nihil aliud admittere, nisi ut omnia qua fide a patribus suscepta forent, eadem fide filiis consignarentur: nosque religionem, & præclara religionis decreta, non qua vellemus ducere, sed qua nos illa ducerent, agnoscere, sequi, amplecti, colere, & venerari oportere: idque esse proprium Christianæ modestiæ, & gravitatis, non sua posteris tradere, sed tradita a majoribus præclare cognita, & accepta servare. Si omnia ergo (ut vidisti) hujus concilii decreta, sanctæ doctrinæ plena, plena pietatis Christianæ, plena catholicæ religionis, plene probavimus; ne patiaris illa profana quorumdam audacia immutari, labefactari, perverti. Si aurum purum putum accepimus a catholicis; ne feras plumbum impudenter, vel æramenta ab hæreticis fraudulenter supponi. Si salubrem aquam, si perennem, si claram, si cælestem a divino sancti Spiritus fonte haustam religiosi episcopi in hoc concilio reconditam reliquerunt: ne a perfidis putidam, cœnosam, & pestilentem, vel subjici, vel misceri permittas. Si uniones & gemmas pretiosas, tuæ sedi sanctissima Christi membra obtulerunt, ne patiare impuras quasdam & adulterinas inferri: sed si necesse sit, oblatas ab his polias, si ab his & Hispanica ecclesia politas, catholicæ artificiose insere: si insertas jam a pontificibus aliis, tu tutare fideliter, adorna sapienter, adjice venustatem, splendorem, & gratiam; ut te poliente reddatur illustrius, quod antea obscurius credebatur; per te intellectum gratuletur posteritas, quod antea venerabatur non adeo intellectum vetustas. Doce fideles omnes quod a Christo didicisti, doce & confirma nove, non novam, sed sanctam, & veterem hujus concilii doctrinam & adeo veterem, ut fere cum ipsamet Christiana religione cœpisse videatur. Crescat florenti tuo imperio in dies, & proficiat, tam singulorum, quam omnium, tam Hispaniarum, quam aliarum provinciarum; tam concilii unius, quam totius ecclesiæ, sacra dignitas, sacra auctoritas, sacra majestas. Crescat rerum divinarum cognitio, scientia, sapientia: sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eadem intelligentia. Imitetur religio nostra corporum rationem, quæ, licet annorum decursu numeros omnes suos evolvant & explicent, eadem tamen permanent, quæ antea erant. Inter pueritiæ florem, & maturitatem senectutis interest plurimum, sed iidem tamen ipsi senes fiunt, qui fuerant antea adolescentes; ut quamvis unius ejusdemque hominis status habitusque mutetur, una tamen nihilominus, eademque natura, una eademque persona sit. Quod si humana species in aliquam deinceps, non sui generis vertatur effigiem, aut certe addatur quidpiam membrorum numero, vel detracti loco, quid aliud non proprium, sed alienum subjiciatur, necesse est, ut totum corpus, vel intercidat, vel prodigiosum fiat, vel certe debilitetur. Absit ergo, ut sano Hispano corpori, ut sacro Hispano concilio, ut sanctæ Hispanicæ religioni, quinimo & catholicæ, quid temerarium, quid profanum, quid impium falso tribuatur. Absit, ut pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducantur. Absit, ut bene fundata antiquitas impia novitate subvertatur. Quod si senescente, aut caduca pene jam ætate (ut rerum est vicissitudo) si temporum injuria, si hæreticorum impietate, si catholicorum incuria, quid immutatum, quid ereptum, quid detractum, vel ablatum de religione hujus concilii, vel de honore potius est; hoc ipsum singulari tua pietate & clementia recuperari, sarciri, restituique oportet: ut quod in Hispanica ecclesia veterum patrum fides, quod caritas & religio, quod sapientia doctorum, quod confessorum constantia, quod martyrum sanguis, quod ipsius tandem optimi & præpotentis Dei agricultura sevit, hoc ipsum revulsa hæreticorum zizania, a te sapientissime excolatur, excultum floreat, maturescat, proficiat & perficiatur;

tur: ac tandem verissimum fiat his temporibus, in recenti hac Hispanicæ religionis pressura, quod superioribus etiam de catholicæ dixit Hilarius. *Tum vincit, cum læditur; tum intelligit, cum arguitur: tum obtinet, cum deseritur: dum opprimitur, crescit: dum persequitur, floret: dum contemnitur, proficit: tunc stat, cum superare videtur: proficit afflictionibus, sanguine martyrum irrigatur: tristitia erigitur, angustia lætatur, jejuniis reficitur.* Aliter enim, beatissime Clemens, si permutari antiquorum decreta, si ad cujuscumque sani, vel insani arbitrium intelligi, vel violari potius, & pollui patrum instituta; si extra sacratæ, atque incorruptæ vetustatis fines egredi, profanæ ac novellæ curiositatis libidinem, vel vagari permiseris; si lascivientem hanc hæreticorũ licentiam, vel impudentiam potius, debacchandi in catholicæ ecclesiæ concilia, non cohibueris; horreo dicere, quantũ excidendæ, atque abolendæ religionis periculum consequatur: abdicata enim qualibet parte catholicæ religionis (obtinent enim non minimá sacra ecclesiæ concilia, sed præsertim antiquiora) alia quoq; atque etiam alia, ac deinceps alia, & alia jam quasi ex more licitoque abdicabuntur. Porro singulatim partibus repudiatis (ut docte satis idem Vincentius Lirinensis persequitur) quid aliud ad extremum consequetur, nisi ut totum pariter repudietur? Si novellæ quædam & insolitæ, vel insolentes potius, decretorum ecclesiæ interpretationes, pro antiquis ecclesiæ sententiis, si extraneæ pro domesticis, si pro sacratis profanæ, si impiæ pro catholicis inseruntur, traduntur, & publicantur: proserpat hic mos, in universum necesse erit, ut nihil posthac apud ecclesiam intactum, nihil illibatum, nihil sanctum, nihil integrum, nihil tandem immaculatum relinquatur; sed fit ibidem deinceps impiorum & turpium errorum seminarium, ubi erat antea castę & incorruptæ sacrarium veritatis: a quo vel leviter dissimulando, tam pia & religiosa sanctæ Romanæ, & catholicæ ecclesię cura & solicitudo debet abesse, quam ipsa pręter reliquas omnium saluti, & incolumitati majoris, & sacratioris imperii ratione & consulere, & providere tenetur. Hoc autem facilius consequi posse tradiderunt majores, si vetera fideliter sapienterque tractando, si qua sunt antiquitus informata & inchoata accuret & expleat, si qua obscura declaret; si qua recondita exprimat, si expressa & enucleata consolidet, firmet: si qua consolidata & firmata custodiat: hoc enim Nicęni, Ephesini, Calchedonensis, Constantinopolitanorum, Lateranensium, Tridentini & reliquorum conciliorum decretis (quotquot exstant hodie) enixa semper est catholica ecclesia; hoc semper neque quidquam aliud hęreticorum erroribus, aut recentiorum commentis excitata contendit. Hoc etiam Hispanica præclaris catholicę vestigiis insistens adversus vanas Gentium superstitiones, & vesanas hęreticorum novitates hoc concilio olim constituit, decrevit; & hoc ipsum hodie declarari, stabiliri & confirmari lata a te recenti constitutione exposcit, exoptat, & orat. En oratum etiam veniunt antiquissimi Hispanię confessores, & martyres, tuis pedibus humillime advolvi cupientes. En accedunt jam suscepta pro religione vulnera, & obductas cicatrices modestius potius, quam gloriosius tuæ sanctitati monstrantes. Ecce jam adsunt heroes sanctissimi, æterna gaudentes felicitate, tuę tamen divinæ clementiæ & pietatis uberrimum hunc fructum adhuc expectantes. Ecce instant acrius, & urgent beatitudinem tuam, ut si quid de ecclesia, si quid de fide, si quid de religione bene sint meriti, si quod lumen in ecclesię exordio Gentium & hęreticorum tenebris propria, aut cęlesti potius sancti Spiritus doctrina intulerunt, si quod posteritati beneficium tam sancti labores compararunt, si non vivi modo, sed morientes (si mori potuerunt, quorum mortalitas magis, quam vita finita est) tanquam athletę fortissimi pro ecclesia pugnantes, divinam ecclesiæ ab ecclesię inimicis, pacis & unitatis victoriam tropheaque reportarunt; hoc a te velut pręmii & mercedis loco consequantur, ut non disparem saltem, non inferiorem in terris apud homines sanctissimę illorum reliquię & doctrina, ac in cęlis apud Deum augustissimi illorum spiritus dignitatem & auctoritatem obtineant: ne divinę sententię præjudicium profana quorumdam levitate spernatur; ne hi quos ut doctiores, quos ut meliores, quos ut sanctiores elegit & amplexus est Christus: tanquam ob immanissima scelera, bonis sacris interdicti ab ecclesia deportentur: sed quos alii judices, & censores, nullis suffragiis creati, nulla auctoritate selecti, sed severo nimis & rigido privato suo judicio relegarunt: ęquitas tua singularis & clementia, patefacta jam post tot annorum decursum, quę hactenus oppressa est, veritate, revocet & restituat. Nihil enim habet, nec sacra tua dignitas majus, quam ut possis; nec sancta mens tua melius, quam ut velis, omnium, sed sanctorum pręsertim auctoritatem conservari, sublatam restitui, restitutam augeri, & auctam tandem quo possit splendore exornari: & ut felicitatis est posse quantum velis: sic & magnitudinis velle quantum possis. Longiorem forsan disputationem Calvini, Magdeburgensium, & reliquorum hæreticorum impietas postulabat: æquitas autem causæ & natura tua multo breviorem. Quare cum & mihi, & martyribus, & universi concilii dignitati utilius futurum esse arbitrer, te ipsum, quam aut me, aut quemquam alium loqui tecum, finem jam dicendi faciam: si modo prius illud solum addiderim, restituta hujus concilii dignitate, non tantum martyribus & confessoribus Hispaniæ rem te jucundissimam gratissimamque facturum; ut & ipsi etiam ætatem hanc tuam propriis tuis virtutibus florentem, sed ingravescentem diu publicis calamitatibus, perpetua apud dominum foveant intercessione, divinum beneficium beneficio divino mutuo compensantes. Nec universam solum Hispaniam, quod in ea exornanda, nullum amoris, nullum studii, nullum pietatis officium prætermiseris; sed Italiam præterea, Galliam, Germaniam, Angliam, Græciam, Asiam, & omnes orbis provincias eximio beneficio devincies, quod inclinantem jam hujus concilii erigens auctoritatem, iisdem provinciis, quæ ab hoc concilio canones, & decreta lubentissime fatentur accepisse, præclara divinaque providentia comprobes, defendas, sustentes, confirmes: devincta etiam recenter gratulabitur tibi ipsi & nominis & animi tui singularis clementia, quæ tanti beneficii magnitudinem gloriamque a se ipsa debitum iri putat. Gratulabitur omnis posteritas, quod antiquissimi hujus concilii canones, senescentes ætate multa, & multorum offensione nutantes, auctoritate tua confirmatos laudare possit posthac securius. Gratulabitur tandem & gratificabitur Christus, quod dignitatem & Hispanicæ & catholicæ suæ ecclesiæ tibi sancto ipsius Spiritu & gratia commissam, non solum sartam tectamque custodieris, sed novo splendore illustratam, nova etiam auctoritate cohonestaveris. Quod ut oro & exopto, sic spero & confido, ad cultum Dei, ad obsequium Christi, ad dignitatem ecclesiæ, ad honorem Hispaniæ, ad jucundam & gratam tui nominis recordationem, (cui tam egregiam & illustrem laudem divina videtur reservasse providentia) & ad æternæ beatitudinis præmium felicissime successurum. Nam si omnibus illis, quod post Platonem, aut potius ex Platone Tullius scripsit, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certus est in cælo ac diffinitus locus, ut beati ævo sempiterno fruantur: nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur, quorum rectores & conservatores, cælitus profecti, illuc revertantur: quanto magis merebitur, qui militantem hanc ecclesiam, munitissimam Dei civitatem, inexpugnabilem arcem fidei, cujus imperii amplitudo ipsius solis finibus terminatur, quam carissimam sibi sponsam impendio sui sanguinis Christus devinctam tenet, qui omni officiorum genere coluerit, qui summo studio & pietate protexerit, qui ab impugnantium telis singulari vigilantia defenderit, qui ardentissima caritate adamaverit, quanto, inquam, uberiorem fructum, auctiorem mercedem, ampliora præmia, a Deo opt. & max. æquissimo & liberalissimo laborum atque virtutum æstimatore percipiet? cum enim exactis longissimæ & felicissimæ vitæ spatiis, inter purissimas mentes cælitum, merito sperabimus æterna beatitudine fruiturum.

E [a] *Concilium.*] Hoc concilium seu potius conciliabulum Carthagine celebratum est anno 306. qui est Marcelli pontificis tertius & Constantini imperatoris annus primus. In hoc schismatici Donatistæ episcopi fere 70. accersitis ex Numidia episcopis aliis, adversus Cæcilianum, Mensurio Carthaginensis ecclesiæ antistiti subrogatum, quemdam Majorinum pseudoepiscopum creaverunt, ut inquit Augustinus in brevic. coll. die 3. cap. 16. & Optatus libro 1. contra Parmenianum. Ipsum vero Cæcilianum falso accusatum, utpote qui tempore persecutionis sacros codices tradidisset, a Felice Aptungitano episcopo traditore ordinatus esset, victumque martyribus

Tempus, locus & causa concilii.
Quot & quales episcopi interfuerint.
Cur Cæcilianus a schismaticis in conc. damnatus.

in carcere

in carcere constitutis afferre prohibuisset, injuste condamnarunt, omniumque fidelium communione privarunt: Cæcilianus vero, quantumvis tanto hostium numero circumseptus esset, a crimine objecto tutissimus, tutum se satis existimavit, quod communicatione adhuc conjunctus esset Romanæ ecclesiæ episcopo, ex quo omnis communicatio catholica nomen semper accipere consuevit. Augustinus epist. "162.

" & 163. aliisque.

Origo Donatistarum.

"Celeusio.

[b] *Schismaticorum Donatistarum.*] Hoc schisma præcipue a Botro &" Cælesio Carthaginensis ecclesiæ episcopis sedem ambitiose expetentibus, & ab illis senioribus qui deposita ornamenta ecclesiæ negaverant, exortum est. Secundus vero Tigisitanus episcopus, Numidarum primas, hoc schisma plurimum auxit, & demum Majorini creatio valde idipsum stabilivit. Denominatum est hoc schisma Donatistarum a Donato Carthaginensi episcopo, quem cum pro magno haberent, & ab omni labe purissimum defenderent, ab hoc se Donatistas nominari patiebantur, maxime quod hic viribus eloquentiæ, qua pollebat, labentem errorem firmius stabilivisset. A Donato illo, qui e loco dictus est Donatus a Casis nigris, sicut etiam a primis auctoribus suæ factionis appellari refugiebant, eo quod illum a Melchiade, hos ab aliis episcopis condemnatos esse constaret. Vide August. de hæres. cap. 69. Baron. anno Christi 306. num. 28. usque ad 43.

Cur & a quo Donato appellarentur Donatistæ.

Observatio Philippi Labbe, S. I.

"** Consulendas de toto hoc schismate Donatistarum moneo ejusdem sancti Augustini epistolas 48. 50. 68. 152. 162. 163. 165. 166. 171. aliasque, cum libris retractationum, breviculo collationis, libris contra literas Petiliani, adversus Parmenianum, contra Cresconium grammaticum, de unitate ecclesiæ, de unico baptismo, adversus Fulgentium Donatistam si tamen ejus est, homil. 2. in psalm. 36. lib. contra eosdem Donati asseclas post collationem, &c.

Anno Christi 308.

CONCIL. CARTHAG. II. SCHISMATICORVM,

a sub" Marcello habitum anno CCCVIII.

"sub Eusebio potius, Melchiade, aut Silvestro, imo & post Nicænum, ut qq volunt, sub Donato Carthag. episcopo.

Concilii tempus. Locus. Causa. Decretum.

[a] *Concilium Carthaginense.*] Anno domini 308. sub Marcello pontifice & imperio Constantini, Carthagine in Africa Donatistæ schismatici concilium celebrarunt, in quo postquam 75. diebus acriter disceptatum fuisset, ducentis septuaginta episcopis Donatistis communi consensu placuit, ut traditores, etiamsi baptizari nollent, ad communionem reciperentur, atque ita vigore hujus decreti Donatus una cum omnibus suæ factionis sectariis, Deuterio Macrinensis ecclesiæ, universisque Maurorum episcopis deinceps usque ad persecutionem Macarianam per 40. annos jugiter communicarunt. Augustinus epist. 48. Ut hoc concilium penitus ab hominum memoria deleretur, Donatistæ magno studio curarunt. Cum enim se purissimos & innocentissimos esse ostentarent, nulla traditionis macula fœdatos unquam fuisse gloriose admodum prædicarent, ac propterea adversus Cæcilianum ejusque socios traditionis nota conspersos se justitiæ solius amore bellum gerere jactitarent, concilium vero hoc numerosissimum, ex traditorum grege collectum, mendacia, impietatem atque immunditiam eorum detegeret, illud summopere oderunt, & maximo conatu obliteratum esse voluerunt. Vide Baronium anno Christi 308. num. 28. & 29. Augustinum epist. 48. qua ad Vincentium scribens de hoc concilio scribit ea quæ sequuntur: *Scribit enim ille Tychonius, homo ut dixi, vestræ communionis, a ducentis & septuaginta episcopis vestris concilium Carthagine celebratum. In quo, concilio per 75. dies, postpositis omnibus præteritis, limitatam esse sententiam, atque decretum, ut traditoribus immensi criminis reis, si baptizari nollent, pro integris communicaretur. Deuterium etiam episcopum Macrinensem communionis vestræ dicit traditorum plebem congregatam ecclesiæ miscuisse, & secundum statuta illius concilii a ducentis & septuaginta episcopis vestris facti, fecisse cum traditoribus unitatem, eique Deuterio, post hoc factum jugiter communicasse Donatum: nec solum huic Deuterio, sed etiam universis Maurorum episcopis, per 40. annos, quos dicit usque ad persecutionem per Macarium factam* (nimirum ad annum Christi 348.) *Traditoribus sine baptismo communicasse.*

Donatistæ, cur hoc suorum conciliabulum obliteratum voluerunt.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA EVSEBII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

Anno Christi 309.

[a] EVSEBIVS natione Græcus, ex patre medico, [b] sedit annis sex, mense uno, diebus tribus. Fuit temporibus Constantini. Sub [c] hujus tempore crux domini nostri Iesu Christi v. nonas Maii inventa est. Baptizatur quoque & Iudas, post Quiriacus vocatus, crucis inventor. Hic, scilicet Eusebius, hæreticos invenit in urbe Roma, quos sola manuum impositione reconciliavit. Fecit hic ordinationem unam mense Decembri, presbyteros 13. diacones 3. episcopos per loca 14. Sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, VI. nonas Octobris. Et cessavit episcopatus dies septem.

Notæ Severini Binii.

[a] *Eusebius.*] Cum post martyrium Marcelli sedes 20. diebus vacasset, Eusebius natione Græcus, 5. Februarii, anno Christi 309. qui erat Constantini imperatoris quartus, pontifex creatur. Quod Theodoretus libro 1. cap 3 affirmans Melchiadem Marcellino successisse, hunc Eusebium sicut & Marcellum, solus non agnoverit, mirum est; cum eumdem præter Eusebium Optatus libro contra Parm. August. epist. 165. aliique omnes recentiores agnoscant. Hoc tempore Maxentius castissimarum virginum & matronarum pudicitiæ horrende insidiatur, suaque impudicitia plures sacratissimas virgines ad sui ipsius internecionem adegit. Galerius, postquam in oriente plurimos Christianos e vivis sustulisset, tandem divinitus acerbissimo & horribili morbo percussus, hoc sibi ob suam contra Christianos immanitatem exercitam evenire agnoscens, persecutionem edicto relaxat, & Christianis liberum usum suæ religionis permittit, eosque admonet, ut Deo suo, pro sua & totius reipublicæ salute supplicent. Eusebius libro 3. cap. 28. & 29. Inopia scriptorum, vel scriptarum rerum jactura, Eusebii memoria plane obscura est.

Quando Eusebius Marcelli successor factus sit.

Quis status ecclesiæ sub Eusebio.

[b] *Sedit annis 6.*] Ex initio & fine pontificatus, & ex indice Cresconiano, eum annis 2. mensibus 8. diebus 16. sedisse constat. Anno enim 309. 5. Februarii pontificatum ingressus, obiit 26. Septembris, anno 311.

Quamdiu sederit?

[c] *Hujus tempore crux domini.*] Cum hoc tempore neque mater Helena, neque filius imperator Constantinus Christianam religionem susceperint, ipsaque crux dominica post celebratum Nicænum concilium, omnium prope antiquissimorum consensu inventa dicatur, ut latius infra in notis ad epistolam 3. dicemus, longissime a veritate abest id quod hic auctor libri pontificalis asserit, crucem domini sub Eusebio pontifice inventam esse. Baron. anno 311. num. 41.

An sub Eusebio crux inventa?

Epistola

"Confictæ ac spuriæ omnes.

"EPISTOLA I. EVSEBII PAPÆ AD OMNES GALLIÆ EPISCOPOS.

I. *Laici ab accusatione sacerdotum prohibentur, similiter illi qui eis aliquomodo subditi sunt.*

II. *Quæ accusationes a judicibus ecclesiasticis audiri non debeant; & qui accusatores ab accusatione submoveantur.*

Carissimis fratribus domino & Deo dilectis episcopis omnibus per Gallicanas provincias constitutis, Eusebius.

"S Greg. lib. II. ep. 36.

* autem

SCRIPTA "sanctitatis vestræ cum magna gratiarum actione suscepi, gavisus scilicet de vestra sospitate, sed contristatus nimis de vestra oppressione. Quod significastis * enim, quid de conversis hæreticis fieri debuisset, scitote nos eos, qui in sanctæ trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere.

I.

3. q. 5. De accusationibus clericorum.

"Hadr. coll. can. II.

2. q. 7. Laicos non accusasse.

"Vide Hincmar. c. 24. libri 55.

De accusationibus vero clericorum, super quibus mandastis, scitote, a tempore apostolorum in hac sancta urbe servatum esse, accusatores & accusationes quas exterarum consuetudinum leges non "adsciscunt, a clericorum accusatione submotas. Similiter, laicos non accusasse episcopos, hactenus observatum & constitutum est, "quia ejusdem non sunt conversationis. Et oppido eis quidam infesti existunt, quippe cum vita eorum & conversatio debeat esse secreta, & a laicorum actibus remota. Nec ab his impeti debeant, quorum castitatem & gravitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus. De ipsis vero, suis videlicet agricultoribus atque ministris, dominus laicis & cunctis eos persequentibus ait: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Et ipsa sacra scriptura dicit: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Talia enim & his similia sancti patres prævidentes pericula, laicos sæculo militantes, ab accusatione sacerdotum prohibuere: similiter servos & liberos, atque censibus publicis vel privatis subjugatos, omnesque infames, ab eadem accusatione vel tergiversatione submoverunt. Non enim oportet, ut permittantur carnales spirituales persequi, nec sceleribus irretiti, vel sæculo militantes, episcopos infamare vel lacerare, aut crimen opponere. Nam si hoc apostoli aut successores eorum permitterent, perpauci remansissent qui domino in sacerdotali ordine militassent. Idcirco & nos sequentes patrum vestigia, pro salvatione servorum Dei, quascumque ad accusationem personas leges "publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submovemus. Et nullæ accusationes a judicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

Psal. 104.

Zach. 2.

3. q. 5. De accusat. cleri. Et 6. q. I. Nos sequentes patrum.

"Ennodius in apol. pro Symmacho ex can. 7. conc. II. Carthag.

II.

Quapropter illi, quibus indita non est ad unguem polita perfectio, talia silere debent, ita ut nec 'mutilentur, nec proponantur. Nec illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem prædictorum admittantur: quia veritatem" professionis infidelitas & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt, aut admittendi, qui aliorum sponte crimina confitentur. Et ideo replicanda solicite eorum ve-

' ventilentur.

3. q. 5. Illi qui aut in fide.

"Anian. ad sent. Pauli tit. 15. sent. 2.

A ritas: quam sponte "prolata in illis vox habere non potest, hanc diversis cruciatibus e latebris suis rigorosus tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora subjiciuntur, quæ gesta sunt fideliter & veraciter exquirantur. Vnde, quæso, primum ad leges publicas, deinde ad judices, ora convertite, qui possunt & volunt in defensione' omnium juste loqui. Nos enim (quos Dei servitium post istarum rerum abjectionem fecit ingenuos, qui talium insultationes aut contumelias aut despicimus aut deridemus, quibus scriptum est de famulis & * vulgi hominibus per apostolum; *Mementote, quia vester & illorum dominus in cælis est*) ad hæc sæculi mala revocabimur? Faciendum a nobis est, quod, B faciente altero, profanum esse contendimus? Quod per ministerium jussionis & manus alienæ incestaret aspectum, nostro peragetur imperio? Nolite hanc per universas ecclesias mentem, rapacium luporum more & natura, servare: quia postquam nos maculat forte pro desideriis eorum cruenta discussio, effectum in his, ' quo tendunt, non habebunt, dicente' nobis propheta: *Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labiis, & reducamus eos in viam rectam.* Quia eodem propheta asserente, impugnantur, qui dicunt: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt' nobis.* Infames enim sunt procul dubio impugnatores episcoporum, omnesque qui adversus patres armantur, & conculca- C tores ecclesiarum, sacerdotumque ejus, & qui de publicis fugiunt præliis, & mandata Dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ asperguntur maculis, his omnibus impugnandi episcopos, patrum sequentes instituta, & nos licentiam submovemus; quia sic odit Deus eos "qui patres persequuntur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo juste & regulariter respuuntur. "Nunc longa non opus est admonitione. Iam perditis odium debemus ' operire, de quibus jam non superest, quod damnetur, auctoribus. De quibus dominus per prophetam loquitur, dicens: *Re[...]bantes verbum, sperastis in calumniam & in [...]multum, & innixi estis in eo. Propterea erit vobis* D *iniquitas hæc sicut interruptio.* Rursus etiam de talibus propheta clamat, dicens: *Accedite huc semen * adulterii & * fornicarii. Super quem lusistis? super quem dilatastis, & ejecistis linguam? Numquid non vos filii scelesti estis, semen mendax?* Cessent impii commentitia adversus simplices jam fraude mentiri? *Custodi*, inquit propheta, *linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo, & fac bonum: quære pacem, & persequere eam. Oculi domini ad justos, & aures ejus ad clamorem eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Et paulo post: *Interfi-* E *ciet impium malitia, & odientes justum culpabuntur.* Nos quamquam multa patiamur a talibus, *diligamus nos carissimi, invicem, quoniam caritas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quia Deus caritas est. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Carissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam*

"Ennod. cit.

' sua sic eloqui.

* vulgaribus

Ephes. 6.

' quo tendi- tis non haberet.

' vobis.

Isa. 37.

Isa. 41.

' vobis.

"Proclus ad Domnum.

"Idem Ennodius.

' operi, de cujus.

Isa. 30.

Isa. 57.

' semel adulteri & fornicarii.

* adulterorum.

* fornicaria.

Psal. 33.

1. Ioan. 4.

*quam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit Filium suum, salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos agnovimus, & credimus veritati, quam habet Deus in nobis. Deus caritas est: & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est caritas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum a Deo habemus, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc * cognovimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus. Hæc est enim caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus. Et mandata ejus gravia non sunt: quia omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant, spiritus, sanguis, & aqua: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quia testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei: habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est de Filio suo Deus. Et hoc testimonium est, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in ejus Filio est. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam* habebitis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum: quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, * audiet nos. Et scimus, quia audit nos, quidquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. Scimus enim, quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus Deum verum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus & vita æterna. Propter mala sua multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Benedictio autem Dei in mercedem justi festinat, & in* honore veloci processus illius fructificat. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti.* Scitote, carissimi, pro ea" pietate, quæ vobis Dei famulis impendenda est, omnes suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas, me dignanter suscepisse, ut ipsarum quoque opera & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Et si amplius de talibus aut de his similibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate horum, nostra, quid observari debeat, sollicitudo constituat. Data VI. Kalendas Augusti, * Constantino " " consule.

1. Ioan. 5. — * cognoscimus. — * habetis. — * audit. — Eccles. 11. — * hora. — Eccles. 14. — " S. Leo ep. 46. — * Constantio. — " Constante. — "Obiit Eusebius 26. sept. an. 311.

EPISTOLA II.

EVSEBII PAPÆ, AD" ÆGYPTIOS.

" addit MS. Alexandrinos.

De episcopis rebus suis spoliatis, aut a sede pulsis, nisi in integrum restituantur non judicandis, in synodis convocandis, ut ab omnibus suæ provinciæ episcopis audiantur.

Eusebius Romanæ & apostolicæ ecclesiæ episcopus, dilectissimis in caritate Christi unanimis, caritatis glutino connexis fratribus, per Alexandriam & Ægyptum domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in domino salutem.

BENEDICTUS *Deus & pater domini nostri Iesu Christi, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, sive exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur. Et spes vestra firma est pro vobis, scientes quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. Vetera (dilectissimi) transierunt, & ecce facta sunt nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate & suavitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes:*

2. Cor. 1. — 2. Cor. 5. — 2. Cor. 6.

"Quid ad Ægyptios? quorum nomen æque poterat inseri ac duo quæ notantur.
* nobis.
* in visceribus vestra.

*plectantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum patet ad vos" Corinthii, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in** carnalibus, *angustiamini autem in** spiritualibus. *Eamdem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini & vos. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ autem participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini de medio eorum, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Has igitur habentes promissiones, carissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* Errorem vestrum corrigite, fratres, & ab omni erroris macula vos custodite, ut purum Deo munus offerre valeatis. Servos Dei nolite persequi, episcopos nolite infamare, neque accusare, quia Deus eos suo judicio voluit reservari. Quod enim non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus eos depravari aut accusari voluit, ipse dedit exemplum, quando per seipsum", & non per alium, negotiantes ejecit sacerdotes de templo, & mensas nummulariorum proprio evertit flagello, & ejecit de templo. Et sicut alibi ait: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.* Dei ergo ordinationem accusat, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritualia quam terrena" sectatur. Causa enim fidei & dilectionis" quibus salus Christiana consistit, multa me solicitudine laborare compellit, metuentem, ne pravitas, quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis & pertinacior fiat & altior. Nam inimicum nimis est" atque incongruum, eos, qui episcopos vel reliquos veros sacerdotes sua persecutione vexant, catholicorum nominibus sine discretione misceri, cum damnatam impietatem non deserentes, ipsi sua pravitate condemnantur, quos convenit percelli pro perfidia, aut ' liberari pro venia: quia sicut plenum " pietatis est, oppressis caritatem dominicam 'reddi, ita iustum est, omnia perturbantis auctoritatem amputari. *Miror*, carissimi, *quare tam cito movemini, atque a vestro sensu transferimini*; cum scriptum sit: *Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Neo blecteris in turbis, nec in modicis.* Adest' enim commissio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fenore, & est tibi nihil in sacculo. Eris enim invidus vitæ tuæ. Operarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos: & qui se jungit fornicariis, erit nequam. Putredo & * vermis hereditabunt illum, & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero anima ejus. Qui credit cito, levis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper * habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur; & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui jucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & du-*

2. Cor. 7.
"S. Greg. c. 14. lib. xxv. moralium.
Psal. 81.
"Isid. ibid. 3. sent. 39.
"S. Leo ep. 34.
"S. Leo ep. 40. c. 3.
' laborare.
" Idem, lib. c. 2.
' redhiberi.
Galat. 1.
Eccles. 18.
* Assidua enim est.
' A duobus enim est.
Eccles. 19.
* vermes.
* habebit.

A *rum, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare sensum tuum, & si est tibi delictum, noli denudare. Audiet enim te, & custodiet te: & quasi defendens peccatum, odiet te, & sic * adhærebit tibi semper. Audisti verbum adversus proximum? commoriatur in te, fidens quoniam non te disrumpet. A facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti. Corripe amicum, ne forte non intellexerit: & cum fecerit injuriam, & non intellexerit, dicat, Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, & non omni verbo credas. Est qui* B *labitur in lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum, antequam commineris: & da locum timori altissimi, quia omnis sapientia & scientia, timor Dei, & in omni sapientia dispositio legis. Non est sapientia, * neque scientia, & non est cogitatus bonus * nisi in illa. Peccatorum prudentia est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens, qui imminuitur sapientia. Melior est homo, qui deficit sapientia, & deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi. Est solertia certa, & ipsa iniqua: & est qui emittit verbum certum, enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, &* C *interiora ejus plena sunt dolo. Est enim justus, qui se nimium submittit a multa humilitate: & est justus qui inclinat faciem: & fingit non videre se quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Est 'correptio mendax in* ore contumeliosi: & est judicium, quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens. Quam bonum est arguere, quam irasci, & confitentem in oratione non prohibere! Concupiscentia spadonis devirginavit juvenculam: sic qui facit per vim judicium ini-* D *quum. Quam bonum est' correpto manifestare pœnitentiam! sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens, qui invenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Est autem tacens, non habens sensum loquelæ: est & tacens tempus sciens apti temporis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem & imprudens: non servabit tempus. Qui multis utitur verbis, * lædit animam suam: & qui potestatem sibi assumit injuste, odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, & est inventio in detrimentum. Est datum, quod non est utile: & est datum, cujus retributio duplex. Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate levabit caput. Est qui mul-* E *ta redimat modico precio, & est restituens ea septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. * Datum insipientis non erit utile tibi, oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius, inflammatio est. Hodie fenerat quis, & cras expetit, & odibilis homo hujusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit' gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum? Neque enim, quod habendum erat, directo sensu distribuit, similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ, quasi qui a pavimento cadens, sic casus malorum festinanter venient. Homo * ingratus, quasi fabula*

* aderit.
* nequitia scientia vel disciplina.
* peccatorum prudentia, est prudentia nequitia.
' correctio.
* ira.
Eccles. 20.
' correptum.
* lædet.
* Datus.
' gratia.
* acharis.

fabula vana in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Est qui vetatur peccare * *ab inopia, & in requie sua stimulabitur. Est qui perdet animam suam* ' *pro confusione, & ab imprudenti persona perdet eam, personæ autem acceptione perdet se. Est, qui præ confusione* * *promittit pro amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit.* * *Laudat furem assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hereditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.* Vos (fratres) admonemus, profutura hominibus invicem indesinenter sectari in caritate Christi: similiter obsecramus vos in domino, *ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ: unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* De occultis " enim cordis alieni temere judicare iniquum est: & eum, cujus non videntur nisi opera bona, peccatum est ex suspicione reprehendere. Oves " ergo, quæ pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere (nisi a recta fide exorbitaverit) debent, nec ullatenus accusare possunt; quia facta pastorum " oris gladio ferienda non sunt, quamquam ' recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris reperimus, quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, & aliquos ex certa ratione: & idcirco quosdam esse rebus suis expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quod sciatis nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo judicari, antequam cuncta, quæ eis sublata sunt, legibus potestati eorum ' redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & ecclesias, quæ eis sublatæ sunt, cum omni privilegio ' sibi restitui, & postmodum, non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, & ab omnibus ' quibusque suæ provinciæ episcopis audiantur. Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest expoliatus vel expulsus: qui non est privilegium, quo expoliari possit jam nudatus. Vnde & antiquitus decretum est, ut omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos, ante litem contestatam perceptor vel ' primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: ille qui violentiam pertulit, universa in statu, quo fuerant, recipiat, & quæ possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis & regum ' edictis legitur statutum: redintegranda sunt omnia expoliatis vel ejectis episcopis, præsentialiter ordinatione pontificum, & in eorum, unde abscesserunt, loca funditus revocanda quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quascumque injustas causas, res ecclesiæ vel proprias aut substantias suas, perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in evangelio scriptum est. *Quod si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum:* & in legibus sæculi cautum habetur: qui rem subripit alienam, illi cujus res direpta est, in decuplum, quæ sublata sunt, restituat. Et in lege divina legitur. *Maledictus omnis, quis transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus. Amen.* Talia ergo non præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione ". Pacem, & non damnum, aut injustitiam alicujus sectamini invicem, & in omnes. *Veritatem autem facientes in caritate, crescamus, in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate. De cetero, carissimi, gaudete, & perfecti estote: exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.* Dominus custodiat vos & *nunc, & in die æternitatis.* Amen. Data IX. Kalendas Octobris * Constantino clarissimo consule.

Margin notes: * præ. ' præ. * promittit amico, * Potior fur quam. Ephes. 4. Psalm. 67. " Prosperi sent. 21. " Conc. V. Rom. sub Symmach. " Ovis gladio *quidam legunt codd. mss.* ' recte. 2. q. 2. In scripturis vestris. ' pacifice omnia. 5. quæst. 2. Prius ergo oportet omnia. ' suo. ' quisque. In decret. lib. 4. ' primo 2. q. 2. Nullus episcoporum. 3. q. 1 Redint. sunt omnia. ' notanda vox. 12. q. 7. In antiq. ec. Luc 19. Deut. 28. " Hactenus verba Symmachi papæ in conc. laudato. Hebr. 12. Ephes. 4. 2. Petr. 3. * Constantio.

EPISTOLA III. EVSEBII PAPÆ

EPISCOPIS TVSCIÆ ET CAMPANIÆ DIRECTA.

De infamibus ad testimonium non admittendis, & qui dicuntur infames, & de hæreticis rite baptizatis, si ad fidem revertantur, per manus impositionem recipiendis; quæ quidem manus impositio ad summos sacerdotes tantummodo pertinere monstratur.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Campaniam & Tusciam constitutis, Eusebius.

BENEDICTUS dominus Deus noster, qui " per misericordiam suam Romanam ecclesiam B. Petri apostolorum principis sacerdotio ditavit, nobisque viam monstrandam circa nos (propter universalem curam, " quæ nobis est propter privilegium ejusdem ecclesiæ) invicem caritatis indulsit, ut qui cohæremus firmitate fidei, jungamur quoque ' votivi jucunditate colloquii, quo facilius dum per literarum ministeria ad vos usque pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus: & dum * dilectionis nostræ spei reddimus velut quoddam debitum, plenum circa Deum monstremus affectum. Iungamus ergo, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces: & Deum nostrum, oris & cordis lacrymis supplicantes, jugi deprecatione

Margin notes: " Hormisdæ ep. 25. " Absunt in cit. epist. ' votiva. * dilectioni.

deprecatione poſcamus, ut inſtitutione & opere, illi, cujus eſſe membra cupimus, hæreamus, nec unquam ab illa via, quæ Chriſtus eſt, devio tramite declinemus, ne ab eo juſte, quem nos impie relinquimus, deſeramur infelices. Quod ſuperni favoris auxilio, ea nobis poteſt ratione contingere, ſi apoſtolica dogmata, ſi patrum mandata ſervamus. Dicit enim dominus noſter: *Qui diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Et licet hæc poſſint generaliter dicta ſufficere, ut vel declinemus errata, vel cuſtodiamus catholica: ab apoſtolis tamen eorumque ſucceſſoribus novimus conſtitutum," criminationes adverſus doctores non debere ſuſcipi, nec" peregrina judicia fieri, nec quemquam alterius judicis quam ſui ſententia debere conſtringi." Caput enim eccleſiæ Chriſtus eſt. Chriſti autem vicarii ſacerdotes ſunt, qui vice Chriſti legatione funguntur " in eccleſia. Idcirco quidquid ad eorum fit injuriam, ad Chriſtum pertinet, qui dixit: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et qui ſpernit me, ſpernit eum, qui me miſit.* Iſta, fratres, terribilia ſunt, & oppido diligenter conſideranda & cavenda, & tam propter eos, qui ſeipſos aut cupiditate, aut avaritia, aut invidia perdere moliuntur, ne in profunda labantur, aut in talia incidant mala, quam propter perſecutiones eccleſiæ, ſervorumque ejus, qui juxta veritatis vocem, *oculos habentes, non vident, & aures habentes, non audiunt, nec intelligunt quæ placent Deo.* Sequentes itaque in omnibus apoſtolicam regulam, & prædicantes ejus" omnia conſtituta, ob cuſtodiam epiſcoporum, qui columnæ eccleſiæ a Deo dicti ſunt, & ceterorum verorum ſacerdotum, firmantes cana patrum ſtatuta; ſtatuimus iterum cum omnibus, qui nobiſcum ſunt, epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, " adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad" ſacrilegos divinoſque concurrerunt, ſimileſque eorum, nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi, quia infames ſunt, & juſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum. Vocem" enim funeſtam in omnibus interdici potius quam audiri oportet. Periculum ergo, quod doctoribus imminet, ſummopere ſemper cavendum eſt & declinandum, & illi ſunt a cunctis portandi & cuſtodiendi, dicente domino: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Prima" enim ſalus eſt, rectæ fidei regulas cuſtodire, & a conſtitutis patrum nullatenus deviare. Nec poteſt domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Et hæc, quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus, quia in ſede apoſtolica extra maculam ſemper eſt catholica ſervata religio. Ideo, cariſſimi, & vos juxta ſanctã ſcripturam *diſcite benefacere, & mala declinare,* & patrum regulis ' imbui, ſicut ſcriptũ eſt: *Fili, ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi. Teſtamentum hujus mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens, da pauperi. Non defrauderis a die bona, & particula * boni doni non te prætereat. Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diviſione ſortis? Da, & accipe, & juſtifica animam*

Ioan. 14.
" Sixtus ſententia 250. Hadr. coll. cap. 67.
" Cod. Theod. l. IX. tit. 1. conſt. 10.
" Cod. Iuſt. l. VII. tit. 48. conſt. 4.
" Hormiſdæ ep. 25. jam citata.
Luc 10.
Pſal. 113.
Matth. 13.
Galat. 2.
" Ioannes ep. CP. in libello poſt Hormiſdæ ep. 51.
3. quæſt. 5. Conſtituimus cum.
" Hadr. coll. 63.
In 2. decr. Eutychiani papæ.
" Sortilegos lege ex cõj. Latinii.
" Cod. Theod. lib. IX. tit. 6. Conſt. 3.
Matth. 25.
" Hormiſdas in regula fidei poſt ep. 9. & ep. 51.
Matth. 25.
Matth. 16.
24. q. 1. in ſede apoſtolica.
Iſai. 1.
Prov. 16.
' ſemper
Eccleſ. 14.
* bona diei

*tuam. Ante obitum tuum operare juſtitiam, quia non eſt apud inferos invenire cibum. Omnis caro ſicut fenum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia dejiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum juſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in juſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconſis illius intelligens erit, vadens poſt illam quaſi inveſtigator, & in viis illius conſiſtens. Qui reſpicit per feneſtram ejus, & in januam illius audiens. Qui requieſcit juxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet caſulam ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per ævum. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis ejus morabitur. Protegetur ſub ramis illius a fervore, & in gloria ejus requieſcet. Qui timet dominum, faciet * illud: & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam: & obviabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier a virginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit eum apud proximos ſuos. Et in medio eccleſiæ aperiet os ejus, & implebit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illum. Iucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hereditabit illum. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obviabunt illi. Homines ſtulti non videbunt illam: longe enim abeſt a ſuperbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces invenientur in illa, & * acceſſum habebunt uſque ad inſpectionem Dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, quoniam a Deo profecta eſt ſapientia. Sapientiæ enim Dei ſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris: Per dominum abeſt: quæ enim odit, non feceris. Non dicas: Ille me implanavit: non enim neceſſarii ſunt illi homines impii. Omne execramentum erroris odit Deus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui. Adjecit mandata & præcepta ſua. Si volueris * mandata, conſervabunt te, & inperpetuum fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione. Oculi domini ad timentes eum, & ipſe cognoſcit omnem operam hominis. Nemini mandavit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Ne jucunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei cum illis. Non credas vitæ illorum, & * non reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim unus timens Deum, quam mille filii impii. Et utile, mori ſine filiis, quam relinquere filios impios. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, & a tribus impiis deſeretur. Multa * alia vidit oculus meus, & * talia fortiora horum audivit auris mea. In ſynagoga peccantium exardebit ignis, in gente incredibili exardeſcet ira. Non exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti. Et non pepercit peregrinationi illorum,*

* bona.
Eccleſ. 15.
* ſucceſſum
* mandata conſervare,
Eccleſ. 16.
* ne
* talia

*ſed percuſſit eos, & execratus eſt illos, præſuperbia verbi illorum. Non miſertus eſt illis, totam gentem perdens, & extollentes ſe in ſuis peccatis. Et ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi unus fuiſſet cervicatus, mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia enim & ira eſt cum illo, pot nsexoratio, & effundens iram. Secundum miſericordiam ſuam, ſic correptio illius. Hominem ſecundum opera ſua judicabit. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit ſufferentia facientis miſericordiam. Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius. Non dicas: A Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce cælum, & cæli cælorum, abyſſus, univerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur, montes ſimul, & colles, & fundamenta terræ. Et cum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his inſenſatum eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo, & vias illius quis intelligit, * & procellam,* [* procella,] *quam nec oculus vidit hominis? Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis: ſed opera juſtitiæ illius quis enarrabit, aut quis ſuſtinebit? Longe enim eſt teſtamentum a quibuſdam, & interrogatio hominum in conſummatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat * mala: & vir imprudens & errans cogitat ſtulta.* [* inania.] *Omnis ergo, fratres, ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus.* [Epheſ. 4.] *Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis. Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filii cariſſimi: & ambulate in dilectione, & ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis.* [Epheſ 5.] *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod eſt idolorum ſervitus) non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate, (fructus enim lucis eſt in bonitate & juſtitia & veritate) probantes, quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum; magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes tempus; quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino, gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & Patri: ſub-*

A *jecti invicem in timore Chriſti.* a Crucis " ergo domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nuper, nobis gubernacula ſanctæ Romanæ eccleſiæ tenentibus, quinto nonas Maii inventa eſt, in prædicto Kalendarum die b inventionis feſtum vobis ſolenniter celebrare mandamus. Similiter & hæreticos omnes, quicumque Dei gratia convertuntur, & in ſanctæ trinitatis " nomine credentes baptizati ſunt, Romanæ eccleſiæ regulam tenentes, per manus impoſitionem reconciliari præcipimus. Manus quoque impoſitionis ſacramentum, magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi a ſummis ſacerdotibus. Nec tempore apoſtolorum ab aliis quam ab ipſis apoſtolis legitur aut ſcitur peractum eſſe: neque ab aliis (ſicut jam dictum eſt) quam ab illis, qui eorum locum tenent, unquam perfici poteſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præ-
B ſumptum " fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter eccleſiaſtica unquam reputabitur ſacramenta. De cetero, fratres, gaudete & exultate in domino, ut ſancti Spiritus gratia illuminati & confortati, vos ad paſcua æternæ vitæ pervenire, veſtroſque perducere, adminiculante domino valeatis. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio Spiritus ſancti ſit ſemper cum omnibus nobis. Amen. Data octavo Kalendas Septembris, * Conſtantino " clariſſimo conſule.

" De conſecr. diſt. 3. Crucis domini. Hoc quidem eſt contra conſenſum omnium hiſtoricorum, ut etiam ſupra dictum eſt: aliunde igitur huic loco " aſſutum eſt.

" *Imo tota conficta eſt epiſtola.*

De conſecr. diſt. 5. manus quoque impoſitionis.

" S. Gre. ep. 61. lib. 9. Confirmationis ſacramentū. Hadr. coll. cap. 9.

2. Cor. 13. Pſal. 31. Hebr 6. Coloſſ. 1.

* Conſtantio Conſtante

" ſuſpecta utraque temporis nota.

Notæ Severini Binii.

a *Crucis ergo domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nuper, nobis gubernacula ſanctæ Romanæ eccleſiæ tenentibus, inventa eſt.*]
C Crucem domini tempore Euſebii papæ non fuiſſe inventam, ideoque ea quæ hoc loco epiſtolæ huic adduntur, ut ait Surius in notis marginalibus, ſurreptitia eſſe, & extrinſecus addita fuiſſe, certiſſima conjectura ſtatuere licet. Nam teſte Euſebio libro 3. cap. 46. conſtat Helenam poſt Conſtantinum Chriſtianam religionem amplexatam eſſe. Si igitur hoc tempore Euſebii papæ Conſtantinus necdum Chriſtianus fuerit, quomodo Helena deorum adhuc cultrix inveniendæ crucis Chriſti adeo ſtudioſa fuiſſe potuit? Accedit, quod communis patrum & hiſtoricorum ſententia affirmet, poſt Nicænum concilium, ab Helena octogenaria, in ſomnis divinitus admonita, a Iudæis antiquiſſimis, Chriſtianis adjutoribus, conſultoribus & indicibus, inſtructa, magno gaudio quærentium 14. Septembris crucem domini repertam, miraculoſe a latronum crucibus diſcretam eſſe. Ita ex patribus S. Paulinus epiſt. 11. ad Severum, S. Hieronymus epiſtola ad Paulinum de inſtit. monach. S. Ambroſ. ora-
D tione in funere Theodoſii, S. Chryſoſt. hom. 84. in Ioan. Andreas Cretenſis hom. de exalt. S. crucis, & demum his antiquior Cyrillus Hieroſol. epiſt. ad Conſtantium. Idem ex hiſtoricis Euſebius in chronico, & libro 3. de vita Conſtantini cap. 29. Hieron in chronic. Proſper in chronic. Sulpitius libro 2. ſacræ hiſtoriæ, Rufinus libro 1. cap. 7. & 8. Theod libro 1. hiſt. cap. 18. Sozomenus libro 2. cap. 1. Socrates libro 1. cap. 17. Greg. Turon. lib. 1 hiſt. Franciæ cap. 26. Nicephor. libro 8. cap. 29. Iuſtiniani imperatoris novell. 28. Taceo mille alios recentiores. Vide Baron. anno 311. num.. 41. item anno 326. num. 42. & ſequentibus: Gretſerum libro 1. de cruce cap. 54. & ſequentibus.

Helena quando ſit facta fidelis.

Crux domini quando reperta ſit.

b *Inventionis feſtum.*] Hoc feſtum, quod Latina eccleſia 3. Maii celebrat, quo auctore & inſtitutore celebretur, incertum eſt. Nam quod hic & apud Gratianum, can. crucis, diſt. 3. de conſ. legitur, Euſebium
E pontificem hoc feſtum inſtituiſſe probabile non eſt: cum crux non ſub Euſebio, ſed ſub Silveſtro fuerit inventa, ut ſupra oſtendimus. Græci non habent hoc feſtum in ſuo menologio, ea de cauſa, ut inquit Baron. in notis ad mart. Roman. 3. Maii, quod apud ipſos inter mobilia feſta numeretur. Tertia enim die a reſurrectione domini celebrabant crucis reſurrectionem, cum ſcilicet e latebris ſtudio & opera Helenæ Auguſtæ quaſi reſurgens, miraculis clareſcere cœpit. Vide Baron. loco allegato.

Feſtum inventæ crucis a quo inſtitutum ſit?

An a Græcis celebretur & quando?

EIVSDEM EVSEBII PAPÆ DECRETA, ex Gratiano & aliunde deſumpta, numero quatuor.

PRIMVM.

Deſponſata puella non prohibetur monaſterium eligere.

26. q. 2. Deſponſatam puellam. * licet tamen monaſterium eligere, ſi voluerit.

Deſponſatam puellam non licet parentibus alii viro tradere, * licet tamen illi monaſterium ſibi eligere.

SECVNDVM.

Non in ſerico panno, ſed in lineo, ſacrificium conſecretur altaris.

De conſecr. diſt. 1. Conſulto omnium.

Conſulto omnium ſtatuimus, ut ſacrificium altaris non in ſerico panno aut tincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo vel linteo ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit. *Ioan. 19.*

TERTIVM.

Iejunia non ſolvantur legitima, abſque neceſſitate probabili.

De conſecr. diſt. 5. Iejunia in eccleſia.

Iejunia, in eccleſia a ſacerdotibus conſtituta, ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur.

QVARTVM EIVSDEM DECRETVM, ſecundum codicem 5. librorum, libro 1. cap. 41.

Quales perſonæ ſacerdotum epulis debeant intereſſe.

Epiſcopi menſa qualis.

Oportet epiſcopum moderatis epulis contentum eſſe, ſuoſque convivas ad comedendum & bibendum non urgere: quin potius ſobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convivio cuncta turpitudinis* augmenta: non ludicra ſpectacula, non acroamatum vaniloquia, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrilium admittantur præſtigia. Adſint peregrini & pauperes & debiles, qui de ſacerdotali menſa Chriſtum benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur ſacra lectio, ſubſequatur vivæ vocis exhortatio; ut non tantum corporali cibo, imo verbi ſpiritualis alimento, convivantes ſe refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

* *forte* argumenta.

"** *Ex Ivonis Carnotenſis Antiſtitis ep. 16.*

Virgines quæ virginitatem non cuſtodierint, ſed eoſdem, qui eas violaverint, maritos acceperint, eo quod ſolas nuptias " violaverint, poſt pœnitentiam unius anni reconcilientur.

" ſupra pag. 972. c.

* * *

VITA, EPISTOLA, ET DECRETA MELCHIADIS PAPÆ.

ANNO CHRISTI 311.

Ex libro pontificali Damaſi papæ.

* *al.* Miltiades

a MELCHIADES * natione Afer, b ſedit annos tres, menſes ſeptem, dies octo, ex die Nonarum Iulii, a c conſulatu Maximini nono, uſque ad Maxentium ſecundo, qui fuit menſe Septembri, Voluſiano & Rufino conſulibus. Hic conſtituit, ne ulla ratione die dominica, aut quinta feria jejunium quis fidelium ageret, quia eos dies pagani quaſi ſacrum jejunium celebrant. Et Manichæi inventi ſunt in urbe Roma ab eodem. Hic fecit, ut oblationes conſecratæ per eccleſias ex conſecratu epiſcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. d Hic fecit ordinationem unam per menſem Decembrem, preſbyteros 6. diaconos 5. epiſcopos per loca 11. Hic ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti via Appia, IV. Idus Decembris. Et ceſſavit epiſcopatus dies 17.

Locus, ut videtur, corruptus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Melchiades.*] Poſt interregnum pontificium 7. dierum 3. Octobris, anno Chriſti 311. Conſtantini imperatoris tertio, B Melchiades ſedere cœpit. Hujus pontificatu, cum necdum menſes ſex a reddita pace eccleſiæ præterlapſi eſſent, Maximinus imperator, qui una cum Licinio orientale imperium regebat, novum bellum atrociſſimum pro fugandis Chriſtianis orbis, ut dicebant, facibus, & malorum omnium auctoribus, eſt indictum. Euſebius lib. 9. cap 2. commentariis quibuſdam ad Chriſti contumeliam confictis, qui inſcribebantur acta Pilati, pueri in ſchola ediſcendis illis, odio quodam contra Chriſtum imbuebantur: Euſebius libro 9. cap. 6. Verum atrox perſecutio, quæ parabatur, famis, peſtis, ac belli cladibus eſt coercita. Maxentius occidentale imperium dira tyrannide premebat. Conſtantinus vero partim contumeliis, partim Romanorum precibus inductus, dum illi bellum inferre cogitaret, deorum gentilium auxilia apud ſe deſpexit; & creatoris cæli ac terræ, quem pater Conſtantius coluerat, implorare decrevit: ideoque accidit, quod cum ab eo fauſta ac felicia peteret, poſt meridiem illi, crucis ſignum, ex lucis ſplendore figuratum, in ipſo cælo C manifeſte apparuerit, in qua hæc verba, *In hoc vince*, continebantur. Quorum explicationem, cum a Chriſto domino ſibi dormienti apparente ejuſque ſacerdotibus didiciſſet, bellum contra Maxentium aggreditur, & aggreſſum feliciter ſuperat. Qua victoria141глориоſe obtenta, illam uni Deo inviſibili & immortali acceptam ferens, trophæum crucis in medio urbis, cum hoc elogio erexit: *Hoc ſalutari ſigno, vero fortitudinis indicio, civitatem veſtram tyrannidis jugo liberavi, & S.P.Q.R. in libertatem vindicans, priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui.* Et ut imperator liberalitatis ac pietatis ſuæ ſpecimen præberet, pontifici Melchiadi publicam domum in Laterano, quæ olim Fauſtæ imperatricis fuerat, dono dedit. Optimo Miltiadi res eccleſiæ ablatas reſtitui: clericos omni immunitate a ſe donatos, eoſque publicis ſumptibus alendos eſſe, promulgato edicto declarat ac præcipit. In cauſa Donatiſtarum & Cæciliani, quid D ſub hoc pontifice actum fuerit, infra patebit in notis ad concilium Romanum ſub Melchiade celebratum. Vide Baronium anno 311. & 312.

Melchiades quando pontifex factus? Status eccleſiæ. Acta Pilati quare in ſcholis diſcebantur. Maxentii tyrannis. Crux Conſtantino viſa. Conſtantini beneficentia erga eccleſiam.

b *Sedit annos 3 menſes 7. dies 8.*] Annis 2 menſibus totidem, & diebus 7. ſediſſe, præter Vaticanos indices, hæc ratio oſtendit, quod die 10. Decembris in tabulis eccleſiaſticis obitus illius ſignetur; quodque concilium Arelatenſe I. Voluſiano & Aniano conſulibus anno domini 314. ſub Silveſtro Melchiadis ſucceſſore celebratum ſit. Vnde colligitur Melchiadem non 314. ſed potius 313. die 10. Decembris obiiſſe, atque ita numerando ab initio cœpti pontificatus, eumdem prædicto tempore ſedem pontificiam tenuiſſe. Baronius anno 313. numero 47.

c *Conſulatu Maximini nono*, &c. Omnia hæc quæ ſequuntur uſque ad verba, *Hic conſtituit*, plane inverſa eſſe conſtat. Nihil enim commune habet Maxentii conſulatus ſecundus cum conſulatu Voluſiani atque Rufini, E qui biennio poſt occiſum Maxentium contigit. Maximini conſulatus nonus, neque faſtis adſcriptus, neque adſcribi potuit. Maximiani Galerii conſulatus ultimus, anno domini 311. adſcriptus, eſt ejuſdem octavus dumtaxat conſulatus. Maximiani Herculii nonus notatur cum anno Chriſti 307. quo tempore adhuc Marcellum ſediſſe, exploratiſſimum eſt ex præcedentibus. Sive ergo hæc ad Maximiani Galerii vel etiam Herculii conſulatum referantur, contrarietates undequaque ſeſe offerunt. Baronius anno 311. numero 40. & 43.

Error libri pontificalis.

d *Hic fecit ut oblationes conſecratæ per eccleſias ex conſecratu epiſcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum.*] Locus ſane obſcurus, ita tamen explicandus: Melchiades pontifex inſtituit, ut panem fermentatum a populo aut preſbyteris oblatum, ab epiſcopis conſecratum, ſingulorum titulorum, aut parœciarum preſbyteri, in ſymbolum catholicæ unionis ac communionis non modo ipſi acciperent, verum etiam aliis fidelibus ſub ſe conſtitutis, qui ſacratiſſima euchariſtia nō communicaſſent, certo tempore diſtribuerēt.

Panis fermentatus in eccleſia conſecratus ſumitur a fidelibus in ſymbolum unionis.

Explicatio hæc declaratur optime ex antiquissimo canone Pii papæ & martyris supra extante, qui sic habet: *Vt de oblationibus qua offeruntur a populo, & consecrationibus qua supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad ecclesiam, vel certe de suis presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & convenienti, ut post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias (id est panem benedictum) omni die dominico, & in diebus festis exinde accipiant, qua cum benedictione prius faciat.* Item ex illo Innocentii, epistola ad Decentium cap. 5 ubi sic ait. *De fermento vero, quod die dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti: cum omnes ecclesia nostra intra civitatem sint constituta: quarum presbyteri, quia die ipso propter plebem sibi commissam nobiscum convenire non possunt, ideo fermentũ a nobis confectũ, per acolytos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos.*

Fermentum quid, & cur sic dictum.

Vnde patet ipsum panem in symbolum unionis & communicationis catholicæ consecratum, acceptum ac distributum, alibi fermentum benedictum, alibi oblationem, alibi eulogias, seu benedictiones aut consecrationes, alibi (nimirum epistola quadam Epiphanii ad Hormisdam papam) sacramentum appellari diversas ob causas. Ad distinctionem panis azymi, ex quo eucharistia conficiebatur, nominabatur fermentum, seu panis ex massa fermentata formatus. Quia ex pane fermentato massa coagmentata ab benedicendum a plebe vel a presbyteris offerebatur, idem symbolum unionis, dicebatur oblatio. Quod episcopali consecratione panis oblatus benediceretur, eulogia, benedictio, aut consecratio nominabatur. Demum, quod ad significandum catholicam unionem episcopali benedictione consignaretur, sacramentum est appellatum. Hanc ceremoniam non tantum in Romana & occidentali, sed etiam in orientali ecclesia servatam fuisse, ex canone 14. 32. & 49. concilii Laodiceni constat. Vbi dicemus, præter publicas eulogias, de quibus hic, fuisse alias privatas, quas amici intra se ultro citroque dare atque accipere consueverunt. Vide etiam notas nostras ad epistolam Innocentii quam scripsit ad Decentium: item Baronium anno 313. numero 49. & sequentibus.

Eulogia quid, & cur sic dicta. Eulogia cur sacramentum appelletur.

Interregnũ quamdiu?

[c] *Cessavit episcopatus dies 17.*] Cum infra in vita Silvestri sub Volusiani consulatu ipsis Kalendis Februarii anno 314. ingressus Silvestri ponatur, longiore tempore sedem vacasse dicere opus est, nimirum uno mense & 21. diebus.

" Confictam docti viri arbitrantur.

"EPISTOLA MELCHIADIS PAPÆ AD OMNES HISPANIÆ EPISCOPOS.

"** De accusationibus & jurgiis, & ut nemo alteri infestus sit; de baptismo & impositione manum episcoporum, utrum eorum aliud sine altero sufficiat, aut majus esse videatur.

I. *De judiciis episcoporum, sive majoribus causis ad apostolicam sedem deferendis; & ut nullus eam prohibeatur appellare.*

II. *Quod sit maius sacramentum, impositio manus episcoporum, an baptismus.*

III. *De jejunio dominicæ diei, & quintæ feriæ.*

Dilectissimis fratribus, Marino, Benedicto, Leontio, & ceteris Hispaniarum, ac illis in partibus constitutis episcopis, ' Melchiades.

' Melciades aut Miltiades.
1. Cor 10.
" 5. Cælest. l. ep. 1. ad Gallos.

APOSTOLICI præcepti verba sunt, *apud Iudæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere.*" Hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contristent, quæ auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, dominicus in evangelio sermo testatur. Ait enim ipse salvator, *quod expediat scandalizanti unum de pusillis in maris profundum demergi.* Ideo, quæ sit ejus jam pœna, quæramus, cui tale supplicium legimus expedire. Quapropter ista, carissimi, verba valde sunt ponderanda, & cavenda, ne pro temporalibus æterna, & pro caducis mansura, & pro parvissimis temporalibus perdantur (quod absit) perpetua gaudia. Vnde

Matth. 18. Luc 17.

A vos rogamus, & obsecramus, ut nullus alteri noceat, neque infestus aut nocens existat, sed (juxta apostolum) *alter alterius onera portet, ut legem Christi adimpleat.* Galat. 6. *Et nolite judicare invicem, sed* (juxta eumdum apostolum) *hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.* Rom. 14. Primo semper ante omnia diligenter inquirite, ut cum justitia & * veritate definiatis. * Neminem condemnetis ante verum & justum judicium. Nullum suspicionis arbitrio judicetis, sed primum probate, & postea caritativam proferte sententiam. *Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.* ' Mementote sermonis domini semper, qui ait: *Nolite judicare, & non judicabimini: Nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.* Episcopos nolite judicare, nolite condemnare absque " senis hujus auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra judicia, & vos condemnabimini. a Hoc enim privilegium huic sanctæ sedi a temporibus apostolorum statutum est ' servare, quod illæsum manet usque in hodiernum diem. Episcopos ergo, quos sibi dominus tanquam oculos elegit, & columnas ecclesiæ esse voluit, quibus etiam ligandi & solvendi dedit potestatem, suo judicio reservavit, hocque privilegium beato clavigero Petro sua vice solummodo commisit. Quod ' ejus juste prærogativum succrescit sedi, futuris hereditandum atque tenendum temporibus, quoniam & inter beatos apostolos fuit " quædam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est; ut aliis " præmineret, eorumque quæ ad querelam venirent causas & interrogationes prudenter disponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum ' cuncta sibi vindicarent, sed semper majores causæ, sicut sunt episcoporum, & potiorum curæ negotiorum, ad unam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent, ut inde suscipiant finem judiciorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite.

* caritate
* Neminem condemnantes ante.
Tob. 4.
' Hic incipit ep. in ms. Iustelli.
Luc. 6.
Matth. 7.
" sedis.
' servari.
Zach. 2.
Matth. 16. & 18.
' Quæ prærogativa successit, &c.
" S. Leo ep. 84.
" præmineret.
' posteri eorum.

I.

Si vero se viderit quisquam vestrum prægravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuit consuetudo; quia & voluntarie eis compatiemur, & libentes, prout dominus dederit, adminiculum feremus. Nec a quoquam, fratres, inhibeatur aut objurgetur, qui nostræ consors communionis esse voluerit, sed magis ei veniendi auxilium præstetur " quia sufficit unicuique objurgatio quæ fit a plurimis, ut (juxta apostolum) *magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui in angustia est. Propter quod obsecro vos*, ut ipse ait, *ut confirmetis in illo caritatem.* Eorum enim os " accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos, obstruimus, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quoniam infidelis " homo mortuus est in corpore vivente. Nec in suspicionem veniat homo fidelis, " ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Facile " est ergo hominem fallere, non tamen Deum. Sapiens non est, qui nocet. Et nihil mali vult, qui est fidelis. In his enim fidelem & infidelem hominem cognoscere possumus, in nocendo & adjuvando, ut ipsa veritas ait: *Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bona; & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala,*

" quæ sequuntur usque ad §. II. absunt a ms. Iustelli.
2. Cor. 2.
" Hadr. coll. 29.
" Sixti sent. 6. ex versione Rufini.
" ejusdem sent. 168. & 169.
" sent. ejusdem 176. 291. 263.
Matth. 12.

Luc. 6. *mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur.* A Pro nobis enim dicit dominus per prophetam: Isa. 49. *Eos vero qui judicant vos, ego judicabo.* Et iterum ad servos suos dixit: Isa. 31. *Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.* De talibus quoque propheta canit dicens: Psalm. *Non sic impii, sed tanquam pulvis quem projicit ventus. Propterea non resurgent impii in judicio, neque peccatores in congregatione justorum: quoniam novit dominus viam justorum, & iter impiorum peribit.* Psal. 2. *Quare conturbatæ sunt gentes, & plebes meditabuntur inania? Consurgent reges terræ, & principes tractabunt pariter adversus dominum, & adversus Christum ejus. Disrumpamus vincula eorum, & projiciamus a nobis jugum ipsorum. Habitator cæli ridebit, & dominus subsannabit eos.* B *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.* Et alibi dixit: Psal. 35. *scelus impii in medio cordis ejus, non est timor Dei ante oculos ejus. Quoniam dolose egit adversus eum in oculis ejus, ut inveniret iniquitatem ejus ad odium. Verba oris ejus iniquitas & dolus: cessavit cogitare, ut benefaceret. Iniquitatem cogitat in cubili suo, stabit in via non bona, malum non abjiciet. Domine in cælo misericordia tua usque ad nubes. Justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssus multa. Homines & jumenta salvos facies, domine: quam preciosa misericordia tua, Deus? Et filii Adam in umbra alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos.* C *Quoniam tecum est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe misericordiam tuam scientibus te, & justitiam tuam rectis corde. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus impiorum non me commoveat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt, & non potuerunt surgere.* Audivimus a quibusdam fratribus, quibus infesti eratis nimis, quod jurgia & discordiæ sint inter vos. Propterea ista scripsimus vobis mandantes, ut ita teneatis, sicut & ab apostolica sede vobis tenenda mandantur. Unde & domini præcursor in evangelio militibus interrogantibus respondit dicens. Luc. 3. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed contenti* D *estote stipendiis vestris.* Concutit enim hominem, qui illum injuste conturbat. De his hæc vobis interim sufficiant. Si autem majoribus indigueritis, vita comite, mittite & mittentur vobis.

[Margin: "ex vers. Hier. pleraque quæ hic citantur.]

[Margin: De conf. dist. 5. Spiritus sanctus qui super. Et in decr. Ivon. lib. 1.]

II.

De his vero, super quibus rogitastis vos informari, id est, utrum majus esset [b] sacramentum, [c] manus impositio episcoporum, aut baptismus; scitote, utrumque magnum esse sacramentum. Et sicut [d] unum a majoribus fit, id est, a summis pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ita & majori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita conjuncta E sunt hæc duo sacramenta, ut ab invicem nisi morte præveniente nullatenus possint segregari, & unum sine altero rite perfici non potest. Nam unum (præveniente morte) salvare sine altero potest, aliud autem non potest. Unde Joel. 2. scriptum est. *In diebus illis, dicit dominus, effundam" de spiritu meo super omnem carnem.* Advertamus summas divitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc Spiritus sancti descensio in credentium ' populos donavit universis. Sed quia diximus, quod manus impositio & [e] confirmatio ad baptismi perfectionem pertineat, & qui jam regeneratus in Christo est, confirmare A aliquid possit, forte cogitat sibi aliquis: quid mihi prodest post mysterium baptismatis ' mysterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adjectione novi generis indigemus. Non ita dilectissimi. Attendat caritas vestra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum imperator, quemcumque in militum receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat, pugnaturum: ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dedisti militem, da ei adjumentum militiæ. Numquid prodest, si quisquam parentum magnam ' pupillo conferat facultatem, nisi providere studeat & tutorem? Itaque Paracletus regeneratis in Christo, custos & consolator & tutor est. Ideo dicit sermo divinus: Psal. 126. *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Ergo Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter invisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. At si continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace beati sæculi recipiendos: confirmatio autem armat & instruit ad agones mundi hujus & prælia reservandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hic, si forte illud etiam requirere velimus, post passionem & resurrectionem Christi, quid apostolis profuerit adventus Spiritus sancti, ipse dominus eis evidenter exponit. Joan. 16. *Quæ dico, inquit, vobis, non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ipse docebit vos omnem veritatem.* Vides, quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur? Itaque ante descensionem Spiritus sancti, usque ad negationem, apostoli deterrentur: post visitationem vero ejus usque ad martyrium, contemptu salutis armantur. Secundum hoc per Christū redimimur, per Spiritum vero sanctum dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, consummamur, ut illam sancti Spiritus vocem audire possimus: Psal. 31. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris.* De Spiritu sancto accipimus, ut spirituales efficiamur, *quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.* 1. Cor. 2. De Spiritu sancto accipimus, ut sapiamus inter bonum malumque discernere, justa diligere, injusta respuere, ut malitiæ ac superbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diversis illecebris, & fœdis indignisque cupiditatibus resistamus. De Spiritu sancto accipimus vitæ amorem & gloriæ ardorem, ut succensi divinitus, erigere a terrenis mentem ad superna & divina valeamus."

[Margin: quibusdam perhibetur Faustus. Hinc vero discat lector aurum latere plurimum in sarcinis nostri mercatoris.]

[Margin: ' populo ministerium confirmantis?]

[Margin: ' parvulo]

[Margin: De consecr. dist. 5. Spiritus sanctus qui super.]

[Margin: "Eucherius homilia de pentecoste Eusebio Emisseno passim falsò tributa: cujus auctor a]

[Margin: "Huc usque Orator quisquis fuit Gallicana facundia prestās.]

III.

[f] Jejunium vero dominici diei" & quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter jejunium Christianorum & Gentilium, veraciter credentium atque infidelium & hæreticorum, vera & non falsa discretio habeatur. Unde scriptum est. *Quæ pars Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?*

[Margin: "Const. quæ dicuntur apostolorum lib. 5. cap. ult. supra p. 372. A.]

2. Cor. 6. *infideli? Quæ autem participatio justitiæ cum iniquitate.* Et iterum. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Ibidem. Coloss. 2. De cetero, fratres, *videte, ne quis vos decipiat inanibus verbis, neque per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circumcisi estis circumcisione, non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis. Et vos, cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod adversum vos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, & affigens illud cruci, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos judicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per* * *nexum & conjunctionem subministratum & constructum, crescit in augmentum fidei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis, quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, in superstitione & humilitate; & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.*

* nexus & conjunctiones.

Coloss. 3. *Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliquando, cum viveretis cum illis. Nunc autem deponite & vos* * *omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit eum, ut ubi non est Iudæus & gentilis, circumcisio & præputium, barbarus & Scytha, servus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Christus donavit vobis, ita & vos. Super autem omnia hac caritatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi vigeat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, & grati estote. Verbum Dei habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Vos,* 2. Thess. 3.

* omnia

A *carissimi, nolite deficere benefacientes. Quod si aliquis fuerit, qui non obedierit verbis apostolicis, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Deus autem pacis det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in omnes, & ipse sit semper vobiscum in omni loco. Amen.* Rom. 15. Data Kalendis Martii, Volusiano " & Rufino viris clarissimis consulibus.

" anno 314. quo jam a 3. fere mensibus obierat Melchiades die 10. Dec. an. 313.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Hoc enim privilegium huic sanctæ sedi a temporibus apostolorum statutum.*] Vt episcoporum causæ ad Romanæ ecclesiæ sedem deferantur, apostolico canone 73. & 74. B constitutum est; idemque omnium fere pontificum decretalibus epistolis confirmatum est.

Episcopalium causarum judex Romanus episcopus.

[b] *Sacramentum.*] Illi, a quibus Melchiades consulebatur, confirmationem sacramentum esse præsupponebant. Errant igitur, qui quod supra in notis ad Vrbani II. Fabiani, & Cornelii epistolas annotavi, hoc sacramentum a Melchiade institutum esse tradunt: cujus enim expressa mentio fit in multis antiquorum pontificum epistolis, antiquiore Elibertino concilio supra cap. 38 & 77. plurimis vetustioribus ecclesiæ patribus ac doctoribus supra a nobis recensitis; quomodo a Melchiade institutum esse potuit?

Sacramentum confirmationis a quo institutum.

[c] *Manus impositio episcoporum.* Non quælibet manus impositio est sacramentum, sed tantum confirmativa. Multiplex enim in scriptura manus impositio legitur; una curativa, de qua intelligendum est illud Marc. ult. *Super ægros manus imponent; & bene habebunt*: item illud act 9. *Abiit Ananias, & imponens ei manus dixit: Saule frater, dominus misit me Iesus, ut videas & implearis Spiritu sancto*: sicut etiam illud act. 28. *Contigit autem patrem Publii febribus &* C *dysenteria vexatum jacere, ad quem Paulus intravit, & cum orasset & imposuisset ei manus, salvavit eum.* Alia est manus impositio, quæ dici potest ordinativa vel consecrativa, de qua dicitur 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam quæ in te est per impositionem manuum presbyterii*, &c. Tertia est impositio manus ceremonialis ad baptismum, quæ fit ad quamdam catechumeni sanctificationem, de qua intelligendum est illud Augustini libro 2. de peccat. merit. & remis. cap. 26. ubi ait. *Catechumenos secundum quemdam modum suum per signum Christi, & orationem, manus impositione sanctificari*: item in concil. Hispalensi II. c. 7. Carthaginensi IV. canone 85. Quarta est peccatorum reconciliativa: de qua Aurelianensi I. c. 2. & 3. & can. 8. concilii Arelatensis. Quinta est quædam manus impositio deprecativa: qualis videtur illa, de qua est sermo act. 13. *Tunc jejunantes & orantes, imponentesque iis manus, dimiserunt illos*; Paulum nempe & Barnabam jam ante confirmatos & ordinatos: abeuntibus igitur manus imponendo, bene tantum precati sunt. Sexta est manus impositio confirmativa, qua gratiæ, quæ in baptismo ad remissionem D peccati sufficientissime data est, alia ad gratiam baptismatis augendam & roborandam superadditur, eo fine, ut baptizatus fidem in baptismo susceptam loco ac tempore requisito constanter credat, fidemque confiteatur. De hac posteriore intelligendus est hic locus Melchiadis, sicut & illud act. cap. 8. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Item illud. *Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit iis pecuniam, dicens: Date mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.* Eodem modo accipiendum est illud act. 19. *Postquam imposuit Paulus illis manus, venit Spiritus sanctus super illos, loquebanturque linguis & prophetabant.* Ita glossa 1. quæst. canone, Manus impositio.

Manus impositio.
1. Curativa.
2. Ordinativa.
3. Ceremonialis ad baptismu.
4. Reconciliativa.
5. Deprecativa.
6. Confirmativa.

[d] *Vnum a majoribus fit, id est, a summis pontificibus quod a minoribus perfici non potest.*] Hoc idem Euseb. epistola 3. in E fine ait his verbis: *manus impositionis sacramentum, magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus.* Quod quidem jure divino ordinario recte & convenienter constitutum est, ita tamen, ut nihilominus justa ac rationabili de causa a pontifice dispensari possit, sicut & frequenter dispensatum est, ut presbyter hoc sacramentum conferat. Nam Ambr. in c. 74. ad Ephes. testatur in Ægypto presbyteros confirmare in absentia episcoporum. Item cum Gregorio pontifici, ut scribitur epistola 26. lib. 3. relatum fuisset, in insula Sardiniæ solitos fuisse presbyteros baptizatos confirmare, id facere eos prohibuit: ex qua prohibitione, cum scandalum ortum esse videret, sic prædicto loco scribit: *Nos quidem secundum usum veterem ecclesiæ nostra fecimus, sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos* (impressi omnes corrupte legunt, *baptizandos*) *chrismate tangere debeant.* Vnde conc. Florent. in decr.

Confirmationis minister ordinarius solus episcopus.

Ex dispensatione Rom. pont. sacerdos simplex confirmare potest.

Decr. Eugenii, solum episcopum posse conferre eam unctionem, quæ est confirmationis sacramentum, subdit: *Legitur tamen aliquando per apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem sacerdotem chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum.* Qua dispensatione nihil juris divini immutari, pulchre declarant Bell. & Suarez de sacram. confirm. ministro, apud quos plura hac de re videre poteris.

An & quomodo confirmatio baptismum perficiat.

e *Confirmatio ad baptismi perfectionem pertineat.*] Confirmatio appellatur perfectio baptismi non tantum hoc loco, verum etiam in concilio Eliberritano c. 77. item a Dionysio Areop. de ecclesiastica Hierar. c. 4. p. 3. illius capitis, ubi eam, *Divinæ generationis sacrosanctam perfectionem* appellat. Ambros. lib. 2. de sacr. cap. 2. eamdem nominat, *Spirituale signaculum, quod post fontem superest, ut perfectio fiat.* Non sane, quod baptismus citra confirmationem nihil gratiæ tribuat, aut baptizati peccatum plene ac perfecte non tollat, sed quod per confirmationem baptizato augmentum & robur gratiæ superaddatur ad fidem in baptismo susceptam constanter profitendum. Suarez tomi 3. disput. 34. de confirmatione sect. 2.

f *Iejunium dominici diei.*] Vide quæ diximus in notis can. apost. 65. & aliorum.

CONCILIUM ROMANUM

SUB MELCHIADE.

ANNO CHRISTI 313.

Hujus concilii tempus. Causa.

a *Concilium Romanum.*] Hoc concilium, teste August. epist. 152. & cap. 3. collationis, Romæ habitum est Constantino & Licinio tertium consulibus anno domini 313. qui est imperii Constantini octavus, hanc ob causam: Cum Donatistæ indigne ferrent Cæcilianum episcopum nihil schismaticorum omnium factionibus, conciliis, ac contumeliis, quibus eum afficiebant, commoveri, atque uno dumtaxat unius apostolicæ sedis præsidio ac communicatione fulciri; suos vero potius universos conatus in schismate promovendo irritos fieri, summo studio laborant, ut Cæcilianum, quem aliter Carthag. ecclesiæ sede exturbare non possent, Anulino Africæ proconsuli, ipsique Constantino imperatori Cæciliani amantissimo ac studiosissimo, exosum reddant. Rogant igitur ipsum Anulinum proconsulem ut suum libellum, quem adversus Cæcilianum scripserant, additis ad Cōstantinum in Galliis agentem promotorialibus literis, transmittat: petitioni eorum proconsul acquiescit. Literas proconsulis ad imperatorem scriptas, schismatici ipsi una cum suo adjuncto libello in Gallias deferunt, iisque Constantino imperatori oblatis, quosdam Galliæ episcopos, suæ causæ judices & arbitros constitui postulant. Imperator, quamquam principio indignum esse responderit, ut eorum, qui vice Christi funguntur, causam judex sæcularis & inferior cognoscat, aut dijudicet; tamen cum adhuc in fide rudis esset, & formam ecclesiasticorum judiciorum ignoraret, tres Galliæ episcopos, Maternum Agrippinensem, Rheticium Augustodunensem, & Marinum Arelatensem, judices allegatæ causæ constituit, ea lege, ut citra scitum, consensum, & auctoritatem Romani pontificis constituti judices nihil definiant. Sciebat enim ex divinæ legis prescripto in causa & accusatione episcoporum, absque primariæ sedis antistite aliquid statuere aut cognoscere nefas & illicitum esse. Interea dum hæc imperator decerneret, secundas ab Anulino proconsule literas accepit; quibus ille ad schisma tollendum ac componendum, necessum esse indicat, ut servata legitima judicii forma, præsentibus accusatoribus, Cæcilianus de traditionis crimine accusatus, præsens suam ipsius causam defendat. Consilium proconsulis imperatori placuit: qui deinde præcepit, ut præter constitutos judices tres, quidam alii Galliæ aut vicinorum locorum episcopi convocentur, & Romæ in præsentia Melchiadis Romani pontificis causam definiant. Accusato Cæciliano, sicut & accusantibus Donatistis, præcipitur ut ad præstitutum diem Romæ huic judicio ecclesiastico præsentes intersint; plures vero, quam 10. accusatores, aut Cæciliani defensores non admittantur. De quibus ita constitutis imperator ad Melchiadem pontificem Romanum literas futuri ibidem Romæ judicii prænuntias, quas infra ex Euseb huc transtulimus, præmisit. Cum citati omnes in urbem venissent, VI. Nonas Octob. feria 6. illius hebdomadæ, Constantino & Licinio tertium coss. anno nimirum Christi 313. in Laterano in domum Faustæ cum Melchiade 19. episcopi convenerunt, in quorum consessu causa indicti concilii proponitur, qua Cæcilianus a Donatistis accusabatur; & contra a catholicis, qui stabant a partibus illius, defendebatur: ipse vero Donatus a casis nigris schismati originem dedisse redarguitur, & suorum a se contra Cæcilianum productorum testium confessione & testimonio de calumnia illata convincitur. Pontifex igitur cum concilio hac inquisitione prævia Cæcilianum, tamquam innocenter & calumniose accusatum, absolvit, eumque in communione ecclesiæ retinendum esse juste dijudicat. Donatum vero, eo quod lapsos, non per solam manus impositionem, sed potius rebaptizando ecclesiæ reconciliasset, Cæcilianum calumniatus fuisset, juxta propriam confessionem & testium depositionem, justo judicio condemnat, ut patet ex Opt. lib. 1. contra Parm. & ex act. synodi, quæ extant apud August. in brevic. coll. die 3. c. 12. A sententia pontificis & concilii definitiva Donatistæ cōdemnati, ad imperatorem" appellant. Pontifex ad schisma tollendū, & ad pacē cōp nendam offert, ut Cæciliano Carthagine relicto, Majorino de alio episcopatu provideretur. Illi (quod hæreticis & schismaticis in more est) opportunas pacis conditiones contempserunt, suamque appellationem, apud imperatorem introductam, sedulo prosequuntur, non fine magna ipsius imperatoris admiratione & detestatione, ut videre est ex literis Constantini, quæ extant in appendice Optati, quasque isthinc huc transtulimus. Imperator, ut dissentientes conciliaret, Cæcilianum cum Donatistis Brixiam convocat, ipsosque apud se ad tempus retinet, atque pacem & concordiam inter eos componere tentat: sed Donatistis refragantibus omnia frustra conatus est: atque ita, re infecta, catholicos simul & schismaticos in Africam redire permisit. Hæc conditio pacis a pontifice & imperatore oblata, posterioribus Donatistis in magna illa collatione, circa annum domini 411. Carthagine habita, cavillandi occasionem præbuit; hanc enim ob causam Cæcilianum a Constantino damnatum, ipsumque Melchiadem traditorem fuisse, asserebant: quam vere utrumque probaverint, ex ipsis publicis actis apud Augustinum in breviculo collationis die 3. cap. 12 & 18. extantibus patet. Vide Baronium anno Christi 313. num. 17. usque ad 44.

I. Epistola Anulini ad imperatorem in causa Cæciliani & Donatistarum extat infra. Constantinus declinat judicium episcoporum.

ANNO CHRISTI 313.

Indicitur concilium Romanum in causa schismatis.

Concilii locus, tempus, & numerus episcoporum.

Acta concilii quibus Cæcilianus absolvitur. Donatistæ condemnantur.

Donatistæ a concilio ad imperatorem appellant.

" Murmurasse quidem illos, sed non appellasse pluribus S. Aug testimoniis docet Henr. Valesius & Optatum in quibusdam errasse probat.

Concordia pontifice & imperatore auctoribus frustra tentata est.

Donatistarum recentiorum cavillationes.

Synodus

"** SYNODUS ROMANA MILTIADIS.

Ex libello synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπική, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ Μιλτιάδου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ Μάρκου τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ Κικιλλιανοῦ ἐπισκόπου Καρθαγένης, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων. ταύτην τοίνυν, καὶ τὴν ἐν Ἀρελάτῳ, προστάξας συγκροτηθῆναι ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀπάρας ἀπὸ τῶν ἑσπερίων ἐπὶ τὰ ἑῷα χωρία, ἀμεταστρεπτὶ ἅπασι· μὴ τεθεακὼς Σίλβεστρον ἐπίσκοπον ἐν τῷ θρόνῳ Ῥώμης, ἀλλ' ἐπὶ Μιλτιάδου ἀναχωρήσας, ὅθεν ἀληθέστερόν ἐστι κρατεῖν, μὴ βεβαπτίσθαι αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ, ἀλλ' ἐν Νικομηδείᾳ.

SYNODUS divina & sacra provincialis, collecta Romæ a Miltiade sanctissimo papa, & Marco sanctissimo, & Cæciliano Carthaginis episcopo, super unione episcoporum. Hanc igitur, ut & Arelatensem, Constantinus magnus imperator colligi præcepit, cum ab occidentalibus ad orientalia loca, nunquam "reversurus discessisset, non viso Silvestro episcopo in throno Romæ. Sub Miltiade enim recessit: unde verius est, ut teneamus, non baptisatum ipsum esse Romæ, sed Nicomediæ.

"errat.

"** SYNODUS EADEM EX OPTATI LIBRO I.

Adversus Parmenianum Donatistam.

NOSTRAS chartas probant & conflictus causarum & contentiones partium & exitus judiciorum & epistolæ Constantini. Nam quod de nobis dicitis, *quid Christianis cum regibus? aut quid episcopis cum palatio?* Si nota est nosse reges, vos tanta perfundit invidia. Nam majores vestri Lucianus, Dignus, Nasutius, Capito, Fidentius, & ceteri imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt: quarum exemplum infra scriptum est.

Rogamus te, o Constantine, optime imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter ceteros imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia. Nam in Africa inter nos & ceteros episcopos contentiones sunt. Petimus ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Data a Luciano, Digno, Nasutio, Capitone, Fidentio, & ceteris episcopis partis" Donati.

"f. melius Majorini.

Quibus lectis Constantinus pleno livore respondit. In qua responsione & eorum preces prodidit, dum ait: *Petitis a me in sæculo judicium, cum ego ipse Christi judicium expectem.* Et tamen dati sunt judices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis.

Ad urbem Romam ventum est, ab iis tribus Gallis: & ab aliis quindecim Italis. Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino ter & Licinio ter consulibus sexto nonas Octobris, die sexta feria. Cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romæ & Reticius & Maternus & Marinus episcopi Gallicani: & Merocles a Mediolano, Florianus a Cesena, Zoticus a Quintiano, Stemnius ab Arimino, Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantius a Faventia, Proterius a Capua, Theo-

A philus a Benevento, Savinus a Terracina, Secundus a Preneste, Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab Ursino, Donatianus a Foro Claudii.

His decem & novem considentibus episcopis causa Donati & Cæciliani in medium missa est a singulis. In Donatum sunt hæ sententiæ latæ. *Quod confessus sit se rebaptizasse & episcopis lapsis manum imposuisse: quod ab ecclesia alienum est.* Testes inducti a Donato confessi sunt se non habere quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronuntiatus: etiam Miltiadis sententia: qua judicium clausum est his verbis.

B *Cum constiterit Cæcilianum ab iis qui cum Donato venerunt, juxta professionem suam non accusari: nec a Donato convictum esse in aliqua parte constiterit sua, communioni ecclesiasticæ integro statu retinendum merito esse censeo.*

Sufficit ergo & Donatum tot sententiis esse percussum & Cæcilianum tanto judicio esse purgatum. Et tamen Donatus appellandum esse ab episcopis credidit. Ad quam appellationem Constantinus imperator sic respondit: *o rabida furoris audacia, sicut in causis Gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt.* Et paulo post.

Sed quia in ipsa causa duorum videbantur laborare persone, & ordinati & ordinatoris: postquam ordinatus in urbe purgatus est, purgandus adhuc remanserat ordinator.

C Tunc Constantinus" ad Ælianum proconsulem scripsit, ut remotis necessitatibus publicis, de vita Felicis Autungitani publice quereretur. Inducti sunt Claudius Saturianus curator reipublicæ qui fuit tempore persecutionis in civitate Felicis & curator præsentis tunc temporis quando causa flagitabatur, Callidius Gratianus & magistratus Alfius Cæcilianus: sed & Superius stationarius (sic enim legendum est) perductus, & Ingentius scriba publicus pependit sub metu imminentium tormentorum. Responsis omnium nihil tale inventum est quod vitam Felicis episcopi sordidare potuisset.

"Anno exeunte 313. aut ineunte 314. nam cognitio illa die 15. Kal. Mart. cœpit teste S. Augustino pluribus mensibus ante concilium Arelatense.

D Habentur volumina actorum" in quibus continentur presentium nomina, qui fuerant in causa, Claudii Saturiani curatoris, & Ceciliani magistratus, & Superii stationarii & scribæ Ingentii & Solonis officialis ipsius temporis. Post quorum responsa a supra memorato proconsule hec pars sententiæ dicta est.

"eorũ partem quæ a Massono primum edita est, subjicemus post acta concilii Arelatensis.

Felicem autem religiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas tradiderit vel exusserit. Omnium enim interrogatio suprascripta manifesta est, nullas scripturas deificas vel inventas vel corruptas vel incensas fuisse.

Hoc actis continetur quod Felix episcopus religiosus illis temporibus neque præsens fuerit, neE que conscientiam accommodaverit, neque aliquid tale fieri jusserit. Unde pulsa atque extersa infamia cũ ingenti laude de illo judicio recessit.

EPISTOLA ANULINI PROCONSULIS AD CONSTANTINUM

cum libello Donatistarum imperatori oblata.

Anulinus nunc proconsul Africæ.

SCRIPTA celestia majestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano, & his qui sub eodem

dem agunt, quique clerici appellantur, deuotio parvitatis meæ insinuare curavit, eosdemq; hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentiæ majestatis vestræ liberati esse videantur catholici, custodita sanctitate legis, debita reverentia divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies extiterunt quidam, adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum, & libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ; atque impendio postularunt, ut ad sacrum & venerabilem comitatum nominis vestri dirigerem: quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorumdem actis, quo cuncta majestas vestra possit dignoscere, parvitas mea dirigere curavit.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

"** Extat apud Euseb. lib. X. cap. 5. exemplum constitutionis ad hunc Anulinum, qua Impp. Constantinus & Licinius soli ecclesiæ catholicæ beneficium a se concessum indicarunt. Alia quoque legitur cap. 7. qua clericos, & ecclesiarum præsides ab omnibus publicis functionibus immunes esse præcipit idem Constantinus.

EPISTOLA

CONSTANTINI AD MELCHIADEM PAPAM.

Petit Romæ concilium congregari in causa Cæciliani & Donatistarum.

Constantinus Augustus Melchiadi episcopo Romano hierarchæ.*

QUONIAM "hujusmodi literæ complures ab" Anulino clarissimo Africæ proconsule ad me missæ sunt, in quibus constat Cæcilianum episcopum civitatis Carthaginensiũ a quibusdam collegis suis in Africa ordinatis episcopis multis de rebus in crimen vocari; & illud mihi permolestum videtur, ut in his provinciis, quas divina providentia ultro ac sua sponte sub meum subjunxerit imperium, & in illis locis, in quibus crebra hominum frequentia versatur, non modo multitudo ad deteriora deflectat & distrahatur dissidiis, sed episcopi etiam discordiam inter se ipsi exerceant: visum est mihi, ut idem Cæcilianus cum decem episcopis, qui illum reum facere videantur, & decem aliis, quos ipse suæ litis dijudicationi necessarios existimaverit, Romam navigio trajiciat: utibi coram vobis, & Rheticio etiam, & Materno, & Marino collegis vestris, quos ea de causa Romam maturare jusserim, possit audiri, sicut sanctissima Dei lex, ut nostis, postulat. Atque ut de omnibus hisce plenissimam accuratissimamque notitiam possitis habere, exemplaria literarum ad me ab Anulino missarum, literis meis subscripta, adversus prædictos collegas misi: quas cum vestra gravitas perlegerit, exquisite ponderabit, quomodo, quave ratione lis illa, quam supra diximus, diligentissime rectissimeque dirimatur, & ex juris præscripto tandem aliquando absolvatur: quandoquidem illud vestrum studium minime latet, me tantam reverentiam sanctæ & catholicæ ecclesiæ tribuere, ut velim vos nullum genere schisma, nullam discordiam ullo in loco omnino relinquere. Summa Dei maiestas vos, honoratissimi viri, multos annos conservet.

* & Marco S. in editione Io. Christophorsoni, cuius hic sequitur versio.

" Græce scribitur apud Euseb. Ἀνυλῖνος: & minus recte nonnunquam Ἀβιλῖνος.

* Anilino.

EADEM G. ET. L. EX VERSIONE VALESII.

Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι᾽ ἧς σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεώς τε καὶ ὁμονοίας.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ. ἐπειδὴ τοιοῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρός με πλείους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρταγεννησίων πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων, ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι· καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαίρετος ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχλον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμένοντα εὑρίσκεσθαι ὡσανεὶ διχοστατοῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόποις διαφορὰς ἔχειν, ἔδοξέ μοι ἵν᾽ αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτῶν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι· ἵν᾽ ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετικίου καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου τῶν κολλήγων ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν· ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληρεστάτην δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας, πρὸς τοὺς προειρημένους κόλληγας ὑμῶν διέπεμψα· οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα στερρότης, δοκιμάσει ὅν τινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διευκρινῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερματίσαι. ὁπότε μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει, τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν. ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι τιμιώτατε.

Exemplum epistolæ Constantini imperatoris", qua episcoporum concilium Romæ fieri jubet pro unitate & concordia ecclesiarum.

Constantinus Augustus Miltiadi episcopo urbis Romæ & Marco. Quoniam hujusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africæ proconsule ad me sunt missi, in quibus continetur Cæcilianum Carthaginensium urbis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis multis de causis insimulari. Quod quidem permolestum mihi videtur, in istis provinciis quas divina providentia meæ devotioni spontanea deditione tradidit, & in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas partes divisam ad deteriora deflectere, & episcopos inter se dissentire. Placuit mihi ut idem Cæcilianus una cum decem episcopis qui accusare ipsum videntur, & cum 10. aliis quos ipse ad suam causam necessarios esse judicaverit, Romam naviget; ut ibi coram vobis & coram Reticio, Materno ac Marino collegis vestris, quos ea causa Romam properare jussi, possit audiri,

audiri, quemadmodum sanctissimæ legi convenire A optime nostis. Porro ut totius negotii plenissimam valeatis haurire notitiam, exempla libellorum ab Anulino ad me missorum, literis subiecta ad collegas vestros supradictos transmisi. Quibus lectis perpendet gravitas vestra, quonam modo supra memorata controversia accuratissime dijudicanda sit, & ex præscripto justitiæ terminanda. Siquidem nec tuam sedulitatem latet, tantam a me reverentiam sanctissimæ ecclesiæ catholicæ exhiberi, ut generaliter nullum schisma aut discidium ullibi a vobis relinqui velim. Divinitas summi Dei multis vos annis servet carissime.

EPISTOLA[a] CONSTANTINI AD EPISCOPOS

post Concilium scripta.

[a] Extat in appendice ad Optatum Milevit. ep. Parisiensis editionis ex bibliotheca Petri Pithœi. Hanc Binius ad hoc Romanum concilium retulit post Baronium. Sirmondus vero ad Arelatense I. Regius autem collector bis edidit, & utrique subjecit concilio non necessaria repetitione.

Constantinus Augustus episcopis catholicis carissimis fratribus S.

ÆTERNA, religiosa, & incomprehensibilis pietas Dei nostri nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris oberrare: neque patitur exosas quorumdam voluntates usque in tantum pervadere, ut non suis præclarissimis luminibus denuo pandens iter salutare, eas det ad regulam justitiæ converti. Habeo quippe cognitum, &c. *qua post Concilium Arelatense I. edentur postea suo loco.*

EPISTOLA CONSTANTINI AD EPISCOPOS.

Illos Brixiam ad pacem componendam convocat.

Constantinus Augustus, episcopis.

ANTE paucos quidem dies, juxta postulatum vestrum, hoc mihi placuerat, ut ad Africam reverteremini, ut illic omnis causa, quæ vobis adversus Cæcilianum competere videtur, ab amicis meis, quos elegissem, cognosceretur, atque finem debitum reciperet. Verum diu mihi cogitanti, & in animo meo non immerito volventi, id potissimum visum est, ut quoniam scio quosdam ex vestris turbulentos satis, & obstinato animo rectum judicium & integræ veritatis rationem minime respicere, ac per hoc venire forsitan, ut si ibidem cognoscatur, non ut condecet, & veritatis ratio expostulat, res finem accipiat, atque aliquid tale eveniat nimia vestra obstinatione, E quod & divinitati cælesti displiceat, & existimationi meæ, quam semper illibatam cupio perseverare, plurimum impediat: placuit mihi (ficut dixi) ut Cæcilianus juxta prius tractatum huc potius veniat, quem credo juxta literas meas mox adfuturum. Polliceor autem vobis, quod si præsente ipso de uno tantum crimine vel facinore eius per vosmetipsos aliquid probaveritis; id apud me sit, ac si universa quæ intenditis probata esse videantur. Deus omnipotens perpetuam tribuat securitatem.

VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA SILVESTRI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

[a] SILVESTER natione Romanus, ex patre Rufino, [b] sedit annis viginti tribus, mensibus decem, diebus undecim. Fuit autem temporibus Constantini & Volusiani, ex die Kalendarum Februarii, usque in diem Kalendarum Ianuarii, Constantino & Volusiano consulibus. Hic [c] in exilio fuit in monte Soractensi,* & postmodum [d] rediens cum gloria, [e] baptizavit Constantinum Augustum, [f] quem curavit dominus lepra, cuius persecutione* primo fugiens, in exilio fuisse cognoscitur. Hic fecit in urbe Roma ecclesiam in prædio cujusdam presbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, juxta thermas Trajanas; quem titulum Romanum* constituit, & usque in hodiernum diem appellatur titulus Equitii, [g] ubi & hæc dona contulit: Patenam argenteam pensatam libras 20. ex dono Augusti Constantini. Donavit autem & scyphos argenteos 2. qui pensaverunt singuli libras denas. Calicem aureum, pensantem libras duas. Calices ministeriales quinque, pensantes singulos binas libras. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras denas. Patenam argenteam chrismalem, auro clausam, pensantem libras quinque. Pharos coronatos decem, pensantes singulos libras octonas. Pharos æreos 20 pensantes singulos libras denas. Cantharos cerostrotos 12. æreos, pensantes singulos libras 30. Fundum Valerianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 80. Fundum stationum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 80. Fundum stationum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 35. Fundum ad duas casas in territorio Sabinensi, qui præstat solidos quadraginta. Fundum Percilianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 20. Fundum Corbianum in territorio Sorano, qui præstat solidos 60. Domum cum balneo in urbe in Sicunini regione, quæ præstat solidos 85. Hortum intra urbem Romam, in regione ad duos amantes, præstantem solidos 15. Domum in regione Orphea intra urbem, quæ præstat solidos 58. & tremissem. Hic fecit constitutum etiam de omni ecclesia.

Anno Christi 314.

* persecutione Constantini perculsus.

Huius temporibus [h] factum est concilium cum eius * consensu in Nicæa Bithyniæ. Et congregati sunt 318. episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, catholicam, & immaculatam. Et damnaverunt Arium, Photinum, & Sabellium, vel sequaces eorum. Et in urbe [i] Roma congregavit ipse cum consilio Augusti episcopos 277. & damnavit iterum & Calixtū, & Arium, & Photinum, & Sabellium. Et constituit, ut presbyter Arianum resipiscentem non susciperet, nisi episcopus loci * designaret eum. Constituit & chrisma [k] ab episcopo confici. Et privilegium episcopis contulit, ut baptizatum consignent, propter hæreticam suasionem. Hic & hoc constituit, [l] ut baptizatum liniat presbyter chrismate levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis. Hic quoque constituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et hoc constituit, [m] ut diaconi dalmaticis in ecclesia uterentur, & palla linostima læva eorum tegeretur. Idemque constituit, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum

* præcepto

* designati.

cinctum causam diceret, nisi in ecclesia. Sed & constituit, ut n sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto' consecraretur, nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone linea & munda sepultum fuit.' Constituit nihilominus, ut si quis desideraret in ecclesia militare aut proficere, ut esset ostiarius annis decem, lector annis 30. exorcista dies 30. acolythus annis 5. subdiaconus annis 5. custos martyrum annis 5. diaconus annis 7. presbyter annis 3. probatus ex omni parte, ut etiam ab his, qui foris sunt, habeat bonum testimonium. Vnius uxoris vir, uxore a sacerdote benedicta: & sic ad ordinem episcopatus ascenderet, nullum majoris vel prioris locum invaderet, nisi ordine temporum cum pudore cognosceret omnium clericorum' vota grata, nullo omnino clerico contradicente, vel fideli. Hic fecit ordinationes septem per mensem Decembrem, presbyteros 42. diaconos * 36. episcopos per diversa loca & tempora * 66.

' celebraretur
I oan 19.
' sic missæ celebrarentur.
' votiva gratiæ.
* 25.
* 65.

Ex libello de munificentia Constantini.

o Hujus temporibus fecit Constantinus Augustus basilicas istas, quas & ornavit. p Basilicam Constantinianam, ubi posuit dona ista. Fastigium argenteum, habens in fronte q salvatorem sedentem in sella, quinque pedum, pensantem libras 120.* Et duodecim apostolos, habentes singulos quinos pedes, pensantes libras 90. cum coronis ex argento purissimo. Item a tergo respicientem in abside salvatorem, sedentem in throno in pedibus quinque, ex argento purissimo, pensantem libras 140. Et angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui pensant singuli libras 115. cum gemmis Alabandenis. Fastigium ipsum pensat libras duo millia 25. Coronas quatuor ex auro purissimo, cum delphinis viginti, pensantes singulas libras 15. Pharum ex auro purissimo, cum delphinis * quingentis, cum catena, qui pensant libras 25. Cameram basilicæ ex auro, pensantem in longum & in latum libras 50. Altaria septem ex argento purissimo, pensantia libras ducentas. Patenas aureas septem, pensantes singulas libras triginta. Patenas argenteas sexdecim, pensantes singulas libras * triginta. Scyphos ex auro purissimo septem, pensantes singulos libras decem. Scyphum singularem ex metallo, corallo ornatum, & undique de gemmis prasinis & hyacinthinis, auro interclusum ex omni parte, qui pensat libras viginti & uncias tres. Scyphos argenteos viginti, pensantes singulos libras quindecim. Amas ex auro purissimo duas, pensantes singulas libras quinquaginta, portantes singulas medimnos tres. Amas argenteas 20. pensantes singulas libras 10. portantes singulas medimnos singulos. Calices minores aureos purissimos 40. pensantes singulos libras singulas. Calices minores ministeriales quingentos, pensantes singulos libras duas.

Basilica Constantiniana.
* 310.
* 15.
* 3.

Ornamenta in basilica, pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardeat oleum nardinum pisticum, cum delphinis octoginta, pensantem libras 3. Pharum cantharũ argenteum cum delphinis viginti, qui pensant libras quadraginta, ubi ardet oleum nardinum pisticum. Pharos cantharos argenteos in gremio basilicæ 45. pensantes singulos libras triginta, ubi ardet oleum suprascriptum. In parte dextera basilicæ pharos argenteos 40. pensantes singulos libras 20. Pharos cantharos in læva basilicæ argenteos 25. pensantes

A singulos libras viginti. Canthar os cerostrotos in gremio basilicæ argenteos quinquaginta, pensantes singulos libras 20. Metretas 3. ex argento purissimo, pensantes singulas libras trecentas, portantes medimnos decem. Candelabra ex orichalco, num. 7. quæ habent pedes denos cum ornatu ex argento, interclusa sigillis prophetarum, pensantia singula libras trecentas. Quæ constituit in servitio luminum. Massam Gargillanam in territorio Suessano, præstantem solidos 400. Massam Bauronicam in territorio Suessano, præstantem solidos 360. Massam Aurianam in territorio Laurentino, præstantem solidos 500. Vrbanam in B territorio Antiano, præstantem solidos 240. Massam in * Castis in territorio Catanensi, præstantem solidos mille. Massam Trapeas in territorio Catanensi, præstantem solidos mille sexcentos quinquaginta. Thymiamateria duo ex auro purissimo, pensantia libras triginta. Donum aromaticum ante altaria, singulis annis libras 150.

* Capris

Fontem sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinsecus & foris & desuper, & quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras 3008. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo, pensantem libras 30. r ubi ardent balsami libræ du- C centæ.*' Annexum ex * stipa amianti. In labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam pensantem libras 30. Ad dexteram agni, salvatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque, pensantem libras 170. In læva agni B. Ioannem Baptistam ex argento in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: pensantem libras 100. Cervos ex argento 7. fundentes aquam, pensantes singulos libras 800. Thymiamaterium ex auro purissimo, pensans libras 10. cum gemmis prasinis & hyacinthinis undique, numero gemmæ 42. Donum sancto fonti: Massa Festi ex territorio Prænestino, D præstans solidos 300. Massa Gaba ex territorio Gabinensi præstans solidos ducentos & duos. Massa Pictas, ex territorio supradicto, præstans solidos 205. Massa Statiliana ex territorio Sorano, pręstans solidos 300. Massa intra Siciliam Taurana ex territorio Parentiensi, præstans solidos quingentos. Intra urbem Romam domus vel horti, præstantes solidos bis mille trecentos. Fundus Bassi, præstans solidos centum viginti. Massa Laninas ex territorio Carsiolano, præstans solidos ducentos. Fundus Catulli ex territorio Nomentano, præstans solidos quinquaginta. Massa Statiana ex territorio Sabinensi, præstans solidos trecentos quinquaginta. Massa Murina ex territorio Appiano Al- E banensi, præstans solidos 300. Massa Virginis ex territorio Sorano, præstans solidos 200. Transmarina intra partes Africæ. Massa Vincis ex territorio * Mucario, præstans solidos 800. Massa Capsis ex territorio * Capsitano, pręstans solidos 600. Massa Varia * Sardana, pręstans solidos quingentos. Massa Camaras ex territorio * Curtalupi, præstans solidos 405. Massa Mummas ex territorio Numidiæ, præstans solidos 650. Massa Sulfurata ex territorio Numidiæ, præstans solidos 270. Massa Baldariolaria ex territorio Numidiæ, præstans solidos 810. In Græcia: Massa Cephalenia, præstans solidos quingentos. In * Mengaulo, Massa Amazon, præstans solidos 222.

Nota de baptismo Constantini contra multos.
* myxum
* stupa
Ioan. 1.
* Musci.
* Macris
* Caput Giliani.
* Saldena
* Cirta
* Megalula

Basilica S. Petri apostoli.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit s basilicam B. Petro apostolo in templo Apollinis, t cujus loculum, cum corpus S. Petri recondidit, undique ex ære Cyprio conclusit, quod est immobile. Ad caput, pedes 5. Ad pedes, pedes quinque. Ad latus dextrum, pedes quinque. Ad latus sinistrum, pedes quinque. Subter, pedes quinque. Supra, pedes quinque. Sic inclusit corpus B. Petri apostoli, & recondidit, & exornavit super columnas porphyreticas, & alias columnas tres * thyneas, quas de Græcia perduxit. Fecit autem & cameram basilicæ, ex * crimma auri fulgentem Et super corpus B. Petri, super os quo conclusit illud, fecit crucem auream purissimam, pensantem libras 150. ubi scriptum est hoc: Constantinus Augustus & Helena Augusta hanc domum regali simili fulgore coruscantem, auro circumdant. Scriptum est ex literis nigellis in cruce. Fecit autem candelabra ex orichalco in pedibus decem, numero quatuor, argento conclusa, cum sigillis argenteis, unde actus apostolorum cernebantur, pensantia singula libras trecentas. u Calices aureos tres cum gemmis prasinis quadraginta quinque, pensantes singulos libras duodecim. Metretas argenteas * duas, pensantes libras ducentas. Calices argenteos viginti, pensantes singulos libras decem. Amas aureas 2. pensantes singulas libras denas. Amas argenteas quinque, pensantes singulas libras viginti. Patenam auream cum * thure & columba, ex auro purissimo, ornatam gemmis prasinis & hyacinthinis, margaritisque, numero 215. pensantem libras triginta. Patenas argenteas quinque, pensantes singulas libras quindecim. Coronam auream ante corpus, quæ est pharus cantharus, cum delphinis quingentis, pensantem libras trigintaquinque. Pharos argenteos in gremio basilicæ cum delphinis, pensantes singulos libras decem. Ad dexteram basilicæ pharos argenteos triginta, pensantes singulos libras octo. Ipsum altare ex auro & argento clausum cum gemmis prasinis & hyacinthinis & albis 210. pensans libras 350. Thymiamaterium aureum cum gemmis undique exornatum, pensans libras quindecim. In reditibus donum, quod obtulit Constantinus Augustus B. Petro apostolo per diœceses in oriente. In civitate Antiochia domum Datiani, præstantem solidos 240. Domunculam Nicænam, præstantem solidos viginti & tremissem. Cellas in Aphrodisia, præstantes solidos * viginti. Balneum in * Cerethea, præstans solidos quadraginta duos. Pistrinum, ubi supra, præstans solidos viginti tres. Popinas, ubi supra, præstantes solidos decem. Hortum Maronis, ubi supra, præstantem solidos decem. Hortum, ubi supra, præstantem solidos undecim. Sub civitate Antiochena, possessionem Sibyllinam donatam Augusto, præstantem solidos 322. Cartadecadas 150. Aromatum libras ducentas. Balsami libras trigintaquinque. Sub civitate Alexandrina, possessionem Timialicam donatam Augusto Constantino ab Ambronio, præstantem solidos 620. Cartadecadas 300. Olei nardini libras 300. Balsami, sexaginta. Aromatum libras centum quinquaginta. Storacis Isauricæ libras quinquaginta. Possessionem Eutimi Caduci præstantem solidos quingentos. Cartedecadas 70. Per Ægyptum sub civitate Armeniæ, possessionem Agapii, quam donavit Constantino Augusto. Possessionem * Panopoliten, præstantem solidos 800. Cartadecadas 400. Piperis medimnos 50. Croci libras centum. Storacis libras 150.

* forte thyinas
* crimno
* 4.
* turture
* 15.
* Cyrretica.
* Cynopoliten,

A Aromatum casiæ libras 200. Olei nardini libras 300. Balsami libras 100. Lini saccos centũ. Caryophyllorum libras centum quinquaginta. Olei Cyprini libras centum. * Papyrii canas mundas mille. Possessionem quam donavit Constantino Augusto Ibronius, pręstantem solidos 450. Cartadecadas 200. Aromatum casiæ, libras 50. Balsami libras 50. In provincia * Euphratensi sub civitate * Cyro, possessionem Armanazon, præstantem solidos 380. Sub Tarso Ciliciæ, insulam * Cordionum, præstantem solidos 900.

Eodem tempore Constantinus Augustus x fecit basilicam B. Paulo apostolo, ex suggestione sancti Silvestri episcopi, cujus corpus sanctum ita recondidit in ære & conclusit, sicut B. Petri, & B dona obtulit. Nam omnia vasa sacra aurea, vel argentea, aut ærea, ita posuit, sicut in basilica beati Petri apostoli: & ita beati Pauli apostoli ornavit, sicut illam. Sed & crucem auream super * locum beati Pauli apostoli posuit, pensantem libras 150. Sub civitate Tyria possessionem Comitam, præstantem solidos quingentos quinquaginta. Possessionem Fromimusa præstantem solidos 700. Possessionem Timiam, præstantem solidos 250. Olei nardini libras septuaginta. Aromatum libras quinquaginta. Casiæ libras quinquaginta. Sub civitate Ægyptia possessionem Cyreos, præstantem solidos 710. Olei nardini libras septuaginta. Balsami libras triginta. Aromatum C libras septuaginta. Storacis libras triginta. Stactes libras centum quinquaginta. Possessionem Basilicam, præstantem solidos quingentos quinquaginta. Aromatum libras quinquaginta. Olei nardini libras sexaginta. Balsami libras viginti. Croci libras sexaginta. Possessionem insulæ * Macchabæ, præstantem solidos quingentos decem. Papyri * racanas mundas 500. Lini saccos 300.

y Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in Palatio Sessoriano, ubi de ligno sanctæ crucis posuit, & in auro & gemmis conclusit. Vbi & nomen ecclesiæ dedicavit, quo nominatur usque in hodiernum diem, Ierusalem. In quo loco constituit dona ista: candelabra ante D lignum sanctum lucentia argentea quatuor, secundum numerum quatuor evangeliorum, pensantia singula libras octoginta. Pharos cantharos argenteos quinquaginta, pensantes singulos libras quindecim. Scyphum aureum purissimum, pensantem libras decem. Calices aureos ministeriales quinque, pensantes singulos libras singulas. Scyphos argenteos tres, pensantes singulos libras octo. Calices ministeriales argenteos decem, pensantes singulos libras * duas. Patenam argenteã auro inclusã cum gemmis, pensantem libras 15. Altare argenteum, pensans libras ducentas quinquaginta. Amas argenteas tres, pensantes singulas libras viginti. Et omnes agros circa palatium ecclesiæ E dono dedit. Possessionem ad Sponsas via Lavicana, præstantem solidos ducentos sexaginta tres. Sub civitate Laurento, possessionem Patras, præstantem solidos centum viginti. Sub civitate Nepesina, possessionem Anglesis, præstantem solidos ducentos quinquaginta. Sub civitate supra scripta possessionem Terega, quæ præstat solidos centum sexaginta. Sub civitate Falisca possessionem præstantem solidos centum quindecim. Item sub civitate Falisca possessionem Herculis, quam donavit Augusto, & Augustus obtulit ecclesiæ Ierusalem, præstantem solidos centum quadraginta. Sub civitate Tuder, possessionem Angulas, præstantem solidos 153.

* Papyri cannas
* Euphratesen.
* Charta
* Corycorum,
Basilica S. Pauli apostoli.
* loculum
* forte Macariæ.
* forte cannas.
Basilica S. crucis in Ierusalem.
* quinque

z Eodem

Basilica S. Agnetis virginis & martyris.

2 Eodem tempore fecit basilicam sanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filiæ suæ, & baptisterium in eodem loco, ubi baptizata est soror ejus Constantia, una cum filia Augusti. Et ibidem constituit hæc: patenam auream, pensantem libras viginti. Calicem aureum, pensantem libras decem. Coronam, pharum cantharum ex auro purissimo, cum delphinis triginta, pensantem libras quindecim. Patenas argenteas duas pensantes, singulas libras viginti. Calices argenteos quinque, pensantes singulos libras decem. Pharos cantharos argenteos triginta, pensantes singulos libras octo. Pharos æreos ex orichalco quadraginta. Cerostrotos ex orichalcho, argento clusos, quadraginta sigillatos. Lucernas aureas duodecim * nixas super fontem. In reditibus circa civitatem Fidenas, omnem agrum, præstantem solidos centum sexaginta. Via salaria sub Parento undique omnem agrum, præstantem solidos centum quinque. Agrum Muci, præstantem solidos octoginta. Possessionem in vico Pisonis, præstantem solidos ducentos quinquaginta. Agrum Casulas, præstantem solidos centum.

* lychnorum.

Basilica S. Laurentii martyris.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit a basilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano supra arenarium cryptæ. Et usque ad corpus sancti Laurentii martyris fecit gradus ascensionis & descensionis. In eo loco construxit absidem, & ornavit marmoribus porphyreticis, & desuper locum conclusit de argento, & * cancellos de argento purissimo ornavit, pensantes libras mille. Et ante ipsum locum in crypta posuit lucernam ex auro purissimo lychnorum decem, pensantem libras viginti. Coronam ex argento purissimo cum delphinis 50. pensantem libras triginta. Candelabra ærea duo in pedibus denis, pensantia singula libras trecentas. Ante corpus B. Laurentii martyris argento clusit sigilla passionum ipsius, cum lucernis in * nixis argenteis, pensantibus singulis libras quindecim. In eodem loco possessionem cujusdam * Quiriacetis religiosæ feminæ, quam fiscus occupaverat tempore persecutionis. Veranum fundum, præstantem solidos centum sexaginta. Possessionem aqua Tuscia ad latus, præstantem solidos 153. Possessionem Augusti in territorio Sabinensi, præstantem solidos 120. Possessionem Micenas Augusti, præstantem solidos centum decem. Possessionem Thermulas, præstantem solidos sexaginta. Possessionem Aranas, præstantem solidos septuaginta. Pharos argenteos triginta, pensantes singulos libras octo.

* cancellis

* myxis

* Cyriacæ

Basilica Petri & Marcellini martyrum.

Eisdem temporibus Constantinus Augustus fecit basilicam via Lavicana inter duas lauros, B. Petro & Marcellino martyribus. Et mausoleum, ubi beatissimam Augustam matrem suam posuit in sarcophago porphyretico. Vbi & donavit patenam auream ex purissimo auro, pensantem libras trigintaquinque. Candelabra argentea, auro clusa in pedibus 12. quatuor, pensantia singula libras ducentas. Coronam auream, quæ est pharus cantharus, cum delphinis 120. pensantem libras triginta. Calices aureos tres, pensantes singulos libras decem, cum gemmis prasinis & hyacinthinis. Amas aureas duas, pensantes singulas libras 40. Altare ex argento purissimo, pensans libras ducentas. Pharos cantharos argenteos viginti, pensantes singulos libras viginti. Item altare ex argento purissimo, pensans libras ducentas. Patenas ex auro duas, pensantes singulas libras 15. Patenas argenteas duas, pensantes singulas libras

A 15 Patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 15. Scyphum majorem ex auro purissimo, ubi nomen Augusti designatur, pensantem libras 20. Scyphum aureum minorem, pensantem libras 10. Scyphos argenteos 5. pensantes singulos libras 12. Calices ministeriales argenteos viginti, pensantes singulos libras 3. Amas argenteas 4. pensantes singulas libras 15. Annis singulis olei nardini pistici libras 900. Balsami libras 100. Aromatum in incensum sanctis martyribus B. Marcellino & Petro, libras centum. Fundum Laurentinum juxta Formiam cum balneo, & omnem agrum a B post Sessorianam viam, & in ærarium, usque ad viam Latinam, ad montem Gabum. Ipsum montem Gabum, possessionem Augustæ Helenæ, præstantem solidos mille * centum viginti. Insulam Sardi..iam cum possessionibus omnibus, præstantem solidos mille vigintiquatuor. Messanam cum possessionibus suis omnibus, præstantem solidos 8.0. Insulam Matyziam, præstantem solidos 600. Possessionem in territorio Sabinensi, quæ appellatur ad duas casas, sub monte Laureti, præstantem solidos 200.

* 300.

In civitate Ostia, basilica SS. Petri & Pauli & Ioan. Bapt.

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in civitate Ostia, juxta portum urbis Romæ, beatorum apostolorum Petri & Pauli & Ioannis Baptistæ, ubi obtulit hæc: patenam argenteam, pensantem libras 30. Calices argenteos C decem, pensantes singulos libras quinque. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras decem. Pharos argenteos triginta, pensantes singulos libras quinque. Scyphos argenteos duos, pensantes singulos libras octo. Patenam argenteam chrismalem singularem, pensantem libras decem. Peluem ex argento ab baptismum, pensantem libras viginti. Insulam, quæ dicitur Assis, quæ est inter Portum & Ostiam, & possessiones omnes maritimas, usque ad Digitum solis, præstantes solidos trecentos. Possessionem Gracchorum in territorio Ardeatino, præstantem solidos triginta. Possessionem Quirini in territorio Ostiensi, præstantem solidos 311. Possessionem Balniolum in territorio Ostiensi, præstantem solidos 42. Possessionem Nymphulas, præstantem solidos D triginta. Item, quæ obtulit Gallicanus basilicæ suprascriptæ sanctorum apostolorum Petri & Pauli & Ioannis Baptistæ. Obtulit autem hæc: coronam argenteam cum delphinis, pensantem libras 20. Calicem argenteum anaglyphum, pensantem libras 17. Massam Mallianam in territorio Sabinensi, præstantem solidos 115. & tremissem. Fundum Picturas in territorio Veliterno, præstantem solidos 43. Fundum Surorum via Clodia in territorio Vejentano, præstantem solidos 56. Massam Gargilianam in territorio Suessano, præstantem solidos 656.

In civitate Albanensi basilica S. Ioan. Baptistæ.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augu- E stus basilicam in civitate Albanensi sancti Ioannis Baptistæ, ubi posuit hæc: Patenam argenteam, pensantem libras 30. Scyphum argenteum deauratum, pensantem libras 12. Calices ministeriales decem, pensantes singulos libras ternas. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras 10. Possessiones Laurentinas cum adjacentibus campestribus, præstantes solidos 60. Fundum Molas præstantem solidos 50. Possessionem Albanensem cum lacu Albano, præstantes solidos 250. Massam Muci, præstantem solidos 170. Omnia Scheneca deserta, vel domos civitatis in urbe Albanensi, omnia in circuitu ecclesiæ Constantinianæ obtulit Augustus. Possessionem horti, præstantem

præstantem solidos 20. Possessionem Tiberii Cæsaris, prestantem solidos 80. Possessionem Marinas, præstantem solidos 50. Possessionem Armatianam in territorio * Corano, præstantem solidos 150. Possessionem Statilianam, præstantem solidos 70. Possessionem Medianam, præstantem solidos 30.

* Sorano

In urbe Capuana Basilica apostolorum, quæ dicitur Constantiniana.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus intra urbem Capuanam basilicam apostolorum, quam cognominavit Constantinianam. Vbi & obtulit dona hæc: Patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 20. Scyphos argenteos tres, pensantes singulos libras octo. Calices ministeriales 15. pensantes singulos libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras 18. Candelabra ærea in pedibus decem, numero quatuor, pensantia singula libras 180. Pharos cantharos argenteos numero triginta, pensantes singulos libras 5. Pharos cantharos æreos, numero triginta. Et obtulit possessiones Massam Statilianam in territorio Menturino, præstantem solidos 315. Possessionem in territorio Cajetano, præstantem solidos 85. Possessionem Paterni in territorio Suessano, præstantem solidos 150. Possessionem ad Centum in territorio Capuano, præstantem solidos 60. Possessionem Gauronicam in territorio Suessano, præstantem solidos quadraginta. Possessionem Leonis, præstantem solidos 60.

In civitate Neapoli basilica.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus basilicam b in urbe Neapoli, ubi obtulit hæc: Patenas argenteas duas, pensantes singulas libras vigintiquinque. Scyphos argenteos duos, pensantes singulos libras decem. Calices ministeriales decem, pensantes singulos libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singulas libras quindecim. Pharos argenteos viginti, pensantes singulos libras octo. Pharos æreos viginti, pensantes singulos libras decem. Fecit autem formam aquæ ductus per miliaria octo. Fecit autem & forum, & donum obtulit: Possessionem Macarii, præstantem solidos 150. Possessionem Cimbranam, præstantem solidos centum quinque. Possessionem Sclinam, præstantem solidos centum octo. Possessionem Afilas, præstantem solidos centum quadraginta. Possessionem Nymphulas, præstantem solidos nonaginta. Possessionem Insulæ cum castro, præstantem solidos octoginta.

Titulus in urbe Roma S. Silvestri. Est autem basilica habens hunc titulum.

Eisdem temporibus constituit beatus Silvester in urbe Roma titulum suum in regionem tertiam juxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Trajanæ, titulum scilicet Silvestri ubi donavit Constantinus Augustus patenam argenteam, pensantem libras viginti. Scyphos argenteos duos, pensantes singulos libras octo. Amam argenteam, pensantem libras decem. Pharos cantharos argenteos decem, pensantes singulos libras quinque. Cantharos cerostrotos æreos sexdecim, pensantes singulos libras quadraginta. Calices argenteos ministeriales quinque, pensantes singulos libras duas. Fundum Percilianum in territorio Sabinensi, præstantem solidos quinquaginta. Fundum Barbatianum in territorio Ferentino, præstantem solidos triginta quinque & tremissem. Fundum Statianum in territorio Trebulano, præstantem solidos 66. & tremissem. Fundum Beruclas in territorio Corano, præstantem solidos quadraginta quinque. Fundum Sulpitianum in territorio * Corano, præstantem solidos septuaginta. Fundum Tauri in territorio Ve-

* Sorano.

A jentano, præstantem solidos quadraginta duo. Fundum Sentianum in territorio Tiburtino, præstantem solidos triginta. Fundum Cejanum in territorio Prænestino, præstantem solidos quinquaginta. Fundum Termulas in territorio Prænestino, præstantem solidos triginta quinque. Possessionem Cylonis in territorio Prænestino, prestantem solidos quinquaginta octo. Obtulit & omnia necessaria titulo Equitii. Hic Silvester fecit ordinationes sex per mensem Decembrem, presbyteros quadraginta duo, diacones viginti sex: episcopos per diversa loca numero 65. Hic sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria, apud urbem Romam milliario tertio, pridie
B Kalend. Ianuar. Qui catholicus & confessor quievit. Et cessavit episcopatus dies quindecim. Hæc Damasus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Silvester quando pontifex factus.

[a] *Silvester.*] Postquam episcopatus Romanus per obitum Melchiadis non septemdecim diebus dumtaxat, (ut suiipsius immemor auctor pontificalis asserit) sed integro mense vacasset, ipsis Kalendis Februariis, anno Christi 314. qui est Constantini imperatoris nonus, Silvester natione Romanus, a Marcellino, non (quod habent acta Silvestri) a Melchiade presbyter ordinatus, pontificatum adeptus est. Maximino & Licinio hostibus & persecutoribus orientalis ecclesiæ devictis, Iudæis seditionem moventibus, per Constantinum eorum auriculas amputantem, & rebellionis signum corpori illorum imprimentem, feliciter oppressis, toti orbi & imprimis universæ ecclesiæ
C pax & tranquillitas concessa est. Qua obtenta, subito vastatæ ecclesiæ extrui, & ad corruptos mores emendandos, sanctissimæ leges ab ecclesiastici & sæcularis imperii monarchis promulgari cœperunt. Et demum ad contumaciam schismaticorum Donatistarum, terve quaterve in causa Cæciliani appellantium, frenandam; ad incendium Arianæ hæresis exortum Alexandriæ restinguendum, ad Athanasii electionem contra Arianorum & Meletianorum factionem confirmandam, diversis locis ac temporibus Arelatense, Ancyranum, Neocæsareense, Alexandrinum, Laodicenum, Romanum, Nicænum, aliaque plura concilia indicta, congregata ac celebrata fuerunt. Inter leges, quas imperator adhuc catechumenus, & baptismi expers, piissime edixit ac promulgavit, notatu dignissimę sunt illæ, quibus ingenuos, per tyrannum servituti subjectos, in libertatem vindicavit: puerorum concubitus sodomiticos interdixit: parentum inopiæ in alendis & educandis prolibus succurrit: pœnam, qua miserorum hominum vultus inscribebantur, sustulit: Christianos exules & ad metalla damnatos, Licinio devicto, revocavit; de gradu dejectos,
D bonisque omnibus spoliatos restituit, quaque leges Iuliam & Papiam adversus turpem, fictum & sterilem cælibatum olim sancitas, & contra verum, sanctum atque fecundum Christianorum cælibatum conversas, abrogavit: denique qua ad Maximum præfectum urbis de aruspicibus, ne privatas domos adirent, rescripsit; quippe qui ea occasione clandestinæ idololatriæ venena instillarent. Verum cum hoc suo decreto multorum animos graviter exacerbari. ac fere seditionem concitari videret, specie mitigandæ seditionis, ad eumdem Maximum rescriptum priori contrarium edidit, quo aruspices, si fulgur tectum aliquod tetigisset, consulendos, sibique quod respondissent, renuntiandum esse decrevit. Quamobrem, ut & ipse imperator disceret, aliosque suo exemplo doceret, quanta cum Dei offensa conjunctum sit, religionem temporalis commodi causa dissimulare, Deo vindice permissum est, ut imperium ejus ante felicissimum, in summam infelicita-
E tem relaberetur, ipsaque Neroniana sæcula quibusdam recrudescere viderentur. Cum enim Licinium juniorem de rebellione suspectum occidisset, optimum deinde Crispum Cæsarem Christianum, præclaris victoriis auctum, rebus fortiter gestis vere magnum, castitate, ceterisque moribus insignem, quasi novercæ stuprum intentasset, una cum Fausta conjuge sua, multisque præterea spectatę virtutis viris, crudelissime interfecit. Ob hæc scelera imperator a Deo lepra percussus, cum ab aruspicum responsis, quibus ad lepram curandam, innocentium sanguinem sanguini innocenter effuso addere monebatur, matrum & infantulorum ejulatu deterritus esset, ad mentem rediit, factum detestatur, & criminis simul ac pœnæ expiationem quærit. Ab Osio Cordubensi episcopo, sanctorumque apostolorum Petri & Pauli apparitione didicit, Silvestrum e latebris ab exilio revocandum, ab eoque lavacrum baptismatis esse expetendum:

Silvester a Marcellino presbyter ordinatus.

Maximino & Licinio occisis, ecclesiæ pax reddita est.

Concilia plurima habita sub Silvestro.

Quas leges tulerit Constant.

Qua occasione parricidium cōmiserit?

Pœnitentiam criminis agit.

Petrus & Paulus apostoli Constātino apparuerunt.

expetendum: quod si faceret, futurum esse iidem imperatori promiserunt, ut ab animi simul & corporis contagione emundetur. Obtemperat apostolorum & episcopi monitis, Silvestrum ab exilio revocat, & postquam aliquot diebus per eumdem in fide institutus fuisset, baptizatus, & subito a lepra mundatus est. Hujus ille accepti beneficii memor, ut suum erga Deum & ecclesiam affectum notum faceret, subito deorum gentilium fana diruit, plurimas divino cultui consecrandas ecclesias extruxit, easque amplissimis donis munificentissime exornavit. Et cum indignum esse judicaret, eam urbem, in qua monarcha totius ecclesiæ Christique in terris vicarius residebat, sæcularis principis imperio subjectam esse; non urbis Romæ dumtaxat, sed totius fere Italiæ aliarumque provinciarum dominium & jurisdictionem temporalem Silvestro, ejusque legitimis in cathedra Petri successoribus munificentissime donavit. Qua ratione crucem dominicam tribus integris sæculis in terra latentem ac reconditam exaltarit; quibus miraculis a latronum crucibus eamdem discreverit, quæ templa in honorem Dei ædificarit, quasve res alias præclare gesserit, partim supra in notis ad tertiam epistolam Eusebii diximus, partim infra recensebimus.

Munificentia Constantini.

Donatio Constantini.

b *Sedit annis 23. mensibus decem, diebus* 11.] Silvester cum sedisset annis viginti uno, mensibus undecim minus uno die, migravit e vita pridie Kalendarum Januarii, anno Christi nati 335. Alii quidem aliter, [illegible] de Roman. pontif. ejus ingressus ponatur sub consulatu Volusiani, tempore Constantini (sic enim hic legendum est) rursum vero Marci successoris illius subrogatio ponatur sub consulatu Nepotiani atque Facundi, qui incidit in annum Christi 336. sane ann. 335. Silvester excessisse nequaquam potuit. Baronius in appendice decimi tomi ad annum 324. numero 8.

Sedis tempus Silvestri.

c *Hic in exilio fuit in monte Soracte.* Silvestrum crudelitatem imperatoris metuentem ab urbe exulasse, præter acta ipsius, probabiliter indicant Zosimus libro secundo, Sozom. libri primi cap. 5. ex eo quod Constantinus criminis sui expiationem quærens, non Romanum antistitem, sed peregrinum hominem, Osium nimirum Cordubensem episcopum consuluisset. *Horum*, inquit Zosimus, *sibi conscius, & propterea contempta sacramentorum religionis, ad flamines accedens, admissorum lustrationis poscebat. Illis respondentibus, non esse traditum lustrati nis modum, qui tam fœda piacula posset eluere, quidam Hispanus genere cui nomen esset Ægyptius,* (ita Osium episcopum Cordubensem appellat; tum quod a suscepta legatione ex Ægypto rediisset, tum etiam quod, quales erant pene omnes Ægyptii, omnesque gentilium opinione Christiani sacerdotes, magum esse putaverit) *Romam delatus, & ad Constantini colloquium admissus, sententiam doctrinæ Christianorum habere vim abolendi quodcumque peccatum confirmavit,* &c. Baron. ann. 324. num. 17. & 27.

d *Rediens cum gloria.*] quippe qui jussu beatorum Petri & Pauli, noctu per quietem & somnum imperatori apparentium, ab exilio revocatus in urbem rediit. Acta Silvestri, quæ recitantur ab Hadriano papa, concil. Nicæno II. act. I. Item tomo secundo epistolarum decretalium.

e *Baptizavit Constantinum Augustum.*] Constantinum anno Christi 324. Crispo & Constantino tertium consulibus baptizatum esse, Romanum conciliū prædictis consulibus celebratum, apertissime probat. In exordio enim illius concilii hæc narrantur: *Eodem tempore,* (Crispo nimirum & Constantino tertium consulibus, ut ex subscriptione constat,) *cum multi nobiles gauderent, quod Constantinus baptizatus a Silvestro episcopo urbis Romæ, & mundatus fuisset a lepra; pro hoc beneficio, quod accepit a domino nostro Jesu Christo, per Silvestrum episcopum, cœpit integre prædicare dominum Jesum Christum, & confiteri ejus beneficia,* &c. Auctoritate ejusdem concilii Anastasius bibliothecarius in chronico perbrevi, quod scripsit, recenset Constantini baptismum Romæ habitum anno imperii illius decimo octavo, nimirum 324. Christi nati, quo 18. Constantini finitur, & 19. inchoatur. Hæc eadem testimonio Zosimi libro 2. aliorumque Gentilium, quorum Sozomenus lib. I. c. 5. meminit, confirmantur. Horum enim omnium una eademq; est sententia, Constantinum post Crispi filii necem, de crimine admisso pœnitentiam agentem, ejusq; expiationem solicite quærentem, Gentilibus & Christianis auctoribus didicisse, veniam parricidii non nisi per baptismum recte ac legitime administratum obtineri posse, ideoque baptismate Christianorum suscepto, ab omni corporis & animi contagione abluendum fore. Accedit, quod historicorum fere omnium consensu communi receptum sit, imperatorem concilio Nicæno universali, quo non tantum de moribus, verum etiam de fide disputabatur, interfuisse, adeoque ante baptismate initiatum fuisse: cum, teste Severo libro secundo, Constantio adhuc catechumeno Mediolanensi concilio interesse non fuerit permissum. Baronius anno prædicto numero 17. & sequentibus usque ad trigesimum. Item anno 355. num. undecimo. Quod Eusebius Pamphili episcopus Cæsareæ Palæstinæ, libro 4. in vita Constant. cap. 61. & 62. affirmat Constantinum in extremo vitæ cursu multis annis post celebratum Nicænum concilium in suburbiis Nicomediæ ab Eusebio Nicomediensi Arianorum antesignano baptizatum, impium & ab ecclesia catholica penitus alienum ex hac vita migrasse, figmentum est in gratiam Constantii imperatoris Ariani, ab Arianorum signifero (ita eum Hieronymus appellat in chron.) excogitatum. Græci in suo Menologio Constantinum inter sanctos retulerunt: universa ecclesia nomen piissimi imperatoris, teste Nicolao epistola ad Michaelem imperatorem, ex Diptychis recitare consuevit. Patres concilii Calchedon. Marcianum virum piissimum ac religiosissimum, Novum Constantinum acclamarunt, quomodo, si quem Eusebius dolose scribit ab Ariano baptizatum, impie decessisse, ecclesia catholica tantopere commendabit? Tuo ipsius, Eusebi, testimonio constat, imperatorem ipso sacratissimo paschatis tempore sacris mysteriis interfuisse, & in sacro Nicæno conventu sedem inter episcopos habuisse; quomodo hæc omnibus aliis catechumenis & peccatoribus interdicta, imperatori multis peccatis obnoxio, & adhuc catechumeno concessa fuisse opinaris? Præterea lib. 3. cap. 3. ais imperatorem multis annis ante finem vitæ se in tabula depicta omnium oculis contemplandum proposuisse, salutareque passionis insigne supra caput imaginis locatum in pictura expressisse; inimicam autem illam & hostilem belluam, quæ ecclesiam Dei impiorum tyrannide oppugnasset, in altum demersam, draconis specie & figura describendam curasse. Hæc quo pacto Constantino applicari possunt, si nondum baptizatus erat? siquidem omnis catechumenus & energumenus, tantumque abest ut ipsum serpentem occidat, ut potius ab eo possideatur: nam aliter a catechumeno non expellitur, quam per baptismum, qui est mare illud, in quod serpens enecatus demergitur. Sed dices, in extremo vitæ fine baptizatum fuisse, testatur sanctus Ambrosius in oratione habita in funere Theod. ubi hæc ait. *Cui licet baptismi gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen, quod primus imperatorum credit, & post se hereditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Respondeo, nisi hæc de illa ægritudine, a qua omnium medicorum auxilio destitutus, per Silvestrum liberatus est, intelligas; ipse eodem verborum contextu sibi contraria locutus erit: nam quomodo magni, ut ait, meriti Constantinus est, si ab Arianis baptizatus decessit? Quod autem in chronicis Hieronymi scribitur, Constantinum extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatum, in Arianum dogma declinasse, surreptitium est, & ab alio potius, quam a sancto Hieronymo suppositum. Demum, quod objicitur synodicam Ariminensis concilii epistolam ad Constantium scriptam, quam Theod. libri secundi cap. 29. Socrates libri secundi cap. 29 Sozomenus libri quarti cap. 17. recitant, evidenter attestari, Constantino imperatori paulo ante mortem baptismatis sacramentum administratum fuisse; non tam mendose, quam falso ibidem auctorum vel librariorum culpa scriptum est. Sanctus enim Athanasius in commentario illo, quem de synodo scripsit, eamdem ipsam episcoporum epistolam ad Constantium scriptam recitat, in qua loco Constantini, Constantem habet: hæc enim ibidem scribit: *Fuitque nobis persuasissimum, iniquum esse, cum imperator Constans ab obitu suo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura & diligentia conscriptam promulgarit, tunc demum ex quo ille baptizatus ex hominibus in requiem sibi debitam translatus est,* (nimirum, paulo post susceptum baptismum a Magnentio tyranno necatus.) Baronius anno domini 324. num. 18. 27. & sequentibus, usque ad num. 55. Vide epistolam I. concilii Ariminensis sub Liberio infra.

Constantinum anno 324. baptizatum esse, probatur conciliis. Anastasii.

Zosimi aliorumque gentilium testimonio.

Probatur rationibus.

Refellitur sententia Eusebii; de baptismo Constantini.

Refellitur objectio ex Ambros.

Refellitur objectio ex chronic. Hieronym.

Refellitur objectio ex concilii. Ariminens. epistola.

De suscepto baptismate acta emendatiora historiam hanc referunt: quod cum ad mandatum Silvestri pontificis septem diebus regia corona deposita, in pœnitentia solitarium egisset, & fideles publicas preces atque jejunium hanc ob causam indictum celebrassent, sabbato adveniente & fonte ex more precibus benedicto, in cumque Constantino simul ingresso & baptizato, cælitus divinum splendorem affulsisse, & quod a lepra animi & corporis mundatus esset, Christum eidem illo fulgore apparentem, manu porrecta congratulatum esse. Hæc ex actis probatissimis Silvestri, quæ ab Hadriano epistola quadam decretali, & concilio Nicæno II. act. prima citantur. Baronius numero 41. anno præcedenti.

Quid sit hoc baptismate Constantini acciderit?

f *Quem curavit dominus a lepra.*] Constantius filius Constantini eam historiam, qua parens ob scelera a se atrocissima commissa, lepra percussus fuerat, summo studio obliteratam esse cupivit; ideoque accidisse opinor, ut adulatoris potius quam historici officio perfunctus Eusebius, sicut baptismū imperatoris in fine vitæ susceptum falso & dolose narravit; ita historiam lepræ, ut scilicet filio placerent primi curas

Constantius imperator historiam patris a lepra curati supquas vir.

quas scripserat fabulas, studiose suppresserit. Quod vero Liberius actis quibusdam a se conscriptis in vulgus sparsisset, Constantinum per Silvestrum a lepra mundatum fuisse, Constantinum imperator ob eam causam non modo graviter in eum commotus est, sed etiam eidem gravia comminatus est, de quibus infra suo loco. Ne putes acta Silvestri, multis erroribus referta, hac in re vacillare & fide destitui, scias idem a patribus Romani concilii sub Silvestro habiti, statim in principio synodalium actorum confirmari: hæc enim ibidem leguntur: *cum multi nobiles gauderent, quod Constantinus baptizatus a Silvestro urbis romæ episcopo, & mundatus fuisset a lepra; pro hoc beneficio, &c.*

Historia Constantini a lepra curati defenditur.

Quem curavit dominus a lepra.] De Constantini lepra, & per baptismum curatione facta, futuris sæculis eadem credita, atque absque ambiguitate recepta esse, Gregorius Turonensis, cum agit de baptismo Clodovei Francorum regis, testatus his verbis: *procedit novus Constantinus ad lavacrum, deleturus lepræ veteris morbum, sordentesque maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus.* Eadem in vita sancti Remigii, quam Hincmarus descripsit. Quid, quod nec gentiles historici hujus rei admirabilem historiam tacuerint? Inter alios [u] Michael Glycas in suis annalibus libro quarto, hæc de Constantino scripsit: *secundum hæc denuo per uxorem Faustam ad deastrorum cultum exorbitantem, Deus per lepram retraxit*, &c. Christianorum igitur ac gentilium scriptorum testimonio firmata, vera sunt, quæ de lepra Constantini in actis Silvestri narrantur; quod nimirum Constantinus imperator adhuc avita sectatus, adversus Dei ecclesiam persecutionem concitaverit; ad quam evitandam, Silvester una cum aliquibus suis secreta montis Soractis petierit: quodque Constantinus ob admissa flagitia a Deo lepra percussus, juxta responsum quod ab aruspicibus acceperat, e vilioribus personis infantes, quorum sanguine curaretur, ad necem quæri mandaverit quidem, verum matrum planctu ad miserendum commotus, a nece abstineri, matresque cum suis infantulis muneribus donatas dimitti præceperit: quod domum illi cubanti ideo beati apostoli Petrus & Paulus apparuerint, & ut Silvestrum in monte latentem accersat, & ab eo baptizetur, admonuerint: quo suscepto, a lepra corporis subito mundatus ac curatus fuerit. Vide acta Silvestri, quorum fragmenta in concilio Nicæno recitata, & ab Hadriano contra Iconoclastas producta reperiuntur: epistola prima Hadriani papæ I. ad Constantinum & Irenem: item epistola tertia ad Carolum regem Francorum: item actione prima concilii Nicæni II. Item a Baronio anno domini 324. num. 32. & sequentibus confirmata.

[u] Christianus hic fuit, quem nos G & L. nuper edidimus.

Bona temporalia possidere ecclesiæ licet.

[g] *Ubi & hæc dona contulit: patenam argenteam*, &c.] Hæc quæ sequuntur confirmant ea quæ supra diximus, non esse illicitum ecclesiæ bona ad cultum & honorem Dei, ad ministrorum sustentationem collata, possidere: de quibus vide quæ supra diximus in notis ad epistolam secundam Pii I. verbis, *ne prædia.* item in vita Zephyrini, verbis, *ut patenas.* & ad vitam Urbani, verbis, *Hic fecit ministeria*, &c. & notas ejusdem Urbani epistolæ, verbis, *Scimus vos non ignorare.*

[h] *Hujus temporibus factum est concilium.*] de quo vide infra.

[i] *Et in urbe Roma.*] Vide notas ad concilium Romanum III. sub Silvestro infra.

Chrisma a solo episcopo quando consecrari debet.

[k] *Constituit & chrisma ab episcopo confici.*] Christi institutione constitutum est, ut chrismatis benedicendi solus episcopus minister sit, ut diximus in notis ad epistolam Urbani, & Fabiani I I. Unde quomodo hæc intelligenda sint, patebit.

Sacramentalis unctio chrismatis in fronte presbyteris interdicta.

[l] *Hic & hoc constituit, ut baptizatum liniat presbyter.*] Hæc non de sacramentali unctione chrismatis in frontibus, sed de ea ceremoniali unctione, quæ in solenni baptismo fit in vertice baptizandi, intelligenda esse, testatur Hugo Victorinus libro secundo de sacramentis, pagina septima, capite tertio: ubi hanc constitutionem Silvestri referens, dicit: *Primis temporibus omnis unctio chrismatis per solos pontifices fiebat: sed postquam constitutum est, ut baptizatum sacerdos in vertice liniat, consignatio tamen frontis solis pontificibus reservatur.* Unde patet hanc ceremoniam olim presbyteris interdictam, & non nisi cum licentia episcopi ab iisdem usurpatam fuisse. Quod idem confirmatum est concilii Toletani I. capite vigesimo, ubi dicitur: *Statutum est diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo; præsente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum*, &c Vide Suarez de sacramento confirmationis disputatione trigesima sexta, sectione secunda, & notas ad canonem 20. concilii Toletani I.

Usus dalmaticæ.

[m] *Ut diaconi dalmaticis.*] Quid dalmatica, supra in Eutychiano diximus. Usus dalmaticæ olim episcopis dumtaxat concessus, auctore Silvestro, & concilii Romani can. 6. est præceptus. Nunc autem illis diaconi & subdiaconi utuntur. Suarez tomo 3. disput. 82. section. 2.

[n] *Ut sacrificium altaris non in serico.*] Confirmatur hac constitutione Silvestri pontificis, quod ab Eusebio prædecessore statutum fuerat; ut consecratio corporis domini fiat super palla quadam consecrata, linea non serica. Idque communi consensu & consuetudine, Beda & Burchardo testibus, in ecclesia receptum est, & ex concilio Rhemensi capite tertio confirmatum, can. sacratas, distinctione 24. appellatur palla sacra, quia est veluti pallium & indumentum Christi in altari. Communiter vero appellatur corporale: quia sindonem repræsentat, qua corpus Christi involutum fuit; vel quia in eo corpus domini superponitur. Vide Alcuinum, Durandum, aliosque plures, qui de divinis officiis scripserunt. Suarez tom. 3. disput. 81 sect. 6.

Corporale super quo fit consecratio, lineum esse debet.

Cur dictum sit corporale.

[o] *Hujus temporibus fecit.*] Hæc, quæ deinceps sequuntur, huc translata sunt ex libello de munificentia Constantini, quem Anastasius bibliothecarius ex archivis sacræ Romanæ ecclesiæ in lucem edidit. Baron. ann 324. num. 55. & 63. & 67.

Libellus de munificentia Constantini.

[p] *Basilicam Constantinianam.*] Hæc alias Lateranensis appellatur, ideo quod Constantino fundatore in monte Cælio in amplissimis ædibus Laterani ædificata sit: quas ædes Constantinus primum Faustæ Augustæ, ac deinde Melchiadi papæ cesserat. Nam concilium illud, quod in causa Cæciliani sub Melchiade celebratum esse supra diximus, in Laterano in domo Faustæ habitum fuit. Vide Baronium anno 312. numero octavo & sequentibus. Item anno 324.

Basilica Lateranensis.

[q] *Salvatorem sedentem.*] Salvatoris imaginem 5. pedes altam, a qua celebri salvatoris imagine, cui basilica etiam dicata fuit, dicta fuit basilica salvatoris potius quam Constantiniana; ad differentiam alterius basilicæ ejusdem nominis, publicis negotiis mancipatæ, quæ posita erat in regione tertia apud templum pacis, ut habent Sixtus Rufus, & Publius Victor. Baronius anno prædicto, num. 68.

Basilica salvatoris cur sic dicta?

[r] *Ubi ardent Balsami libræ*, &c.] Balsamum summi precii oleum, quod profusissimus principum Heliogabalus (ut scribit Lampridius in Heliogabalo) in lucernis exhibuit, quod Constantinus cultui sacræ religionis applicasse invenitur. Baronius numero 56.

Balsamum Heliogabalus profudit.

[s] *Basilicam B. Petro*, &c.] S. Paulinus, qui hoc eodem quarto sæculo vixit, ad Alethium scribens, epi. 31. basilicæ S. Petri meminit his verbis: *Quanto ipsum apostolum attollebas gaudio, cum totam ejus basilicam densis inopum cœtibus stipavisses, vel qua sub alto sui culminis mediis ampla laquearibus longum patet, & apostolico eminus solio coruscans ingredientium lumina stringit, & corda lætificat*, &c.

S. Paulin. de eccles. B. Petri quid

[t] *Cujus loculum cum corpus S. Petri.*] De Petri apostoli sepultura S. Gregorius papa in epist 30. lib. 3. ad Constantiam Augustam tradit, ad 15. pedes extra Petri sepulcrum fuisse desuper locum illum argento contectum: quod cum ipsius decessor mutare voluisset, apparente signo quodam, non parvo terrore absterritum, ab hujusmodi consilio destitisse. Baronius præd. ann. num. 63.

Miraculum de sepulcro S. Petri.

[v] *Calices aureos tres*, &c.] Hæc quæ sequuntur vasa & ornamenta basilicæ S. Petri collata, sunt eadem illa, quæ post 86. annos, cum ab Alarico urbs capta est, occultata apud sacram virginem, & inventa, ut tradit Oros. lib. 7. cap. 39. præ magnitudine, pulchritudine, pondere & diversitate, Gothos attonitos reddiderunt, & ab iisdem, divino numine sic disponente, cum honore eidem basilicæ restituta sunt. Baron. num. 64.

Vasa & ornamenta ecclesiæ a sacrilegio defensa.

[x] *Fecit basilicam B. Paulo apostolo.*] Basilica Pauli, quæ cum esset ædificata, ubi corpus ejus positum erat, inter viam Ostiensem & Tiberim, angustia loci interjacentis non potuit, ut par erat, amplioribus spatiis ædificari; Valentinianus autem junior imperator, prætergressus viam illam, amplissimam reddidit Vide Baron. ann. 324 num. 66.

Basilica Pauli a Constantino cœpta, a Valentiniano aucta.

[y] *Eodem tempore fecit basilicam in palatio Sessoriano.*] Hanc basilicam post crucem ann. Christi 326. inventam, ædificatam esse, crucis particula in eadem religiosissimo cultu collocata, evidenter ostendit: sed cur quæso in atrio Sessoriano, apud Veneris & Cupidinis templum? Ut scilicet juste ulcisceretur immane scelus, quod a gentilibus in odium crucis fuerat perpetratum: dum in sancto Golgotha in crucis rupe (quod testatur S. Hieronym. epist. 13.) impudica Veneris statua fuerat collocata, & locus ipse crucis titulo adeo illustratus, ab iisdem Venerarium appellatum. Quamobrem, templum Veneris, quod Romæ præ aliis celebre erat, dignum visum est, ut cum ignominia eversum, sanctissimæ cruci cederet, quæ, proculcatis impudicitiis, virtutum omnium splendore nitesceret. Baron. ann. 324. num. 105.

Cur hæc basilica apud templum Veneris extructa.

[z] *Eodem tempore fecit basilicam Agnetis.*] Rogatu filiæ Constantiæ hanc basilicam extruxisse certum est; quo tempore, incertum est. Nam quo tempore & soror & filia imp. baptizatæ sunt, non constat. Qua autem visione admonita filia Constantia fuerit, apud Ambrosium ferm. de pass. Agnetis, res gesta ab incerto auctore narratur. verba illius vide apud Baron. num. 107. Constantia altera, cujus hic fit mentio, soror Constantini, & relicta Licinii uxor, illa, quæ aliquando rat.

[z] Constantia filia Constantini. Constantia soror Constantini imaginem Christi videre desiderat.

ANNO CHRISTI 314.

quando Nicomediæ cum ageret, titulo Auguſtæ clariſſima,
miro ardore ſuccenſa videndi Chriſti humani generis re-
demptoris, quem Deum colebat, imaginem, ut voti com-
pos fieret, ad Euſebium Pamphili Cæſareæ totius Palæ-
ſtinæ, in qua Chriſtus verſatus erat, metropolitanum epi-
ſcopum literas dedit, ut patet ex epiſt. reſponſoria, qua
idem Euſeb. prædictæ Conſtantiæ reſpondit: extat act. 6.
in concil. Nicæn. II. Vide Baronium num. 109.

Sepulchra martyrum olim confeſſiones appellata. Cultus reliquiarum.

[a] *Baſilicam B. Laurentio.*] Hic notat Baronius loca ubi
corpora martyrum ponebantur, uſu priſco confeſſiones
appellata, & ſumptuoſiſſime exornata eſſe: ipſas vero
corporum reliquias olim in cœmeteriis & receſſibus ſub-
terraneis, nunc erectis deſuper baſilicis, iiſque auro & ar-
gento exornatis, coli ac venerari cœpiſſe.

[b] *In urbe Neapoli.*] In honorem apoſtolorum & marty-
rum, teſte Adone in chron. Vide Baronium ann. 324. num.
115. &c.

Epiſtola Silveſtri papæ de confirmatione concilii Nicæni
extat infra in notis ad concilium Nicænum.

Acta Silveſtri papæ germana & authentica, a Græcorum
corruptelis expurgata, ſummatim deſcripta, vide in epi-
ſtola prima Hadriani papæ I. ad Conſtantinum & Irenem
imperatores: & epiſtola tertia ejuſdem Hadriani, ad Caro-
lum regem Francorum. Quibus locis, quibuſque tempori-
bus eadem acta per impoſtores Græcos corrupta fuerint,
vide infra in notis ad edictum Conſtantini imperatoris,
cui eadem acta inſerta leguntur.

[a]CONCIL. ARELATENSE I.

CONSTANTINI MAGNI IVSSV IN
Cæciliani & Donatiſtarum cauſa [b] celebratum
Voluſiano & Anniano coss. anno Chriſti
CCCXIV. Silveſtri papæ primo, Conſtantini
ejuſdem Auguſti nono, cum Marinus ejus
urbis eſſet epiſcopus.

[a] ex conjectura P. Sirmondi dumtaxat.

EPISTOLA CONSTANTINI AVG. ad vicarium[a] Africæ, ut Arelatem ad concilium ire jubeat partes inter quas erat controverſia.

[2] Elafio, vel ut alii Ablabio, ſive Ablavio, nõ minus recte Æliano, qui fuit proconſul ut ex geſtis purgationis Cæciliani conſtat, quę paulo poſt referemus, & ex ep. ad Probianum ſucceſſorẽ. Qua de re in Notis plura.

CONSTANTINVS AVGVSTVS [2] ÆLAFIO.'

IAM quidem antehac, cum perlatum fuiſſet
ad ſcientiam meam, apud Africam noſtram
plures veſano furore vanis criminationibus con-
tra ſe invicem ſuper obſervantia ſanctiſſimæ fidei
catholicæ' diſſidere cœpiſſe, dirimendæ diſſen-
ſionis hujuſmodi cauſa placuerat mihi, ut ad
urbem Romam tam Cæcilianus Carthaginenſis D
epiſcopus, contra quem vel maxime univerſi
ſæpe me convenerant, quam etiam aliqui ex his,
qui ei quædam objicienda crediderant, præſen-
tiam ſui exhiberent. Nam etiam ad ſupradictam
urbem noſtram Romam quoſdam epiſcopos ex
Galliis ire præceperam; ut tam hi pro integri-
tate vitæ ſuæ, atque laudabili inſtituto, ſed &
ſeptem ejuſdem communionis, quam etiam ur-
bis Romæ epiſcopus, atque illi qui cum iiſdem
cognoſcerent, poſſent rei quæ videbatur eſſe
commota, finem debitum adhibere. Qui quidem
ea quæcumque in præſentia eorum fuerunt geſta,
cuncta ad ſcientiam meam etiam actis habitis re-
tulerunt; verbo inſuper affirmantes, quod ju- E
dicium ſuum pro rerum fuiſſet æquitate de-
promptum: eoſque potius cauſæ obnoxios eſſe
dicentes, qui contra Cæcilianum' quædam pu-
taverunt commovere. adeo ut iſtud poſt judi-
cium habitum Africam ipſos remeaſſe perhibe-
rent. Inde propter hæc omnia probabili rerum
æſtimatione ſperaveram, quod omnibus omni-
no ſeditionibus & contentionibus, quæ ab iis
hominibus videbantur ſubito commotæ, finis
debitus fuiſſet impoſitus. Sed cum dictationis
tuæ ſcripta legiſſem, quæ ad Nicaſium & cete-
ros ſuper iiſdem ſimulationibus gravitas tua mit-

' diſcedere.

A tenda crediderat, evidenter agnovi, quod ne-
que reſpectum ſalutis ſuæ, neque, quod eſt
maius, Dei omnipotentis venerationem ante
oculos ſuos velint ponere. Siquidem ea agere
perſiſtant, quæ non modo ad ipſorum dedecus
infamiamque pertineant, ſed etiam his homini-
bus detrahendi dent' facultatem, qui longe ab
hujuſmodi ſanctiſſima obſervantia ſenſus ſuos
noſcuntur avertere. Nam id quoque te ſcire con-
venit, quod ex iiſdem venerunt, aſſerentes
quod minus dignus idem Cæcilianus cultu' ſan-
ctiſſimæ religionis habeatur. Et contra id quod
iiſdem reſponderam, fruſtra eos id jactare,
quippe cum res fuiſſet apud urbem Romam ab
B idoneis ac probatiſſimis viris epiſcopis termina-
ta, obnixe ac pertinaciter reſpondendum æſti-
maverunt, quod eorum omnis cauſa non fuiſ-
ſet audita; ſed potius iidem epiſcopi quodam
loco ſe clauſiſſent, & prout ipſis aptum fue-
rat, judicaſſent. Quare cum hæc tot & tanta
nimium obnixas diſſenſiones protrahere pervi-
derem, ita ut nullomodo finis iiſdem dare poſ-
ſe videretur, niſi & Cæcilianus idem, & ex his
qui contra eum diſſident, tres aliqui in judicium
eorum, qui cum Cæciliano ſentiunt conſen-
ſumque debent, ad Arelatenſe oppidum vene-
rint: injungendum ſolertiæ tuæ duxi, ut mox
has literas meas acceperis, cum Cæcilianum ſu-
C pradictum, cum aliquibus ex his quos ipſe de-
legerit; (ſed & de Byzacenæ, Tripolitanæ, Nu-
midiarum, & Mauritaniarum provinciis, ſingu-
li quique aliquantos ex ſuis perducere debe-
bunt, quos ipſi putauerint eligendos) ſed etiam
aliquos qui contra eumdem Cæcilianum diſſen-
tiunt, data evectione publica, per Aſticam &
Mauritaniam, inde ad Hiſpanias brevi tractu
facias navigare. Et inde nihilominus his in ſin-
gulis epiſcopis ſingulas tractorias tribuas, ut
ipſi ad ſupradictum locum intra diem Kalenda-
rum Auguſtarum poſſint pervenire: celeriter in-
timaturus iiſdem, ut antequam proficiſcantur,
debeant diſponere, quatenus abſentibus ipſis &
diſciplina competens habeatur, & nulla forte
ſeditio, vel aliquorum altercatio, quæ ad ma-
ximum dedecus ſpectet, oriatur. De cetero ple-
na cognitione ſuſcepta finis adhibeatur. Quia
cum præſentiam ſui exhibuerint, univerſa quæ
nunc in contentione eſſe noſcuntur, non imme-
rito finem debent accipere maturum, ut pro-
tinus poſſint terminari atque componi. Nam
cum apud me certum ſit, te quoque Dei ſummi
eſſe cultorem, confiteor gravitati tuæ, quod ne-
quaquam fas eſſe ducam, ut ejuſmodi conten-
tiones & altercationes diſſimulentur a nobis, ex
quibus forſitan commoveri poſſit ſumma divi-
nitas, non ſolum contra humanum genus, ſed
etiam in meipſum, cujus curæ nutu ſuo cæle-
ſti terrena omnia moderanda commiſit, ut ſecus
aliquid hactenus incitata decernat. Tunc enim
revera & pleniſſime potero eſſe ſecurus, & ſem-
per de promptiſſima benevolentia potentiſſimi
Dei proſperrima & optima quæque ſperare, cum
univerſos ſenſero debito cultu catholicæ reli-
gionis ſanctiſſimum Deum' concordis obſervan-
tia fraternitatis venerari.

ANNO CHRISTI 314.

' facilitatẽ

Vide Auguſtini epiſtolas 68. 162. 165. & lib. I. contra epiſtolam Parmeniani cap. 8.

' ſinceriſſimæ.

' concordi obſervantiæ fraternitate.

[a] Apud Eusebium extat lib. x. hist. eccles. c. v.

Exemplum alterius[a] epistolæ Constantini ad episcopum Syracusanum, ut cum duobus aliis pergat ad Concilium Arelatense.

A

CONSTANTINVS AVGVSTVS Chresto episcopo Syracusano.

[b] Alia est a versione Christophorsoni.

IAM quidem & antea[b], cum quidam improbo ac perverso studio de sancti cælestisque numinis cultu & fide catholica dissidere cœpissent, ad resecandas illorum hujusmodi contentiones ita constitueram, ut missis aliquot e Gallia episcopis, tum advenire jussis ab Africa iis, qui diversarum partium erant, atque obnixius inter se, pertinaciusque contendebant, præsente insuper Romano episcopo, posset id omne, quod commotum B videbatur, præsentibus ipsis accurata disceptatione componi. Sed quia nonnulli, ut fere fit, suæ ipsorum salutis, & reverentiæ, quæ sanctissimæ fidei debetur, obliti, privatas adhuc simultates exercere non cessant, dum prolato jam judicio acquiescere nolunt, causanturque a paucis videlicet dictas sententias fuisse, atque hos ipsos non omnibus quæ inquiri ante oportebat, diligenter examinatis, ad depromendum judicium præpropere festinanterque processisse Quo fit, ut & ipsi, quos fraternum & concordem animorum consensum retinere par erat, turpi aut nefaria potius dissensione discrepent, & aversis a sanctissima religione hominibus ludibrii occasionem præbeant. Pro- C pterea mihi sedulo providendum fuit, ut hæc quæ post judicium prolatum sedari voluntario assensu debuerant, vel nunc tandem multis præsentibus exitum sortiantur. Quoniam ergo plurimos ex diversis compluribus locis episcopos in Arelatensiũ oppido ad Kalendas Augusti convenire præcepimus, tibi etiam per literas significandum duximus, ut accepto a clarissimo viro Latroniano correctore Siciliæ publico vehiculo, cum duobus aliis secundæ sedis, quos ipse deligendos judicaveris, tribusque una famulis, qui vobis in via ministrent, adscitis, designatum in locum ad diem prædictam te conferas: ut per gravitatem tuam, & ceterorum qui conventuri sunt, unanimem con- D spirantemque prudentiam, dissidium hoc, quod male hactenus per fœdas quasdam contentiones perseverat, omnibus auditis, quæ ab iis qui inter se nunc dissident, quosque pariter adesse iussimus, in medium proferentur, ad debitam religionem & fidem, fraternamque concordiam, vel sero tandem revocari queat. Incolumem te Deus omnipotens multis annis custodiat.

[b] ** EADEM G. ET L. EX VERSIONE VALESII.

Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δι' ἧς προστάττει δευτέραν γενέσθαι σύνοδον ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν τῶν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν.

E

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων. ἤδη μὲν πρότερόν τε ὅ φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου δυνάμεως καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιΐστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διατετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας καταλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων. παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοι τινὲς καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι. καὶ διοριζόμενοι ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξηνέγκαν, ἢ καὶ μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν, ἔκ τε B τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς, μᾶλλον δὲ μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι· καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας, ταύτην πρόφασιν χλεύης διδόναι· ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν, αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτὲ δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρεταλησίων πό- C λιν εἴσω Καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λαξωνιανοῦ τοῦ κοντήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβὼν, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν διά τε τῆς σῆς στερρότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι' αἰσχράς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, D ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, οὕσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν, κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι. ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.

Exemplum epistolæ Constantini imperatoris, qua alteram episcoporum synodum fieri iubet, ut omnis episcoporum dissensio tollatur.

CONSTANTINVS Augustus Chresto Syracusanorum episcopo. Iam quidem antea cum nonnulli pravo ac perverso animo à sancta religione cælestique virtute & ab ecclesiæ catholicæ sententia dissidere cœpissent, hujusmodi eorum contentionem præcidere cupiens ita constitueram, ut missis e Gallia quibusdam episcopis; accitis etiam ex Africa iis qui duas in partes divisi, pertinaciter inter se atque obstinate contendunt; præsente quoque Romanæ urbis episcopo, id quod commotum fuisse videbatur, sub horum præsentia posset diligentissima examinatione componi. Sed quoniam nonnulli, ut fere fit, & propriæ salutis & venerationis quæ sanctissimæ fidei debetur obliti, privatas adhuc

ANNO CHRISTI 314.

adhuc simultates prorogare non cessant: prolatæ jam sententiæ acquiescere nolentes, asserentesque paucos admodum episcopos sententiam tulisse, qui nec omnibus quæ prius inquiri oportebat diligenter excussis, ad depromendum judicium properanter accessissent. Vnde fit ut & ipsi quos concordi ac fraterno inter se animo esse decuerat, turpi seu potius detestanda secessione dissideant; & iis hominibus qui a sanctissima religione alieno sunt animo, subsannandi occasio præbeatur. Idcirco mihi sedulo providendum fuit, ut hæc quæ post depromptum judicium voluntaria assensione jam finita esse debuerant, nunc tandem multorum interventu finem possint accipere. Quoniam igitur plurimos ex diversis ac prope infinitis locis episcopos in urbem Arelatensem intra Kalendas Augusti jussimus conveni re: tibi quoque scribendum esse censuimus, ut accepto publico vehiculo a viro clarissimo Latroniano correctore Siciliæ, adjunctis tibi duobus secundi ordinis quos tu eligendos putaveris, tribus item servulis qui in itinere vobis ministrare possint, intra eumdem diem ad prædictum locum occurras; quod tum per tuam gravitatem, tum per ceterorum in unum coeuntium unanimem concordemque solertiam controversia hæc quæ per fœdissimam altercationem ad hoc usque temporis perduravit, auditis omnibus eorum qui nunc inter se dissident, quos etiam adesse jussimus, allegationibus, ad congruam religionis & fidei observantiam fraternamque concordiam tandem aliquando possit revocari. Incolumem te Deus omnipotens diutissime servet.

4 EPISTOLA SYNODI ARELATENSIS ad Silvestrum papam, de rebus in ea gestis, & canonibus ab ea constitutis.

Dilectissimo papæ Silvestro, Marinus, Agrœcius, Natalis, Theodorus, Proterius, Vocius, Verus, ' Probatius, Cæcilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitausus, ' Termatius, Merocles, Pardus, Adelfius, Hibernius, Fortunatus, Aristasius, Lampadius, Vitalis, Maternus, Liberius, Gregorius, Crescens, Avitianus, Dafnus, Orientalis, Quintasius, Victor, Epictetus, in domino æternam salutem.

' Probatianus. ' Terminatius.

COMMVNI copula caritatis & unitate matris ecclesiæ catholicæ vinculo inhærentes, ad Arelatensium civitatem piissimi imperatoris voluntate adducti, inde te, ' gloriosissime papa, commerita reverentia salutamus. Vbi graves ac perniciosos legi nostræ atque traditioni, effrænatæque mentis homines pertulimus: quos & Dei nostri præsens auctoritas, & traditio ac regula veritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret, aut accusandi modus ullus, aut probatio conveniret. Ideo judice Deo & matre ecclesia, quæ suos novit & comprobat, aut damnati sunt, aut repulsi. Et utinam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesse tanti fecisses. profecto credimus, quia in eos severior fuisset sententia prolata: & te pariter nobiscum judicante, cœtus noster majore lætitia exultasset. Sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus & apostoli quotidie sedent, & cruor ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur. Non tamen

' religiosissime.

A hæc sola nobis visa sunt tractanda, frater carissime, ad quæ fueramus invitati. Sed & consulendum nobis visis censuimus: & cum diversæ sint provinciæ ex quibus advenimus, ita & varia contingunt, quæ nos censemus observare debere. Placuit ergo, præsente Spiritu sancto & angelis ejus, ut & his qui singulos quos **movebat judicare profer. mus de quiete præsenti. Placuit etiam antequ. m a te qui majores diœceses tenes, per te potissimum omnibus insinuari. Quid autem sit quod senserimus, scripto nostræ mediocritatis subjunximus. At id primo in loco de vita nostra atque utilitate tractandum fuit, ut quia unus pro multis mortuus est & resurrexit, ab omnibus tempus ipsum ita religiosa mente observetur, ne divisiones vel dissensiones in tanto obsequio devotio- B nis possint exurgere. " Censemus ergo pascha domini per orbem totum una die observari. De his quoque qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, ' in ipsis locis perseverent. De his etiam qui arma in pace projiciunt, placuit abstineri eos a communione. De Circissariis agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agunt, a communione separari. De his qui in infirmitate sunt constituti, & ' credere volunt, placuit eis manum imponi. De præsidibus autem, qui fideles sunt, & ad præsidatum consiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas C quidem accipiant ecclesiasticas communicatorias; ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopis ejusdem loci cura de illis agatur; & si cœperint contra disciplinam agere, tunc demum a communione excludantur. Et de his quidem qui in repub. agere volunt, similiter. De Afris autem, quod propria sua lege utuntur ut rebaptizent, placuit ut ad ecclesiam si aliquis hæreticus venerit, interrogent eum symbolum; & si perviderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponatur. Quod si interrogatus symbolum, non responderit trinitatem hanc, ' merito baptizetur, &c. Tunc tædians jussit omnes ad suas sedes re- D dire. Amen.

"Vetus collectio canonum mon. S. Benigni cap. 23. Item Andegavensis cap. 21. ' ut ' recedere ' tunc

5 *Synodi ejusdem editio vulgata, solos canones & episcoporum nomina complectens, cum breviario epistola suprascripta.*

SYNODVS EPISCOPORVM, QVI IN civitate Arelatensium apud Marinum episcopum ecclesiæ catholicæ, temporibus Constantini Augusti, Volusiano & Anniano coss. convenerunt.

TITVLI CANONVM.

E
I. *Vt uno die & tempore pascha celebretur.*
II. *Vt ubi quisque ordinatur, ibi permaneat.*
III. *Vt qui in * pace arma projiciunt, excommunicentur.* * bello ' prælio
IV. *Vt auriga, dum agitant, excommunicentur.*
V. *Vt theatrici, quamdiu agunt, excommunicentur.*
VI. *Vt in infirmitate conversi manus impositionem accipiant.*
VII. *De fidelibus, qui præsides fiunt, vel rempublicam agere volunt.*
VIII. *De baptismo eorum qui ab hæresi convertuntur.*

IX. *Ut qui confessorum literas afferunt, aliasa accipiant.*
X. *Ut is cujus uxor adulteraverit, aliam illa vivente non accipiat.*
XI. *De puellis quæ gentilibus junguntur.*
XII. *Ut clerici fœneratores excommunicentur.*
XIII. *De iis qui scripturas sacras, vasa dominica, vel nomina fratrum tradidisse dicuntur.*
XIV. *Ut qui falso accusant fratres suos, usque ad exitum excommunicentur.*
XV. *Ut diacones non offerant.*
XVI. *Ut ubi quisque fuit excommunicatus, ibi communionem consequatur.*
XVII. *Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum.*
XVIII. *De diaconibus urbicis, ut sine presbyterorum conscientia nihil agant.*
XIX. *Ut peregrinis episcopis locus sacrificandi detur.*
XX. *Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.*
XXI. *Ut presbyteri, aut diacones, qui ad alia loca se transferunt, deponantur.*
XXII. *De apostatis, qui in infirmitate communionem petunt.*

BREVIARIVM EPISTOLÆ.

c *Domino sanctissimo fratri Silvestro Marinus, vel cœtus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi.*

* caritative sig.

QVID decreverimus communi consilio *caritati tuæ significavimus, ut omnes sciant quid in futurum observare debeant.

CANONES.

I.

De consec. dist. 3. De observatione paschæ.

PRIMO loco d de observatione e paschæ dominici, ut uno die & uno tempore per omnem orbem a nobis observetur, & juxta consuetudinem literas ad omnes tu dirigas.

II.

De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

III.

Ivo part. x. cap 22. ' prælio *Surius, quem tacito eius nomine exscripsit Binius, notat in cod. M S. per vetusto legi in bello; videtur que magis consentaneũ tales puniri tanquã desertores.*

De his qui arma projiciunt in ' pace, placuit abstineri eos a communione.

IV.

e De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agitant, a communione separari.

V.

De theatricis, & ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

VI.

f De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.

VII.

g De præsidibus, qui fideles ad præsidatum prosiliunt, placuit, ut cum promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo ejusdem loci cura de illis agatur, & cum cœperint contra disciplinam agere, tum demum a communione excludantur. Similiter & de his qui rempublicam agere volunt.

VIII.

De consec. dist. 4. De Arianis

* h *Binius legit* Arianis.

* de hac

7 De * Afris, quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent, placuit ut si ad ecclesiam aliquis de * hæresi venerit, interrogent eum symbolum; & si perviderint eum in Patre, & Filio, & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum. Quod si interrogatus non responderit hanc trinitatem, baptizetur.

" ** *Quidam admodum antiqui codices sic habent hunc canonem inquit Surius, quem Nicolinus & Binius exscripserunt:* De Afris, quod propria lege sua utuntur, ut rebaptizent, placuit ut si ad ecclesiam, &c.

IX.

i De his qui confessorum literas afferunt, placuit, ut sublatis eis literis accipiant communicatorias.

X.

Ivo P. viii. cap. 258.

De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit ut inquantum possit consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

XI.

De puellis fidelibus quæ gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

XII.

14. q. 4. Ministri qui fenerant.

De ministris qui fenerant, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione abstineri.

XIII.

k De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & " de his quos ordinaverint ratio subsistit, non illis obsit ordinatio. Et quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, omnino non admittantur, nisi ut supra diximus, actis publicis docuerint. *

" hi, quos ordinaverint, rationales subsistant.

* omni se suspicione, carere.

XIV.

l De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare.

XV.

De diaconibus quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI.

De his qui pro delicto suo a communione

nione separantur, placuit ut in quibuscumque locis fuerint exclusi, eodem loco communionem consequantur.

XVII.

* conculcet. Ivo part. v. cap. 228. Vt nullus episcopus alium episcopum * inculcet.

XVIII.

De diaconibus urbicis, ut non sibi tantum præsumant, sed honorem presbyteris reservent, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

XIX.

Ivo part. 5. cap. 216. De episcopis peregrinis qui in urbem solent venire, placuit eis locum dari ut offerant.

XX.

De his qui usurpant sibi quod soli debeant episcopos ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem episcopis. Si tamen non potuerit septem, infra tres non audeat ordinare.

XXI.

Ivo P. VI. cap. 172. De presbyteris, aut diaconibus, qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transferunt, placuit ut eis locis ministrent, quibus præfixi sunt. Quod si relictis locis suis ad alium se locum transferre voluerint, deponantur.

XXII.

De his qui apostatant, & nunquam se ad Ecclesiam repræsentant, ne quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate * arrepti petunt communionem; placuit eis non dandam communionem nisi revaluerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

* correpti. Vide Cypr. ep. LII. ad Antonianũ.

10 *Nomina episcoporum cum clericis suis, quinam, & ex quibus provinciis ad Arelatensem synodum convenerint.*

m CHRESTUS episcopus, Florus diaconus, ex civitate Syracusanorum, provincia Sicilia.

Proterius episcopus, Agrippa & Pinus diacones, de civitate Capuensium, provincia Campania.

Pardus episcopus, Crescens diaconus, de civitate Arpiensium, provincia Apulia.

Theodorus episcopus, Agathon diaconus, de civitate Aquileiensi, provincia Dalmatia.

Claudianus & V[illegible]us presbyteri, Eugenius & Cyriacus diac[illegible]nes, ex urbe Roma missi a Silvestro episcopo.

Merocles episcopus, Severus diaconus, de civitate Mediolanensi, provincia Italia.

Oresius episcopus, Nazarius lector, de civitate Massiliensi, provincia Viennensi.

Marinus episcopus, Salamas presbyter, Nicasius, Afer, Ursinus, & Petrus, diacones, de civitate Arelatensium, provincia Viennensi.

Verus episcopus, Bedas exorcista, de civitate Viennensi, provincia suprascripta.

Daphnus episcopus, Victor exorcista, de civitate Vasensi, provincia Viennensi.

Faustinus presbyter, de civitate Arausicorum, provincia quæ supra.

A Innocentius diaconus, Agapius exorcista, ex portu Nicaensi.

Romanus presbyter, Victor exorcista, de civitate Aptensium.

ITEM DE GALLIIS.

Imbetausius episcopus, Primigenius diaconus, de civitate Rhemorum.

* Avitianus episcopus, Nicetius diaconus, de civitate Rotomagensium. * Ausonius sive Avidanus.

Reticius episcopus, Amandus presbyter, Philomatius diaconus, de civitate Augustodunensium.

Vocius episcopus, Petulinus exorcista, de civitate Lugdunensium.

B Maternus episcopus, Macrinus diaconus, de civitate Agrippinensium.

11 Genialis * diaconus, de civitate Gabalum, provincia Aquitanica. * episcopus.

Orientalis episcopus, Flavius diaconus, de civitate Burdegalensi.

Agrœcius episcopus, Felix exorcista, de civitate Treverorum.

Mamertinus episcopus, Leontius diaconus, 12 de civitate Elosatium.

Eborius episcopus, de civitate Eboracensi, provincia Britannia.

Restitutus episcopus, de civitate Londinensi, provincia suprascripta.

C Adelfius episcopus, de civitate Colonia Londinensium. exinde sacerdos presbyter, Arminius diaconus.

Liberius episcopus, Florentius diaconus, de civitate Emerita, provincia Hispania.

Sabinus presbyter, de civitate Bætica.

Natalis presbyter, Cytherius diaconus, de civitate Ursolensium.

Probatius presbyter, Castorius diaconus, de civitate Tarracone.

Clementius presbyter, Rufinus exorcista, de civitate Cæsaraugusta.

* Termatius presbyter, Victor lector, de civitate Bastigensium. * Genesius.

Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus, de civitate Cæsariensi, Provincia Mauritania.

D Quintasius episcopus, Ammonius presbyter, de civitate Caralis, provincia Sardinia.

ITEM PROVINCIA AFRICA.

Cæcilianus episcopus, de civitate Carthaginensi, cum ipso Sperantius diaconus.

Lampadius episcopus, de civitate Utina.

Victor episcopus, de civitate Utica.

Anastasius episcopus, de civitate Beneventina.

Faustus episcopus, de civitate Tuborbitana.

Surgentius episcopus, de civitate Pocofeltis.

Victor episcopus, de civitate Legisvolumini, provincia Numidia.

E Vitalis episcopus, de civitate Verensium.

Gregor. episcopus, de loco qui est in portu Romæ.

Epictetus episcopus, a Centumcellis.

Leontius & Mercurius presbyteri ab Ostiis.

*Rescriptum * Constantini Augusti post synodum, ad episcopos qui interfuerant, ut ad suas provincias revertantur.*

* *Epistola imp. Constantini, ubi dixit, quia pars Donati, quemodo forenses sic litigant, ut denuntient & appellent imperatorem & desideret audiri post episcoporum judicata:* Ex appendice ad Optatũ pag. 283. edit. Parif.

CONSTANTINUS AUGUSTUS episcopis catholicis carissimis fratribus salutem.

ÆTERNA & religiosa incomprehensibilis pietas Dei nostri nequaquam permittit humanam conditionem diutius in tenebris oberrare,

ANNO CHRISTI 314.

oberrare; neque patitur exosas quorumdam voluntates usque in tantum pervadere, ut non suis præclarissimis luminibus denuo pandens iter salutare, eas det ad regulam justitiæ converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis, hæc eadem ex meipso metior. Fuerant enim in me primitus, quæ justitia carere videbantur; nec ulla putabam videre supernam potentiam, quæ' juxta secreta pectoris mei gererem. Equidem hæc, ut dixi, æquam fortunam debuerunt sortiri, scilicet omnibus malis redundantem. sed Deus omnipotens in cælis per sæcula residens tribuit quod non merebar. Certo jam neque dici, neque enumerari possunt ea, quæ cælesti sua in me famulum suum benivolentia concessit, sanctissimi antistites Christi salvatoris, fratres carissimi. Gaudeo igitur equidem specialiter, gaudeo quod tandem habita justissima dijudicatione, eos ad meliorem spem fortunamque revocastis, quos malignitas diaboli videbatur a præclarissima luce legis catholicæ sua persuasione avertisse. O vere victrix providentia Christi salvatoris, ut etiam his consuleret, qui jam desciscentes a veritate, quodammodo adversus ipsam arma' inducentes gentibus se copulaverant. Qui si vel nunc vera fide voluerint obsequia sanctissimæ legi deferre, intelligere poterunt, quantum sibi nutu Dei sit provisum. Et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis quibus ingenita est maxima durities animi, posse " reprehendi. Sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum sensus ingressa est divinitas propitia. Re vera enim non immerito ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus manifesta luce claret, hujusmodi esse, ut eos etiam a cælesti provisione exosos cernamus. ' quæ in ipsos tanta vesania perseverat, cum incredibili arrogantia persuadeant sibi quæ nec dici nec audiri fas est, desciscentes a recto judicio dato, quo cælesti provisione meum judicium eos comperi postulare. quæ vis malignitatis in eorumdem pectoribus perseverat. Quotiens a me jam ipso improbissimis aditionibus suis sunt condigna responsione oppressi? qui utique si hoc ante oculos habere voluissent, minime hoc ipsum interposuissent. Meum judicium postulant, qui ipse judicium Christi expecto. Dico enim ut se veritas habet, sacerdotum judicium ita debet haberi, ac si ipse " dominus residens judicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. Quid igitur sentiunt maligni homines, officia ut vere' dixit diaboli? Perquirunt sæcularia, relinquentes cælestia. O rabida furoris audacia! sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt. Equidem gentes, minora interdum judicia refugientes, ubi justitia" deprehendi potest, magis ad majora judicia auctoritate interposita ad appellationem se conferre sunt solitæ. Quid hi detractores legis, qui renuentes celeste judicium, meum putaverunt postulandum, sic sentire de Christo salvatore? Ecce jam proditores, ecce sine ulla acriori disquisitione, ipsi per semet prodiderunt facinora sua. Quæ ab ipsis sentitur humanitas, qui in ipso Deo immanes prosilierunt? Equidem, fratres carissimi, licet hæc in ipsis videantur deprehensa, nihilominus vos, qui domini salvatoris sequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc optione quid putent deligendum. ac si eos in hisdem videritis perseverare, protinus cum his quos dominus dignos cultu suo judicavit, proficiscimini & redite ad proprias sedes; meique memento te, ut mei salvator noster semper misereatur. Ceterum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem pervideant. Dedi quoque literas competentes ad eum, qui vicariam præfecturam per Africam tuetur, ut quotquot hujus insaniæ similes invenerit, statim eos ad comitatum meum dirigat, ne ulterius sub tanta claritate Dei nostri ea ab ipsis fiant, quæ maximam iracundiam cælestis providentiæ possint incitare. Incolumes vos Deus omnipotens tribuat votis meis & vestris per sæcula, fratres carissimi.

' intra

' inducentes

'deprehendi *longe melius.*

' quia in ipsis

" Qui vos audit, me audit. Detestatio procaciæ Donatistarum. ' dixi, Optatus lib. 1. contra Parmen.

" reprehendi *legendum arbitror* 'Aug ep. 68. in collat. tertiæ diei: contra ep. Petiliani l. 2. & l. 4. contra Cresconium cap. 7.

NOTÆ R. P. IAC. SIRMONDI S. I.

1 *Epistola Constantini.*] Hanc epistolam, cum altera synodica ad Silvestrum, primus ante annos XL. in lucem dedit Petrus Pithœus, & partem esse actorum concilii Arelatensis recte judicavit. Ideo & nos illas suis hic locis reddendas curavimus.

2 *Ælafio.*] Ita veteres schedæ Pithœanæ, pro quo alii postea conjecturæ indulgentes, *Ablavio* ediderunt. Quod vero" vicarium Africæ appellavimus, nostra fuit conjectura, quia vicariæ potestati congruere videbantur quæ Ælafio præcipit imperator.

"Vero Africæ vicario incommoda valetudine detento, ut ex ep. impp. ad Probianum anno seq. data constat, ad Ælianum proconsulem scriptã hanc epistolam a Constãtino arbitror: nec multum discrepant *Ælafio* sive *Ælavio* & *Æliano.*

3 *Correctore Siciliæ.*] Interpres Eusebii corruptum nactus Græcum exemplar, conductorem reddidit: & corrupte, nunc etiam in vulgatis κονδάκτορες legitur, pro κορρήκτορες Siciliam enim, quæ consulares postea judices habuit, correctoribus aliquando paruisse confirmat vetus inscriptio Lilybætana: *Zenofilo v. c. correctori provinciæ Siciliæ.*

4 *Epistola synodi.*] Huic titulus in iisdem schedis: *Concilium episcoporum Arelate celebratum, & directum Silvestro episcopo.* Et hanc quoque agnoscunt antiquæ canonum collectiones, una Andegavensis, altera S. Benigni Divionensis, quæ primum hujus concilii canonem iisdem, quibus infra texitur, verbis proferunt: *Censuimus ergo pascha domini per orbem totum una die celebrare.*

5 *Synodi editio vulgata.*] Quæ sola nimirum hactenus, cum subdito episcoporum catalogo, concilii hujus nomine circumferebatur.

6 *Pascha dominici.*] Aut legendum *pascha domini*, sicut in epistola synodica, & apud Ivonem & Gratianum legitur; aut, ut optimi quique codices habent, *pascha dominica*, usu apud multos tum recepto, qui in eo casu sic enuntiabant: ut Gaudentius Brixianus tract. IV. *Iudaica pascha observationem.* & *lex celebrandæ pascha* apud eumdem tract. VIII. Item *dies futuræ pascha* in concilio Maximianistarum, quod recitat Augustinus in expositione psalmi XXXVI.

7 *De Afris.*] Certa lectio, quam asserunt codices antiqui, & epistola synodica. Male in vulgatis & apud Gratianum legitur *de Arianis*: Ariani siquidem exorti hoc tempore nondum erant.

8 *Vt nullus episcopus alium episcopum inculcet.*] Distinctus est canon in vulgatis, & apud Burchardum & Ivonem, atque in collectione S. Benigni. Rectius autem, mea sententia, in codice Rhemensi, Fossatensi, & aliis, cum superiore tamquam ejus membrum conjungitur.

9 *De diaconibus urbicis.*] Canonem hunc cum sequenti, pro tribus qui vulgo male concepti erant, ex veterum librorum fide restituimus.

10 *Nomina episcoporum.*] Secuti sumus in hoc indice codicem Corbeiensem, in quo episcoporum nomina civitatum nominibus præponuntur, cum in aliis contra, ut in Rhemensi, sicut in Suriana editione, postponantur hoc modo: *Ex provincia Siciliæ, civitate Syracusanorum, Chrestus episcopus, Florus diaconus,* & ita deinceps in ceteris. Verum in Corbeiensi pro Chresto legitur *Crescens,* quemadmodum in epistola synodica, ut jure ambigi queat, utrum nomen fuerit episcopi Syracusani.

11 *Genialis diaconus.*] Ita & in Rhemensi. in nonnullis tamen, *Genialis episcopus*, sicut in vulgatis.

12 *De civitate Elosatium.*] Quidam *Tolosa*, vel *Tolosatium*, eorum fortasse judicio, quibus minus nota erat civitas Elosatium.

13 *Rescriptum Constantini.*] Extat in iisdem schedis Pithœanis, seu Tilianis, post collationem Donatistarum editum cum hoc titulo: *Epistola imperatoris Constantini, ubi dixit quia pars Donati, quomodo forenses, sic litigant, ut denuntient & appellent, & imperatorem desiderent audire post episcoporum judicia.* Pertinere autem (quod Pithœum non vidisse mirum est) ad concilium Arelatense, tum aliis argumentis deprehendimus, tum indicio epistolæ CLXII. S. Augustini, ubi eamdem Constantini adversus Donatistas detestationem commemorat. Sed epistola concilii, cui

Constantinus

Conſtantinus reſpondet, hactenus reperta non eſt.

ANNO CHRISTI 314.

"**EIVSDEM SIRMONDI OBSERVATIO.

Ex præfatione ad lectorem tomi I. conciliorum Galliæ.

Aptiſſimum viſum eſt ſynodos noſtras ab eo capite inchoari, unde originem ducunt etiam œcumenicæ, primamque omnium ſtatui Arelatenſem, qua, ſive ſpectentur epiſcopi, qui ad eam convenere, ſive res in ea geſtæ, nulla uſquam poſt œcumenicas habita ſit illuſtrior. In ea quippe & Donatiſtarum pertinax contentio, quæ Africam vexabat, iterum diſcuſſa eſt, ac pro parte compoſita, & de baptiſmo hæreticorum eccleſiæ lex tradita, ejuſque iterandi prava conſuetudo, quæ in eadem Africa inoleverat, penitus repreſſa in poſterum atque interdicta. Epiſcopi vero tam multi, tam diverſis ex Italiæ, Africæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, Galliæque provinciis confluxere, ut propterea concilium hoc non dubitarit S. Auguſtinus contra" Donatiſtas diſputans, *plenarium & univerſale, & univerſæ eccleſiæ concilium* appellare. *Quam in rem extat peculiaris Ioannis Launoii diatriba lectori antiquitatis eccleſiaſticæ ſtudioſo non ſine fructu percurrenda.*

"Lib. 2 de baptiſmo cap. 9. & epiſtola 162.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cauſa concilii Arelatenſis.

Ad imperatorem appellare hæreticorum eſt.

[a] *Concilium Arelatenſe.*] Hujus concilii celebrati cauſa hæc eſt. Donatiſtæ Romæ concilio ſub Melchiade habito condemnati, a ſententia epiſcoporum ad imperatorem appellarât, ideo quod de Felicis Aptungitani epiſcopi traditoris, Cæcilianum, ut calumniabantur, traditorem ordinantis cauſa & controverſia nihil definitum eſſet. Conſtantinus imperator antequam appellantium ſententiæ deferat, appellationem, qua ab eccleſiaſtico judicio ad ſæculare tribunal provocabant, impiam & injuſtam eſſe oſtendit, eo fine, ut temere appellantes ad parendum & acquieſcendum inducat. Verum cum id, obſtante eorum contumacia & ſeditione, fruſtra conatus eſſet, tandem ne qua illis denegatæ juſtitiæ prætextus aut excuſatio competeret, novum judicium decernit. Antequam tamen illius initium fieret, ſimulque ea omnia, quæ in cauſa Felicis epiſcopi Aptungitani controvertebantur, (hunc enim ſicut & Cæcilianum de ſacris voluminibus perſecutori traditis Donatiſtæ accuſarant) uno judicio finirentur, proconſuli Africano imperator demandat, ut de facto & traditione Felicis epiſcopi diligenter inquirat, quidve inter ceteros teſtes Ingentius ſcriba a Donatiſtis productus deponeret, ſedulo examinet. Quibus peractis, proconſul Felicis innocentiam & Donatiſtarum calumniam multis teſtimoniis confirmatam cognovit. Ipſe enim Ingentius ſcriba ad calumniandum, mentiendum, & Cæciliani epiſtolam ad Felicem epiſcopum ſcriptam (quam infra hic nunc recens excudimus) falſandam mercede conductus, metu tormentorum imminentium crimen falſi ſuapte ſponte confeſſus eſt. Vnde, quod erat juſti judicis officium, Felicem a calumnia Donatiſtarum abſoluit. A qua ſententia Æliani proconſulis cum homines factioſi viciſſim ad imperatorem in Galliis morantem appellarent, proconſul per literas & acta proconſularia tranſmiſſa de tota cauſa eumdem imperatorem informat: ipſum vero Ingentium ſcribam carceribus mancipatum detinet, ut confeſſionem ante ſemel in Africa editam, in Gallia, ſi neceſſum fuerit, coram imperatore & epiſcopis eccleſiæ viciſſim emittat & repetat. Conſtantinus poſtquam tertia appellatio Donatiſtarum apud ſe interpoſita eſſet, literaſque de rebus in Africa geſtis accepiſſet, a Probiano Æliani defuncti ſucceſſore per literas (quas nos infra ſubjungimus) petit Ingentium in Galliam tranſmitti, ut temere appellantes in omnium conſpectu refutari poſſent. Et quia negotium eccleſiaſticum erat; neque per ſe, neque per ſuos magiſtratus, ſed per epiſcopos judices illud definiri voluit: ideoque cum in Galliis moraretur, Arelate, quæ eſt civitas Galliæ, concilium in cauſa Cæciliani habendum indixit, & ad illud plurimos epiſcopos per literas ejuſdem argumenti, (quarum exemplar eſt epiſtola Conſtantini ad Chreſtum ſupra poſita) ad ſingulos metropolitanos ſcriptas convocavit. Et, ne qui ſumptuum difficultate territi venire recuſarent, pro publico viatico aſſequendo a præſidibus provinciarum tractorias literas iiſdem dari ſcripto mandavit. de quo vide epiſtolam Conſtantini ad Ælafium ſupra.

Ingentii teſtimoniũ.

Felix proconſulari ſententia abſoluitur.

Locus habiti concilii Arelatenſis.

Tractoriæ literæ epiſcopis datæ. de earũ forma vide Baron. ann. 314. nu. 48.

Ad petitionem igitur imperatoris Conſtantini Arelate comparuerunt epiſcopi, non ut ſcribit Ado in chronico, ſexcenti, ſed ducenti dumtaxat illi, quos magna ex parte ſubſcriptos habes; e quorum numero Claudius & Vitus preſbyteri, Eugenius & Cyriacus diaconi, nomine pontificis Silveſtri legationis munere fungentes, interfuerunt, & concilio præſederunt. Quod autem præter morem Conſtantinus imperator adhuc catechumenus eidem interfuerit, id ipſum propter Donatiſtarum turbas ac ſeditiones arcendas petiviſſe: patres vero propter cauſam concilii, qua non agebatur de fide, ſed de judicio Cæciliani, quod facti erat, conceſſiſſe videntur.

Numerus epiſcoporum.

Silveſter per legatos interfuit.

ANNO CHRISTI 314.

Qua ratione Conſtãtinus adhuc catechumenus concilio huic interfuit.

Hi omnes prędicto loco congregati, dum ex actis proconſularibus, quid in Africa apud Ælianum proconſulem in hac cauſa definitum fuerat, cognoviſſent; quidve Ingentius ſcriba de ſua & adverſariorum impoſtura confitebatur, coram ſinguli audiviſſent, Cæcilianum innocenter ſecundo accuſatum a calumnia adverſariorum ſchiſmaticorum eccleſiaſtico judicio ſecundo abſolvunt. Si autem judicium in Africa ſub Æliano proconſule habitum annumeretur, triplici ſententia condemnati, nequaquam fuerant audiendi: quia tamen imperator futurum ſperabat, ut imperatoriam majeſtatem veriti, ſuo judicio acquieſcerent & obtemperarent; ad ſchiſma Africanæ eccleſiæ evitandum, quartæ eorum appellationi contra jus & æquitatem deferens, cauſæ cognitionem ſuſcepit, & tandem poſt longam facti inquiſitionem, hoc quod ſupra definitum eſt, confirmavit: quo eventu, videre eſt apud Baronium anno Chriſti 316. num. 61. & ſeqq.

Acta hujus ſynodi quę.

Donatiſtę ter condẽnati appellant ad imperatorem.

Cauſa Cæciliani abſoluta, quæ ad optimum eccleſiæ regimen pertinere videbantur, patres concilii canonibus ſupra poſitis decreverunt: quibus omnibus abſolutis, epiſcopi eadem munificentia ab imperatore dimiſſi ſunt, qua ad concilium convocati fuerant. Hæc ex S. Auguſtino epiſtola 68. Euſeb. lib. 10. cap. 5 & ex Optato Milevit. lib. contra Parmen. Baron. ann. 314. num. 21 & ſeqq. uſque ad num. 72. excluſive: item anno 316. num. 57. & ſeqq.

Canones concilii quales.

Hoc concilium a Donatiſtis depravatum & mutilatum fuiſſe, ex duplici cauſa colligimus: quarum prima eſt, quod Cæcilianus Carthaginenſis epiſcopus in hac ſynodo abſolutus, preſbyter dumtaxat appelletur in ſubſcriptionibus. Secunda eſt quod octavo canone rebaptizantes Donatiſtæ condemnati, id de Arianis ſtatutum fuiſſe indicare voluerint. Baron. ann. 314 num. 52.

Hoc concilium a Donatiſtis depravatũ.

[b] *Celebratum.*] Hoc concilium in Gallia conſulibus Voluſiano & Aniano celebratum, anno Chriſti 314. qui eſt Silveſtri pontificis primus, & Conſtantini imperatoris nonus, habitum eſſe, ex faſtis conſularibus conſtat: quia cum conſulatu Voluſiani & Aniani, ſecundum veriorem temporis computationem, prædicti anni pontificis & imperatoris coincidunt. Vnde quod paulo poſt " ſubjungitur, *circa annum domini trecenteſimum vigeſimum ſextum*, ab aliquo ſuperadditum fuiſſe certum eſt, cum exploratum ſit, acta etiam eccleſiaſtica non niſi conſulibus conſignari conſueviſſe. Nam ut anni a Chriſti adventu notarentur, a Dionyſio Exiguo primo factum eſſe, Beda de ratione temporum cap. 45. teſtatur.

Tempus celebrati cõcilii Arelatenſis.

" In editione Binii.

Quoto anno Chriſti nati celebratum ſit.

[c] *Domino & ſanctiſſimo fratri Silveſtro.*] His verbis continetur inſcriptio & proœmium illius ſynodalis epiſtolæ, quam epiſcopi una cum canonibus a ſe ſtatutis ad Silveſtrum miſerunt, ut ea quæ ſtatuiſſent, ipſe auctoritate pontificia confirmaret, totique orbi obſervanda promulgaret. Integram vero ſynodicam epiſtolam uide ſupra.

[d] *De obſervatione paſchæ.*] Hoc canone patres id quod hactenus per Romanæ eccleſiæ epiſcopos fieri conſuevit, denuo confirmarunt, nimirum, ut per Romanum pontificem definiretur, ejuſque literis ad univerſos Chriſtianos ſcriptis promulgaretur, quo potiſſimum tempore paſcha quolibet anno celebrandum foret, ne ex privatis diverſorum ſupputationibus illud diverſis temporibus celebratum, ſuſpicionem ſchiſmatis in eccleſia exorti præbere poſſet. Baron. num. 59. Dum autem Nicæni concilii tempore apud fideles diverſa ſupputatione deceptos, non iiſdem dominicis Paſcha celebrari contingeret, Ægyptiique peculiarem ſcientiam aſtrologiæ ſibi vendicarent, placuit ſanctę ſynodo Nicænæ Alexandrino epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus imponere, ut illi ex officio, quo potiſſimum die ſingulis annis paſcha celebrandum foret, Romanæ eccleſiæ certiores redderentur. Hæc, quamdiu catholicæ communionis in eccleſia Alexandrina epiſcopi ſederunt, obſervata fuiſſe S. Leo epiſt. 64. teſtatur. Vide Baron ann. 325. num. 110. & 111.

Tempus celebrandi paſchatis Alexandrinus Romano pontifici ſcribebat: pontifex vero per totum orbem promulgabat.

[e] *De agitatoribus qui fideles ſunt.*] Cum frequenter accideret, ut Chriſtiani qui in circenſibus ſpectaculis aurigę & agitatores erant diverſarum factionum, in legem eccleſiaſticam peccantes, a communione catholica exciderent, eorumque quibus inſerviebant, factionibus ſeſe implicarent, ac demum inter ipſos fideles, pro diverſo affectu erga aurigas, diverſę factiones & ſtudia orirentur, ut conſtat ex iis quæ S. Hieronymus tradit in rebus geſtis S. Hilarionis: ad hæc omnia incommoda & pericula evitanda, S. ſynodus noluit Chriſtianos in circo agitatores agere. Baron. nu. 60.

Can. 4. Agitatores eſſe in ſpectaculis circenſib. Chriſtianis cur ſit interdictum.

[f] *De his qui in infirmitate credere volunt.*] Hic canon intelligendus eſt de manuum impoſitione ceremoniali illa, quæ in baptiſmo adhiberi ſolet. De qua Auguſtinus lib. 3. de unico baptiſmo cap. 10. loquens ait: *Quid enim eſt aliud*

Can. 6. Catechumeni non per reconciliativam ſed per ceremonialẽ baptiſmi recipiendi.

ANNO CHRISTI 314.

manus impositio, nisi oratio super hominem? Item illud ejusdem August. lib. 2. de pecc. meritis & remiss. cap. 26. ubi ait: Catechumenos secundum quemdam modum suum per signum Christi, & orationem manus impositionis sanctificari: Vt iisdem manus impositio reconciliativa imponatur nefas est & plane illicitum.

Can. 7. Schismatici & hæretici a magistratibus arcẽtur.

g *De præsidibus qui fideles.*] Hanc legem optimo reip. statui utilem, qua schismatici atque hæretici a præfecturis, ceterisque magistratibus penitus excludendi forent, ipso Constantino imperatore auctore promulgatam esse, inde colligere licet, quod huic sacro conventui imperator ipse interfuerit, nihilque contradixerit. Vide Baron. præd. loco.

Can 8. Donatistæ rebaptizabant.

h *De Arianis qui pro lege sua.*] Occasione Donatistarum, quosvis ad se transfugas baptizatos, velut immundos & traditione pollutos rebaptizantium, hac synodo confirmatur id, quod ante statutum fuit; nimirum eorum dumtaxat baptismum iterandum esse, qui non ea forma, qua solet uti ecclesia, per expressam scilicet sacrosanctæ Trinitatis invocationem baptizati essent. Vide notas ad can. apost. 58.

Can. 9.

i *De his qui confessorum literas.*] De literis confessoriis & communicatoriis vide notas nostras in vitam Sixti I. & ad concil. Eliberit.

Can. 13. Donatus lapsos ad pœnitentiã & functionẽ episcopalem recipiens condemnatur.

k *De his qui scripturas.*] Optat. Milevit. lib. 1. contra Parm. scribit Donatum a Casis nigris duplici de causa condemnatum fuisse; tum quod rebaptizasset, tum quod episcopis lapsis manum imposuisset; sicut in ecclesiæ communionem recepti, in functione & munere episcopali adhuc perseverarent. Quod cum Donatus schismaticus contra disciplinam ecclesiasticam facere præsumpsisset, ne præsumptum scelus latius serperet, hanc regulam statuerunt. Baron. præd. ann. num. 62.

Canon 14. Decretum adversus falsos accusatores episcoporum

l *De his qui falso accusant.*] Cum patres concilii Cæcilianum & Felicem Aptungitanum calumniis circumventos fuisse, ex actis causæ coram se ventilatæ probe cognovissent, adversus falsos accusatores hoc decretum ediderunt.

Acta ecclesiastica chronologiæ nativitatis Christi a Dionysio notari cœpta. Subscriptiones Episcoporum transpositę.

m *Chrestus episcopus.*] Ducentorum episcoporum, qui huic concilio, teste August. adversus Parmen. lib. 1. cap. 5. interfuerant, nomina quædam hic subscribuntur. Eadem vero prioribus editionibus conciliorum, secundæ Arelatensi synodo præfixa fuerunt, sed mendose & cum gravi errore. Nemo enim fere omnium episcoporum hic subscriptorum ea tempora attigit, quibus Arelatense concilium secundum celebratum est. Canones in eo positi evidentissime ostendunt, illud non modo post concilium Nicænum, verum etiam post hæresim Photini emergentem, postque Vasense concilium, celebratum esse; quo tempore episcopos omnes hic subscriptos non supervixisse, certum est. Maternum Agrippinensem annum Christi 346. Verum episcopum Viennensem 337. non excessisse, successorum tempora indicant: accedit, quod non tantum Maternus Coloniensis, sed etiam Marinus Arelatensis, Merocles Mediolanensis, Probus Capuanus, Rheticius Augustodunensis episcopi, Romano concilio sub Melchiade habito anno 313. auctore Optato Milevitano libro primo contra Parmen. interfuisse conscribuntur: ut ergo iidem Vasensi concilio interfuerint, credibile non est. Hæc eadem inscriptione ibidem posita confirmantur, quæ sic habet: *Celebratum est idem concilium tempore beati Silvestri, &c. Volusiano & Aniano viris clarissimis consulibus*, anno nimirum undecimo ante Nicænum concilium.

Nominum subscriptorum pluri ma mendosa sunt.

Nomina episcoporum mendose admodum subscripta reperiuntur. Nam loco Meroclis episcopi Mediolanensis, Orosius; loco Probi episcopi Capuani, qui simul ambo Romano concilio sub Melchiade, ut ex Optato Milevitano constat, interfuerunt, Proterius legitur. Et qui gravissimus est error, loco Chresti, habent Sixtum Syracusanum episcopum, ut ex Luciano in Philop. patet: quasi nimirum indecorum fuerit, proprio nomine, quod gentilibus æque usitatum erat, aliquem Christianũ appellari: & pro Amansio Rhemensi episcopo, ac primogenito diacono, corrupte (ut apud Flodoardum lib. 1. cap. 5. patet) habent Ibethanium seu Betausium. Vide Baron. ann. 314. num. 51. Quod scribit Ado in chron. cum Marino Arelatensi Claudium Viennensem huic concilio interfuisse, erroneum esse ostenditur; quia Verus illius antecessor hic subscriptus legitur. Causam errandi error in tempore habiti concilii suppeditavit: putant enim tempore Nicæni concilii primam Arelatensem synodum celebratam fuisse. Vide Baron. num. 19.

** NOTÆ FRONTONIS DVCÆI S. I.

In editione conciliorum Binii G & L. anno 1618. publicata extant nonnullæ observationes seu potius variantes lectiones ex codicibus MSS. Tilianis Fabrianisque studio atque opera R. P. Frontonis Ducæi, quas prætermisit collector regius, quod plerasque earum R. P. Iacobus Sirmondus in suam editionem transtulisset, iisdem usus ac longe pluribus libris calamo exaratis tota Gallia maximo ac pertinaci multorum annorum studio conquisitis. Verum omitti non debuerat sequens observatio.

c. 21. *Si tamen non potuerint septem.*] Non potuerint, infra tres non audeant ordinare. Ita Til. Fab. Hoc nimirum est quod in tertio canone apostolorum legitur: *Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν, episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur*; in quem locum Zonaras admonet quartum canonem primæ synodi Nicææ coactæ definire: *ψηφίζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον ὑπὸ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν συναινούντων, creandum esse episcopum ab omnibus episcopis provinciæ, vel saltem tribus, ceteris etiam per scripta consentientibus.* Itaque videtur Nicænum canonem de sola electione accipere, quemadmodum & Theodorus Balsamon; sed vetus tamen interpres *χειροτονίαν ordinationem* in illo quarto canone concilii Nicæni, & Epiphanius scholasticus lib. 9. cap. 16. hist. Tripartitæ *ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας, ut celebrent ordinationes*, ex libro 5. cap. 9. Theodoreti, apud quem citatur a patribus Constantinopolitanis idem canon. Gratianus dist. 65. conjungit. illum cum altero pari concilii Carthaginensis secundi cap. 12. Tres episcopi cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum. Vide canonem S. Arelatensis secundi *Hac ille, quæ visa sunt non omittenda.*

** NOTÆ GABR. ALBASPINEI EP. AVR.

AD CANON. III. CONCILII ARELATENSIS I.

Metaphoricῶs, seu translatione quadam sumpta non existimarim, ut quibusdam placet interpretibus verbum hoc *arma* poni, sed ut imperatoria Constantini benevolentia conciliaretur, qui forte conquerebatur plurimos specie, seu obtentu religionis militiam subterfugere, & ab armis capiendis revocari. Nam non pauci difficillimis illis ante Constantinum temporibus quibus ecclesia divexaretur militiam deserebant, eamque ut odiosam aversabantur, & detrectabant; quod pene impossibile esset extra noxam militare, & militibus satis unquam cavere, quin aliquam in idololatriæ speciem impingerent, cum militiæ munia & officia fungerentur: Vt igitur a contemptu belli armisque fugiendis reddita ecclesiæ pace abducerentur Christiani, patres prospexerunt tempore pacis ecclesiæ & imperatorum Christianorum ne militare desinerent: quando illæsa fide stipendia in castris Christianorum imperatorum merere possent. Id etiam statuerunt patres ut inde intelligerent, & conjecturam facerent imperatores fore, ut si crudelius in ecclesiam sæuirent ipsorum edicto, in bellis gerendis milites non obtemperaturos. Itaque patres hoc canone ut imperatori Christiano obsequerentur, & non solum ab ecclesia, ea quæ ad animi salutem, sed etiam ad imperium stabiliendum attinerent, consequeretur, omnia illa resciderunt decreta, quibus Christiani a militia revocabantur.

In pace.] Ecclesiæ scilicet, & positis persecutionum procellis.

Abstinere a communione.] Pauco tempore a societate fidelium abstineant: levis castigatio intelligitur, cum ejus modus & tempus non apponuntur.

AD CANON. VI. EIVSDEM CONC.

Baptizati in infirmitate confirmandi sunt: de huius canononis explicatione plura dicuntur in canone trigesimo nono concilii Elibertini.

AD CANON. VII. EIVSDEM.

Nonnulli hunc canonem de schismaticis & hæreticis interpretantur, eoque statutum putant, ut a reipublicæ administratione excludantur: quorum explicationi, etsi auctoritate sua plurimum apud me valeant, subscribere nequeo; quod ne verbo quidem de schismaticis & hæreticis illo in canone agatur, aut quidquam aliud quod probabilem hujusce sensus inducat suspicionem reperiatur. Deinde si quis ea tempora uelit consulere, atque animo repetere, quo anno Constantini, quibusve consulibus hæc lex sit lata, nondum annos quinque aut sex fuisse, cum ipse Constantinus a falsa deorum religione recessisset: ab ethnicis & gentilibus præsidibus, non solum sub Constantino; sed etiam multo post eundem Constantinum a proconsulibus Ethnicis rempublicam, & provincias ipsas esse administratas, satis erit, ut ab ejusmodi explicatiône desciscat. Postremo quæro, quam verisimile sit patres, qui in illa aderant provinciali synodo, suffragiis suis aliquid sanxisse, cujus observatio in eorum non esset, sed in principis potestate. Ne quis schismaticus aut hæreticus quamvis esset provinciæ præses ceterorum communioni sociaretur, decernere quidem & merito poterant: sed eo quod quispiam esset hæreticus ut a reipublicæ administratione removeretur, principis non ecclesiæ erat judicium: illius profecto erat imperium præsidibus abrogare, non ecclesiæ.

Quod vero rem causamque hujusce canonis continet, est quod

quod eccleſiam noſtri majores tam prudenti conſilio temperabant, ut nullus omnino proficiſci poſſet extra ſuam diœceſim ſine litteris communicatoriis, ne fieret communio paſſiva, & qui in una diœceſi eſſent excommunicati, in alia communionem adſecuti, Chriſti corpus & gregem inficerent. *Statuat gravitas veſtra, ut unuſquiſque clericus vel laicus, non communicet in aliena plebe, ſine litteris epiſcopi ſui. Gratus epiſcopus dixit, niſi hoc obſervatum fuerit communio fiet paſſiva.* Canone 41. concilii Laodicenſis, *Non oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum ſine canonicis literis, id eſt formata, alicubi proficiſci.* Canone ſeptimo Antiocheni, canone 52. Agathenſis, canone 58. concilii Eliberini. Quod cum ita ſit, ſuſpicari neceſſe eſt nobiles & potentes viros, poſtquam alicui provinciæ præfecti (nam patriæ ſuæ præeſſe præfecturamque adſequi nemini concedebatur) eamque adepti eſſent, non ſolum hanc de communicatoriis literis legem, ſed etiam epiſcoporum, in quorum diœceſi ſita eſſet urbs præcipua provinciæ, autoritatem ſpreviſſe. In quos hoc canone animadvertitur, jubenturque cum ejuſmodi litteris in provinciam proficiſci, & epiſcopo provinciæ morem gerere: ſed hæc hujuſce canonis verba brevi illuſtratione lubet perſtringere.

Qui ad præſidatum impetu proſiliunt. Chriſtiani quamvis genere inſignes & optimis eſſent familiis nati, a cujuſlibet magiſtratus, aut muneris publici petitione abhorrebant, credo propterea quod provinciæ ſibi impoſitæ, atque officio ſatisfacere vix potuiſſent illis temporibus, quin ſeſe idolorum ritibus paganorumque ceremoniis inquinaſſent, aut in aliquod idololatriæ negotium impegiſſent. Quomodo enim fidem per deos, perque Cæſarum ſalutem, ipſis Cæſaribus obſtringere, ſacris deorum intereſſe, ludos dare, ſpectacula edere, militiæ præeſſe & cæteris, quibus ne provinciæ & muneri deeſſe viderentur defungi tenebantur inviolata & incorrupta fide & religione Chriſtiana potuiſſent? Tertullianus de idololat. cap. 17. *Hinc proxime diſputatio ſuborta eſt, an ſervus Dei, alicujus dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem capiat, ſi ab omni ſpecie idololatriæ intactum ſe, aut gratia, aut aſtutia etiam præſtare poſſit: ſecundum quod & Ioſeph & Daniel mundi ab idololatria, & dignitatem & poteſtatem adminiſtraverunt, in ornamento & purpura extitere totius Ægypti, ſive Babyloniæ. Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe, ut in quoquo honore, ut in ſolo honoris nomine incedat, neque ſacrificet, neque ſacrificiis autoritatem ſuam accommodet, non hoſtias litet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo, aut de publico, aut edendis præſit: nihil ſolemne pronunciet vel edicat, ne juret quidem. Iam vero quæ ſunt poteſtatis, neque judicet de capite alicujus vel pudore (feras enim de pecunia) neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem recludat aut torqueat: ſi hæc credibile eſt fieri poſſe.* Item, *Nam dæmonia magiſtratus ſunt ſæculi hujus, unius collegii inſignia faſces & purpuras geſtant.* Item, *Tu ſi diaboli pompam ejeraſti, quicquid ex ea attigeris id ſcias eſſe idololatriam, vel hoc te commonefacias, omnes hujus ſæculi poteſtates & dignitates non ſolum alienas, verum & inimicas Dei eſſe, quod per illas adverſus Dei ſervos ſupplicia conſulta ſunt, per illas & pœna ad impios parata irrogantur.* Eodem concilii Eliberini canones referendi 2. 3. 4. 55. 56. *Magiſtratum vero anno quo agit duumuiratum prohibere placet, ut ſe ab eccleſia prohibeat,* quia ſcilicet Chriſtiani præſides vel ſacerdotes, etſi ſub imperio Conſtantini a ſacrificiis & ſolennitatibus publicis ſeſe abſtinere poſſent, nihilominus officium ſuum nequaquam adimplere poterant, quin idololatriæ inſervirent aut faverent. Innocentius primus epiſtola 3. canone 11. *Præterea frequenter quidam ex fratribus noſtris curiales, vel quibuſlibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus poſtea major triſtitia, quum de revocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia naſcitur de accito. Conſtat enim eos in ipſis muniis etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inventas eſſe non dubium eſt, & ludorum vel munerum apparatibus, aut præeſſe, aut forſitan intereſſe. Sit certe in exemplum & ſolicitudo & triſtitia fratrum, quam ſæpe protulimus, imperatore præſente cum pro his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognoviſti, ex quibus non ſolum inferiores clerici ex curialibus: verum etiam in ſacerdotio conſtituti ingens moleſtia, ut redderentur, inſtabat.* Ob hanc cauſam, in illos conſtitutum eſt hoc judicium canonis 56. Quæ cum perſpicua facta ſint, redeo nunc ad explicationem canonis noſtri. Quidam igitur ambitione adducti, aut imperitandi gloria obcæcati, nulla religionis habita ratione magiſtratum petebant & prenſabant; hunc eſſe ſenſum horum *ad præſidatum impetu proſilire*, præter ea quæ adduximus, quæ ſequuntur plurimum ut credam efficiunt, *ut cum cœperint contra diſciplinam publicam agere,* quaſi velit dicere eos impetu, & contra diſciplinam Chriſtianam provinciam petiiſſe, quod in ejus adminiſtratione, ita ſeſe gerere non poſſent; quod adverſus diſciplinam publicam aliquid facerent: ita tamen qui peregrinabantur ſi literis communicatoriis, quaſi fidei teſſeram & ſymbolum oſtenderent, ut fratres & fideles quocunque tranſirent, excipiebantur, nihilominus a nullo poterant corrigi, aut abſolvi, & ſi in peregrinatione quicquam animadverſione dignum commiſerant, ad proprium remittebantur epiſcopum, propterea aiunt patres hoc canone, *ita tamen*, id eſt, ſi litteras deferant communicatorias: tamen quia diutius in provincia remanere debet, epiſcopis locorũ ſubjecti ſunto.

Verum aliam inſtitui apud me horum verborum, *de præſidibus qui fideles ad præſidatum impetu proſiliunt*, ſententiam quærere: quia hæc non ſatis mihi commoda videbatur. Hęc igitur verba ad canonis titulum, non ad ipſum canonem, pertinent; atque hunc, uti opinor, ſenſum habere deprehenduntur, de præſidibus qui contra regulam eccleſiaſticam, non acceptis a ſuo epiſcopo, ut mos erat, literis communicatoriis, impetu quodam ad præfecturas proficiſcuntur. Hęc enim verba *impetu proſiliunt*, ſic intelligo per ſaltum, non habita diſciplinę eccleſiaſticæ ratione; quemadmodum hodie dicimus eos per ſaltum ad ordines promotos eſſe, qui omiſſa tonſura quam vocant, ad ſuperiores gradus adlecti ſunt.

Qui fideles, hoc eſt, ſi ſunt fideles, quia ſi eſſent catechumeni, aliter erant puniendi.

AD CANON. XIII. EIVSDEM CONC.

Canon hic tripartito dividendus eſt, ut ejus ſententia perſpiciatur, & quid eo tandem ſtatuatur expiſcari poſſimus. Prima parte docent patres qui perſecutionum temporibus vaſa ſacra aut ſcripturas ſanctas tradiderant, vel Chriſtianos traduxerant, ut ait Tertullianus, & ad magiſtratus & præſides detulerant, a gradu & eccleſia deturbandos eſſe; ſi actis publicis non teſtimoniis ad eoſdem hæc ipſa crimina pertinere dignoſcantur. Altera a traditoribus ejuſmodi epiſcopis, etſi quidam eſſent ordinati, ordinationem tamen valere, ſi nihil aliud commeruiſſent. Tertio, admittendum eſſe neminem ad aliquem accuſandum, niſi actis publicis non teſtibus doceret vera eſſe quæ intentaret: quomodo autem docere poſſet actis publicis, accuſationem ſuam omni ſuſpicione vacare, dicetur poſtea.

Omnis Africa duplici malo & calamitate eodem pene temporis puncto pervaſtata & dilacerata fuit: vix enim perſecutiones deſierant, redditaque pace fruebatur, cum repente ſchiſmatis rabies & diſcordia ſucceſſit, quę eam non minus quam lapſorum & proſtratorum acervi afflictavit & oppreſſit: Optatus lib. 1. *& quoniam traditionis reos principes veſtros fuiſſe monſtratum eſt, conſequens eſt eoſdem fuiſſe autores ſchiſmatis:* ita Africę eccleſia in duas factiones diſceſſit, & quoniam tanta contentione & partium libidine in ſeſe invicem inveherentur, ſtatuerunt patres Arelatenſes, ut nemo deponeretur ob ea crimina, quę dum agitaretur eccleſia, & in eam ſævirent imperatores, facta dicebantur, niſi ea actis publicis (ne ſcilicet falſis teſtibus locus daretur) probarentur.

Scripturas ſanctas, Optatus, *inſtrumenta divinæ legis impie tradiderunt ex actis publicis*, delationes libellis & actis publicis pręſidum inſerebantur: ex quibus patres probationem eorum quę objiciebantur petendam eſſe volunt; non vero ex teſtibus: vel acta publica ea poſſunt intelligi, non ſolum quæ a judicibus, ſed etiam quę ab eccleſia componebantur: de quibus loquitur Optatus. *Sicut ſcripta Nundinarii tunc diaconi teſtantur, & vetuſtas membranarum teſtimonium perhibet, quas dubitantibus proferre poterimus.*

Non verbis nudis, non nudis teſtimoniis.

Si iidem, epiſcopi qui perſecutionum tempore fratres tradiderant.

Ratio ſubſiſtit, nihil aliud contra eos qui ordinati ſunt afferantur, quam ordinantis peccatum.

Non obſit illis ordinatio, non illis obſit, quod a traditore aut lapſo ordinati ſunt, maneant in gradu & officio.

Contra regulam eccleſiaſticam, teſtes ſubornant, quod prohibitum eſſet.

Actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere. Hoc eſt, probaverint per acta publica, eum quem accuſarent crimen admiſiſſe, quod objiceretur, puta vaſa dominica, ſcripturas aut fratres tradidiſſe (ad ea enim quę in perſecutionibus evenerant totus canon eſt referendus) non enim aliter is qui accuſaret actis publicis a ſuſpicione ſe procul eſſe poterat docere, niſi iiſdem actis reum eum faceret, quem criminaretur, puta proferendo ipſa acta publica eccleſiæ aut pręſidum, quæ teſtarentur, criminis poſtulatum fratres olim tradidiſſe & detuliſſe.

AD CANON. XVII. EIVSDEM CONC.

Conculcare in hoc canone meo quidem judicio idem plane eſt atque id quod dicitur, can. 10. concil. Carthag. primi, *Ne quis tranſcendat epiſcopũ collegam ſuum*, hoc eſt involare in vicini ſui diœceſim, eique parœcias præripere; quod undecimo canone Carthag. ſecundi, *Pulſare diœceſim & plebes alterius.* Et can. 20. tertii Carthag. *Supergrediatur in diœceſi collegam ſuum.*

ANNO CHRISTI 314.

" pag. 1433. D.

" inquit Binius.

Extat apud Baron. ann. 314. num. 22.

AD CANON. XXIII. EIVSDEM CONC.

Apostatæ qui nullo metu mortis ad ecclesiam revertuntur, post decem annos ea ætate ad communionem admittebantur, can. 46. concilii Eliberini: qui vero futuri judicii timore potius quam peccatorum dolore eam peterent, ne quidem in morte ex hoc canone reconciliabantur.

Epistolæ quarum supra verbo, " concilium, meminimus."

EPISTOLA CÆCILIANI AD FELICEM.

Cæcilianus parenti Felici salutem.

CUM Ingentius collega meus Augentianum amicum suum conveniret, & inquisisset anno duoviratus mei, an aliquæ scripturæ legis vestræ secundum sacram legem adustæ sunt, * quam Galatius unus ex lege vestra publice epistolas salutatorias de basilica protulerit. Opto te, parens carissime, bene valere.

EPISTOLA CONSTANTINI AD " Probianum, qua petit Ingentium ad se transmitti.

* is est Petronius Probianus de quo in C. Theod. tit. de appellationibus.

" anno Christi 315. Extat apud August. epi. 68. & Baron. ann. 314. nu. 20.

" videndus quoque Optatus li. 1, & lib. 3. S. Augu. adv. Cresconiu.

' Stationarium.

' alias dicitur Claudius seu Calidius Saturianus.

' Calidium Gratianum.

* Ingentiū.

Imperatores Cæsares, Flavius Constantinus Maximus & Valerius Licinius, ad Probianum proconsulem " Africæ.

ÆLIANUS prædecessor tuus merito, dum vir perfectissimus Verus vicarius præfectorum tunc per Africam vestram incommoda valetudine teneretur, ejusdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium, vel invidiam, quæ de Cæciliano episcopo ecclesiæ catholicæ videtur esse commota, ad examen suum atque jussionem credidit esse revocandam. Etenim cum jam Superium centurionem, & Cæcilianum magistratum Aptungitanorum, & ' Saturninum excuratorem, & ' Calibium juniorem ejusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum suprascriptæ civitatis, præsentes esse fecisset, audientiam præbuit competentem: adeo ut cum Cæciliano fuisset objectum, quod a Felice eidem episcopatus videretur esse delatus, cui divinarum scripturarum proditio atque exustio videretur objecta; innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus Vigentium, * decurionem Ziquensium civitatis, epistolam Cæciliani ex divino jure falsasse contenderet: eumdem ipsum Vigentium suspensum actis quæ suberant pervidimus, & ideo minime tortum, quod se decurionem Ziquensium civitatis asseveraverit. Vnde volumus, ut eumdem ipsum Vigentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas; ut illis qui impræsentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus, & coram assistentibus apparere & intimari possit, frustra eos Cæciliano episcopo invidiam comparare, atque adversus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet, ut omissis, sicut oportet, ejusmodi contentionibus, populus sine dissensione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deserviat.

"** *Quinque aliæ epistolæ eodem spectantes, ex appendice ad 7. libros Optati Milevitani ep. contra Parmenianum.*

I.

"Hanc epistolam, sub Melchiade collocat Binius: verū post concilium Arelatense sub Silvestro scriptam longe probabilius est anno 315.

Epistola Constantini ad episcopos partis Donati desuper nomine Cæciliani.

CONSTANTINUS AUGUSTUS EPISCOPIS.

ANTE paucos quidem dies juxta postulatum vestrum hoc mihi placuerat, ut ad Africam " reverteremini, ut illic omnis causa, quæ vobis adversus Cæcilianum competere videtur, ab amicis meis quos elegissem, cognosceretur, atque finem debitum reciperet, &c. supra pag. 1407. D.

II.

Vbi promittit Constantinus ad Africam se venturum, ut inter Cæcilianum & Donatum de schismate in Africa facto judicet.

" anno Christi 316.

' in ea dediderit.

' temeritate.

' se suscepta fuga.

' in tenebris.

CELSO VICARIO " AFRICÆ.

PERSEVERARE Menalium ' eum quam jamdudum susceperat insania ceterosque qui a veritate Dei digressi errori se pravissimo ' dederunt proxima etiam tuæ gravitatis scripta testata sunt, quibus inhærentem te jussioni nostræ ' de merito seditionis ipsorum, eoque tumultu quem apparabant, inhibitum esse memorasti, frater carissime. ' Vnde quoniam ex eo patuit ipsos nefarias res cogitasse, quod cum statuissem inter ipsos & Cæcilianum plenissime super allegatio-
B nibus diversis requirere, præsentiæ meæ ' susceptam fugam subtrahere laboraverunt, hoc ipso turpissimo facto confessi ad ea se redire properare, quæ & antea fecerant & nunc agere perseverant: at cum constet minime unumquemque propria penitus delicta lucrari, etiamsi paulisper eorum fuerit coercitio dilata, mandandum gravitati tuæ duxi, ut interim quidem eosdem omittas, & dissimulandum super ipsos esse cognoscas. Verum lecta hac epistola, tam Cæciliano quam iisdem palam facias, quod cum favente pietate divina Africam venero, plenissime universis tam Cæciliano, quam his qui contra eum agere videntur lecto dilucido judicio demonstraturus sum, quæ & qualis summæ divinitati sit adhibenda venera-
C tio & cujusmodi cultu delectari videatur adhibito etiam diligenti examine ea quæ nunc aliqui exinde ' inlecebris mentis ignorantiæque occultare se putant, plenissime sum reperturus atque in lucem facturus venire. Easdem personas quæ res istiusmodi concitant, faciuntque, ut non cum ea qua oportet veneratione summus Deus colatur, perdam atque discutiam. Cumque satis clareat neminem posse beatitudines martyris eo genere conquirere quod alienum a veritate religionis & incongruum esse videatur eos quos contra fas & religionem ipsam recognovero reosque violentes competentis venerationis deprehendero sine ulla dubitatione insaniæ obstinationisque temerariæ faciam merita exitia per-
D solvere. Scire itaque pro certo quæ habere debeant, ad plenissimam fidem salute etiam teste invocata, quod tam super plebe quam super clericis his qui primi sunt, sum diligentissime quæsiturus, idque judicat urus quod verissimum & religiosissimum esse manifestum sit: demonstraturus etiam iisdem, qui & qualis divinitati cultus adhibendus sit. Nam nequaquam me aliter maximum reatum effugere posse credo, quam ut hoc, quod improbe fit, minime existimem dissimulandum: cum nihil potius a me agi pro instituto meo ipsiusque principis munere oporteat, quam ut discussis erroribus omnibusque temeritatibus amputatis,
E veram religionem universos concordemque simplicitatem atque meritam omnipotenti Deo culturam præsentare perficiam.

III.

Exemplum epistolæ præfectorum palatio ad Celsum Vicarium.

PETRONIUS, ANNIANUS ET IULIANUS. *Domitio Celso vicario Africæ.*

QUONIAM Lucianum, Capitonem, Fidentium & Nasutium episcopos & Mammarium presbyterum qui secundum cæleste præceptum domini Constantini maximi, invicti semper Augusti, ad Gallias cum aliis legis ejus hominibus venerant, dignitas ejus ad lares proprios venire præcepit, angarialem his cum annonaria competentia

competentia usque ad Arelatensem portum, secundum imperatum æternitatis ejusdem clementissimi principis dedimus, frater, qua inde Africam navigent. Quod solertiam tuam literis nostris scire conveniat. Optamus te, frater, felicissimum bene valere. Hilarius princeps obtulit IV. Kalendas Maias. Triberis.

IV.

Exemplum epistolæ Constantini ad Catholicam:
CONSTANTINUS AUGUSTUS UNIVERSIS episcopis per Africam, & plebi ecclesiæ catholicæ.

QUOD fides debuit, quantum prudentia valuit, prout puritas potuit, tentasse me per omnia humanitatis & moderationis officia optime scitis, ut, juxta magisteria legis nostræ, pax illa sanctissimæ fraternitatis, cujus gratiam Deus summus famulorum suorum pectoribus immiscuit, stabilita per omnem concordiam teneretur. Sed quia vim illam sceleris infusi, paucorum licet, sensibus pervicaciter inhærentem, intentionis nostræ ratio non potuit edomare, favente adhuc sibi huic nequitiæ patrocinio, ut extorqueri sibi omnia non sinerent, in quo se deliquisse gauderent. Spectandum nobis est, dum totũ hoc per paucos sedit, in populũ omnipotentis Dei misericordia mitigetur. Inde enim remedium sperare debemus, cum omnia bona vota, & facta referuntur. Verum dum cælestis medicina procedat, hactenus sunt consilia nostra moderanda, ut patientiam percolamus, & quidquid insolentia illorum pro consuetudine intemperantiæ tentat aut facit, id totum tranquillitatis virtute toleremus. Nihil ex reciproco reponatur injuriæ: vindictam enim, quam Deo servare debemus, insipientis est manibus usurpare: maxime cum debeat fides nostra confidere, quidquid ab hujusmodi hominum furore patietur, martyrii gratia apud Deum esse valiturum. Quid est enim aliud in hoc sæculo in nomine Dei vincere, quam inconditos hominum impetus quietæ legis populum lacessentes, constanti pectore sustinere? Quod si observaverit vestra sinceritas, cito videbitis per gratiam summæ divinitatis, ut languescentibus eorum institutis vel moribus, qui se miserrimæ contentionis vexillarios præbent, sciant omnes non debere se paucorum persuasione pereuntes sempiterno letho dare, quo possint pœnitentiæ gratia, semper vitæ æternæ, correctis erroribus suis, integrati. Valete voto communi per sæcula jubente Deo, fratres carissimi.

V.

Exemplum epistolæ Constantini, cum scripto episcoporum Numidarum: ubi hæretici tulerunt basilicas, ut ad aliam basilicam faciendam sibi locum, vel domum eis dent.

CONSTANTINUS VICTOR MAXIMUS ac triumphator semper Augustus, Zeuzio, Gallico, Victorino, Sperantio, Ianuario, Felici, Crescentio, Pantio, Victori, Babbutio, Donato episcopis.

CUM summi Dei, qui hujus mundi auctor & pater est, cujus beneficio vitam carpimus, cælum suspicimus, humana etiam societate gaudemus, hanc voluntatem esse constet, ut omne humanum genus in commune consentiat, & quodam societatis affectu, quasi mutuis amplexibus glutinetur: non dubium est hæreses & schisma a diabolo, qui caput est malitiæ, processisse. Et ideo quidquid ab hæreticis geritur, ejus instinctu fieret, qui eorum sensus, mentes, cogitationesque possidet, nulla dubitatio est. Nam cum ejusmodi homines in sua potestate redegerit, iisdem usquequaque dominatur. Quid autem boni efficere insanus, perfidus, inreligiosus, profanus, Deo contrarius, ecclesiæ sanctæ inimicus potest, qui a Deo sancto, vero, justo, summo, atque omnium domino recedens qui nos constituit & in hac luce produxit, qui spiritum ad vitam, quam carpimus, dedit, & qui nos id quod suum esse voluit, & omnia sua voluntate perfecit, ad diaboli partem prono errore decurrit? Sed quia semel possessus animus a malo, necesse est doctoris sui operibus instare, ea perficiat quę ęquitati & justitię contraria videantur, idcirco, hi qui a diabolo possessi sunt, ejus falsitati & nequitię obsequuntur. Non autem mirandũ est a bonis improbos discedere. Nam sic recte proverbio signatum est, pares cum paribus congregari: qui malo impiæ mentis infecti sunt, necesse est a nostra societate diffideant. Homo siquidem malus ut scriptura loquitur, de malo thesauro profert mala: bonus vero ex bono profert bonum. Sed quia, ut dictum est, hæretici & schismatici, qui bonum relinquentes & malum sectantes, ea perficiunt quę Deo displiceant, diabolo, qui eorum pater est, adprobantur adhærere, rectissime & sapiẽter gravitas vestra facit, & secundũ sanctum fidei præceptum, ab eorum perversis contentionibus temperando, & iisdem remittendo quod idem sibi indebitum atq; alienum usurpare contendunt: ne; sicuti est eorum perversitas maligna & perfida, ad seditiones usq; prorumperent, & inter turbas atq; concentus sui similes incitarent, atq; ita aliquid existeret, quod sedari non oporteret. Sceleratum quippe eorum propositum semper requirit diaboli opera perficere. Et ideo cum a sacerdotibus Dei per patientiam cum ipso suo patre *superant. sibi hi qui cultores Dei summi gloriam, illi vero damnationem comparant, & condigna supplicia. Ex hoc quippe majus Dei summi existat justiusq; judicium, quod eos æquo animo tolerat, & patientia condemnat, his omnia quæ ab ipsis processerunt, sustinendo. Deus siquidem se omnium vindicem promisit. Et ideo cum vindicta Deo permittitur, acrius de inimicis supplicium sumitur. Quod vos nunc famulos & sacerdotes Dei libenter fecisse cognovi, & satis gratulatus sum, quod de impiis & sceleratis, sacrilegis & profanis perfidis, & inreligiosis, & Deo ingratis, & ecclesiæ inimicis nullam vindictam poscitis, & ut idem potius ad veniam pertineant, postulatis. Hoc est vere ac penitus Deum nosse, hoc est præceptis insistere, hoc est feliciter credere, hoc est vere sentire, hoc est scire, quod major vindicta in contrarios ecclesiæ provocetur, cum iisdem in sæculo parcitur. Accepta igitur epistola sapientiæ & gravitatis vestræ, comperi hæreticos sive schismaticos eam basilicam ecclesiæ catholicæ, quam in Constantina civitate jusseram fabricari, solita improbitate invadendam putasse, & frequenter tam a nobis quã a judicibus ex nostra jussione commonitos, & reddere, quod suũ non erat, noluisse, vos autem imitatores patientię Dei summi, eorum malitiæ placida mente, ea quę vestra sunt, relinquentes, & potius locum vobis invicem alium fiscalem scilicet poscere. Quam petitionem, more instituti mei, libenter amplexus sum, & statim ad rationalẽ competentes dedi, ut domũ bonorum nostrorũ transgredi faciat, cum omni jure suo, ad domum ecclesię catholicę, quam prompta liberalitate donavi, ac vobis tradi protinus jussi. In quo tamen loco sumptu fiscali basilicam erigi pręcepi ad consularẽ quoq; scribi mandavi Numidiæ, ut ipse in ejusdem

ecclesiæ fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram juvaret. Lectores etiam ecclesiæ catholicæ, & hypodiacones, reliquos quoque instinctu memoratorum quibusdam pro moribus ad munera, vel ad decurionatum vocati sunt, juxta statutum legis meæ ad nullum munus statui evocandos. Sed & eos, qui ducti sunt hæreticorum instinctu. jussimus protinus molestiis perfunctionibus absolvi. De cetero etiam legem meam super ecclesiasticos catholicos datam custodiri, mandavi. quæ omnia ut vestræ patientiæ palam fierent, harum literarum testificatione perscripta sunt. Et utinam quidem hæretici vel schismatici aliquando suæ saluti providerent, & detersis eorum tenebris ad visionem veræ lucis oculos aperirent, & a diabolo secederent, & ad Deum qui unus & verus, qui omnium judex est, vel sero confugerent. Sed quia constat eos in sua malitia manere, & in suis facinoribus mori velle, sufficit iisdem commonitio nostra, & præcedens assidua cohortatio. Si enim jussionibus nostris obtemperare voluissent, ab omni malo liberarentur. Nos tamen, fratres, sequamur quæ nostra sunt, mandatis instemus, custodiamus divina præcepta, ex bonis actibus vitam nostram ab erroribus vindicantes, favente Dei misericordia, per rectum limitem dirigamus.

"Ex eadem appendice ad Optati libros.

"** INCIPIVNT GESTA, QVIBVS" constat traditorem Silvanum, qui cum ceteris ordinavit Majorinum, cui Donatus successit.

"Anno æræ Christianæ 320. ista contigerunt, non anno 306. ut censuit Baronius.

CONSTANTINO maximo Augusto & Constantino juniore nobilissimis Cæsarib. "conss. Idibus Decembribus. Sexto Thamugudiensi inducto, & applicito Victore grammatico, adsistente etiam Nundinario diacono, Zenofilus vir clarissimus consularis dixit, Quis vocaris? Respondit, Victor. Zenofilus V. C. consularis dixit. Cujus conditionis es? Victor dixit, Professor sum literarum Romanarum, grammaticus Latinus. Zenofilus V. C. consul. dixit, Cujus dignitatis es? Victor dixit, Patre decurione Constantiniensium, avo milite, in comitatu militaverat. Nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenofilus V. C. consul. dixit, Memor fidei & honestatis tuæ simpliciter designa, quæ causa fuerit dissensionis inter Christianos. Victor dixit, Ego dissensionis originem nescio: unus sum de populo Christianorum. Siquidem cum essem apud Carthaginem, Secundus episcopus cum Carthaginem tandem aliquando venisset, dicuntur invenisse Cæcilianum episcopum, nescio quibus non recte constitutum. illi contra alium instituerunt. Inde illic apud Carthaginem cœpta dissensio est: & inde originem scire dissensionis plene non possum, quoniam semper civitas nostra unam ecclesiam habet, & si habuit dissensionem, nescimus omnino. Zenofilus V. C. consul. dixit, Silvano communicas. Victor respondit, Ipsi. Zenofilus V. C. consul. dixit, Cur ergo intermisso eo, cujus innocentia probata est? & adjecit, Adseveratur præterea te aliud certissime scire, quod Silvanus traditor sit: de eo confitere. Victor respondit, Hoc nescio. Zenofilus vicarius consularis Nundinario diacono dixit, Negat Victor scire, quod Silvanus traditor sit. Nundinarius diaconus dixit, Scit ipse nam tradidit codices. Victor respondit, Fugeram hanc tempestatem: &, si mentior, peream. Cum incursum pateremur repentinæ persecutionis, fugimus in montem Bellonæ. Ego sedebam cum Marte diacono, & Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærerentur codices omnes, negavit se habere. Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum. Ventum est ad domum meam. cum absens essem, ascensum est a magistratibus, & sublati sunt codices mei. Cum ego venissem, inveni codices sublatos. Nundinarius diaconus dixit, Tu ergo respondisti apud acta, quoniam dedisti codices. quare negantur hæc quæ prodi possunt? Zenofilus V. C. consul. Victori dixit, Simpliciter confitere, ne strictius interrogeris. Nundinarius diaconus dixit, Legantur acta. Zenofilus V. C. consul. dixit, Legantur. Et dedit Nundinarius, & exceptor recitavit. Diocletiano VIII. & Maximiano VII. consulib. XIV. Kalendas Iunias, ex actis Munatii Felicis F. P. P. curatoris coloniæ Cirthensium. Cum ventum esset ad domum in qua Christiani conveniebant, Felix F. P. P. curator Paulo episcopo dixit, Proferte Scripturas legis, & si quid aliud hic habetis, ut præceptum est, ut jussioni parere possitis. Paulus episcopus dixit, Scripturas lectores habent, sed nos quod hic habemus, damus. Felix F. P. P. curator Paulo episcopo dixit, Ostende lectores, aut mitte ad illos. Paulus episcopus dixit, Omnes cognoscitis. Felix F. P. P. curator reipublicæ dixit, Non eos novimus. Paulus episcopus dixit, Novit eos officium publicum, id est, Edesius & Iunius exceptores. Felix F. P. P. curator reipublicæ dixit, Manente ratione de lectoribus quos demonstrabit officium, vos quod habetis dare. Sedente Paulo episcopo, Montano & Victore, Deusatelio & Memorio presbyteris, adstante Marte cum Helio diacono Marcuclio, Catullino, Silvano & Caroso subdiaconis, Ianuario Meraclo, Fructuoso, Miggine, Saturnino, Victore & ceteris fossoribus, contra scribente Victore Aufidii, in brevi sic: Calices duo aurei: item calices sex argentei: urceola sex argentea: cucumellum argenteum: lucernæ argenteæ septem: cereofala duo: candelæ breves æneæ cum lucernis suis septem: item lucernæ æneæ undecim, cum catenis suis: tunicæ muliebres LXXXII. mafortea XXXVIII. tunicæ viriles XVI. caligæ viriles paria XIII. caligæ muliebres paria XLVII. coplæ rusticanæ XIX. Felix F. P. P. curator reipublicæ Marcuclio Silvano, & Caroso fossoribus dixit, Proferte hoc quod habetis. Silvanus & Carosus dixerunt, Quod hic fuit, totum hoc ejecimus. Felix F. P. P. curator reipublicæ Acuclio Silvano, & Caroso dixit, Responsio vestra actis hæret. Posteaquam perventum est in bibliothecam, inventa sunt armaria inania. ibi protulit Silvanus capitula argentea, & lucernas argenteas, quod diceret se post orcam eas invenisse. Victor Aufidi Silvano dixit, Mortuus fueras si non illas invenisses. Felix F. P. P. curator reipublicæ Silvano dixit, quære diligentius ne quid hic remanserit. Silvanus dixit, Nihil remansit, totum hoc ejecimus. Et cum apertum esset triclinium, inventa sunt ibi dolia IV. & orcæ sex. Felix F. P. P. curator reipublicæ dixit, Proferte scripturas quas habetis, ut præceptis imperatorum & jussioni parere possimus. Catulinus protulit codicem unum pernimium majorem. Felix F. P. P. curator reipublicæ Marcuclio & Silvano dixit. Quare unum tantummodo codicem dedistis? Proferte scripturas quas habetis. Catulinus & Marcuclius dixerunt, Plus non habemus, quia subdiacones sumus: sed lectores habent codices. Felix F. P. P. curator reipublicæ Marcuclio

S. Augusti. lib. III. contra Cresc. cap. 28 & ep. 162. & 165.

Idem Aug. lib. 4. cap. 56.

Marcuclio & Catulino dixit, Monstrate nobis lectores. Marcuclius & Catulinus dixerunt, Non scimus ubi maneant. Felix F. P. P. reipublicæ Catulino & Marcuclio dixit, Si ubi manent non nostis, nomina eorum dicite. Catulinus & Marcuclius dixerunt, Nos non sumus proditores: ecce sumus: jube nos occidi. Felix F. P. P. curator reipublicæ dixit, Recipiantur. Et cum ventum esset ad domum Eugeni, Felix F. P. P. curator reipublicæ dixit Eugenio, Profer scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. & protulit codices quatuor. Felix F. P. P. curator reipublicæ Silvano, & Caroso dixit, Demonstrate ceteros lectores. Silvanus & Carosus dixerunt: Iam dixit episcopus, quia Edusius & Iunius exceptores omnes noverunt. Ipsi tibi demonstrent ad domos eorum. Edunius & Iunius exceptores dixerunt, Nos eos demonstramus, domine. Et dum ventum fuisset ad domum Felicis sarsoris, protulit codices quinque. Et cum ventum esset ad domum Victorini, protulit codices octo. Et cum ventum fuisset ad domum Projecti, protulit codices v. majores, & minores II. Et cum ad grammatici domum ventum fuisset Felix F. P.P. curator Victori grammatico dixit, profer scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Victor grammaticus obtulit codices II. & quiniones quatuor. Felix F. P. P. curator Victori dixit, Profer scripturas, plus habes. Victor grammaticus dixit, Si plus habuissem, dedissem. Et cum ventum fuisset ad domum Eutici Cæsariensis, Fœlix F. P. P. curator Euticio dixit, Profer scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Euticius dixit, Non habeo. Felix F. P. P. curator Euticio dixit, Professio tua actis hæret. Et cum ventum fuisset ad domum Coddeonis, protulit uxor ejus codices sex. Felix F. P. P. curator reipublicæ dixit, Quære, ne plus habeatis. profer. Mulier respondit, Non habeo. Felix F. P. P. curator reipublicæ, Bovi servo publico dixit, Intra & quære, ne plus habeat. Servus publicus dixit, Quæsivi, & non inveni Felix F. P. P. curator reipublicæ Victorino, Silvano, & Caroso dixit, Si quid minus factum fuerit, vos contingit periculum. Quibus lectis, Zenofilus V. C. consul. Victori dixit, Confitere simpliciter. Victor respondit, Non fui præsens. Nundinarius diaconus dixit, Legimus epistolas episcoporũ factas a Forte: & legit exemplar libelli traditi episcopis a Nundinario diacono. Testis est Christus & angeli ejus, quoniam tradiderunt quibus communicastis, id est, Silvanus a Cirtha traditor est, & fur rerum pauperum. Quod omnes vos episcopi, presbyteri, diacones, seniores scitis de quadringentis follibus Lucillæ clarissimæ fæminæ, pro quo vobis conjurastis ut fieret Majorinus episcopus: & inde factum est schisma. Nam & Victor Fullo, vestri præsentia & populi, dedit folles viginti, ut factus esset presbyter, quod scit Christus & angeli ejus. & recitatum est exemplum epistolæ. Purpurius episcopus Silvano coepiscopo in domino salutem. Venit ad me Nundinarius diaconus filius noster, & petiit has literas deprecatorias a me, ad te, sanctissime, dirigerem, ut si fieri posset, pax inter te & ipsum fit hoc enim volo fieri, ut nemo sciat, quid inter nos agatur. Si volueris scripto tuo * ut & ego solus ibi in re præsenti veniam, & dissensionem ipsam de inter vos amputem. Manu sua enim mihi tradidit libellum rei gestæ, pro qua causa fuerit tuo præcepto lapidatus. Non est verum, ut pater casti-

A get filium contra veritatem, & scio quia vera sunt, quæ in libello mihi tradito sunt conscripta. Quære remedium, quomodo poterit ibi malignitas ista extingui, antequam flamma exurgat, quæ post demum extingui non poterit sine sanguine spiritali. Adhibete conclericos & seniores plebis ecclesiasticos viros, & inquirant diligenter, quæ sunt istæ dissensiones, ut ea quæ sunt secundum fidei præcepta, fiant. Non declinabis ad dextram vel ad sinistram. Libenter autem commodare nolis malis instructoribus qui nolunt pacem. Omnes nos occidistis. & alia manu, vale. Item & exemplum epistolæ * clericis & senioribus Cirthensium in domino æternam salutem. Clamat
B Moyses ad omnem senatum filiorum Israel, dixitque illis, quæ dominus jubeat fieri sine consilio seniorum nihil agebatur. Ita ne & vos carissimi, quos scio omnem sapientiam cælestem & spiritalem habere, omni vestra virtute cognoscite quæ sit dissensio hæc, & perducite ad pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus, quod nihil vos lateat, unde hæc dissensio est inter carissimum nostrum Silvanum & ipsum. Tradidit enim mihi libellum, in quo omnia sunt conscripta. Dixit enim & vos non latere. Ego scio quia auris non est bonum. Quærite remedium quomodo extinguatur hæc res sine periculo animæ vestræ, ne subito cum personam accipitis in judicio, ruatis. Iustum judicium inter partes judicate secundum
C gravitatem vestram & justitiam. Cavete vobis ne declinetis in dexteram, neque in sinistram. Dei res agitur, qui scrutatur cogitationes singulorum. elaborate, nemo sciat, quæ sit conjuratio hæc. vestra sunt, quæ libello continentur, non est bonum. Dicit enim dominus, Ex ore tuo condemnaberis, & ex ore tuo justificaberis. Item alia recitata. * fratri carissimo Fortis in domino æternam salutem. Venit ad me filius noster Nundinarius diaconus, & retulit ea, quæ inter te & illum contigerint, ut præ malivoli intercessu, qui vult animas vestrorum a via veritatis avertere. Cum audirem mente defectus sum, quod talis dissensio inter nos venit. Dei enim sacerdos ut ad
D hoc veniat quod non nobis expediat * fiat. Nunc ergo petite eum, ut quod potest, cum ipso pax domini salvatoris Christi sit. Non ad publicum veniamus, & a gentibus damnemur. Scriptum est enim: Videte ne dum mordetis, & causamini inimicitiam, ab invicem consumamini. Ergo peto dominum, ut tollatur de medio nostrum hoc scandalum, ut possit res Dei cum gratiarum actione celebrari, domino dicente, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quæ pax poterit esse, ubi dissensio est? æmulationes sunt. Nam cum ego a milite essem aff * separatus & *** in illo venissem, cum injuria tali. Deo commen-
E davi animam meam, & remisi tibi, quia Deus videt mentes hominum & eorum, sive a te ad illos perductus sum: sed Deus nos liberavit, & tecum servimus. Ergo, sicuti dimissum est nobis, & vos reconciliamini paci, ut in nomine Christi possimus cum gaudio pacem celebrare. Nemo sciat. Fratribus, & filiis, clero & senioribus, Fortis in domino æternam salutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus vester, & retulit ea quæ contra vos sunt gesta, nec non utique debuit a vobis componi, ne ventum esset ut talem insaniam passi, a quibus lapidarentur pro veritate, quod & vos & nos scimus, sicuti nobis retulistis, & scriptum est, Non est sapiens quisquam inter vos, qui possit judicare inter fratres? sed frater

cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles, sicuti vos nunc in judicio contenditis. Sic ad hoc exilitum est ut gentibus demus tale exemplum, ut qui per nos Deo credebant, ipsi nobis maledicant, cum ad publicum pervenimus? Ergo, ne ad hoc veniatur, vos qui spiritales estis, facite ut nemo sciat, ut cum pace pascha celebremus, & hortemini eos paci reconciliari, & dissēsio non sit, ne cum ad publicum ventum fuerit, incipiatis & vos periclitari si hoc factum fuerit, & postea vobis imputetis. Dabitis quam plurime, tu possessor Donati presbyter, singuli Valeri, & Victor qui omnia, scitis actutum date operam ut pax sit vobiscum. Item alia recitata * In domino æternam salutem. Pervenit ad nos Nundinarius filius tuus, non tantum ad me, sed & ad fratrem nostrum Fortem, & gravem querelam referens. Miror gravitati tuæ, sic te egisse cum filio, quem tu nutristi & ordinasti. Si enim ædificium terræ structum sit, non additur quid cæleste, quod per manum sacerdotis ædificatur. Sed non est tibi mirandum, scriptura dicente, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Et iterum dicit, Potius dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, sicuti & tu facis. Sufficiat vobis, omnia scire. super quod & pater noster Fortis tibi scripsit. Nunc petierim de caritate tua, frater benignissime, ut suppleas dictum Esaiæ prophetæ, Expellite malignitatem de animis vestris, & venite, disputemus, dicit dominus. Et iterum, Projicite malum de medio vestrum. Sic & tu fac. Subjuga & averte seditiones, quæ noluerunt esse pacem inter te & filium tuum: sed filius tuus Nundinarius in pace tecum pascha celebret, ne res ad publicum veniat præterea jam omnibus nobis nota. Rogaverim te frater benignissime, mediocritatis meæ compleas petitionem. Nemo sciat. Item alia recitata, Fratri Forti Sabinus in domino æternam salutem. Quæ sit caritas juxta omnes collegas, certus sum peculiariter, tamen secundum Dei voluntatem qui dixit, Quosdam diligo super animā meam, Silvanum te coluisse certus sum. Quare non dubitavi hæc scripta ad te dare, quia scripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii, & qui impigre agit, semper res Dei impetu procedit. Ne prætendas excusationem. Occupatio namque nos diebus istis stringet, incunctanter commovet circa hæc usque ante diem solemnissimum paschæ, ut per te fiat pinguissima pax, ut digni coheredes Christi inveniamur, qui dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et iterum, Peto ut facias. & alia manu, Opto te in domino bene valere, & nostri memorem esse. Vale. Sed rogo te, Nemo sciat. Quibus lectis Zenofilus V. C. consularis dixit & actis & literis quæ recitatæ sunt, traditorem constat esse Silvanum, & Victori dixit, Simpliciter confitere, utrum scias eum aliquid tradidisse. Victor dixit, Tradidit, sed non me præsente. Zenofilus V. C. consul. dixit, Quid administrabat tunc Silvanus in clero? Victor respondit, Sub Paulo episcopo orta est persecutio, & Silvanus subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit, Quando ventum est illic, ait, ut factus esset episcopus, respondit populus, Alius fiat, exaudi Deus. Zenofilus V. C. consul. Victori dixit, Dictum est a populo, Silvanus traditor? Victor dixit, Ego ipse luctatus sum. Episcopus. Zenofilus V. C. consul. Victori dixit, Ergo sciebas traditorem? de hoc confitere. Victor respondit, Tra-

* Silvano episcopo.

A ditor fuit. Nundinarius diaconus dixit, Vos seniores clamabatis, Exaudi Deus civem nostrum, ille traditor est. Zenofilus V. C. consul. Victori dixit, Clamasti ergo populo, quod traditor esset Silvanus, & non deberet fieri episcopus? Victor dixit: Clamavi & ego, & populus: Nos enim civem nostrum petebamus integrum virum. Zenofilus V. C. consul. dixit, Quia causa putabatis eum non mereri? Victor dixit, Integrum petebamus, & civem nostrum. sciebam enim causam imperatorum ad hoc nos esse venturos. dum enim talibus committitur. * Item inductis & adplicitis Victore Samsurici, & Saturnino fossorib. ** Zenofilus V.C. consul. dixit, Quis vocaris? Re-
B spondit, Saturninus. Zenofilus vicarius dixit, Cujus conditionis es? Saturninus respondit, Fossor. Zenofilus V. C. consul. dixit, Silvanum scis esse traditorem? Saturninus dixit, Scio lucernam tradidisse argenteam. Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Quid aliud? Saturninus respondit, Aliud nescio, nisi quia depost orcam eam ejecit. Et remoto Saturnino Zenofilus V. C. consul. dixit adstanti, Et tu, quis vocaris, Respondit, Victor Samsurici. Zenofilus V. C. consul. dixit, Cujus conditionis es? Victor dixit, Artifex sum. Zenofilus V. C. dixit, Tabulam argenteam quis tradidit? Victor respondit, Non vidi. quod scio, hoc dico. Zenofilus V. C. consul. dixit Victori,
C Licet jam constiterit ex responsione eorum qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere, utrum Silvanus traditor sit. Victor dixit, Secundo petito. quomodo hoc dimisit ut duceremur ad Carthaginem, ore ipsius episcopi audivi. Data est mihi lucerna argentea, & capitulata argentea, & has tradidi. Zenofilus V. C dixit Victori Samsurici, A quo audisti? Victor dixit, A Silvano episcopo. Zenofilus V. C. consul. Victori dixit, Ab ipso audisti quod tradidisset? Victor dixit, Ab ipso audivi quod suis manibus tradidisset illas. Zenofilus V. C. dixit, Ubi audisti? Victor dixit, In basilica. Zenofilus V. C. consul. dixit, Apud Constantinam? Victor dixit, Ibi cœpit alloqui populum dicens, De quo dicunt me traditorem esse? de lucerna & capitulata: Zenofilus vicarius
D consul. Nundinario dixit, Quid aliud putas ex his esse quærendum? Nundinarius dixit, De cupis fisci, quis illas tulit. Zenofilus vicarius consul. Nundinario dixit, In templo Serapis fuerunt, & tulit illas Purpurius episcopus: acetum quod habuerunt, tulit illud Silvanus episcopus, Donatus presbyter, & Lucianus. Zenofilus V.C. consul. Nundinario dixit, Sciunt id factum qui adsistunt? Nundinarius respondit, Sciunt. Diaconus Saturninus dixit, Dicebant majores nostri quia sublatæ sunt. Zenofilus V.C. consul. dixit, A quo sublatæ dicuntur? Saturninus dixit, A Purpurio episcopo, & acetum a Silvano & Donatio & Luciano presbyteris, & Luciano diacono.
E Nundinarius dixit, Viginti folles dedit, & factus est presbyter Victor. Saturninus dixit, * & cum diceret, Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Cui dedit? Saturninus dixit, Silvano episcopo. Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Ergo ut fieret presbyter, Silvano episcopo viginti folles præmium dedit? Saturninus dixit, Dedit. Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Ante Silvanum positum est? Saturninus dixit, Ante cathedram episcoporum. Zenofilus V. C. consul. Nundinario dixit, A quo pecunia sublata est? Nundinarius dixit, Ipsi episcopi diviserunt eam inter se. Zenofilus V. C. consularis Nundinario dixit,

dixit, Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit, Vtique veniat, de quo clamavit populus biduo post * pare, Exaudi Deus, civem nostrum volumus. Zenofilus V. C. consul. Nundinario dixit, Certe clamavit hoc populus? Respondit, Clamavit. Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Traditorem clamavit Silvanum? Saturninus dixit, Vtique. Nundinarius dixit, Quando factus est episcopus non illi communicavimus, quia dicebatur proditor esse. Saturninus dixit, Quod dicit verum est. Nundinarius dixit, Vidi quia Mutus harenarius tulit in collo. Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Sic factum est? Saturninus dixit, Sic. Zenofilus V. C. consul. dixit, Vera sunt omnia quæ dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus est episcopus Silvanus? Saturninus dixit, Vera Nundinarius dixit. prostibulæ illic fuerunt. Zenofilus V. C. consul. Saturnino dixit, Harenarii illum gestaverunt? Saturninus dixit, Ipsi eum tulerunt, & populus. Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius diaconus dixit, Nunquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit, In casa majore fuit inclusus. Zenofilus V. C. consul. dixit, Certe omnia quæ dicit Nundinarius vera sunt. Saturninus dixit, Vera. Zenofilus V. C. consul. dixit, Tu quid dicis? Victor dixit, Vera sunt omnia domine. Nundinarius dixit, Purpurius episcopus tulit centum folles: Zenofilus V. C. consul. dixit Nundinario, De quadringentis follibus, quos putas interrogandos? Nundinarius dixit, Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenofilus V. C. consul Nundinario dixit, Hi sciunt? Nundinarius dixit, Non sciunt. Zenofilus V. C. consul. dixit, Exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit, Sciunt isti acceptos esse quadringentos folles: quia episcopi eos diviserunt, nesciunt. Zenofilus V. C. consul. Nundinario, & Victori dixit, Scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus & Victor dixerunt, Scimus. Zenofilus V. C. consul. dixit, Pauperes non acceperunt? Dixerunt, Nemo nihil accepit. Zenofilus V. C. consul. Saturnino, & Victori dixit. Nihil de fano Sarapis sublatum est? Saturninus & Victor dixerunt, Purpurius tulit cupas, & Silvanus episcopus, & Donatus & Superius presbyteri, & Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenofilus V. C. consul. dixit, Responsione Victoris grammatici, & Victoris Samsurici, & Saturnini claruit vera esse omnia, quæ suggesserit Nundinarius. submoveantur & exeant. Zenofilus V. C. consul. dixit, Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit Castum diaconum, ut dicat si non est traditor. Ipse illum ordinavit. Et inducto, & applicito Casto diacone, Zenofilus V. C consul. dixit, Quis vocaris? Respondit, Castus. Zenofilus V. C consularis Casto dixit, Cujus conditionis es? Castus dixit, Nullam dignitatem habeo. Zenofilus V. C. consul Casto dixit, Licet nunc per Victorem grammaticum, quam etiam per Victorem Samsurici & Saturninum venerunt in confessionem quæ Nundinarius objecit: tamen etiam tu confitere, utrum traditor sit Silvanus. Castus respondit. Dicebat quod invenerit lucernam post orcam Zenofilus V.C. consul. dixit Casto, Etiam de cupis de fano Sarapis sublatis & aceto confitere. Castus respondit, Purpurius episcopus tulit cupas. Zenofilus V. C. consul. dixit: Acetum quis? Respondit Castus, Quod tulerunt inde acetum Silvanus episcopus Donatus & Superius presbyteri. Zenofilus V. C. consul. Casto dixit,

A Confitere, quot folles dedit Victor, ut presbyter fieret? Castus dixit, Obtulit domine saccellum, & quid habuerit, nescio. Zenofilus V. C. consul. Casto dixit, Cui datum est saccellum? Castus dixit, Ille tulit eum in casa majore. Zenofilus V. C. consul. dixit Casto, Populo non est divisa pecunia? Castus respondit, Non est data, nec vidi. Zenofilus V. C. consul. Casto dixit, De follibus, quos Lucilla dedit, populus minutus nihil accepit? Castus dixit, non vidi accipere neminem. Zenofilus V. C. consul. Casto dixit, Quo ergo pervenerunt? Castus dixit, Nescio. Nundinarius dixit, Vtique vel audisti, vel vidisti si dictum est pauperibus, Dat & vobis de re sua Lucilla. B Castus dixit, Non vidi aliquem accipere. Zenofilus V. C. consul. dixit, Manifesta est Casti confessio, quod folles quos Lucilla donavit, populo divisos esse nesciret, & ideo amoveatur. Et applicito Crescentiano subdiacono, Zenofilus V. C. consul. dixit, Quis vocaris? Respondit, Crescentianus. Zenofilus V. C. consul. Crescentiano dixit, Simpliciter sicut & ceteri confitere, utrum scias traditorem Silvanum. Crescentianus dixit, Priores qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singulis. Zenofilus vir clarissimus consularis Crescentiano dixit, Quid retulerunt? Crescentianus dixit, Referebant quod traditor esset. Zenofilus V. C. consularis Crescentiano dixit, Dixerunt illum traditorem? & adjecit, Qui dicebant? Crescentianus dixit, Qui cum illo conversabantur in C plebe, dixerunt quod aliquando tradidisset. Zenofilus V. C. consul. Crescentiano dixit? De Silvano dicebant? Crescentianus dixit, Vtique. Zenofilus V.C. consul. Crescentiano dixit, Cum factus fuisset episcopus, præsto fuisti? Crescentianus dixit, Præsens cum populo fui, inclusus in casa majore. Nundinarius diaconus dixit, Campenses & harenarii fecerunt illum episcopū. Zenofilus V. C consul. Crescentiano dixit, Mutus harenarius certe eum sustulit. Dixit, Manifeste. Zenofilus V. C. consul. Crescentiano dixit, Cupas de fano Sarapis scis esse sublatas? Crescentianus dixit, Plures dicebant quod Purpurius episcopus ipse sustulerit cupas, & acetum quod ad senem nostrum Silvanum pervenisset & filii Ælionis dicebant. D Zenofilus V. C. consul. Crescentiano dixit, Quid audisti? Crescentianus dixit, Acetum sublatum a sene Silvano, & Donato, & Superio presbyteris, & Luciano diacono. Zenofilus V. C. consularis Crescentiano dixit, Ex quadringentis follibus, quos Lucilla donavit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit, Nihil inde nemo accepit, nescio, nec quis illos erogaverit. Nundinarius dixit, Aniculæ numquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit, Nihil. Zenofilus V. C. consul. dixit. Certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt. Crescentianus dixit, Non audivi, vel vidi dedisse il- E lum aliquos. Zenofilus V. C. consul. Crescentiano dixit, Nihil ergo datum est de cccc. follibus populo? Crescentianus dixit, Nihil. vtique pervenisset aliqua portiuncula ad nos. Zenofilus V. C. consul. dixit, Quo ergo sublati sunt? Crescentianus dixit, Nescio, Nemo nihil accepit. Nundinarius dixit, Victor quot folles dedit, ut fieret presbyter? Crescentianus dixit, Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenofilus V. C. consul. dixit Crescentiano, Cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit, episcopo Silvano. Zenofilus V. C. consul. dixit, Silvano dati sunt? Crescentianus dixit, Silvano. Zenofilus V. C. consul. dixit,

dixit, Populo nihil datum est? Respondit, Nihil. Necesse est ut & nos aliud acciperemus, si distribuerentur sicut solet. Zenofilus V. C. consularis Nundinario dixit, Quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit, Ipsum est. Zenofilus V.C. consul. dixit, Quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoveatur. Item inducto & applicito Ianuario subdiacono, Zenofilus V. C. consul. dixit, Quis vocaris? Respondit.

* * * * * * * *

Vide Optat. Milevit. lib. 1. Augustin. in brevicul. collat. 3. c. 23. & 24. Ad Donatist. post collat. c. 33. Contra Cresconium lib. 7. c. 28. & 70. lib. 4. c. 56. De unitate ecclesiæ cap. 18. epist. 68. 152. 162. 165.

[a] ** PVRGATIO CÆCILIANI CORAM Æliano proconsule.

[Marg.: * Hæc contigerunt anno 314. æræ Christianæ, Volusiano & Anniano consulibus.]

IN municipio Autumnitanorum. [a] Gallienus duumuir dixit, Quoniam præsens es Cæciliane, audi literas domini mei Æli Paulini * agentis vicariam præfecturam, quid jubere sit dignatus secundum epistolam ad nos datam, quæ declarare te compellit, & scribam quem habuisti tunc temporis administrationis tuæ, & tabularium. Sed quoniam tabularius ejus temporis vita functus est, & omnes actus administrationis tuæ, secundum fidem literarum ejusdem mei domini, tecum perferre debebis, & ad coloniam Carthaginiensem, cum scriba tuo proficisci necesse est. Præsens est curator, sub cujus præsentia vos compellimus. quid ad hoc respondes? Cæcilianus dixit, Mox ad me epistolam Æli Paulini * agentis vicariam præfecturam pertulistis, statim ad scribam Miccium misi, * venit, ut acta ipsius temporis confecta mihi obtulisset, & usque adhuc inquirit. & quoniam non modicum tempus est, ex quo duoviratum administravi, anni sunt XI. Itaque cum invenerit, parebo tanto præcepto. Galienus duovir dixit. Tua interest, jussioni parere: Vides enim jussionem esse sacram. Cæcilianus dixit, Devotus sum tanto præcepto. Item, cum paulpost scriba Miccius supervenisset, Fuscius duovir dixit, Audisti & tu Micci, quod & tu una cum Cæciliano necessarius es ire ad officium * vicarium, instructionem ejus temporis ut vobiscum perferatis. Ad hæc quid dicis? Miccius respondit, Magistratus suppleto anno omnes actus suos domũ suam tulit. si in ei in cera possit inveniri inquiro: & cum quæreret, Quintus Sicenna duumvir dixit, Quod cognovit officium? respondit, * Apronianus dixit. Si omnes actus suos tulerat magistratus, unde acta, quæ tunc emissa erant, vel confecta tanto tempore? Et cum diceret, Ælianus proconsul dixit, Et mea interrogatio, & singularum personarum responsio actis continetur. Agesilaus dixit, Sunt præterea & aliæ epistolæ huic rei necessariæ. interest ut legantur. Ælianus proconsul dixit, Lege Cæciliano audiente, ut agnoscat an ipse dictaverit. Agesilaus recitavit [b] * & Anniano consulibus XIII. Kal. Septembr. in jure apud Aurelium, Didymum, Sperecium sacerdotem Iovis optimi maximi duovir recitavit. Splendidæ coloniæ Carthaginiensium Maximus dixit, Loquor nomine seniorum Christiani populi catholicæ legis. Apud maximos imperatores causa agenda erit contra Cæcilianum & Felicem, qui principatum ejusdem legis omnia conatur invadere. Contra ipsos documenta criminum ejus conquiruntur. Nam cum persecutio esset indicta Christianis, id est, ut sacrificarent, aut quascumque scripturas haberent, incendio traderent, Felix qui tunc episcopus fuit [a] Authumnis, consensum adtulerat, ut de manu Galati scripturæ traderentur, ut igni concremari possent, & erat tunc temporis magistratus Alfius Cæcilianus, quem præsentem videre dignaris. Et quoniam ejus temporis officium incumbebat, ut ex jussione proconsulari omnes sacrificarent, & si quas scripturas haberent, offerrent secundum sacram legem. quæso, Secundus senex est & senem vides, & non potest ad comitatum sacrum pergere: apud acta deponat, utrumne jam de pactione secundum ab eodem habita, literas dedit, & utrum ea quæ in literis contulerit, vera sint: ut horum actus & fides in judicio sacro detegi possit. Adstanti Cæciliano Speretius duumuir dixit, Audis quæ apud acta sint deposita. Alfius Cæcilianus dixit, Zamæ eram propter lineas comparandas cum Saturnino. Et cum venitemus illo, mittunt ad me in prætorio ipsi Christiani, ut dicerent, Sacrum præceptum ad te pervenit? Ego dixi, Non, sed vidi jam exempla. Et Zama, & Furnis dirui basilicas, & uri scripturas vidi. Itaque proferte si quas scripturas habetis, ut jussioni sacræ pareatur. Tunc mittunt in domum episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, ut exuri possent secundum sacrum præceptum. Sic Galatius nobiscum perrexit ad locum, ubi orationes celebrare consueti fuerant. Inde cathedram tulimus, & epistolas salutatorias, & ostia omnia combusta sunt secundum sacrum præceptum. Et cum ad domum ejusdem Felicis episcopi mitteremus, renuntiaverunt officiales publici, illum absentem esse. Nam cum posteriori tempore adveniret. Ingentius scriba Augenti, cum quo Ædilitatem administravi, dictavi epistolam eidem collegæ, quam feci ad eumdem episcopum Felicem. Maximus dixit, Præsens est. eadem epistola ei offeratur ut eam recognoscat. Respondit, Ipsa est. Maximus dixit. Quoniam recognovit epistolam suam, hanc lego, & oro, plena actis inseratur Et recitavit Cæcilianus: Parenti Felici salutem. Cum Ingentius collega meus Augentianum amicum suum conveniret, & inquisisset anno duoviratus mei, an aliquæ scripturæ legis vestræ secundum sacram legem adustæ sint, * quam Galatius unus ex lege vestra publice epistolas salutatorias de basilica protulerit. Opto te bene valere. Hoc signum quod deprecatorium ad me miserant Christiani & ipse cujus est prætorium. & dixisti, Tolle clavem & quos inveneris in cathedra libros, & super lapide codices, tolles illos. Sane, vide officiales ne tollant oleum & triticum. Et ego dixi tibi, Tu nescis quia ubi scripturæ inveniuntur, ipsa domus diruitur? Et dixisti, Quid ergo facimus? & dixi ego vobis, Tollat aliquis de vestris in area ubi orationes facitis, & illic ponantur. & ego venio cum officialibus, & tollo. & nos illo venimus, & omnia tulimus, secundum sacrum præceptum. Maximus dixit, Quoniam ejus epistolæ lectio apud acta recitata est, quam ipse agnovit se misisse, quæ dixit, quæsumus actis hæreat. Speretius duovir dixit, Quæ dixisti scripta sunt. Agesilaus dixit, Adpræsente epistola recognovit, residuam partem quam nunc legit falsam esse dicit. Cæcilianus dixit, Domine, usque ad hoc dictavi usquequo habet, Opto te, parens carissime, bene valere. Apronianus dixit, Semper sic falsum, per terrorem, per scenam, per inreligiosam mentem actum est ab his qui catholicæ ecclesiæ consentire

[Marg.: [a] Aptungis.]

[Marg.: [b] Volusiano.]

tire noluerunt. Nam Paulino hic administrante vices præfectorum, subornatus est quidam privatus homo, qui modicum cursoris haberet, qui ad catholicæ unitatis veniret, atque eos indiceret, & terreret. Detecta igitur factio est. Nam componebatur Felici religiosissimo episcopo per mendacium, ut videretur scripturas prodidisse & exussisse. Ingentius quidem cum hoc totum quicquid agebat, obesset sanctitati & religioni Cæciliani, subornatus est, ut veniret cum literis Felicis episcopi ad Cæcilianum duovirum, & ei confingeret a Felice se esse mandatum. Dicat ipsa verba quibus hoc est confictum. Ælianus proconsul dixit, Dic. Apronianus dixit, Dic, inquit, amico meo Cæciliano, quod codices accepi pretiosos deificos XI. quiaque me nunc convenit ut illos restituam, dic quod anno magistratus tui eos exusseris, ne reddam illos. Qua de re igitur de Ingentio quærendum est, quatenus hæc machinata sint ac fabricata, & quatenus voluerit circumscribere magistratum ad mēdacium, ut Felicem aspergeret infamia. dicat a quo missus sit. verumtamen simulationem istam in conscientiam Felicis, quo Cæciliani pudori & initio derogaret. Est enim quidam qui per Mauritaniam & Numidiam legatus missus sit ex adversa parte. & adstante Ingentio Ælianus proconsul dixit, Cujus præcepto ea suscepisti agenda, quæ tibi objiciuntur? Ingentius dixit, Ubi? Ælianus proconsul dixit, Quoniam fingis te non intelligere quod interrogaris, dicam apertius: quis te ad magistratum Cæcilianum misit? Ingentius dixit, Nemo me misit. Ælianus proconsul dixit, Quomodo ergo venisti ad magistratum Cæcilianum? Ingentius dixit, Cum venissemus, & ageretur causa Mauri ab Utica episcopi, qui episcopatum sibi redemit, ad urbem ascendit Autumnitanus episcopus Felix, ut tractaret, & dixit, Nemo communicet, quia falsum admisit. Et dixi illi ego & contra, Nec tibi, nec illi, qui traditor es. Dolui enim causam Mauri hospitis mei, quia communicaveram cum illo in peregre, quia evasi persecutionem. Exinde ibi in patria ipsius Felicis, duxi mecum tres seniores, ut viderent an verum tradidisset, an non. Apronianus dixit, Non ita venit ad Cæcilianum quærere de Cæciliano. Ælianus proconsul Cæciliano dixit, Quomodo ad te venit Ingentius? Cæcilianus Respondit, Domi ad me venit. prandebam cum operariis. venit illuc. stetit in janua. Cæcilianus ubi est, dixit. respondi, hic. Ego dico ei, quid est? Omnia recte? Omnia, dicit. Respondi illi, Si non fastidis prandere, veni, prande. Dicit mihi, Revertor huc venit illuc solus. dicere mihi cœpit, Ecce sic mihi curare & inquirere an adusta fuerit scriptura anno duoviratus mei. Dico illi ego, Molestus es mihi, tu homo immissus es: laxa hinc te a me. Et sprevi illum a me. Et venit illo iterato cum collega meo, cum quo fui ædilis. Ait mihi collega meus, Felix noster episcopus misit huc hominem, ut facias illi literas, quia accepit codices pretiosos, & noluit revocare illos. scribas illo, quod anno duoviratus tui combusti sunt. Et dixi ego, Hæc est fides Christianorum? Ingentius dixit, Domine veniat & Auxentius. Et ego honorificus sum, & honor meus pereat, & ejus literas habemus. Ælianus proconsul Ingentio dixit, Revinceris alio titulo. Ælianus proconsul dixit ad officium. Apta illum. Cumque aptaretur, Ælianus proconsul dixit, Suspendatur. Cumque suspenderetur, Ælianus proconsul Cæciliano dixit, Quomodo ad te In-

A gentius venit? Respondit, Misit huc me Felix, dixit, noster, ut scribas illo, quia est unus perditus nescio qui, habens penes me codices pretiosos, & nolo illos restituere. Itaque fac literas, quia adusti sunt, ne revocem illos. Et ego dixi, Christiani fides hæc est? Et cœpi illum corripere. Et ait collega meus. Scribe illo Felici nostro. Et sic ego epistolam dictavi, quæ paret usquequo dictavi. Ælianus proconsul dixit, Audi sine metu recitationem epistolæ tuæ. Recognosce quousque dictaveris. Agesilaus recitavit. Opto te, parens charissime, multos annos bene valere. Ælianus proconsul Cæciliano dixit, Hucusque dictasti? Respondit, Hucusque. reliquum falsum est. Agesilaus recitavit. Hoc signo quod de prætorium

B ad me misisti nisi ego & tu & cujus est prætorium. & dixit, Tolle clavem, & quos invenies in cathedra libros, & super lapide codices, tolle illos. sane vide, officiales ne tollant oleum & triticum. Et ego dixi. Tu nescis, quia ubi scripturæ inveniuntur. Et dixisti, Quid ergo faciemus? Et dixi ego vobis, Tollat aliquis de vobis in areis ubi orationes facitis, & illic ponantur. Et ego venio cum officialibus & tollo, & nos illo venimus & omnia tulimus secundum placitum, & adussimus secundum sacrum præceptum. Maximus dixit, Quoniam ejus epistolæ tenor etiam apud acta recitatus est, quam ipse agnovisse ac misisse dixit,

C quæsumus hoc actis tuis hæreat. Speretius dixit, Quæ dixistis scripta sunt. Cæcilianus respondit, * Cillo est falsum, quousque est epistola mea, quousque dixi, Bene vale parens carissime. Ælianus proconsul dixit, Quem dicis addidisse ad epistolam? Cæcilianus dixit, Ingentium. Ælianus proconsul dixit, Professio tua actis hæret. Ælianus proconsul Ingentio dixit, Torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit, Erravi, huic epistolæ ego addidi, dolens causa Mauri hospitis mei. Ælianus proconsul dixit." * Maximus semper Augustus & Licinius Cæsar, ita pietatem Christianis exhibere dignantur, ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius observari religionem istam, & coli velint. Noli itaque tibi blandiri, quod cum mihi dicas, Dei cultorem te esse, ac propterea

" Constantinus.

D non possis torqueri. Torqueris, ne mentiaris, quod alienum Christianis esse videtur: & ideo dic simpliciter ne torqueatis. Ingentius dixit, Jam confessus sum sine tormento. Apronianus dixit, Dignare de eo quærere, qua auctoritate, quo dolo, qua insania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam: qua ratione seditionem commoverit catholicæ ecclesiæ. Ælianus proconsul, Ad Numidias fuisti? Respondit, Non, domine. sit qui probet. Ælianus proconsul dixit, Nec in Mauritania? Respondit, Negotiari illo fui. Apronianus dixit, Et in hoc mentitur, domine. Nam ad Mauritaniæ situm non nisi per

E Numidias pergitur. quatenus dicit se in Mauritania fuisse, non fuisse in Numidia. Ælianus proconsul dixit, Cujus conditionis es? Ingentius respondit, decurio sum Ziguensium. Ælianus proconsul dixit ad officium, Submitte illum. quo submisso, Ælianus proconsul Cæciliano dixit, Falsa dicis quæ dixisti. Cæcilianus respondit, Non domine. Is qui scripsit epistolam, jube veniat. Amicus ipsius est. Ipse dicet, quousque dictavi epistolam. Ælianus proconsul dixit, Quis est ille, quem venire desideras? Cæcilianus dixit, Augentium, cum quo fui ædilis. Non possum probare nisi per ipsum Augentium qui scripsit epistolam. quousque dictavi illi, ipse dicere potest. Ælianus proconsul

proconsul dixit, Constat ergo falsam esse epistolam. Cæcilianus respondit, Constat domine, non mentior in sanguine meo. Ælianus proconsul dixit, Cum duoviratum egeris in patria tua, oportet fidem verbis tuis habere. Apronianus dixit, Nec novum est illius, hoc facere. Cæterum & actis addiderunt quod voluerunt. Iam artificium est illus. Ælianus proconsul dixit, Ex professione Cæciliani, qui acta falsata esse dicit, atque epistolæ plurima addita, manifestum est qua voluntate hæc gesserit Ingentius: & ideo recipiatur in carcerem. Est enim arctiori interrogationi necessarius. Felicem autem religiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas tradiderit, vel exusserit. Omnium enim interrogatio supra scripta manifesta est, nullas scripturas deificas vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse. hoc actis continetur, Quod Felix episcopus religiosus, illis temporibus, neque præsens fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque tale aliquid fieri jusserit. Agesilaus dixit, De

August lib. 3. contra Cresc. c. 70.

Optatus lib. 1 p. 13. edit. Parisiensis in folio.

A his, qui ad potestatem vestram instruendam venerunt, quid jubet potestas tua? Ælianus proconsul dixit, Revertantur ad sedes suas.

Expliciunt gesta purgationis Felicis episcopi " *Autumnitani ordinatoris Cæciliani Carthaginensis.*

" Aptungitani.

Sententiam vero ab Æliano proconsule prolatam dedit Optatus libro 1. quem consule sis, aut adi supra pag. 1404. D.

ARELATENSIS SYNODVS " CHRESTI.

" Imo Marini potius Arel. ep. qui primus synodicæ subscripsit.

" ** *Ex libello synodico.*

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀρελάτῳ, ὑπὸ Χρηστοῦ συναθροισθεῖσα τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Συρακουσίων τῆς Σικελίας, καὶ τοῦ προρρημένου Κικιλλιανοῦ ἐπισκόπου, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων.

B SYNODVS divina & sacra provincialis, in urbe Arelatensi, a Chresto sanctissimo Syracusiorum Siciliæ, & prænominato Cæciliano, episcopis congregata, pro unione episcoporum.

[a]ANCYRANVM CONCILIVM, TEMPORE [b]SILVESTRI PAPÆ CELEBRATVM.

Probatum a Leone IV. d. 20. c. de libellis.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ

μακαρίων πατέρων· οἵ τινες πρεσβύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν.

REGVLÆ [c] *SANCTORVM PATRVM, QVI*

Ancyræ convenerunt: quæ quidem canonibus Nicænis priores sunt, sed propter [d] *œcumenicæ synodi auctoritatem postponuntur.*

[c] constituta.

[d] Sancti & magni concilii.

" in codicibus canonum G. & L.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

ANNO CHRISTI 314.

I.

PRESBYTEROS, qui sacrificarunt, deinde contra reluctati sunt, non fraudulenter & insidiose, sed vere, nec hoc prius machinati sunt, nec consulto ac de industria id fecerunt, & persuaserunt, ut tormentis subjici viderentur, cum ea specie & opinione tantum inferrentur: visum est eos cathedræ quidem honoris esse participes, non licere autem ipsis offerre, seu sermonem conferre, vel omnino sacerdotale aliquod munus obire.

II.

Diaconos similiter qui sacrificarunt, postea autem reluctati sunt, alium quidem honorem habere, ipsos autem ab omni " sacerdotali ministerio cessare, & panem vel calicem offerendi, vel prædicandi: sed si ex episcopis aliqui in iis vel afflictionem aliquam, vel humilitatem ac mansuetudinem viderint, & ali-

" Sacro, aptius reddidit Dionysius, habeturque in veteri interpretatione.

C α'.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἐπαναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινὸς, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι, ταύτας δὲ τῷ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς, ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, μὴ ἐξεῖναι.

ANNO CHRISTI 314.

D β'.

Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τοῦ τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. Εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πρᾳότητος, καὶ

ANNO CHRISTI 314.

ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν.

γ'.

Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρεθέντας, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντάς τε ὅτι εἰσὶ Χριστιανοί, καὶ * περισχισθέντες, ἤτοι εἰς τὰς χεῖρας πρὸς βίαν ἐμβαλλόντων τῶν βιαζομένων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀνάγκην δεξαμένους, ὁμολογοῦντας δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ Χριστιανοί, καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπιδεικνυμένους τῇ πάσῃ καταστολῇ, καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι· τούτους ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντας, τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι· εἰ δὲ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπό τινος, περισσοτέρας ἀκριβείας ἕνεκεν, εἴ καί τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς προσδεχθῆναι. Τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. Προσεξητάσθη δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες * προσάγεσθαι εἰς τάξιν. Ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου πολιτεία, προχειρίζεσθαι.

* al. περισχεθέντας,

* προάγεσθαι

δ'.

Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις * καὶ τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα, ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι, καὶ σχήματι * φαιδροτέρῳ ἀνῆλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως· ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

* al. ἢ δειπν.

* al. σφοδροτέρῳ

ε'.

Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς, καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν. Εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον τῇ * τετραετίᾳ λάβωσι· τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον, πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω· καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

* al. τελείᾳ

ϛ'.

Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ

A quid amplius dare vel offerre voluerint, in eorum potestate id esse.

III.

Eos qui fugientes comprehensi sunt, vel sunt a suis traditi, vel suis alioqui facultatibus privati, vel tormenta perpessi, vel in carcerem conjecti sunt, clamantes se esse Christianos, & divulsi ac distracti sunt, vel iis qui vim afferebant thus in manus immittentibus, vel cibo aliquo per necessitatem suscepto, se tamen esse Christianos perpetuo fatentes, B & ejus quod accidit dolorem & amictu, & habitu, & vitæ humilitate præ se ferentes, a communione non arceri. Sin autem etiam ab aliquo sunt prohibiti, majoris cautionis gratia, vel etiam propter aliquorum ignorantiam, statim admittantur. Hoc autem similiter in clericis & aliis laicis. Hoc quoque est examinatum, an possint etiam laici, qui in eamdem necessitatem inciderunt, ad ordinem promoveri. Visum est ergo, & eos, ut qui nihil peccassent, si etiam præcedens eorum vitæ insti- C tuendę ratio recta inveniatur, promoveri.

IV.

De iis qui vi sacrificarunt, & preterea ad idola pransi sunt; quicumque abducti quidem, & lætiore habitu accesserunt, & veste sumptuosiore usi sunt, & parati prandii, non ægre id ferentes, participes fuerunt, [d] visum est anno audire, tribus autem annis substerni ac supplices esse, soli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad id D quod est [f] perfectum accedere.

V.

[a] Quicumque autem cum veste lugubri accesserunt, & accumbentes comederunt, interea toto accubitus tempore lacrymas fundentes, si triennale substrationis tempus impleverint, sine oblatione recipiantur. Si autem non comederunt, cum duobus annis supplices substratique fuerint, tertio anno communicent sine oblatione, ut id quod perfectum est, triennio accipiant. Statuimus E autem ut episcopi, modo * conversationis examinato, potestatem habeant vel utendi clementia, vel plus temporis adjiciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ consecuta est, examinetur, & sic eis clementia impertiatur.

[a] In codice ecclesię Romanæ edito Moguntiæ hic canon Græcorum 5. non sejungitur a quarto superiore.

* conversationis

VI.

De iis, qui supplicii minis, & bonorum ablationis, vel exterminationis tantum cesserunt, & sacrificaverunt, & ad pręsens usque tempus pœnitentiam non egerunt, nec conversi sunt; nunc autem

ANNO CHRISTI 314.

circa tempus synodi processerunt, & conversionis cogitationem induerunt: visum est ad magnum usque diem eos ad auditionem admitti, & post magnum diem tribus annis esse supplices & substerni, & post alios duos annos communicare [h] sine oblatione, & sic ad id quod perfectum est venire, ut totum sexennium impleant: si qui autem ante hanc synodum ad pœnitentiam admissi sunt, ab illo tempore eis sexennium reputari. Sed si periculum, mortisque expectatio ex morbo, vel aliqua alia occasione evenerit, ii sub definitione recipiantur.

VII.

De iis qui in festo ethnico, in loco gentilibus deputato, convivati sunt, & proprios cibos attulerunt, & comederunt: visum est, cum biennio substrati fuerint, esse recipiendos. [i] An unumquemque autem cum oblatione recipere oporteat, est episcoporum examinare, & aliam vitam in unoquoque inquirere.

VIII.

Qui autem bis vel ter sacrificarunt per vim, triennio substernantur, duobus autem annis sine oblatione communicent, & septimo perfecte suscipiantur.

IX.

Quicumque autem non solum desciverunt, sed etiam insurrexerunt, & fratres suos coegerunt, & causæ fuerunt ut cogerentur, ii annis quidem tribus auditionis locum suscipiant, alio autem anno sine oblatione communicent, ut decennio expleto, ejus quod est perfectum, sint participes. Eorum autem in eo quoque tempore vitam examinare oportet.

X.

[k] Quicumque diaconi constituti, in ipsa constitutione testificati sunt & dixerunt, oportere se uxores ducere, cum non possint sic manere, ii si uxorem postea duxerint, sint in ministerio, eo quod hoc sit illis ab episcopo concessum. Si qui autem hoc silentio præterito, & in ordinatione, ut ita manerent, suscepti sunt, postea autem ad matrimonium venerunt, ii a diaconatu cessent.

XI.

Desponsas aliis puellas, & ab aliis postea raptas, visum est iis, quibus desponsæ erant, reddi, etiam si vim passæ sunt.

XII.

Eos qui ante baptismum sacrificarunt,

A παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων· ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη, κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι. Εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας. Εἰ μέντοι κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως B συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι.

ζ.

Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων· ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι. Τὸ δὲ εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς, ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου * ἀξιῶσαι.

* al. ἐξετάσαι.

η.

Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, C τετραετίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

θ.

Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι· οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως· ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες, τοῦ τελείου μετάσχωσιν. Ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

D

ι.

Διάκονοι, ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες, ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, τοῦτο δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

E

ια.

Τὰς μνηστευθείσας κόρας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπ' ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

ιβ.

Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ

μετὰ

μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

& postea baptizati sunt, visum est ad ordinem promoveri, ut qui abluti sunt.

ιγ'.

Χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων, ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ.

XIII.

Chorepiscopos non licere presbyteros vel diaconos ordinare, sed neque urbis presbyteros, nisi cum literis ab episcopo permissum fuerit, in aliena parochia.

ιδ'.

Τοὺς ἐν κλήρῳ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας, καὶ ἀπεχομένους κρεῶν, ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι, καὶ οὕτως, εἰ βούλοιντο, κρατεῖν ἑαυτῶν. εἰ δὲ βούλοιντο, ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λάχανα ἐσθίειν, καὶ εἰ μὴ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως.

XIV.

[1] Qui in clero sunt, presbyteros vel diaconos a carnibus abstinentes, visum est eas attingere, & sic, ut velint, ab eis abstinere. Si autem nolint olera, quæ cum carnibus apponuntur, comedere, & canoni non cedant, ab ordine cessare.

ιε'.

Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, * ἀναβαλέσθαι τὸ κυριακόν. ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴτε καὶ μή· διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν.

* ἴσ. ἀνακαλεῖσθαι

XV.

Ex iis quæ pertinent ad dominicum, quæcumque dum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, revocare dominicum: episcopi autem judicio relinqui, an oporteat precium recipere, an non: utpote quod eorum, quæ sunt vendita, eis ipsis majus precium reddiderit.

ις'.

Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἢ καὶ ἀλογευομένων.

Ὅσοι πρὶν εἰκοσαετεῖς γένεσθαι, ἥμαρτον, πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες, κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς· εἶτα ἐν τῇ κοινωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν. Ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει βίος, καὶ οὕτως τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας. Εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγόνασι, τὴν μακρὰν ἐχέτωσαν ὑπόπτωσιν. Ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ γυναῖκας ἔχοντες, περιπεπτώκασι τῷ ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ὑποπεσέτωσαν, καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα ἐκτελέσαντες πεντεέτη ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς. Εἰ δέ τινες καὶ γυναῖκας ἔχοντες, καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκονταετῆ χρόνον, ἥμαρτον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς κοινωνίας.

XVI.

De iis, qui rationis expertia animalia inierunt, vel ineunt.

Quicumque prius quam viginti quidem annos nati essent, peccarunt, postquam quindecim annis substrati ac supplices fuerint, communionem ad preces assequantur. Deinde & cum in communione quinque annis perseveraverint, oblationem attingant. Examinetur autem & eorum in substratione vita, & ita humanitatem consequantur. Si qui autem improbe ac maligne in peccatis fuerunt, longe substrationem habeant. Quicumque autem hanc ætatem transgressi, & habentes uxores, in hoc peccatum inciderunt, viginti annis substrati, communionem ad preces assequantur. Deinde cum in precum communione quinque annos peregerint, oblationem assequantur. Si qui autem & mulieres habentes, & quinquagesimum annum transgressi, peccaverunt, in vitæ exitu communionem assequantur.

Hoc intelligi potest de his qui vel cum pecoribus, vel more pecudum cum propinquo sanguine mixti sunt.

ιζ'.

Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι.

XVII.

Eos qui rationis expertia animantia inierunt, & qui leprosi sunt vel fuerunt, jussit sancta synodus inter hiemantes orare.

ιη'.

Εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνο-

XVIII.

Si qui constituti episcopi, & ab illa parochia, in quã nominati fuerunt, non suscepti,

ANNO CHRISTI 314.

suscepti, alias velint parochias invadere, & iis qui constituti sunt, vim afferre, & seditiones adversus illos excitare, eos segregari. Sin autem velint in presbyterio residere, in quo prius erant presbyteri, ipsos honore non moveri. Quod si adversus eos, qui illic constituti sunt, episcopos seditiones excitaverint, honorem quoque presbyterii ab eis auferri, & illos abdicatos effici.

XIX.

Quicumque virginitatem profitentes, professionem suam irritam reddunt, ii bigamorum definitionem impleant. Virgines quidem certe, quæ cum quibusdam tamquam cum fratribus congrediuntur, prohibuimus.

XX.

Si alicujus uxor adulterata fuerit, vel quis eam adulteraverit, oportet eum in septem annis quod perfectum est assequi, per gradus qui eo deducunt.

XXI.

De mulieribus, quæ sunt fornicatæ & fetus in utero perimunt, & fetuum necatoriis medicamentis faciendis dant operam, prior quidem definitio usque ad vitæ exitum prohib bat, & ei quidam assentiuntur. Sed ..umanitate tamen utentes, decrevimus ut decennium per gradus præfinitos impleant.

XXII.

De voluntariis cædibus, supplices quidem substernantur: eo autem quod perfectum est, in fine vitæ digni habeantur.

XXIII.

De involuntariis cædibus, prior quidem constitutio jubet in septennio per præfinitos gradus esse perfecti participes: secunda vero, quinquennium implere.

XXIV.

Qui vaticinantur, & gentium consuetudines sequuntur, vel in suas ædes aliquos introducunt ad medicamentorum inventionem, vel lustrationem, in quinquennii canonem incidant, secundum gradus præfinitos, tres annos substrationis, & duos annos orationis sine oblatione.

XXV.

Quidam cui erat puella desponsa, ejus sorori vitium attulit, ita ut ea etiam conciperet. Sponsam autem postea uxorem duxit. Ea autem cui vitium erat allatum, se suffocavit. Qui conscii fuerant, jussi sunt decennio in eos qui consistunt, recipi per gradus definitos.

ANNO CHRISTI 431.

A μάθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις ἐπιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. Ἐὰν μέντοι βούλοιντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθέζεσθαι, ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι, μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς τῆς τιμῆς. Ἐὰν δὲ διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς καὶ τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἐκκηρύκτους.

ιθ'.

B Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. Τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλύσαμεν.

κ'.

Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐν ἑπτὰ ἔτεσι δοκεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας.

κα'.

Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν, ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρις ἐξόδου
C ἐκώλυσεν. καὶ τούτῳ συντίθενται. Φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους.

κβ'.

Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μὲν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.

κγ'.

Ἐπὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν, κατὰ τοὺς
D ὡρισμένους βαθμούς. ὁ δὲ δεύτερος, τὸν πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι.

κδ'.

Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν * χρόνων ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας* εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς πενταετίας κατὰ τοὺς βαθμοὺς ὡρισμέ- *ἐθνῶν
E νους, τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς.

κε'.

Μνηστευσάμενός τις κόρην, προσέφθαρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορέσαι αὐτήν. ἔγημε δὲ τὴν μνηστὴν μετὰ ταῦτα· ἡ δὲ φθαρεῖσα ἀπήγξατο. οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς.

ANNO CHRISTI 314.

CANONES CONCILII ANCYRANI.

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITULI CANONUM.

CANONES.

I.

Dist. 50. Presbyteros qui. "Nic. 10. Neoc. 9. 10.

PRESBYTEROS immolantes, & iterum luctamen adeuntes, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerint, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subjici, quo facinus pati viderentur inviti: hos ergo placuit honorem quidem sedis retinere; offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

A

II.

ANNO CHRISTI 314. Dist. 50. Presbyteros qui immola. "Nic. 10. Neoc. 9. 10.

Diaconi similiter qui immolaverunt, honorem quidem habeant: cessare vero ab omni sacro ministerio, sive a pane, sive a calice offerendo, vel prędicando. Quod si quidam episcoporum conscii sunt laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, 'penes ipsos erit potestas. (' vel adimere.)

III.

Dist. 50. Presbyteros.

Qui fugientes comprehensi sunt, vel a B domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinuere tormenta, aut in custodiam trusi, proclamaverunt se Christianos esse, & eo usque astricti sunt, ut manus eorum comprehendentes, violenter attraherent, & funestis sacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur; confitentes jugiter se Christianos esse, & luctū rei, quę contigit, incessabiliter ostendentes omni dejectione & habitu & humilitate vitę: 'hos velut extra delictum constitutos, a communionis gratia non vetamus. (' nos) Si vero prohibiti sunt ab aliquibus, propter C ampliorem cautelam, vel propter quorumdam ignorantiam, statim recipiantur. Hoc autem similiter & de clericis, & de laicis ceteris observari conveniet. Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoveri: placuit ergo, & hos, tamquam qui nihil peccaverunt, si & pręcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provehi.

IV.

De his qui sacrificare coacti sunt, insuper & cœnaverunt in idolio, D quicumque eorum, cum ducerentur, lętiore habitu fuerunt, & vestimentis preciosioribus usi sunt, & pręparatę cœnę indifferenter participes extiterunt: placuit, eos inter audientes uno anno constitui, succumbere vero tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam pervenire.

"Quotquot autem ascenderunt templa veste lugubri, & recumbentes per omne tempus flevere discubitus, si compleverunt pœnitentiam triennii temporis, sine E oblatione suscipiantur. (" Græcis hinc incipit canon quintus.) Si autem non manducaverunt, biennio subjecti pœnitentiæ, tertio anno sine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes autem episcopos erit potestas, modum ' conversationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus 'adjicere. (' conversionis ' addicere) Ante omnia vero præcedens eorum vita, & posterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

VII.

ANNO CHRISTI 314.

V.

De his qui minis tantum cessere pœnarum, aut privatione facultatum territi, aut demigratione, sacrificaverunt, & hactenus pœnitudinis negligentes, neque conversi, nunc hujus concilii tempore semet obtulerunt, conversionis suæ consilia capientes: placuit usque ad magnum diem eos inter audientes suscipi, & post magnum diem triennio pœnitentiam agere, & postmodum duobus' diebus sine oblatione communicare, & tunc demum sex annis completis, ad perfectionis gratiam pervenire. Si vero quidam ante hanc synodum suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis sexennii computetur. Si quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut ex infirmitate, aut ex aliqua occasione contigerit, his sub definitione statuta, communio non negetur.

"Hic canon Græcis sextus, & sic deinceps. "Nic. 11. ' annis

VI.

De his qui festis diebus gentilium, in remotis eorum locis convivia celebrarunt, cibosque proprios deferentes, ibidem comederunt: placuit, post pœnitentiam biennii eos suscipi: utrum vero cum oblatione, singuli episcoporum, probantes vitam eorum & singulos actus, examinent.

"Leonis 30.

VII.

Hi, qui secundo & tertio sacrificaverunt coacti, quatuor annis pœnitentiæ subjiciantur; duobus autem aliis sine oblatione communicent, & septimo anno perfecte recipiantur.

VIII.

Quotquot autem non solum ipsi deviarunt, sed etiam insurrexerunt, & compulerunt fratres, & causas præbuerunt ut cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium pœnitentiæ subjiciantur acriori, & alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut perfectionem (expleto decennio) consequantur. Inter hæc autem & eorum vita pensanda est.

"Nic. 11.

IX.

Diaconi, quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, & dixerunt velle se conjugio copulari, quia sic manere non possunt: hi, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneant, propterea quod eis episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, & postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

Dist. 28. Diaconi quicumque. Nota tacitam continentię professionem in susceptione diaconii.

X.

Desponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ, etiam si eis a raptoribus ' vim illatam constiterit.

27. q. 1. Desponsatas puellas. "Calch. 27. Siric. 4. ' vis illata.

XI.

Eos, qui ante baptisma sacrificaverunt idolis, & postea baptisma consecuti sunt, placuit ad ordinem provehi, eo quod probentur abluti.

"Nic. 10. Neocæs. 5.

XII.

Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare: sed nec presbyteris civitatis, sine precepto episcopi vel literis, in unaquaque parochia " aliquid imperare, nec sine auctoritate literarum ejus, in unaquaque parochia aliquid agere.

"Antioch. 8. 10. Neocæs. 13. " Quæ sequuntur absunt a codice ecclesiæ Romanæ.

XIII.

Hi qui in clero sunt presbyteri & diaconi, & a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, & ita, si voluerint, continere. Quod si in tantum eas abominantur, ut nec olera, quæ cum eis coquuntur, existiment comedenda, tamquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

"Gangr. 2.

XIV.

De his quæ pertinent ad ecclesiam, quæcumque, cum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu, ad jura ecclesiastica revocari. In judicio autem erit episcopi, si precium debeat recipi, necne: quia plerumque rerum distractarum reditus ampliorem summam pro precio dato reddiderit.

22. q. 2. c. si quæ de rebus.

XV.

' Quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, ' quales tempore pœnitudinis extiterint, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, vigintiquinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

' De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, quotquot, &c. "Greg. Thau. 12. 13. Basilii 22. 27. 28. ' qualis extiterit.

XVI.

Eos qui irrationabiliter vixerint, & lepra ' injusti criminis alios polluerint, præcepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

' injusti. Dist. 92. Si qui episcopi ordinati sunt.

XVII.

Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati,

"Apost. 37. Antioch. 17. 18.

ANNO CHRISTI 314.

nominati, voluerintque alias occupare A parochias, & vim præsulibus earum inferre, seditiones adversus eos excitando, hos abjici placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordine, ubi prius fuerant, ut presbyteri residere, non abjiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commovent ibidem constitutis episcopis, presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

XVIII.

27. q. 1. Quotquot virginitatē polliciti.

Quotquot virginitatem promittentes, B irritam faciunt sponsionem, inter bigamos censeantur. Virgines autem quæ conveniunt cum aliquibus, tamquam sorores, habitare prohibemus.

XIX.

' adulterata

" Neoc. 8. Innoc. 24.

Si cujus uxor ' adultera fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

XX.

" Greg. Thaum. 14. 15.16.18.19.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas C ab ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

XXI.

" Greg. 22. 23.24.25. 26.

Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentię quidem jugiter se submittant: perfectionem vero circa vitę exitum consequantur.

XXII

" Basilii 63. 64.65.66.

De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem D pœnitentiam perfectionem consequi pręcipit, secunda vero quinquennii tempus explere. Modus autem hujus pœnitentię in episcoporum sit arbitrio, ut secundum conversationem pœnitentium possint & extendere tardantibus, & minuere studiose festinantibus.

XXIII.

" Gregorii 22. Laodic. 36. Valent. 83.

Qui divinationes expetunt, & morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii ja- E ceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos.

XXIV.

Quidam sponsam habens, sororem ejus violavit, & gravidam reddidit; postmodum desponsatam sibi duxit uxorem: illa vero quę corrupta est, laqueo se peremit. Hi qui fuerunt conscii, post decennem satisfactionem jussi sunt suscipi, secundum gradus pœnitentię constitutos.

CANONES
CONCILII ANCYRANI,

" veteri quę legitur in compilatione

Ex interpretatione " Isidori Mercatoris.

TITVLI CANONVM.

CANONES.

I.

PRESBYTEROS qui immolaverunt & postea ' certamen iterum inierunt, ' si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento sibimet præparantes, egerunt, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subjici putarentur, tamquam inviti: si ex fide ergo luctati sunt, & non ex ' compacto, ad ostentationem, ut caperentur, ipsi fecerunt: hos placuit honorem quidem ' sedis proprię retinere: offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

' resipuerunt.

' conficto

' secundum cathedram

II.

Diaconos similiter qui immolaverūt, postea autem

autem iterum reluctati sunt, illum quidem habere oportet: cessare vero debent ab omni sacro ministerio', ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec pronuntient: nisi forte aliqui episcoporum conscii sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipsos ergo de his erit potestas.

'panis & calicis, non portare neque ministrare

III.

Qui fugientes' timore persecutionis' comprehensi sunt, vel a familiaribus, seu a domesticis traditi, vel' bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamaverunt se esse Christianos; quin etiam, perseverante violentia, ad id usque perducti sunt, ut manus eorum apprehensas & violenter attractas super sacrificia imponerent, illis scilicet perseverantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus: hoc ergo quod eis invitis, aliis cogentibus, contigit, si luctu & mœrore animi acerbe se ferre demonstrent, ipsique humili per bonam conversationem habitu incedentes, dolere se id quod inviti coacti sunt, doceant, hos tamquam inculpatos a communione non vetari. Si autem jam prohibiti sunt ab aliquibus a communione, majoris diligentiæ & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. Hoc autem observari convenit & de clericis, & de laicis omnibus. Laicos sane, qui in similes necessitatis causas inciderunt, tamquam nihil peccaverint, maxime si eos probabilis vita commendet, ad ordinationem recipi placuit,

'tempore 'tenti

'substantias suas perdiderũt

IV.

De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnaverunt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa perducti sunt, atque ibi, preciosiori veste adhuc mutata, cœnæ participes facti sunt idolorum, indifferenter sumentes omnia quæ fuerunt apposita: placuit eos inter audientes uno anno constitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam: sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis.

V.

Quotquot autem ascenderunt templa cum veste lugubri, & recumbentes inter alios manducaverunt, flentes; si compleverint pœnitentiam triennii temporis, sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est, ut ipsi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa, non manducaverunt, biennio maneant in pœnitentia. Tertio vero anno communicent, sed sine oblatione, ut dictum est. In quarto autem anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, ut perspecta singulorum conversatione, normam regulamque conversationis attribuat: id est, aut humanius agens, secundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentię breviet, aut etiam prolixius, quod correctione necessarium viderit, addat. Discutiatur autem omnium horum & præcedens vita, & posterior: & ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

*Sequitur seriem atque ordinem codicum Græcorum qui hunc a superiori separant non secus ac Ferrandus c. 148. &c.

VI.

De his qui minis tantum cesserunt, aut bonorum ablatione, aut transportationis pœna deterriti * sacrificaverunt,' & nunc usque non pœnituerunt, neque conversi sunt: modo autem, id est, tempore hujus synodi, se obtulerunt, conversionis suæ consilium capientes: placuit eos usq; ad magnã diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita demum sex annis peractis, ad perfectum pervenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexennii constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine, aut ex qualibet causa immineat, his communio propter viaticum suum non negabitur.

* a fide erraverunt. 'paganizaverunt.

VII.

De his qui festis diebus paganorum, in 'remotis locis eorum conviviis interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portaverunt & comederunt: placuit, ut post biennii pœnitentiam suscipiantur, ita tamen, ut utrum cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, unusquisque episcoporum examinet, vitæ eorum præteritæ ac præsentis habita consideratione.

'abominandis

VIII.

Hi autem qui secundo & tertio sacrificaverunt, vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

IX.

Quotquot autem non solum 'a fide dominica deviarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt' persuasionis: hi per triennium quidem ' inter catechumenos habeantur, per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id est, decimo, communionem sine oblatione recipiant, ut completo decennio, perfectione fruantur. In eo autem ipso tempore etiam vita eorum & conversatio consideranda est.

'apostatarunt.

'pro hoc quia sollicitati sunt.

'locum audientiæ suscipiant.

ANNO CHRISTI 314.

X.

Diaconi' quicumque, cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere; hi postea si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quod his episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio vel clero cessare debebunt, laicam tantum recipientes communionem.

' qui sunt ordinandi, si contestati sunt ante ordinationem & dixerunt oportere se nubere.

XI.

Desponsatas puellas, & postea ab aliis raptas, placuit erui & his reddi, quibus fuerant ante desponsatæ, etiam si a raptoribus florem pudoris sui amisisse constiterit.

XII.

Eos qui ante baptismum ' sacrificaverunt, & postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoveri, tamquam ab omni crimine, lavacri salutaris sanctificatione, purgatos.

' immolaverunt.

XIII.

Vicariis episcoporum, quos Græci * chorepiscopos vocant, non licere ' vel diaconos ordinare: sed nec presbyteris civitatis, sine episcopi præcepto, amplius aliquid imperare, vel sine auctoritate literarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

*Id est, episcopos regionales seu rurales. ' vel presbyteros.

XIV.

De his qui in clero sunt presbyteri vel diaconi, & abstinent a carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tamquam immundas contemnant, sed contingant. A quibus quidem si se abstinere volunt, habeant potestatem; ita tamen, ut si quando cum oleribus coquuntur, eadem tamquam carnibus polluta non judicent, sed ex his ad cibum assumant, quamvis a carnibus se abstineant. Quod si in tantum immundas & abominabiles judicaverint, ut nec olera, quæ cum carnibus coquuntur, æstiment comedenda, tamquam non consentientes huic regulæ, cessare eos oportet & a ministerio & ordine suo. Si quis autem huic regulæ monitus non obedierit, sed carnes, ut dictum est, immundas & abominādas existimaverit, cessare debebit ab ordine suo.

XV.

Si ' qua de rebus ecclesiæ, cum episcopus non est, presbyteri vendiderint; placuit, rescisso contractu, ad jus ecclesiasticum revocari. In judicio autem erit episcopi, si constitutum precium debeat recipi, necne: propter quod sæpe contingit, distractarum rerum reditus ampliorem summam pro dato precio reddidisse.

' quæ adpertinent dominico.

XVI.

' Quotquot igitur ante vigesimum ætatis suæ annum tale crimen admiserint, quindecim annis in pœnitentia peractis, orationi tantum incipiant communicare: & quinquennium alterum in communione orationis solius perdurantes, post vigesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur. Discutiatur autem & vita eorum, qualis fuerit tempore pœnitentię: & juxta hanc, humanitatem consequantur. Quod si quis perseverantius abusus fuerit hoc crimine, hic prolixius tempus, viginti annorum pœnitentiam, suscipiat. Qui vero exacta viginti annorum ætate, & uxores habentes, in hoc crimen inciderunt, post viginti & quinque annos pœnitentia acta, ad communionem orationum admittantur: in qua communione orationum altero quinquennio perdurantes, ad plenam communionem cum oblatione suscipiantur. Quod si aliqui & uxores habentes, & excedentes quinquagesimum ætatis suæ annum, in hoc prolapsi sunt scelere, ad exitum tantum vitæ communionem mereantur.

*qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.

ANNO CHRISTI 314.

XVII.

Hos eodem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate jactantur, qui a nobis ' energumeni appellantur.

' furiosi sive energumeni intelliguntur. ' fracescūt.

" * *MS. Iustelli codex sic habet*: pro his qui in animalib⁹ ut animalia ' fraciscunt, vel in masculis leprosi efficiuntur, de his præceptū est, ut cum eis qui tempestatē patiuntur, orare. *Alii quoque codices MSS. tantam patiuntur lectionis diversitatem in hoc præsertim canone* XVII. *qui nonnumquam* XVI. *numeratur, ut vix duo inter se perfecte consentiant. Et in eam rem dissertationem paraverat vir illustrissimus ac scientia canonicæ consultissimus investigator Petrus de Marca archiepiscopus Tolosanus ad Parisiensem cathedram a rege nominatus & ab apostolica sede probatus.*

XVIII.

Si qui episcopi suscepti non sunt a sua diœcesi, in qua fuerant denominati, & voluerint alias ecclesias occupare, & vim facere episcopis quos ibi invenerint, seditiones excitando adversus eos, hos segregari oportet. Quod si volunt in presbyteri honore in ecclesia, ubi prius fuerant, residere, non repellantur a propria dignitate. Quod si etiam ibi seditiones concitare probantur episcopis ibidem constitutis, ' segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterii dignitate privari.

' expelli eos censemus de ordine presbyterorum & fieri exprędicatores.

XIX.

Quotquot virginitatem ' pollicitam prę-varicati sunt, professione contempta, inter digamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tamquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

' polliciti,

XX.

' Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

' si alicujus uxor adulterata fuerit, aut adulterium vir suus commiserit, &c.

ANNO CHRISTI 314.

XXI.

De mulieribus quæ fornicantur,& partus suos necant; sed & de his quæ ' agunt secum, ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem ' definitio est, usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia removeri. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur.

'festinant abortivum facere. ' primum constitutũ.

XXII.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem jugiter se submittant. Circa exitum autem vitæ, communione digni habeantur." Eos vero qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociavit secundum gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio, quinquennii tempus tribuit.

"Græcis & Dionysioaliisque hinc novus incipit canon: Græcis quidem 23. Dion. 22.

XXIII.

Qui auguria vel auspicia, sive somnia vel divinationes quaslibet, secundum morem Gentilium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt" in exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos suas lustrent; confessi, quinquennio pœnitentiam agant, secundum regulas antiquitus constitutas.

' qualibet causa maleficiorũ aut incantantium.

XXIV.

Si quis sponsam habens, sorori ejus forsitan intulerit * vitium, eique inhæserit tamquam suæ: hac autem decepta, postea uxorem duxerit desponsatam: illa vero quæ vitium passa est, si forte ' necem sibi intulerit; omnes hi qui facti hujus sunt conscii, decem annis in pœnitentiam redigantur, secundum ' canones constitutos.

* violentiam. 'laqueo se suspendit. 'gradus qui jam ordinati sunt.

[m] *Nomina episcoporum qui ad Ancyranam synodum convenerunt, & subscripserunt.*

Vitalis Antiochenus Syriæ Cœles.
Agricolaus Cæsareæ Palæstinæ.
Marcellus Ancyræ Galatiæ primæ.
Lupus Tarsensis Ciliciæ.
Basilius Amasenus * Hellesponti.
'Philadelphius Iuliopolis Galatiæ primæ.
'Eustolius Nicomediæ Bithyniæ.
Heraclius * Zelensis Armeniæ majoris.
Petrus Iconiensis * Lycaoniæ.
Nunechius Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ.
Sergianus Antiochiæ Pisidiæ, sive Cariæ.
Epidaurus' Pisidensis Pamphyliæ.
Narcissus Neroniadis Ciliciæ.
Leontius Cæsareensis Cappadociæ primæ.
Longinus Neocæsareensis Ponti Polemoniaci.
Amphion Epiphaniæ Ciliciæ secundæ.
' Salamenus Germaniciæ Cœles Syriæ.
Germanus Neapolis Palæstinæ.

*Armeniæ majoris. ' Philadelphus. 'Eustolus. * Zelenensis. *Pisidiæ, 'Perges, *alias* Pergamenus. 'Selaus.

[n] CAPITULA DUO ANCYRANI concilii, ex quodam libello sexdecim librorum partialium desumpta. lib. 6. cap. 6.

A *De illo qui domino suo jubente homicidium fecerit.*

ANNO CHRISTI 314.

Si quis liber (jubente domino suo) servum ejus occiderit, ut homicidium sponte commissum, pœniteat.

EX EODEM CONCILIO IUXTA exemplar prædictum, lib. 6. cap. 7.

Ut episcopi de parochiis suis sortilegos & maleficos expellant.

Ut episcopi eorumque ministri omnibus viribus elaborare studeant, ut perniciosam & a diabolo inventam, sortilegam & maleficam artem penitus ex parochiis suis eradicent. Et si B aliquem virum aut feminam hujusmodi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum, de parochiis suis ejiciant. Ait enim apostolus: *Hæreticum hominem post secundam & tertiam correptionem devita, sciens quia subversus est, qui ejusmodi est.* Subversi sunt, & a diabolo capti tenentur, qui derelicto creatore suo, a diabolo suffragia quærunt. Et ideo a tali peste mundari decet sanctam ecclesiam. Illud etiam non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retro post satanam conversæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, C credunt & profitentur se nocturnis horis cum Diana paganorum dea, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum, equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia intempestæ noctis spatio pertransire, ejusque jussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad ejus servitium evocari. Sed utinam hæ solæ in sua perfidia periissent, & non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo a recta fide deviat, & in errores paganorum revolvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis D extra unum Deum arbitratur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo omni instantia prædicare debent, ut noverint hæc omnimodis esse falsa, & non a divino, sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipse satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cujusque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subjugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, & mentem quam captivam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia; modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quæque deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, sed E in corpore opinatur evenire. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus & hebes est, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur; cum Ezechiel propheta visiones domini in spiritu, non in corpore vidit? Et Ioannes apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore, vidit & audivit, sicut ipse dicit: *Statim*, inquit, *fui in spiritu.* Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annuntiandum est, quod qui talia & his similia credit, fidem perdit. Et qui fidem rectam in domino non habet, hic non est ejus, sed illius in quem credit,

26. q. 1. 2. 3. & 4. & postissimum 4. 5. *Tit.* 3. 2. *Cor.* 11. Ezechiel in multis capitibus. *Apoc.* 1. 2. *Cor.* 12.

ANNO CHRISTI 314.

Ioan. 1.

dit, id est, diaboli. Nam de domino nostro scriptum est: *Omnia per ipsum facta sunt.* Quisquis ergo credit posse fieri, aliquam creaturam aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa concilii.

[a] *Ancyranum concilium.*] Postquam per obitum Ma[...]ini persecutoris, ab ecclesia omnis metus tyrannidis propulsatus esset, orientales episcopi hac pacis occasione freti, ad instantiam lapsorum in ecclesiæ communionem, a qua tormentorum metu exciderant, recipi petentium, auctore Vitali Antiocheno episcopo, ut probabile est, convocati, Ancyræ convenerunt, ideo quod ad eam urbem in meditullio regionis sitam, minoris Asiæ episcopi, Cappadoces, Pontici, Armeni, & Cilices, & Syri facilius convenire possent. Octodecim episcopi, qui fere omnes & singuli etiam Nicæno concilio interfuerunt, congregati in causa lapsorum, afflatu Spiritus sancti edocti, illud idem constituerunt, quod sub Deciana persecutione Romæ Cornelius, Carthagine Cyprianus, in Ponto Gregorius, & demum sub Diocletiani tyrannide Petrus Alexandrinus episcopus in Ægypto, episcopi Hispaniæ Eliberini, unanimi consensu, quantumvis loco ac tempore separati fuerint, pie ac sancte decreverunt; ne scilicet quisquam lapsorum ad ecclesiæ communionem admittatur, qui non ante pœnitentiam delicto convenientem egerit, & pro crimine debite satisfecerit. In quem finem viginti quatuor canones ediderunt, unde quam quisque pœnitentiam agere debeat, facile cognoscere potest. Duos reliquos, qui ad finem adjecti sunt, verisimilius est a Damaso pontifice, non a patribus hujus concilii constitutos esse. Extat autem canonum triplex editio, quarum primam, quæ est Dionysii Exigui, jure meritoque sequimur. Hoc concilium a Nicæna synodo universali approbatum esse, constat act. 4. concilii Florentini.

Locus concilii. Numerus episcoporum. Quid hoc cōcilio statutum sit. Quot canones statuti. Concilium approbatum est.

Ancyra autem, teste Plinio lib. 5. cap. ult. dicta est ab ancoris navium captarum a Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex suppetias Galatis, seu Gallogræcis miserat, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. cap. 4. Concilium Ancyranum celebratum in civitate Ancyra in provincia Galatiæ, antiquius est Nicæno.

Tempus habiti concilii.

[b] *Tempore Sylvestri.*] Anno pontificatus Silvestri primo, Constantini imperatoris nono, qui est Christi nati 314. Hoc anno paulo post festum paschæ, hanc sacram synodum celebratam esse, ita probatur. Anno 316. in persecutione Licinii tunc cœpta, Basilius Amasenus episcopus, quem huic concilio interfuisse subscriptio indicat, martyrium subiit. Initio anni 314. Maximinus, pestis ecclesiæ, pestifero morbo, ut scribit Eusebius, extinctus est. Vt causam lapsorum celeritate indigentem ultra annum, in sequentem annum 315. patres sanctissimi distulerint, verisimile non est.

Can. 1. Semel lapsi a munere clericali abstinere debēt, etiā si deinceps in persecutione fidem professi fuerint

[c] *Presbyteros.*] Hoc idem tempore Decianæ persecutionis constitutum fuisse, constat ex Cypriano de lapsis, ubi dicit; ecclesiam tanto candore conspicuos ministros suos esse voluisse, ubi licet hostem priore victoria elatum, secundo certamine superassent, ac proinde labe negationis se emaculassent, non tamen idoneos amplius existimaverit, qui sacris functionibus ministrarent. Vide Baron. ann. 314. num. 81.

Can. 4. Catechumeni cur audientes dicti?

[d] *Visum est anno audire.*] Id est, catechumenos; qui ad prędicationem evangelii audiendam admissi, dum missa fidelium & publicæ orationes incipiebantur, ab ecclesia expellebantur.

Tribus annis substerni.] Pœnitentiæ nimirum; quam dum agerent, instar catechumenorum, a precibus publicis & eucharistiæ perceptione excludebantur.

Quid sit cōmunicare in oratione? Quid communicare sine oblatione.

[e] *Orationi duobus annis.*] Qui injunctam pœnitentiam peregerant, ad publicas quidem preces, non autem ad corporis & sanguinis Christi sumptionem admittebantur, donec reliquum tempus pœnitentiæ absolvissent. Et quod est hoc loco *communicare in oratione*, hoc idem significant verba quæ frequenter sequentibus canonibus usurpantur, *communicare sine oblatione.*

Perfectio gratiæ & plena communio hic quid significent?

[f] *Perfectum.*] Sumptio corporis & sanguinis Christi, in hujus concilii canonibus quibusdam, perfectio gratiæ; in quibusdam plena communio appellatur. Vnde, qui peracta pœnitentia, vel ad perfectiorem gratiam, vel ad communicandum cum oblatione admittuntur; iidem non tantum ad publicas preces, verumetiam ad participationem sacramentalem corporis & sanguinis Christi in ecclesia recipiuntur: ut dum ceteris fidelibus nihil minus consequuntur, ad perfectam gratiam, plenamque communionem se admissos ipsi intelligant. Baron. ann. præd. num. 87.

Can 5. Paschatis dies cur magnus dies appellatus sit?

[g] *Visum est ad magnum.*] Id est, sanctum pascha; quo die cum dominus resurgendo nobis vitam reparaverit, adeoque maximum beneficium contulerit, in maximi beneficii memoriam ac gratiarum actionem, a patribus hujus concilii magnus dies merito est appellatus, quem apostolus in Apocal. Ignatius, aliique plures dominicum appellaverunt.

[h] *Sine oblatione communicare.*] Id est, ad communicandum dumtaxat in orationibus publicis, non ad sacramentum corporis & sanguinis domini participandum, admittere placuit. Pro eodem enim *communicare cum oratione*, & *communicare sine oblatione*, hic accipi, supra diximus.

Can. 6. Communicare cum oblatione, quid significet?

[i] *An unumquemque.*] Hinc patet a patribus hujus concilii eodem significatu usurpari hæc: *communicare cum oblatione: ad perfectiorem gratiam pervenire: perfecte recipi*, &, *perfectionem consequi.* Qui enim post expletum pœnitentiæ tempus ad corporis & sanguinis domini, quod perfectionis gratia sive plena communio dicebatur, sumptionem & participationem admittebantur, perfecte recipi dicebantur. Vide ea quæ supra diximus ad can. 4. verbis, *ad perfectiorem gratiam.*

Can. 9. Cælibatus clericorum jure apostolico introductus.

[k] *Quicumque diaconi.*] Quod apostolica lege non sacerdotes tantum, sed etiam diaconi absque uxore cælibem vitam ducere ab exordio nascentis ecclesiæ obligati fuerint, hic canon post alios apostolorum & Eliberitini concilii plures, solidissime confirmat. Quod vero patres concilii permiserint ut diaconi illi, qui cum ordinarentur inviti, contestatique fuissent se non posse continentes vivere, post sacrum diaconatus ordinem susceptum uxorem ducant; non aliter sane concessum est, quam quod a sacri muneris exercitio abstinentes, non amplius cum sacris ministris, sed cum populo extra cancellos laica communione communicarent. Quod expressius in secunda, quam in reliquis duabus editionibus, hic asseritur. Baron. ann. 314. numer. 88. Vide eumdem ann. 58. num. 21.

Canon. 13. Violatores voti castitatis si matrimonium contrahant, bigami sunt interpretative.

[l] *Qui in clero sunt.*] Hoc canone quo in ordinem bigamorum rediguntur illi qui virginitatem servare promiserunt, & votum irritum fecerunt, confirmantur ea quæ diximus supra in notis ad canones apostolorum.

Episcopi fere omnes hic positi Nicæno subscripserunt.

[m] *Nomina episcoporum qui ad*] Hi qui subscripserunt, fere omnes concilio Nicæno interfuerunt. Vitalis Antiochenus, eo quod primo loco positus sit, concilium hoc indixisse videtur. Agricolaus Eusebii Cæsareensis antecessor fuit. Marcellus Ancyranus episcopus, postquam adversus Arium in magno concilio egregie operam navasset, ab Arianis magnopere exagitatus, ab orientalibus Sabellianismo notatus, a Iulio Romano pontifice, & a concilio Sardicensi absolutus, vixit ad annum domini 376 qui est Valentiniani & Valentis annus imperii decimus. Epiphan. hæresi 48. & 77. Lupus Tarsensis episcopus inter egregios catholicæ fidei propugnatores ab Athanasio lib. 1 contra Arianos recensetur. Basilius episcopus Amasenus sub Licinio Christianorum persecutore, anno Christi 316. illustre martyrium subiit. Hujus præd. loco Athanasius magna cum gloria & honore propugnatæ fidei meminit. Eustolius Nicomediensis episcopus Anthimi illius successor, quem Galerius ob Christi fidem necaverat atque igni tradiderat. Heraclius Zelenensis majoris Armeniæ, episcopus. Narcissus Neroniadis postea defecit ad Arianos. Leontius Cæsareæ Cappadociæ episcopus est ille insignis, qui veniens ad Nicænum concilium, Nazianzum cum pervenisset, invisit & baptizavit Gregorium patrem Gregorii Nazianzeni. Qui hic Longinus dicitur, inter coryphęos orthodoxæ fidei Nicænæ ab Athanasio numeratur, & ab eodem Longianus nominatur.

Duo posteriora capitula hujus synodi surreptitia sunt.

[n] *Capitula duo Ancyrani concilii.*] Hanc appendicem duorum capitulorum ad synodum Ancyranam, neque Cresconiana, neque alia editio habet: ideoque huic synodo perperam adscribuntur, quæ Damaso potius attribuenda esse, infra suo loco patebit. Baron. anno prædicto, num 89.

** NOTÆ GABR. ALBASPINÆI EP. AVR.

AD CANON. XVII. CONCILII ANCYRANI.

Quid est in hoc Ancyrano concilio & canone *inter hyemantes orare*? ita enim in vulgari versione legitur, non enim ut opinor eos intelligit qui spiritu immundo afflati, aut correpti, neque eos qui imminuta mente furiosi essent: nam utrique ut recte interpretes animadverterunt, si lucidis gauderent intervallis eucharistia præberi poterat ex Timothei Alexandrini can. 3. Hos vero de quibus in hoc

canone est mentio, in alicujus rei puta eucharistiæ, aut A orationum participationem admittere nefas erat, nam proximo canone & præcedenti in eosdem graves pœnæ institutæ sunt. Neque propterea Balsamonis mihi probatur sententia, qui hyemantes eos esse dicit, qui sub ferula divinas literas audiebant, id est pœnitentes qui de integro, tanquam rudes & catechumeni erudiendi tradebantur. Nam ex ejus explicatione quid gravius statuitur, in hos peccatores quam in eos de quibus præcedenti canone refertur? Nihilominus manifestum est synodum graviorem in hos, quam in alios pœnam instituere voluisse. At vero si nihil aliud hoc canone jubetur, quam utrosque divinis concionibus interesse posse, quomodo horum delictorum genera distincta, aut dispares pœnas esse reperies? Deinde omnes omnino pœnitentes ante substrationem, scripturas cum catechumenis audiebant; auditio enim secundus erat gradus pœnitentiæ, quem decurrere, & perquem ad exitum pœnitentiæ pervenire omnes omnino tenerentur pœnitentes. can. 22. epist. 3. D. Basilii. *Deflere ad fores ecclesiæ, secundo autem ad auditionem admitti: tertio ad pœnitentiam: quarto ad congregationem; deinde ad boni communionem*: can. 11. D. Gregor. Thaum. *auditio, substratio, consistentia, participatio.* can. 11. conc. Nicæni: canonibus 4. 5. 6. 7. 8. 9. conc. Ancyrani: quare nihil opus erat ab hac synodo decerni ut inter audientes remanerent, quia pœnitentiam, ut dixi, nequaquam explere potuissent ejusmodi impudici, quin denuo scripturas sacras audissent. Ceterum non magis rationi consentaneum est audientes vocari hyemantes, quam flentes, aut substratos: imo hoc nomine citius flentes intelligerentur quam audientes, quod pro foribus templi manerent, ibique continuis lacrymis veniam deprecarentur; audientibus vero fores ecclesiæ paterent cum scripturæ legerentur. Denique verisimile est his verbis, *inter hyemantes orare*, judicium synodi pœnamque integram, non vero partem pœnæ contineri: at auditio erat pars pœnæ & judicii, quod pœnitentes subirent. Quid? concilii Eliberini cap. 71. perpetua pœnitentia puniuntur stupratores puerorum, quanto graviori digni sunt animadversione qui hoc canone recensentur. Melius certe & magis ingenue respondet Ioan. Zonaras cum fatetur se non percipere quid sit inter hyemantes orare.

Quamobrem aliud quidpiam excogitandum est ut horum sensus enucleetur. Qui ob gravia delicta verbi gratia fornicationis aut adulterii pœnitentiam agebant, aut eam petebant; certum est sub quodam tectulo pro templi foribus eos ritus pœnitentiæ, & exomologesim peregisse, id est presbyteris advolutos, caris Dei & martyribus adgeniculatos, veniam deprecatos esse, ceteros denique fratres, ut sibi deprecatores essent, orasse: verum qui graviora delicta, ut sunt ea quæ hisce canonibus commemorantur, commiserant, quique perpetuam agerent pœnitentiam, non solum ab ecclesia, sed ab illo tectulo arcebantur, quos hic hyemantes vocari existimo, & inter eos, hos impudicos leprosos orare juberi: hyemantes autem dici videntur, vel quia ab hoc tectulo semoti, sub dio orare, & pœnitentiam agere cogerentur, vel certe quia in ecclesiæ portum nunquam reciperentur, ut ait Balsamo. Tertulliani verba de pudicitia totam hanc rem & locum illustrant: *Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in sexus, ultra jus naturæ non modo limine, verum omni ecclesiæ tecto submovemus, quia non sunt delicta, sed monstra.* Quid sit causæ quamobrem hi leprosi gravius puniantur quam alii non invenio, nisi quod hi pecudes & cetera animalia, quæ ad victum mactantur, contagione inficere poterant.

Est & alia explicatio si quis hanc fastidiat, quæ a Martino Bracarensi affertur, *quod si & hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum nec in exitu consequatur, oportet enim tales inter dæmoniosos ordinare.* Hyemantes intelligit eos qui immundis spiritibus agitantur, quibus cum B quidam in ecclesia locus, a fidelibus, catechumenis, pœnitentibus procul semotus adsignaretur, in quo cum non vexarentur orare possent: hoc canone inter eosdem ejusmodi scelerati & perditi homines tanquam impurissimi relegantur, & idem in ecclesia locus, si precibus Dei iram mollire cuperent, præscribitur: inter hyemantes igitur orare est inter energumenos & eodem loco orare posse quemadmodum pœnitentes inter catechumenos orare, quæ loquendi formula frequentius occurrit in canonibus, quaque nihil aliud significatur, quam pœnitentibus potestatem fieri standi in ecclesia cum catechumenis, atque eodem loco & tempore orare posse, ita hos ordinari & orare inter energumenos, nihil aliud est quam eis licere eodem loco preces suas offerre & orare.

"**ANCYRANA SYNODVS MARCELLI

Ex libello synodico.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, δύο καὶ δέκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν C Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, ἧς ἐξῆρχε Μάρκελλος τῆς αὐτῆς ἐπίσκοπος, καὶ Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας· κανονικῶς τυπώσασα τὴν διόρθωσιν τῶν ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων.

SYNODVS divina & sacra provincialis duodecim episcoporum, collecta Ancyræ Galatiæ: cui præfuit Marcellus ibidem episcopus, & Agricolaus, Cæsareæ Cappadociæ: quæ canonicam præscripsit emendationem eorum, qui in persecutione cecidissent.

ANNO CHRISTI 314. ANNO CHRISTI 314.

[a] NEOCAESAREENSE CONCILIVM,

[b] SVB SILVESTRO IN QVO XIV. CANONES EDITI.

[c] *Probatum a Leone IV. d. 20. c. de libellis.*

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑι ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ

ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων· οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβύτεροι· διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν * ἐν Νικαίᾳ.

* al. οἱ ἐν

CANONES SANCTORVM ET BEATORVM PATRVM,

qui convenerunt Neocæsareæ: qui quidem posteriores sunt Ancyranis, priores vero Nicænis, sed propter dignitatem Nicæni eisdem præponuntur.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

I.

[d] PRESBYTER si uxorem duxerit, ordine suo moveatur. Si autem fornicatus fuerit, vel adulterium commise-

α'.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι· ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοι-

ANNO CHRISTI 314.

χθείσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

β'.

Γυνὴ ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω μέχρι θανάτου. πλὴν ἐν θανάτῳ, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν, εἰποῦσα, ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, ἕξει τὴν μετάνοιαν. Ἐὰν δὲ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ ἐν τοιούτῳ γάμῳ οὖσα, ἤτοι ὁ ἀνήρ, δυσχερὴς τῷ μείναντι ἡ μετάνοια.

γ'.

Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων, ὁ μὲν χρόνος σαφὴς ὁ ὡρισμένος. ἡ δὲ ἀναστροφὴ καὶ ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει τὸν χρόνον.

δ'.

Ἐὰν πρόθηταί τις ἐπιθυμῆσαι γυναικός, * συγκαθευδῆσαι μετ' αὐτῆς, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ ἐνθύμησις, φαίνεται ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐρρύσθη.

* πρὸς καθευδῆσαι.

ε'.

Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ ἁμαρτάνων· ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω.

ϛ'.

Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι ὁπότε βούλεται. οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ, διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυσθαι.

ζ'.

Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι. ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;

η'.

Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ δύναται. Ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. ἐὰν δὲ συζῇ, οὐ δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας.

θ'

Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι προαχθῇ, καὶ ὁμολογήσῃ, ὅτι ἥμαρτε πρὸ τῆς χειροτονίας, μὴ προσφερέτω, μένων ἐν τοῖς λοιποῖς, διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν. Τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφασαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. Ἐὰν δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ δυνηθῇ, ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

rit, penitus extrudatur, & ad pœnitentiam deducatur.

II.

Femina si duobus fratribus nupserit, extrudatur usque ad mortem. Sed in morte, propter humanitatem, si dixerit, quod ubi convaluerit, solvet matrimonium, habebit pœnitentiam. Sed si mortua fuerit mulier existens, vel ejus maritus, in tali conjugio, difficilis est pœnitentia.

III.

De iis qui in plurima matrimonia incidunt, tempus quidem præstitutum esse manifestum est. Sed conversio & pœnitentia eorum tempus contrahit.

IV.

Si quis proposuerit concupiscere mulierem ad dormiendum cum ipsa, ejus autem desiderium ad opus non venerit, videtur esse a gratia liberatus.

V.

[e] Catechumenus si in dominicum ingrediens, in catechumenorum ordine steterit, is autem peccat: si genu quidem flectens, audiat, non amplius peccans. Sin autem etiam audiens adhuc peccet, extrudatur.

VI.

De ea quæ uterum gerit, quod eam oporteat illuminari quando velit. neque enim ea quæ parit, cum fetu qui paritur, ea in re habet aliquid commune, quod proprium uniuscujusque institutum ac propositum in confessione ostendatur.

VII.

[f] Presbyter in nuptiis ejus qui duas uxores ducit, seu digamus efficitur, ne convivetur. Cum enim requirat pœnitentiam digamus, qui erit presbyter, qui eo quod sit convivio [n] acceptus, nuptiis assentiatur?

[n] imo, accipiendus.

VIII.

Si alicujus uxor, cum esset laicus, adulterata fuisse convicta fuerit, is non potest ad ministerium accedere. Sin autem etiam post ordinationem adulterata fuerit, debet eam dimittere. Quod si cohabitet, non potest sibi commissum ministerium exequi.

IX.

Si presbyter, qui corpore prius peccaverat, promotus fuerit, & si ante ordinationem peccasse confessus fuerit, ne offerat, manens in aliis, propter aliud ejus bonæ vitæ studium. Reliqua enim peccata dicunt multi manuum impositione tolli. Quod si ipse non confiteatur, aperte autem convinci non potuerit, illius quoque ei fiat potestas.

15. quæst. 8. Qui admisit corporale. Et in decr. Ivo. lib. 5.

X.

Vbi supra 25.q.8. Similiter & diaconus, si in idem peccatum inciderit, * ministri ordinem habeat.

XI.

Distin.78. Presbyter ante 30. Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiam si fuerit homo valde dignus, sed reservetur. Dominus enim Luca 3. Iesus Christus in trigesimo anno baptizatus est, & cœpit docere.

XII.

Distin.17. Si quis in ægritudine. Si quis ægrotans fuerit illuminatus, non potest in presbyterum evehi. Fides enim ejus non est ex instituto, sed ex necessitate: nisi forte propter consequens ejus studium & fidem, hominumque raritatem.

XIII.

Vicani autem presbyteri non possunt in dominico offerre præsente episcopo, vel urbis presbyteris: neque panem dare precationis, neque calicem. Sin autem absint, & solus ad precationem vocatus fuerit, dat.

XIV.

Chorepiscopi qui. Chorepiscopi autem sunt quidem in figura septuaginta: ut autem comministri, propter studium in pauperes, offerunt honorati.

XV.

Distin. 93. Diaconi septem deb. Diaconi septem esse debent ex canone, etiamsi sit magna civitas. Ejus autem rei fidem faciet liber actorum.

CANONES
CONCILII NEOCÆSAREENSIS,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITVLI CANONVM.

ι'.

Ὁμοίως καὶ διάκονος ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρέτου τάξιν ἐχέτω. * hypodiaconi vel lectoris, ut exponit Balsamon.

ια'.

Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. Ὁ γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

ιβ'.

Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται. Οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

ιγ'.

Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, οὔτε μὴν ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ, οὐδὲ ποτήριον. Ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν.

ιδ'.

Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα· ὡς δὲ συλλειτουργοὶ, διὰ τὴν σπουδὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσφέρουσι τιμώμενοι. * in Photii nomocanone & in editionibus Latinis hic canon non sejungitur a priore 13.

ιε'.

Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις. πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν πράξεων.

CANONES

I.

PRESBYTER si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Dist.28.c. Presbyter. Et in decr. Ivo.lib.5.

II.

Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

III.

De his qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifestum est: sed conversatio eorum & fides tempus abbreviat. 31.q.1. De his qui frequent. * Apost. 17. Nic. 12. Siricii 5.

IV.

Si quis mulierem concupiscens, proposuerit cum ea concumbere, & cogitatio ejus non perveniat ad effectum, apparet

ANNO CHRISTI 314.

parat q uodgratia Dei liberatus est.

V.

Catechumenus si ingrediatur ecclesiam, & in ordine eorum qui instruuntur, assistat; hic autem deprehensus fuerit peccans: si quidem genu flectit, audiat, ut non delinquat ulterius: si vero & audiens peccaverit, expellatur vi.

VI.

Gravidam oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc quæ parit nascenti communicat, propterea quod uniuscujusque suum propositum in confessione declaretur.

VII.

Presbyteris in nuptiis bigami prandere non convenit: quia cum pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis ' possit præbere consensum?

VIII.

Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur, talis ad ministerium cleri venire non poterit. Si vero post ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam convenit. Quod si cum illa convixerit, ministerium sibi commissum obtinere non poterit.

IX.

Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur, & confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis, propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit ipse confessus, & argui manifeste nequiverit, potestatis suę judicio relinquatur.

X.

Simili modo etiam diaconus si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

XI.

Presbyter ante tricesimum ætatis suæ annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus; sed hoc tempus observet. Nam dominus noster tricesimo ætatis suæ anno baptizatus est, & sic cœpit docere.

XII.

Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbyterii non potest promoveri, quod non ex proposito fides ejus, sed ex necessitate descendit: nisi forte propter sequens studium ejus & fidem, atque hominum raritatem, talis possit admitti.

XIII.

Presbyteri ruris in ecclesia civitatis, episcopo præsente vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem & formam Septuaginta videntur esse: ut comministri autem, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

XIV.

Diaconi septem debent esse juxta regulam, licet & valde magna sit civitas. Idipsum autem & actuum apostolorum liber insinuat.

Nic. 14. Ancyr. 11. — Hæc vocula deest in cod. ecclesiæ Romanę & videtur ex seq. numero huc translata. — 31. q. 1. De his qui frequent. Et in decr. Ivo. lib. 6. — Siricii 11. & 15. — ' velit vel audeat, ex conjectura Latinii. — 34 Dist. Si cujus uxorem. — Ancyr. 19. Innoc. 24. — Nicæni 9. Ancyr. 1. 2 15. q. 8. c. Qui admisit. — Innoc. 54. — Nicæni 9. Ancyr 2. — Dist. 78. c. presbyter. — Laod. 47. Leonis 12. Dist. 57. c. si quis. — Ancyr. 12. Antioch. 10. — Dist. 93. c. Diaconi. — Act. 6.

' CANONES

CONCILII NEOCÆSAREENSIS,

Ex interpretatione * Isidori Mercatoris.

TITULI CANONUM.

I. *De presbyteris, quod uxorem ducere non debeant.*
II. *De muliere, duobus fratribus nubere non licere.*
III. *De his qui multis nuptiis communicaverunt.*
IV. *De concupiscentia non consummata.*
V. *De catechumenis peccantibus.*
VI. *De prægnantibus baptizandis.*
VII. *Presbyteros in secundis nuptiis non debere orare.*
VIII. *Uxoris adulteræ virum, clericum fieri non debere.*
IX. *De presbyteris corporali peccato præoccupatis.*
X. *De diaconibus corporali peccato præoccupatis.*
XI. *De presbytero minus triginta annorum minime ordinando.*
XII. *De his qui in ægritudine sunt baptizati.*
XIII. *De presbyteris ' alterius regionis.*
XIV. *De diaconibus septem.*

' capitula. — * veteri quæ habetur in collectione — * qui conregionales non sunt. ' ruralibus.

CANONES

I.

PRESBYTER si uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abjiciatur, & pœnitentiam inter laicos redactus agat.

II.

Mulier si duobus nupserit fratribus, abjiciatur usque ad diem mortis. Sed propter humanitatem ' in extremis suis sacramentis reconciliari oportet; ita tamen, ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto, ad pœnitentiam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in hujusmodi consortio constituta, difficilis erit pœnitentia remanenti. Qua sententia tam viri quam mulieres teneri debebunt.

' in hora mortis suæ viaticum accipiat.

III.

De his qui frequenter uxores ducunt, &

& de his quæ ſæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ, quod his conſtitutum, obſervabunt: ſed converſatio & fides eorum tempus abbreviabit.

IV.

Si quis concupita muliere, etiam concubitus ejus deſiderium habeat, non autem ſubſequatur effectus: ' manifeſtum eſt, hunc fuiſſe per divinam gratiam liberatum.

' apparet quia gratia Dei liberatus eſt.

V.

Catechumenus, id eſt, audiens qui ingreditur ' eccleſiam, & ſtat cum catechumenis, ſi peccare fuerit viſus, figens genua, audiat verbum, ut ſe abſtineat ab illo peccato, quod fecit: quod ſi in eo perdurat, abjici omnino debet.

' dominicā.

VI.

De prægnantibus, quod oportet eas baptizari quando volunt. Nihil enim in hoc ſacramento commune eſt parituræ, & illi qui de ejus utero fuerit editus; quia uniuſcujuſque in illa confeſſione libertas arbitrii declaratur.

VII.

Preſbyterum ' convivio ſecundarum nuptiarum intereſſe non debere, maxime cum præcipiatur, ſecundis nuptiis pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit preſbyter, qui propter convivium illis conſentiat nuptiis?

' ad nuptias bigami non comedere.

VIII.

Si cujus uxorem adulterium commiſiſſe, cum eſſet laicus, fuerit comprobatum, hic ad miniſterium eccleſiaſticum admitti penitus non debet. Quod ſi in clericatu jam conſtituto eo, adulteravit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere ejus conſortium velit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

IX.

Qui ' admiſerit corporale peccatum, & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit quod ante ordinationem ſuam peccaverit, non quidem offerat; maneat tamen in aliis officiis, propter ejus ſtudii utilitatem. ' Nam cetera peccata cenſuerunt plurimi etiam in ordinatione ' privari. Quod ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquo poteſt manifeſte convinci; ' huic ipſi de ſe poteſtas eſt permittenda.

' peccavit corpore.
' quia reliqua peccata dixerunt multi per manus impoſitionem poſſe dimitti.
' privare.
' inſuper hoc facere poteſt.

X.

Similiter & diaconus, ſi in eodem culpæ genere fuerit involutus, ſeſe a miniſterio cohibeat.

XI.

Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamvis ſit probabilis vitæ, ſed obſervet uſque ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicavit.

XII.

Si quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt: niſi forte ' poſtea ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum ' raritas cogat.

' propter ferventiam fidei aut hoſpitalitatem hominum.
' caritas.

XIII.

Presbyteri qui conregionales ' ſunt, in ' eccleſia præſentibus epiſcopis vel preſbyteris civitatis, offerre non poſſunt, nec dare panem ' ſanctificatum, nec calicem porrigere. Quod ſi abſentes ſint civitatis ſacerdotes, & fuerint invitati ad dandam orationem, ſoli poterunt dare. Vicarii autem epiſcoporum, quos Græci chorepiſcopos vocant, conſtituti ſunt quidem ad exemplum ſeptuaginta ſeniorum; ſed ' tamquam conſacerdotes propter ' ſolicitudinem & ſtudium, quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

' Non: *ita editio Merlini minus recte. Iuſtelli MS. vocat* preſbyteros dioceſium, *id eſt ut emendo* diœceſium, *ſive* preſbyteros de aliquibus locis.
' dominico civitatis.
' in oratione.
' ſicut comminiſtrantes.
' curam pauperum.

XIV.

Diaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quamvis magna ſit civitas: cui regulæ auctoritas erit liber actuum apoſtolorum.

Convenerunt autem in unum ; ſancti & venerabiles epiſcopi hi qui infra ſcripti ſunt, & cum ceteris, qui ſtatuerunt ſuperius ſcripta, ſubſcripſerunt.

Vitalis * Antiochenus Cœles Syriæ.
Germanus Neapolis Palæſtinæ.
Gregorius * Cynnenſis Galatiæ primæ.
' Alphius Apameæ Cœles Syriæ.
Heraclius * Zelonenſis Armeniæ majoris.
Baſilius Amaſeæ Helleſponti vel Armeniæ majoris.
Leontius Cæſareæ Cappadociæ primæ.
' Amphion Epiphaniæ Ciliciæ ſecundæ.
Stephanus chorepiſcopus Cappadociæ.
* Eretius ' Placianenſis Galatiæ primæ.
Lupus Tarſenſis, Ciliciæ primæ.
Gerontius Lariſſæ Cœles Syriæ.
Narciſſus Neroniadis Ciliciæ ſecundæ.
Longinus Neocæſareenſis Ponti Polemoniaci.
Salaminus Germaniciæ Cœles Syriæ.
* Rudus chorepiſcopus Cappadociæ.
* Dicaſius * Tavienſis Galatiæ.
' Valentinianus.
Leontius.

* Zelamitanus
* Cinonenſis
' Alphion
* Zelenſis
' Amphitrion ſive Amphition
* ' Hiſtricus Timoniacenſis Cappadociæ Polemoniacenſis.
* Erytrius.
* Rodus. Rodon.
* Decaſius
* Tabienſis
' Valentinus

"** In codd. MSS. adduntur Paulus, Sebius, Xantulus, ſeu Sanctus, Alphion, Phalminon, & forte alii: ſed in iis multa ab amanuenſibus imperitis inſerta atque corrupta.

NOTÆ SEVERINI BINII.

[a] *Neocæſareenſe concilium.*] Cum Ancyrano concilio ea quæ ad mores eccleſiæ orientalis, ac præcipue eccleſiaſticorum miniſtrorum, reformandos requirebantur, nondum plane ac perfecte conſtituta fuiſſent; epiſcopi tredecim, iidem fere omnes qui Ancyrano interfuerant, Neocæſareæ, quæ teſte Plinio lib. 6. cap. 3. & Ptolemæo in prima tabula Aſiæ, eſt urbs Cappadociæ, quam Lycus amnis præterfluit, congregati hanc ſynodum celebrarunt. In qua patres ad œconomiam eccleſiaſticam recte inſtituendam, omniumque fidelium mores pie & ſancte componendos, ſequentes quatuordecim canones ediderunt. Baron. anno 314. num. 90.

Concilii cauſa.
Quot epiſcopi interfuerint.
Locus concilii.
Canones & conſtitutiones concilii.

Tempus habiti concilii.

b *Sub Silvestro.*] Cum Basilius Amasenus anno Christi 316. jussu Licinii martyrio affectus, huic concilio præsens interfuerit, ut infra ex subscriptionibus patet, illud post prædictum annum 316. celebratum fuisse dici non potest: ut ante 314. annum Christi nati habitum fuerit, Maximini tunc adhuc viventis, & ecclesiã orientalem persequentis sævitia & crudelitas non patiebatur. Ille igitur tempore, quod inter obitũ Maximini, & initiũ persecutionis Licinianæ intercedit, anno nimirũ Christi 314. qui est Silvestri primus, & Constantini imperatoris 9. vel saltem initio anni sequentis, episcopos prædictos loco supra nominato convenisse, ac sequentes canones constituisse, maxima cum probabilitate sustineri potest. Hæc confirmantur præsentia & subscriptione Vitalis Antiocheni episcopi; quem ante Licinianæ persecutionis initium vita defunctum, atque ita hanc synodum jam ante absolutam fuisse; Philogonii successoris illius tempora evidenter indicant. Hunc sub Licinio Antiochenæ ecclesiæ præfuisse Theodoret. lib. 1. c. 3. affirmat. Paulo post sedatam Maximini persecutionem illo tempore, quo adhuc reliquiæ ejusdem supererant, eumdem Philogonium episcopatum cathedræ Antiochenæ ingressum esse, Chrysost. orat. de B. Philogonio circa medium tom. 3. in fine, testatur. Horum igitur testimonio certum est, Neocæsareense concilium, cui Vitalis Philogonii decessor interfuit, post sedatam Maximini, & ante initium Licinianæ persecutionis, circa primum aut secundum annum Silvestri, qui cum anno Christi 314. & 315. coincidunt, celebratum fuisse. Vide Baron. ann. 314. num. 90. & 92.

Philogonius hoc tempore Vitali Antiochiæ succedit.

Concilium hoc approbatum est.

c *Probatum.*] Hoc concilium sicut & Ancyranum a patribus Nicæni concilii approbatum fuisse, patet sess. 7. act. 4. concilii Florentini. Bell. lib. 2. de conc. cap. 8.

Canon 1. Decretum de cælibatu clericorum.

d *Presbyter.*] Hoc constituitur hic, quod supra concilio Elib. cap. 33. & Ancyrano can. 9. constitutum est, nimirum ut clerici vitam cælibem vivant; vel si nolint, ad laicam communionem redigantur.

Canon 5.

e *Catechumenus si in dominicum.*] Vide Baron. ann. 324. num. 49. ubi per hunc canonem Eusebium acriter perstringit.

Canon 7. Triplex interpretatio hujus canonis. Prima. Secunda. Tertia.

f *Presbyteris in nuptiis.*] Hunc canonem glossæ 31. q. 1. can. de his, nonnulli de iis, qui simul plures uxores habere volunt, explicant. Alii eumdem intelligunt de iis, qui sæpius nuptias contrahunt successive, eosque peccare aiunt, non contrahendo, sed eam celebritatem adhibendo, quæ solum in primis nuptiis adhiberi solet: ideoque pœnitentiam injungi, non quod secundas nuptias tamquam illicitas & dissolvendas esse judicent, sed quod indebitam solennitatem & celebritatem suis nuptiis licite contractis adhiberi importune solicitarint. Rectius vero dicitur, quod sicut Laodicenum canon. 1. Nicænum canon. 8. secundas nuptias approbant, ipsis tamen contrahentibus per Laodiceni concilii canonem allegatum, propter emissum incontinentiæ signum certi temporis pœnitentiam injungunt: ita hoc conc. a bigamis pœnitentiam requiri, non quod secundum matrimonium contrahendo peccent, sed quod suam ipsius incontinentiam manifestent, & bigamiam, quæ in humanæ imbecillitatis remedium, 1. Cor. cap. 7. instituta est, licentius usurpent. Ita Baron. ann. 314 num. 91. Bell. lib 1. de sacram. matr. cap. 9. Quæ fuerit ista solennitas, ex Isidoro & Ambros. scribit Bell. lib. de conc. cap. 8.

Canon 12. Antiqua lege clerici irregulares fuere.

g *Si quis ægrotans fuerit illuminatus.*] Hunc canonem a patribus hujus concilii editum, antiquo usu ecclesiæ sancitum fuisse, patet ex epist. Cornelii ad Fabium Antiochenum, qua docet Novatianum in schismate episcopum creatum & ordinatum, illegitime & nequaquam canonice electum & consecratum fuisse; ideo quod contra illum antiquissimum ecclesiæ canonem in clerum assumptus fit clinicus, propter morbum in lecto baptizatus; qui jure meritoque ab omni ordinum susceptione arcendus fuerat. Verba epistolæ hæc sunt: *qui quidem episcopus non modo ab universo clero, sed etiam a multis laicis vetitus, quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum (sicut huic contigerat) in clerum assumi*, &c. Vide notas epistolæ Cornelii ad Fabium Antiochenum.

h *Diaconi.*] Præter hunc canonem, a Nicæna synodo omnes alios receptos esse, patet sess. 7. conc. Florentini.

Qui & quales episcopi huic synodo interfuerint.

i *Sancti & venerabiles episcopi.* Præter numeratos superius, qui huic & Ancyranæ synodo interfuerunt, ponitur Gregorius, alias Gorgonius, Cyrenensis episcopus, qui etiam inter Galatiæ antistites subscriptus habetur magno illi Niceno concilio: pariterque Gerontius, alias Leontius, Larissæ Cœlesyriæ civitatis episcopus, qui itidem Nicænæ synodo subscripsit, sicut & Alphius Apameæ episcopus. Vide Baron ann. 314. num. 90.

*** NOTÆ GABR. ALBASPINÆI EP. AUR.

AD CANONEM VI. NEOCÆSARIENSEM

Quia *proprium uniuscujusque propositum*, de fide interrogabantur catechumeni antequam baptizarentur: neque A aliter ad fontem lavari admissos reperies; nisi ejus rationem aliquam reddidissent, *interrogant eos nostræ fidei sacerdotes, & si præviderint in Patre & Filio, & Spiritu sancto eos baptisatos.* Arelatense primum cano. 8. Præterea paulo antequam mergerentur, baptismum se optare, se baptisari velle magna voce contestabantur: quę cum ab iis qui parentum utero includerentur non possent fieri, ad eosdem baptismi vis & gratia pervenire & penetrare non poterat: hunc ipsum canonem ita interpretatur Martinus Bracarensis, *nam nihil in hoc participat mater infanti qui nascitur; propterea quòd unicuique propria voluntas in confessione monstretur.*

AD CANONEM XII. CONC. EIUSDEM.

De hujus canonis sententia dubitari video, & eam aliter a quibusdam accipi, quam a patribus concepta sit: nimirum hoc canone a sacerdotio eos penitus arcere, qui in obitum usque baptismum prorogassent, quod insania quadam notarentur; verum hallucinantur egregie; nam in hoc canone non agitur de his qui in mortem baptismum distulissent, sed de his, quos mors in ipso catechumenatu & B antequam ad ejus temporis exitum potuissent pervenire, occupasset. Neque a sacerdotio propterea arcentur, quod ea de caussa essent infames, aut male audirent; sed ordinari nequaquam poterant, (ut in quodam canone habetur) quod docere, fidei arcana tradere, exponere, & cetera sacerdotii officia implere non posse viderentur, quos valetudo prima fidei elementa non sivisset ediscere, & rerum omnium ignaros & rudes baptizari coegisset. Hæc est ratio quamobrem ad ordines non adlegerentur.

Fides enim ejus non est ex proposito, metu mortis potius, quam quod fidei suæ rationem reddere possit, profitetur se in Deum & Christum credere.

***CÆSARIENSIS PONTICA, VITALIS.

Ex libello synodico.

C ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, εἴκοσι καὶ τριῶν ἐπισκόπων, ὧν ἐξῆρχε Βιτάλιος, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τοῦ Πόντου, περὶ τῶν ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθυσάντων, ἢ ἐξομωσαμένων, ἢ εἰδωλοθύτων γευσαμένων· ἣ καὶ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς παραβάσεως, ἀνάλογον καὶ τὴν διόρθωσιν κανονικῶς διετύπωσεν.

SYNODUS divina & sancta provincialis, viginti trium episcoporum, quorum præses fuit Vitalius, collecta Cæsareæ Ponti: de iis, qui D in persecutione sacrificassent, aut abjurassent, aut idolothyta gustassent: quæ etiam secundum differentiam transgressionis, rationabilem emendationem canonice præscripsit.

a CONCILIUM ROMANUM I.

b SUB SILVESTRO.

ANNO CHRISTI 315.

Locus & caussa concilii.

a *Concilium.*] Hoc concilio Romæ in præsentia Constantini imperatoris celeberrima illa disputatio inter Iudæos & Silvestrum habita est, qua ad instantiam imperatoris ac matris illius Helenæ, utrimque viri doctissimi convenerunt eo fine, ut scripturis simul & miraculis singularum partium defensores suæ religionis veritatem probarent ac manifestarent. De cujus eventu acta Sil- E vestri, quæ ab Hadriano Romano pontifice ad Carolum Magnum scribuntur 3. epist. his verbis citata reperiuntur. *In ipsis exordiis Christianorum, cum ad fidem converteretur imperator Constantinus, mater sua Helena Augusta ad eum cum duodecim scribis, & pharisæis, ac magistris & principibus Iudæorum in urbem Romam venit, & ipsa una cum filio suo Constantino Augusto, concilium Iudæos cum Christianis facere censuerunt. In quo præsidens sanctus papa Silvester cum plurimis sanctissimis episcopis, in ampliorem statum dilatantes Christianorum fidem, tam per sacram scripturam quam per miracula domino protegente,* (Cratonis philosophi, & Zenophili v. c. quos ad id ele-

Disputatione habita, Iudæi scriptura & miraculis convicti.

gerant, arbitrio) *victores effecti sunt.* Hæc prolixius acta Silvestri, quorum ante Gelasium tanta fuit auctoritas, ut & Romæ & in multis aliis ecclesiis legerentur, imo etiam post Gelasium ab Hadriano pontifice præd. epist. 3. ad Carolum Magnum, velut authentica citata fuerint. Prout vero eadem hodie extant, pluribus mendaciis quæ aliunde irrepserant, scatent. Nam quod referunt, Constantinum ante Helenam Christianum fuisse: Constantium & Constantem Cæsares Augustos hoc tempore in oriente degisse: Isaac apud Iudæos summum pontificatum administrasse: Helenam ex Bithynia oriundam fuisse: jejunium sabbati per Silvestrum abrogatum: diem dominicum per eumdem institutum; ipsumque Silvestrum pontificem a Melchiade ordinatum fuisse; aliaque plura a veritate omnino aliena esse, præterquam quod id pulcre ostendat Baron. anno 315. num. 12. & sequentibus, etiam ipsi canones apostolorum, & notæ quas ibi conscripsimus, aperte demonstrant.

Acta Silvestri cujus auctoritatis.

Acta Silvestri erronea.

b *Sub Silvestro.*] Constantino & Licinio quartum consulatum agentibus, anno nimirum Christi 315. qui est Silvestri secundus, & Constantini decimus, hunc conventum celebratũ fuisse, acta Silvestri, & lex 1. de Iudæis, C. Theodos. his consulibus consignata testantur. Cum enim hac disputatione confusi, non tantum Christianis contumelias & graves injurias inferrent, verum in ipsum etiam imperatorẽ seditionem concitarent ad injuriam a Christianorum capitibus propulsandam, allegata lege adversus illos promulgata constituit, ut si cui suæ sectæ desertori Christiano lapidibus, aut alio immani supplicio molesti essent, statim flammis dederentur. Vt vero rebellionem & seditionem eorum compesceret, seditiosos, auriculis eorum amputatis, corporique illorum signo impresso, velut mancipia fugitiva & verberones per omnia loca circumducebat. Chrysostomus orat. adversus Iudæos hom. 2. Baron. prædicto anno num 9. & 10.

Tempus hujus concilii & disputationis habitæ.

Iudæorum insolentia & seditio compescitur.

ANNO CHRISTI 315.

a CONC. ALEXANDRINVM I.

b SVB SILVESTRO.

a *Concilium Alexandrinum.*] Causam huic concilio ab Alexandro Alexandrino episcopo indicto, & Alexandriæ centum fere episcopis præsentibus celebrato, dedit Arius ejusdem ecclesiæ presbyter ambitiosus: qui cum hactenus velut Proteus, modo catholicis, modo schismaticis adhærescens, sub diversis formis latuisset, hoc demum tempore (ut infra ostendemus) virulentam impietatem ac blasphemiam suam, quam hactenus in pectore occultam circumgestavit, (hanc nimirum: Filium Dei non sine principio a patre genitum, sed in tempore creatum esse,) turpiter evomuit. Ad quam revocandam, dum illum Alexander episcopus frequenter admonuisset; ille vero cum sociis impietatis duodecim, quos seduxerat, perseverans hæresim suam pertinaciter defenderet: convocato centum fere, ut supra dixi, episcoporum concilio, perversi atque hæretici dogmatis tenacissimus condemnatur, a communione catholica ejicitur, & presbyteratus ordine exuitur. Baron. anno 315. num. 19. & 318. num 42.

Causa & locus concilii.

Acta concilii.

Numerus episcoporũ.

b *Sub Silvestro.*] Anno Christi nati 315. Silvestri pontificis II. Constantini imperatoris 10. hanc synodum celebratam fuisse, tradit Orosius

Ante initiu Licinianæ persecutionis hoc cõcilium habitum fuisse testatur Orosius.

A lib. 7. cap. 28. dum ait, eo tempore Arium suam hæresim in vulgus sparsisse, quo Crispus & Constantinus Cæsares creati sunt, anno nimirum 315. Idem evidentius asserit Lactantius, quando lib. 4. cap. ult. ad Constantinum, Arianam hæresim inter alias olim damnatas & judicio ecclesiæ proscriptas recensens, in præfat. eorumdem librorum indicat se eosdem libros scripsisse, quando Licinius ecclesiam persequebatur, nimirum circiter annum Christi 316. ante quæ tempora Arium ejusque hæresim ecclesiæ cognitam esse oportuit. Demum ex actis Basilii Amaseni episcopi certum est, quod cum ipse paulo post martyrium subiturus in carcere detineretur, eum

ANNO CHRISTI 315.

Lactantius.

Acta Basilii martyris.

B Elpidiphorus Ioannes presbyter Nicomediensis adierit, petens ab eo instrui, quænam vera esset catholicæ fidei assertio: num scilicet aliorum dicentium; Dei filium sine principio a patre genitum esse: an potius eorum qui cum Ario asserent, ipsum in tempore creatum esse. Quæ cum anno 316. contigerint, ut ex actis ejusdem Basilii episcopi & martyris constat, nullum dubium amplius esse potest, quin ante exortam Licinii persecutionem, circiter annum scilicet Christi 316. Ariana hæresis vulgata, disseminata, ac concilio desuper habito condemnata fuerit. Sed dices: septuaginta illas Alexandri episcopi encyclicas literas (harum duo exemplaria extant, &

C infra subjunguntur:) de Arii dogmatibus ad Silvestrum Romanum pontificem, aliosque orbis catholici episcopos scriptas & transmissas, anno Christi 318. qui est Silvestri 5. certissimo indicio scriptas videri; ideoque non ante prædictum 318. annum Christi hanc synodum haberi potuisse. Et quod amplius est, apertissime constat, vix ante 319. annum Christi nati, Osium Cordubensem cum literis Constantini ad episcopos orientales de Ariani incendii flamma extinguenda scriptis, in orientem pervenisse. igitur vel pontifex negotium tanti momenti tanto tempore, quod nulla ratione verisimile apparet, distulit; vel, quod probabilius est, ante hæc tempora Ariana hæresis nondum cognita, multo

Refellitur objectio.

D minus judicio ecclesiæ proscripta fuit. Rationes objectæ difficultatem haberent, si post latam in Arium depositionis & excommunicationis sententiam, prædictas encyclicas literas Alexander statim scripsisset: verum cum manifestum sit, eum hasce tum demum scripsisse, quando post debellatum Licinium & pacem ecclesiæ redditam, Arius urbe ejectus, Eusebii in primis Nicomediensis auxilium & concilium pro se solicitavit, literasque illius encyclicas ad defectionem alios episcopos solicitantes obtinuisset: quibus cum Arius defenderetur, Alexander autem de calumnia ubique locorũ falso accusaretur: ille, ut malo contrario remedio succurreret, contra mul-

Encyclicæ Alexandri quando scriptæ.

Cur scriptæ fuerint.

E tas hæreticorum circulares, ad Silvestrum aliosque catholicos. episcopos septuaginta encyclicas vel circulares literas Ariana dogmata concernentes & refutantes scripsit & transmisit. Quas cum Silvester pontifex accepisset, Osium Cordubensem episcopum in orientem ablegavit, dans illi mandatum, ut ad incendium facilius extinguendum, a Constantino imperatore in Bithynia agente literas ad episcopos Ægypti exaratas sibi communicari petat. Imperator officium imploratum non denegavit, & de mutua reconciliatione ad Alexandrum literas, infra post secundum Alexandrinum concilium subjunctas, scripsit quidem; sed responsorias ab Ario satis inurbanas

Osius legatus pontificis.

banas recepit. Incivilitate vel potius insania hæresiarchæ pertinacissimi Constantinus vir humanissimus inciviliter provocatus, tales vicissim secundas ad eum literas reddidit, quales insanum hæresiarcham accipere decebat. Baron. anno 315. num. 20. & sequentibus. Item anno 318. num. 42. & sequentibus. Exemplaria epistolarum Alexandri supra memoratarum vide inferius in concilio Nicæno.

Anno Christi 319.

[a] CONCIL. ALEXAND. II. SUB SILVESTRO.

[a] *Concilium Alexandrinum.*] Hoc concilium anno domini 319. qui est Silvestri 6. & Constantini imperatoris 14. ann. Alexandriæ in Ægypto habitum est, cui omnes episcopi, qui Alexandrino primati parebant, una cum Osio Cordubense episcopo, qui legationis pontificiæ munere fungebatur, atque ideo huic synodo præsidebat, interfuere. Ob quam causam Athanasius apologia 2. hanc synodum generale concilium appellavit; quod nimirum illi per legatum pontifex una cum prædicto numero episcoporum interfuerit. Causa primaria hujus concilii hæc est: cum Silvester pontifex per encyclicas ab Alexandro scriptas, Arianorum turbas ibi excitatas cognovisset, Osiū Cordubensem episcopum legatum suum isthuc ablegavit, qui sumptis a Constantino imperatore literis quas illi communicavit, extantque infra apud Gelasium lib. 2. cap. 4. pacis & concordiæ suasoriis, in Ægyptum veniens, ad Arianorum motus componendos synodum indicit, eorumque causam in judicium prædictorum episcoporum deducit. Quid autem illo concilio actum sit, penuria actorum, quæ interierunt, non constat. Auctore Athanasio apol. 2. & Socrate lib. 3. cap. 5. constat, quod non modo Arianorum, sed etiam Meletianorum ac Colluthianorum schismaticorum causa, impiaque Sabellii de sacrosancta trinitate dogmata, hoc concilio cognita & dijudicata fuerint. Colluthum presbyterum Alexandrinum, quod qui non erat episcopus episcopale munus obiisset, multosque ordinare tentasset, ab Osio in ordinem redactum esse scribit Athanasius apolog. 2. & merito. præterquam enim quod munus indebitum usurpare conatus fuerit, docebat Deum malorum conditorem non esse, fuitque origo Colluthianorum schismaticorum, eorum qui contra catholicos post Nicænum concilium se cum Meletianis & Arianis conjunxerunt. Vide Baron. ann. 315. num. 28. Perversissimum de gloriosissima trinitate Sabellianum dogma ex Alexandrina ecclesia, teste Socrate lib. 3. cap. 5. ab eodem prorsus explosum est. Vide Baron. ann 319. num. 22. & seqq.

Tempus & locus concilii.
Numerus episcoporū.
Cur generale dictum fuerit.
Causa habiti concilii.
Colluthus schismaticus.

EX LIBELLO SYNODICO.

Πατρικίου Αρφρσίου τοῦ μάκαρος, ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ, τοῦ ἐπιλεγομένου Ωκεανοῦ.

ΜΕΛΙΤΙΟΝ τοίνυν ἐπίσκοπον Θηβαΐδος, ἐν τῷ διωγμῷ θύσαντα, καὶ ἐπὶ μυρίοις ἑτέροις φωραθέντα ἐγκλήμασιν, ὁ μακαριώτατος Πέτρος Αλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πρινὴ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι, καθεῖλε, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας ἐξέωσε· καὶ Αρειον διάκονον, ὡς τὸ ἑτερούσιον πρεσβεύοντα ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ
A τὸ, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, διακονεῖν καθάπαξ κεκώλυκε. Πέτρου δὲ ἐν κυρίῳ τελειωθέντος, Αχιλλᾶς διαδέχεται, καὶ Αρειον τῇ αἱρέσει καὶ φιλαρχίᾳ κρατούμενον, καὶ τοῖς Μελιτίου τολμήμασιν αὐτιθέως συμπράττοντα, δελεασθεὶς χειροτονεῖ πρεσβύτερον, καὶ τοῦ ἐν Αλεξανδρείᾳ διδασκαλείου προΐστησιν. Αχιλλᾶν δὲ οὐ μετὰ πολὺ ὁσίως τελειωθέντα, ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος Αλέξανδρος διαδέχεται. Αρειος γοῦν, ὡς μὴ προκριθεὶς Αλεξάνδρου, μειζόνως τῇ φιλαρχίᾳ ἀλαζονεύεται, καὶ ἀποστάσας τῆς ἐκκλησίας Εὐζώϊον τὸν
B διάκονον, Αειθαλᾶν, καὶ ἑτέρους τινὰς, κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ Αλεξάνδρου, φρατριάζειν ἀπήρξατο, κρατῦναι πειρώμενος τὸ ἑτερούσιον. ὁ δὲ μακαριώτατος Αλέξανδρος πολλαῖς νουθεσίαις χρησάμενος, ἐπὶ τὴν ἀποστολικὴν διάταξιν ἔρχεται τὴν λέγουσαν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ. ἰδὼν ἐκείνων καθόλου τὸ ἀνεπίγραφον.

Patricii Ararsii sancti, ex oratione ipsius, quæ Oceanus cognominatur.

C MELETIUM *igitur episcopum Thebaidos, qui in persecutione sacrificaverat, & infinitorum aliorum criminum reus fuerat deprehensus, sanctissimus Alexandriæ episcopus Petrus, ante acceptam martyrii coronam deposuerat, Christique ecclesia ejecerat: itemque Arium diaconum, tanquam qui diversam substantiam de* DEO *Verbo, atque etiam ista, ex non entibus, &, erat aliquando, cum non esset filius* DEI *& Patris assereret, diaconi munere fungi omnino prohibuerat. Petro autem in domino defuncto, Achillas successit: qui Arium, ipsa hæresi & dominandi cupiditate victum, & Meletii ausis nefarie cooperantem, deceptus presbyterum constituit, & scholæ Alexandrinæ præfecit.*
D *Achilla vero non ita multo post sancte defuncto, ille apostolicorum dogmatum propugnator Alexander successit. Arius igitur, quod Alexandro prælatus non esset, magis jam dominandi cupiditate insolescere, & abstractis ab ecclesia, Euzoio diacono, Aithale, & aliis quibusdam, contra ecclesiam & Alexandrum, conventicula cœpit cogere: Heterousii doctrinam confirmare conatus. Beatissimus autem Alexander, cum multis ante admonitionibus usus esset, ad illud tandem apostolicum præceptum sive constitutionem devenit, quæ jubet hæreticum hominem post unam & alteram admonitionem vitari: cum quidem videret illos scripturarum testimoniis omnino destitui.*

E ALEXANDRINA, ALEXANDRI.

Ex eodem libello synodico.


ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ, μερικὴ δὲ, ὡς φάναι εἰπεῖν ἐστὶ, τῶν προεστώτων διοικουμένων καὶ προχείρως ἐπισκόπων συνέλευσις· ἥτις συγκληθεῖσα ἐν Αλεξανδρείᾳ ὑπὸ Αλεξάνδρου τοῦ μάκαρος, ἀπεκήρυξε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ὡς ἐμμένοντας τῇ ἀπειθείᾳ, καὶ σηπεδόνα τῇ ἐκκλησίᾳ προσάγοντας, Αρειον, Εὐζώϊον, Αχιλλᾶν, Αἰθαλᾶν, Λούκιον, Σαρμάτον, Ιούλιον, Μηνᾶν, Αρειον ἕτερον, καὶ Ελλάδιον· καὶ τὴν αὐτῶν καθαίρεσιν πανταχοῦ ἐξαπέστειλεν· εἰς ἣν ὑπογράφουσιν ἐπίσκοποι Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως, Συρίας, καὶ Λυκίας, Καππα-

Anno Christi 319.

δοκίας, καὶ Ἀσίας, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως. γράφει δὲ Ἄρειος τὰ συμβάντα πρὸς τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, καὶ τὸν ἐκείνου Παλαιστίνης ὁμόφρονα καὶ συνώνυμον· οἱ ὁμονοήσαντες τῇ ἀσεβείᾳ, κατὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας δυνάμει καὶ κακουργίᾳ πολλῇ παρατάττονται. ὅθεν ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συγκροτηθῆναι θεσπίζει τὴν σύνοδον.

SYNODVS divina & sancta, sed particularis, (si ita dicendus est eorum, qui nuper & facile reperiebantur episcoporum conventus,) quæ Alexandriæ a beato Alexandro collecta abdicavit, & anathemati subjecit, tamquam in infi-

A delitate perseverantes, & putredinem sive ulcus ecclesiæ afferentes, Arium, Euzoium, Achillam, Aeithalem, Lucium, Sarmatium, Iulium, Menam, Arium alium, & Helladium: ipsorumque depositionem ubique emisit: cui subscripserunt episcopi Libyæ, & Pentapolis, Syriæ & Lyciæ, Cappadociæ & Asiæ, atque etiam Alexander Constantinopolis. Quæ vero acciderant, ea Arius ad Eusebium Nicomediæ & alterum Palæstinæ, huic & consentientem & cognominem perscribit: qui cum in impietate idem sentirent, contra Alexandrum & Christi ecclesiam, multa vi & versutia aciem instruunt: unde Christi amans imperator Constantinus synodum congregari præcepit.



ANNO CHRISTI ....

" Alii quippe rectius sub Liberio circa ann. 364. (ut pluribus explicabimus in notis) aut 357. Alii deniq; sub Damaso 367. &c.

[a] CONCILIVM [b] LAODICENVM [c] SVB " SILVESTRO.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΛΑΟΔΙΚΕΙΑι ΤΗΣ ΦΡΥΓΙΑΣ
συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων.

[d] *CANONES SANCTORVM ET BEATORVM PATRVM,*
qui Laodiceæ Phrygiæ convenerunt.

GENTIANO HERVETO INTERPRETE.

PRÆFATIVNCVLA.

[e] SANCTA synodus, quæ Laodiceæ, quæ est urbs Phrygiæ Pacatianæ, ex diversis Asiæ provinciis congregata est, constitutiones ecclesiasticas edidit, ut hic subjectum est.

B

Η ΑΓΙΑ σύνοδος, ἡ κατὰ Λαοδίκειαν τῆς Φρυγίας Πακατιανῆς συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ἀσιανῆς, ὅρους ἐξέθετο ἐκκλησιαστικούς, * οἳ ὑποτέτακται. * alias ὡς

I.

[f] Oportere ex ecclesiastico canone eos, qui libere & legitime secundo matrimonio conjuncti sunt, & non clam uxores duxerunt, cum exiguum tempus præterierit, & orationibus & jejuniis vacaverint, eis ex venia dari communionem.

α΄.

Περὶ τοῦ, δεῖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, μὴ λαθρογαμίαν ποιήσαντας, ὀλίγου χρόνου παρελθόντος, καὶ σχολασάντων ταῖς προσευχαῖς καὶ νηστείαις, κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν ὡρίσαμεν.

C

II.

Eos qui in diversis delictis peccant, & in oratione [g] confessioneque & pœnitentia fortiter perseverant, & se a malis perfecte convertunt, tempore pœnitentiæ eis pro delicti proportione dato, propter Dei miserationes & bonitatem, offerri communioni.

β΄.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταίσμασι, καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, καὶ τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος, καιροῦ μετανοίας δοθέντος τοῖς τοιούτοις, διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ.

III.

Non oportere eos qui sunt recens illuminati, in ordinem sacerdotalem promoveri.

γ΄.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πρόσφατον φωτισθέντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ.

IV.

Non oportere hominem sacratum fenerari, & usuras, & quæ dicuntur sesquialteras accipere.

δ΄.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἱερατικοὺς δανείζειν, καὶ τόκους, καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν.

ε΄. Περὶ

ε'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι.

ϛ'.

Περὶ τοῦ, μὴ συγχωρεῖν τοῖς αἱρετικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἐπιμένοντας τῇ αἱρέσει.

ζ'.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐκ τῶν αἱρέσεων, τοῦτ' ἔστι, Ναυατιανῶν, ἤτοι Φωτεινιανῶν, ἢ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, ἐπιστρεφομένους, * ἤ τε πιστοὺς τοὺς παρ' ἐκείνοις, μὴ προσδέχεσθαι, πρὶν ἀναθεματίσωσι πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ᾗ κατείχοντο· καὶ τότε λοιπὸν τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς πιστοὺς, ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, χρισθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω κοινωνεῖν * τῷ μυστηρίῳ τῷ ἁγίῳ.

* al. ἐπι.

* al. τῷ &c.

η'.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν λεγομένων Φρυγῶν ἐπιστρέφοντας, εἰ καὶ ἐν κλήρῳ νομιζομένῳ παρ' αὐτοῖς τυγχάνοιεν, εἰ καὶ μέγιστοι λέγοιντο· τοὺς τοιούτους μετὰ πάσης ἐπιμελείας κατηχεῖσθαί τε καὶ βαπτίζεσθαι ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων.

θ'.

Περὶ τοῦ, μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων τῶν αἱρετικῶν, ἀπιέναι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, εὐχῆς ἢ θεραπείας ἕνεκα· ἀλλὰ τοὺς τοιούτους, ἐὰν ὦσι πιστοὶ, ἀκοινωνήτους γίνεσθαι μέχρι τινός· μετανοοῦντας δὲ, καὶ ἐξομολογουμένους ἐσφάλθαι, παραδέχεσθαι.

ι'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀδιαφόρως πρὸς γάμου κοινωνίαν συνάπτειν τὰ ἑαυτῶν παιδία αἱρετικοῖς.

ια'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας, ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι.

ιβ'.

Περὶ τοῦ, τοὺς ἐπισκόπους κρίσει τῶν μητροπολιτῶν, καὶ τῶν πέριξ ἐπισκόπων, καθίστασθαι εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀρχὴν, ὄντας ἐκ πολλοῦ δεδοκιμασμένους, ἔν τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, καὶ τῇ τοῦ εὐθέος λόγου πολιτείᾳ.

ιγ'.

Περὶ τοῦ, μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον.

A

V.

Non oportere ordinationes fieri in præsentia eorum qui audiunt.

VI.

Non permittere hæreticis, ut in domum domini ingrediantur, si in hæresi permaneant.

VII.

Eos qui ex hæresibus, hoc est, Novatianis [h], sive Photinianis, vel Tessaradecatitis convertuntur, sive catechumenos, sive qui apud illos fideles dicuntur, non admitti priusquam omnem hæresim anathematizaverint, & præcipue eam in qua detinebantur; & tunc deinceps eos, qui apud illos fideles dicebantur, fidei symbola discentes, & sancto chrismate inunctos, sic sancto mysterio communicare. B

VIII.

[i] Eos qui ab eorum hæresi qui Phryges dicuntur, convertuntur, sive sint in clero qui apud illos existimatur, sive maximi dicantur; omnes eos cum omni studio catechizari seu nitiari & baptizari ab ecclesiæ episcopis & presbyteris. C

IX.

Non concedendum esse, ut in cœmeteria, vel in ea quæ dicuntur martyria quorumvis hæreticorum, abeant ii qui sunt ecclesiæ, orationis vel venerationis gratia. Sed tales si sint fideles, esse aliquantisper excommunicatos: sin autem pœnitentia ducantur, & se deliquisse confiteantur, suscipi. D

X.

Non oportere eos qui sunt ecclesiæ, indiscriminatim suos filios hæreticis matrimonio conjungere.

XI.

Non oportere eas, [k] quæ dicuntur presbyteræ & præsidentes, in ecclesiis constitui.

XII.

Vt episcopi metropolitanorum & eorum, qui sunt circumcirca, episcoporum judicio, in ecclesiastico magistratu constituantur, diu examinati, & in ratione fidei, & in rectæ rationis dispensatione. E

XIII.

Turbis non esse permittendum, eorum qui sunt in sacerdotio constituendi, electionem facere.

ANNO CHRISTI ...

XIV.

m Ne sancta instar benedictionum, in festo paschæ, in alias parochias transmittantur.

ιδ'.

Περὶ τοῦ, μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι.

XV.

n Non oportere præter canonicos cantores, qui suggestum ascendunt, & ex membrana legunt, aliquos alios canere in ecclesia.

ιε'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ.

XVI.

Vt evangelium cum aliis scripturis sabbato legatur.

ιϛ'.

Περὶ τοῦ, ἐν σαββάτῳ εὐαγγέλια μετὰ ἑτέρων γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι.

XVII.

o Non oportere psalmos in conventibus contexere, sed in unoquoque psalmo interjecto spatio, lectionem fieri.

ιζ'.

Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμούς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ' ἕκαστον ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν.

XVIII.

Idem precum ministerium omnino debere fieri in nonis & vesperis.

ιη'.

Περὶ τοῦ, τὴν αὐτὴν λειτουργίαν τῶν εὐχῶν πάντοτε καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις, καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις ὀφείλειν γίνεσθαι.

XIX.

p Oportere seorsum primum, post episcoporum sermones, catechumenorum orationem peragi; & postquam exierint catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem: & cum ii sub manum accesserint, & secesserint, fidelium preces sic ter fieri: unam quidem, scilicet primam, silentio: secundam autem & tertiam per pronuntiationem impleri, deinde sic pacem dari. Et postquam presbyteri pacem episcopo dederint, tunc laicos etiam pacem dare: & sic sanctam oblationem perfici, q & solis licere sacratis ad altare accedere, & communicare.

ιθ'.

Περὶ τοῦ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι· καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς· μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιωπῆς, τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην διὰ προσφωνήσεως πληροῦσθαι, εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι. Καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι· καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ κοινωνεῖν.

XX.

Quod non oportet diaconum ante presbyterum sedere, sed sedere cum jussu presbyteri. Similiter autem etiam haberi honorem diaconis a ministris & omnibus clericis oportet.

κ'.

Ὅτι οὐ δεῖ διάκονον ἔμπροσθεν πρεσβυτέρου καθέζεσθαι, ἀλλὰ μετὰ κελεύσεως τοῦ πρεσβυτέρου καθέζεσθαι. ὁμοίως δὲ ἔχειν τιμὴν καὶ τοὺς διακόνους ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ πάντων τῶν κληρικῶν.

XXI.

Quod non oportet ministros locum habere in r diaconis, & sacra vasa tangere.

κα'.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν.

XXII.

ſ Quod non oportet ministrum ferre orarium, neque fores relinquere.

κβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὠράριον φορεῖν, οὐδὲ τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν.

XXIII.

Quod non oportet lectores vel cantores ferre orarium, & sic legere vel canere.

κγ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἀναγνώστας ἢ ψάλτας ὠράριον φορεῖν, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν.

ANNO CHRISTI ....

κδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἀπὸ πρεσβυτέρων ἕως διακόνων, καὶ ἑξῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕως ὑπηρετῶν, ἢ ἀναγνωστῶν, ἢ ψαλτῶν, ἢ ἐπορκιστῶν, ἢ θυρωρῶν, ἢ τοῦ τάγματος τῶν ἀσκητῶν, εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι.

κε'.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἄρτον διδόναι, οὐδὲ ποτήριον εὐλογεῖν.

κς'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐπορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπων, μήτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, μήτε ἐν ταῖς οἰκίαις.

κζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ λαϊκοὺς καλουμένους εἰς ἀγάπην, μέρη αἴρειν, διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προστρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ.

κη'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν.

κθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἰουδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς χριστιανοί. Εἰ δὲ εὑρεθεῖεν ἰουδαϊσταὶ, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ Χριστῷ.

λ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ ἀσκητὰς, ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι, μηδὲ πάντα χριστιανὸν, ἢ λαϊκόν. Αὕτη γὰρ πρώτη κατάγνωσις παρὰ τοῖς ἔθνεσιν.

λα'.

Ὅτι οὐ δεῖ πρὸς πάντας αἱρετικοὺς ἐπιγαμίας ποιεῖν, ἢ διδόναι υἱοὺς, ἢ θυγατέρας, ἀλλὰ μᾶλλον λαμβάνειν, εἴγε ἐπαγγέλλοιντο χριστιανοὶ γίνεσθαι.

λβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικῶν εὐλογίας λαμβάνειν, αἵτινές εἰσιν ἀλογίαι μᾶλλον, ἢ εὐλογίαι.

λγ'.

Ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικοῖς ἢ σχισματικοῖς συνεύχεσθαι.

λδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ πάντα χριστιανὸν ἐγκαταλείπειν μάρτυρας Χριστοῦ, καὶ ἀπιέναι πρὸς τοὺς ψευδομάρτυρας, τοῦτ' ἔστιν αἱρετικῶν, ἢ αὐτοὺς πρὸς τοὺς προειρημένους αἱρετικοὺς γενομένους· οὗτοι γὰρ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσιν. Ἔστωσαν οὖν ἀνάθεμα οἱ ἀπερχόμενοι πρὸς αὐτούς.

A XXIV.

Quod non oportet sacratos, a presbyteris usque ad diaconos, & deinceps quemlibet ecclesiastici ordinis usque ad ministros, vel lectores, vel cantores, vel exorcistas, vel ostiarios, vel exercitatorum ordinis, in cauponam ingredi.

XXV.

Quod non oportet ministros panem dare, vel calicem benedicere.

B XXVI.

Quod eos adjuvare non oportet, qui ab episcopis promoti non sunt, neque in ecclesiis neque in ædibus.

XXVII.

Quod non oportet eos qui sacrati sunt ordinis, vel clericos vel laicos,[t] ad agapas vocatos, partes tollere, eo quod ignominia inuratur ordini sacerdotali.

XXVIII.

C Quod non oportet [u] in locis dominicis, vel in ecclesiis, eas quæ dicuntur agapas facere, & in domo Dei comedere, & accubitus sternere.

XXIX.

Quod non oportet Christianos judaizare, &[x] in sabbato otiari; sed ipsos eo die operari: diem autem dominicum præferentes otiari, si modo possint, ut Christianos. Quod si inventi fuerint judaizantes, sint anathema apud Christum.

XXX.

D Quod non oportet eum qui est sacratus, vel clericus, vel exercitator, in balneo cum mulieribus lavari, neque omnem penitus Christianum vel laicum. Hæc est enim prima apud gentes condemnatio.

XXXI.

Quod non oportet cum omni hæretico matrimonium contrahere, vel dare filios aut filias: sed magis accipere, si se Christianos futuros profiteantur.

XXXII.

E Quod non oportet[y] hæreticorum benedictiones accipere, quæ sunt potius maledictiones, quam benedictiones.

XXXIII.

Quod non oportet una cum hæreticis vel schismaticis orare.

XXXIV.

Quod non oportet omnem Christianum Christi [z] martyres relinquere, & ad falsos martyres, hoc est, hæreticos abire, vel eos qui prius hæretici fuere. Hi enim sunt a Deo alieni. Sint ergo anathema, qui ad eos abeunt.

ANNO CHRISTI ....

A

XXXV.

a Quod non oportet Christianos, relicta Dei ecclesia, abire, & angelos nominare, vel congregationes facere; quod est prohibitum. Si quis ergo inventus fuerit huic occultæ idololatriæ vacare, sit anathema, quia reliquit dominum nostrum Iesum Christum, & accessit ad idololatriam.

XXXVI.

Quod non oportet eos qui sunt sacrati, vel clerici, esse magos, vel incantatores, vel mathematicos, vel astrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta, quæ quidem sunt ipsarum animarum vincula: eos autem qui ferunt, ejici ex ecclesia jussimus.

XXXVII.

Quod non oportet quæ a Iudæis vel hæreticis mittuntur festiva accipere, neque una cum eis festum agere.

XXXVIII.

Quod non oportet a Iudæis azyma accipere, vel eorum impietatibus communicare.

XXXIX.

Quod non oportet cum gentibus festum agere, & eorum impietati communicare.

XL.

Quod non oportet episcopos qui vocantur ad synodum, negligere, sed abire, & docere vel doceri, ad correctionem ecclesiæ & reliquorum. Si quis autem neglexerit, is seipsum accusabit; præterquam si propter intemperiem & ægritudinem non veniat.

XLI.

Quod non oportet eum qui est sacratus vel clericus, b sine canonicis literis iter ingredi.

XLII.

Quod non oportet eos qui sunt sacrati vel clerici, sine jussu episcopi iter ingredi.

XLIII.

Quod non oportet ministros vel brevi tempore fores relinquere, & orationi vacare.

XLIV.

Quod non oportet mulierem ad altare ingredi.

XLV.

Quod non oportet post duas hebdomadas quadragesimæ ad illuminationem admitti.

XLVI.

Quod oportet eos qui illuminantur, fidem discere, & quinta hebdomadis feria episcopo renuntiare vel presbyteris.

λε'.

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν· ἅπερ ἀπηγόρευται. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρείᾳ σχολάζων, ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν.

λϛ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς, μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, ἅ τινά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν· τοὺς δὲ φοροῦντας ῥίπτεσθαι ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν.

B

λζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν τὰ πεμπόμενα ἑορταστικὰ λαμβάνειν, μηδὲ συνεορτάζειν αὐτοῖς.

λη'.

Ὅτι οὐ δεῖ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα λαμβάνειν, ἢ κοινωνεῖν ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν.

C

λθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τοῖς ἔθνεσι συνεορτάζειν, καὶ κοινωνεῖν τῇ ἀθεότητι αὐτῶν.

μ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐπισκόπους καλουμένους εἰς σύνοδον καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀπιέναι καὶ διδάσκειν ἢ διδάσκεσθαι, εἰς κατόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν λοιπῶν. Εἰ δὲ καταφρονήσειεν ὁ τοιοῦτος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται· παρεκτὸς εἰ μὴ δι' ἀνωμαλίαν ἀπολιμπάνοιτο.

D

μα'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν.

μβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν.

μγ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας, * κἂν βραχὺ, τὰς θύρας ἐγκαταλείπειν, καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζειν. * al. κἂν πρὸς βρ.

μδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσέρχεσθαι.

με'.

Ὅτι, οὐ δεῖ μετὰ δύο ἑβδομάδας τῆς τεσσαρακοστῆς δέχεσθαι εἰς τὸ φώτισμα.

μϛ'.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ, ἢ τοῖς πρεσβυτέροις.

μζ'.

A

μζ'.

Ὅτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ φώτισμα, καὶ εἶτα ἀναστάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν.

μη'.

Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μετὰ τὸ βάπτισμα χρίεσθαι χρίσματι ἐπουρανίῳ, καὶ μετόχους εἶναι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

μθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον.

B

ν'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστέρᾳ ἑβδομάδι τὴν πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀτιμάζειν· ἀλλὰ δεῖ πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας.

να'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλιον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.

νβ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν.

C

νγ'.

Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾶν, ὡς πρέπει χριστιανοῖς.

νδ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικούς τινας θεωρίας θεωρεῖν ἐν γάμοις ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσέρχεσθαι τοὺς θυμελικοὺς, ἐγείρεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀναχωρεῖν.

D

νε'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς συμπόσια ἐπιτελεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκούς.

νς'.

Ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι, πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλοίη ἢ ἀποδημοῖ ὁ ἐπίσκοπος.

E

νζ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους, * ἀλλὰ περιοδευτάς· τοὺς μέντοι ἤδη προκατασταθέντας μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐν τῇ πόλει. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν πράττειν ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.

* al. i

νη'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰς γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.

XLVII.

Quod oportet eos, qui in morbo baptismum accipiunt, & deinde resurgunt, fidem ediscere, & nosse quod divino munere digni habiti sunt.

XLVIII.

Quod [c] oportet eos qui illuminantur, post baptisma inungi supercælesti chrismate, & esse regni Christi participes.

XLIX.

Quod non oportet [d] in quadragesima panem offerre, nisi sabbato & solis dominicis.

L.

Quod non oportet in quadragesimæ postrema septimana "jejunium solvere, & totam quadragesimam injuria afficere: sed oportet totam quadragesimam jejunare aridis vescentes.

" quinta feria.

LI.

[e] Quod non oportet in quadragesima martyrum natales peragere, sed sanctorum martyrum facere commemorationes in sabbatis & dominicis.

LII.

Quod non oportet in quadragesima nuptias vel natalitia celebrare.

LIII.

Quod non oportet Christianos ad nuptias venientes, se turpiter & indecore gerere vel saltare; sed modeste cœnare & prandere, ut decet Christianos.

LIV.

Quod non oportet sacratos & clericos in nuptiis vel conviviis aliqua spectacula contemplari, sed priusquam ingrediantur thymelici, surgere & secedere.

LV.

Quod non oportet sacratos & clericos ex collatione convivia peragere, sed neque laicos.

LVI.

Quod non oportet presbyteros ante episcopi introitum sacrum tribunal ingredi, & sedere in tribunali: sed cum episcopo ingredi, præterquam si episcopus sit mala valetudine, vel profectus sit peregre.

LVII.

Quod non oportet in vicis & pagis episcopos constitui, sed periodeutas, hoc est, circumcursatores: eos autem qui prius constituti fuerunt, nihil agere sine mente episcopi qui est in civitate. Similiter autem & presbyteros nihil agere sine mente episcopi.

LVIII.

Quod non oportet in domibus fieri oblationes ab episcopis vel presbyteris.

ANNO CHRISTI ....

ιθ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βίβλια, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης.

ξ'.

Ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι τῆς παλαιᾶς διαθήκης. α' Γένεσις κόσμου. β' Ἔξοδος ἐξ Αἰγύπτου. γ' Λευιτικόν. δ' Ἀριθμοί. ε'. Δευτερονόμιον. ς' Ἰησοῦς Ναυῆ. ζ' Κριταί. Ῥούθ. η' Ἐσθήρ. θ' Βασιλειῶν, α' β'. ι' Βασιλειῶν, γ', δ'. ια' Παραλειπόμενα, α', β'. ιβ' Ἔσδρας, α', β. ιγ' Βίβλος ψαλμῶν ρν'. ιδ' Παροιμίαι Σολομῶντος. ιε' Ἐκκλησιαστής: ις' Ἆσμα ᾀσμάτων. ιζ' Ἰώβ. ιη' Δώδεκα προφῆται. ιθ' Ἡσαΐας. κ' Ἱερεμίας καὶ Βαρούχ, θρῆνοι καὶ ἐπιστολαί. κα' Ἰεζεκιήλ. κβ' Δανιήλ. Τὰ δὲ τῆς καινῆς διαθήκης, ταῦτα. Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην. Πράξεις ἀποστόλων. Ἐπιστολαὶ καθολικαὶ ἑπτά, οὕτως· Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, Ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες· πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, πρὸς Φιλήμονα μία.

A

LIX.

Quod non oportet privatos & vulgares aliquos psalmos dici in ecclesia, nec libros non canonicos, sed solos canonicos veteris & novi testamenti.

LX.

Hæc sunt quæ legi oportet ex veteri testamento: I Genesis. II Exodus, id est, exitus ex Ægypto. III Leviticum. IV Numeri. V Deuteronomium. IX Iesus Naue. VII Iudices. Ruth. VIII Hester. IX. Regnorum I. & II. X Regnorum III. & IV. XI Paralipomenon I. & II. XII Esdræ I. & II. XIII Liber psalmorum CL. XIV Prouerbia Salomonis. XV Ecclesiastes. XVI Cantica canticorum. XVII Iob. XVIII duodecim prophetæ. XIX Esaias. XX Ieremias & Baruch, lamentationes & epistolæ. XXI Ezechiel. XXII Daniel. Novi autem testamenti hęc: Evangelia quatuor, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem. Actus Apostolorum. Epistolæ catholicę septem, videlicet Iacobi una, Petri duæ, Ioannis tres, Iudę una. Epistolæ Pauli quatuordecim: Ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicenses duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duę, ad Titum una, ad Philemonem una.

B

C

CANONES CONCILII LAODICENI.

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITULI CANONUM.

D

I. *De bigamis.*

II. *De his qui pro diversis erratis pœnitudinem ferventius exegerunt.*

III. *Quod non oporteat ad clerum statim post baptisma promoveri.*

IV. *De tempore ordinationum.*

V. *Ut hi qui sacrario serviunt, usuras non exigant.*

VI. *De hæreticis intrantibus in ecclesias, vel basilicas martyrum.*

VII. *De his qui ad ecclesias ab hæreticis veniunt.*

VIII. *De his qui veniunt ab hæresi Cataphrygarum.*

IX. *De his qui ab hæreticorum speluncas causa orationis accedunt.*

X. *De his qui cum hæreticis nuptiarum copula junguntur.*

XI. *Non congruere, presbyteras in mulieribus* ordinare.* (* ordinari.)

XII. *De episcopalibus ordinationibus.*

XIII. *Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.*

XIV. *Ad alias parochias eulogias, quæ oblatæ sunt, minime destinandas.*

XV. *De his qui debeant in ambone, id est, in pulpito psallere.*

XVI. *De lectionibus, quæ debeant sabbatis recenseri.*

XVII. *Quod interstitium psalmorum debeat in 'sabbatis fieri.* ('congregationibus)

XVIII. *De precibus nona & 'vesperæ celebrandis.* ('vespere)

XIX. *De precibus post homilias, id est, post sermones habitos ad populum, proferendis. Et de his quos intra sacrarium communicare conveniat.*

XX. *De honore quem presbyteris diaconi, & diaconis hi qui sunt ipsis inferiores, debeant exhibere.*

XXI *Quod subdiaconi a 'diaconio, id est, a 'secretario sint remoti.* ('diacono 'sacrario)

XXII. *Subdiaconos cum orariis assistere non debere.*

XXIII. *Lectores cantoresque cum orariis agere suum officium non debere.*

XXIV. *Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.*

XXV. *Quod subdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem tribuere.*

E

XXVI. *De exorcistis, qui non sunt ab episcopis ordinati.*

XXVII. *Quod de conviviis, quæ ex agape fiunt, escarum partes accipi non debeant.*

XXVIII. *In ecclesiis prandia fieri non debere.*

XXIX. *De Christianis, qui sabbatizare, vel iuxta quemdam modum judaizare noscuntur.*

XXX. *De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.*

XXXI. *De his 'qui cum hæreticis jungunt fœdera nuptiarum.* ('quę hæreticis.)

XXXII. *Ab hæreticis eulogias accipere non debere.*

ANNO CHRISTI .....

XXXIII. *De schismaticis.*
XXXIV. *De martyribus hæreticorum.*
XXXV. *De his qui angelos colunt.*
XXXVI. *De his qui incantationibus vel phylacteriis utuntur.*
XXXVII. *De his qui ab hæreticis vel Indæis festivitatis eorum dona suscipiunt.*
XXXVIII. *De Christianis, qui Iudæorum azyma comedunt.*
XXXIX. *De Christianis celebrantibus festa gentilium.*
XL. *De episcopis, qui eas quæ fiunt, evocationes ad synodum * vitant.* (* vetant)
XLI. *Quod sine literis ministerio sacro servientes proficisci non debeant.*
XLII. *Quod præter episcopum clericus proficisci non debeat.*
XLIII. *Vt subdiaconi ab ostia perseverent.*
XLIV. *Vt ad sacrarium mulieres non introeant.*
XLV. *De his qui circa mediam septimanam ad baptisma veniunt.*
XLVI. *De redditione fidei baptizandorum.*
XLVII. *De his qui in ægritudine baptizantur.*
XLVIII. *Vt post baptisma chrisma detur.*
XLIX. *Oblationes offerri in quadragesima non oportere.*
L. *Non debere jejunium solvi in quintaferia majoris * septimanæ.* (* hebdomadæ)
LI. *Non debere in diebus jejuniorum commemorationes martyrum fieri.*
LII. *Vt natalitia vel nuptiæ in quadragesima non fiant.*
LIII. *Vt in Christianorum non saltetur nuptiis.*
LIV. *Non licere clericis, ludicris spectaculis interesse.*
LV. *Non congruere penitus Christianis, comessationibus interesse.*
LVI. *Non licere presbyteris introire ad altare prinsquam ingrediatur' episcopus.* (' tempus)
LVII. *Qui in agris vel possessionibus debeant ordinari.*
LVIII. *Oblationes offerri in domibus non oportere.*
LIX. *Quæ psallere vel legere in' ecclesia conveniat.* (' ecclesiis)

CANONES.

SANCTA synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit ex diversis regionibus Asiæ, definitiones exposuit ecclesiasticas, quæ subter annexæ sunt.

I.

De his qui secundum ecclesiasticam regulam libere ac legitime secundis nuptiis juncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, ut parvo tempore transacto, vacent orationibus & jejuniis; quibus etiam, juxta indulgentiam, communionem reddi decrevimus.

II.

De his qui diversis facinoribus peccaverunt, & perseverantes in oratione confessionis & pœnitentiæ, conversionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impensum, propter clementiam A & bonitatem Dei communio concedatur.

III.

De his qui nuper sunt illuminati baptismate, quod eos in sacerdotali non conveniat ordine promoveri.

IV.

Quod non oporteat ordinationes sub conspectu audientium celebrari.

V.

Quod non oporteat sacerdotes & clericos fenerantes, usuras, vel quæ dicuntur * sescupla, id est, summam capitis, & B dimidium summæ percipere. (Dist. 46. Non licet fener. * al. sesquipla)

VI.

Quod hæretici non permittendi sint ingredi in domum, in heresi permanentes.

VII.

De his qui ab hereticis convertuntur, id est, Novatianis, aut Photinianis, aut ' Tessaradecatitis, sive baptizati sint illi, seu catechumeni, non ante suscipiantur, quam omnes hereses anathematizent, & precipue illam qua detinebantur. C Et tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, nostre doceantur fidei symbolum: & uncti sancto chrismate, sic mysteriis communicent sacrosanctis. (' Tessarescædecatitis)

VIII.

De his qui convertuntur ab heresi, quæ dicitur Cataphrygarum, & si in clero qui apud eos esse creditur, fuerint, & si maximi nominentur, hos sub omni diligentia ab episcopis ecclesiæ vel presbyteris instrui & baptizari conveniet.

IX.

D Quod non permittantur ecclesiastici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis martyria appellantur, orationis causa vel sanitatis accedere: sed hujusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communione privari: pœnitentes autem, & confitentes se deliquisse, convenit suscipi.

X.

E Quod non oporteat indifferenter ecclesiasticos fœdere nuptiarum hæreticis suos filios filiasque conjungere.

XI.

Quod non oporteat eas, quæ dicuntur presbyteræ vel ' præsidentes, in ecclesiis ordinari. (Dist. 32. & fin. ' præsentes)

XII.

Vt episcopi judicio metropolitanorum & eorum episcoporum, qui circumcirca sunt, provehantur ad ecclesiasticam potestatem, hi videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, (Dist. 24. c. episcopi)

ANNO CHRISTI ....

quam rectæ conversationis exemplo. A

XIII.

Dist. 63. c. Non est perm. Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium provehendi.

XIV.

Quod sancta nullo modo, causa eulogiarum tempore paschalis festi, ad alias parochias debeant destinari.

XV.

Quod non oporteat amplius, præter eos qui regulariter cantores existunt, B qui & de codice canunt, alios in pulpitum conscendere, & in ecclesia psallere.

XVI.

Quod in sabbatis evangelia cum aliis scirpturis legi conveniat.

XVII.

Quod in conventu fidelium nequaquam psalmos continuare conveniat, sed per intervallum, id est, per psalmos singulos recenseri debeant lectiones.

XVIII.

Quod idipsum officium precum & nona & vespera semper debeat exhiberi. C

XIX.

Quod oporteat seorsum primum post allocutiones episcoporum, orationes super catechumenos celebrari: & postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia, precem fieri: His etiam accedentibus ad manum sacerdotis, & 'discedentibus, tres orationes consummari fidelium: ita ut prima quidem sub silentio, secunda vero & tertia per exclamationes solitas expleantur: & ita demum pacem sibi invicem dabunt. Et posteaquam dederit D episcopus presbyteris osculum pacis, tunc laici sibi tribuent: & ita sancta celebrabitur oblatio. Solis autem ministerio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.

'descendentibus

XX.

Dist. 93. c. Non oport. Et in concil. Agath. c. 66. Quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed jussione presbyteri sedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, a subdiaconis & omnibus clericis.

XXI.

Dist. 23. c. Non oport. Et in conc. Agathen. c. 66. Quod non oporteat subdiaconos habere locum in diaconico, & dominica vasa contingere. E

XXII.

Dist. 23. c. Ministrum non oport. Quod non oporteat subdiaconum uti orario, nec ostia derelinquere.

XXIII.

Ibidem. Quod non oporteat lectores aut cantores orariis uti, & ita legere, vel psallere.

ANNO CHRISTI ....

XXIV.

Dist. 44. c. Non oportet cle. Quod non oporteat sacro ministerio deditos, a presbyteris usque ad diaconos, & reliquum ecclesiasticum ordinem, id est, usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, & ostiarios, & ex numero continentium & monachorum, ingredi tabernas.

XXV.

Dist 93. c. Non oport. diaconos. Quod non oporteat subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

XXVI.

Dist. 69. c. Non oport. exorcizare. Quod hi qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesis quam in domibus exorcizare non possint.

XXVII.

Dist. 42. c. Non oportet ministros alt. Quod non oporteat ministerio deditos, clericos, aut laicos ad agapen vocatos, ciborum partes accipere, propterea quod hinc ecclesiastico ordini fiat injuria.

XXXVIII.

Dist. 42. c. Non oport. in basilicis. Quod non oporteat in domiciliis divinis, id est, in ecclesiis convivia, quæ vocantur agapæ, fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

XXIX.

Quod non oporteat Christianos judaizare, & otiari in sabbato, sed operari eos in eodem die. Pręferentes autem in veneratione dominicum diem (si vacare voluerint) ut Christiani hoc faciant. Quod si reperti fuerint judaizare, anathema sint a Christo.

XXX.

Dist. 81. c. Non oport. ministros. Et in Agathen. conc. c. 67. Quod non oporteat sacris officiis deditos, aut clericos, aut continentes, vel omnem laicum Christianum, lavacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehensio prima est.

XXXI.

Quod non oporteat cum hæreticis universis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, sed magis accipere, si tamen Christianos se fieri promittant.

XXXII.

1. q. 1. Non oportet hęreticorum bened. Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius quam benedictiones.

XXXIII.

Quod non oporteat cum hæreticis aut schismaticis pariter orare.

XXXIV.

Quod omnem Christianum non oporteat deserere 'martyrem Christi, & ire ad pseudomartyres, id est, hæreticorum, & quos ipsos constet hęreticos extitisse. Hi namque sunt alienati a Deo. Sint igitur anathema, qui ad tales accesserint.

'martyres

ANNO CHRISTI .....

XXXV.

Quod non oporteat ecclesiam Dei relinquere, & abire, atque * angelos nominare, & congregationes facere; quæ interdicta noscuntur. Si quis igitur inventus fuerit huic occultæ idololatriæ serviens, sit anathema, quia derelinquit dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & se idololatriæ tradidit.

* angulos

XXXVI.

Quod non oporteat sacris officiis deditos vel clericos, magos aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos autem qui his utuntur, ab ecclesia pelli præcipimus.

26. quæst. 5. Non oportet sac. & in Agathen. Concilio c. 68.

XXXVII.

Quod non oporteat a Iudæis vel hæreticis quæ mittuntur munera festiva suscipere, nec cum eis festa celebrare.

XXXVIII.

Quod non oporteat azyma a Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum.

XXXIX.

Quod non oporteat cum gentilibus festa celebrare, & communicare pravitatibus eorum qui sine Deo sunt.

XL.

Quod non oporteat episcopos ad synodum vocatos omnino contemnere, sed protinus ire, & docere vel discere ea quæ ad correctionem ecclesiæ vel reliquarum pertinent rerum. Seipsum vero, qui contempserit, accusavit: nisi forte per ægritudinem ire non possit.

Dist. 18. Non oportet vocatos.

XLI.

Quod non oporteat sacerdotem vel clericum sine literis proficisci canonicis.

XLII.

Quod non oporteat sacerdotem vel clericum prẹter jussionem sui proficisci pontificis.

De consec. dist. 5. Non oportet min.

XLIII.

Quod non oporteat subdiaconos, saltem paululum, januas deserere, & orationi vacare.

XLIV.

Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare, " nec ea contingere, quæ virorum officiis deputata sunt.

" absunt a cod. ecclesię Romanæ.

XLV.

Quod non oporteat ad baptisma quemquam post duas quadragesimæ hebdomadas admitti.

XLVI.

Quod oporteat eos qui ad baptisma veniunt, fidem discere, & quinta feria septimanæ majoris episcopo aut presbyteris reddere.

De consec. distinct. 4. Baptizan. opor.

XLVII.

Quod oporteat eos qui in ægritudine percipiunt baptisma, postquam convaluerint, fidem perdiscere, & scire cujus muneris participes facti sint.

ANNO CHRISTI ....

XLVIII.

Quod oporteat eos qui baptizantur, post lavacrum chrisma ' ecclesiæ accipere, & regni Christi participes inveniri.

' cœleste

XLIX.

Quod non oporteat in quadragesima panem benedictum ' offerri, nisi in sabbato & dominica.

De consecr. dist. 3. Non oport. ini. ' benedictionis.

L.

Quod non oporteat in quadragesima, in ' ultimæ septimanæ quinta feria jejunium solvere, totamque quadragesimam sine veneratione transire; magisque conveniat omnem quadragesimam districto venerari jejunio.

' ultima septimana, quintæ feriæ jej. s.

LI.

Quod non oporteat in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum & dominicarum fieri conveniat.

33. quæst 4 Non licet in 40. Sed non sub nomine concilii Laodiceni, sed Martini papæ.

LII.

Quod non oporteat in quadragesima aut nuptias aut natalitia celebrari.

33. quæst. 4. Non oportet in 40. aut

LIII.

Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias, plaudere vel saltare, sed venerabiliter cœnare vel prandere, sicut Christianos decet.

De consec. dist. 5. c. Non oportet ministros 2.

LIV.

Quod non oporteat sacerdotes aut clericos quibuscumque spectaculis in " scenis aut in nuptiis interesse, sed antequam * thymelici ingrediantur, exurgere eos convenit, atque inde discedere.

" cœnis, omnino legi debet: Gr. δείπνοις. & ita habetur in cod. eccl. Romanæ. * Id est, tibicines.

LV.

Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ' ex collatis vel commissaliis convivia celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.

Dist. 44. Non opor. mi. ' aut collatis vel comessationibus.

LVI.

Quod non oporteat presbyteros ante processionem episcopi introire sacrarium & sedere, sed cum episcopo debent ingredi, vel in subselliis sedere; nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiscatur episcopus.

Dist. 95. Non oportet presbyteros ante.

LVII.

Quod non oporteat in villulis vel in agris episcopos constitui, sed visitatores. Verumtamen jampridem constituti nihil faciant præter conscientiam episcopi civitatis. Similiter & presbyteri præter consilium episcopi nihil agant.

Dist. 80. Non debere in vicis & in.

LVIII.

Quod non oporteat in domibus oblationes

ANNO CHRISTI ....

tiones celebrari ab episcopis vel presbyteris.

LIX.

Quod non oportet plebeios psalmos in ecclesia cantare, nec libros præter canonem legi, sed ' solum sacra volumina novi testamenti vel veteris.

' sola

CANONES
CONCILII LAODICENI,

Ex interpretatione " Isidori Mercatoris.

" veteri quæ legitur in compilatione

TITULI CANONUM.

I. De bigamis.
II. De his qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt.
III. De neophytis non promovendis ad sacerdotium.
IV. Non licere coram catechecumenis clericos fieri.
V. Non licere clericis usuram vel sescupla accipere.
VI. Non debere hæreticos, in hæresi permanentes, in ecclesiam ingredi.
VII. De Novatianis & Quartodecimanis.
VIII. De Cataphrygis ad ecclesiam venientibus.
IX. Non debere Catholicos in ea quæ martyria sua hæretici dicunt, intrare.
X. Non debere catholicam hæreticorum matrimonio sociari.
XI. De catechumenis ecclesiæ.
XII. De ordinandis episcopis cum consilio metropolitani & finitimorum episcoporum.
XIII. Non licere populo ministros altaris eligere.
XIV. Sanctas oblationes pro eulogiis in festivitate paschali ad alias parochias non debere transmitti.
XV. De psalmistis.
XVI. Ut sanctum evangelium sabbatis legatur.
XVII. Psalmos sparsim non licere confundi.
XVIII. De orationibus quotidianis.
XIX. De ordine orationum catechumenorum atque fidelium, & communione.
XX. De disciplina atque modestia clericorum.
XXI. De ministerio subdiaconorum.
XXII. De ministris, ut orario non utantur.
XXIII. Quoniam non oportet lectores vel psalmistas orario uti, & sic legere.
XXIV. De lectoribus & psalmistis, ut tabernas non intrent.
XXV. Non licet ministris panem dare, aut calicem benedicere.
XXVI. De exorcistis.
XXVII. Non debere clericos sive laicos ad agapen vocatos, partes tollere.
XXVIII. Non licere in ecclesiis accubitus sternere, vel agapen facere.
XXIX. Non debere Christianos sabbatizare.
XXX. Nulli Christiano licere, cum mulieribus lavacra exercere.
XXXI. De cavendis hæreticorum connubiis.
XXXII. Non licere ab hæreticis eulogias accipere.
XXXIII. Non debere cum hæreticis aut schismaticis orare.
XXXIV. Non eundum ad falsos martyres.
XXXV. Non licere Christianis, derelicta ecclesia, ad angulorum congregationes colligi.
XXXVI. Non licere clericos magos vel incantatores esse, aut phylacteria facere.

A *XXXVII. Non licere ab hæreticis vel Iudæis feriatica, quæ mittuntur, accipere.*
XXXVIII. Non licere a Iudæis azyma accipere.
XXXIX. Non licere cum paganis festa celebrare.
XL. Episcopos ad synodum vocatos non debere contemnere.
XLI. Non debere clericum vel laicum sine epistolis peregrinari.
XLII. Nullum clericum debere sine episcopi sui jussione peregrinari.
XLIII. Ministros non debere ab ostiis recedere.
XLIV. Non debere mulierem ingredi ad altare.
XLV. Non oportet per duas septimanas quadragesimæ aliquem ad baptismum suscipere.
B *XLVI. Baptizandos debere symbolum fidei & discere & docere.*
XLVII. De his qui in ægritudine baptizantur.
XLVIII. Quia post baptismum chrismandum est.
XLIX. In quadragesima sabbato tantum & dominica offerendum est.
L. Non licere quinta feria septimanæ majoris jejunium solvi.
LI. Non debere in quadragesima, nisi sabbato & dominica, natalitia martyrum celebrari.
LII. Non licere nuptias fieri in quadragesima.
LIII. Non licere Christianos ad nuptias euntes, cantare aut ballare.
LIV. Non licere ministros altaris vel ceteros quoslibet, spectaculis quæ in nuptiis aut in ' scenis exhibentur, interesse.

' cœni ut infra.

C *LV. Non debere clericum vel laicum Christianum ex symbolis convivia celebrare.*
LVI. Non oportere presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, aut sedere in tribunalibus.
LVII. Non debere in vicis & villis episcopos ordinari, neque presbyteros sine præcepto vel consilio episcopi aliquid agere.
LVIII. Non oportere in domibus ab episcopis vel presbyteris oblationem fieri.
LIX. Non licere psalmos ab idiotis compositos, in ecclesia dici, nec libros, qui non sunt canonici, legere.

CANONES.

D SANCTA synodus apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convocata ex diversis provinciis Asiæ, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

I.

De eo quod oportet secundum ecclesiasticum canonem, eos qui libere & legitime secundo nuptiis connexi sunt, nec occultam permixtionem operati sunt, pauco tempore exempto, vacare orationibus & jejuniis, & secundum veniam reddi eis communionem.

II.

E His qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt, & instant orationi, confessioni ac pœnitentiæ, malorum suorum perfectam conversionem demonstrantes; pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus tribuendum est: propter misericordiam & bonitatem Dei, qui hujusmodi sunt, revocandi & ad communionem sunt applicandi.

26. q. 7. c. His qui

III.

Non oportet neophytum promoveri ad ordinem sacerdotalem.

IV.

ANNO CHRISTI

IV.

Non licere manus impositionem super ordinandos præsentibus catechumenis fieri.

D. 46. c. Non licere.

V.

Non licere fenerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel usuras vel lucra, quæ ' sescupla dicuntur, accipere.

' sesquipla.

VI.

Non concedendum hæreticis ingressum domus Dei, in hæresi permanentibus.

VII.

Novatianos, vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Tessaradecatites appellant, id est, qui quartadecima luna primi mensis cum Iudæis pascha celebrant, sed & catechumenos eorum vel fideles non recipi, priusquam condemnent omnem hæresim plenissime; ante omnia autem, in qua detinebantur. Et nunc qui apud eos fideles dicuntur, symbolum fidei doceantur: atque ita unctos sancto chrismate, divino sacramento communicare conveniet.

VIII.

Eos qui convertuntur ab hæresi, quæ dicitur ' Cataphrygarum, seque in clero constitutos existimant, quamvis magni dicantur, hujusmodi cum omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab ecclesiæ catholicæ episcopis & presbyteris.

' secundum Phrygas.

IX.

Non concedendum in cœmeteria & quæ martyria hæreticorum dicuntur, catholicos orationis gratia & petendæ curationis intrare. Sed & qui ierint, si sunt fideles, incommunicabiles factos, ad pœnitentiam usque ad aliquod tempus redigi: pœnitentes autem eos, & errasse se confitentes, suscipi oportere.

X.

Eos qui ad ecclesiam pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minime sociare debere.

XI.

Mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ seniores, univiræ & matriculariæ nominantur, in ecclesia, tamquam ordinatas, constitui non debere.

XII.

Episcopos non oportet præter judicium Metropolitanorum & finitimorū episcoporum constitui ad ecclesiæ principatum. Nec eligantur nisi hi, quos multo ante nota probabilisque vita commendat; & nihilominus in sermone fidei & recta operatione per suam conversationem fuerint probati.

XIII.

De eo quod non sit populis concedendum, electionem facere eorum qui altaris ministerio sunt applicandi.

XIV.

Sanctas oblationes, ad vicem eulogiarum, per festivitatem paschalem ad alias parochias mitti minime oportere.

XV.

Non licere præter canonicos psaltes, id est, qui regulariter cantores existunt, quique pulpitum ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.

XVI.

Sabbatis evangelia cum aliis scripturis legenda esse.

XVII.

In processionibus non connectere, id est, ex diversis versibus & sensibus libri unum canticum minime conjungere, sed singulorum psalmorum ordinabiliter de medio debere fieri lectionem.

XVIII.

De eo quod semper easdem supplicationes orationum, & ad horam nonam & vesperam, oportet celebrari.

XIX.

Quoniam catechumenorum orationem separatim, & prius post tractatum episcoporum oporteat celebrari. Quibus egressis, orent etiam hi qui in pœnitentia sunt constituti; & post manus impositionem his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiant, una quidem, (id est, prima) per silentium, secunda vero & tertia per vocis pronunciationem. Et tunc demum osculo pacem dari debere. Et posteaquam presbyteri episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare. Et sic oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

XX.

Quoniam non oportet diaconum sedere presente presbytero, sed ex jussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis.

XXI.

Quoniam non oportet ' subdiaconos licentiam habere in secretarium, quod Græci * diaconicon appellant, ingredi, & contingere vasa dominica.

' ministros

* diaconium.

XXII.

Ministrum non oportet orario uti, nec ostia derelinquere.

XXIII.

Quoniam non oportet lectores aut psaltes orario uti, & sic legere aut psallere.

XXIV.

Quoniam non oportet altari deservientes a presbyteris usque ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut lectores, aut ' psaltes, aut exorcistas, aut ostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentiæ sunt, tabernas intrare.

' psalmistas

XXV.

Non oportet ministros panem dare, nec calicem benedicere.

ANNO CHRISTI ....

XXVI.

Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab episcopis sunt provecti, neque in ecclesiis, neque intra domos.

XXVII.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos, ad agapen vocatos, partes tollere, propter injuriam quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

XXVIII.

Non oportet in dominicis seu ecclesiis agapen facere, ' & intus manducare vel accubitus sternere.

' in domo Dei non licet convivia celebrare, &

XXIX.

Non oportet Christianos judaizare, & in sabbato vacare, sed operari eos in eadem die, dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tamquam Christiani. Quod si inventi fuerint judaizare, anathema sint.

XXX.

Quoniam non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continentes ' se, aut omnem omnino Christianum, cum mulieribus lavacra habere communia. Hæc est enim prima apud gentiles reprehensio.

', sed &

XXXI.

Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere; si tamen profiteantur, Christianos se futuros esse catholicos.

XXXII.

Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam istæ maledictiones magis sunt, quam benedictiones.

XXXIII.

Non oportet cum hæreticis vel schismaticis orare.

XXXIV.

Non oportet Christianum derelictis martyribus Christi, abire ad falsos martyres. Hi enim alieni a Deo sunt. Quicumque autem abire voluerint anathema sint.

XXXV.

Non oportet Christianos derelicta ecclesia Dei abire, ' & angelos idololatriæ abominandæ congregationes facere, quę omnia interdicta sunt. Quicumque autem inventus fuerit occulte huic idololatriæ vacans, anathema sit: quoniam derelinquens dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad idola.

' ad angelos nominandos tem,

XXXVI.

Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos & incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum: hos autem, qui talibus rebus utuntur, projici ab ecclesia jussimus.

XXXVII.

Non oportet a Iudæis vel hæreticis feriatica, quæ mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere ' festos.

A

ANNO CHRISTI ....

' festiviores

XXXVIII.

Non oportet a Iudæis azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum.

XXXIX.

Non oportet cum paganis festa celebrare, & impietatis eorum habere societatem.

XL.

Non oportet vocatos episcopos ad synodum contemnere, sed abire debere, & aut docere, aut doceri quæ sunt ad ecclesię ceterorumque correctionem. Quod si contempserit, seipsum videbitur accusasse: nisi forte per infirmitatem ire non possit.

B

XLI.

Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum, sine canonicis literis, id est, formata, aliquo proficisci.

XLII.

Non oportet ministrum altaris vel quemlibet clericum præter jussionem episcopi ad peregrina proficisci.

XLIII.

Non oportet ministros ' vel brevi tempore ab ostiis deesse, & orationi vacare.

' vel ostiarios

C

XLIV.

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

XLV.

Non oportet post duas hebdomadas quadragesimæ quemquam ad baptismum suscipi.

XLVI.

Baptizandos oportet & fidei symbolum discere, & quinta feria ultimæ septimanæ vel episcopo vel presbyteris reddere.

XLVII.

Qui in ægritudine constituti baptismum perceperunt, facti sani, fidei symbolum edoceantur, ut noverint qua donatione digni sunt habiti.

D

XLVIII.

Oportet baptizatos post baptismum chrismatis quoque cælestis, & regni Christi participes fieri.

XLIX.

Non oportet in quadragesima panem offerri, nisi sabbato & dominica tantum.

L.

Non oportet in quadragesima quinta feria ultimæ hebdomadæ jejunium dissolvi, & totam quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies jejunare, & escis abstinentiæ convenientibus, id est, aridioribus uti.

E

LI.

Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato & dominica tantum memoriam fieri.

LII.

Non oportet in quadragesima aut nuptias aut quælibet natalitia celebrare.

LIII.

Non oportet Christianos ad nuptias euntes

euntes, vel ballare, vel saltare, sed caste A cœnare vel prandere, sicut competit Christianis.

LIV.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in " scenis exhibentur, interesse; sed antequam thymelici ingrediantur surgere eos, & de convivio abire.

"cœnis omnino legendum est, ut jam supra notavimus p. 1514. C.

LV.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, vel etiam laicos Christianos, ex symbolis (quæ vulgus ' commensalia appellat) convivia celebrare. B

' commissaria seu commussalia.

LVI.

Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi: nisi forte aut ægrotet episcopus, aut in peregrinis eum esse constiterit.

LVII.

Non oportet in villis & vicis episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circumeant, constitui: hos autem qui antehac ordinati sunt, nihil agere sine conscientia episcopi civitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto & consilio C episcopi agant.

LVIII.

Non oportet in domibus oblationes ab episcopis sive presbyteris fieri.

LIX.

Non oportet ab idiotis psalmos compositos & vulgares in ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos novi & veteris testamenti.

LX.

Quæ autem oporteat legi, & in auctoritatem recipi, hæc sunt: Genesis mundi, Exodus Ægypti, Leviticus, Numeri, Deu- D teronomium, Iesus Naue, Iudices, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ duo, Liber psalmorum 150. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Hester, duodecim prophetæ, id est, Osee, Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Item Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel. Novi autem testamenti: Evangelia quatuor, secundum Matthæum, secun- E dum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem; Actus apostolorum: Epistolæ catholicæ septem; Iacobi una, Petri duæ, prima & secunda; Ioannis ' tres, prima, secunda & tertia; Iudæ una: Epistolæ Pauli apostoli quatuordecim: ad Romanos, ad Corinthios prima & secunda: ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, prima & secunda: ad Timotheum, prima & secunda: ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

' evangelistæ.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Causa concilii.

Episcopi quot.

Auctor quis fuerit.

[a] *Concilium.*] Hoc concilium antiqua nobilitate celeberrimum, Græcorum atque Latinorum scriptis celebri memoria commendatum fuit. In quo ad collapsam ecclesiæ disciplinam restaurandam, auctore Nunechio Phrygiæ Metropolitano, congregati fuerunt triginta duo episcopi, & hosce quinquaginta novem canones, ad mores singulorum fidelium reformandos ediderunt; ut constat apud Gratianum canone undecimo, dist 16. Item ex compendio Baronii. Quod prædictum concilium in Syria sub Theodoto, vel Theodosio episcopo celebratum fuisse scribitur; plane falsum est. Hæc enim synodus, ut infra patebit, habita est in Phrygia Pacatiana. Cum ergo Theodotus, sive Theodosius fuerit episcopus Laodiceæ Syriæ, Stephani, ut testatur Eusebius lib. 7. cap. ultimo, successor, habeaturque tertio loco subscriptus inter eos episcopos, qui ex Cœlesyria magno Nicæno concilio interfuerunt & subscripserunt, verum esse non potest, synodum hanc in Phrygia celebratam, illius auctoritate indictam & convocatam fuisse: sed potius ex errore accidisse, ut cui vere Nunechius Laodicensis episcopus ac metropolitanus præsedit, Theodotus Laodiceæ in Syria episcopus præsedisse dicatur; propterea nimirum, quod Theodoti celebrius nomen esset, quam Nunechii. Vide Baron. in appendice 4. tomi.

Locus habiti concilii.

[b] *Laodicenum.*] Sic dictum a Laodicea urbe in qua celebratum fuit. Sciendum autem est, quod Strabone lib. 11. & 13. Plinio lib. 5. cap. 20. & 26. Ptolemęo lib 5. cap. 15. &c. testantibus, triplex fuerit Laodicea. Vna in Syria, quæ dicta est Seleucia Tetrapolis, eo quod a Seleuco rege condita fuerit: distat vero eadem non procul a ponte Orontis fluvii, estque Chalcidis contermina. Altera fuit in Media a Macedonibus condita, cujus memoria apud unicum Strabonem lib. 11. reperitur. Tertia demum Laodicea ad Lycum fluvium sita, quę præterquam quod alias Hierapolis diceretur, a fluvii prædicti alluvione Laodicea ad Lycum sita cognominata est. Civitas illa quidem per se nobilis exstitit, sed elogia divinæ scripturæ apocal. cap. 3. epist. Pauli ad Colossens. cap. ult. magna cum laude & celebri memoria prædicata, multo nobilior est facta. Hoc, de quo nunc agimus, concilium, non Laodiceæ in Syria, sed potius Laodiceæ in Phrygia Pacatiana celebratum fuisse, ipsius synodi titulus disertis verbis hisce asserit: *Sancta synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit ex diversis regionibus Asiæ*, &c. Vnde erroneum & diligenter corrigendum est, quod prioribus editionibus conciliorum omnibus dicitur in principio; hoc concilium habitum esse Laodiceæ quæ est in Syria; & qui gravior est error, duas Laodiceas in unam conflari, dum asseritur eamdem esse in Syria, quæ est ad Lycum flumen. Nihil enim commune habent Syria & Lycus flumen, ut ex prædicto cosmographorum testimonio constat. Quod igitur verba hæc; *Laodicea urbs vini fertilitate & civium felicitate celeberrima Syriæ Tetrapolis, Lyco flumini imposita*, &c. hinc sustulerimus, lector amice, iniquo animo nō feras.

Quō tempore habitum fuerit.

Ratio 1.

Ratio 2.

Ratio 3.

Refellitur objectio.

[c] *Sub Silvestro.*] Medio tempore inter Neocæsareensem & Nicænam synodum universalem, quando Silvester pontificatum ecclesiæ catholicæ administraret, sub præsidio Nunechii metropolitani hoc concilium celebratum fuisse, hæ rationes persuadere videntur. Prima: Laodiceno concilio canon primus, quo bigamis pœnitentia aliqua injungitur, implicite allegatur, quem Neocæsareense concilium tertio loco & ordine editum constituit: proinde hanc synodum ante Ancyranam & Neocæsareensem habitam fuisse, dici non debet. Secunda: liber Iudith auctoritate hujus provincialis concilii inter apocryphos rejicitur, quem teste sancto Hieronymo epist. 3. patres Niceni concilii, velut sacrosanctum, in canonem scripturæ receperunt. Oportet igitur concedere Laodicense concilium hoc ante Nicænum celebratum fuisse, vel saltem, quod dictu inconvenientius est, Catholicæ ecclesiæ episcopos ea quæ de canonicis libris in magno œcumenico concilio magna consideratione decreta erant, convellere & retractare ausos fuisse. Tertia: quod quinque canonibus Nicæni concilii hisce 2. 4. 14. 18. & 19. constitutum est, hoc idem a patribus Laodicenæ synodi 3. 5. & 8. sine ulla commemoratione & allegatione priorum constitutionum decretum esse constat. Quorum sane episcopi in hac synodo Laodiceæ jure meritoque magna cum reverentia meminissent, sicut & Neocæsareensis, bigamis pœnitentiam canone desuper edito imponentis, honorificam in principio primi canonis Laodiceni mentionem fecerunt. Itaque hanc synodum medio illo tempore, quod est inter Neocæsareense & Nicænum concilium, celebratam fuisse, certum est; quo autem anno, incertum. Quod apud Gratianum prædicto canone 11. sexta numeretur post Nicænam, &c. erroneum est. Quod Photinianorum hæreticorum longe post Nicænam synodum exortorum septimo canone mentio habeatur, nihil nostræ sententiæ de tempore Laodiceni concilii obstare, infra patebit in notis ad eumdem canonem.

 d Canones

ANNO CHRISTI ....

Quot canones editi.
Anselmi apud Gratianum error.
Canon 1.
Bigamia an illicita.

d *Canones sanctorum.*] Canones quinquaginta novem constitutos esse hac synodo juxta numerum titulorum, asserit Baronii compendium. Gratianus vero prædicto canone 11. distinct. 16. a patribus triginta duobus, sexaginta canones & unum decretos fuisse.

e *Sancta synodus quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ.*] Hinc Anselmus apud Gratianum cap. 11. distinct. 11. qui putavit hanc synodum Laodiceæ Syriæ celebratam fuisse, redarguitur. Vide quæ supra notavimus verbo, *Laodicenum.*

f *Oportere ex ecclesiastico canone.*] Nempe secundum Neocæsareensis concilii canonem tertio loco positum. cum enim Cataphrygæ in orientali ecclesia diu magno cum detrimento versati secundas nuptias prorsus rejecerent, ab episcopis ejusdem ecclesiæ optime eædem receptæ fuerunt; sic tamen, ut bigami non absque pœnitentia ad communionem admitterentur. Basilius vero epistola canonica ad Amphilochium cap. 14. eamdem ad trigamos & polygamos ex causa ampliavit. Cur vero iisdem pœnitentia injungenda fuerit, vide supra ea quæ notavimus ad concilium Neocæs. can. 7.

Canon 2.
Confessionis sacramentalis usus.

g *Confessionisque & pœnitentiæ.*] Nota, quod lege Christi, Ioann. 20. his verbis: *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt*: id est, non remiseritis, non sunt remissa: institutum est, ut peccatorum confessio in specie coram sacerdote jurisdictionem habente emittatur, id antiquo usu in ecclesia receptum fuisse, atque etiamnum recte usurpari.

Canon 7.
Canon septimus corruptus esse probatur.
Primo.

h *Sive Photinianis.*] Hoc canone decernitur, ut hæretici Novatiani & Quartadecimani ad ecclesiam redeuntes, quod nimirum legitima forma baptismatis a ministris observata legitime baptizati sint, non per baptismum, sed per catechizationem, manuum impositionem, & sacri chrismatis unctionem, ad sacram ecclesiæ communionem recipiantur. Quod an etiam de Photinianis constitutum fuerit, adeoque hæc verba, *aut Photinianis*, quæ in duabus dumtaxat editionibus, non in tertia habentur, inserenda vel omnino expungenda sint, merito dubitatur. Sed quia auctoritate concilii Arelatensis secundi canone 16. decretum est, baptismum Photinianorum, quod filium Dei dumtaxat hominem fuisse assererent, nullum esse: veriorem & magis germanam editionem putamus illam, a qua prædicta verba, *aut Photinianis*, absunt: atque ita eadem a reliquis duabus editionibus esse vel expungenda, vel saltem velut subreptitia diligenter notanda. Accedit quod Theod. lib. 2. hæret. fab. affirmat, Photinum cum Paulo Samosateno de sanctissima trinitate eadem sensisse, eadem docuisse. Sicut igitur ex decreto conc. Nicæn. can. 19. statutum est, ut Paulianistæ ad ecclesiam venientes baptizentur; ita & de Photinianis servatum oportuit esse. Et licet sancti Hieronymi contra Luciferum, aliorumque auctoritate constet, Arianorum baptismum ecclesiam catholicam recipere consuevisse: baptismus tamen Photinianorum nunquam ab ea receptus fuit: nam eorum in impugnanda Christi divinitate tanta impietas erat, ut ipsi Ariani eos, ut maxime impios, ab ecclesia ejecerint. Vide Baronium in appendice 4. tomi.

Secundo.

Canon 8.
Baptismus hæreticorum quando validus sit.

i *Eos qui*, &c] Hic canon neque præcedenti, neque traditioni apostolicæ, de qua supra in notis ad concilia Africana sub Stephano egimus, est contrarius: Cataphrygarum baptismus iterari jubetur, quia non ea forma, qua ecclesia utitur, collatus fuerit: reliquorum hæreticorum vero, qui hanc baptizandi formam rite observabant, baptisma ratum ac validum esse, ideoque nequaquam iterandum, ecclesia recte dijudicavit. Vide quæ diximus in notis ad can. apost. 46. 47. & 48.

Canon 11.
Presbyteræ quæ.

k *Quæ dicuntur presbyteræ.* Presbyteræ hoc loco appellantur viduæ seniores, ut posterior editio declarat. Frequentissime tamen presbyteræ in conciliis nominantur mulieres cælibem vitam agentes illæ, quarum viri presbyteratus ordine initiati vel erant, vel fuerant. Ita intelligendus est can 21. concilii Antisiodorensis, quo inhibetur ne presbytera cum suo presbytero dormiat. Observandum est, quod sicut presbyterarum, ita etiam diaconissarum & episcoparum mentio satis frequens apud scriptores reperiatur eadem fere significatione. De diaconissis vide quæ notavimus supra in secundo concilio apost. item quæ dicemus in concilio Turonensi: ubi can. 13. 14. & 20. hæc nomina sæpe prædicta acceptione usurpantur. Item Baron. Vide ann 34 num. 288.

Diaconissa quæ, episcopa quæ fuerit dicta.

Can. 13.

l *Eorum qui sunt in.*] Vide quæ notavimus supra ad primum & secundum concilium apost.

Can. 14.
Eulogia quid.
Eulogiæ usus quis.

m *Ne sancta instar benedictionum.*] Paschalibus diebus fidelibus interdictum est eulogiis communicare; quia iisdem temporibus ad eucharisticam communionem sumendam obligati erant. Eulogia autem est panis fermentatus a populo oblatus, & ab episcopo benedictus eo fine, ut presbyteri singularum parochiarum eumdem ab episc. acceptum in signum catholicæ communionis fidelibus suis sub A se constitutis distribuerent & impartirentur. A materia ex qua panis fiebat, dicebatur fermentum, ad distinctionem panis azymi, ex quo eucharistia confici soleret: ob sacræ rei, catholicæ nimirum communionis signum, sacerdotalemque benedictionem ei impertitam, eulogiæ, id est benedictiones appellabantur. Harum aliæ publicæ erant, aliæ privatæ. Publicæ ad id consecrabantur & distribuebantur, ut essent communionis catholicæ signa & indicia. De quibus supra. Privatæ vero erant, quas amici inter se ultro citroque dare & accipere consueverant. Cujus quidem antiqui usus exempla complura suppetunt, & inter alia sancti Pauli Nolani episc. ad Severum scribentis, epist. 1. in fine his verbis: *Panem Campanum de cellula nostra tibi pro eulogia misimus.* Et ad S. Aug. epist. 31. *Panem unum, quem unanimitatis indicio misimus caritati tuæ, rogamus, accipiendo benedicas.* Et epist. 35. ad Alypium: *Panem unum sanctitati tuæ unitatis gratia misimus, quo etiam trinitatis soliditas continetur: hunc panem eulogiam esse tu facies dignitate sumendi.* August. etiam ad B eumdem Paulin. epist. 34. easdem eulogias mittens ait: *Panis, quem misimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis vestra benignitatis.* Vide quæ notavimus in Melchiadis vita, verbis, *Hic fecit & oblationes.*

Quomodo alias appellata.
Eulogiæ duplices.

Can. 15.
Cantus ecclesiastici auctor quis.
Cur laicis cantare in ecclesia interdictum sit.

n *Non oportere præter*] Nihil hic canon de cantu ecclesiast. apost. traditioni contrarium præcipit. Vt fideles in suis conventibus psalmis & hymnis alternatim corde simul & ore decantatis Deum laudent, a Paulo ad Col. c 3. & ad Eph. c. 5. præceptum esse fatemur: sed dum olim una cum clericis etiam populus promiscue cantaret, sacerdotique orationem concludenti magno cum boatu ad similitudinem cælestis tonitru (ita Hier. in præf. ep. ad Gal. l. 2.) respondere soleret, imperitia canentium aliquando accidebat, ut ii, quorum vox inculta erat, aut absona, harmonicum illum ecclesiast. dignitati congruentem concentum (in quos Chrys. in ca. 8 Isai. hom. 1. acerbe invehitur) plane corrumperent. Ad hoc ergo incommodum a cantu religioso tollendum, ecclesiast. instit. C hisce optime provisum est, ne præter certos ad hoc opus adscriptos, alii in ecclesia psallerent. Nam ut cantus eccl. prout convenit, pie, religiose, ac modeste concinatur, studiosissime patres hujus concilii cum Ignatio, Iustino, Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, aliisque pluribus, quorum verba prolixe recitat Baron. anno Christi 60. num. 24. & seq. in ecclesia semper curaverunt.

Cant. eccleſiast qualis esse debeat.

Can. 17.
Processionum usus antiquus.
Cur Litaniæ dicuntur.

o *Non oportet.*] Hoc can. docemur, his & anterioribus temporibus fideles aliquando procedentes, publico conventu preces suas ad Deū fundere consuevisse: quod etiamnum ecclesia recte facit. De horum ritu prędicandi, & de processionibus est intelligendum illud Tertull. ad uxorem l. 2. c. 4. *Si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adveniat.* Has, quod expiationis causa publice indicantur, Litanias nominatas fuisse, multa exempla declarant. Tempore Greg. Thaumaturgi Neocæs. habitas esse, testatur Basil. epi. 63. De his aliisque precandi ritibus plura vide apud Baron. in not. ad mart. Rom. item in D annal. an. Christi 58. num. 108.

Can 19.
Quibus & quando missę interesse liceuerit.

p *Oportere seorsum.*] Hoc canone confirmantur ea quæ supra in notis ad conc. Ancyranum diximus can. 4 & seq. nimirum, quod pœnitentium alii instar catechumenorum a communione orationum simul & sacramentorum; alii tantum a sola corporis & sanguinis participatione prohibiti fuerint, donec injunctum pœnitentiæ tempus complessent.

Laica communio quæ dicatur.

q *Et solis licere.*] Hinc quid laica communio sit, evidenter intelligitur: nimirum eam corporis & sanguinis dominici participationem, quæ non apud altare cum sacris ministris, sed extra cancellos eo loco, ubi populus consistebat, fieri ac dispensari solebat, laicam communionem appellatam esse. Hæc clericis imposita, ut ex notis ad 9. can. Arelat. concilii supra constat, loco pœnæ erat. E Quod autem sicut olim, ita in ecclesia primitiva orientali simul & in occidentali sacerdotes a populo, viri a mulieribus, & virgines a nuptis, loco distincti fuerint, sic ut in gremio ecclesię episcopus una cum clero ad utrumque latus posito sederit: viri autem sinistram partem templi, & feminę dextram occuparint, patet ex Clem. constit. l. 2. c. 61. & Amb. ad virg lapsam.

Clerus a populo, viri a mulieribus in ecclesia separati fuerunt.

Can. 21.
Secretariū quid.
Vsus Secretarii.

r *In diaconis.*] Loca ecclesię apud apsidem posita, quę hic & a Paulino epist. 12. Secretaria nominantur, eadem a Clem. lib. 2. constit. cap. 62. pastophoria, id est, ut explicat Hier. in Ezech. cap. 42. duo thalami seu interiora cubicula, appellantur. ubi dicit, in omnibus ecclesiis duo pastophoria extrui consuevisse; eaque hinc inde apud apsidem posita fuisse asserit præd. loco Paulinus. Quorum quis esset usus, duo hęc disticha ab eodem desuper inscripta declarant: a dextra apsidis:

Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & qua

Promitur

ANNO CHRISTI ....

Promitur alma sacri pompa ministerii.

A sinistra ejusdem:

Si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas;
Hic poterit residens sacris intendere libris.

Can 22. & 23. Vide Durantum de ritibus cap. 14.

Orarium significat stolam qua utuntur presbyteri & diaconi.

[f] *Quod non oportet ministrum ferre orarium.*] Orarium idem est in antiquis patribus, quod stola; quæ est vestis sacra, longa non lata, cujus usus sacerdotibus ac diaconis concessus, subdiaconis interdictus est. Significat autem mystice jugum Christi. Vnde in ordinatione sacerdotis, cum ei stola imponitur, dicitur: *Accipe jugum domini*, &c. Hac significatione vox ista sumitur conc. Bracar. 1. cap 27. Vbi diaconi præcipiuntur ferre orarium super scapulas. Item conc. Brac. 3. cap. 3. ubi sacerdoti præcipitur, *ut sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumseptus; ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter & utrumque humerum premens signum in suo pectore præparet crucis.* Simili significatione accipitur his canonibus, quibus usus orarii subdiaconis interdicitur. Et concil. Tolet. 4. ubi dicitur, *unum orarium oporte. Levitam gestare in sinistro humero propterea quod orat, id est prædicat: dextram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad ministerium sacerdotale discurrat.* Vnde Alcuinus lib. de divin. off. cap. de vestibus sacris: Rabanus lib. 1 de instit. cleri. cap. 19. Durant. de ritibus ecclesiæ, putant orarium esse dictum, quod oratoribus seu prædicatoribus evangelii concedatur.

Orarium accipitur aliquando pro veste sacerdotali.

Secundo etiam non raro hæc vox orarium accipitur pro sacerdotali veste honesta & talari: ita enim sumitur in concil. Mogunt. sub Carolo cap. 27. ubi monentur presbyteri, ut sine intermissione orariis utantur, propter differentiam sacerdotalis dignitatis: similiter accipitur cap. nullus, 21. quæst. 4. Vide Suarez, tom. 3. disput. 82. sect. 2. Durant. de ritibus eccl. cath. lib. 2. cap. 9.

Can. 27. & 28 Agape quid.

Quibus temporibus celebratæ fuerint.

[t] *Ad Agapen vocatos.*] Agape est convivium publicum, quod olim in ecclesia in sanctorum martyrum natalitiis celebrari consuevit: sicut & duo alia, funebre nimirum & connubiale convivium: de quibus hæc Gregorius Nazianzenus de vitæ differ. *Non insuper ad sacrum aliquod epulum vel natalitium funebre vel connubiale cum pluribus currens.* Solitas esse quoque exhiberi agapes in ecclesiarum dedicationibus, satis demonstrant quæ Gregorius papa lib. 1. epist. 14. dedicaturus oratorium beatæ Mariæ, pro agape parari mandat, sic scribens ad Petrum subdiaconum. *Sed quia ce a ipsius tenuitas exigit, debere nos in ipsa die sest vitate concurrere, propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos*, &c. Quæ igitur convivia publica optima ratione in ecclesiam introducta, & hactenus frequentata reperiuntur, a patribus orientalis ecclesiæ in hoc concilio præsentibus temperata sunt, ut deinceps in ecclesia non celebrentur. Hæc enim agapes circumstantia Ambrosio, Augustino, & sancto Paulino displicuit, de qua ipse hæc scribit:

Verum utinam sacris agerent hac gaudia votis,
Nec sua liminibus miscerent gaudia sanctis.

Ideoque recte concilio Carthaginensi tertio, can. 50. eadem circumstantia loci interdicta est. Baronium vide, anno 57. num. 137. & sequentibus.

Nomina loci sacri ubi fiebat conventus fidelium.

[u] *In locis dominicis.*] Sicut locus iste, in quem ad sacros conventus celebrandos fideles convenire solebant, hic dominicum appellatur, ita idem alibi ecclesia, alibi domus oratoria, basilica, memoria, martyrium, concilium sanctorum, titulus ac templum nominari consuevit. Delubrum vel fanum, quæ gentilium templis magis conveniunt, a patribus nusquam usurpata reperiuntur: quibus recentiores nonnulli improprie saltem, si non improbe, utuntur. Rationes singulorum vocabulorum vide apud Baronium in notis ad martyrol. Romanum die 5. Augusti: item in annalibus ann. 57. num. 127.

Can. 29. Quæ feriatio prohibita sit.

[x] *In sabbato otiari.*] Prohibetur Iudaica feriatio diei dominici ac sabbati. Ebionæi enim, ut scribit Eusebius lib. 3. cap. 21. Iudaice dominicum instar sabbati colebant: pie autem & religiose utroque die jejunare aut festum agere (quod in orientali ecclesia ad hæreses diversorum verbo & opere simul impugnandas, observatum esse Clemens lib. 7. cap. 24. Socrates lib. 6 cap. 8. Anastasius Nicænus lib. quæst. q. 77. aperte testantur) nulla lege prohibitum fuit. Vide quæ diximus in notis ad canonem apost. 55. Item Baronius anno 57. num. 202. & 203. item anno 58 num. 90. ubi longissimam Augustini invectivam recitat illam, qua vehementer invehitur in illos, qui feria quinta in honorē Iovis superstitiose feriabantur.

Can. 32.

[y] *Hæreticorum benedictiones.*] Benedictiones & eulogiæ, ut supra diximus, erant symbola communionis catholicæ.

ANNO CHRISTI ....

A Itaque illæ ab hæreticis, qui ab ecclesiæ communione exciderant, ideoque ut plurimum vitandi erant, periculose accipiebantur.

Cum hæreticis non est communicandum aut conversandum. Can. 34.

[z] *Christi martyres relinquere, & ad falsos martyres hæreticorum.*] Prohibetur hoc canone; ne sub pœna excommunicationis hæreticorum martyribus aliquis religiosus cultus deferatur: ideo quod extra communionem ecclesiæ sine fide & caritate Dei decedentes, perpetua Dei amicitia spoliati, omni religioso cultu & honore indigni, ab aditu regni cælestis præclusi sint. Contra vero convenientissimum ac maxime religiosum esse decernitur, ut quos universa ecclesia incolas regni cælestis, sanctos atque amicos Dei esse profitetur, non quidem ut auctores & largitores bonorum, (hoc enim soli Deo debitum est) sed tantum ut amici Dei, & heredes regni cælestis, & coheredes Christi, cultu dumtaxat duliæ, ut loquuntur theologi, colantur & observentur. Hinc facit, quod infra canone 51. sanctorum festa celebrari, eorumque commemoratio certis diebus haberi concedatur. Ex quibus quid B de sanctorum cultu ac veneratione in ecclesia primitiva creditum fuerit, satis manifeste constat.

Can. 35. Prima expositio canonis. De cultu angelorū.

[a] *Quod non oportet ad angelos idololatria abominanda.*] Variæ sunt hujus canonis interpretationes. Vna Theod. ad Colossens. cap. 2. dicentis hoc canone damnari illos hæreticos, qui docebant, angelos esse colendos. Quod si de cultu latriæ intelligi voluerit, sustineri potest ac debet. Nam Bellarminus lib. 1. de SS. beat. cap. 20. hanc expositionem ejusdem Theodoreti sic expositam approbat dicens, per hunc canonem concilii non piam quamlibet angelorum venerationem, sed eam dumtaxat quæ Deo propria est, prohiberi: Theodoretum autem ab hæreticorum calumnia defendit, & merito. Nam eumdem de angelorum cultu & veneratione recte & orthodoxe sensisse, dubium nullum est, qui ipsos angelos non tantum veneratur, sed eosdem æternæ salutis administros nobis a C Deo concessos, nostros apud Deum intercessores & patronos esse, constanter affirmat, ut videre est lib. ejusdem Theodoreti divin. decret. 5. de angelis, & in Dan. cap. 4. Quia tamen, quod supra in notis ad secundam epistolam Pii, verbis; *nemo vos seducat in religione angelorum*; ex Baronio diximus, neque Simon Magus, neque Cerinthus, neque quisquam Iudæorum hæreticorum angelos adorandos esse docuit, ipse vero Theod. ad Colossens. cap. 2. hæc contra hæreticos legem Iudaicam defendentes decreta ac constituta fuisse scripsit; justam illustrissimi Cardinalis Baronii censuram hac in re non evadit. Posset alioquin pro hac sententia dici, hunc canonem editum fuisse contra hæreticos angelicos, sic dictos, ideo quod, teste Epiphanio hæresi 60. & August. hæresi 39. angelos adorandos, cultuque latriæ soli Deo debito colendos esse docerent. Altera quæ magis placet expositio, est Baronii, qui ait, hoc canone piam ac religiosam venerationem fal-D sorum deorum, illorum nempe, quos idololatræ, gentiles & magi venerabantur, Christianis interdictam esse; idque sic probat: primo, præcedente canone 34. veri martyris cultus religiosus recipitur; falsorum vero martyrum superstitiosa veneratio prohibetur: dum ergo sequente canone subjungitur decretum ad cultum angelorum reformandum pertinens, expresse patet, sacrosanctam synodum voluisse, ut veri angeli, qui æternam salutem adepti sunt, sicut veri martyres colantur: falsorum autem angelorum, sicut & pseudomartyrum, cultus ac veneratio sub pœna anathematis evitetur. Angeli naturę & gratię donis omnes fere sanctos excellunt: quis ergo credat patres hujus synodi, martyribus ob sanctitatem qua donati sunt, cultum ac venerationem adjudicasse; angelicę autem creaturę excellentiori & sanctiori omnem honorem ac piam observantiam ademisse? Falsos autem angelos, quos gentiles & magi religiose colebant, genios fuisse ait Baronius: quorum gratia ipsi, ut ex Censorino E de die natali, & Macrobio in Saturnalibus constat, diem natalitium celebrantes, affines & amicos suos convocabant, & quod ait canon, *ad angelos idololatria abominanda congregationes faciebant.* Quamquam probabilius esse judicet, per falsos angelos intelligi debere dæmones, quos cum illi ad magias suas perficiendas occulte invocarant, a patribus hujus concilii idololatrę nominati sunt: cum vero ad imposturas suas honesto nomine velandas, profiterentur se angelos invocare, ut ait Tertullianus in apologet. cap. 23. idololatræ occulti appellantur, quod nimirum idololatriam honestissimo nomine angelorum velatam & occultam committerent. Vide Baron. anno Christi nati 60. num. 20. & sequentibus.

Secunda expositio verior.

Angeli quę cultu colendi.

Falsi angeli qui dicantur.

Canon 41. Canonicæ literæ quæ.

[b] *Sine canonicis literis.*] Literę quę hic canonicæ dicuntur, alibi formatæ ac communicatoriæ, aliisve nominibus appellantur. Vide quæ diximus in notis ad vitam Sixti.

Canon 48.

[c] *Oportet eos qui illuminantur.*] Ex præcepto Christi, vel

ANNO CHRISTI ....

Sacramentum confirmationis, an ex necessitate præcepti sit suscipiendum.

saltem ecclesiæ, baptizatos sub peccato ad sacramentum confirmationis suscipiendum, dum commode possunt obligari, colligunt nonnulli ex hoc canone, sicut & ex epistola Melchiadis, ubi dicit: *Quamvis continuo morituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria esse confirmationis auxilia*, &c. Hæc cum theologorum scholasticorum & summistarum alii affirment, alii negent; ego sententiæ neganti potius subscribendum esse putarem.

Canon 49. Quadragesimali tempore ab eulogiis abstinendum est.

d *In quadragesima.*] Causa prohibitionis sequenti canone subjungitur: quia scilicet quadragesimalibus diebus integris jejunandum erat. Ne igitur sumptione eulogiarum sive panis benedicti, qui alias fermentum dicebatur, jejunium violaretur; constituitur hoc canone, ut neque populus panem in hunc finem offerat, neque episcopus eumdem in symbolum communionis catholicæ a se consecratum, quadragesimali tempore distribui patiatur.

Cur in quadragesima sanctorum martyrum festa, item nuptias celebrare non liceat.

e *Quod non oportet in quadragesima martyrum natalitia*, &c. *aut nuptias celebrari.*] Opinor, ne agapico & nuptiali conviviis, quorum illud in natalitiis martyrum, hoc in solennizatione nuptiarum exhiberi solebat, ut supra in notis ad canonem 27. & 28. diximus, jejunium violaretur.

** NOTÆ GABR. ALBASPINÆI EP. AVR.

AD CANONEM II. LAODICENUM.

Ex hoc canone non nihil probationis pro sacramentali confessione elici posse inficias non iverim. Quo enim modo præscribi potuisset pœnitentia adæquata peccatis, nisi peccata perspecta fuissent ei qui pœnitentiam imponebat. Quapropter sectarios deficere debet obtrectatio; fateri siquidem coguntur tempore hujusce canonis confessionem in usu fuisse: Non tamen abnuerim hæc verba, *perseverantes in oratione confessionis & pœnitentia*, ad confessionem sacramentalem non pertinere, adductus rationibus quæ sequuntur, ubi quæ ad intelligentiam hujus canonis faciunt exposuero. Si quis sit ponendi callidissimus, hujus canonis hypothesin esse fatebitur, constare debere utrum pœnitentia & communio dandæ sint eis qui permulta capitalia scelera admiserint. Ratio dubitandi hæc erat: quod qui plurimis criminibus urgeretur indignus erat omnino gratia & pœnitentia: cum videlicet, qui solum crimen conceperat, & fecerat, per viginti quinque aut triginta annos in pœnitentia delitescere cogeretur, si illud esset capitale, ut patet in concilio Eliberino, Qui peccatum maximum admisit, irrogatur pœnitentia: si plura, denegatur. Decisio tamen patrum vult, quod si in efflagitanda pœnitentia perseverent, afflictationibusque corporis testentur, ingenti dolore Deum offendisse remorderi, indulgeatur illis pœnitentia, tum demum communio.

Amplius notandum ut perspectior sit sensus canonis, quod qui confiterentur, aut statim absolutos fuisse, aut eis statim concessam fuisse pœnitentiam si meruissent: aut excommunicatos, si reatus eorum excommunicationem merebatur. Ad hæc tria genera confessiones, & non ultra usurpabantur. Qui post confessionem excommunicabantur, si cura suæ salutis eos tangeret, in squalore & miseriis limina ecclesiarum penetrabant, cum lacrymis & singultibus conabantur a prætereuntibus misericordiam extorquere, ostentantes quanta ægritudine, quantis ærumnis discruciarentur propter commissa, prosternebant se humi ante episcopos, advolvebant se genibus presbyterorum, vestigia fidelium adorabant. Quibus frequenter repetitis misericordiam alliciebant, & tum demum pœnitentia eis concedebatur. De his canon, ut mea fert sententia, est intelligendus. Nam de iis non loquitur qui absolutionem consecuti erant, excommunicati enim non erant, neque pœnitentia indigebant. Pœnitentia enim antiquitus ante absolutionem peragebatur. Nec etiam loquitur de iis qui in instanti vestigio confessionis suæ ad pœnitentiam admissi fuerant. Non enim obscurum est loqui de iis qui pœnitentiam exuta malignitate exigebant, sed nondum erant adepti. Non potest ergo accipi, nisi de viris confitentibus atrocia scelera, & ob ea excommunicatis: & sane omnia canonis verba huic explicationi mirifice congruunt. Nam per hæc, *Perseverantes in oratione confessionis & pœnitentia*, intelligendæ veniunt lacrymæ & afflictationes, quas longo tempore sufferre & perpeti debebant, ut tandem pœnitentiæ gratiam mererentur. Hæc namque conditio necessaria apponitur a patribus in suis decisionibus, quæ convenire non potest in absolutionem consecutos, aut eos quibus concessa erat pœnitentia. Ad extremum nullus mihi videtur dubitandi locus, cum canon apertissime dicat, eos petiisse pœnitentiam & excommunicatos fuisse; non ergo absolutionem consecuti erant, nec erat eis concessa pœnitentia. Si ergo intelligendus venit canon de excommunicatis, & si in eo quæ-

A ritur utrum danda sit pœnitentia iis quorum animus in nequitia peregrinatus non est, sed habitavit, unde anathemate icti sunt, & qui perseverant in omni humilitate & austeritate, ut mereantur pœnitentiæ gratiam, proculdubio hæc verba, *perseverantes in oratione confessionis & pœnitentia*, referri non possunt ad confessionem sacramentalem, utpote quę excommunicationem præcederet. Adde quod quorum hic mentio fit, confessi fuerant cum excommunicati sunt, & quanto tempore in limina ecclesiarũ volutabantur, ut lacrymis pœnitentię gratiam promererentur non confitebãtur. Demũ hæc verba, *perseverantes in oratione confessionis*, conditio est qua voluerunt patres pœnitentiam eis concedi. At qui tam enixe efflagitabat insuper habuisset confessionem detrectare. Sed quoniam plurimi qui pœnitentiam postulabant, non sat evidenter probabant se vere & ex animo dolere, & angi quod Deum offendissent: Idcirco conditio quæ sub horum verborum involucris latet, confessio non est, sed actus externi pœnitentiæ, quod veteres exomologesim appellabant. Denique numquam B patres confessionem sacramentalem orationem appellaverunt, neque pœnitentem in confessione perseverare debere reperiemus, sufficit semel confiteri: Hoc tamen frequenter occurrit, pœnitentes testari debere actibus externis quam acriter commissorum dolore angantur, quod vocatur exomologesis. Hinc Tertullianus scribit, *Daniel jejunus in sacco & cinere exomologesim Deo ageret*: Similiter D. Cyprianus, *Azarias aperuit os suum, & exomologesim faciebat Deo suo: Daniel exomologesim faciens dolenter, ac dicens: Domine Deus magnus peccavimus, facinus admisimus, impii sumus, transgressi sumus, ac deseruimus præcepta tua.* Eadem ratione patres orationem exomologeseos appellant, quando pœnitens in limine ecclesiæ prostratus suspiriis & gemitibus fatebatur sese peccatorum omnium miserrimum nec pœnam deprecari. Omnis enim actus externus, sive verba, sive jejunium, sive lacrymæ, sive quid tamdem quo testamur nos Deum offendisse, appellatur exomologesis. Finem faciam, ubi C monuero lectorem in hoc canone hoc verbum, *Pœnitentia* repeti: Primo enim ponitur pro morsu interiori, quo quis dolet Deum offendisse; deinde pro afflictatione quæ ab ecclesia præscribebatur ad satisfactionem.

a EPISTOLA
DE PRIMITIVA ECCLESIA, ET munificentia Constantini magni imperatoris erga eamdem, b Melchiadi falso adscripta.

NEMO, qui divinas scripturas legit, ignorat, quod in principio nascentis ecclesiæ discipuli in unum congregati sunt cum multitudine credentium, in quibus erat cor unum & D anima una, quique vendentes prædia & possessiones suas, afferebant precia, & dividebatur singulis, prout cuique opus erat. Futuram namque ecclesiam in gentibus apostoli prævidebant, maximeque quia dominus prædixerat: *Euntes in mundum universum, prædicate evangelium.* Vel quia expellendos se noverant a Iudæa ", & in gentibus dispergendos, ecclesiamque congregandam ex rudi populo; idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed precia tantummodo ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines & adversa mundi succresceret eccle- E sia, eousque pervenit', ut non solum gentes, sed etiam " Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia tribuere ' posse constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri principis apostolorum instituit: adeo ut sedem imperialem, quam Romani principes possederant, relinqueret, & beato Petro, suisque * præsulibus profuturam concederet. Idem vero præsidens in sancta synodo, quæ apud " Nicæam

Actuum 2.
Actuum 4.

12.q.1. Futuram ecclesiam apostoli.

Matth.16.

" Hincmarus dial. de statu ecclesiæ.

" Authorem hæc notant Constantino M. ejusque successoribus posteriorem, imo anno 451. quo celebratũ est, conc. Calchedonẽse, & anno 590 quo electus est S. Gregor. papa I.

' tribuẽda.

* successoribus.

" anno Christi 325.

cæam

ANNO CHRISTI 324.

cæam congregata erat, cum querelam quorumdam conspiceret coram se delatam, ait" : Vos a nemine dijudicari potestis, quia solius Dei judicio reservamini. Dii etenim vocati estis, idcirco non potestis ab hominibus judicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones & prædia quæ possederant, sed etiam semetipsos domino consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis in honorem sanctorum martyrum per civitates, ac monasteria innumera, in quibus cœtus domino servientium conveniret. Denique reges & præfides ac magistratus, non solum hanc licentiam tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum, unde alerentur egentes, qui nihil in mundo possidebant, ecclesiæque Dei fabricarentur atque restaurarentur, Deoque & ecclesiæ ejus rite famulantibus, servisque illius supplementa (ut absque necessitate essent) tribuerentur: ut hæc accipientes, possent (secundum monita apostoli) orationes, postulationes, obsecrationes, gratiarumque actiones facere pro omnibus hominibus, pro regibus, & qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam habeant. Et hoc bonum & acceptum esse coram Deo, idem magister gentium protestatur, cui solicitudo omnium ecclesiarum incumbit, quique episcopos regere per Spiritum sanctum constituit ecclesiam Dei. Quibus ait: *Pascite qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coacte, sed sponte secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie.* Quibus & dicebat: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Quæ autem sint negotia sæcularia, sancti canones manifestant & inhibent, dum perspicue docent, quod" quidam qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & sæcularia negotia sub cura sua accipiant,* domini quidem ministerium parvi pendentes, per sæcularium vero domos discurrentes, & propter avaritiam, patrimoniorum solicitudinem sumentes. Decrevit namque supradicta" sancta synodus, nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum & orphanorum ac viduarum, aut si forte episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat. Ubi liquido patet, quia alia sunt negotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret" & exiret? qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotiis urgebatur: intus Dei arcana considerans, foris onera carnalium portabat. Cujus typum sacerdotes in ecclesia agere debent, ut dum foras exeunt ad exercenda negotia pro necessitatibus subditorum, intus ad se redeant per contemplationem mandatorum: sicut Paulus, qui cælestibus secretis inseritur, & tamen per condescensionis viscera, carnalium cubile perscrutatur. Sic & Iacob ascendentes & descendentes angelos vidit, quia videlicet rectores ecclesiæ non solum Deum contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando condescendunt. Et domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant, & videntur tales esse, quales idem egregius prædicator præcepit: *ut qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes.*

" Ruff. c.2. l. 1. Theod. l. 1. c. 11. Soz. l. 1. c. 16. Psal. 81. In decret. Iuo. lib. 2. 1. Tim. 2. 1. Cor. 11. 1. Petr. 5. 2. Tim. 2. " Concil. Calcedonens. canone tertio. * Dei. Dist. 88. Decrevit sancta synodus. " Hinc liquido patet plagiarii impostoris ὠϑεια intolerabilis, si quis unquam hoc Melchiadi tribuere molitus est. Exod. 33. " S. Greg. 1. ep. 24. lib. & Past. l. 2. cap. 5. 2. Cor. 12. 1. Cor. 7. Genes. 28. 1. Cor. 7.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Epistola.*] Quæ hac epistola de Constantini donatione Melchiadi & Silvestro collata scribuntur, vera esse, non hinc tantum, sed etiam auctoritate Optati Milevitani probatissimi scriptoris firmissime confirmantur. Hic enim, lib. 1. contra Parm. scribit, Constantino & Licinio 3. coss. anno nimirum Christi 313. Romæ in causa Cæciliani & Donatistarum synodum novemdecim episcoporum in Laterano in domo Faustæ, quæ Romani pontificis sedes erat, celebratam fuisse. Eam domum Melchiadi ab imperatore donatam esse, ille quidem non expresse scribit: sed cum nulla ratio appareat, ob quam necessum fuerit, ut conuentus 19. dumtaxat episcoporum extra domum Melchiadis ampliora ædium spatia requireret, illam in qua synodus prædicta congregata fuit, domum Lateranensem sive Faustæ (sic dictam, quod quæ ante palatii Laterani hominis prædivitis fuerat, fisci inscriptione sub Nerone publicatam, Fausta Maximiani filia Romæ agens eam inhabitarit) Melchiadi Romano pontifici ab imperatore donatam esse, nemo prudens amplius dubitare potest: maxime cum prædictarum ædium hucusque per 13. sæcula continuata possessio nihil aliud indicet, aut præsumi concedat. Cum igitur hinc evidenter probatum sit, augustissimas Lateranenses ædes Melchiadi ejusque successoribus Romanis pontificibus ad inhabitandum ab imperatore concessas esse, certissimo indicio colligere licet, eumdem Christianæ religionis antistitem munificentia imperatoris, instar gentilitiæ superstitionis pontificis maximi publicas domos inhabitantis, in imperatorias ædes translatum, pari honore & gloria, quam haberent diversorum collegiorum antistites, a se donatum ac condecoratum voluisse. Quando autem id contigerit, infra in notis ad edictum Constantini dicemus.

b *Melchiad. falso adscripta.*] Hanc epistolam Melchiadi adscriptam fuisse patet canon. futuram 12. quæst. 1. Item can. decrevit, distinct. 88. qui Melchiadis nomen præ se ferentes, ea quæ hic scribuntur, magna ex parte habent: & ex eo quod communiter hactenus post decreta Melchiadis papæ in conciliorum editionibus anterioribus subjuncta fuerit. Falso autem titulo ac nomine Melchiadis prænotatam fuisse, inde constat, quia mentionem faciant Nicæni concilii, quod omnium consensu post obitum Melchiadis papæ, postque baptizatum imperatorem, non sub Melchiade, sed sub Silvestro pontifice, anno Christi 325. qui est Constantini vigesimus, celebratum esse, omnes fere, ut infra patebit, historici consentiunt. Verius igitur fortasse fuerit, ipsum Isidorum compilatorem potius, quam collectorem, auctorem esse huius epistolæ, quam ex 3. canone concilii Calchedonensis, & fragmento quodam epistolæ 24. lib. 1. Gregorii papæ, & Niceni concilii historia compilatam esse constat. Baron. anno 312. num. 80.

Palatium Lateranense Melchiadi vere donatum fuit. Cur Lateranense appellatum fuerit. Hanc epistolam Melchiadi falso adscriptam esse probatur. Nicænum concilium quo tempore celebratum fuerit. Isidorus videtur auctor huius epistolæ quæ legitur in ejus compilatione post epistolam Melchiadis papæ.

" EDICTUM a DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

" In cod. MS. Iustelli sic: Incipit exemplar constituti domni Const. imp. Græcis Θέσπισμα Κωνσταντίνου dicitur. ' Maximus. * Roma. Galat. 5. 1. Tim. 1.

*In nomine sanctæ & individuæ trinitatis, Patris scilicet, & Filii, & Spiritus sancti: imperator Cæsar Flavius Constantinus, in Christo Iesu, uno ex eadem trinitate sancta, salvatore domino Deo nostro, fidelis, mansuetus, ' beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, felix, victor ac triumphator, semper Augustus, sanctissimo ac beatissimo patri patrum Silvestro urbis * Romanæ episcopo & papæ, atque omnibus ejus successoribus, qui in sede beati Petri usque in finem sæculi sessuri sunt, pontificibus, necnon & omnibus reverendissimis & Deo amabilibus catholicis episcopis, eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ per hanc nostram imperialem constitutionem subjectis in universo orbe terrarum, nunc & in posterum cunctis retro temporibus constitutis, gratia, pax, caritas, gaudium, longanimitas, misericordia a Deo patre omnipotente, & Iesu Christo filio eius, & Spiritu sancto, cum omnibus vobis.*

EA" quæ salvator & redemptor noster dominus Iesus Christus, altissimi patris filius, per suos sanctos apostolos Petrum & Paulum, in-

" Absunt hæc a quibusdam codicibus, nec

ANNO CHRISTI 324.

terveniente patre nostro Silvestro summo pontifice & universali papa, mirabiliter dignatus est operari, liquida enarratione per huius nostræ imperialis institutionis paginam, ad cognitionem omnium populorum in universo orbe terrarum studuit * propalare nostra mansuetissima serenitas. Primum quidem nostram fidem, quam a prælibato beatissimo patre & oratore nostro Silvestro universali pontifice docti sumus, intima cordis confessione ad instruendas omnium vestrum mentes proferentes, & ita demum Dei misericordiam super nos diffusam annuntiantes, nosse vos volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticam jussionem significavimus, nos a culturis idolorum, simulacris mutis & surdis, manufactis, diabolicis compositionibus, atque ab omnibus satanæ pompis recessisse, & ad integram Christianorum fidem, quæ est vera lux & vita perpetua, pervenisse; credentes, juxta id quod nos idem almificus & summus pater & doctor noster Silvester pontifex 'instruit, in Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium: & in Iesum Christum, filium ejus * unigenitum, dominum nostrum, per quem creata sunt omnia: & in Spiritum sanctum, dominum & vivificatorem universæ creaturæ. Hos, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, confitemur ita, ut in trinitate perfecta & plenitudo sit divinitatis, & unitas potestatis. Pater Deus, Filius Deus, & Spiritus sanctus Deus, & tres unum sunt in Iesu Christo. Tres itaque formæ, sed una potestas. Nam sapiens retro semper Deus edidit ex se, per quod semper erant gignenda sæcula, verbum. Et quando eodem solo suæ sapientiæ verbo universam ex nihilo formavit creaturam, cum eo erat, cuncta suo arcano componens mysterio. Igitur perfectis cælorum virtutibus, & universis terræ materiis, pio sapientiæ suæ nutu, ad imaginem & similitudinem suam, primum de limo terræ fingens hominem, hunc in paradiso posuit voluptatis. * Quem antiquus serpens & hostis invidens diabolus, per amarissimum ligni vetiti gustum, exulem ab eisdem fecit gaudiis: eoque expulso, non 'desivit sua venenosa multis modis protelare jacula, ut a via veritatis humanum abstrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturæ, & non creatori deservire suadeat: quatenus per hoc eos, quos suis valuerit irretire insidiis, secum æterno efficiat concremandos supplicio. Sed Deus noster misertus' plasmatis sui, dirigens sanctos suos prophetas, 'per hos lumen futuræ vitæ, adventum videlicet filii sui, domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, annuntians, misit eumdem unigenitum filium suum & sapientiæ verbum. Qui descendens de cælis propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto ex Maria virgine, verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Non amisit quod fuerat, sed cœpit esse quod non erat. Deum perfectum, & hominem perfectum; ut Deus mirabilia perficiens, & ut homo humanas passiones sustinens: ita verbum hominem, & verbum Deum, prædicante patre nostro Silvestro summo pontifice, intelligimus, ut verum Deum, verum hominem fuisse, nullo modo ambigamus. Electisque duodecim apostolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruscavit. Confitemur eumdem dominum Iesum Christum adimplesse legem & prophetas, passum, crucifixum secundum scripturas, tertia die

ea habent Leo IX papa ep. ad Leonem Achridanum capp. 12. 13. & 14. Ivo p. 5. decreti cap. 49. Gratianus dist. 96. sub titulo Paleæ, Balsamon, aliique. Verum integra extant in collectione Isidori Mercatoris quæ circa annum Christi 800. aut circ. prædixisse fertur. ediderunt que Merlinus, Crabbus, Surius, Nicolinus, Binius, aliique

* propagare

' instruxit

* unicum,

Genes. 1.

Genes. 3.

* Cui

' desinit

' psalma suum direxit ' per quos &c

1. *Cor.* 12.

A a mortuis resurrexisse, assumptum in cælos, atque sedentem ad dexteram patris, inde venturum judicare vivos & mortuos, cujus imperii non erit finis. Hæc est enim fides nostra catholica orthodoxa, a beatissimo patre nostro Silvestro summo pontifice nobis prolata. Exhortamur idcirco omnem populum, & diversas gentium nationes, hanc fidem tenere, colere & prædicare, & in sanctæ trinitatis nomine baptismi gratiam consequi, & dominum nostrum Iesum Christum salvatorem nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto per infinita sæcula vivit & regnat, quem Silvester beatissimus pater noster universalis prędicat pontifex, corde devoto adorare. Ipse enim [b] dominus noster, misertus mihi peccatori, misit B sanctos suos apostolos" ad visitandum nos, & lumen sui splendoris infulsit nobis, ut abstractum a tenebris, ad veram lucem & agnitionem veritatis me venisse gratularemini. Nam dum valida squaloris" lepra totam mei corporis invasisset carnem, & multorum medicorum convenientium cura adhiberetur, nec ' ullius quidem cura promeruissemus salutem, ad hoc venerunt sacerdotes Capitolii, dicentes mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium sanguine & eo calente * loto me, posse mundari. Et secundum eorum dicta, aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos mactaC re, & ex eorum sanguine fontem * repleri, cernens serenitas nostra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus: ' miseratusque eas, proprios illis restitui præcepimus filios suos, datisque vehiculis & donis concessis, gaudentes ad propria relaxavimus. Eadem igitur transacta die, nocturno nobis facto silentio, dum somni tempus advenisset, adsunt apostoli SS. Petrus & Paulus, dicentes mihi: quoniam flagitiis posuisti terminum, & effusionem sanguinis innocentis horruisti, missi sumus a Christo domino Deo nostro, dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audi ergo monita nostra, & fac quodcumque indicamus tibi: Silvester episcopus hujus ciD vitatis ad montem Soracte persecutiones tuas fugiens, in cavernis petrarum cum suis clericis latebram fovet. Hunc ad te cum adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua dum tertio te merserit, omnis te valetudo ista deseret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo salvatori compensa, ut omnes jussu tuo per totum orbem restaurentur ecclesiæ. Te autem ipsum in hac parte purifica, ut relicta omni superstitione idolorum, Deum vivum & verum, qui solus est & verus, adores & excolas, ut ad ejus voluntatem attingas. Exurgens igitur a somno, protinus juxta id quod a sanctis apostoE lis admonitus sum, peregi: advocatoque eodem præcipuo & magnifico patre & illuminatore nostro Silvestro universali papa, omnia a sanctis apostolis mihi præcepta dixi verba: percontatique sumus ab eo, qui isti essent [c] Petrus & Paulus. Ille vero, non eos deos vere dici, sed apostolos salvatoris nostri domini Dei Iesu Christi, respondit. Et rursum interrogare cœpimus eumdem beatissimum papam, utrum istorum apostolorum imagines expressas haberet, ut ex pictura disceremus hos esse, quos revelatio docuerat. Tunc idem [d] venerabilis pater imagines eorumdem apostolorum per diaconum suum exhiberi præcepit: quas dum aspicerem, & eorum quos in somno videram, figuratos in ipsis imaginibus cognovissem

ANNO CHRISTI 324.

" Hier. in psal. 138. & ep. ad Eustochium virginem.

" Hadr. I. in ep. ad Constantinū & Irenēimpp. quę habetur in septima synodo. eoque allaserat Greg. Tur. lib. II. Hist. Francorum cap. 31.

' nec unius quidem pervenit in salutem

' Ad hæc advenerunt

' calentem in eo loco

* lotum

* replere,

' misertique earum protinus

ANNO CHRISTI 324.

cognovissem vultus; ingenti clamore coram omnibus satrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno videram. Ad hæc beatissimus idem Silvester pater noster, urbis Romæ episcopus, indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium nostrum Lateranense, in uno cilicio, ut de omnibus quæ a nobis impie peracta, atque injuste disposita fuerant, vigiliis, jejuniis, atque lacrymis & orationibus, apud dominum Deum nostrum Iesum Christum salvatorem veniam impetraremus. Deinde per manus impositionem clericorum, usque ad ipsum præsulem veni. Ibique renuntians satanæ, pompis & operibus ejus, vel universis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in Iesum Christum filium ejus unicum dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine, spontanea voluntate coram omni populo professus sum. Benedictoque [e] fonte, illic me trina mersione [f] unda salutis purificavit. Positoque me in [a] fontis [f] gremio, manum de cælo me contingentem propriis oculis vidi. De qua mundus exurgens, ab omni me lepræ squalore mundatum [g] agnoscite: levatoque me de venerabili fonte, induto vestibus candidis, septiformis gratiæ sancti Spiritus consignationem adhibuit beati chrismatis unctione, & vexillum sanctæ crucis in mea fronte linivit, dicens: Signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in consignatione fidei. Cunctusque clerus respondit, amen. Et adjecit præsul, Pax tibi. Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis mysterium, & post curationem corporis mei a lepræ squalore, agnovi non esse alium Deum, nisi Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quem beatus Silvester papa prædicat, trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate. Nam omnes dii gentium, quos usque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantum potestatem idem salvator noster suo apostolo B. Petro contulerit in cælo ac terra, lucidissime nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inveniens, ait: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Advertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magister & dominus suo discipulo adjunxit, inquiens: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Mirum est hoc valde & gloriosum, in terra ligare & solvere, & in cælo ligatum & solutum esse. Et dum hæc, prædicante beato Silvestro, agnoscerem, & beneficiis ipsius beati Petri integerrime sanitati me comperi restitutum.

[e] verbi
[a] baptisterio seu lavacro, ut alii vocant Constantiniano
[f] medio
[g] agnovi

Psal. 113.

Matth. 16.

Ibidem.

Dist. 96. Constantinus imperator quarta die &c.

[a] Δέον [a] ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν σατραπῶν ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τοῦ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῆς Ῥωμαϊκῆς δόξης, ἵνα ὡς ὁ ἅγιος Πέτρος ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, οὕτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ διάδοχοι τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἀρχικὴν ἐξουσίαν εἰς τὴν γῆν ἔχωσι, πλέον παρ' ὃ ἔχει ἡ βασιλεία τῆς δόξης ἡμῶν. καὶ τοῦτο παρεχωρήθη ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας ἡμῶν. καὶ θέλομεν ἡμεῖς αὐτὸν τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, καὶ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ ἐκ προσώπου αὐτοῦ προστάτας πρὸς τὸν Θεὸν πατέρας εἶναι καὶ ἀντιφωνητάς. καὶ ὥσπερ

[a] Græca ista fragmenta Theodoro Balsamoni accepta referimus in scholiis ad caput 1. Tituli 8. Nomocanonis Photiani pag. 919. bibl. juris canonici.

A ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡμῶν εἰς τὴν γῆν σέβεται καὶ τιμᾶται, οὕτω θεσπίζομεν σέβεσθαι καὶ τιμᾶσθαι τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν, καὶ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸν γήϊνον θρόνον, τὴν ἁγίαν καθέδραν τοῦ ἁγίου Πέτρου, δοξάζεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι· διδόντες αὐτῇ δύναμιν καὶ δόξης ἀξίωμα; καὶ διακρίνοντες θεσπίζομεν, ἵνα ἔχῃ ἐξουσίαν ἀρχικὴν, καὶ εἶναι ταύτην κεφαλὴν τῶν τεσσάρων θρόνων, ἤτοι τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως; καὶ ἁπλῶς εἰς ὅλας τὰς ἐκκλησίας ἁπάσης τῆς οἰκουμένης. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ὁ μέλλων εἶναι εἰς τὴν ἁγίαν τῶν B Ῥωμαίων ἐκκλησίαν, ὀφείλει εἶναι ἔνδοξος καὶ ὑψηλότερος παρὰ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ κόσμου. καὶ ἐπὶ ἐστὶ πρὸς θεραπείαν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸς διόρθωσιν καὶ στερέωσιν τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν; ἵνα κρίνηται παρ' αὐτοῦ. δίκαιον γάρ ἐστιν, ἵνα ἐκεῖσε ὁ ἅγιος νόμος ἔχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀρχὴν, ὅπου ὁ ἅγιος νομοθέτης, ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸν μακάριον ἀπόστολον Πέτρον ἐκέλευσε κρατεῖν τὴν καθέδραν; καὶ ὅπου τὸ πάθος τοῦ σταυροῦ ἔπαθε, καὶ μακαρίου θανάτου ποτήριον ἔπιε, καὶ ἐγένετο ἀκόλουθος τοῦ διδασκάλου καὶ κυρίου αὐτοῦ. καὶ ἐκεῖ τὰ ἔθνη ἵνα C κλίνωσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, διὰ τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ὁ διδάσκαλος αὐτῶν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, διὰ τὸν Χριστὸν ἐκτείνας τὸν τράχηλον, στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἐδέξατο. καὶ ἕως τὸ τέλος τοῦ κόσμου, ἵνα ἀναζητῶσι τὸν διδάσκαλον, ὅπου τὰ τῶν ἁγίων λείψανα ἀναπαύονται· καὶ ἐκεῖ ὕπτιοι καὶ εἰς τὴν γῆν ἡπλωμένοι, τοῦ οὐρανίου βασιλέως καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δουλεύωμεν ὀφφίκια, ὅπου ἐδουλεύσαμεν τῷ ὑπερηφάνῳ ἐκείνῳ βασιλεῖ.

D Vtile [a] judicavimus, una cum omnibus nostris satrapis, & universo senatu, optimatibusque meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subjacenti, ut sicut in terris sanctus Petrus vicarius filii Dei esse videtur constitutus, etiam & pontifices, qui [f] successores sunt ipsius principis apostolorum, principatus potestatem, amplius quam terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis nostroque [a] imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem apostolorum, & ejus successores, firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram [f] terrenam imperialem potentiam, sic ejus sacrosanctam Romanam ecclesiam E decrevimus veneranter honorari, & amplius quam nostrum imperium & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari; tribuentes ei potestatem & gloriæ dignitatem atque vigorem & honorificentiam imperialem: atque decernentes [g] sancimus, ut principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, & [h] Constantinopolitanam, quamque etiam super omnes in universo orbe terrarum Dei ecclesias. Et pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ extiterit, celsior & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & ejus judicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. Iustum quippe est, ut ibi

[a] *Quidam codices post titulum sic incipiunt:* Postquam docente B. Silvestro, trina me mersione verbi salutis purificatum, & ab omni lepræ squalore mundatum beneficiis BB. Petri & Pauli apostolorum cognovi; utile &c.
[f] qui ipsius p. a. gerunt vices
[a] Augustam conjugem minus recte vertit Her. Agylæus, ut dicemus in notis cum aliis ejusdem generis
[f] nostra est t. i. potentia.
[h] in c. MS. Iustelli hæc

ANNO CHRISTI 324.

lex sancta caput teneat principatus, ubi sanctarum legum institutor, salvator noster, beatum Petrum apostolatus obtinere præcepit cathedram; ubi & crucis patibulum sustinens, beatæ mortis sumpsit poculum, suique magistri & domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectant, ubi eorum doctor beatus Paulus apostolus pro Christo, extenso collo, martyrio coronatus est. Illic usque in finem quærant doctorem, ubi sanctum doctoris quiescit corpus: & ibi proni ac humiliati, cælestis regis Dei salvatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, ubi ' superbi terreni regis serviebant imperio.

(Margin: præponitur præcedenti & tertio loco numeratur secus atque apud Iustinianũ Novella 131 in principio & in concilio Calchedonensi can. 28. & alibi ubi post Romanam ceteris præmittitur. — ' superbo)

A Interea nosse volumus omnem populum uni- B versarum gentium ac nationum per totum orbem terrarum, construxisse h nos intra palatium nostrum Lateranense eidem salvatori nostro domino Deo Iesu Christo ecclesiam a fundamentis cum baptisterio, & duodecim nos sciatis de ejus fundamentis, secundum numerum duodecim apostolorum, cophinos terræ onustatos propriis asportasse humeris: quam sacrosanctam ecclesiam, caput & verticem omnium ecclesiarum in universo orbe terrarum dici, coli, venerari ac prędicari sancimus, sicut per alia nostra imperialia decreta constituimus. Construximus quoque ecclesias beatorum Petri & Pauli * primorum apostolorum, quas auro & argento lo- C cupletavimus, ubi & sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas ipsorum ex " electro (cui nulla fortitudo prævalet elementorum) construximus, & crucem ex auro purissimo, & gemmis preciosissimis, per singulas eorum thecas posuimus, & clavis aureis confiximus. Quibus ecclesiis pro concinnatione luminariorum, possessionum prædia contulimus, & rebus diversis eas ' ditavimus, & per nostram imperialem jussionem sacram, tam in oriente, quam in occidente, vel etiam septemtrionali & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa & Italia, vel diversis insulis, nostra largitate eis libertatem concessimus, ea prorsus ratione, ut per manus beatissimi patris nostri Silvestri pontificis successorumque ejus omnia disponantur. Gaudeat ergo D una nobiscum omnis populus, & gentium nationes in universo orbe terrarum; & exhortantes, monemus omnes, ut Deo nostro & salvatori Iesu Christo immensas una nobiscum referant gratias, quoniam ipse Deus in cælis desuper, & in terra deorsum, nos per suos sanctos apostolos visitans, sanctum baptismatis sacramentum percipere & corporis sanitatem, dignos effecit.

(Margin: * principum. — " æs Cyprium appellat Ado in chronico quinque pedes crassum. — Dist. 96. Constantinus imp. 4. die &c. — ' decoravimus)

h Παραδεδώκαμεν οὖν αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τοῖς μακαρίοις κυρίοις μου, τῷ Πέτρῳ καὶ Παύλῳ, καὶ μετ' αὐτοὺς τῷ μακαρίῳ Σιλβέστρῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν, τῷ μεγάλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ καθολικῷ πάπᾳ τῆς πόλεως Ῥώμης, καὶ E πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ, οἵτινες ἕως τοῦ τέλους τοῦ κόσμου μέλλουσι προκαθῆσθαι εἰς τὸν θρόνον τοῦ μακαρίου Πέτρου ἀπὸ τῆς σήμερον, τὸ ἡμέτερον βασιλικὸν παλάτιον, τὸ Λατερανέσιον, τὸ ὑπερβαῖνον καὶ ὑπερνικοῦν τὰ τοῦ ὅλου κόσμου παλάτια· ἐπέκεινα δὲ καὶ τὸ διάδημα, ἤτοι τὸν στέφανον τῆς κεφαλῆς ἡμῶν· ἅμα καὶ τὸν λῶρον, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον· ἅμα δὲ καὶ τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, καὶ χιτῶνα κόκκινον, καὶ πάντα τὰ

(Margin: h Ex eodem Balsamone, loco citato)

A βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων· ὁμοίως καὶ τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα, καὶ πάντα τὰ σίγνα καὶ τὰ ' βαΐτα, καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήματα τῆς βασιλικῆς μεγαλειότητος, καὶ τὴν δόξαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας. αὔδεξαστε εὐσεβεστάτους κληρικοὺς πολλῶν τάξεων τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ δουλεύοντας, θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλωσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κουβούσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀξιώματα. καὶ ἡ βασιλικὴ στρατιὰ κεκόσμηται, οὕτω B θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι, καὶ τὸν κλῆρον τῆς ἁγίας Ῥώμης ἐκκλησίας, καὶ οἷον τρόπον ἡ βασιλικὴ δύναμις διὰ πολλῶν ὀφφικίων κεκόσμηται, ἤτοι κουβουκουλαρείων, πορταρείων, ἐξκουβίτων, οὕτως καὶ τὴν ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν κοσμεῖσθαι θέλομεν. καὶ ἵνα κατὰ πλάτος τὸ ἐπισκοπικὸν φῶς ὑπερλάμπῃ, θεσπίζομεν καὶ τοῦτο, ἵνα οἱ κληρικοὶ τῆς ἁγίας Ῥωμαίων ἐκκλησίας καβαλλικεύωσιν ἄλογα, κεκοσμημένα διὰ ὀθονίων λευκῶν. καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φέρει ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως καὶ τὰ οὐράνια, ὡς C καὶ τὰ γήϊνα, πρὸς αἴνεσιν τοῦ Θεοῦ. Ὑπέκεινα δὲ πάντων, δίδομεν ἄδειαν, καὶ παραχωροῦμεν αὐτῷ τῷ ἁγιωτάτῳ πατρὶ ἡμῶν τῷ Σιλβέστρῳ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ πόλεως Ῥώμης, καὶ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ μακαρίοις ἐπισκόποις εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὴν αὐτὴν μεγάλην καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν, ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος καὶ εὐαρίστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μή τις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. ἐθεσπίσαμεν δὲ πρὸς τούτοις, ἵνα καὶ ὁ αὐτὸς θεοσεβὴς πατὴρ ἡμῶν Σίλβεστρος, μέγας ἐπίσκοπος, καὶ πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ καὶ ἐπίσκοποι, ἵνα φορῶσι τὸ διάδη- D μα, ἤτοι τὴν στεφάνην, ἣν παρεδώκαμεν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν, ἐκ χρυσίου καθαροῦ καὶ μαργαριταρείων ἀτιμήτων· καὶ ἵνα αὐτοὶ χρήσωνται εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, εἰς τὴν αἴνεσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου κορυφαίου καὶ ἀποστόλου. αὐτὸς δὲ ὁ μακαριώτατος πάπας Σιλβέστρος ὑπὲρ τὴν στεφάνην, ἤτοι τὴν παπαλήθραν, ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, οὐκ ἤθελε βαστάζειν στεφάνην ἐκ χρυσίου, ἢ μαργαριταρείων. ἡμεῖς δὲ, διότι οὐκ ἤθελεν ὁ ἅγιος Σίλβεστρος ἐν χρυσίου στεφάνην, τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον, σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνά- E στασιν, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν· καὶ κρατοῦντες τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου αὐτοῦ διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ τὸν φόβον τοῦ ἁγίου Πέτρου, στράτωρος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν. θεσπίζοντες, ἵνα πάντες οἱ διάδοχοι αὐτοῦ τῷ λώρῳ χρήσωνται εἰς τὰς προελεύσεις, πρὸς μίμησιν τῆς βασιλείας. Διὰ τοῦτο δὲ, ἵνα μὴ τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς καταφρονῆται, ἀλλὰ πλέον παρὰ τὴν βασιλείαν ἡμῶν τὴν γήϊνην, καὶ κράτους δόξῃ κοσμῆται· ἰδοὺ τὸ παλάτιον ἡμῶν, ὡς προείπομεν, καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν,

(Right margin: ANNO CHRISTI 324. — ' βαΐα.)

ANNO CHRISTI 324.

καὶ πάσης τῆς Ιταλίας ἢ δυσμῶν χωρῶν ἐπαρχίας, τόποις, καὶ κάστρα τῷ προγεγραμμένῳ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ, καὶ πατρὶ ἡμῶν, Σιλβέστρῳ, καθολικῷ πάπᾳ, παραδιδόαμεν, καὶ ἀφήκαμεν αὐτῷ, καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν στερεὰν βασιλικὴν τοῦ προστάγματος, διὰ ταύτην τὴν θείαν κέλευσιν, καὶ πραγματικὸν σύστημα, ἐθεσπίζαμεν διαμένειν καὶ '' τοῖς ἀνδράσι τῆς ἁγίας τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας εἰς τὸν αἰῶνα παρεχωρήσαμεν. διὰ τοῦτο δὲ χρήσιμον ἐνοήσαμεν τὴν βασιλείαν ἡμῶν, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας, εἰς τὰς ἀνατολικὰς χώρας μεταφέρειν, καὶ ἐν τῇ Βυζαντίᾳ χώρᾳ, τόπῳ χρησίμῳ τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἡμῶν ἱδρυθῆναι, καὶ τὴν ἡμῶν βασιλείαν ἐκεῖ συστῆναι. διότι ὅπου ἐστὶν ἀρχικὴ ἱερατεία, καὶ ἡ κεφαλὴ τῆς χριστιανικῆς θρησκείας, ἀπὸ τῶν οὐρανῶν διδομένη· ἄδικόν ἐστιν, ἵνα ἐκεῖ ὁ γήϊνος βασιλεὺς ἔχῃ τὴν ἐξουσίαν.

Pro quo concedimus ipsis sanctis apostolis, dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per eos etiam beato Silvestro patri nostro, summo pontifici, & ' universalis urbis Romæ papæ, & omnibus ejus successoribus pontificibus, qui usque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atque de præsenti contradimus palatium imperii i nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atque præcellit C palatiis: deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque ' phrygium, id est, mitram, necnon & superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare assolet collum: verumetiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, sed & dignitatem imperialium præsidentium equitum; conferentes etiam & imperialia sceptra, simulque & ' cuncta signa, atque banta etiam, & diversa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autem reverendissimis clericis in diversis ordinibus eidem sacrosanctę Romanæ ecclesię servientibus, illud D culmen singularitate, potentia & præcellentia habere sancimus, cujus amplissimus noster senatus videtur gloria ' adorari, id est, patricios atque " consules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur, ita & clerum sanctę Romanę ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officiis diversis, cubiculariorum nempe & ostiariorum, atque omnium ' excubitorum, ornatur; ita & sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissime pontificale " decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum ejusdem sanctæ E Romanæ ecclesiæ ' manipulis & linteaminibus, id est, candidissimo colore ' decorari equos, & ita equitare. Et sicut noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est, candido linteamine illustratis, sic utantur & clerici; & sic cælestia sicut terrena ad laudem Dei decorentur. Prę omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Silvestro urbis Romæ episcopo & papæ, & omnibus qui post eum in successum, & perpetuis temporibus advenerint, beatissimis pontificibus, pro honore & gloria Christi Dei nostri, in eadem Dei magna catholica & apostolica ecclesia, ex nostro ' indicto, ut

" *viris* videtur legisse Balsamon, aut quis alius hujus edicti interpres, cum Lat. habeat textus *juri* vel *in jure*.

' universali Dist. 96 Constantinus imp. 4. dic.

' frigium. * Nota phrygium ex pennis pauonum factum.

' conta atq; signa, bāda etiam &c. *apud Albericū de Rosate* balthcū *leges*.

' adornari " *in Gr. vers.* ἢ οἱ κοινώνουλοι ἤτοι οἱ ὕπατοι.

' excubiarum

" *mappulis omnino legendum est* ' eorum

' syncliti

A quem placatus proprio consilio * clericali voluerit, & in numero religiosorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus præsumentem superbe agere. Decrevimus itaque & hoc, " ut idem venerabilis pater noster Silvester summus pontifex, & omnes ejus successores pontifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus) ex auro purissimo & gemmis pretiosis uti debeant, & in capite ad laudem Dei & pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus papa, quia super ' coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus uti corona: nos ' phrygium quoque candidi nitoris, splendidam resurrectionem dominicam designans, B ejus sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum equi illius, pro reverentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus; statuentes, eodem phrygio omnes ejus successores singulariter uti in processionibus, ad imitationem imperii nostri. Unde ut pontificalis apex non vilescat, sed amplius etiam quam terreni imperii dignitas, & gloriæ potentia decoretur; ecce tam palatium nostrum, ut prædictum est, quamque urbem Romam & omnes totius Italiæ & occidentalium regionum provincias, loca & civitates, ' præfato beatissimo pontifici nostro Silvestro universali papæ * concedimus atque relinquimus, & successorum ipsius pontificum potestati & ditioni, firma imperiali censura, per hanc divalem nostram & pragmaticum constitutum, decernimus disponendum, atque ' juri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus ' permansurum. Unde congruum prospeximus, nostrum imperium & regni potestatem in orientalibus transferri ac transmutari regionibus, & in ' Byzantiæ provinciæ optimo loco, nomini nostro civitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam ubi principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, justum non est ut illic imperator terrenus habeat potestatem.

Hæc vero omnia, ' & per alia divalia decreta D statuimus atque confirmavimus, usque in finem mundi illibata & inconcussa * permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obtestamur, per hoc nostrum imperiale constitutum, omnes nostros successores imperatores, vel cunctos optimates, satrapas, etiam amplissimum senatum, & universum populum, in toto orbe terrarum, nunc & in posterum cunctis retro temporibus imperio nostro subjacentem, nulli eorum quoquo modo licere, hæc quę a nobis imperiali sanctione sacrosanctæ Romanę ecclesię, vel ejus omnibus pontificibus concessa sunt, refragari aut confringere, vel in quoquam convel- E lere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subjaceat innodatus, & sanctos Dei principes apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti & futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo & omnibus deficiat impiis.

Τοῦτο δὲ τὸ ὕφος τῆς βασιλείας ἡμῶν ἰδίαις χερσὶ καταστρώσαντες εἰς τὰ τίμια λείψανα τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ κορυφαίου Πέτρου ἐθήκαμεν, καὶ ἐκεῖ ὠμόσαμεν, ταῦτα πάντα ἀπαράθραυστα διαφυλάττειν. καὶ τοὺς διαδόχους ἡμῶν

ANNO CHRISTI 324.

* clericare.

" ita & MSS. codices & qq. editiones

' tonsuram clericalem, στεφάνην, παπαλήθραν.

' frygium candido nitore splendidum, *vel, ut habet MS. Iustelli*, frigium veró candido splendore nitidum, *alius* aurifrygium.

' sæpefato

* contradentes atque relinquentes.

' in jure

' permanendum seu permanenda.

' Byzantia provincia in

' quæ per hanc nostram imperialem sacram & per alia

* permansura.

ANNO CHRISTI 324.

βασιλεῖς ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἡμῶν ταῦτα φυλάττειν παραδεδώκαμεν. τῷ πατρὶ ἡμῶν τῷ ἁγίῳ καὶ καθολικῷ ἐπισκόπῳ καὶ πάπᾳ καὶ δι' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ἐπισκόποις, τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ προσνεύοντος, παραδιδόαμεν ὅλα τὰ προγεγραμμένα καλῶς εἰς τὸν αἰῶνα διαφυλάττεσθαι.

Hujus vero imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis apostolorum posuimus, ibi eidem Dei apostolo spondentes, nos cuncta inviolabiliter conservare, & nostris successoribus imperatoribus conservanda in mandatis relinquere, ac beato patri nostro Silvestro summo pontifici & universali papæ, ejusque cunctis successoribus pontificibus, domino Deo & salvatore nostro Iesu Christo annuente, tradimus [f] perenniter atque feliciter possidenda.

[f] tradidimus

Et subscriptio imperialis: Divinitas vos conservet per multos annos sanctissimi ac beatissimi patres. Datum Romæ, sub tertio die Kalendarum Aprilium, domino nostro Flavio Constantino Augusto quater & Gallicano viris clarissimis consulibus.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Donatio Constantini defenditur.

[a] *Edictum.*] Ea quæ de dominio & temporali regno Romanæ sedi collato hic enarrantur, verisimilia esse, præter ista quæ supra in notis præcedentis epistolæ diximus, ipsius imperatoris nunquam satis laudata munificentia, in religionem Christianam pietas, superstitionis gentilitiæ justa æmulatio, satis aperte testantur. Quod Francorum Christianissimi principes suis ipsorum diplomatibus, ea a Longobardis ablata, se Romanæ ecclesiæ restituere professi sunt, magnum sane de collatis a Constantino Romanę ecclesiæ muneribus argumentum est. Nam si jam ante collata illa a Francorum regibus privilegia, dominio rerum Romana ecclesia potiebatur, non aliunde sine, quam jure sibi illud vendicasse potuit: certissimum enim est, nulla vi armorum, aut violenta grassatione id factum esse, cui imperatores orientales, (qui Romanæ ecclesiæ, quam sub tributo redigere tentarunt, non parum infensi erant,) non quidem non reclamarunt aut contradixerunt, sed potius amplissimis privilegiis ratum habuerunt. Hoc edictum a " Græcis perfida donatione, quo juxta illud Virg. 2. Æneid. *Timeo Danaos & dona ferentes*, donare solent acceptum, mutilatum esse, ac dolose depravatum, hæ rationes evidenter demonstrant. Principio enim primatum ecclesiæ Romanæ Constantino imperatori homini laico acceptum refert, quem ab ipso Deo & domino nostro Iesu Christo eidem in Petro collatum esse, ex iis quæ supra in notis ad vitam Petri, & alibi sæpe diximus, apertissime constat. Petro enim & Petri successoribus dictum est illud Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis*, &c. *Hic est*, ait Epiph in Ancorato, *qui audivit, pasce oves meas, cui concreditum est ovile.* Oves ergo suas non unius civitatis aut regni, sed totius orbis terrarum, non unius sæculi, sed eas etiam, quæ usque ad mundi consummationem futuræ erunt, Petro ac Petri successoribus Christus dominus pascendas & gubernandas ipse tradidit. Itaque non sine dolo & fraude homini attribuitur, quod Deo auctori est attribuendum. Secundo, hoc eodem edicto idem imperator Constantinopolitanæ ecclesiæ patriarchalem dignitatem contulisse narratur. Quod si verum est, quomodo Anatolius Constantinopolitanus episcopus, post Calchedonense concilium absolutum, hanc dignitatem patriarchalem, Leone, Gelasio, aliisque Romanis pontificibus reclamantibus, sibi vendicasse scribitur? Quomodo Constantinopolitana ecclesia patriarchalis esse potuit hoc tempore, quo nomen Constantinopolis Byzantio nondum impositum fuit? Quare eadem fide Constantinopolitanam, patriarchatus; Romanam, primatus honore ac dignitate ab imperatore donatam esse, credere licet. Vide quæ diximus supra in notis ad epist 3. Anacleti.

Edictum donationis a Gręcis corruptum esse, probatur duplici ratione.

" Potuit æque a Latinis id fieri historiæ ignaris, ut quædam alia.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Hoc edictum de Constantini donatione, ex actis Silvestri papæ, sub Eusebii Cæsariensis nomine falso Græce scriptis, primum " edidit Theodorus Balsamon, non ut rem gratam faceret Romanæ ecclesiæ; sed ut Constantinopolitanum patriarchatum ostenderet antiquissimum. Constat enim duplicia reperiri acta Silvestri; Latina primum, quæ & ad Græcos sunt derivata, ut quæ habentur in plerisque antiquis codicibus, & ex Latinis accepta, quæque a Metaphraste, Zonara, Cedreno, ab Hadriano I. in epist. 1. ad Constantinum & Irenem imperatores, & epist. 3. ad Carolum regem Francorum summatim recitantur. Alia quæ post hæc non ante millesimum Christi annum cognita ab aliquo Græcorum commenta fuerunt, & sub Eusebii nomine ex libro de martyribus prodierunt, & hoc Constantini edicto a Gręcis " Græce scripto, a Theodoro Balsamone in commentariis super nomocanone Photii recitato, aucta fuisse noscuntur, in Romanæ ecclesiæ odium & sui utilitatem. In odium, inquam, Romanæ ecclesiæ, ut quæ ipsa possidet, non a Christo (quod sanctissimos Romanos pontifices Gelasium, Nicolaum, aliosque adversus Græcos agentes sæpius protestatos esse infra videbitur) sed a Constantino imperatore ea accepisse diceretur: in sui vero utilitatem, eo quod in hoc edicto affirmatur, jam antiquitus sub Constantino ecclesiam Constantinopolitanam patriarchalem esse; quod a S. Leone, Gelasio, aliisque pontificibus impugnatum fuisse, sub sequentibus pontificibus cognoscemus.

" falsum: cum longe ante tempora Balsamonis sine annū 1194. donationem integram aut saltem ejus maximam partem suis operibus intexuerint Isidorus Mercator, Leo IX. Damianus, Ivo, Gratianus &c. ut Ottonis III. diploma, & alia omittam de quibus in notis.

Novatores hæretici magno conatu, studioque inani hoc Constantini edictum e Græco in Latinum translatum impugnantes, sciant se in his potius nostram causam agere, quam contra nos pugnare, qui profitemur cum Irenæo, Cypriano, aliisque sanctis patribus tam Græcis quam Latinis", Romanæ ecclesiæ privilegia non ab hominibus, sed a Christo in Petrum, a Petro in successores esse collata & transfusa.

" videtur potius e Latina lingua in Gręcam fuisse translatam: idque probāt vel ipsa fragmenta a Balsamone exhibita. A suis quoque Græcis id facinus amolitur Leo Allatius pag. 216. Concordiæ, & Baronium tacito nomine refellit.

Dominia rerum temporalium ecclesię collatarum, ipsorum impp. donantium diplomatibus in originali extantibus, ipsa probat & quiete possidet. Iura autem eidem Romanæ ecclesiæ concessa S. Leo, Felix, Romanus, Gelasius, Hormisda, Gregorius, aliique successores pontifices, qui a Constantini, temporibus claruerunt, non hujus edicti Constantiniani sed potius divina & evangelica auctoritate contra earumdem impugnatores semper defenderunt. Nemo omnium eorum qui ante annum " millesimum ecclesiæ præsederunt, quorum plures germana acta Silvestri, de quibus supra, viderunt & recitarunt, hujus edicti ullam mentionem fecisse legitur: utpote quod ipsis actis commentitium edictum a Græcis impostoribus necdum supperadditum fuerit. Inter eos qui acta Silvestri hujus commentitii edicti additamento mala arte, mala fide Græcorum corrupta, ex oriente in occidentem translata bona fide acceperunt, eaque tamquam germana ac legitima & ab omni impostura & fraude pura defenderunt, primus reperitur fuisse Leo papa IX. qui in epistola ad Michaelem Constantinopolitanum, & Leonem Acridanū episcopos, anno redemptoris 1054. hujus edicti Constantiniani de donatione Silvestro facta meminit. Ex quo cum eidem multum fidei & auctoritatis accesserit, factum esse credo", quod posterorum etiam gravissimorum & doctissimorum plurimi absque aliqua suspicione fraudis & imposturæ, idem bona fide legerint & receperint. Tempore Benedicti papæ XII. anno nimirum Christi 1339. sub nomine Othon. III. imp. diploma quoddam apud Baron. tom. 12. integre excusum in lucem emersit," quo hoc idem de donatione facta edictum Constantinianum ab auctore Ioanne diacono effictum & excogitatum esse scribitur: sed cum illud diploma multis iisdemque firmissimis argumentis a Baron. ibidem impugnetur, iisque ejusdem auctoritas enervetur; ad profligandum latius sæpe nominatum Constantini edictum, relicto illo Othonis suppositio diplomate, addo quod Gregor. VII. Alexander III. aliique posteri pontifices jurium ecclesiæ acerrimi defensores, hujus edicti velut rei vere gestæ non meminerunt, quodque Pipinus & Carolus Othone anteriores, Henricus, aliique impp. in suis diplomatibus, quibus S. Petro urbes & regiones donarunt, munificentissimi donatores, hoc Constantinianum edictum ne verbo quidem attigerint; eaque de causa pontifices donatarii nullam querelam interposuerint, suspectissimam reddunt fidem hujus edicti, quod juribus ac privilegiis ecclesiæ supra firmam petram fundatæ certioribus nequaquam derogat, aut derogare potest.

" Isidorus Mercator vix isse creditur anno circiter Christi 800.

" Illud etiā suo tempore lectori exhibebimus & de ejus suppositione nostras quoque conjecturas aperiemus.

Donatio Constantini confirmatur.

[b] *Ipse enim.*] Hadrianus pontifex epist. ad Constant. & Iren, quæ secundo concilio inserta extat, hanc totam historiam eodem fere modo recenset, adeoque veritatem hujus edicti confirmat. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Silvestri.

Petrus & Paulus qua ratione dii appellentur.

[c] *Qui isti dii essent Petrus & Paulus.*] Sicut Manue pater Samsonis Iud. 13. cum angelum domini vidisset, uxori suę dixit: *Moriemur, quia vidimus dominum*: & mulier de anima Samuelis 1. regum 28. *Deos vidi ascendentes de terra*; ita imperator apostolorum principes, quos homines esse noverat, deos appellat: vel quia de ipsis sic apparentibus aliquid super humanum mente concepit, vel demum tales esse deos censuit, de quibus scriptura psal. 81.

ait:

ANNO CHRISTI 324.

ait : *Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes.* Quo sensu idem imperator Constantinus ipsos episcopos, qui Nicææ ad concilium convenerant, deos nominavit. Vide Baron. ann 324. num. 39.

Imagines Petri & Pauli in ecclesia primitiva servatæ.

d *Tunc idem venerabilis pater imagines apostolorum.*] Venerandas imagines Petri & Pauli, atque in primis salvatoris nostri Iesu Christi, ad sua quoque tempora in ecclesia conservatas esse, seque eas aspexisse, testatur Eusebius lib. 7. cap. 14. in fine his verbis : *Cum & nos Petri & Pauli apostolorum, & Christi etiam ipsius imagines in picturis colorum varietate expressas conservatasque aspexerimus*, &c. Quæ si in Palæstina tot præliis devastata extabant, & visebantur; quanto magis Romę eædem integræ atque sinceræ eorumdem vultus accuratius exprimentes asservari potuerunt, ubi iidem apostoli diutius vixerunt, & tandem martyrio affecti fuerunt ?

Baptisteriũ Constantini quomodo a Marcellino nominatum.

e *Benedictoque fonte.*] Baptisterii nimirum, qui adhuc extat, & a Marcellino ejus ætatis scriptore ethnico lib. 27. hist. appellatur Constantinianum lavacrum: quibus verbis ipse imperatoris baptismo, præter multorum aliorum scriptorum fidem, testimonium non contemnendum prębet.

f *Utile judicamus una cum omnibus.*] Hęc Gręce & Latine habentur in nomocanone Photii episcopi Constantinopolitani. Vide quæ supra diximus, & notas, quæ jussu Gregorii decimitertii additæ sunt ad can. Constantinus dist. 96. aliosque plures. Patrimonii S. Petri S. Gregorius I. in suis epistolis frequenter meminit.

g *Decernentes sancimus.*] Hæc quæ de primatu Romanæ, & patriarchali honore Constantinopolitanæ ecclesiæ collato subjunguntur, falsa ac surreptitia esse, supra diximus in principio.

h *Construxisse nos intra palatium nostrum.*] De ecclesiis ab imperatore constructis, vide libellum de munificentia Constantini, & notas in eum conscriptas supra.

i *Palatium imperii nostri Lateranense.*] Vide quæ diximus supra in notis ad epistolam de primitiva ecclesia.

Constantinopolis quando ædificari cœpta.

k *In Byzantia provinciam.*] Constantinus paulo post baptismum novam Romam omnis idololatriæ expertem ędificare proposuit : ideoque anno 324. Christi nati ab Ilii restauratione divino numine prohibitus, Byzantium profectus, eam urbem mirifice exornavit, suoque nomine & imperiali sede condecoravit. Et sane non sine magna Dei providentia factum esse videtur, ut post translatam imperii sedem Constantinopolim, nullus unquam imperatorum orientalium vel etiam occidentalium sedem Romam transtulerit. Zonaras de Constante Heraclii nepote ait; eum de imperio in urbem Romam transferendo cogitasse quidem, sed nequaquam successisse : ut intelligamus non sine nutu divinæ voluntatis Romam urbium principem summo ecclesiæ principi destinatam esse. Vide quæ dicemus infra ad concil. Constant. 1.

l *Constantino Augusto quater, & Gallicano coss.*] Duplex error in horum consulum chronologia. Primo enim mendosum est. Constantinum quartum consulem, Gallicanum non Licinium habuisse collegam. Secundo erroneum est, res supra gestas hoc consulatu notari, qui in annum 315. Christi incidit : cum certum sit ex præcedentibus, Constantinum non ante 324. annum Christi nati baptismate initiatum esse.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. I.

Bartolomęus quidam Picernas de Monte-arduo e Gręco quodam exemplari asseveravit se in Latinum vertisse sermonem famosæ hujus donationis edictum & ea de re ad Iulium II. Romanum pontificem epistolam dedit in hæc verba : *Cum inter legendum in hac tua celeberrima bibliotheca* (Vaticanam, opinor, intelligit) *beatissime pater, occurrisset mihi libellus quidam Græcus, qui donationem Constantini continebat : æquum mihi visum est, illum e Græco in Latinum convertere, & eum tibi, sanctissime pater, inscribere debere, qui vicarius Christi & Petri ac Silvestri successor existis. Quippe cum multi sint, qui falsam Constantini donationem esse asseruerint : inter quos est Laurentius Vallensis, vir haud sane ineruditus, qui librum de falsa donatione Constantini scribere ausus sit. Cujus opinionibus optime refragatur reverendissimus Cardinalis Alexandrinus juris utriusque consultissimus, & illius objecta diligentissime confutat. Existimabat vir ille fortasse, ut quod ipse non legerat, non posset apud alios reperiri. Nec mirum, quum tantæ mordacitatis extiterit, ut Aristotelem philosophorum principem carpere non dubitarit & omnes linguæ Latinæ auctores ita taxare, ut nemini pepercerit. Sed ne longior sim, Constantium ipsum audiamus.* Hæc ille : tum subjicit ipsius edicti elaboratam a se, ut gloriatur, versionem, vel ut alii sentiunt dumtaxat, interpolatam, veteri in quibusdam Latinitate commutata. Interpretationem hujus Picernatis recudit Coloniæ Agrippinæ Ortvvinus a Graes Daventriensis presbyter anno 1535. Nos quæ reperimus Græca fragmenta apud Balsamonem, quorũ duplex habetur versio Henrici Agylæi altera, altera Gentiani Hervetì, bona fide repræsentavimus, reliqua etiam addituri, cum in manus nostras pervenerint. Et quidem Augustinus Steuchus, qui & ipse in hoc scammate certare voluit, quatuor se Græca vidisse exemplaria in eadem summi pontificis bibliotheca affirmat : cumque hæc jã sub prælo essent, accepimus literis R. P. PETRI POSSINI soc. nostræ theologi eruditissimi nobisque amicissimi Roma datis 4 Iunii, etiamnum integram asservari in Vaticanis codicibus 614 folio 76. 789. fol. 185. 973. fol. 39. 1416. fol 127. & forte etiam pluribus. Quod volui nescius ne esses.

a CONCIL. b ROMANUM II.

SUB SILVESTRO PAPA PRIMO.

EPILOGUS c BREVIS SEQUENTIS concilii" Romani.

"In collectione Isidori Mercatoris hic habetur titulus : Incipiunt excerpta quędam ex synodalibus gestis sancti Silvestri papæ. ab imperito digesta docet qui inseritur Photinus.

TEMPORIBUS sancti Silvestri papæ, & Constantini piissimi Augusti, factum est magnum concilium in Nicæa Bithyniæ, & congregati sunt regulariter ejusdem Silvestri papæ vocatione in idipsum trecenti decem & octo episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, catholicam, immaculatam, & damnaverunt Arium, d Photinum, Sabelliumque, atque sequaces eorum. Eodem quoque tempore, & 13. Kal Iuliarum die, quando memoratum concilium magnum in Nicæa congregatum est, canonica jam * facta papæ vocatione in urbem Romam congregavit & ipse, cum consilio præfati Constantini Augusti, ducentos * sexaginta septem episcopos, & damnavit iterum tam Callistum, quam Arium, & Photinum, atque Sabellium, & constituit ut presbyterum Arianum resipiscentem nemo susciperet, nisi episcopus ejusdem loci eum reconciliaret, & sacrosancto chrismate, per episcopalis manus impositionem, sancti Spiritus gratia, quæ ab hæreticis dari non potest, confirmaret. In qua & consensu & subscriptione omnium constitutum est, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et ut presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolythus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolythum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non damnabitur præsul, nisi in 72. testibus. Neque præsul summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est : *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem cardinalis, nisi quadraginta quatuor testibus non damnabitur. Diaconus cardinarius constitutus urbis Romæ, nisi in * 26. non damnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, nisi (sicut scriptum est) in septem testibus non damnabitur. Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia, uxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes. Testimonium * laici adversus clericum nemo recipiat. Nemo ' enim clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in ecclesia. Nemo enim clericus, vel diaconus, aut presbyter, propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante judicem cinctum causam ' dicere præsumat : quoniam omnis curia a cruore dicitur, & * immolatione simulacrorum. Et si quis clericus, accusans clericum, in curiam introiverit, anathema suscipiat. Hic inter cetera prædicta omnium * consultu constituit in synodo ut sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quispiam celebrare præsumeret, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus

Marginalia: * fatus papa. — * 84. * 77. — 2. quæst. 7. Nullus laicus. — Item 2. q. 7. Clericus adversus exorcistam. — 1. quæst. 3. Præsul. — Luc. 6. — * 37. — * clerici adversus laicum 11. q. 1. Testimon. clerici adv. — ' etiam — * immolatio simulacrorum est. — * consulto omnium.

ANNO CHRISTI 324.

^a De conſec. diſt. 1. apud Gratianum ubi ſindon linea dicitur.

domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone^a munda ſepultum fuit. Et ſi quis deſideraret in eccleſia militare, aut proficere; ut eſſet prius oſtiarius, deinde lector, & poſtea exorciſta, per tempora quæ epiſcopus conſtituerit, deinde acolythus annis quinque, ſubdiaconus quinque annis, cuſtos martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, preſbyter annis tribus, probatus ex omni parte in tantum, ut etiam ab his, qui foris ſunt, teſtimonium habeat bonum, unius videlicet uxoris vir, quæ tamen a ſacerdote ſit benedicta. Et ſi probatus fuerit dignus, & vota populi & cleri concurrerint, canonice epiſcopus conſecretur, quem poſtea nec clericus, nec populus perturbare debet: quia epiſcopi, qui throni Dei vocantur, non ſunt lacerandi, ſed magis portandi & venerandi. De quibus ait B. Paulus apoſtolus: *Seniorem ne increpaveris, ſed ut patrem obſecra.* Legimus namque, ipſo domino dicente, non eſſe diſcipulum ſuper magiſtrum, hoc eſt non ſibi debere quemquam, ad injuriam doctorum, vindicare doctrinam, nec aliqua machinatione domini diſcipulis, id eſt, apoſtolorum ſucceſſoribus detrahere, aut eos infamare; quia injuria doctorum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione funguntur. Qualiter enim dominum contriſtent, qui hoc agere præſumunt, * dominus in evangelio teſtatur. Ait enim ipſe ſalvator, quod expediat ſcandalizanti unum de puſillis iſtis, in maris profunda demergi, & molam aſinariam collo ejus ſuſpendi. Si talis ergo pœna domini diſcipulos ſcandalizantibus hic promittitur, quid in futuro eis provenire debeat, ſummopere penſandum eſt; quoniam non parum periculi illis manere poterit ante Deum, qui hæc detrectant ſuis exhibere miniſtris. Quod ita demum probari poterit, ſi Deum timeant, qui talia exercere minime formidant, ſi impoſito ſibimet improbo ſilentio, a talibus ſe deinceps cuſtodiant: quia nihil prodeſt homini reliqua bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Vnde ait Propheta: *Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum.* Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult. Et reliqua. Hic in memorata ſynodo conſtituit omnium cum conſenſu, ut nullus preſbyter miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis ab epiſcopo locis, qui ſui particeps de cetero voluerit eſſe ſacerdotii. Et pietatis affectu hic ſanctiſſimus papa ſub geſta ſynodica revocavit apoſtolica auctoritate multos ab aliis epiſcopis excommunicatos, & a tyrannis ejectos, ad communionem, & reſtituit eos in eccleſiis, quibus fuerant olim inſtituti, ſub ſatisfactione libelli, atque purgatos eos recepit, dans exempla futuris eruendi ſacerdotes de perſequentium manibus. Conſtituit etiam, nulla ratione tranſmarinum hominem penes nos in clericatus gradu ſuſcipi, niſi * quinque epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.

Matth. 27.
1. *Tim.* 3.
B
1. *Tim* 5.
Luc. 6.
* dominicus ſermo
Matth. 18.
C
Pſal. 33.
D
De conſec. diſt 1 Nullus preſbyter miſſas.
E
98. diſtinct. Nullus aliqua ratione.
* quinque & eo amplius.

Præmonitio^b *ad lectorem, in ſequentem ſynodum.*

^b ex Surio Nicolinus ac Binius deſcripſerunt: Crabbus enim, ex quo Surius hauſit, prolixiorem exhibuit præmonitionē & tertiam editionem ex duabus aliis conflavit, quam ceteri omiſerunt.

Ex duobus vetuſtis exemplaribus canones ſequentes deſcripti ſunt ad verbũ, qui multis in locis ob exemplarium depravationem aut vix, aut omnino non poſſunt intelligi. Lector boni conſulat, & ſi quid poteſt habere certius, communicet.

** *Idem Surius hæc addidit.* Quod paulo ante de duabus epiſtolis proximis (*intelligit epiſtolam a Nicæna ſynodo ad Silveſtrum papam directam & reſcriptum Silveſtri ejuſdem ad eamdem ſynodum quæ extant pag. 58. tomi ſequentis*) præmonitum eſt, idem hic fere præmonendum, vetuſtatis honore & diverſitatis exemplarium gratia nullo propemodum in his licet obſcurioribus charactere mutato. *Quod vero ad eaſdem epiſtolas ſpectat, corrigendus eſt in anteceſſum error Binii, qui a Surio primum fuiſſe editas tradit, cum tamen ipſiſſima verba Petri Crabbi, ut in ceteris fere omnibus, dumtaxat exſcripſerit, qui eas ſe aſſerit reperiſſe in vetuſto bibliotheca Prædicatorum Colonienſium exemplari, eaſque de verbo ad verbũ publicaſſe, nullo addito decerptove.*

CANON VEL CONSTITVTIO^a SILVESTRI EPISCOPI VRBIS ROMÆ, ET DOMINI CONSTANTINI AVGVSTI, QVALITER ECCLESIASTICI GRADVS cuſtodiantur, vel religio.

^a Suppoſita videntur Hincmaro ac plerisq; viris eruditis xx. iſta capita, quæ Iſidorus ſuę collectioni intexuit.

TITVLI CANONVM.

Anno Christi 324.

ACTIO PRIMA.

Anno Christi 324.

Editio I.

A

Caput I.

CANONUM constitutio, gradus vel religio qualiter custodiatur, a Silvestro episcopo urbis Romæ, domino Constantino. Eodem tempore cum multi nobiles gauderent, quod Constantinus baptizatus a Silvestro episcopo urbis Romæ, & mundatus fuisset a lepra, pro beneficio quod accepit a domino nostro Iesu Christo, per Silvestrum episcopum, B cœpit integre prædicare dominum Iesum Christum, & confiteri ejus beneficia. Silvester igitur episcopus urbis Romæ congregans fratres compresbyteros & coepiscopos vel diaconos suos, cives Romanos, & quoniam mater ecclesia genuerat filium Constantinum carissimum. Integre igitur Silvester episcopus urbis Romę suis cum ordinare desiderat, & filios ejus frequenter lactare, & gradus ejus ordinis & cōsuetudinis consternere. Collegit autem C universam synodum episcoporū cum concilio Augusti vel matris ejus, & fecit parare in urbe Roma in thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Trajanæ. Collegit autē in gremio sedis suæ 284. episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula vel annonas omni loco præstari præcepit, & alii 57. episcopi patris Rinocororis, quorum cyrographus in eorum concilio declaratur, & 62. presbyteri urbis Romæ, & diacones acolythi eius con- D silio facti, exorcistæ 22. lectores urbis Romæ 90. quorum præsentes audiebantur. Notarii ecclesiæ 14. qui gesta diversorum martyrum suscipientes, ordine 'renarrabant. Hos omnes etiam dum uno examen articulo sanctitatis colligeret in thermas supradictas, ita vero, ut nemo laicorum præesse videretur.

Rem narrabant ex conjectura Latinii.

Editio II.

Caput I.

EODEM tempore cum multi nobiles gauderent quod Constantinus baptizatus a Silvestro urbis Romæ, & mundatus fuisset a lepra, per hoc beneficium quod accepit a domino Iesu Christo per Silvestrum episcopum, cœpit integre prædicare dominum Iesum Christum, & confiteri ejus beneficia. Silvester igitur episcopus urbis Romæ congregans fratres compresbyteros & coepiscopos, vel diaconos suos cives Romanos. Et quoniam mater ecclesia genuerat filium carissimum Constantinum, igitur Silvester episcopus urbis Romæ cum suis eam ordinare desideravit, & filios ejus frequenter lactare, & gradus ejus ordinis & consuetudines consternere. Collegit autem universam synodum episcoporum cum consilio Augusti vel matris ejus, & fecit parari in urbe Roma intra thermas Domitianas, quæ nunc cognominantur Trajanæ. Collegit autem in gremio sedis suæ ducentos octogintaquatuor episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula & annonas præstari præcepit, & alii 57. episcopi partis Rinocoruris, quorum cirographus in eorum concilio declaratur, centum quadragintaduo presbyteri urbis Romæ, & diacones 6. subdiacones 6. acolythi ejus concilio facti quadragintaquinque, exorcistæ 22. lectores urbis Romæ nonaginta, quorum præsentes parentes audiebant. Notarii ecclesiæ 14. qui gesta diversorum martyrum suscipientes, ordinare narrabant. Hos omnes etiam dum uno examen articulo sanctitatis colligeret in thermas supradictas, ita vero, ut nullus laicorum præsens videretur.

Sequuntur 139. episcopi ex urbe Roma, vel non longe ab illa.

Castus, Cyprus, Petrus, Abundius, Severinus, Lucianus, Capax, Herculanus, Ioannes, Himilus, Andreas, Petrus, Renovatus, Cresconius, Ambrosius, Lucas, Hermogenianus, Augustus, Felix, Barbarus, Secundinus, Citonatus, Reparatus, Gaudentius, Sebastianus, Græces, *alias* Cresces; Renatus, Hirenæus, Laurentius, Valerianus, Botudorus, Leo, Abundantius, Almachius, Honestosus, Victor, Plinus, Delphinus, Amabilis, Paulus, Constantius, Sixtus, Concordius, Nepotianus, Bedandulus, Deutherius, Amabilis, Syrus, Quadratus, Mirabilis, Audacius, Turcilianus, Ioannes, Marcus, Fidelis, Symmachus, Probianus, Asellus, Crispinus, Rusticus, Faustus, Turdus, Majorianus, Iobianus, Exonosus, Sanctulus, Coricosus, Nepus, Tiburtius, Petrus, Sylvestrianus, Turturanus, Leontius, Anastasius, Agapitus, Verustimilus, Asellus, Iacobus, Felicissimus, Quadratus, Alexander, Philippus, Exuperantius "Hypolitus, Iordianus, Archidamus, Lollius, Martialis, Caritosus, Concordius, Ianuarius, Felicianus, Redus, Auxibus, Timotheus, Bonifacius, Tranquillinus, Calbulus, Sixtus, Catellus, Epiphanes, Victor, Habet Deum, Contentus, Apronianus, Probus, Repostibus, Paulus, Fidelissimus, Homobonus, Luminosus, Vitalis, Carpilio, Volusianus, Petrus, Probinus, Honestosus, Ariston Bacanda, Petrus, Marinus, Priscillianus, Carito, Gattus, Ianuarius, Cæcilius, Epiphanius, Laurentius, Humanianus, Vrbanus, Micinus, Cæcilius, Priscus, Tiburtius, Nonnonus, Anthimus, Agapitus, Vindemius.

" Hippolytus.

ANNO CHRISTI 314.

Ex Græcia autem isti sunt.

Petrus, Anastasius, Hermes, Nicostratus, Quod vult Deus, Vitalis, Renatus, Vinulus, Andriphorus, Hirenæus, Olympius, Demeter, Theodolus, Anastasius, Thespias, Firminus, Cleopatris, Honorius, Simplex, Exitiosus, Ioannes, Timotheus, Hermes, Paulus, Metronius, Stephanus, Alexander, Constantinus, Andreas, Exuperantius, Firmus, Quirillianus, Anastasius, Hermogenius, Seuerus, Aconcius, Thomas, Ioannes, Cæcilianus, Theodolus, Theophilus, Prispilius, Festus, Almacus, Andecius, Concordius, Deutherinnus, Thomas, Quadratus, Timotheus, Potestas, Andreas, Philippus, Thomas, Victorinus, Severianus, Domanicus, Eulogius, Demeter, Nepotianus, Albinus, Petrus, Ioannes, Exuperius, Theodolus, Ioannes, Exuperantius, Sebastianus, Theodorus, Claudius, Demetrianus, Rufinus, Spes in Deo, Reparatus, Petrus, Asellus, Archanus, Eufemius, Crisolatus, Lazarus, Leo, Anthimus, Andreas, Catharon, Vultibus, Anastasius, Hermes, Sempervivus, Titus, Orifensis, Epiphanius, Anastasius, Leo, Vltius, Fortunatus, Cæcilianus, Nicostratus, Audax, Ioannes, Rufinus, Honorius, Felix, Petronius, Andreas, Requisitus, Bacauda, Tersilius, Zenon, Caritosus, Majoranus, Leo, Hermes, Demeter, Andreas, Spes in Deo, Timotheus, Iacobus, Zenon, Quadratus, Fusilis, Marcus, Paulinus, Oyfensis, Concordius, Priscus, Herculanus, Leoninus, Androtulus, Eufimius, Squiro, Martinus, Anastasius.

A Dum hi omnes venissent in synodum, & alii, quorum cyrographus cucurrit, & opinio sanctitatis, sederunt in easdem aspectu thermarum supradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, & diaconi, clerusque vel gradus sequentes ad terga episcoporum steterunt. Nemo enim sedit in eodem loco, nisi tantum episcopi, & Silvester episcopus, pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & postea Christianus, præfectus urbis. Dicit autem Silvester episcopus urbis Romæ rationem hanc: B Audite me fratres & coepiscopi, & universus ordo ecclesiæ Romanæ, quoniam bonum est, ut fixas cortinas habeat ecclesia, ut regiæ ecclesiæ non vaticinentur, sed sit firma, & claudat ostium propter persecutorem, & habeat firmum murum, unde expugnet adversarios.

CAPVT II.

Cognitum loquor, & probo Calistum & Victorinum, qui arbitrio suo fecerunt creaturam, & Iobinianum, qui in sua extollentia dicebat, non pascha venire die C suo, nec mensem, sed decimo Kalendas Maii custodire. Ego enim (sicut lex memorat) in vestro judicio commendo sermonem, ut introducantur hi tres quidem primo arbitrio Calisti damnari corroboretur examen, qui se Calistus ita docuit Sabellianum, ut arbitrio suo sumat unam personam esse trinitatis. Non enim coæquante Patre & Filio & Spiritu sancto Victorinum ita præcipue religionis antistitis, qui in sua ferocitate, quidquid vellet, affirmabat hominibus, & cyclos pas- D chæ pronuntiabat fallaces, ut hoc quod constituit decimo Kalendas Maii custodiri, vestro sermone, sicut veritas habet, cessetur, & vestro indicio condemnetur, & filiorum nostrorum Augustorum præcurrat auctoritas ad condemnandum Victorinum episcopum. Damnavit autem Hippolytum diaconum Valentinianistam, & Calistum, qui in sua extollentia

Dum hi omnes venissent in synodum, & aliquorum cirographus cucurrit, & opinio sanctitatis, & sederunt in eodem aspectu thermarum supradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, diaconi, clerusque vel gradus sequentes, a tergo episcoporum steterunt. Nemo enim sedit in eodem loco, nisi tantum episcopi, & Silvester episcopus, pontifex urbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & postea Christianus, & præfectus urbis. Dicit autem Silvester episcopus urbis Romæ rationem hanc: Audite me, fratres & coepiscopi, & universus ordo ecclesiæ Romanæ, quoniam bonum est, ut fixas cortinas habeat ecclesia, ut regia ecclesia non vacilletur, sed sit firma, & claudat ostium propter persecutorem, & habeat firmum murum, unde expugnet adversarios.

CAPVT II.

Cognitum loquor, & probo Calistum & Victorinum, qui arbitrio suo fecerunt creaturam, & Iovianum, qui in sua extollentia dicebat, non pascha venire die suo, nec mense, sed 10. Kal. Maii custodire. Ego enim sicut lex memorat, in vestro judicio commendo sermonem, ut introducantur hi tres quidem primo arbitrio Calistus damnari corroboretur examen, qui se Calistum ita docuit Sabellianum, ut arbitrio suo sumat unam personam esse trinitatis. Non enim coæquante Patrem & Filium & Spiritu sancto. Victorino itaque præcipue præsul regionis antistes, qui in sua ferocitate quidquid vellet hominibus, & cyclos paschæ pronuntiabat fallaces, ut hoc quod constituit 10. Kal. Maii custodiri, vestro sermone, sicut veritas habet, cassetur, & vestro judicio condemnetur, & filiorum nostrorum præcurret auctoritas condemnandum Victorinum episcopum. Et introierunt omnes, ut suo sermone damnarentur in judicio. Damnavit autem Hipolitum diaconum Valentinianistam, & Calistum,

ANNO CHRISTI 324.

separabat trinitatem, & Victorinum episcopum, qui ignorans lunæ rationem, sub* arbitrio sui tenacitate derumpebat veritatem, & præsentiæ episcoporum supradictorum & presbyterorum damnabit Hippolytum, Victorinum, Calixtum, & dedit eis anathema, & damnavit eos extra urbes suas.

* arbitrii ex conj. Latinii.

CAPUT III.

Postea autem fecit gradus in gremio synodi, ut non presbyter adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non exorcista adversus acolythum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam, & non damnabitur præsul, nisi in septuaginta duobus; neque præsul summus a quoquam judicabitur, quoniã his scriptũ est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem nisi in quadraginta quatuor testimonia nõ damnabitur. Diaconus autem cardine constrictus urbis Romæ, nisi in triginta sex, non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi (sicut scritum est) in septem testimonia filios & uxorem habentes, omnino Christum prædicantes sicut datur mystica veritas.

CAPUT IV.

Commoneo autem vestrum consortes monimentum de reditibus ecclesiæ quatuor partes fiant, & quod primam partem exigat ecclesia, unam partem pontifici cum fratribus relevandis, dimidiam ecclesiam, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, vel peregrinis constituit hunc ordinem, ut si quis de clero vel presbyteris universi loci, quod commune est, transire de hoc mundo, & si neminem de sua generositate haberet consortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferret ecclesiæ, & exinde quatuor partes fierent, sicut dictum est.

CAPUT V.

Constituit etiam voce clara Silvester episcopus urbis Romæ, ut nemo presbyter chrisma conficeret, dicens quoniam Christus a chrismate vocabitur.

CAPUT VI.

Ut diaconi non essent plus, vel amplius per parochiarum examen, nisi duo, & diaconi cardinales urbis Romæ septem: ita tamen, ut dalmaticis uterentur, & pallia * linostmia lævam eorum tegerent.

* linostima

CAPUT VII.

Ita autem Silvester clara voce dicebat ad coepiscopos, ut a subdiacono usque ad lectorem omnes subditi essent diacono cardinali urbis Romæ, in ecclesia honorem repræsentans tantum, pontifici vero presbyteri, subdiaconi, diaconi, acolythi, exorcista lectori in omni loco repræsentans obsequium, sive in publi-

A Calistum, qui in sua extollentia separabat trinitatem, & Victorinum episcopum, qui ignorans lunę rationem sub arbitrio sui tenacitate disrumpebat veritatem. Et præsentia episcoporum supradictorum & presbyterorum, aliorumque graduum, damnavit Hippolytum, Victorinum & Calistum. Et dedit eis anathema, & damnavit eos extra urbes suas.

ANNO CHRISTI 324.

CAPUT III.

Postea autem fecit gradus in medio synodi, ut non presbyter adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolythus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolythum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem, non laicus det accusationem aliquam. Et non damnabitur præsul nisi in septuagintaduobus, neque præsul summus a quoquam judicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem, nisi in quadragintaquatuor testimoniis non damnabitur. Diaconus autem cardine constructus urbis, nisi in 36. non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi (sicut scriptum est) in septem testimoniis, filios & uxores habentes, & omnino Christum prædicantes. Sic datur mystica veritas.

CAPUT IV.

Commoneo autem vestrum consortes munimen, & de reditibus ecclesiæ quatuor partes fieri, & quarta pars exigatur ab ecclesia, unam partem pontificum, fratribus dimidiam ad ecclesias relevandas, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, & peregrinis. Constituit hunc ordinem, ut si quis de clero vel presbyteris universi loci, quod commune est, transiret de hoc mundo, si neminem de sua generositate haberet consortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferret ecclesiæ, & exinde quatuor partes fierent, sicut supra dictum est.

CAPUT V.

Constituit enim clara voce Silvester episcopus urbis Romę, ut nemo presbyter chrisma conficeret, diceret, quoniam Christus a chrismate vocatur.

CAPUT VI.

Et diaconi non essent plus nec amplius per parochiarum examen, nisi duo, & diacones cardinales urbis Romæ septem.

CAPUT VII.

Ita tamen Silvester clara voce dicebat ad coepiscopos, subdiacono usque ad lectorem omnes subditi essent diacono cardinali urbis Romæ, in ecclesia repræsentantes tantum. Pontifici vero presbyteri, diaconi, subdiacones, acolythi, exorcistas lectori in omni loco repręsentantes obsequium, sive in publico, sive in gremio,

co, sive in gremio ecclesiæ, tantum pontifici.

CAPVT VIII.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliqua prçvaricatione prçsumpserit.

CAPVT IX.

Nullus lector vel ostiarius vasa sacrata contingeret, nullus acolythus rem sacratam a presbytero jam alio porrigeret, nisi tantum supportaret, quod ei sacerdos imponet suo ore benedictum.

CAPVT X.

Nullus etiam episcoporum virginem sacratam maritali expeteret benedici, nisi eam probaverit septuaginta duorum annorum esse constitutam, ubi probabitur judicium, pudicitia vero, ut in septuaginta duos annos, requirens verum Christum, pudicitia custodita, uncta vertice introducatur ad nuptias Christi, velamen capitis ferens, non cordis. Et subscripserunt supradicti episcopi in istud, prædicante Silvestro episcopo urbis Romæ. Et subscripsit autem & novissimus Calpurnus præfectus urbis. Subscripsit autem Augustus Constantinus, matre Helena Augusta. Tunc dedit orationem, sedens in eodem loco, & discesserunt.

A mio ecclesię tantum pontifici.

CAPVT VIII.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire præcipimus, ne aliquam prçvaricationem sumpserit.

CAPVT IX.

Nullus lector vel ostiarius vasa sacrata contigerit, nullus acolythus rem sacratam a presbytero jam alio porrigeret, nisi tantum supportaret, quod ei sacerdos imponeret suo ore benedictum.

CAPVT X.

B Nullus etiam episcoporum virginem sacratam maritali consortio expetierit benedicere, nisi eam probaverit septuaginta duorum annorum esse constitutam. Ibi probabitur judici a pudicitia vera, aut in septuaginta annis requirens virum Christum, pudicitia custodita, uncta vertice introducatur ad nuptias Christi; velamen capitis ferens, non cordis. Et sub-C scripserunt supradicti episcopi in istud, prædicante Silvestro episcopo urbis Romę. Subscripsit autem & novissimus Calphurnius præfectus urbis. Subscripsit Augustus Constantinus cum matre Helena Augusta. Tunc dedit orationem, sedens in eodem loco, & discesserunt.

ACTIO SECVNDA.

ALIA autem die venerunt omnes presbyteri urbis Romæ, & diaconi omnes ducenti octoginta quatuor in thermas Domitianas, quæ nunc Trajanas, & sedit sedem suam in eodem loco. Vbi autem fecit septem regiones & divi- dit diaconibus. Erant autem diacones isti, Fabianus, Marcus, Liverius, Archidamus, Iulius. Ordinavit autem alios duos, Priscum & Theodorum, universus sexus, presbyteri, & diacones & clerus hoc poposcerunt Silvestrum episcopum, ut eos ordinaret. Ibi autem in thermas hos duos Priscum & Theodorum subordinavit, non ordinavit aut consecravit eos, nisi in gremio basilicæ consecravit, & præter synodi constituit.

CAPVT XI.

Vt nullus ex laica persona ad honorem acolythi usque ad episcopatum sublevaretur, nisi prius fuisset lector annis triginta. Deinde una die exorcista, & postea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythus annis decem, ut acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset annis quinque, deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, rogantibus triginta presbyteris examen, ut esset diaconus cardinalis, quia a prima sede erat constitutum, ut serviret annis septem. Hoc enim quod si quis desideraretur ordinem presbyterii, ita exigeretur, ut in septem annos cuncto clero Romano privaretur doctrinæ, nativitatis, genero-

ALIA autem die venerunt omnes presbyteri urbis Romæ, & diacones & episcopi omnes ducenti octoginta quatuor, D intra thermas Domitianas, quæ nunc Trajanas, & sedit in sede sua in eodem loco. Ibi autem fecit septem regiones, & divisit diaconibus. Erant autem diacones isti, Fabianus, Marcus, Liberius, Archidamus, Iulius. Ordinavit autem & alios duos, Priscum & Theodorum. Vniversus sexus presbyteri & diacones & clericus hoc poposcerunt a Silvestro episcopo, ut eos ordinaret. Ibi autem in thermis hos duos, Priscum & Theodorum subordinavit, non ordinavit & consecravit eos E nisi in gremio basilicæ consecravit, & præter synodum constituit.

CAPVT XI.

Vt nullus ex laica persona ad honorem acolythus usque ad episcopatum sublevaretur, nisi prius fuisset lector annis triginta, deinde uno die exorcista, & postea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine acolythi annos decem, ut acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset annos quinque. Deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus triginta presbyteris examen, ut esset subdiaconus cardinalis, quia a prima sede erat constitutum, ut serviret annos septem. Hoc enim quod si quis desideraret ordinem presbyteri, ita exigeretur ut in septem annis a cuncto clero Romano probaretur doctrinæ, nativitatis,

Anno Christi 324.

sitatis, & consilio, non expetens prædam a quaquam opinione clara firma omnes presbyteri declararent & firmarent, & sic ad ordinem presbyterii accederent, & facerent in eodem ordine annos tres. Et si exigit ordo, vel dispositio, vel cura pietatis, aut sanctitatis, ad onus episcopatus accedere, ut omnis clerus peteret ordinari ex uno voto perenni. Quod ita gestum sit, & sermonibus Silvestri episcopi nil opponebat, sed magis firmabant, prece. Dixit autem & hoc Silvester episcopus urbis Romę: Audite sancti & coepiscopi. Nemo abscondat, quod ei videtur justitia objurgare. Responderunt cum omnes episcopi, & dixerunt, clamantes universis presbyteris clericisque: In te justitia, & pietas a te non discedat, quoniam a nobis nihil judicabitur, in opinionem dictorum tuorum, quoniam sapientia non est, nisi in patientia fuerit constructa. Dixit autem Silvester episcopus: Quoniam si sapientia non est, nisi in patientia, quidquid sermone fixero, vestro cyrographo confirmetur.

CAPUT XII.

Nemo enim det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum petenti baptismũ: omnibus enim prędicantes date, Matth. ultimo.

CAPUT XIII.

Nemo enim nisi velamen cæleste acceperit, primum conjugii per manus sacerdotis ad clericatus honorem non accedat. Finctus est enim.

CAPUT XIV.

Testimonium clerici adversus laicũ nemo recipiat.

CAPUT XV.

Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet, nisi in ecclesia.

CAPUT XVI.

Nemo enim clericus, vel diaconus, aut presbyter propter causam suam qualibet intret in curia quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio simulacrorum est. Quod si quis clericus in curia introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam A communione autem non privetur propter tempus turbidum.

CAPUT XVII.

Nemo enim quemquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus supra clericum vel servitorem ecclesiæ ad cędem perducat. Sed si ita causa exigit clerici, triduo privetur honore, ut pœnitentes redeant ad matrem ecclesiam.

CAPUT XVIII.

Nemo enim diaconus adversus presbyteros afferat crimen turpitudinis.

CAPUT XIX.

Nemo enim presbyter a die onus presbyterii sumat conjugium, ut si quis neglecto exierit, duodecim annis eum dicimus privari honore. Quod si quis hunc cyrographum præsentem & publica egerit dictum condemnetur in perpetuum.

A generositatis, & consilio non expetens prædam a quoquam opinione clara firmarent omnes presbyteri declararent & firmarent, & sic ad ordinem presbyterii accederet, & faceret in eodem ordine annos tres. Et si exigat ordo vel dispositio, vel cura pietatis aut sanctitatis, ad onus episcopatus accederet, ut omnis clerus peteret ordinare ex uno voto perenni, quod ita gestum sit, quod & sermonibus Silvestri episcopi nil opponebat synodus, sed magis firmabat prece. Dixit autem B & hoc Silvester urbis Romę episcopus: Audite sancti & coepiscopi. Nemo ascondat quod ei videretur justitia objurgare. Responderunt omnes episcopi, & dixerunt clamantes cum universis presbyteris clericisque: Vincet justitia, & pietatis a te non discedat. Quoniam a nobis nihil judicabitur in opinione dictorum tuorum, quoniam sapientia non est, nisi in patientia fuerit constructa. Dixit autem Silvester episcopus: Quoniam si sapientia non est, nisi in patientia, quidquid sermo- C ne fixero, vestro chyrographo confirmetur.

CAPUT XII.

Nemo enim det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum, petenti. Baptismum enim omnibus date.

CAPUT XIII.

Nemo enim nisi velamen cæleste acceperit primum conjugii per manus sacerdotis, ad clericatus honorem accedat. Testimonium clerici adversus laicum non admitti. Finctus est enim.

D

CAPUT XIV.

Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat.

CAPUT XV.

Nemo enim clericum quemlibet in publico examinet, nisi in ecclesia.

CAPUT XVI.

Nemo enim clericus vel diaconus, aut presbyter propter causam suã quamlibet intret in curiam, quoniam omnis curia a cruore dicitur, & immolatio simulacrorũ est. Quoniam si quis clericus in curiam introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam. A commu- E nione autẽ non privetur propter tempus turbidum.

CAPUT XVII.

Nemo enim quemquã peccantem clericũ cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus supra clericum vel servitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici, duo priventur honore, ut pœnitentes ad matrem ecclesiam.

CAPUT XVIII.

Nemo enim diaconus adversus presbyterum offerat crimen turpitudinis.

CAPUT XIX.

Nemo enim presbyter a die onus presbyterii sumat conjugium, ut & si neglecto egerit, decem annis eum dicimus privari honore. Quod si quis contra hunc chirographum præsentem ac publice egerit dictum, condemnetur in perpetuum.

CAPUT

ANNO CHRISTI 324.

CAPVT XX.

Nemo enim h dijudicet primam sedem justitiæ desiderant temperari; neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque reges, neque a populo judex judicabitur. Et subscripserunt ducenti octoginta quatuor episcopi, & quadraginta quinque presbyteri, & quinque diaconi, & duo sequentes; & Augustus Constantinus, & mater ejus Helena. Et fixit canonẽ hunc Silvester episcopus urbis Romę, & omnibus episcopis aspersit. Actum in Trajanas thermas; 3. Kalendas Iunii, Donno Constantino i Augusto tertio, & Prisco consule.

b Huncce canonem supposititiũ Isidori mercem esse, aut saltem hanc vocẽ irrepsisse nemo dubitaverit, qui sub Constantino nullos in imperio Romano fuisse reges agnoverit: certe abest ea vox ab epist. Nicolai papæ ad Michaelem imp. orientis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*] Postquam imperator jam recens baptizatus ecclesiam donativis munificentissime locupletasset, hoc concilium a Silvestro pontifice indictum impensis necessariis piissime promovit, eo fine, ut publicam quamdam gratiarum actionem pro accepto beneficio Deo ageret, & Christianæ pietatis encænia primus Christianus imperator summo omnium gaudio celebraret. Ducenti octoginta sex episcopi a pontifice convocati, ab imperatore vehiculis adducti, & liberalissima annona sustentati, convenerunt Romæ in Thermis Trajani, quem locum Silvester pontifex nuper in titulum erexit, donisque plurimis imperator exornavit. Accidit id, quod ex ultimo capitulo constat, Crispo & Constantino III. consulibus, anno Christi nati 324. qui est Silvestri II. & Constantini imperatoris 19. Vnde quod principio epilogi auctor incertus aperte scribit, hanc synodum post absolutam Nicænam, Romæ in præsentia Constantini imperatoris celebratam esse, surreptitium est: quod præallegato canone vigesimo, Priscus loco Crispi collega Constantini ponitur, mendosum esse, ex Fastis constat. Causa conveniendi hæc erat, ut ecclesia ab hæreticorum & hostium incursu libera servaretur, & quæ ad disciplinam pacemque ecclesiasticam conservandam necessaria erant, instituerentur. Ideoque primæ actionis exordio Hippolytum diaconum Valentinianæ hæresis sectatorem, Callistum Sabellii hæresi maculatum, & Victorinum episcopum, qui receptos ab ecclesia paschales cyclos redarguere præsumpsisset, damnarunt. Quæ reliquis canonibus constituta sunt, fere omnia ad hierarchicum clericorum ordinem spectant. Quod in hac synodo de Ario & Ariana hæresi, quæ orientalem ecclesiam annis aliquot ante lapsis plurimum exagitavit, nulla mentio fiat, ea de causa contigisse videtur, quod pontifex & imperator anno sequente, majore cum apparatu & numero episcoporum totius orbis, concilium œcumenicum Nicææ in oriente communi consensu congregare decreverint eo fine, ut ubi immortali odio, & obstinata pertinacia ab Arianis digladiatum esset, ibi sanctorum episcoporum cœtus sacrosancta Dei castra, ad impietatem eorum oppugnandam, firmiter collocarent. Vide Baronium anno 324. num 123. & sequentibus.

Auctor concilii quis.
Numerus episcoporũ.
Locus concilii.
Tempus.
Causa & acta concilii.
In causa Arii decernitur Nicænũ concilium sequenti anno celebrandum.

b *Romanum*] Patres ducentos octoginta quatuor in thermis Trajani, ubi Silvester titulum a Constantino præclare dotatum erexit, convenisse supra diximus. Roma, quæ jure caput mundi appellata est, qualis olim ac etiamnum nostro tempore urbs sit, præclare admodum & erudite reverend. D. Georgius Braunius in celeberrimo & insigni suo theatro urbium his verbis declarat: *Roma domina & regina urbium, totiusque mundi caput, quem vere universum fortissimorum virorum rebus præstantissime gestis suo imperio subegerat. De primis ejus conditoribus tam multa & varia sententia quam diversi scriptores inveniuntur.* Et infra. *Communior fere omnium sententia, est, Romam a Romulo dici.* Et paulo post. *Tota ejus area ad tantam amplitudinem devenit, ut in circuitu collegisse dicatur viginti millia passuum, quæ quinque fere Germanica milliaria efficiunt. Regionibus quatuordecim quondam dividebatur. Portas suburbiorum & urbis in universum numero viginti quatuor fuisse refert Plinius. Livius autem ponit triginta septem. Turres imperio florente circum urbem erant 734. In quibus cum ita res ferret, præsidia collocabantur. Nunc turres solummodo 365. Portæ viginti quinque supersunt,* &c. *Fertur de Constantio imperatore, quod is campum Martium cum admiratione inspiciens, sepulchrum Augusti Cæsaris, tot æreis atque marmoreis simulacris ornatum, forum Romanum, Iovis Tarpeii delubra, thermas, porticus, amphiteatrum, Pantheon mira altitudine spatiosis molibus formatum, templum pacis, Pompeii theatrum, circum maximum, tot arcus triumphales, tot aquæductus, tot statuas per urbem ad ornatum positas, obstupuisse ac tandem dixisse: Naturam omnes vires in unam urbem effudisse. Tiberis fluvius a septemtrione urbem ingreditur, & ex latere meridionali Ostiam versus effluit. Sed quid plura de tanta tamque magnifica urbe commemorem? in qua legitimus & ordinarius sancti Petri successor, maximus ecclesiæ catholicæ pontifex residet,*

CAPVT XX.

Nemo enim judicabit primam sedem, quoniam omnes sedes a prima sede justitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur. Et subscripserunt ducenti octoginta quatuor episcopi, & quadraginta quinque presbyteri, & quinque diacones, & duo sequentes, & Augustus Constantinus, & mater ejus Helena. Et fixit canonem hunc Silvester episcopus in urbe Roma, & omnibus episcopis aspersit. Actuum in Trajanas thermas, 3. Kal. Iunii, Donno Constantino August. tertio, & Prisco consule.

veneranda sanctorum apostolorum & martyrum cernuntur reliquiæ, ubi jus Christiano orbi præscribitur. In qua denique suavissima Musa universam Græciam deserentes, sedem ac domicilium invenerunt; ut verissime Cicero de natura deorum lib. 3. tradat: Quemadmodum nihil in universa rerum natura mundo, sic in terra Roma nihil melius, nihil præstantius inveniri. Hæc de Roma Georgius Braunius beatæ Mariæ Vb. Colon. ad gradus decanus.

c *Epilogus brevis sequentis concilii Romani.*] Sunt qui auctoritate hujus epilogi, duo concilia post Nicænum Romæ sub Silvestro habita fuisse existiment: verum cum eadem, quæ a ducentis octoginta quatuor patribus, canonibus viginti, constituta sunt, ab auctore epilogi hujus summatim ac breviter recenseantur; & quod de Photinianis hac synodo condemnatis scribitur, plane falsum sit, ut ex notis Sirmiensis concilii infra patebit; non alicujus quarti, sed solius secundi Romæ sub Silvestro habiti res gestas ab auctore incerto hic descriptas contineri, verius esse putamus. Baronius anno 325. num. 201.

Quot concilia Romæ habita fuerint sub Silvestro.

d *Photinum.*] Cum ex actis Sirmiensis concilii Photinum longe post hæc tempora damnatum esse constet, hujus epilogi initium quod præfationis loco auctor incertus vero Romano concilio II. præfixit, ad hæc usque verba, *& constituit ut presbyterum*, de mendacio suspectum redditur. Reliqua quæ subjunguntur, ab eodem germano concilio Romano desumpta sunt, & in compendium redacta.

Photinus hæresiarcha damnatus quando.

e *Presbyteri autem Romani omnes & diaconi.*] Quod hic soli episcopi cum Silvestro pontifice sedisse, presbyteri autem & diaconi cum reliquo universo clero a tergo sedentium episcoporum stetisse narrantur, id modestiæ causa tunc saltem contigisse dicendum est; cum alioqui, teste Hieronymo epistola 85. ad Evagrium, in Romana ecclesia receptum fuerit, ut coram episcopis diaconi tantum stent, presbyteri vero sedeant: nam prædicta epistola sic ait: *Ceterum etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi. Licet paulatim increbrescentibus vitiis, inter presbyteros absente episcopo, sedere diaconum viderim.* Imo in concilio Carthaginensi IV. sancito hac de re canone trigesimo quarto statutum reperitur, ut *episcopus in quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur.*

Cap. I. Confessus in synodo qualis?

f *Diaconi cardinales.*] Qui hic appellantur diaconi cardinales, quod licet diversis in locis agerent, unius tamen ecclesiæ, ejusque primatiæ cardine continerentur; iidem supra in vita Fabiani, diaconi regionarii nominantur, quod ex officio singuli binis regionibus urbis præesse, pauperumque in eis degentium curam habere tenerentur. In quem finem quatuordecim urbis regionibus septem cardinales diaconi præfecti sunt, ut nimirum singulis binas regiones solicite curantibus, totius urbis pauperibus bene prospectum foret. Vide quæ notavimus ad vitam Euaristi & Fabiani.

Cap. 6. Diaconi cardinales & regionarii qui dicantur.

g *A die onus presbyterii sumat conjugium.*] Per conjugium hoc loco cum femina contubernium intellige, Vxorem ducere non tantum presbyteris, verum etiam subdiaconis hoc concilio prohibitum est. Itaque mulieris suspectæ contubernium vitandum esse, sub pœna ea, quæ additur, serio demandatur.

Cap. 19. Contubernia illicita quæ.

h *Nemo enim dijudicet.*] Hunc canonem Nicolaus Romanus pontifex citasse visus est, cum inter alia quibus temeritatem Michaelis imperatoris redarguit, sic ait: *Consonat huic necessaria sententia sanctus Silvester & magni Constantini baptizator, dicens: Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque a populo judex judicabitur, haud dubium quin ecclesiasticus.*

Cap. 20. Privilegiũ sedis apostolicæ.

i *Constantino Augusto III. & Prisco consulibus.*] legendum esse, *Crispo & Constantino III. consulibus*, Fasti consulares docent. Textum hoc loco corruptum esse, mirum non est, cum vix unum integrum versum invenias, in quem mendum non irrepserit. Quod initio anni 324. Crispus a patre occisus fuerit, hujus synodi celebratæ tempori nihil obstat. Quibus enim consulibus annus aperiebatur, & denominari incipiebat, iisdem etiam usque ad finem denominari perseverabat; licet defunctis, vel aliter se abdicantibus, alii in locum ipsorũ suffecti fuissent.

Ordinariis, non suffectis consulibus anni notabantur.



APPENDIX AD TOMUM PRIMUM CONCILIORUM.

AD PRÆFATIONEM ISIDORI MERCATORIS.

IN Isidori Præfatione sub finem, nimirum pag. 8. B. *omissa nonnulla sunt, nescio quo consilio, quæ in exemplaribus MSS. & in omnibus editionibus, Merlini, Surij, cæterisque aliis, reperiuntur. Hic ergo restituenda sunt.*

Nosse etiam oportet (licet cætera non infirmentur) quatuor esse principalia concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent ecclesiæ, tam de Patris, & Filij, & Spiritus sancti divinitate, quam de prædicti Filij & salvatoris nostri Incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est trecentorum decem & octo episcoporum, sub Constantino Augusto peracta, in qua Arianæ perfidiæ blasphemia condemnata, qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat: consubstantialem Deo Patri Dei Filium eadem sancta synodus per symbolum definivit. Secunda synodus est centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore, Constantinopoli congregata, quę Macedonium, sanctum Spiritum Dominum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri & Filio eundem Paracletum demonstravit; dans latius symboli formam, quam tota Gręcia & Latinitas in ecclesiis prædicant. Tertia synodus est Ephesina prima, ducentorum episcoporum, sub minore Theodosio Augusto edita, quę Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu Christi personam. Quarta est synodus Chalcedonensis, sexcentorum triginta sacerdotum, sub Martiano principe habita, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem, *Verbi Dei & carnis unam naturam pronunciantem, & ejus defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursum Nestorium, cum reliquis hereticis, una patrum sententia prędamnavit: prędicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in eo unam personam & Divinę & humanę confiteatur naturę. Hęc sunt, ut prędiximus, quatuor principales & venerabiles synodi, fidem catholicam complectentes. Sed & si qua sint concilia, quę sancti patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor autoritatem, omni manent stabilita vigore, quorum etiam gesta in hoc opere condita continentur.

Primo quidem, &c. *ibid.*

S. CLEMENTIS PAPÆ AD CORINTHIOS EPISTOLA PRIMA.

EPistolam hanc jam habes supra, pag. 123. *tomi hujus; uti a Patricio Iunio edita primum Oxonij fuerat. At cum id observasset Junius, ut quæ de coniectura sua explendis codicis MS. lacunis quibusdam addiderat, minio a cæteris distinguerentur: nescio qui sit factum, ut a typographis nostris hæc cautio negligeretur. Lacunosa igitur epistolæ loca iterum exhibemus: lacunis ipsis, ut MS. codicem maiori fide repræsentemus, relictis omnino vacuis.*

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ

Ἐπιστολὴ Α.

.......σία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα ...... τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ πα.....σῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγ......οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ ....ων Ἰησοῦ Χριστοῦ. ......μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο....·ρος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη, ...μένων ἰδίους, καὶ ἐπ᾽ ἀλλήλοις... .....ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ .....πτώσεις, ἀδελφοὶ βράδιον ....ίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιη...αι, περὶ τῶν ἐπιζητουμένων ..ρ᾽ ὑμῖν πραγμάτων, &c. sequuntur multa sine lacunis ullis, prorsus ut extant supra.

Pag. 128. lin. 14. nostræ editionis. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον. ....οι καὶ δικαιότατοι στ... ....θησαν καὶ ἕως θανάτ.. ...... λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν. ..... τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους. . ....ος διὰ ζῆλον ἄδι-

APPENDIX TOM. I.

κον οὐχ . . . . . δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπο- A . . . . . . πόνους, καὶ οὕτω μαρτυ. . . . . ἐπορεύθη. εἰς τὸν ὀφειλ. . . . . τόπον τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον . . Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον . . . . . . εν, ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, . . . δευθεὶς, λιθασθεὶς, κῆρυξ . . . . γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν . . . δύσει. τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, κ. . . . . τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν, καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός. Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν θείως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλαῖς αἰκίαις καὶ B βασάνοις διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. Διὰ ζῆλον διωχθεῖσαι γυναῖκες [Δαναΐδες καὶ Δίρκη] αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησα. . . καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Αδὰμ, τοῦ . . νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερρίζωσεν. ταῦτα, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον ὑμᾶς νουθετοῦντες, ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ὑπομνήσκοντες . . . ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμὲν C σκάμμ. . . καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκει. . . Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς κ. . ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθω. . . ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τ. . . . . σεως ἡμῶν κανόνα· . . . . . μεν τί καλὸν, καὶ τί τερπνὸν . . . . . . σδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποι. . . . . . ος ἡμᾶς. . . . . . . ωμεν εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ... μεν ὡς ἔστιν τίμιον τῷ Θεῷ . . . . αὐτοῦ ὅ, τι διὰ τὴν ἡμετέραν . . . ηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ κό. . . μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. . . . . . . ωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, ... ακαταμάθωμεν ὅτι ἐν γενεᾷ γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδω. εν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ᾽ αὐτὸν, &c.

Pag. 132. lin. 12. nostræ editionis. Επισταθέντων δὲ τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ λεγόντων. . . . . θον οἱ κατάσκοποι τῆς . . . . ἐξάγαγε αὐτοὺς, ὁ γὰρ βα. . . . . τως κελεύει· Η δὲ ἀπεκρίθη, εἰσῆλθον . . . . δρες οὓς ζητεῖτε πρός με, ... ως ἀπῆλθον, καὶ πορεύον. . . . . ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ. . . . . . . Καὶ εἶπεν πρὸς τοὺς ἄνδρας, ... σκουσα γινώσκω ἐγὼ, ὅτι . . . . ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν . . . . . . λιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ . . . μος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κα. . . . . κοῦσιν αὐτήν· ὡς ἐὰν οὖν γέ. . . . . λαβεῖν αὐ- E τὴν ὑμᾶς, &c.

Pag. 132. D. nostræ editionis. Οὓς ἐλάλησε διδάσ. . . ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν, . . τως γὰρ εἶπεν, Ελεεῖτε ἵνα ἐλεη. . τε, ἀφίετε ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν, . . . ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑ. . . . ὡς δίδοτε οὕτω δοθήσεται ὑ. . . ὡς κρίνετε οὕτω κριθήσεται . . . . . ὡς χρηστεύεσθε, οὕτως χρη. . . . . . εται ὑμῖν. ᾧ μέτρῳ με. . . . . . ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται

A ὑμῖν. . . . . ῇ ἐντολῇ καὶ τοῖς παραγγέλ. . . στηρίξωμεν ἑαυ. . . τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόους . . . . τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐ. . . ταπεινοφρονοῦντες· . . . . ν γὰρ ὁ ἅγιος λόγος, Επὶ τίνα . . . ἐπιβλέψω ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ . . . χιον καὶ τρέμοντά μου τὰ λόγια; . . . χιον οὖν καὶ ὅσιον, &c.

Pag. 136. lin. 9. nostræ editionis. Αλλ᾽ αὐτὸς ἑαυτοῦ κατη. . . . . οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύ. . . . . μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτο. . . Μωσῆς πιστὸς ἐν ὅλῳ . . . . αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆ. . . . . . σίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς . . . . ἀπὸ τῶν μαστίγων καὶ τῶν . . . . σμάτων αὐτῶν ἀλλὰ κἀκ. . . . . δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμ. . . λορρημόνησεν· ἀλλ᾽ εἶπεν ἐ. B . . . βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ διδο. . . νου. Τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι με πέμπ. . . ἐγὼ δὲ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ β. . . δύγλωσσος, &c.

Pag. 136. C. Απόστρεψον τὸ πρόσωπ. . σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψ. . καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμ. . . ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὺ ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· μὴ ἀπο. . . ψῃς με ἀπὸ προσώπου σου, ... μα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀνταν. . . . . μου. ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλ. . . . . . . οῦ σωτηρίου σου· καὶ πνεύματι . . . . . νικῷ στήριξόν με. διδά. . . . . . . μους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀ. . . . . . C ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σέ· . . . . . με ἐξ αἱμάτων ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς τῆς . . . ηρίας μου. . . . . . ιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν . . . αιοσύνην σου· κύριε τὸ στόμα μου . . οίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγ. . . λεῖ τὴν αἴνεσίν σου· ὅτι εἰ ἠ. έλησας θυσίαν, &c.

Pag. 136. lin. ultima. Τὸν τετα. μένον ὑπ᾽ αὐτοῦ δρόμον διανύ.ουσι. μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδί.οντα. Ηλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέ.ων τε χοροὶ, κατὰ τὴν διαταγὴν . . . τοῦ ἐν ὁμονοίᾳ δίχα πάσης . . ρεκβάσεως, ἐξελίσσουσιν τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμοὺς, &c.

Pag. 140. lin. 5. Πρ. . . . . κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ . . . . θρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ D μνημ. . . . . . αὐτῶν. ἐκέκραξεν ὁ δ. . . . . . . καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐ. . . , ... πασῶν τῶν θλίψεων . . . σατο αὐτόν· πολλαὶ αἱ μα. . . . . τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐ. . . . . . τας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσ. . . Ο οἰκτίρμων κατὰ πάντα κ. . . . . . . γετικὸς πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐ. . φοβουμένους αὐτὸν, ἠπίως . . καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτ. . ἀποδιδοῖ, τοῖς προσερχομένο. . αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ, &c.

Pag. 140. media nostræ editionis. ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρ. . . ἀναστήσας. Ιδωμεν, ἀγαπητοὶ, τὴν κατὰ κα. . . . γινομένην ἀνάστασιν· ἡμέρ. . E . . . νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ. . κοιμᾶται ἡ νὺξ, ἀνίσταται ἡ. . . . ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ . . . . εν τοὺς καρποὺς ὁ σπόρος . . . . τινα τρόπον γίνεται. Εξῆλ. . . . . εἴρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, ... ντων σπερμάτων, ἅτινα πέ. . . . . ις τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ, δι. . . . . εἶτ᾽ ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγα. . . . . . . ις τῆς προνοίας τοῦ δεσπότου . . . . νησιν αὐτὰ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλεί. . .

...ξει, καὶ ἐκφέρει καρπόν. ...μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ ...όμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς ...ποις, τουτέστιν περὶ τῆς Ἀραβίας, &c.

Pag. 140. lin. ultima. .έγει γάρ που, καὶ ἐξαναστήσεις με, .αὶ ἐξομολογήσομαί σοι. .αὶ, ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξη..ρθην ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. ... πάλιν Ἰὼβ λέγει, Καὶ ἀναστήσεις .... σάρκα μου ταύτην, &c.

Pag. 144. lin. 3. Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ... ....σκων τὸ μέλλον, ἡδέ.. .....το θυσία. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφρ...... ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ... ....φὸν, καὶ ἐπορεύθη πρὸς ......, καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδό.. ...... τὸ δωδεκάσκηπτρον τοῦ ......· ..τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρι... κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται ... ..γαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομ.... δωρεῶν. ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἱερεῖς, καὶ λευῖται πάντες, οἱ λειτουργ...τες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ, &c.

Ibid. B. C. Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; ἀργήσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας, καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην; μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότ.. ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι, ἀλλὰ σπεύσωμεν μετ' ἐκτενεία. καὶ προθυμίας, πᾶν ἔργον ἀγα... ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς, καὶ δ....... τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐ...κράτει οὐρανοὺς ἐστήρι..., καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ σ.... ἐκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε .....εισεν ἀπὸ τοῦ περιέχον... ..τὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν .. ...-.ον ἀσφαλῆ, τοῦ ἰδίου βου....τος θεμέλιον· τά τε ἐν αὐ.. ..α φοιτῶντα, τῇ ἑαυτοῦ ....ξε ἐκέλευσεν εἶναι. θάλασ..... .αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδημι..... ας, ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ ..νάμει. ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον, ... παμμ..... κατὰ διάνοιαν .....ωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα, &c.

Pag. 145. lin. 4. ante finem. κ... ....χεσιν τὰ πέρατα τ.. ...· καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ... .... ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν ... ... ἐχθρούς σου ὑποπόδιο.... ..-δῶν σου. τίνες οὖν οἱ .... οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσ...... -. ... τῷ θελήματι τὸ θέλημα..... Στρατευσώμεθα οὖν, ἀν.... ....-φοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενεί.. .... ἀμώμοις προστάγμασιν.... κατανοήσωμεν τοὺς στρατ...-μένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ... πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐεκτ.... πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ...σι τὰ διατασσόμενα. οὐ πάντ.. εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἡγουμένων, ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὐδὲ οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τις ἐστὶν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν· οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς. τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συμπνεῖ, καὶ ὑποταγῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον. Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσ.. ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, κα... καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ· ὁ ἰσχυρὸς μὴ τημελείτω τὸν ἀσθενῆ. ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθ.. τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτ.., ἀλλ' ἐάτω ὑπ' ἑτέρου ἑαυτὸν μ..τυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσ... ... ...ρός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν ..... τὴν ἐγκράτειαν. Αναλογι....θα οὖν ἀδελφοὶ ἐκ ποίας .... ἐγεννήθημεν, ποῖοι καὶ τί-...: ...σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, ...οῦ τάφου, καὶ σκότους· .. ....σας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας, ...αγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, ...τοιμάσας τὰς εὐεργεσίας ...οῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. ....α οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, ...λομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν ..τῷ· ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. &c.

Pag. 148. lin. ult. & pag. 149. lin. 1. Καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως .... γίνεσθαι, &c.

Pag. 149. lin. 8. ante finem. πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν,.... ...δείξατο τοῖς φυλάρχοις ... .γίδας, καὶ ἤνοιξεν τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, καὶ προε....... ῥάβδους. καὶ εὑρέθη ἡ ῥά.... Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλα......: ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ π...... Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν ἔ..... μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀ......σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὕτ. ....ησεν, εἰς τὸ δοξασθῆναι .. ...μα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου ....ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. &c.

Pag. 152. lin. 23. C. Ορῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένου.. ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας. φιλόν.... ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ ... ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. Ε.......ε εἰς τὰς γραφὰς τὰς ἀληθεῖς .....πνεύματος τοῦ ἁγίου. ἐπίστασθαι.... ..δὲν ἄδικον οὐδὲ παραπε....μένον γέγραπται ἐν αὐταῖς· .. ... .υρήσετε δικαίους ἀποβε.... ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν· ....ώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνό..ν· ἐφυλακίσθησαν, ἀλλ' ὑπὸ...οσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα..-νόμων· ἀπεκτάνθησαν .. ὁ τῶν μιαρῶν, καὶ ἄδικον ζῆλον ...ειληφότων· ταῦτα πάσχοντες ..κλεῶς ἤνεγκαν. .. :αρ εἴπωμεν, &c.

Pag. 152. lin. 8. ante finem. Εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. ἵ.. π·ἐρεῖς, καὶ θυμοὶ, καὶ, &c.

Pag. 156. lin. 1. ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρ....-..., εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ, ...θα καὶ αἰτώμεθα ....οις αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ ....., δίχα προσκλίσεως ἀνθ....... ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι ἕως τῆσδε ἡμέρας παρῆ..... ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν..., κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν ἔχου... χώραν εὐσεβῶν·

APPENDIX TOM. I.

APPENDIX TOM. I.

οἱ φανερ. . . . . . ται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ. . . . τοῦ Χριστοῦ· γέγραπται γὰρ, Εἰσελ. . εἰς τὰ ταμεῖα μικρὸν ὅσον . . . . ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θ. . . . μου, καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς . . . τῶν θηκῶν ὑμῶν. Μακάριοι ἐσμὲν, ἀγαπητοὶ, εἰ . . . προστάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐ. . . μονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ. . . ἡμῖν δι' ἀγάπης, τὰς ἁμαρτίας . . . . γέγραπται γὰρ, Μακάριοι . . . . . θησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκα. . φθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος ἀ . . . ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος· Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν. Οσ. . . . . παρ. . . μεν διά τινος τῶν . . . ἀντικ. . . . . ου, ἀξιώσωμεν . . . . καὶ ἐκεῖνοι δὲ οἵτινες ἀρχηγοὶ τῆς στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγενήθησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης . . . τευόμενοι, ἑαυτοὺς θέλουσ. . μᾶλλον αἰκίαις περιπίπτειν, ... πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατάγνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῆς καὶ δικαίας ὁμοφωνίας. Καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων, ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· ὧν τὸ κρίμα πρόδηλον ἐγενήθη· κατέβησαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶντες, καὶ θα. . . . . υτοὺς. Φαραὼ καὶ ἡ στρα. . . . . τοῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμεν. . . . . ὕπου, τάτε ἅρματα καὶ οἱ . . . . ται αὐτῶν, οἱ δι' ἄλλην τινὰ . . . . . . ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν. . . . . αν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ . . . . σκληρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ. . . . . καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι . . . . . . τα τέρατα ἐν γῇ αἰγύ. . . . . θεράποντος τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως. Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοὶ, . . δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων, . . . δὲ οὐδενὸς χρῄζει, εἰ μὴ τὸ . . . ομολογεῖσθαι αὐτῷ· φησὶ γὰρ ὁ ἐκλεκτὸς Δαβίδ· Ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν. καὶ πάλιν λέγει· θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με· θυσία γὰρ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. Ἐπίστασθε γὰρ, καὶ καλῶς ἐπίστα. . , . . ς ἱερὰς γραφὰς, ἀγαπητοὶ, ... κύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ . . . . νάμνησιν οὖν ταῦτα . . . . . . Μωϋσέως γὰρ ἀναβαί. . . . . ς τὸ ὄρος, καὶ ποιήσαν. . . . . ἀκοντα ἡμέρας, καὶ τεσσ. . . . . α νύκτας, ἐν νηστείᾳ . . . . ὤσει· εἶπεν πρὸς αὐτὸν . . . . Μωϋσῆ, κατάβηθι . . . . ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν . . . . . . ου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς . . . . υ· παρέβησαν ταχὺ ἐκ . . . . ῆς ἐνετείλω αὐτοῖς, ... ν ἑαυτοῖς χωνεύματα. . . . . ν κύριος πρὸς αὐτὸν, λελάλη. . . . . . . σε ἅπαξ καὶ δὶς λέγων, ... τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ . . . . . κληροτράχηλος· ἔασόν με . . . . ολεθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ ἐξα. . . . . . ὸ ὄνομα αὐτῶν

A ὑποκά. . . . . τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ποιήσω . . . . . . θνος μέγα καὶ θαυμαστὸν . . . . . . μᾶλλον ἢ τοῦτο. . . . . ωϋσῆς, μηδαμῶς κύριε, ... ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, &c.

Pag. 157. lin. penult. Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ . . . . τὰ δὲ τέκνα σου ὥσπερ . . . . τανον τοῦ ἀγροῦ, ἐλεύσῃ . . . . . . φῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος, κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσ. . . . . . . ία ἅλωνος καθ' ὥραν συ. . . . . αθεῖσα· Βλέπετε, ἀγαπη. . . . . . . πειρασμός ἐστιν τ. . . . . . . B ομένοις ὑπὸ τοῦ δεσπό. . . . . ἀγαθὸς ὢν παιδ. . . . . ηθῆναι ἡμᾶς, διὰ τῆς ὁσίας . . . δείας αὐτοῦ. Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν . . . στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ. . . . . τε τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ π. . . . . . θητε εἰς μετάνοιαν κάμψ. . . . . . τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν, μάθετε ὑποτάσσεσθαι ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθά. . . . . ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν . . ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος σοφία. Ἰδοὺ προήσομαι . . . . πνοῆς ῥῆσιν, διδάξ. . . C . . . . τὸν ἐμὸν λόγον. . . . . , καὶ οὐχ ὑπηκούσα. . , ... νον λόγοις, καὶ οὐ. . . . ., ἀλλ' ἀκύρους ἐπο. . . . . βουλὰς, τοῖς δὲ ἐμο. . . . . ἠπειθήσατε· τοιγα. . . . . τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ. . . . . μαι· καταχαροῦμαι . . . . ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρο. . . . . φίκηται ὑμῖν ἄφνω θ. . . . . καταστροφὴ ὁμοία . . . . ρῇ, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμ. . . . . καὶ πολιορκία. Ἔσται γὰρ ὅταν ἐπικαλέσησθέ με, ἐγὼ δὲ . . . . . . κούσομαι ὑμῶν. ζητοῦ. . . . με κακοὶ, καὶ οὐχ εὑρ. . . . . ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν. . . . . βον τοῦ κυρίου οὐ προείλα. . . . . ἤθελον ἐμαῖς προσέ- D χ. . . . . ἐμυκτήριζον δὲ ἐμοῦ. . . . . Τοιγαροῦν ἔδονται τῆ. . . . . ὁδοῦ τοὺς καρποὺς, κα. . . . . ἀσεβείας πλησθήσ . . . . .

************** ********

****

Desiderantur hic quędam in gręco.

. . . . . . ητον ὁ παντεπόπτης Θεὸς, . . . δεσπότης τῶν πνευμάτων, καὶ κύριος . . σης σαρκός· ὁ ἐκλεξάμενος . . ν κύριον Ἰησοῦν χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ . . ς λαὸν περιούσιον, δῴη πάσῃ . υχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλο. ρεπὲς, καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, . ίστιν, φόβον. Quæ supersunt pauca, integra sunt, ut supra, pag. 160. C. D.

E CONCILIVM ALEXANDRINVM

INCERTI LOCI

Ab Heracla Patriarcha celebratum circa annum Christi CCXXXV.

Ex Eutychii Patriarchæ Alexandrini Annalibus.

HEraclas Patriarcha Alexandrinus episcopos constituit viginti. Ex his unus erat, Ammonius dictus, religionis desertor. De quo simul ac ad Heraclam delata est fama, congregavit is synodum episcoporum, & in urbem Ammonij perrexit, ubi re satis cognita & perspecta, eum ad veritatem reduxit.

Appendix Tom. I. Pag. 1421. C.

IACOBI SIRMONDI S. I. NOTÆ POSTVMÆ IN CONCILIVM ARELATENSE I. anno Christi CCCXIX. habitum.

Supra editum pag. 1421.

Nunc primum editæ.

Concilium hoc S. Augustinus lib. II. de baptismo contra Donatistas, ejus autoritate, tacito licet nomine, illos impugnans, plenarium, universale, atque universæ ecclesiæ concilium vocat: quod eo nimirum non ex Gallicanis modo, verum etiam ex universis propemodum Italiæ, Africæ, Hispaniæ, Britanniæ, totiusque Occidentis provinciis, episcopi convenerint. Totum orbem, sicut universam ecclesiam dicere, quę toto Occidente pateret, tum Augustino, tum aliis olim sacris scriptoribus, mos fuit. Quare de hac ista synodo agens concilium II. Arelatense can. XVIII. sic loquitur: *Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus congreganda: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, sub S. Marini tempore legimus celebratum fuisse concilium atque conventum.*

Pag. 1421. B.

CÆCILIANI ET DONATISTARVM CAVSA.] De Donatistis, qui contra Cæcilianum episcopum schisma fecerant in Africa, judicatum superiore anno jam fuerat in concilio Romano, cui præsidens Melchiades papa Cæcilianum, repulsis illorum criminationibus, innocentem pronunciarat. Sed quia Donatistæ, de concilij Romani judicio quamvis injuste conquerebantur, cessit illorum pertinaciæ Imperator, decrevitque ut in altero episcoporum consessu iterum audirentur. Itaque synodum apud Arelatem ea de causa congregari jussit. S. Augustinus epistola CLXII. *Iudices*, inquit, *ecclesiasticos, tanta auctoritatis episcopos, quorum judicio & Cæciliani innocentia, & eorum improbitas declarata est, apud imperatorem accusare ausi sunt quod male judicarint. Dedit ille aliud Arelatense judicium: aliorum scilicet episcoporum, non quia jam necesse erat, sed eorum perversitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam impudentiam cohibere.* Meminit synodi ejusdem & alibi sæpe, ut in epist. LXVIII. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXXI. lib. I. contra epistolam Parmeniani, & aliis locis.

Ibid. C.

EPISTOLA CONSTANTINI] Hanc inter cæteras designat August. epist. 165. documenta enumerans, quę ad Donatistarum causam pertinebant: *Itemque alias*, inquit, *literas, ubi declarat memoratus imperator, eos apud se de collegarum suorum judicio, id est episcoporum, quos ad urbem Romam miserat, fuisse conquestos: ubi etiam alios episcopos voluis apud Arelatum judicare.* Ad judicium Arelatense convocari oportuit primum partes ipsas, quę dissidebant, tum futuros judices episcopos. Partes igitur, hoc est Cæcilianum & ejus æmulos Donatistas, ex Africa venire jussit hac epistola. Iudices episcopos ex Italia, Gallia, Hispania, Britannia, aliis litteris evocavit, quarum specimen est in sequenti epistola ad Chrestum Syracusanum. Tempus autem habendo concilio præfixum, ut ex utrisque epistolis patet, dies Kalendarum Augustarum.

Pag. 1422. C.

SINGVLAS TRACTORIAS TRIBVAS.] Tractoriæ dicebantur diplomata seu codicilli, quibus copia fiebat usurpandi cursus publici. Glossę juris: *Tractoria*, κέλευσις ἐπάρχου· ἢ καὶ κομβῖνα, ἤτοι σύνθημα περὶ τῶν δρομικῶν ζώων. *Iussio præfecti, sive combina vel synthema de cursualibus animalibus.* Angarialis etiam dicitur in epistola præfectorum ad Celsum vicarium Africę, de Donatistis qui in Gallias Cęcilianum accusaturi venerant ad Constantinum: *Angarialem his cum annonaria competentia usque ad Arelatensem portum secundum imperatum clementissimi principis dedimus.* Cæterum ut ad synodum Arelatensem venturis hoc loco, sic ad synodum postea Nicęnam evocatis, concessam a Constantino evectionem publicam, auctores sunt Eusebius lib. 3. de ejus vita cap. 6. & Theodoretus lib. I. cap. 7. Constantini vero exemplum alij deinceps, qui synodos coëgere, principes imitati sunt.

Pag. 1423. A.

CHRESTO EPISCOPO SYRACVSANO.] Vera Constantini ad Chrestum epistola non extat. Nostra hęc ad Gręcam ejus interpretationem efficta est, quam ex latina Constantini expressam habet Eusebius lib. 10. histor. cap. 5. Nec vero ad Syracusanum tantum episcopum missa est, sed ad alios etiam diversarum provinciarum antistites. Quod genus epistolas generales appellabant, quia uno exemplo, paucis mutatis, ad diversos mittebantur. Cujusmodi est illa, quam suo loco reddidimus, Ravennij Arelat. epistola generalis, qua episcopos ad synodum evocat in causa insulæ Lirinensis.

A EPISTOLA SYNODI ARELAT.] Synodicæ hujus pars prior Donatistas perstringit, eosque synodi sententia damnatos ac repulsos docet. Pars altera canones continet, qui a synodo, discussa & finita Donatistarum causa, sanciti sunt. Sed in mutilo exemplari, prćter canones plurimos, qui desiderantur, deerat etiam mentio epistolę quam synodus de rebus in ea gestis ad Constantinum scripserat, iisque rescribere Imperator *tædians*, ut ait, *jussit omnes ad suas sedes redire.* Neque enim, quod nonnulli faciunt, sic accipi debent hęc verba, quasi Constantinus synodo interfuerit, quem abfuisse docebimus: sed ad ejus rescriptum referenda sunt, quod infra post canones editum est suo loco.

CANONES.

Can. I. B VT VNO DIE ET VNO TEMPORE.] Idem postea constituit synodus Nicęna. Constantinus in epistola de synodi decretis apud Eusebium lib. 3. de ejus vita cap. 18. κοινῇ πάντων ἤρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. *Visum est*, inquit, *communi omnium judicio, sanctissimum Pascha festum uno eodemque die celebrandum esse.* Antea enim, ut Epiphanius de eadem re agens observat hæresi 69. διαφόρως παρὰ πᾶσιν ἐφυλάττετο, καὶ πολλὴ φύρσις ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. *Non eodem omnes tempore observabant, & summa erat per illud tempus confusio.*

IVXTA CONSVETVDINEM.] Moris hujus meminit Innocentius papa epistola 10. ad Aurelium episcopum Carthaginiensem, cui suam de anni, ut reor CDXIV. Paschali die sententiam expromens, quid ipse cum suis sentiat rescribi postulat: *quo deliberatum*, inquit, *Paschalem diem jam litteris ante, ut moris est, servandam suo tempore præscribamus.* Meminit & Leo magnus epistola 9. editionis nostræ C ad Ravennium Arelatensem, ubi ad suam id solicitudinem Divina institutione, & paterna traditione, pertinere significat.

Can. II. ORDINATI FVERINT MINISTRI.] Ministros hoc loco interpretor subdiaconos, & reliquos inferioris ordinis clericos: ut apud Optatum lib. I. *Certa membra sua habet ecclesia, episcopos, presbyteros, diaconos, ministros, & turbam fidelium.* & Concilij Laodicensis canone XX. & aliis ὑπηρέται *ministri* peculiari nomine dicuntur subdiaconi. Diaconos sane hoc loco non comprehendi conjectura est, quia de his postea præcipitur can. XXI. Alioqui ministros proprie appellari diaconos vox ipsa demonstrat, & ministrare in ecclesia generatim omnes dici, etiam episcopos, docet titulus epistolæ 215. Augustini: *Sanctæ plebi, cui ministro, mimbris Christi, Augustinus.*

Can. III. QVI ARMA PROIICIVNT IN PACE.] Qui extra bellum infestis armis alios petunt, eisque vim aut necem inferunt, hoc est qui effundunt sanguinem belli in pace, ut de Ioabo sacræ litteræ loquuntur libro 3. Regum D cap. II. Sicarios enim & homicidas designat, quos a sacra communione passim canones excludunt. Quare projicere arma, hoc loco non est arma abjicere, sed in alium conjicere. Quod dum insolens quibusdam videtur, canonem non ad homicidas, sed ad ῥιψάσπιδας & militiæ desertores, retulerunt, ut Ivo Carnotensis, qui pro eo quod *in pace* scriptum est, *in prælio* legit, parte 10. cap. 121.

Can. IV. DE AGITATORIBVS.] Circissarij agitatores dicti sunt in synodica ad Silvestrum. Aurigę nimirum Circenses, seu quadrigarij, qui quadrigas agitabant in Circo. De his synodus Eliberitana, quæ Arelatensem paucis annis antecessit, canone LXII. eodem modo statuit, ut si post susceptam fidem ad pristinam artem reversi fuerint, ab ecclesia projiciantur.

Can. V. DE THEATRICIS.] Scenicos quoque histriones, ut Tertullianus in libro de Idololatria docet, Dei disciplina non recipit. Itaque hoc loco excommunicantur quamdiu E agunt & artem exercent. Et episcopi Africæ petendum ab Imperatoribus statuunt synodi Africanæ can. XXX. ne histriones, qui Christiani fiebant, ad artem exercendam reduci vel cogi liceat. At S. Cyprianus, epistola 61. ad Eucratium, etiam histrioni, qui a theatro ipse cessaverat, sed artem alios docebat, negandam communionem decrevit.

MANVM IMPONI.] Hoc ipsum est quod patres Eliberitani canone XXXIX. prćceperant, gentilibus, si in infirmitate desideraverint, manum imponi, & Christianos fieri. Ad fidem Christi venientibus primum omnium manus imponebatur, & Christiani exinde, credentesque vocabantur, postea catechumeni, ac demum suscepto baptismo, fideles. Sulpitius Severus de vita sancti Martini cap. 10. *Nemo fere ex immani illa multitudine gentilium*

APPENDIX TOM. I.

fuit, qui non impositione manus desiderata, in Dominum Iesum Christum, relicto impietatis errore, crediderit. Idem cap. 16. *Quo viso Tetradius Dominum nostrum Iesum credidit, statimque catechumenus factus, nec multo post baptizatus.* Denique synodus prima Constantinopolitana canone VII. de hæreticis quibusdam, ὡς Ἕλληνας, inquit, δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς χριστιανούς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἶτα βαπτίζομεν. *Velut gentiles admittimus: & primo quidem die eos Christianos facimus, altero catechumenos, deinde baptizamus.* Can. XLV. Eliberitano, catechumeni dicuntur Christiani, & Aug. de Pastor. cap. 13. Constat ergo impositionem manus in his canonibus non ad baptismum, quod nonnullis placuit, neque ad confirmationem, referri oportere, sed ad ritum illum quo Christiani fiebant. Aliud enim, ut dixi, Christiani & credentes erant, aliud fideles. Augustinus epistola 67. ad Alypium. *Narrat*, inquit, *gaudia de Gabiniano, quod non solum Christianus, sed etiam fidelis sit valde bonus per Pascha proxime baptizatus.* Gaudentius Brixianus Tract. 5. *Huius agni carnem tam fideles in mysterio, quam simul universi credentes, in fide debemus edere.* Chrysologus vero sermone 52. *Hinc est, quod veniens ex gentibus, impositione manus & exorcismis ante a dæmone purgatur, & apertionem aurium percipit, ut fidei capere possit auditum.* Et Cod. Theod. lex 2. de apostatis, distinguit Christianos ac fideles, a Christianis & catechumenis tantum.

Can. VII. DE PRÆSIDIBVS QVI FIDELES.] Christiani olim, dum pagani principes fuerunt, a publicis fere administrationibus abstinebant, ut docet Tertullianus libro de Idololatria cap. 17. quia propter curam sacrorum spectaculorumque, quam sustinere magistratus solebant, difficillimum erat, ut omnem idololatriæ labem evaderent. Idcirco qui magistratum aliquem capessèrent, eos, quamdiu in eo versabantur, a communione prohibebant. Quod Eliberitani canones ostendunt, præcipue LVI. *Magistratum, anno quo agit duumviratum, prohibere placuit, ut se ab ecclesia cohibeat.* Nunc vero, quia sub principe Christiano minus erat periculi, faciliusque a vetitis abstinere licebat: res in hac synodo ad hunc modum temperata est, ut profecturis ad regendas provincias fidelibus litteræ quidem communicatoriæ concedantur: ita tamen ut illos observent locorum episcopi, ac si quid contra disciplinam agere cœperint, tum demum eos a communione prohibeant. Quod ipsum de iis quoque statuit, qui rempublicam in urbe aliqua gerere volunt, ut duumviri in coloniis & municipiis.

LITTERAS COMMVNICATORIAS.] Præsides aliive rectores provinciarum, ex provinciis ipsis deligi non solebant, sed aliunde mittebantur. Proinde litteris communicatoriis sive formatis indigebant, sine quibus aditus ad communionem peregrinis apud exteros non foret.

Can. VII. DE AFRIS.] Quidam legunt de Arianis, ut Gratianus de consecratione dist. 4. vulgati hactenus libri, errore manifesto, cum Arianorum, synodi hujus tempore, nondum exortum nomen fuerit. Vera igitur veterum codicum lectio *De Afris.* Afros autem eos intelligit, qui Africanæ sub Cypriano synodi de rebaptizandis hæreticis errorem sectantes, baptismum iterare non dubitabant. Quo ex numero Donatum Carthaginensem æmulum Cæciliani fuisse liquet, in quem proxime, ut Optatus libro 1. tradit, latę in Concilio Romano hę sententię fuerant: *Quod confessus sit se rebaptizasse, & episcopis lapsis manum imposuisse.* Eumdem errorem posteri Donatistæ pertinacissimis animis tenuerunt: non in his solum qui ab hæresi veniebant, sed in iis etiam, qui in catholica baptizati fuerant, baptismum pessimo exemplo repetentes.

Ibid. MANVS EI TANTVM IMPONATVR.] Ad confirmationem nimirum. Leo magnus epistola 85. ad Nicetam cap. 7. *Qui baptismum ab hæreticis receperunt, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt.* Synodi hęc est sententia. Qui ad Ecclesiam veniunt ab hęresi, aut juxta formulam baptizati sunt in Trinitate; & cum rite baptizati sint, rebaptizandi non sunt: aut baptismi formam non susceperunt; & baptizandi sunt, quia baptizati non sunt. Ita omnem iterandi baptismatis ansam excludit ac penitus interdicit. Quare concilij hujus auctoritate adversus Donatistas magnopere pugnat Augustinus, & Cypriani synodo, cujus illi auctoritate se rebaptizare jactitabant, anteponendam docet libro II. de baptismo contra Donatistas cap. 9. *Postea tamen*, inquit, *dum inter multos ex utraque parte tractatur & quæritur, non solum inventa est veritas, sed etiam ad plenarij concilij auctoritatem roburque perducta, post Cypriani quidem passionem, sed antequam nos nati essemus.* Et post alia: *Quapropter illud unum considerent, quod omnibus patet. Si auctoritas Cypriani sequenda est, magis eam sequendam in unitate servanda, quam in Ecclesiæ consuetudine commutanda. Si autem concilium eius attenditur, huic est universæ Ecclesiæ posterius concilium præponendum. Nam & concilia posteriora prioribus apud posteros præponuntur, & universum partibus semper iure optimo præponitur.* Concilium Arelatense, quod transmarinum & universale jam dixerat, hic rursum plenarium & universę Ecclesię concilium vocat, quia ex universa Occidentis Ecclesia eo convenerant, ut dictum est.

QVI CONFESSORVM LITTERAS.] Per quas pacem & jus communicationis, quo exciderant, lapsis impetrabant, vel ipsi dabant. Quo spectans Tertullianus ad Martyres: *Pacem*, ait, *quidam in ecclesia non habentes, a martyribus in carcere exorare consueverunt.* Harum litterarum quædam intercessorię tantum fuerunt, quibus episcopos rogabant, ut lapsis pacem impertirent: cujusmodi erant illæ, ad quas Cyprianus epistola 11. respondet: *Cum vos ad me* (Martyres ac Confessores alloquitur) *litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis dari pacem postulastis.* Alię, de quibus hic sermo, libellis continebantur, per quos pacem ipsi & eucharistiam dabant, darique mandabant, quarum item specimen in eadem epistola Cypriani: *Audio quibusdam*, inquit, *sic libellos fieri, ut dicatur, communicet ille cum suis.* Et in epistola 17. quę est confessorum ad Cyprianum: *Scias nos illis dedisse pacem, & hanc formam per te & aliis episcopis innotescere voluimus.* De hujusmodi ergo confessorum litteris pręcipit synodus, ut his qui eas afferunt iis sublatis, aliæ dentur ab episcopis communicatorię. Quod ipsum jam statuerat concilium Eliberitanum, causa indita cur ita statueret, canone XXV. *Omnis qui attulerit litteras confessorum, sublato nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria pacem concutiant simplices, communicatoria ei danda sunt litteræ.* Can. IX.

QVÆ GENTILIBVS IVNGVNTVR.] Concilium Eliberitanum canone XV. *Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium danda sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ resolvatur.* Hic levi pœna percelluntur, quę gentilibus nupserint, ut aliquo tempore communione careant. Nam varium plane olim fuit de hujusmodi copulationibus judicium, ut videre est apud sanctum Augustinum libro de fide & operibus cap. 19. *Cyprianus*, inquit, *ad malos mores pertinere confirmat iungere cum infidelibus vincula matrimonij, nihil aliud esse asserens, quam prostituere gentibus membra Christi. Quæ nostris temporibus iam non putantur peccata, quoniam revera in novo testamento nihil inde præceptum est: & ideo aut licere creditum est, aut velut dubium derelictum.* Hieronymus tamen Tertulliani libro II. ad uxorem vestigiis insistens, ejusmodi nuptias, ut ab Apostolo vetitas, reprehendit lib. I. in Iovinianum. *At nunc*, inquit, *contemnentes Apostoli iussionem, iunguntur gentilibus, & templa Christi idolis prostituunt. Ignoscit Apostolus infidelium coniunctioni, quæ habentes maritos, in Christum postea crediderunt; non iis, quæ cum Christianæ essent, nupserunt gentilibus.* Tandemque omnis fidelium cum infidelibus conjunctio, ecclesiæ legibus interdicta penitus & abrogata est, cultusque disparitate dirimi matrimonia cœperunt. Can. XI.

DE MINISTRIS QVI FOENERANT.] Ministros dicit, de quibus canone II. clericos inferiores: non quod his solis fœnerare sit vetitum, sed quia de his hoc loco præcipi res postulabat. Clericos ergo fœnerantes hic canon excommunicari jubet; Nicænus XVII. gradu ecclesiastico dejici; Eliberinus XX. utrumque: *Si quis clericus*, inquit, *detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari & abstinere.* Can. XII.

TRADIDISSE DICVNTVR.] Inde traditores eo sæculo appellati, qui in persecutione Diocletiani codices sacros exurendos tradiderant, aut qui vasa & instrumenta Ecclesię, vel latentium fratrum nomina prodiderant. Quo spectant illa, quæ in gestis Cirtensibus a Pithœo editis leguntur: *Proferte scripturas legis, & si aliquid aliud hic habetis.* & prolati sunt, *calices duo aurei, calices sex argentei, urceola sex argentea, cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ septem, &c.* Item de aliis: *Protulit codices quinque, protulit codices octo.* Et rursus: *Monstrate nobis lectores: si ubi manent non nostis, nomina eorum dicite.* Can. XIII.

PLACVIT NOBIS.] Post synodum Romanam, qua Cæcilianus purgatus est, Felicem Aptungensium episcopum, Cæciliani ordinatorem, apud Constantinum accusaverunt Donatistæ; *dicentes*, ut sanctus Augustinus epistola 166. scribit, *eum esse traditorem, & ideo Cæcilianum episcopum esse non posse, quod a traditore fuerit ordinatus.* Cæterum causa jussu Imperatoris per Æ̈lianum proconsulem Africæ cognita, Felix a Divinarum scripturarum

proditione, quæ illi objiciebatur, innocens probatus est: quod & S. Augustinus ibidem atque aliis in locis testatur, & ipsa quæ restant Æliani acta proconsularia declarant, quorum partem recitat Optatus lib. I. sub finem. His igitur de causis sancitum est hoc canone, primum quidem traditores, quorum crimen non nudis verbis ab accusatoribus jactatum, ut in causa Felicis, sed ex actis publicis compertum fuerit, ex clericorum albo expungendos esse. Deinde si quis a traditore ordinatus sit, quod in Cæcilianum falso dixerant Donatistæ, huic, si aliud nihil obsistat, id fraudi esse non posse, quo minus legitima sit ordinatio. Postremo propter eos qui redemptis testibus urgebantur, accusatorem deinceps, nisi qui actis publicis crimen doceat, recipi nullum debere. Quod propter Ingentium adjectum videtur, qui, ut Æliani acta docent, subornatus fuerat, ut traditionis crimen Felici per mendacium affingeret.

Can. XIV. QVI FALSO ACCVSANT FRATRES.] Ut Donatistæ Cæcilianum & Felicem. De his severius statuens synodus Eliberitana can. LXXV. nec in fine dandam illis esse communionem decreverat. Quod decretum nostra sic temperat, ut non ante finem, sed in fine tamen dari permittat. Mitior posthac rursum Arelatensis II. quæ exceptionem adjecit can. XXIV. *Eos*, inquit, *qui falso fratribus suis capitalia obiecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pænituerint.*

Can. XV. DE DIACONIBVS.] Quod diaconibus offerre, id est sacrificare vel Eucharistiam consecrare, non liceat, fidem facit canon XVIII. synodi Nicænæ, qui affirmat diaconos ἐξουσίαν προσφέρειν μὴ ἔχειν, *offerendi potestatem non habere.* Hinc scite Hieronymus adversus Luciferianos de Hilario illorum diacono: *Hilarius*, ait, *cum diaconus de ecclesia recesserit, solusque, ut putat, turba sit mundi: neque eucharistiam conficere potest, episcopos & presbyteros non habens, neque baptisma sine eucharistia tradere.* Epiphanius item universe pronuncians Hæresi 89. Collyridianorum diaconis in ecclesia concessum scribit, non ut mysteria ipsi perficiant, sed ut eorum quæ perficiuntur ministri sint. Καὶ γὰρ οὔτε διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιστεύθησάν τι μυστήριον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ μόνον διακονεῖν τὰ ἐπιτελούμενα. Quæ cum ita sint, merito Urbanus III. in diaconum Legionensem, qui Missam celebrare ausus esset, severe animadvertit cap. ex litteris *De non ordinato ministrante.*

Can. XVI. QVI PRO SVO DELICTO.] Burchardus lib. I. Ivo parte 5. & libri excusi, ac veteres etiam nonnulli, hoc membrum a superioribus sejungunt, & canonem numerant XVII. Alij optimæ notæ antiquissimi codices, cum proximo velut partem ejus connectunt, quibus ego libenter assentior: tum quia unum idemque omnibus concilij hujus canonibus est exordium, a quo hic solus discreparet: tum quia cum præcedentibus hæc revera cohærent, causamq; continent, cur alterius excommunicatū nefas sit recipere: ne videlicet episcopus in episcopum incurrat, reusque fraternitatis, rationem in concilio reddere cogatur, ut est in eodem Eliberino canone LIII. & in synodi Arelatensis II. canone VIII.

Ca. XVIII. DE DIACONIBVS VRBICIS.] Cujusmodi ea fuerint, quæ adversus presbyteros hac ætate sibi arrogabant ecclesiæ Romanæ diaconi, non liquet. Hoc certum est, urbicorum Diaconorum fastum non satis hoc canone repressum, posterioribus etiam sæculis notatum atq; exagitatum fuisse. Nam & illorum supercilium, ex diaconorum, ut putat, paucitate, presbyterorumque turba natum, perstringit Hieronymus in epistola 85. ad Evagrium. Et quæstionum ex utroque mixtim testamento, quæ apud Augustinum leguntur, auctor sane vetus, & Augustino ipso antiquior, quæstione 102. Falcidium quemdam refellit, qui diaconos urbis Romæ presbyte[ris ali]quandos, aut etiam præferendos contendebat. Quamquam non in Romana tantum ecclesia, sed in aliis ubique gentium admonendos mensuræ suæ, atque officij & observantiæ erga presbyteros, fuisse diaconos, docent canones ea de re passim editi.

Can. XIX. DE EPICOPIS PEREGRINIS.] Polycarpo Episcopo Smyrnæ, cum Romam venisset, offerendi factam ab Aniceto Papa potestatem, Irenæi verbis docemur apud Eusebium lib. 5. historiæ cap. 24. ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ᾽ ἐντροπὴν δηλονότι. *Communicarunt*, inquit, *inter se mutuo: & in ecclesia Anicetus Polycarpo consecrandæ eucharistiæ potestatem concessit, ob reverentiam scilicet qua eum prosequebatur.* Quod Polycarpi reverentiæ id tributum ait, argumento est aliis concedi non consuesse. Quare ut omnibus deinceps peregrinis episcopis offerre in urbe liceat, sanciendum patres hoc canone censuerunt. Concil. vero Carthag. IV. c. 33. statuit ut episcopi vel presbyteri, si causa visitandæ ecclesiæ ad alteram ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam, invitentur.

Can. XX. INFRA TRES NON AVDEANT EPISCOPOS ORDINARE.] Ne a paucioribus quam a tribus episcopis ordinetur episcopus, postmodum etiam synodus Nicæna constituit can. IV. Statuit enim, ut ad ordinandum episcopum, episcopi omnes provinciæ, si fieri potest, sin minus tres saltem, conveniant, cæteris per litteras consentientibus, καὶ τότε χειροτονίαν ποιεῖσθαι, *& ita ordinationem fieri.* Quam exinde legem & formam, ecclesiæ omnes amplexæ sunt: in Gallia quidem adeo religiose, ut in concilio Regensi, Armentarii cujusdam, qui in ecclesia Ebredunensi absque trium episcoporum præsentia temere a duobus fuerat ordinatus, irrita atque inanis habita sit ordinatio, ordinatoresque ejus ab omnibus deinceps episcoporum ordinationibus conciliisque exclusi. Arausicani vero concilij patres, can. XXI. depositionis pœnam in præsumptores irrogant, si duo soli episcopum uspiam facere ausi essent.

DE PRESBYTERIS ET DIACONIBVS.] Quod de inferioribus clericis statutum est canone II. idem nunc de presbyteris & diaconibus præcipitur, ne loca dimitant in quibus ordinati sunt: ac deponi jubentur, qui ad alia migrarint. Quod ita nimirum intelligendum est, si nolente migrent episcopo: nam cum ejus permissu licet. Statuta ecclesiæ antiqua in concilio IV. Carthaginensi, can. XXVII. *Inferioris gradus sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.* De iis vero, qui præter episcopi sui concessionem in aliis locis consistunt, & revocati redire nolunt, synodus Antiochena can. III. sic statuit: εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν τοῦ ἱερατείου τις, καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι· ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς, διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ· μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ, καὶ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν παροικίαν τὴν ἑαυτοῦ παρακαλοῦντι μὴ ὑπακούοι. εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, καὶ μηκέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. *Si quis*, inquit, *presbyter aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, paræciam propriam deserens, ad aliam se transtulerit, ibique tentet quo migravit longo tempore manere: ulterius non ministret, maxime si vocanti episcopo suo, & regredi ad propriam paræciam commonenti, obedire contempserit. Quod si in hac perversitate perdurat, ab officio modis omnibus deponatur, ita ut restitutionis locum non habeat.*

Can. XXI.

Can. XXII. DE IIS QVI APOSTATANT.] Apostatis, id est fidei Christianæ desertoribus, communionem in mortis periculo negandam statuit, si ante id tempus converti & pœnitentiam agere neglexerint. Quomodo & de lapsis, qui in persecutionis infestatione sacrificiis se illicitis maculassent, in Africa suo tempore constitutum, docet sanctus Cyprianus epistola 52. ad Antonianum: *Et idcirco*, inquit, *frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos, non delicti pænitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* Propterea igitur communionem morientibus non dabant: quia hæc illorum pœnitentia, pœnitentiæ potius simulatio videbatur. Sed hoc nimirum de apostatis, qui ante mortis periculum non convertuntur. Nam si ante resipuerint: pœnitentiam, quamdiu vivunt, agere jubentur, & in ultimo fine suo reconciliationis gratiam consequuntur, Siricij Papæ decreto in epistola ad Himerium cap. 3.

NOMINA EPISCOPORVM.

Pag. 1429. & 1430.

De numero eorum qui ad synodum Arelatensem convenere, incertum est. Ado enim Viennensis in chronico, sexcentorum episcoporum concilium vocat: qui numerus incredibilis videtur, tametsi expressus idem extat in codicibus nonnullis. Cod. Lug. *Explicitunt canones quos fecerunt episcopi sexcenti in civitate Arelatensi.* Item Corb. Sanctus Augustinus ducentos numerat libro I. contra epistolam Parmeniani cap. 5. *Usque adeo*, inquit, *dementes sunt homines, ut ducentos judices, apud quos victi sunt, victis litigatoribus credant esse postponendos.* Nam de synodi Arelatensis judicio, quod Romano successit, illic agi, assentior Cardinali Baronio. Ducentos porro interfuisse

APPENDIX TOM. I. minus absurdum est. In libris tamen antiquis, quibus usi sumus non paucis, nusquam plures leguntur, quam hic a nobis repræsentati sunt, in universum xxcv. episcopi nimirum xxxiii. presbyteri xvi. diaconi xxvi. lectores ii. Exorcistæ v. in quibus digerendis secutus sum ordinem & formam optimi antiquissimique codicis Corbeiensis, in quo episcoporum nomina, provinciarum & civitatum nominibus præponuntur, cum in aliis, sicut in Suriana editione, postponantur hoc modo: *Ex provincia Sicilia civitate Syracusanorum, Chrestus episcopus. Florus Diaconus*: & ita deinceps in cæteris.

Pag. 1429. D. CHRESTVS EPISCOPVS.] Chrestum vocant codices Remensis & Metensis, quomodo & in superiori Constantini epistola legitur apud Eusebium Χρήςῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων. Chresto episcopo Syracusanorum. At in codice Corbeiensi Crescens appellatur, eodemque modo in epistola synodi ad Silvestrum: ut verum nomen utrum fuerit, ambigi merito queat.

Ibid. E. MARINVS ARELAT.] Qui superiore anno cum aliis duobus e Gallia interfuerat synodo Romanæ. Nam cum a Constantino judices e Gallia sibi dari precibus oblatis postulassent Donatistæ: *dati sunt*, ait Optatus lib. i. *iudices, Maternus ex Agrippina civitate, Rheticius ab Augustoduno, Marinus Arelatensis*. Et mox synodi istius acta recitans: *Cum consedissent*, inquit, *Miltiades episcopus urbis Romæ, & Rheticius, & Maternus, & Marinus, episcopi Gallicani, & Merocles à Mediolano, &c.* Sed Marini præterea fit mentio in synodo II. Arelatensi can. xviii.

Ibid. FAVSTINVS PRESBYTER.] Faustini hujus nomen supra positum inter episcopos qui synodicam scripserunt ad Silvestrum, quia vices nimirum gerebat episcopi Arausicani. Eandemque ob causam in eadem epistola nominantur etiam Natalis, Probatius, & Termatius, presbyteri, qui pro episcopis suis venerant ex Hispania. Duo enim ad concilia venire solebant genera presbyterorum. Quidam cum episcopis suis, alij pro episcopis, eorum loco ac vice, cum episcopi ipsi non aderant. Illi jus suffragij nullum habebant: hi cum episcopis sententiam dicebant, & cum iisdem subscribebant.

Pag. 1430. A. INBETAVSIVS EPISCOPVS.] Sic habent codices plerique: sed in his nonnulli primam syllabam expungendam notant, ut verum episcopi nomen intelligatur fuisse Betausius: quo scilicet modo in antiquis catalogis, & apud Flodoardum legitur lib. i. Historiæ Remensis cap. 5.

Ibid. RETICIVS EPISCOPVS.] Judex fuit, ut dictum est, cum Materno & Marino in causa Donatistarum. Et quidem primo inter hos loco numeratur etiam in epistola Constantini ad Melchiadem, quam recitat Eusebius lib. 10. Historiæ cap. 5. Sanctus Augustinus hominem Dei vocat, & magnæ fuisse auctoritatis in ecclesia, scribit in libris contra Iulianum. S. Hieronymus item & beatum Rheticium appellat epistola 6. ad Florentium, & celeberrimæ famæ habitum in Gallia testatur, de scriptoribus ecclesiasticis cap. 82. ubi ejus lucubrationes commemorat, commentarios in Canticum Canticorum, & grande volumen adversus Novatianum. Quo quidem ex volumine deprompta videri ea possunt, quæ Rheticij verbis laudat Augustinus lib. 1. contra Iulianum cap. 11. Ex Commentariis vero in Cantica illustris est locus apud Beringerum scholasticum in Apologetico.

Ibid. VOCIVS EPISCOPVS.] Pro Vocio Lugdunensium, in vulgatis hactenus libris editus est, *Evotius Episcopus ex civitate Nivedune*. Fuit autem Nivedunus caput olim civitatis Equestrium ad lacum Lemanum, ubi nunc etiam Nionum oppidum prisci nominis vestigia refert. At Nivernenses nostri, quia Nivedunum alterum Iulij Cæsaris suum esse contendunt, Evotium quoque in episcoporum suorum elencho sibi asciverunt, mendosa hujus loci lectione frustra delusi. Nam Evotius in hac synodo nullus fuit, cum optima quæque exemplaria Vocium exhibeant, qui nono inter episcopos Lugdunenses loco cathedram tenuit.

Ibid. B. MAMERTINVS DE C. ELOSATIVM.] In Mamertini nomine consentiunt manuscripti, non item in nomine civitatis. Quidam enim non *Elosatium*, sed *Tolosatium* legunt. Nos Corbeiensem in primis codicem secuti sumus, hac inter cætera conjectura nixi, quod cum Elusa civitas sit Aquitaniæ, Tolosa provinciæ Narbonensis, nihil causæ erat cur Tolosam in hunc locum rejiceret inter civitates Galliarum, quæ distingui solebant a provincia Narbonensi, neque ipsa hoc loco distinctæ sejunctæque sunt.

RESCRIPTVM CONSTANTINI.

Ibid. E. Victis iterum damnatisque in synodo Arelatensi Donatistis, multi eorum schismate relicto cum Cæciliano in gratiam redierunt, alij obfirmata pertinacia synodi judicium respuentes, ad Imperatorem appellarunt. Augustinus epistola 68. *Vnde ille*, inquit, *alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelatensi Galliæ civitate, ubi multi vestri, varia & diabolica dissensione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt: alii pertinacissimi & litigiosissimi, ad eumdem imperatorem appellarunt*. Qua de re cum relationem episcopi ad Constantinum misissent, expectarentque quid iis auditis fieri juberet: rescribit Imperator, ut ad proprias sedes redeant, sibi curæ futurum, ut cætera exequatur. Cum igitur ad Constantinum Imperatorem appellatum fuisse constet ex synodo, atque ab episcopis ad eum absentem litteras datas, ab eodemque redditas: errare fallique eos necesse est, qui Constantinum huic synodo putant interfuisse.

Pag. 1431. B. O RABIDA FVRORIS AVDACIA.] Hæc illa est Constantini adversus Donatistarum appellationem detestatio, quam innuit Augustinus epist. 162. *Alios*, inquit, apud Arelatem judices *episcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipsum rursum imperatorem provocare maluerunt. Qua in re illos quemadmodum detestetur audistis*. Eamdem verbis ipsis commemorat Optatus libro i. Sed mutilus Optati locus, in quo nulla synodi Arelatensis fit mentio, nonnullos in fraudem induxit, ut appellationem Donatistarum, ad synodum Romanam referendam crederent, quæ tribuenda erat Arelatensi. De synodo Romana murmurasse victos Donatistas, illam accusasse ac reprehendisse, de illa questos esse, multis locis docet Augustinus: ab ea provocasse nusquam proditum est, sed ab Arelatensi.

AD COMITATVM MEVM.] In comitatu deinceps cum ad Imperatoris sententiam provocatum esset, auditæ sunt partes, convenire jussæ primum Romam, tum postea Mediolanum, ubi causa cognita, Cæcilianum innocentissimum, Donatistas improbissimos judicavit: ac primus in eos legem constituit, ut illorum loca fisco vindicarentur, ut est apud S. Augustinum epistola 68. 164. & aliis locis. Itaque triplici judicio Constantini temporibus discussa est causa Donatistarum. Romę primum apud Melchiadem, deinde in synodo Arelatensi, postremo apud Constantinum ipsum, a quo finita demum & terminata est. Quam verecunde autem cunctanterque ad ecclesiasticum judicium descenderit Christianus imperator, & tota epistolæ hujus oratio declarat, & præclare in eadem epistola 162. observat Augustinus: quippe qui nec delata primum ad se causa ex Africa, ejus cognitionem sibi arrogavit, sed ecclesiasticos judices episcopos dedit: & postea, cum ab his male judicatum calumniarentur Donatistæ, non ausus est ipse de judicio episcoporum judicasse, sed alios rursus episcopos judices dedit: tum denique cum ab his etiam ad ipsum provocassent, ita illorum cessit insaniæ, causeque post episcopos judicium suscepit, ut ab episcopis postea veniam postularit.

FINIS TOMI PRIMI.

